EXPOSITIO PATRUM GRAECORUM IN PSALMOS, À BALTHASARE...

Digitized by Google

8 9 F 5

ROMA B.V.E.

Digitized by Google

8.9. F.5

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS.

TOMVS III.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

COL. S. BONAVENTVRÆ

Digitized by Google

Digitized by Google



ANTVERPIÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M. DC. XLV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI LEOPOLDO GVILIELMO,

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ,
MAGNO TEVTONICI ORD. MAGISTRO,
EPISCOPO ARGENTINENSI, &c.
SAC. CÆS. MAIESTATIS
EXERCITVVM SVMMO PRÆFECTO.

TERTIVS iam annus eſt, SERENISSIME ARCHIDVX, ex quo Primum mearum in Pſalmos lucubrationum tomum Auguſtiſſimo Fratri Tuo FERDINANDO III. huius nominis Imperatori inſcripſi. Quâ ille

 tum

tum benignitate ac beneuolentiâ iſtum, eâdem aut certè non inferiori alterum non ita pridem excepit Seren[mus] Bauariæ Dux ac Elector Imperij MAXIMILIANVS. Non potui quin maximis hiſce Nominibus adiungerem & Tuum. Neque verò poſt magnos illos Heroas ad alium diuertere voluit, aut, vt veriùs dicam, potuit Tertium hocce meum in Pſalmos volumen, ne ab eadem Auguſtiſſima abiret Domo ac Familia. Idem quippe ſibi apud SERENITATEM TVAM pollicebatur præſidium, quod non ita multò antè apud Auguſtiſſimum Fratrem ac Sereniſſimum Sororium Tuum inuenerat.

Et verò ad cuius ſinum properarent potiùs PSALMI DAVIDICI quàm illius, cuius quotidie auguſtis teruntur manibus, in cuius auguſto ſinu quàm ſuauiſſimè requieſcunt? dum inter medios Mar-

Digitized by Google

tis tumultus ac bellicos fragores non priùs eos quot-diebus è manibus deponis, quàm perlegeris; idque non, vt multi ſolent, curſim atq; obiter, ſed animo quàm maximè attento, pietate eximiâ prorſus ac ſingulari. Ecquæ enim vmquam curæ, licet maximæ, quæ pericula tanta fuerunt, in quibus aut locum aut tempus Horarijs Pſalmis recitandis non aut inueneris aut feceris? Neque tanta hæc perlegendi, quanta ea quæ legis moribus exprimendi cura eſt. Teſtis ſit, quæ principem inter virtutes regias in DAVIDE locum tenet, animi manſuetudo atque demiſſio. Vti ſummo in cælis Numini, ita Domui Auſtriacæ, in terris Auguſtiſſimæ, maximè quidem propria eſt Manſuetudo atque Clementia, etiam erga ingratos, erga hoſtes & perduelles: verùm hæc in Te ſingulariter emicat; adeò vt in vultu tuo ſedem fixiſſe, tantùm non maieſtatis obli-

ta, videatur. Hæc benignitas tua ex ipſo vultu totiuſque oris ac corporis compoſitione elucens, ac comis illa tua erga omnes ac pænè familiaris affabilitas fecere, conuenire vt auderem confidentiùs SERENITATEM TVAM, quæ antiquo ac laudabili Germaniæ more cuiuis accedenti non aurem tantùm, ſed facilem etiam porrigit dexteram. Hinc nimirum nata illa Tua comitas atque modeſtia, in omni quidem fortunæ eminentia laudabilis; ſed in Te tantò magis conſpicua, quantò longiori ceteros poſt Te dignitatis ac nobilitatis relinquis interuallo. Tuum illud proprium eſt, quod de ſeſe olim ille prædicare ſolebat Imperator Romanorum Titus apud Suetonium; Neminem ſeſe à ſermone ſuo triſtiorem dimittere. Altè nimirum inſedit animo tuo illa laudatiſſimi olim Imperatoris vox (vt in Panegyrico Traiani Iunior refert

Plinius)

Plinius:) Talem præſtabo me Imperatorem meis, qualem optarem ipſe priuatus.

Ceterarum tuarum virtutum laudes, ſingularem (quod rariſſimum in milite ac ſummo belli Duce) in Deum ac Diuos omnes pietatem, indefeſſum diuini honoris ac gloriæ non minùs quàm Imperij propagandi propugnandiq́ue ſtudium, in tot tantiſq́ue bellorum tempeſtatibus ſummam animi quietem, in militari licentia, eâque quâ viges ætate ac fortunâ, animi puritatem ac continentiam eximiam prorſus atque ſingularem, in ſtrenuo ac fortiſſimo Duce teneriorem illum erga res diuinas, ac nominatim Beatiſſimam Dei Matrem pietatis affectum, in tam ancipiti belli alea mentem recti tenaciſſimam, ſemperq́ue ſerenam ac nullis animi perturbationibus obnoxiam, aliarumq́ue, quarum ſingulæ facilè mihi

pagi-

paginam expleant, virtutum decora, vt ne altiùs extollam ac pro merito deprædicem, modeſta nimis ac verecunda virtus Tua facit. Habet enim hoc Tua animi demiſſio, ſinceritas atque candor præ ceteris eximium ac præclarum, vt vel ad ſolam ſuarum laudum commemorationem tantum erubeſcat laudibus veris ac ſuis, quantum alij fortaſſe adſcititijs & à ſe alienis delectantur.

Haſce virtutes Tuas, præſentem afflictis ſuis rebus ſalutem, quàm expetijt Belgica, tam à ſe dimittere recuſauit, quaſi ſine ijs viuere non poſſet, Germania: quàm illa benignum illud ſidus vultum Tuum, Principi illius nuper G. M. FERDINANDO Hiſpaniarum Infanti ſimillimum (quem & in TE MARIA Auguſtiſſima Imperatrix, ſoror illius olim, & nunc Tua, cùm primùm vidit, agnouit) aſpicere cupijt; tam hæc

auidè

auidè hactenus retinuit, nec auelli à se passa est. Alit tamen adhuc spes quædam omnium Belgarum animos, & sustentat, TE, quam nunc felici Marte ac auspicio inchoasti victoriam ad Rhenum, feliciori progressu ac felicissimo exitu ad eumdem fortasse Rhenum aliquando consummaturum, aut certè optatissimâ dudum bonis omnibus PACE bella omnia terminaturum.

Eâ re adieci hîc ad calcem Operis diuiniorum Oraculorum Cantica, vtinam totidem victoriarum Tuarum ac PACIS (ad quam firmandam solummodò bella geris) futura Epinicia! At, vt rectè suauissimus Poëta Anacreon,

> Τὸ δ᾽ ἄυριον τίς οἶδε;
> Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον;

Et Romanæ Lyræ fidicen:

> *Prudens futuri temporis arbiter*
> *Caliginosa [hac] nocte premit Deus;*
> *Nec scire fas est omnia.*

Faxit

Digitized by Google

Faxit tamen intereà idem Deus immortalis ſtator vindexq́ue Romani Imperij, vt quod Tua prudentia, fortitudo, ac egregia virtus, & ante omnia cæleſte ipſius Numen hactenus defenſauit, tutum porrò inuiolatumq́ue in perpetuum ſeruet. Quod Reip. Chriſtianæ bono vnà cum feliciſſimis anni huius ineuntis auſpicijs ex animo voueo. Antuerpiâ Kal. Ian. M.DC.XLVI.

SERENITATI TVÆ

æternùm deuotus

Balthaſar Corderius
è SOC. IESV.

Digitized by Google

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS,

à BALTHASARE CORDERIO Soc. IESV Doct. Theol. ex diuersis SAC. CÆS. MAIESTATIS, & SER^MI ELECTORIS BAVARIÆ DVCIS MS. Codicibus antehac non editis concinnata, Latinitate donata, & Annotationibus illustrata.

IN PSALM. CENTESIMVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

α΄. Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἔναντι κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ.

Πρόῤῥησιν ἔχει ὁ ψαλμὸς οὗτος τῆς ἐν Βαβυλῶνι τοῦ λαοῦ ταλαιπωρίας· διηγοῦνται γὰρ τὰς συμφορὰς ἃς ὑπομένουσι· τοῦτο γὰρ ἐπέκαμπτε τὸν δεσπότην φείσασθαι τῶν τὰ τοιαῦτα ὑπομενόντων· Ἔχει οὖν τὰ μὲν πρῶτα διήγησιν τῶν συμφορῶν, τὰ δὲ τελευταῖα δέησιν ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου. Περιπαθέστερον δὲ διηγοῦνται, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῶν ῥητῶν, ὡς ἐν βαρυτάτοις ὄντες κακοῖς. Ἁρμόζει δὲ καὶ παντὶ θλιβομένῳ· πτωχὸν γὰρ καλεῖ τὸν τῆς θείας ἐπιδεῆ προμηθείας.

1. Oratio * pauperi, cùm anxius fuerit, & * coram Domino effuderit precem suam.

* *Vulgata* pauperis, * in conspectu Domini

Hic Psalmus continet prædictionem calamitatis populi in Babylone: recensent enim ærumnas quas sustinent; hoc namque Dominum flectebat ad parcendum iis qui talia patiebantur. Priora igitur calamitatum continent enarrationem, posteriora verò pro reditu precationem. Ceterùm ad commiserationem componunt orationem, vt ex verbis ipsis patet, quippe in grauissimis versantes malis. Congruit autem etiam cuilibet afflicto: pauperem enim vocat diuinæ indigum prouidentiæ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β΄. ΚΥΡΙΕ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ ἐλθέτω.

Διὰ τῆς κραυγῆς τὸ μέγεθος ἐμήνυσε τῆς θλίψεως. ὅθεν ἐπισυνάπτει·

γ΄. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ·

2. DOMINE exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Per clamorem afflictionum magnitudinem insinuauit. vnde subiungit:

Clamor pro afflictione.

3. Non auertas faciem tuam à me:

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Si enim, inquit, attenderis mihi, potest vel ipse aspectus te placare, & ad miserendum inflectere.

In quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me:

Illud *In quacumque die* non tamquam de futura die dicit, sed tamquam de instante. Vult enim dicere: Quoniam cùm hæc dies sit quâ non possint grauiora sustineri, inclineris mihi, & celerem mihi opem præbe.

Magna afflictionis descriptio.

4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium * confrixa sunt.

* *Vulgata* aruerunt.

Sic, inquit, omni pinguedine orbatus sum, dum tempus meum instar fumi deficit.

5. Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum:

Quemadmodnm, inquit, fœnum percussum ab æstu illicò exarescit, idem mihi accidit, dum à calamitatibus vror.

Quia oblitus sum comedere panem meum.

Tanta autem, inquit, anxietas & afflictio mihi incumbit, vt ne cibi quidem necessarij memoria me tangat.

6. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Id est, ac si dicat cuti meæ. Præ gemitu enim, inquit, & anxietate omnis quidem pinguedo mea absumpta est, os verò cuti adhæsit, humore intermedio exarefacto.

7. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

8. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Ad similitudinem, inquit, istiusmodi auium etiam ego, dum per noctes vociferor, odiosus factus sum audientibus.

9. Tota die exprobrabant * me inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

* *Vulgata* mihi

Ἐὰν γάρ, φησι, προσέχῃς μοι, δύναται αὐτὴ ἡ ὄψις δυσωπῆσαί σε, καὶ ἐπικάμψαι πρὸς ἔλεον.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβομαι, κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου·

Τὸ ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ, οὐχ ὡς περὶ μελλούσης λέγει ἡμέρας, ἀλλ' ὡς ἐνεστώσης. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα, ἧς οὐκ ἔνι χαλεπώτερα ὑπομεῖναι, ἐπικάμφθητί μοι, καὶ ταχεῖαν δὸς βοήθειαν.

δ'. Ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου· καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν.

Οὕτω, φησὶ, πάσης ἐστέρημαι πιότητος, τοῦ χρόνου μου καπνοῦ δίκην ἀναλισκομένου.

ε'. Ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου·

Καθάπερ, φησὶ, χόρτος πληγεὶς ὑπὸ καύσωνος ἀθρόον ἀποξηραίνεται· οὕτως πάσχω, καὶ αὐτὸς φλεγόμενος ὑπὸ τῶν συμφορῶν.

Ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου.

Τοσαύτη δέ μοι, φησὶν, ἐπέκειτο ἡ ἀθυμία καὶ ἡ θλίψις, ὥστε μοι μηδὲ μνήμην γίνεσθαι τῆς ἀναγκαίας τροφῆς.

ς'. Ἀπὸ φωνῆς τοῦ στεναγμοῦ μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου τῇ σαρκί μου.

Ἀντὶ τοῦ, τῷ δέρματί μου λέγει. Ὑπὸ γὰρ τοῦ στενάζειν, φησὶ, καὶ ἀθυμεῖν ἀνάλωται μὲν πᾶσα ἡ ἐν ἐμοὶ πιότης, συνῆπται δὲ τὸ ὀστέον τῷ δέρματι, τῆς ἐν μέσῳ ἰκμάδος ξηρανθείσης.

ζ'. Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ· ἐγενήθην ὡσεὶ νυκτικόραξ ἐν οἰκοπέδῳ.

η'. Ἠγρύπνησα, καὶ ἐγενόμην ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι.

Κατὰ τὴν ὁμοιότητα, φησι, τῶν τοιούτων ὀρνέων κἀγὼ, τὰς νύκτας βοῶν, μισητὸς ἐγενόμην τοῖς ἀκούουσιν.

θ'. Ὅλην τὴν ἡμέραν ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με, κατ' ἐμοῦ ὤμνυον.

Οἱ

Οὐ μόνον δέ, φησι, παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐμισούμην, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν με πρότερον θαυμαζόντων.

ί. Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον, καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων,

Οὕτω γάρ, φησιν, ἀηδής μοι ἦν ἡ τροφὴ καὶ τὸ πόμα ὑπὸ θλίψεως ὑπερβαλλούσης.

ιά. Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου καὶ τοῦ θυμοῦ σου· ὅτι ἐπάρας κατέρραξάς με.

Ταῦτα δέ, φησι, πάντα ὑπομένομεν διὰ τὸ ὀργίζεσθαί σε ἡμῖν καὶ θυμοῦσθαι, εἰς ἐσχάτην ταλαιπωρίαν ἐμπίπτοντες.

ιβ'. Αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν· κἀγὼ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην.

Καὶ ταῦτα, φησι, πάντα ὑπομένω, τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς μου διαφέροντος οὐδὲν σκιᾶς παρεγκλινούσης, οὐδὲ χόρτου καύσωνι πληττομένου.

ιγ'. Σὺ δὲ κύριε εἰς τὸν αἰῶνα μένεις· καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Τοῦτό σε, φησι, μάλιστα ἐπικάμψαι ὀφείλει δέσποτα, τὸ ἐμὸν ὀλιγοχρόνιόν τε καὶ ἐπίκαιρον καὶ οὐδαμινόν· καὶ τὸ σὸν ἀΐδιόν τε, καὶ ἀπαράτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον.

ιδ'. Σὺ ἀναστὰς οἰκτειρήσεις τὴν Σιών· ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτειρῆσαι αὐτήν, ὅτι ἥκει καιρός.

Διὰ γὰρ τοῦτο ὀφείλεις λοιπὸν φιλανθρωπεύσασθαι τὴν Σιών, ὡς ἀΐδιος, ὀλιγοχρόνιον πόλιν, ἐπειδὴ ὁ καιρὸς τῆς ταλαιπωρίας ἡμῶν ἐκπεπλήρωται, ὃν ὥρισας ἡμῖν, τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν.

ιέ. Ὅτι ηὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς· καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσιν.

Σωφρονισθέντες, φησίν, ἀπὸ τῶν συμφορῶν οἱ δοῦλοί σου ἐπιποθοῦσι, τὴν ἐκεῖ οἴκησιν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἐδάφη, οὐκέτι ἀμελοῦντες οὐδὲ ῥαθυμοῦντες, ὧν πρότερον κατεξουσίαν ἀπολαύοντες, οὐκ ᾐσθάνοντο.

ις'. Καὶ φοβηθήσονται τὰ ἔθνη τὸ ὄνομά σου κύριε, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς τὴν δόξαν σου.

Non solùm, inquit, ab inimicis odio habebar, sed etiam ab ijs qui me priùs admirabantur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

10. Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam,

Adeò enim, inquit, præ nimia afflictione cibum potumque fastidiebam.

11. A facie iræ * tuæ & indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

* *Abest à Vulgata.*

Hæc autem, inquit, omnia sustinuimus propter iram & indignationem tuam in nos, in extremam miseriam incidentes.

12. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Et hæc omnia, inquit, sustineo, dum tempus vitæ meæ nil differt ab vmbra declinante, & à fœno quod æstu percutitur.

13. Tu autem Domine in æternũ permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

Hoc, inquit, vel maximè te inflectere debet Domine, quòd ego modici temporis & fragilis & exilis sum; tu verò æternus, inuariabilis & immutabilis existas.

14. Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Orat pro ciuitatis & templi instauratione.

Idcircò enim tibi, vtpote æterno, cum Sione exigui temporis ciuitate in posterum humaniter agendum est, quia tempus miseriæ nostræ, quod septuaginta annorum spatio limitasti, expletum est.

15. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & * pulueris eius miserebuntur.

* *Vulgata terræ*

Serui, inquit, tui calamitatibus emendati, tuam quæ illic est domum, ac pauimenta quæ in ea sunt exoptant, non ampliùs negligentes aut contemnentes ea, quorum priùs potentiam cùm haberent, non senserant.

16. Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hoc enim, inquit, cùm factum fuerit, & nos redierimus, omnes vbique Reges timor occupabit, teque honorabunt vt multipotentem, atque hac ratione populo suo benignè consulentem.

* Vulgata Quia ædificauit

17. * Quoniam ædificabit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Hic autem timor, inquit, ipsis eueniet, quando placuerit tibi vt Sion ædificetur, & gloria tua rursus in templo demonstretur: tunc enim, inquit, te adorabunt; quid dicentes?

18. Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.

Hæc enim, inquit, etiam præter cetera dicent, quòd orationem nostram exaudiueris, & preces minimè repuleris.

* Vulgata generatione altera:

* creabitur

19. Scribantur hæc in * generationem alteram: & populus qui * creatur laudabit Dominum:

Istiusmodi enim, inquit, beneficium ceteris etiam generationibus descriptum erit, vt populus qui post nos futurus est, tamquam in columna beneficij huius memoriam habeat: qualem illam?

20. Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit:

21. Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum:

Hoc, inquit, beneficium etiam posteri nostri hymnis celebrabunt, annuntiantes, quomodo in tempore tribulationis nostræ de cælo respexeris, & gemitum videris, & eos qui in mortis discrimine versabantur liberaueris.

22. Vt annuntient in Sion nomen Domini; & laudem eius in Hierusalem.

Vt, inquit, hi qui liberati ac seruati fuerint, Dei nomen glorificent, & hymnos ipsi offerant in Hierusalem.

23. In conueniendo popu-

Τούτου γὰρ γενομένου, φησὶ, καὶ ἐπανελθόντων ἡμῶν, ἅπαντας τοὺς πανταχοῦ βασιλέας φόβος τις λήψεται, καὶ τὸ δοξάζειν σε ὡς πολλὰ δυνηθέντα, καὶ οὕτω περὶ τὸν ἴδιον λαὸν ἥμερα βουλευσάμενον.

ιζ΄. Ὅτι οἰκοδομήσει κύριος τὴν Σιών· καὶ ὀφθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

Ὁ δὲ φόβος οὗτος, φησι, γενήσεται αὐτοῖς, ἐπὰν ἀρέσῃ σοι τὴν Σιὼν οἰκοδομηθῆναι, καὶ τὴν σὴν δόξαν πάλιν ἐν τῷ ναῷ δεῖξαι· τότε γάρ σε, φησὶ, προσκυνήσουσι τί λέγοντες;

ιη΄. Ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν· καὶ οὐκ ἐξουδένωσε τὴν δέησιν αὐτῶν.

Ἐροῦσι γάρ, φησι, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα, ὅτι τε τῆς προσευχῆς ἡμῶν ἤκουσας, καὶ τὴν δέησιν οὐκ ἀπώσω.

ιθ΄. Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον·

Ἡ γὰρ τοιαύτη, φησὶν, εὐεργεσία ἀναγραπτὸς ἔσται τρόπον τινὰ καὶ ταῖς λοιπαῖς γενεαῖς, ὥστε καὶ τὸν μεθ' ἡμᾶς λαὸν, ὡς ἐν στήλῃ ἔχειν τῆς εὐεργεσίας τὴν μνήμην· ποίαν;

κ΄. Ὅτι ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ· κύριος ἐξ οὐρανοῦ. ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε·

κα΄. Τοῦ ἀκοῦσαι τοῦ στεναγμοῦ τῶν πεπεδημένων· τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων·

Ταύτην, φησὶ, τὴν εὐεργεσίαν ἀνυμνήσουσι καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς, ἀπαγγέλλοντες, ὡς ἐν καιρῷ θλίψεως ἡμῶν ἐξ οὐρανοῦ γε ἐπέβλεψας, καὶ τὸν στεναγμὸν ἴδες, καὶ τοὺς ἐν τῷ κινδύνῳ τοῦ θανάτου ἐλυτρώσω.

κβ΄. Τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα κυρίου· καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ.

Ὥστε, φησὶ, τοὺς ἀπολυτρωθέντας καὶ σωθέντας, δοξάζειν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ὕμνους αὐτῷ προσφέρειν ἐν Ἱερουσαλήμ.

κγ΄. Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι

λαοὺς

Digitized by Google

λαὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ βασιλεῖς τοῦ δουλεύειν τῷ κυρίῳ.

Τότε γὰρ μάλιστα, φησὶν, ἕξουσι τοὺς τοιούτους ὕμνους ἀναπέμπειν, ὅταν ἤτι Ἱερουσαλὴμ ἀνακτισθῇ, καὶ κατὰ τὸ συνήθες βασιλεῖς τε καὶ λαοὶ συναχθέντες τὰ δῶρα προσκομίζωσιν.

κδʹ. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ· τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν μου ἀνάγγειλόν μοι.

Διὰ τοῦτό, φησι, ἰσχυρῶς σου δεόμεθα. τὸ γὰρ ἀπεκρίθη ἀντὶ τοῦ, ἠδίηθη. λόγισαι, φησιν, ὅπως ὀλιγοχρόνιον ἔχομεν ζωήν.

κέ. Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου· ἐν γενεᾷ γενεῶν τὰ ἔτη σου.

Καὶ μὴ πλέον, φησὶ, τὰς ἡμέρας ἡμῶν ἀναλώσῃς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, μηδὲ μερίζῃς μοι τὴν ζωήν, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ ταῖς συμφοραῖς ἀφορίσῃς, τὸ δὲ ἥμισυ τῇ ἐπανόδῳ, ἀλλὰ ταχέως ἐπανάγαγε. δίκαιος γάρ, φησι, ἐν ταῖς ὀλιγοχρονίοις ἐπικαμφθῆναι, ἅτε ἀΐδιος ὢν αὐτὸς καὶ ἀτέλεστος.

κϛʹ. Κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας· καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί.

Ἄλλως τέ, φησιν, ἐπεὶ καὶ τοῦ παντὸς δεσπόζεις, οὐρανὸν καὶ γῆν ἐξ οἰκείας ἐργασάμενος ἀγαθότητος· ᾧ οὖν λόγῳ τὸ πᾶν ἐδημιούργησας ἀγαθότητι, τῷ αὐτῷ καὶ ἡμᾶς οἰκτείρησον ἡμερότητι.

κζʹ. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται.

Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται·

κηʹ. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν.

Καὶ γὰρ πάντα δημιουργήσας, δύνῃ πάλιν βουληθεὶς εἰς τὸ μὴ ὂν ἀποκαταστῆσαι· πάντα γὰρ δύνασαι ὅσα θέλεις. καὶ καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τὰ μὲν ἱμάτια παλαιοῦνται καὶ ἀλλάττονται· ὁ δὲ φορῶν οὐκ ἀλλάττεται μέχρις ἂν σοι δοκῇ· οὕτω, φησὶν, ἐπὶ τῆς κτίσεως δύναται πᾶσα παλαιωθῆναι καὶ ἀλλαγῆναι· σὺ δὲ

los in vnum, & Reges vt seruiant Domino.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Tunc enim, inquit, potissimùm tales hymnos offerent, quando ædificata fuerit Hierosolyma, & Reges ac populi congregati more solito dona adferent.

24. Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Idcircò, inquit, vehementer te rogamus. Illud enim *respondit*; id est, *rogauit*. Considera, inquit, quomodo exigui temporis vitam habemus.

25. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in * generatione generationum anni tui.

* Vulgata generationem & generationem

Et non ampliùs, inquit, dies nostros in captiuitate consumas, neque vitam meam diuidas, ac dimidium quidem calamitatibus, dimidium verò alterum reditui tribuas, sed citò reducas: æquum enim est, inquit, vt exiguo tempore viuentibus te inflectas, vtpote æternus ipse & interminabilis existens.

26. * In principio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.

* Vulgata Initio

Atqui aliàs, inquit, cùm etiam vniuerso huic domineris, cæli & terræ ex propriâ bonitate opifex existens; eâdem igitur benignitate quâ vniuersum hoc condidisti, nostri quoque clementissimè miserearis.

27. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium * volues eos, & mutabuntur:

* Vulgata mutabis

28. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Etenim cùm omnia condideris, potes iterùm cùm volueris in nihilum redigere: omnia enim quæ vis potes. Et quemadmodum respectu nostri vestimenta quidem veterascunt & mutantur; is autem qui illa gerit non mutatur quousque tibi placuerit: sic, inquit, creatura omnis potest veterascere & mutari; tu verò

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

sicut non incepisti esse, ita non desistes permanere. vnde subiungit:

29. Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Æquum igitur, inquit, vt cum exigui temporis hominibus clementer agas, nobisque reditum concedas, vt & nos serui tui propria consequamur, ac filij nostri in ciuitate tua suscipiant habitationem.

ὥσπερ οὐκ ἤρξω τοῦ εἶναί πως, οὕτω παύσῃ τοῦ διαμένειν. ὅθεν ἐπιφέρει·

κθ΄. Οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσι· καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται.

Δίκαιον οὖν, φησι, πρὸς τοὺς ὀλιγοχρονίους φιλανθρωπεύσασθαι, καὶ χαρίσασθαι ἡμῖν τὴν ἐπάνοδον, ὥστε καὶ ἡμᾶς τοὺς δουλεύοντάς σοι ἀπολαύειν τὰ οἰκεῖα, καὶ τοὺς υἱοὺς ἡμῶν τὴν ἐν αὐτῇ διαδέξασθαι οἴκησιν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. DOMINE EXAVDI ORATIONEM MEAM.] Quisquis Deum orat, bonorum postulat participationem, quam à semetipso habere non potest: vnde etiam omnes respectu Dei pauperes existunt. Quantumuis igitur magnus esset Dauid, attamen in ijs quæ à Deo donantur pauper erat: quapropter cùm multa Dei dona sibi deesse cognosceret, anxietate replebatur, adeò vt vehementer discruciaretur. Per clamorem autem ærumnarum magnitudinem insinuauit; quem Symmachus fletum appellauit. Quamobrem subiungit, *Ne auertas faciem tuam à me.* Auertit autem faciem Deus ab his qui petunt ea quæ Deum dare minimè decet, & quæ accipere non expedit, & ab ijs quæ necdum dari conuenit. Porrò sanctus hic non quærit molestijs vacare (hoc enim impossibile est) sed vt illas sustineat etiam gaudens. Ceterùm quòd dicat, *Ne auertas*, hoc confidentiæ est ex bonis operibus ortæ. Ait autem vt aurem inclinet, eò quòd humanus clamor ad diuinitatis altitudinem minimè pertingat. Nostra verò, inquit, mala dilationem minimè admittunt; quapropter considera qualia patiamur. Et subdit: *Quia defecerunt.* Propriè rursus futurum tamquam præteritum dicens, ait vitam suam instar fumi consumptam esse, corpus verò ex mœrore quasi igne torreri. *Cremium* enim vocat aridum virgultum, vel locum, vbi reponi solent ea quæ siccantur, valde torridum, eò quòd perpetuò succendatur. Ossa porrò hominis interioris sunt constantes animæ facultates, quę etiam ab animalium affectionum æstu torrentur. Cor verò exaruisse dicit, dum nil lęti aut iucundi obtinet. Aquila:

Omnes respectu Dei pauperes sumus.

A quibus Deus faciem auertat.

Cremium quid.

β΄. ΚΥΡΙΕ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] Πᾶς προσευχόμενος τῷ θεῷ, ἀγαθῶν αἰτεῖ μετουσίαν, ἐξ ἑαυτοῦ ταύτην μὴ δυνάμενος ἔχειν· ὅθεν καὶ πάντες πρὸς θεὸν πτωχοί. εἰ καὶ μέγας ἦν ὁ Δαβίδ, ἐν τοῖς ἐκ θεοῦ διδομένοις πτωχὸς ἦν· ὅθεν γνοὺς ἑαυτὸν πολλῶν τῶν ἐκ θεοῦ χορηγουμένων λειπόμενον, ἀκηδίας ἐμπίπλαται, ὡς σφόδρα ἀθυμῆσαι. Διὰ τῆς κραυγῆς δὲ τὸ μέγεθος ἐμήνυσε τῶν συμφορῶν· ἣν ὁ Σύμμαχος οἰμωγὴν εἶπεν. ὅθεν ἐπισυνάπτει, Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Ἀποστρέφει δὲ πρόσωπον ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν αἰτούντων ἃ μὴ πρέπει δοῦναι τῷ θεῷ, καὶ μὴ συμφέρει λαβεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν ἃ μήπω συμφέρει δοῦναι. Ὁ δὲ ἅγιος οὐ τὸ μὴ λυπεῖσθαι ζητεῖ (ἀδύνατον γάρ) ἀλλ' ὥστε ὑπομένειν καὶ χαίρειν. Παῤῥησίας δὲ ἐξ ἀγαθῶν πράξεων, τὸ εἰπεῖν, μὴ ἀποστρέψῃς. Κλῖνον δὲ λέγει τὸ οὖς, διὰ τὸ μὴ ἐφικνεῖσθαι τὴν ἀνθρωπίνην κραυγὴν τοῦ τῆς θεότητος ὕψους. Ὑπέρθεσιν δέ, φησι, τὰ ἐν ἡμῖν οὐ δέχεται κακά· σύνοψιν γοῦν οἷα ὑπομένομεν. καὶ ἐπιφέρει· ὅτι ἐξέλιπον. Ἰδίως δὲ πάλιν ὡς γεγονὸς λέγων τὸ ἐσόμενον, ἀνηλῶσθαι λέγει αὐτοῦ τὸν βίον ἴσα καπνῷ, φρυγῆναί τε ὡς ἐκ πυρὸς τῆς ἀθυμίας τὸ σῶμα. Φρύγιον γὰρ τὸ φρύγανον λέγει, ἢ τόπον, ἔνθα εἰώθασι τὰ φρυγόμενα ἐπιτιθέναι, σφόδρα πεφρυγμένον, διὰ τὸ ἀεὶ ὑποκαίεσθαι. Ὀστᾶ δὲ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου αἱ στεῤῥαὶ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃ καὶ συμφρύγεται ὑπὸ τῆς τῶν ψυχικῶν παθῶν πυρώσεως. Ξηρανθῆναι δὲ αὐτοῦ φησι τὴν καρδίαν, οὐδὲν ἱλαρὸν οὐδὲ ἐφ' ᾧ ἐστι θυμηδία κεκτημένου. Ἀκύλας·

Καὶ

Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡς καῦσις ἐπυρώθη· καὶ ὡς χόρτος τὸ πρότερον ἄνθος ἀπώλεσα, καὶ τὴν τῆς τροφῆς ἀπέβαλον ὄρεξιν· καὶ πάσης εὐπαθείας γυμνωθὲν, ἐξ ἀθυμίας τὸ δέρμα γυμνοῖς τοῖς ὀστέοις μόλις ἐπίκειται· τουτέστιν, ὁ σωματικὸς ὄγκος συνετάκη, καὶ πρὸς τὸ ὀστοῦν ἤγγισε.

ζ. ΩΜΟΙΩΘΗΝ ΠΕΛΕΚΑΝΙ ΕΡΗΜΙΚΩ.] Πάντα λέγει τὰ ὄρνεα τὰ χαίροντα ἐρημίαις· ὧν κατὰ τὴν ὁμοιότητα, φησι, κἀγὼ μονούμενος, καὶ τὰς νύκτας βοῶν, μισητὸς τοῖς ἀκούουσιν ἐγενόμην· ἢ, ἐκκλίνων τὰς τῶν πονηρῶν συνηθείας, ἐμονώθην καὶ ἐξηνθρώπισον. τὸ οἰκόπεδον δὲ ὁ Σύμμαχος ἐρείπια εἶπεν. ἢ τὸ, ὡμοιώθην πελεκάνι, παρίστησι τὴν ἐρημίαν τοῦ ἔθνους, τοῦ παρ' οὗ ταῦτα λέγεται, ὡς ἕνα που μόνον ἢ δύο διεσώζεσθαι. εἴη δ' ἂν ὁ προφητικὸς χορὸς τὴν ἐρημίαν ἀποκλαιόμενος καὶ ἀπόπτωσιν. καὶ οὐ μόνον, φησὶ, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠνειδιζόμην καὶ ἐμισούμην, ἀλλὰ καὶ οἱ πρότερον θαυμάζοντες τὰ ἐμὰ, ὅρκον ἐποιοῦντο τὰς ἐμὰς συμφορὰς φάσκοντες, μὴ τάδε πάθοιμι ὡς οὗτος.

ι. ΟΤΙ ΕΠΙ ΣΠΟΔΟΝ ΩΣΕΙ ΑΡΤΟΝ ΕΦΑΓΟΝ.] Καὶ γὰρ οὐ μικρά, φησιν, ἦν τὰ κατ' ἐμὲ θλίψεως ἕνεκεν. Ὅτε γὰρ ἄρτος σποδοῦ μοι διέφερεν οὐδὲν, οὕτως ἀνήδυστος ἦν ἡ τροφὴ καὶ ἀηδὴς, ὡς ἅμα πλείονος ἐπληροῦτο δακρύου, ἢ κεράματος· τὴν κακοπάθειαν δὲ σημαίνει ἣν ἐποιοῦντο, ὑπὲρ τοῦ οἰκτειρηθῆναι. Καὶ ἔστι χρήσιμον τὸ ῥητὸν πρὸς τοὺς παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πότου αὐλοῖς τερπομένους καὶ ᾠδαῖς. Ταῦτα δέ, φησι, πάντα ὑπεμένομεν, διὰ τὸ ὀργίζεσθαί σε ἡμῖν καὶ θυμοῦσθαι. ἢ ἀντὶ τοῦ· κατὰ πρόσωπον τοῦ θυμοῦ σου τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων. Φιλοῦσι γὰρ οἱ θυμούμενοι κατὰ πρόσωπον τῶν ὑπευθύνων τὴν τιμωρίαν ποιεῖσθαι. εἰς ὕψος γὰρ ἄρας ἡμᾶς, καὶ περιβλέπτους ποιήσας, πάλιν κατέρραξας, καὶ εἰς ταπεινότητα πολλὴν κατήνεγκας. ἢ κατὰ τοὺς παλαιστὰς εἰς ὕψος λαβὼν, οὕτως εἰς γῆν κατέρραξας· ὃ σημαίνει τὴν ἄγαν αὐτῶν ταπείνωσιν. Καὶ ταῦτα, φησιν, ὑπομένω, τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς μου διαφέροντος οὐδὲν σκιᾶς ἐκκλινούσης, οὐδὲ χόρτου καύσωνι πληττομένου. καὶ ἔοικα σκιᾷ κλινούσῃ, καὶ ληγούσῃ λοιπόν· καὶ παρ' αὐτάς εἰμι τὰς δυσμὰς, καὶ ὡς ξηρανθεὶς χόρτος, τὰς τῶν ἀμώντων ἀναμένω χεῖρας.

Et ossa mea sicut aestus ignita sunt: & sicut fœnum priorem florem perdidi, & cibi appetitum abieci; atque omni bonâ habitudine priuato, pellis ex mœrore vix nudis ossibus adhæret: id est, Moles corporea contabuit, & ad os appropinquauit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

7. SIMILIS FACTVS SVM PELLICANO SOLITVDINIS.] Omnes dicit aues quæ solitudinibus gaudent; ad quarum similitudinem ego quoque, inquit, solitarius, ac noctu clamans, audientibus factus sum inuisus: vel, improborum consuetudines declinans, solitarius & ab hominibus alienus extiti. *Domicilium* autem Symmachus dixit *rudera*, seu *parietinas*. Vel illud, *Similis factus sum pellicano*, declarat gentis, de qua hæc dicuntur, solitudinem, ac si quodammodò tantùm vnus aut alter reperiretur. Ceterùm propheticus chorus desolationem & excidium defleuerit. Et non solùm, inquit, inimicis execrationi & odio eram, sed etiam hi, quibus res meæ priùs fuerant admirationi, calamitates meas abominati sunt dicentes, Ne istiusmodi patiar vt iste.

Describit suam solitudinem.

10. QVIA CINEREM TAMQVAM PANEM MANDVCABAM.] Etenim, inquit, haud parum mihi aduersa erant propter afflictionem. Cùm enim panis mihi à cinere nil differret, adeò insuauis erat atque fastidiosus, vt pluribus simul lacrymis repleretur, seu misceretur: significat autem molestiam quâ afficiebantur, vt ad commiserationem commoueret. Hæc sententia quoque vtilis est aduersus eos qui inter potandum tibijs & cantilenis delectantur. Hæc autem, inquit, omnia sustinuimus, quia nobis iratus offensus fuisti. Siue ac si dicat: *In facie iræ tuæ potum meum cum fletu miscebam.* Solent enim illi qui irati sunt in facie reorum supplicium irrogare. Cùm enim nos in altum eleuasses, & illustres reddidisses, rursus contriuisti, & ad humilitatem magnam adduxisti. Vel cùm pugilum more in altum eleuasses, ita demum in terram collisisti: quod nimiam eorum humiliationem designat. Atque hæc, inquit, sustinebo, cùm tempus vitæ meæ nil differat ab vmbra declinante, vel à fœno quod æstu percutitur. Et assimilatus sum vmbræ inclinanti, & iam deficienti: iámque in ipso occasu versor, & tamquam fœnum aridum, messorum manus expecto.

Afflictis etiam panis redditur fastidiosus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

13. TV AVTEM DOMINE IN ÆTERNVM PERMANES.] Hoc autem, Domine, te maximè flectere debet, quòd noster status exigui temporis, & fragilis ac nullius momenti, & cum ærumnis coniunctus sit, tuus verò æternus, immutabilis & immortalis existat, ita vt præsentia mihi valeas immutare. Quapropter subiungit: Tu exurgens tamquam misericors misereberis afflictæ Sion, secundùm tempus optatissimum resurrectionis tuæ. Per hæc enim prædicit apparitionem Saluatoris, quâ vera Sion, id est pium viuendi institutum ædificatum fuit. Lapides autem vocat Apostolos & Doctores qui huic ædificio inserti fuerunt: quandoquidem etiam alibi, Lapides, inquit, versantur in terra, qui placuerunt Prophetis, vtpote sententiâ sibi mutuo coaptati, & in vnam domum Dei, nouam Sion, ex Gentibus electi & coagmentati benè placuerunt. Quòd autem de his dicat, subiunxit, *Timebunt omnes Gentes.* Cùm enim initium sapientiæ sit timor Domini, hunc autem timorem Gentes aliquando assumpturas dicat; quid aliud quàm Dei cultum Gentibus vaticinatur? quarum adhuc puluerem, siue terrena sapientium, & adhuc infidelium, miserebuntur hi qui ipsis placuerunt. *Omnes* autem *Reges*, id est Regna. Siquidem non est Gens aut Regnum quod non adoret gloriam Dei vel integrè vel ex parte.

Sionis lapides sunt Apostoli.

17. QVIA ÆDIFICABIT DOMINVS SION.] Ædificationem dicit, secundùm quam ædificatæ sunt Gentes per fidem, quam operatus est, respiciens in orationem Prophetarum dicentium: Attende ad visitandas omnes Gentes. Hæc autem, inquit, oratio, quæ per Psalmum efformata est de Ecclesia Gentium, Scripturæ mandetur, vt custodiantur ea quæ vaticinijs prædicta sunt alteri generationi, quam vocauit populum qui creatur, scilicet ex Gentibus. Gentes enim in Christo conditæ sunt, vt duo euaderent in vnum nouum hominem. Porrò nomen creationis non substantiationem, sed immutationem significat. Non enim simpliciter creatus fuit, sed in principium viarum Dei. Populus igitur qui creatur; id est, qui venit ad cognitionem vnigeniti Dei. *Prospexit* autem dixit propter incarnationem. Inclinans enim cælos descendit, cùm audisset vocem compeditorum catenis pecca-

Prædicit Gentium conuersionem.

Ephes. 2, 15.

Christus ad nos redimendos descendit.

ιγ'. ΣΥ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΜΕΝΕΙΣ.] Καὶ τοῦτο δέ σε μάλιστα ἐπικάμψαι, δέσποτα, ὀφείλει, ὅτι τὸ ἡμέτερον ὀλιγοχρόνιον, καὶ ἐπίκηρον καὶ οὐδαμινὸν, καὶ συμφοραῖς συνεζευγμένον, τὸ δὲ σὸν ἀΐδιον, καὶ ἀπαράτρεπτον καὶ ἀθάνατον, ὥστε δυνατόν ἐστι χαρίσασθαί μοι τὴν παροῦσαν μεταβολήν. Διὸ ἐπάγει· Σὺ ἀναστὰς ὡς οἰκτίρμων οἰκτειρήσεις τὴν πεπονθυῖαν Σιών, κατὰ τὸν πολύευκτόν σου τῆς ἀναστάσεως καιρόν. Προφητεύει γὰρ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιφάνειαν διὰ τούτων, δι' ἧς ᾠκοδομήθη ἡ ἀληθὴς Σιὼν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα. Λίθους δὲ καλεῖ τοὺς εἰς τὴν οἰκοδομίαν ταύτης ἐμβεβλημένους Ἀποστόλους καὶ Διδασκάλους· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ, λίθοι, φησὶν, ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς, οὓς εὐδόκησαν οἱ προφῆται, ὡς συνηρμοσμένους τῇ γνώμῃ ἀλλήλοις, καὶ εἰς ἑνὸς οἴκου Θεοῦ, τῆς νέας Σιών, ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκλεγέντας καὶ ἁρμοσθέντας εὐηρέστησαν. Ὅτι δὲ περὶ τούτων φησὶν, ἐπήγαγε, φοβηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη. εἰ γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, τοῦτον δὲ τὸν φόβον ἀναλήψεσθαί ποτε τὰ ἔθνη φησί· τί ἕτερον ἢ θεοσέβειαν τοῖς ἔθνεσι θεσπίζει, ὧν καὶ τὸν χοῦν, ἤτοι τοὺς χοϊκὰ φρονοῦντας, καὶ ἔτι ἀπιστοῦντας, οἱ ἐκείνοις εὐδοκοῦντες οἰκτειρήσουσι. Πάντες δὲ οἱ βασιλεῖς, ἀντὶ τοῦ αἱ βασιλεῖαι. οὐ γάρ ἐστιν ἔθνος ἢ βασιλεία ἣ μὴ προσκυνεῖ τὴν δόξαν κυρίου ἢ καθόλου, ἢ ἀπὸ μέρους.

ιζ'. ΟΤΙ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΣΙΩΝ.] Οἰκοδομὴν λέγει, καθ' ἣν ἐκτίσθη τὰ ἔθνη διὰ τῆς πίστεως, ἣν ἐνήργησεν, ἐπιβλέψας ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν προφητῶν λεγόντων· πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. Αὕτη δέ, φησι, ἡ διὰ τοῦ ψαλμοῦ τυπωθεῖσα εὐχὴ ἡ περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν ἐθνῶν, γραφῇ παραδοθήτω, εἰς τὸ φυλάττεσθαι τὰ τεθεσπισμένα τῇ ἑτέρᾳ γενεᾷ, ἣν εἶπεν λαὸν κτιζόμενον, ἤτοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Ἐκτίσθη γὰρ ἐν Χριστῷ τὰ ἔθνη, ὥστε τοὺς δύο γενέσθαι εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Τὸ δὲ τῆς κτίσεως ὄνομα οὐκ οὐσίωσιν, ἀλλ' ἀλλοίωσιν σημαίνει. οὐ γὰρ καθάπαξ ἐκτίσθη, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ὁδῶν Θεοῦ. Λαὸς οὖν ὁ κτιζόμενος· οἷον ὁ εἰς γνῶσιν ἐρχόμενος τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ. Ἐξέκυψε δὲ εἶπεν διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν. κλίνας γὰρ οὐρανοὺς κατέβη, ἀκούσας φωνῆς τῶν πεπεδημένων σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν.

Digitized by Google

πολν· καὶ οὓς κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, αὐτοὺς ἔλυσε διὰ τοῦ τῆς μυστηρίου ἀναγεννήσεως· στενάζουσι δὲ διὰ τῆς μετανοίας. καὶ οἱ τὰς πέδας τῆς κακίας φέροντες, τῇ χειρίστῃ ἕξει πεπεδημένοι. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς καθόδου αἴτιον, ὅπως ἡ Ἐκκλησία ἀνυμνεῖν διδαχθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἥ ἐστι Σιών. καὶ ἡ σκοπευτικὴ δὲ ψυχή, Σιὼν οὖσα, τοὺς ἀναγγέλλοντας ἕξει τὸν νόμον αὐτῇ κυρίου ἐν τῇ, διὰ τὸ ὁρᾶν τὴν εἰρήνην κυρίου, χρηματιζούσῃ Ἱερουσαλήμ.

κγ΄. ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΥΝΑΧΘΗΝΑΙ ΛΑΟΥΣ.] Τῶν ἐθνῶν. ἑωρακότες θείᾳ προγνώσει οἱ μακάριοι προφῆται τὴν ἐπὶ τὸν κύριον συνάθροισιν, ἐρωτῶσι μὴ προαναρπασθῆναι, ἀλλὰ τὴν ζωὴν αὐτοῖς ἐκταθῆναι μέχρι τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἤτοι τῆς θείας ἐπιφανείας. ὁδὸν γὰρ ἰσχύος τὴν ἐπὶ γῆς παρουσίαν φασίν, ᾗ τὸν ἰσχυρὸν ἔδησεν. Ἀνάγεται δὲ ἐν ἡμίσει ἡμερῶν ὁ μὴ τελείως ἐνταῦθα καρποφορήσας τὴν ἀρετήν.

κϛ΄. ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ ΓΗΝ ΕΘΕΜΕΛΙΩΣΑΣ.] Ἅπαντα μέν, φησι, τὰ ὁρώμενα καταγηράσει, καὶ ἱματίου μιμήσεται παλαιότητα· σὺ δὲ αὐτὰ νεουργήσεις, καὶ ἀφθαρτίσεις. εἰ μὲν γὰρ μὴ σὺ ἦσθα ὁ κατ' ἀρχὰς αὐτῶν δημιουργός, οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὰ μεταβληθῆναι· εἰ γὰρ ἀγέννητα ἦν, ἔμενεν ἂν καὶ ἀτελεύτητα· νῦν δὲ ἐπεὶ ποιητὴς αὐτῶν εἶ, δυνάσαι αὐτὰ καὶ παραγαγεῖν. τὸ δὲ εἰρημένον περὶ θεοῦ κρεμάζων γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἐμφαίνει τὴν μέσην χώραν αὐτὴν ἔχειν. ἀντιδιέστειλε δὲ ταῦτα τῇ ὀλιγότητι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ προφήτης. ὡσεὶ λέγων· ἐγὼ μέν, πρόσκαιρος ὤν, οὐ φθάσω, τὸ τῶν προηγγελμένων πέρας ἰδεῖν· σὺ δὲ ἥξεις εἰς ἐκείνην τὴν γενεάν, καὶ τὸν λαὸν τὸν κτιζόμενον, ἅτε δὴ μένων ἐπ' ἄπειρον ὡς ἀΐδιος, καὶ ἐξ ἀϊδίου, καὶ πάντων δημιουργός· ἃ καὶ παλαιωθέντα πρὸς τὸ κρεῖττον μετασκευάσεις· καὶ οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατοικήσουσιν ἐν αὐτοῖς γεγονόσι καινοῖς. ἑλιχθήσονται γάρ, ἤ, ὡς ὁ Σύμμαχος, ἀλλαγήσονται εἰς βέλτιον σχῆμα μεταποιούμενοι. καὶ τὸ εἰρημένον γάρ, ὅτι ἀπολοῦνται, οὐ κατ' οὐσίαν φησίν, ἀλλὰ κατὰ σχῆμα. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τούτων οὖν, φησίν, ἐν ταυτότητι μὴ μενόντων, ἐπιλείψει τὰ ἔτη ποτέ· σοῦ δὲ οὔτε ἤρξα-

catorum suorum: & quos mors præualens absorbuerat, hos soluit per mysterium regenerationis: gemunt autem per pœnitentiam. Et qui pedicas malitiæ gerunt, pessimâ affectione compediti sunt. Atque hæc est caussa descensus, vt nimirum Ecclesia, quæ est Sion, doceretur nomen eius celebrare. Ceterùm anima quoque contemplatrix, cùm sit Sion, habebit etiam qui annuntient ipsi legem Domini in ea, quæ, quòd pacem Domini videat, Hierusalem appellatur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Anima contemplatrix est Sion spiritualis.

23. IN CONVENIENDO POPVLOS IN VNVM.] Cùm beati Prophetæ Gentium ad Dominum conuersionem diuinâ prænotione conspexissent, rogant ne præripiantur, sed vita ipsis vsque ad rerum euentum, scilicet diuinam apparitionem, prorogetur. Viam enim virtutis vocant eius in terra præsentiam, quâ fortem alligauit. Reuocatur autem in dimidio dierum is qui minimè perfectè hîc virtutem acquisiuit.

26. IN PRINCIPIO TV DOMINE TERRAM FVNDASTI.] Omnia quidem, inquit, quæ videntur veterascunt, & vestimenti vetustatem imitantur: tu verò illa renouabis, & incorrupta seruabis: nam nisi tu esses qui ab initio illa condidisti, haudquaquam possent immutari: quoniam si ingenita essent, mansissent vtique finis expertia; nunc autem cùm eorum conditor sis, potes etiam illa transferre. Ceterùm cùm dicatur Deus super nihilum terram suspendere, insinuatur quoque ipsam medium locum obtinere. Hæc autem Propheta opposuit exilitati vitæ humanæ, ac si diceret: Ego quidem, cùm temporarius sim, nequaquam eò pertingam, vt prædictorum finem videam: tu autem peruenies ad generationem istam, & ad populum qui creabitur, vt qui in infinitum permanes tamquam sempiternus, & ex sempiterno, & omnium conditor; quę etiam antiquata in meliorem statum restitues: & filij seruorum tuorum habitabunt in eis iam innouatis. Vertentur enim, vel, vt Symmachus, immutabũtur in formam pręstantiorem transformati. Etenim id quod dictum est, *Quia peribunt*, non secundùm substantiam ait, sed secundùm formam. *Præterit enim figura*, inquit Apostolus. His igitur, inquit, in eodem statu minimè manentibus, tandem aliquando anni deficient; tui autem anni vti non incepe-

Creaturæ omnes hic veterascunt.

Deus qui semper permanet ad omnes pertingit generationes.

1. Cor. 7, 31.

CATENA PATRVM.

runt, ita neque deficient vmquam. Dixit autem annos eius minimè deficere, eò quòd substantia eius in infinitum duret. Semen verò quod in sæculum dirigitur, est caro assumpta: cùm enim Deo vnita sit, statum habet incorruptum. Semen autem seruorum, & doctrina Apostolorum, & prædicatio salutaris, quæ in æternum permanet.

το, ὅτι ἐπιλείψει τὰ ἔτη ποτέ. μὴ ἐπιλείπειν δὲ αὐτοῦ εἶπε τὰ ἔτη, τῷ ἐπ' ἄπειρον τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ μένειν. Σπέρμα δὲ εἰς αἰῶνα κατευθυνθὲν, ἡ προσληφθεῖσα σάρξ· ἑνωθεῖσα γὰρ τῷ Θεῷ, ἀνώλεθρον ἔχει τὸ εἶναι. Σπέρμα δὲ δούλων, καὶ ἡ τῶν Ἀποστόλων διδαχὴ, τὸ σωτήριον κήρυγμα, ὅπερ εἰς αἰῶνα διαμένει.

CATENA PATRVM.

Pauperes beati.

EVSEBII. Cùm titulus sit *Oratio pauperi*, intelliges hoc loco dictum pauperem, conferendo illum cum paupere isto qui beatus prædicatur; iuxta illud, *Beati pauperes spiritu*. *(Matth. 5, 3.)* Quin imò afflicto pauperi quadrabit etiam illud, Beati flentes & lugentes. *(Lucæ 6, 21.)* Omnis enim Deo deuotus, dum in rebus vitæ huius pauper est, sed in Deo diues, tristatur lugens. Vel tristitia, secundùm Symmachi interpretationem, concipitur de malitia & interitu plurimorum: cuiusmodi erat is qui dicebat, *Hei mihi, quia perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est*; *(Mich. 7, 2.)* & qui dixit, *Non est qui faciat bonum.* *(Psalm. 13, 3.)* Verumtamen ad hæc, pauper qui tristatur ac luget, affectioni suæ medicinam excogitat: hæc autem erat oratio ad Deum, quam solam habebat consolationem.

Oratio est medicina pauperis.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει προσευχὴ τῷ πτωχῷ, νοήσεις τὸν ἐνταῦθα λεγόμενον πτωχὸν, συμβάλλων αὐτὸν τῷ μακαριζομένῳ· καὶ τὸ, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. ἁρμόσει δ' ἂν τῷ ἀκηδιῶντι πτωχῷ καὶ τὸ, Μακάριοι οἱ κλαίοντες καὶ πενθοῦντες. πᾶς γὰρ ὁ τῷ Θεῷ ἀνακείμενος, πτωχεύων ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι, παρὰ δὲ Θεῷ πλουτῶν, ἀκηδιᾷ λυπούμενος. ἡ ἀθυμία, κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν, κατέχεται ἐπὶ τῇ τῶν πολλῶν κακίᾳ καὶ ἀπωλείᾳ· οἷος ἦν ὁ λέγων, Οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει· καὶ ὁ εἰπὼν, Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα. Πλὴν ἐπὶ τούτοις, ὁ πτωχὸς ἀκηδιῶν καὶ ἀθυμῶν, φάρμακον τοῦ πάθους θεραπευτικὸν ἐπινοεῖ ἑαυτῷ· τοῦτο δὲ ἦν πρὸς Θεὸν εὐχὴ, ἣν μόνην εἶχε παραμυθίαν.

Omnis orans pauper est.

DIDYMI. Omnis qui aliquid petit, cùm id quod non habet petat, accedens vt impetret per orationem, pauper est. Quisquis igitur Deum orat, bonorum postulat participationem, cùm hanc à semetipso habere non possit: vnde etiam omnes respectu Dei pauperes existunt. Etsi igitur Rex Dauid magnus esset, in Dei donis pauper erat: quapropter semetipsum sciens plurimis aut etiam omnibus Dei donis carere, tristitiâ replebatur, ita vt animo esset valdè anxio: deinde cùm sic affectus esset, effundit coram Domino deprecationem suam; rogans eum qui dat bona postulantibus ipsum: nam qui non hæc, sed rerum aliquid temporalium petit, propter inordinatam animi affectionem non habet fiduciam coram Deo precem suam effundendi.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πᾶς ὁ αἰτούμενός τι, οὐκ ἔχων ὃ αἰτεῖται, ἐπὶ τῷ τυχεῖν τούτου ἐρχόμενος διὰ τῆς αἰτήσεως, πτωχός ἐστι. πᾶς οὖν προσευχόμενος Θεῷ, ἀγαθῶν αἰτεῖται μετουσίαν, ταύτην ἐξ ἑαυτοῦ ἔχειν οὐ δυνάμενος· ὅθεν καὶ πάντες πρὸς Θεὸν πτωχοί. Εἰ καὶ μέγας οὖν ἦν καὶ βασιλεὺς ὁ Δαβὶδ, ἐν τοῖς ἐκ Θεοῦ διδομένοις πτωχὸς ἦν· ὅθεν γνοὺς ἑαυτὸν πολλῶν ἢ πάντων τῶν ἐκ Θεοῦ χορηγουμένων λειπόμενον, ἀκηδίας ἀναπίπλαται, ὡς σφόδρα ἀθυμῆσαι· εἶτα καὶ τὸ οὕτω διατεθῆναι, ἐκχεῖ ἐνώπιον κυρίου τὴν δέησιν αὐτοῦ, αἰτούμενος παρὰ γὰρ διδόντος τὰ ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν· ὁ γὰρ μὴ ταῦτα, ἀλλά τι τῶν προσκαίρων αἰτῶν, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν ἐνώπιον κυρίου ἐκχέειν τὴν δέησιν αὐτοῦ διὰ ἐμπαθῆ προαίρεσιν.

Oratio & deprecatio quid sint.

2. DOMINE EXAVDI ORATIONEM MEAM.] DIDYMI. Oratio quidem supplicationem designat ad

β. ΚΥΡΙΕ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ μὲν προσευχὴ τὴν ἱκετηρίαν δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν

Digitized by Google

.Θεὸν καὶ τὴν παράκλησιν, ἡ δὲ δέησις τὴν αἴτησιν τὴν περὶ ὧν βούλεται αὐτῷ τῷ δεομένῳ παρασχεθῆναι. ταῦτα δέ ἐστι τὰ κυρίως ἀγαθά, ἃ καὶ τῷ Θεῷ πρέπον διδόναι, καὶ τοῖς αἰτοῦσι συμφέρει λαβεῖν. εἴρηται δὲ ἤδη περὶ κραυγῆς τῶν ἁγίων ὑμνούντων Θεὸν καὶ εὐχομένων αὐτῷ μεγαλοφώνως, ὅτι ἐστὶν οὐχὶ ἐν προφορᾷ, ἀλλὰ τῆς νοήσεως ἐπιτάσεις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνειδώς, τὰς ἑαυτοῦ πράξεις ἀγαθὰς δεικνύς, μετὰ παρρησίας λέγει τῷ Θεῷ· Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ θλίβεσθαι προσήκει ταῖς ἀπὸ Θεοῦ ἱκετηρίαις σχολάζειν, καὶ μὴ μόνον ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς. ὁ ἅγιος οὖν παρακαλῶν λέγει· μὴ εἴη τοιαῦτά με αἰτῆσαι, ἐφ' οἷς ἀνανεύσας ἀποστραφῇς ἀπ' ἐμοῦ τὸ πρόσωπον· εὔχομαι δὲ οὐχ ὅπως μὴ θλιβῶ (ἀδύνατον γὰρ τοῦτο) ἀλλ' ὅπως θλιβόμενος μὴ ἡττηθῶ, καὶ ὅπως τῇ ἐλπίδι χαίρων ὑπομένω τὰς θλίψεις καὶ καυχώμενος ἐν αὐταῖς. ἡ γὰρ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Κλῖνόν, φησι, πρός με τὸ οὖς σου. Διὰ τί; ὅτι θλιβόμενος οὐ δύναμαι σὺν παρρησίᾳ προσεύξασθαι. θλῖψιν δὲ λέγει τὴν τῶν πειρασμῶν εἴτε τῶν αἰσθητῶν εἴτε τῶν νοητῶν ἐπαγωγήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κλίνειν δὲ ὁ Θεὸς τὸ οὖς αὐτοῦ λέγεται, ὡς οὐκ ἐφικνουμένης τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεώς τι καὶ κραυγῆς φθάνειν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς αὐτοῦ θειότητος· διόπερ αὐτὸς συγκατιὼν τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ὑποκλίνει τὴν ἀκοὴν τοῖς καταξιουμένοις ἐπακοῆς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τί τὸ κατεπεῖγον; αἰτία δὲ τίς ἢ ποία τῆς ταχύτητος, τὰ ἑξῆς δηλοῖ.

δ'. ΟΤΙ ΕΞΕΛΙΠΟΝ ΩΣΕΙ ΚΑΠΝΟΣ ΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα φησὶ κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα τὰς ἐσομένας ὡς γεγενημένας συμφορὰς διηγεῖται, καὶ τὸν τῆς ζωῆς ἀναλωθῆναι χρόνον φησὶ τῷ καπνῷ παραπλησίως, καὶ ἐξ ἀθυμίας ξηρὸν γεγενῆσθαι τὸ σῶμα, ὡς ὑπό τινος φρυγὲν πυρὸς προσβολῆς. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· Καὶ ὀστᾶ μου ὡς καῦσις ἐψαθυρώθη. Ἀλλὰ γὰρ καὶ χόρτῳ παραπλησίως ἀπεσβέσθην, καὶ τὸ πρότερον ἄνθος ἀπώλεσα· καὶ πάσης μὲν τροφῆς ἀπέβαλον ὄρεξιν, τῆς δὲ προτέρας

Deum & obtestationem, deprecatio verò postulationem eorum quæ vult concedi ipsis indigenti. Hæc autem sunt verè seu propriè bona, quæ & Deum dare decet, & petentibus vtilia sunt accipere. Ceterùm de clamore sanctorum Deum celebrantium & magnâ voce rogantium iam pridem dictum est non in pronuntiatione consistere, sed esse mentis intentiones.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Is qui nullius sibi mali conscius est, actiones suas probas demonstrans, cum fiducia Deo dicit: *Ne auertas faciem tuam à me.* Verumtamen etiam ante tribulationem diuinis supplicationibus vacandum est, & non solùm in temporibus aduersis. Hic sanctus itaque supplicans ait; Ne contingat me talia postulare, quibus abnuens à me faciem tuam auertas: non oro autem vt non affligar (hoc enim impossibile est) sed vt afflictus minimè deijciar, & vt spe gaudens sustineam tribulationes, atque in ijs glorier. *Tribulatio enim patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit.*

Non solùm in aduersis, sed etiam in prosperis orandum est.

Rom. 5. 4.

CYRILLI. *Inclina*, inquit, *ad me aurem tuam.* Ad quid? Quia nimirum dum tribulor non valeo cum fiducia orare. Tribulationem autem vocat tentationum siue sensibilium siue spiritalium irrogationem.

EVSEBII. Dicitur autem Deus inclinare aurem suam, quasi humana vis & clamor ad diuinitatis ipsius celsitudinem pertingere minimè valeat; propter quod ipse condescendens magnitudinis suæ aurem inclinat ijs quos exauditione dignos censuit.

Quomodo Deus dicatur inclinare aurem suam.

HESYCHII. Et quid sit quod vrgeat. Quæ verò qualísve caussa sit accelerationis, sequentia declarant.

4. QVIA DEFECERVNT SICVT FVMVS DIES MEI.] THEODORETI. Hinc secundùm proprium idioma futuras calamitates tamquam præteritas narrat, aitque vitæ tempus adinstar fumi consumptum esse, atque ex mœrore corpus aridum esse factum, tamquam ab aliquo ignis impetu combustum. Sic enim Aquila etiam explanauit: Et ossa mea sicut cinis exaruerunt. At enim velut fœnum quoque extinctus sum, pristinumque florem amisi; atque omnis quidem cibi appetitum perdidi, priori verò

Quomodo vita nostra consumatur.

Digitized by Google

CATENA PATRUM.

felicitatę penitus spoliatus sum : ex mœrore enim corpus contabuit, nudis verò ossibus cutis adhærescit.

εὐπαθείας παντελῶς ἐγυμνώθην· τῇ γὰρ ἐξ ἀθυμίας τηκεδόνι ἐξανηλώθη τὸ σῶμα, γυμνοῖς δὲ τοῖς ὀστέοις ἐπίκειταί μου τὸ δέρμα.

Evsebii Cæsariensis. Hic pauper secundùm Deum primum suum facinus edisserit, nempe dies suos instar fumi defecisse. Hoc autem intelliges ex his quæ Iob ait: *Quando lucebat lucerna super caput meum: quando eram materiatus nimis.* Lucebat ipsi lucerna tunc in abundantia existenti : quando verò cunctis facultatibus exciderat, dixit etiam ipse; *Quia defecerunt sicut fumus dies mei.* Istiusmodi autem est is qui secundùm Deum pauper est, inglorius & obscurus temporariæ vitæ dies transigens.

Iob 29,3.

Ευσεβιου Καισαρειας. Ὁ κατὰ θεὸν πτωχὸς πρῶτον αὐτοῦ κατόρθωμα διδάσκει, τὸ ἐκλελοιπέναι καπνοῦ δίκην τὰς ἡμέρας αὐτοῦ. νοήσεις δὲ τοῦτο ἀφ᾽ ὧν ὁ Ἰὼβ φησιν· Ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος ὑπὲρ κεφαλῆς μου· ὅτε ἤμην ὑλώδης λίαν. ηὔγει αὐτῷ ὁ λύχνος τότε ἐν εὐθηνίᾳ ὑπάρχοντι· ὅτε δὲ πάντα αὐτῷ τὰ ὑπάρχοντα διαπεπτώκει, εἶπεν αὖ καὶ αὐτός· ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου. τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ κατὰ θεὸν πτωχός, ἀδόξως καὶ ἀφανῶς τὰς ἡμέρας αὐτοῦ τῆς προσκαίρου ζωῆς διεξάγων.

Athanasii. Ea quæ populo accidebant sibi accommodat propheticus chorus.

Αθανασιου. Τὰ συμβάντα τῷ λαῷ οἰκειοποιεῖται ὁ προφητικὸς χορός.

Quæ sint ossa hominis interioris.

Didymi. Sæpè dictum est, interioris hominis ossa esse solidas doctrinas atque firmissimas animæ facultates; quæ etiam torrentur ab animalium affectionum inflammatione. Ait autem cor suum exaruisse, dum nil iucundi obtinet quo recreetur : instantibus enim aduersitatibus vrgebatur adeò, vt non posset ampliùs vesci pane potiori substantiæ suæ conueniente ac congruente. Hoc enim pane reficitur is qui rebus externis minimè distrahitur aut intricatur.

Διδυμου. Εἴρηται πολλάκις, ὀστᾶ εἶναι τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὰ εὔτονα τῶν δογμάτων καὶ στερρόταται τῆς ψυχῆς δυνάμεις· ἃ καὶ συμφρύγεται ὑπὸ τῆς τῶν ψυχικῶν παθῶν πυρώσεως. ξηρανθῆναι δὲ αὐτοῦ τὴν καρδίαν φησὶν, οὐδὲν ἱλαρὸν ἐφ᾽ ᾧ ἐστιν ἔχειν θυμηδίαν κεκτημένην· γέγονε γὰρ ἐν τοῖς προκειμένοις περιστατικοῖς, ὡς μηκέτι οἷόν τε εἶναι τὸν κατάλληλον καὶ ἁρμόδιον τῇ τιμιωτέρᾳ οὐσίᾳ αὐτοῦ ἄρτον ἐσθίειν. Τούτου γὰρ τοῦ ἄρτου μεταλαμβάνειν ἐστὶ μὴ περιελκόμενον μηδὲ θολούμενον ὑπὸ τῶν ἐκτός.

Cultus legalis abolitus.

Athanasii. Omnis enim virtus, quâ legalis eorum cultus constabat, corrupta interijt: hæc autem erant Sacerdotium, templum, sacrificia pecorum, & gentis ex proprijs legibus gubernatio.

Αθανασιου. Πᾶσα γὰρ δύναμις αὐτῶν, δι᾽ ἧς συνεστήκει τὰ τῆς κατὰ νόμον λατρείας, διεφθάρη καὶ ἀπόλωλεν· ἦν δὲ ταῦτα ἡ ἀρχιερωσύνη, ὁ ναὸς, αἱ διὰ τῶν θρεμμάτων θυσίαι, ἡ αὐτονομία τοῦ ἔθνους.

Sæculares affectus animam consumunt.

Hesychii. Quid sit *cremium* Symmachus declarauit: exposuit enim *incendium.* Quemadmodum igitur id quod accensum est, nisi illicò extinguatur, facilè absumitur; ita etiam anima sæcularibus affectionibus accensa, nisi Deum incendij sui clementissimum restinctorem nacta fuerit, facillimè corrumpitur: atque idcircò velociter exaudiri postulauit. Panis porrò animæ nostræ est verbum Dei. Quemadmodum enim terrenus panis corpus alit, ita verbum cæleste substantiam animæ. Atque has ob caussas Christus Apostolis tradens orandi formam dixit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quisquis igitur hunc manducare, id est operari, oblitus fuerit (spiritalis panis manducatio

Matth.6,11.

Quomodo panis spiritualis rogandus & operandus sit.

Ησυχιου. Τί ἐστι φρύγιον ὁ Σύμμαχος ἐδήλωσεν· ἐκδέδωκε γὰρ ἀπόκαυμα. ὥσπερ τοίνυν τὸ ἀποκαυθὲν, ἐὰν μὴ τύχῃ τῶν ταχέως σβεννύντων, εὐκόλως θρύπτεται· οὕτως ψυχὴ τοῖς βιωτικοῖς συγκαιομένη πάθεσιν, ἐὰν μὴ τὴν θεὸν φιλανθρωπίαν σβεννύντα τὴν ἔκκαυσιν κτήσηται, εὐκόλως διαφθείρεται· καὶ διὰ τοῦτο ταχὺ εἰσακουσθῆναι προσηύξατο. Ἄρτος δὲ ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀπὸ γῆς ἄρτος τὸ σῶμα τρέφει, οὕτως ὁ ἐξ οὐρανοῦ λόγος τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς. Καὶ τούτου χάριν ὁ Χριστὸς τὴν προσευχὴν παραδιδοὺς ἔλεγε τοῖς Ἀποστόλοις· Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Ὃς ἂν τοίνυν τοῦτον φαγεῖν ἐπιλάθηται, τουτέστιν ἐργάσασθαι (τοῦ γὰρ νοητοῦ ἄρτου ἡ βρῶσις ἐργασία καθέ-

Digitized by Google

καθέστηκε, δηλοῖ δὲ οὕτως εἰπὼν τοῖς Ἀποστόλοις ὁ κύριος· Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον) τούτου ἡ καρδία δίκην χόρτου πληγεῖσα ξηραίνεται. ὡς δὲ ὁ χόρτος πλήττεται καὶ ξηραίνεται, ὅταν ὑετὸς ἐπ' αὐτὸν σπανίσῃ· οὕτω καὶ ἡ καρδία, ὅταν ἔνδειαν νοσήσῃ τοῦ θείου λόγου, τότε πλήττεται καὶ ξηραίνεται, αὐθ[ος] ἀρετῆς βλαστῆσαι οὐκ ἰσχύουσα.

ς'. ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΤΟΥ ΣΤΕΝΑΓΜΟΥ ΜΟΥ ΕΚΟΛΛΗΘΗ.] Ησυχιου. Τουτέστιν, ἐτάκη πᾶσα πιμελὴ καὶ εὐθυμία τοῦ σώματος. Ὁ γὰρ ἀληθὴς στεναγμὸς, ὃς καὶ φωνὴν ἔχει ἀκουομένην, τήκει τὸ σῶμα, καὶ τὴν σαρκὸς ἐργάζεται νέκρωσιν· ἐπειδὴ ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινίζεται.

ζ'. ΩΜΟΙΩΘΗΝ ΠΕΛΕΚΑΝΙ ΕΡΗΜΙΚΩ.] Ευσεβιου. Τὰς πολυάνδρους χώρας φεύγων καὶ τὸν πολὺν ὄχλον, ἐρημίαν καὶ μόνωσιν μετήρχετο, ὁ κατὰ Θεὸν πτωχὸς διδάσκων, καὶ ἡμᾶς ὅπως δεῖ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχὰς ποιεῖσθαι μετὰ σχολαζούσης καὶ γαλήνου διανοίας. Δοκεῖ δὲ μὴ ἄλλο ἢ τὸ βούλημα διὰ τούτων τῆς προσευχῆς ἐμφαίνειν καὶ τὴν συμβᾶσαν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου. Σημαίνει γὰρ παντὸς μὲν τοῦ λαοῦ ἀπώλειαν, ἑαυτοῦ δὲ μόνωσιν καὶ ἐρημίαν, καὶ τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν καταστροφήν.

Θεοδωρητου. Παρίστησι τὴν ἐρημίαν ὁμοῦ τοῦ τε ἔθνους καὶ τοῦ τόπου, καθ' ἣν μόνος εὕρηταί εἷς τις καὶ δεύτερος καὶ βραχεῖς τινες, ὧν ἐκ προσώπου λέγεται τὰ προκείμενα· εἶεν δ' ἂν ἤτοι ὁ προφητικὸς χορὸς, τὴν ἀπόπτωσιν τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τὴν ἀποβολὴν ἀποκλαιόμενος. Τῆς γοῦν Ἱερουσαλὴμ εἰς ἔσχατα ἐρημίας περιτραπείσης, εἰκότως Ἱερεμίας καὶ Βαροὺχ ἢ ἕτερός τις τῶν τότε ἀπολειφθέντων εἴποιεν ἂν τό· ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ προκείμενα.

Διδυμου. Πολλαῖς κέχρηται παραβολαῖς, ἀξίως βουλόμενος παραστῆσαι τὰς συμφοράς. Δι' ἑκάστου δὲ τῶν εἰρημένων ὀρνίθων τὴν δειλίαν δηλοῖ καὶ τοῦ κηδεμόνος τὴν ἐρημίαν. Τὸ γὰρ στρουθίον ὑπ' ἀγωνίας ἐξελαύνει τὸν ὕπνον, καὶ ὁ νυκτικόραξ τὰς οἰκουμένας φεύγων τῶν οἰκιῶν, ταῖς ἐρήμοις καταλελειμμέναις περιτρέχει. τὰ γὰρ

est operatio, vti Apostolis ipse Dominus declarat dicens: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*) huius cor instar fœni percussum exarescit. Sicut autem fœnum percutitur & arescit, quando rarò pluuiâ irrigatur; ita etiam anima, quando diuini verbi penuriâ laborauerit, illicò tunc percutitur & exarescit, cùm flos virtutis germinare minimè valeat.

CATENA PATRVM. Ioan. 6, 27.

6. A VOCE GEMITVS MEI ADHÆSIT.] HESYCHII. Id est, omnis adeps & felicitas corporis contabuit. Verus enim gemitus, qui & acutam vocem habet, corpus extenuat, & carnis mortificationem operatur; quoniam quantum exterior homo corrumpitur, tantumdem interior innouatur.

Gemitus extenuat corpus.

7. SIMILIS FACTVS SVM PELLICANO SOLITVDINIS.] EVSEBII. Populosas regiones & multam turbam fugiens is qui secundùm Deum pauper est, desertum & solitudinem frequentauit, nos quoque docens, quomodo orationes ad Deum instituendæ sint mente sedulâ & tranquillâ. Per hæc autem nil aliud quam orandi voluntatem insinuare videtur & congruum orationis argumentum. Significat enim vniuersi populi interitum, suam verò solitudinem & desertionem, & prioris populi ac Hierosolymæ euersionem.

Quomodo orationes instituendæ sint.

THEODORETI. Simul & gentis & loci proponit desolationem, in qua vnus aut alter ac pauci aliqui reperti sunt, ex quorum persona dicuntur hæc proposita: hi autem fuerint propheticus chorus, qui prioris populi excidium & exterminium deflet. Cùm enim Hierusalem ad extremam desolationem redacta esset, meritò Ieremias & Baruch aut alius quispiam eorum qui tum residui erant dixerint illud: *Similis factus sum pellicano solitudinis*, & reliqua quæ proposita sunt.

Pauci superfuerunt excidio Hierosolymitano.

DIDYMI. Plurimis vtitur comparationibus, volens dignè ob oculos ponere calamitates. Per quamlibet autem auium prædictarum timorem demonstrat & gubernatoris destitutionem. Passer enim ob anxietatem somnum abigit, & nycticorax habitatas domos fugiens, ad desertas derelictasque aduolat. Domicilia enim

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Symmachus parietinas siue rudera nuncupauit. Sic etiam alia auis in solitudinibus versatur.

Fructus vigiliarum admirabilis.

HESYCHII. Admirabilem nobis vigiliarum fructum ostendit: faciunt enim nos instar passeris solitarij in tecto: quod quibusdam quidem videtur contemptibile, attamen electam simul & beatam viuendi rationem continet. Siquidem non cibum neque vestes curat is qui tamquam passer solitarius existit, insidias minimè veretur; quoniam in tecto habitat, & insidiantibus sublimior euasit. Ceterùm intelliges etiam à Psalmista tectum illud dici, de quo Dominus verba fecit, cùm orbis describit consummationem; ait enim: *Qui in tecto, non descendat tollere tunicam suam.*

Matth. 24, 17.

9. TOTA DIE EXPROBRABANT ME.] EVSEBII. Ridiculus factus sum inimicis; & qui olim æmulandus & illustris eram, modò detestatio factus sum ijs qui olim me admirabantur: per meas enim calamitates iurant; ne patiar ea quæ quidam perpessi sunt.

Calamitas reddit homines detestabiles.

ATHANASII. Et amici, inquit, per ærumnas meas iurant dicentes: Ne patiar eadem quæ Israël.

HESYCHII. Id est, hi qui videbantur amici, deteriora hostibus irrogabant: laudes enim in detestationes aduersum me mutabant: vel ad me decipiendum conspirabant, & in tantum humilitatem siue abiectionem meam auersabantur, vt obtestarentur, ne mihi similes euaderent, neque ipsis istiusmodi, qualia mihi, euenirent.

10. QVIA CINEREM TAMQVAM PANEM MANDVCABAM.] EVSEBII. Hisce similia sunt quæ in Psalmo septuagesimo nono recitantur: *Cibabis nos pane lacrymarum, & potabis nos lacrymis in mensura.* Doloris autem magnitudinem per hæc declarat. Si enim edendi tempus dolore refertum erat, quodnam ergo aliud tempus ab eo liberum esset? His autem, inquit, circumdatus sum malis; quoniam tu Domine in me iram tuam concitasti. Hæc autem Propheta dicit, populi calamitatem sibi approprians, & tantæ multitudinis interitum deflens.

ATHANASII. Vel significat ærumnas captiuitatis, vel afflictionem quam suscipiebant, vt populus misericordiam consequeretur.

SEVERI ANTIOCHENI. Ita vt neque tem-

οἰκόπεδα ἐρείπια ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν. οὕτω καὶ τὸ ἄλλο ὄρνεον ταῖς ἐρήμοις ἐνδιαιτᾶται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θαυμαστὸν ἡμῖν καρπὸν τῆς ἀγρυπνίας ἔδειξεν· ποιεῖν γὰρ ἡμᾶς ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι· ὅπερ ἐστὶ μὲν δοκεῖ που εὐκαταφρόνητον, πολιτείαν δὲ ὅμως ἐκλεκτὴν καὶ μακαρίαν κέκτηται. οὐ τροφῆς γὰρ οὐκ ἐνδυμάτων φροντίζει ὁ μονάζων ὡς στρουθίον, οὐκ ἐπιβουλὴν δέδοικε· κατοικεῖ γὰρ ἐν δώματι, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἐστὶν ὑψηλότερος. Νοήσεις δὲ πάντως ἐκεῖνο τὸ δῶμα καὶ τῷ ψαλμῳδῷ λέγεσθαι, ὅπερ ὁ κύριος περὶ συντελείας διηγούμενος ἔφρασε· φησὶ γάρ· ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ.

θ΄. ΟΛΗΝ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΩΝΕΙΔΙΖΟΝ ΜΕ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καταγέλαστος ἐγενόμην τοῖς δυσμενέσι· καὶ πάλαι ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος, νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι· κατὰ γὰρ τῶν ἐμῶν ὀμνύουσι συμφορῶν· μὴ πάθοιμι ἃ οἱ δεῖνες πεπόνθασιν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ οἱ φίλοι, φησὶν, ὅρκον ἐποιοῦντο τὰς ἐμὰς συμφορὰς λέγοντες· Μὴ αὐτὰ τῷ Ἰσραὴλ πάθοιμι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστιν, οἱ δοκοῦντες φίλοι, χείρονα τῶν ἐχθρῶν διεπράττοντο· τοὺς γὰρ ἐπαίνους εἰς ὅρκους τοὺς κατ' ἐμοῦ μετέβαλλον· ἢ συνθήκας τινὰς εἰς ἐμὴν ταύτας ἐπιβουλὴν τιθέμενοι, καὶ τοσοῦτον τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν ἐκτρεπόμενοι, ὥστε μὴ κατ' ἐμὲ γενέσθαι, μηδὲ συμβῆναι αὐτοῖς, οἷα ἐμοὶ, ὑπομνύεσθαι.

ι΄. ΟΤΙ ΣΠΟΔΟΝ ΩΣΕΙ ΑΡΤΟΝ ΕΦΑΓΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τούτοις παραπλήσια τὰ ἐν τῷ οθ΄ ψαλμῷ· Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων, καὶ ποτιεῖς ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ. Τὴν δὲ τῆς ὀδύνης ὑπερβολὴν διὰ τούτων δηλοῖ. εἰ γὰρ ὁ τῆς τροφῆς καιρὸς ὀδύνης ὑπῆρχε μεστὸς, τίς ἂν ἄλλος καιρὸς ταύτης ἐλεύθερος ἦν; τούτοις δέ, φησι, περικλύζομαι τοῖς κακοῖς· ἐπειδὴ σὺ δέσποτα κεκίνηκας κατ' ἐμοῦ τὴν ὀργήν. ταῦτα δέ φησιν ὁ προφήτης, οἰκειούμενος τὴν τοῦ λαοῦ συμφορὰν, καὶ ὀλοφυρόμενος τὴν ἀπώλειαν τοῦ τοσούτου πλήθους.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἢ τὰς συμφορὰς τὰς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ σημαίνει, ἢ τὴν κακοπάθειαν ἣν ἐποιοῦντο, ὑπὲρ τοῦ οἰκτειρηθῆναι τὸν λαόν.

ΣΕΒΗΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Ὡς οὐδὲ τὸν τῆς

αἰτί-

Digitized by Google

ἀνίσεως καιρὸν ἔξω τοῦ μακαρίου τοῦ κατὰ Θεὸν ἐποιοῦντο πένθους.

ιβ'. Καγω ωσει χορτος εξηρανθην.] Αθανασιου. Τὸ ἐγὼ, αὐτὸ τοῦ ὁ λαός. οἰκειοποιεῖται γὰρ, ὡς ἔφην, πάντα τοῦ λαοῦ.

Ευσεβιου. Πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. Πάλιν καινοποιούμενος τὸν περὶ τοῦ λαοῦ λόγον ἐπιλέγει· Κἀγὼ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ μὲν θνητά, φησι, καὶ ἀνθρώπινα, οἷα καὶ δεδήλωται, τυγχάνει οὐδέποτε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μένοντα, ἀλλ' ἐπαιρόμενα καὶ καταρρηγνύμενα, ὑψούμενά τε καὶ ταπεινούμενα· καὶ παντοίαν τροπὴν καὶ μεταβολὴν ὑπομένοντα διὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις πολυτροπουμένην κακίαν· σὺ δὲ κύριε, οὐδὲν ἔχων θνητὸν οὐδ' ἐπίκηρον, εἰς τὸν αἰῶνα μένεις, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων.

Ησυχιου. Μὴ τοίνυν τοῖς βιωτικοῖς ἐπαιρώμεθα πράγμασι· τούτου γὰρ ἡμᾶς ἕνεκα σκιὰν καὶ χόρτον ὁ προφήτης ἐκάλεσεν, ἵνα μηδενὶ τῶν παρόντων θαρσήσωμεν, τὸ σαθρὸν αὐτῶν εἰδότες καὶ τὸ πρόσκαιρον. Ἀφ' ἡμῶν δὲ τὸν λόγον εἰς τὸν κύριον μετέστησεν, ἐπειδὴ τῆς θνητῆς μετέσχε σαρκός, τῆς φθειρομένης καθάπερ ὁ χόρτος, ἀλλ' ὅμως αὐτὸς καὶ σαρκωθεὶς ἄφθαρτος εἰς τὸν αἰῶνα, ὡς θεός, καὶ ἀθάνατος ἔμεινε.

ιδ'. Συ αναστας οικτηρησεις την Σιων.] Απολιναριου. Διὰ τί δὲ μόνης μέμνηται τῆς Σιών; ὅτι προηγουμένως οὐκ ἐλήλυθεν εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ· (λαὸς γὰρ αὐτοῦ ἐχρημάτιζε διὰ τοὺς πατέρας.) ἅπαξ δὲ εἰς τὸν κόσμον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐλθών, οὐδένα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ παρόψεται, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἰδίοις ἅπαντα τὸν κόσμον ζωοποιήσει.

Ησυχιου. Ἀναστάς· πόθεν; ἀπὸ τῶν νεκρῶν δῆλον. Ἀλλὰ πῶς οἰκτείρει τὴν Σιών; τὴν ἐπ' αὐτὴν μεταβάλλων ἀπειλήν· τίς δὲ ἦν αὕτη; Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται. Καὶ ἡ μὲν κατάρα κοινή, ἡ μεταβολὴ δὲ οὐ κοινή· καὶ θεωρεῖς ὅπως ἡ μὲν ἔτι καὶ νῦν πεπόρθηται, ἡ Σιὼν δὲ ἐν δόξῃ, οἰκτειρήσαντος αὐτὴν τοῦ Χριστοῦ κατὰ καιρόν, τουτέστιν εὐκαίρως. τίς δὲ ἡ εὐκαιρία; ἡ τῶν ἐν αὐτῇ μυστηρίων ὑπόθεσις.

pus quietis sine beato secundùm Deum luctu transigerent.

12. Et ego sicvt foenvm arvi.] Athanasii. Illud *ego*, id est populus. Sibi enim, vti dicebam, omnia quæ populi sunt appropriat.

Evsebii. *Omnis enim caro fænum, & omnis gloria eius quasi flos fœni.* Rursus de populo sermonem renouans subiungit: *Et ego sicut fænum arui*, &c. Res mortales quidem, inquit, & humanæ sunt, quales declaratum est, numquam in eodem statu permanent, sed eleuantur & conterûntur, attolluntur & deprimuntur; & quamuis peruersionem ac mutationem subeunt ob nequitiam quæ inter homines exercetur; tu autem Domine, cùm nihil habeas mortale ac caducum, in æternum permanes, semper eadem & eodem modo habens.

Isaiæ 40, 6. Caro fænum.

Res mortales caducæ.

Hesychii. Ne igitur rebus sæcularibus extollamur: idcircò enim Propheta nos vmbram & fœnum appellauit, ne in vlla rerum præsentium confideremus, fluxam & caducam earum conditionem considerantes. A nobis autem ad Dominum sermonem transtulit, quandoquidem mortalem carnem, quæ instar fœni corruptibilis est, assumpsit, simul tamen ipse etiam incarnatus, vtpote Deus, incorruptibilis & immortalis perseuerauit.

In nulla re temporali confidendum.

14. Tv exvrgens misereberis Sion.] Apolinarii. Cur autem solius Sionis mentionem fecit? Quia principaliter non venerat nisi ad oues quæ perierant domus Israël: (populus enim eius appellabatur propter patres.) Ceterùm cùm simpliciter in mundum venerit propter suos, neminem eorum qui in mundo sunt despiciet, sed vnà cum suis vniuersum mundum viuificabit.

Matth. 15, 24. Deus Sionis miserator.

Hesychii. *Exurgens*: vnde? manifestum quòd ex mortuis. Sed quomodo miseretur Sion? nempe comminationem ipsi interminatam immutans: quæ autem erat ista? *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem vt custodia pomarij erit.* Atque imprecatio quidem communis est, eius immutatio verò minimè communis. Et vides vt Hierusalem quidem etiamnum vastata sit, Sion verò in gloria existat, Christo ipsius secundùm tempus, id est opportunè, miserante. Quę autem hæc opportunitas? mysteriorũ quę in ipsa sunt propositio.

Mich. 3, 12.

Evse-

Digitized by Google

CATENA PATRVM. Psal. 85, 15.

EVSEBII. Misereberis enim afflictorum: quia es *Deus miserator & misericors, longanimis, & multa misericordia, & verax.* Erit autem tempus aliquod quo implebuntur quæ de Sione annuntiata sunt. Quodnam porrò hoc tempus multùm exoptatum, plurimùm desideratum? vtique resurrectionis Domine.

Tempus optatum & acceptum est aduentus Christi.

DIDYMI. Existimo ipsum in his vaticinari Verbi Dei, scilicet Domini ac Saluatoris nostri inter homines diuinam apparitionem, caussam fore Sionis ædificandæ. Hic autem ne mihi terrenam ciuitatem opineris, neque terrestrem Hierosolymam significari putes, sed piè viuendi rationis innouationem.

Tempus acceptum non fato regitur, sed oratione impetratur. Isa. 49, 8.

APOLINARII. Tempus hoc facit Dei seruorum supplicatio, Deique miseratio, non alia aliqua caussa; qualis de temporum fatis à Gentilibus conficta est. Hoc autem tempus est, de quo ipse per Isaiam ait: *Tempore accepto exaudiui te.* Hoc autem tempus etiam Paulus adueniente Saluatore impletum scribit dicens: *Ecce nunc tempus acceptabile.* Opportunè enim Saluatoris descensus accidit, cùm in consummatione sæculorum illuxit. Siquidem Saluator aduenit vt tolleret peccatum mundi. Non oportebat autem tantum Saluatorem pro paucis peccatoribus venire & pati. Quando igitur instabat tempus quo dictum est, Omnes peccarunt, & priuantur gloriâ Dei, cùm non ampliùs sit in terra iustus, & intelligens, & requirens Deum, venit gratiâ Dei pro omnibus mortem degustans.

2. Cor. 6, 2.

Rom. 3, 23.

15. QVONIAM PLACVERVNT SERVIS TVIS LAPIDES.] ATHANASII. Lapides vocat sanctos Apostolos, per quos saluati sunt credentes in ipsum.

Apostoli sunt lapides spirituales. Zach. 9, 16. 1. Pet. 2, 5.

THEODORETI. Dictum alibi in Prophetijs, Lapides sancti versantur in terra: quin & Petrus; Vos autem omnes, inquit, *lapides viui superædificamini domus spiritalis, sacerdotium sanctum.* Hoc autem modo appellat eos qui in ædificationem Ecclesiæ Dei assumuntur: per connexionem enim & congruentiam ad inuicem, & quòd eadem sapiant, eademque dicant, & eodem sensu eademque sententiâ firmentur, vnam domum Deo construunt.

ANONYMI. Hi vtique lapides placuerunt seruis tuis, scilicet Prophetis:

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οἰκτειρήσεις γὰρ τὰ πεπονθότα· ἐπεὶ Θεὸς ὑπάρχεις οἰκτίρμων, καὶ μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ ἀληθινός. Ἔσται δὲ καιρός τις τούτων ἐν ᾗ πληρωθήσεται τὰ περὶ τῆς Σιὼν ἐπηγγελμένα. τίς δὲ οὗτος ὁ πολύευκτος καὶ τριπόθητος καιρός; ὁ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Προφητεύειν αὐτὸν οἶμαι ἐν τούτοις τοῦ Θεοῦ λόγου, αὐτοῦ δὴ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐν ἀνθρώποις θεοφάνειαν, αἰτίαν ἐσομένην τῆς ἀνοικοδομῆς τῆς Σιών. Ἔνθα δὲ μή μοι τὴν ἐπὶ γῆς πόλιν ὑπολάμβανε, μηδὲ τὴν ἐπίγειον Ἱερουσαλὴμ νόμιζε δηλοῦσθαι, ἀλλὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας πολιτεύματος τὴν ἀνανέωσιν.

ΑΠΟΛΥΝΑΡΙΟΥ. Ποιεῖ τὸν καιρὸν ἡ τῶν Θεοῦ δούλων ἱκεσία, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμός, οὐκ ἄλλη τίς αἰτία; οἵα περὶ χρόνων εἱμαρμένων ἐν Ἕλλησι πέπλασται. Οὗτος δέ ἐστι περὶ οὗ αὐτός, διὰ Ἡσαΐου φησί· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου. τοῦτον δὲ καὶ ὁ Παῦλος τὸν καιρὸν πεπληρῶσθαι ἐπιδημήσαντος τοῦ σωτῆρος γράφει φάσκων· Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος. Καιρίως γὰρ καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος κάθοδος γέγονεν, ἐπιλάμψαντος ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. Ἐπεὶ γὰρ ἆραι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἐλήλυθεν ὁ σωτήρ. Οὐκ ἔδει δὲ τὸν τηλικοῦτον ὑπὲρ ὀλίγων ἁμαρτωλῶν ἐλθεῖν καὶ παθεῖν. Ὅτε οὖν ἐνέστηκεν ὁ χρόνος καθ' ὃν εἴρηται, πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι ὄντος ἐπὶ γῆς δικαίου, συνιέντος τε, καὶ ἐκζητοῦντος τὸν Θεόν, ἐλήλυθε χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ πάντων γευόμενος θανάτου.

ιέ. ΟΤΙ ΗΥΔΟΚΗΣΑΝ ΟΙ ΔΟΥΛΟΙ ΣΟΥ ΤΟΥΣ ΛΙΘΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Λίθους τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους φησί, δι' ὧν ἐσώθησαν οἱ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς, εἴρηταί που ἐν προφητείαις· ἀλλὰ καὶ ὁ Πέτρος· Ὑμεῖς δὲ πάντες λίθοι ζῶντές, φησι, οἰκοδομεῖσθε οἶκος πνευματικός, ἱεράτευμα ἅγιον. Τοῦτον δὲ καλεῖ τὸν τρόπον τοὺς εἰς τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ παραλαμβανομένους· διὰ γὰρ τῆς συμφυΐας καὶ ἁρμονίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, διά τε τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν, καὶ τὰ αὐτὰ λέγειν, τῷ τε αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ στοιχεῖν, ἕνα οἶκον ἀπεργάζονται τῷ Θεῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τούτους δὴ οὖν τοὺς λίθους ηὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου, δηλαδὴ οἱ προφῆται·

Digitized by Google

ται· οἱ δὲ γὰρ θείῳ πνεύματι προορῶντες τῆς μελλούσης οἰκοδομεῖσθαι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νέας Σιὼν τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν, συναχθησομένους εἰς τὴν οἰκοδομὴν λίθους, ηὐδόκησαν, ἀρεσθέντες αὐτοῖς.

Θεοδωρητου. Εἴποις δ' ἂν χοῦν εἶναι τῆς νενομισμένης ἡμῖν Σιὼν, ἤτοι τοὺς χοϊκώτερον μὲν βιοῦντας, τοῖς δὲ λίθοις τῆς οἰκοδομῆς συναριθμουμένους· ὅθεν καὶ οἴκτου τυγχάνειν ἄξιοι· ἢ τοὺς ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εἰς ἔτι καὶ νῦν χοϊκώτερον θεοσεβεῖν προσποιουμένους, οὓς ὡς λείψανα τῆς τοῦ προτέρου λαοῦ πτώσεως, καὶ διὰ τοῦτο χοῦν ὀνομαζομένους, οἴκτου καὶ ἐλέους ἀξίους εἶναί φησι· διὸ οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ τούτους μὲν οἰκτειρήσειν προφητεύονται, τοὺς δὲ λίθους τῆς νέας οἰκοδομῆς εὐδοκήσουσιν.

ιϛ'. Και φοβηθησονται τα εθνη το ονομα σου.] Απολιναριου. Λευκότερον δὴ τὰ τῆς θεωρείας συνίστησιν ὁ λόγος, οὐδαμῶς μὲν τοῦ Ιουδαίων ἔθνους μνημονεύσας οὐδὲ τοῦ Ισραὴλ, ἄντικρυς δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν προαγορεύσας. εἰ γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, τοῦτον δὲ τὸν φόβον ἀναλήψεσθαί ποτε τὰ ἔθνη φησί· τί ἕτερον ἢ θεοσεβεῖν τὰ ἔθνη θεσπίζει;

Ησυχιου. Αἴτιον τούτων τὸ ἀπὸ τῆς Σιὼν εἰς πᾶσαν γενόμενον τὴν οἰκουμένην κήρυγμα. Καλῶς δὲ φοβηθήσονται εἶπε. Τότε γὰρ αὐτοῦ τὸν φόβον τὰ ἔθνη οὐκ ἐκέκτηντο· ἀφ' οὗ δὲ τοῖς Ἀποστόλοις προσέταξε, Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οὐ τινὲς, ἀλλὰ πάντες. διόπερ ἐρεῖς μετὰ τῶν βασιλέων καὶ τοὺς δικαίους λέγεσθαι· αὐτοχειροτόνητοι γὰρ οὗτοι, μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ χειροτονηθέντες βασιλεῖς, διὰ τὸ δεσπόζειν τῆς ἡδονῆς, καὶ φυλάξαι τὴν βασιλικὴν εἰκόνα τυγχάνουσιν.

Και παντες οι βασιλεις της γης την δοξαν σου.] Απολιναριου. Καὶ τοῦτο ἀληθὲς τυγχάνει. εἰ γὰρ, καὶ τὰ μάλιστα τοῦ κυρίου τὴν πρώτην παρουσίαν, ἣν ἐποιήσατο κενώσας ἑαυτὸν, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, οὐ παρεδέξαντο οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς· ἀλλ' ἔσται, ὅτε κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον παρουσίαν ὄψονται αὐτοῦ τὴν δόξαν.

ιζ'. Οτι οικοδομησει κυριος την Σιων.] Θεοδωρητου. Ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλωτισθέντων Ιουδαίων, τριπόθητος ἡμῖν ἡ Σιὼν, καὶ λίαν ἔρημος γενομένη. Ἀξιέραστοι δὲ καὶ

hi namque diuino ſpiritu præuidentes per orbem vniuerſum nouam Sion ex omnibus Gentibus ædificandam, lapides, qui in hoc ædificium congregandi erant, ipſis placuerunt, ſibi complacentibus in ijs.

Catena Patrvm.

Theodoreti. Ceterùm definitæ à nobis Sionis puluerem eſſe dixeris, ſiue illos qui terrenam quidem vitam agebant, ſed lapidibus ædificij coagmentati ſunt; vnde etiam miſericordiâ digni ſunt habiti; ſiue illos qui ex gente Iudæorum etiam nunc vſque terreno magis modo Deum colere ſe profitentur, quos vt collapſi prioris populi reliquias,& idcircò per puluerem deſignatos,miſeratione ac miſericordiâ dignos eſſe ait: quapropter ſerui Dei hos quidē miſericordiā conſecuturos vaticinātur,lapides verò noui ædificij placituros.

Qui ſint puluis Sionis.

16. Et timebvnt Gentes nomen tvvm.] Apolinarii. Hic ſermo clariùs rem proponit, cùm nullam gentis Iudaicæ aut Iſraëliticæ mentionem faciat, ſed è contra Gentium vocationem prænuntiet. Si enim initium ſapientiæ ſit timor Domini, hunc autem timorem Gentes aliquando aſſumpturas dicat; quid aliud quàm Gentes Deum culturas vaticinatur?

Gentes per timorem Dei conuerſæ ſunt.

Hesychii. Horum cauſſa eſt prædicatio, quæ ex Sion in vniuerſum orbem diuulganda eſt.Rectè autem dixit *timebunt*. Tunc enim Gentes timorem eius nondum habebant; ſed ex quo Apoſtolis præcepit, *Docete omnes Gentes*, quin imò etiam Reges terræ, non aliquos, ſed omnes. Quapropter dices vnà cum Regibus etiam iuſtos recenſeri; ſiquidem hi per ſe conſecrati ſunt, quin potiùs à Deo in Reges vncti, eò quòd voluptatibus imperent, & regiam imaginem in ſe ſeruent inuiolatam.

Matth. 28, 19.

Et omnes Reges terræ gloriam tvam.] Apolinarii. Et hoc verum eſt. Etſi enim, præſertim primum Domini aduentum, in quo ſemetipſum exinaniuit, & formam ſerui aſſumpſit, Reges terræ non admiſerint; erit tamen tempus,quando in ſecundo aduentu videbunt gloriam eius.

Omnes Reges aliquando videbunt gloriam Chriſti.

17. Qvoniam ædificabit Dominvs Sion.]Theodoreti. Quaſi ex perſona Iudæorum,qui in Babylone captiui detinebantur, admodum amabilis eſt nobis Sion, licet deſertae ffecta ſit.Porrò etiam perquam ama-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

tu digni sunt lapides derelicti; & memoria pulueris, quæ ex direptione facta est, miserationem nobis ingerit. Conuerte igitur nos Domine; nam videntes nostram reuersionem ciuitatisque instaurationem ij qui priores nostras calamitates conspexere, & Reges, & Principes, & subditi tuam potentiam admirabuntur, & timentes, te solum esse Deum credent. Hoc autem propriè ac verè post Dei ac Saluatoris incarnationem contigit. Quorum aliqua quidem iam perfecta videmus, alia verò futura speramus. Diuinus enim Apostolus ait: Nondum enim illi omnia subiecta videmus: verumtamen docuit omne genu ipsi flectendum esse, cælestium, terrestrium & infernorum.

Philip. 2.

Quando Deus ædificauerit Sion.

Ioan. 1, 14.

APOLINARII. Fortassis etiam in primo aduentu ædificauit Dominus Sion; in secundo autem videbitur in gloria sua. Vel etiam sic: Cùm Verbum caro factum sit, & habitauerit in nobis, ædificauit Ecclesiam quæ spiritaliter Sion nuncupatur. Videbitur verò in gloria sua, gloria quasi vnigeniti à Patre, plenus gratiæ & veritatis.

Ibid.

HESYCHII. Vides vt Regum subiectionis & Gentium cognitionis caussa sit ædificatio Sionis; quam ipsam non lapidibus, sed miraculis & gratijs spiritualibus atque mysterijs gloriosis ædificauit.

18. RESPEXIT IN ORATIONEM HVMILIVM.] HESYCHII. Humiles manifestè vocat eos qui humiliter sapiunt; de quibus Dominus ipsemet dixit, *Super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* ita vt Apostolos insinuet.

Orationem humilium Deus respicit.

Isa. 66, 2.

THEODORETI. Nam non despexit velut captiuorum & seruorum preces, sed admisit, libertatemque largitus est.

APOLINARII. Hæc futura dicit propter orationes humilium suorum Prophetarum: respicit enim Dominus in eorum orationem, de qua in principio [tituli] dictum est, *Oratio pauperi*: sed nec despicit deprecationem eorum, de qua dictum est: Et in conspectu Domini effundit deprecationem suam. Reædificabit Sion, & prædicta faciet.

19. SCRIBANTVR HÆC IN GENERATIONE ALTERA.] APOLINARII. Hæc, inquit,

λίαι οἱ καταλελυμένοι λίθοι· καὶ τῆς ἐκ τῆς πορθήσεως γενομένων χωμάτων ἡ μνήμη, οἶκτον ἡμῖν ἐντίθησιν. Ἐπίστρεψον τοίνυν ἡμᾶς ὦ δέσποτα· ὁρῶντες γὰρ ἡμῶν τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν οἰκοδομίαν τῆς πόλεως, οἱ τὰς προτέρας ἡμῶν θεασάμενοι συμφορὰς, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἀρχόμενοι θαυμάσονταί σου τὴν δύναμιν, καὶ δείσαντές, σε θεὸν μόνον εἶναι πιστεύσουσι. Τοῦτο δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἐνανθρώπησιν γέγονεν. ὧν τὰ μὲν ὁρῶμεν γεγενημένα, τὰ δὲ ἐλπίζομεν ἔσεσθαι. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· Οὐδέπω γὰρ ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα· ἀλλ' ὅμως ἐδίδαξεν ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Καὶ τάχα κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ᾠκοδόμησε κύριος τὴν Σιών· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ὀφθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. ἢ καὶ οὕτως· Γενόμενος σὰρξ ὁ λόγος, καὶ σκηνώσας ἐν ἡμῖν, ᾠκοδόμησε τὴν Ἐκκλησίαν πνευματικῶς Σιὼν ὀνομαζομένην. Ὀφθήσεται δὲ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεωρεῖς ὅπως αἴτιον τῆς τῶν βασιλέων ὑποταγῆς καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιγνώσεως ἡ τῆς Σιὼν οἰκοδομή· ἥνπερ αὐτὴν, οὐ λίθοις, ἀλλὰ θαύμασι καὶ χάρισι πνευματικοῖς καὶ μυστηρίοις ἐνδόξοις ᾠκοδόμησεν.

ιη'. ΕΠΕΒΛΕΨΕΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΠΡΟΣΕΥΧΗΝ ΤΩΝ ΤΑΠΕΙΝΩΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταπεινοὺς σαφῶς λέγει τοὺς ταπεινόφρονας· περὶ ὧν αὐτὸς ὁ κύριος ἔλεγεν, Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; ὥστε τοὺς Ἀποστόλους αἰνίττεται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ κατεφρόνησε γὰρ ὡς αἰχμαλώτων καὶ δούλων, ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ἱκετείαν, καὶ δίδωσι τὴν ἐλευθερίαν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταῦτα ἔσεσθαί φησι διὰ τὰς προσευχὰς τῶν ταπεινῶν τῶν ἑαυτοῦ προφητῶν· ἐπιβλέψας γὰρ ὁ κύριος ἐπὶ τὴν τούτων προσευχὴν, περὶ ἧς εἴρητο ἐν ἀρχῇ, προσευχὴ τῷ πτωχῷ· ἀλλὰ καὶ μὴ ἐξουδενώσας τὴν δέησιν αὐτῶν, περὶ ἧς εἴρητο· καὶ ἐνώπιον κυρίου ἐκχεῖ τὴν δέησιν αὐτοῦ. ἀνοικοδομήσει τὴν Σιὼν, καὶ τὰ προδηλωθέντα ποιήσει.

ιθ'. ΓΡΑΦΗΤΩ ΑΥΤΗ ΕΙΣ ΓΕΝΕΑΝ ΕΤΕΡΑΝ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Αὕτη, φησὶν, ἡ διὰ

Digitized by Google

διὰ τοῦ ψαλμοῦ ὥσπερ ἂν στήλη τυπωθεῖσα προσευχὴ καὶ προφητεία, ἥτι ἐπαγγελία περὶ τῶν ἐθνῶν νῦν μὲν λέγεται τῇ παρούσῃ γενεᾷ, καὶ εἰς ἐξάκουσον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄδεται· ὅμως δ' ἐν γραφῇ παραδοθήτω, εἰς τὸ φυλάττεσθαι τὰ θεσπισθέντα τῇ ἑτέρᾳ γενεᾷ. διαῤῥήδην δὲ καὶ ἐν τούτοις τοὺς καθ' ἡμᾶς ἐπισημαίνεται χρόνους.

Ησυχιου. Αὕτη· τίς; ἡ Σιὼν εἰς γενεὰν ἑτέραν τὴν τῶν ἐθνῶν. ἀποδοκιμασάντων γὰρ αὐτὴν τῶν Ἰουδαίων, ἐπειδὴ τὸ ἐν αὐτῇ μυστήριον οὐκ ἐδέξαντο, μήτηρ εἰκότως τῶν ἐθνῶν καταγέγραπται, περὶ ὧν ἁρμόττει τὰ ἐπαγόμενα.

Και λαος ο κτιζομενος αινεσει τον κυριον.] Απολιναριου. Ὃ καὶ αὐτὸ θαυμαστῶς προαναπεφωνημένον τέλους ἠξίωται μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιφάνειαν διὰ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, καὶ τῆς νῦν πολιτευομένης γενεᾶς. Ἐκτίσθη γὰρ τὰ ἔθνη πιστεύσαντα τῷ κυρίῳ, τῷ προσεληλυθέναι τῇ θεοσεβείᾳ. ὥστε γὰρ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ κτίζονται οἱ δύο (ὁ ἐκ περιτομῆς καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν) εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· τὸ γὰρ τῆς κτίσεως ὄνομα οὐκ οὐσίωσιν, ἀλλ' ἀλλοίωσιν ἢ μετασκευασμὸν σημαίνει· κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον καὶ τὸ, Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς λέλεκται.

Ησυχιου. Ἐκτίσθη γὰρ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ἀρχὴν ἑτέραν γενέσεως τὴν τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας δεξάμενος· τὸν γὰρ τοιοῦτον ἀνακαινισμὸν κτίσιν ἔθος ὑπὸ τῆς γραφῆς τῆς θείας ὀνομάζεσθαι. μαρτυρεῖ δὲ ὁ Παῦλος περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην.

κ'. Οτι εξεκυψεν εξ υψους αγιου.] Αθανασιου. Τὴν αἰτίαν ἡμῖν τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν παρατίθεται· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ἣν ἐποίησε κλίνας οὐρανούς.

Απολιναριου. Συγκαταβαίνων γὰρ ἡμῖν ἐν τῷ δούλου μορφὴν εἰληφέναι, καὶ μέχρι θανάτου πεφθακέναι, ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ ἁγίου οὐδὲ τοῦ ὑψηλὸς εἶναι παυσάμενος.

Ησυχιου. Σαφῶς τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας μέμνηται· οὕτως γὰρ ἐκκύψαι ἀπὸ τοῦ ὕψους κατὰ καιρὸν τῆς σαρκώσεως λέγεται, ὡς

huius Psalmi oratio ac prophetia quasi columna sculpta, & promissio de Gentibus; nunc quidem dicitur præsenti generationi & canitur, vt à Iudæorum gente audiatur; simul tamen etiam Scripturæ mandatur, vt ea quæ vaticinio prædicta sunt, alteri quoque generationi reseruentur. Disertè autem in his etiam nostra tempora significat.

CATENA PATRVM.

Hesychii. *Hæc*: quæ? Sion in generationem alteram Gentium. Cùm enim Iudæi eam reiecerint, quoniam mysterium eius non susceperunt, Mater Gentium meritò descripta est, quibus congruunt ea quæ subiunguntur.

Et popvlvs qvi creatvr lavdabit Dominvm.] Apolinarii. Quod ipsum etiam admirabili ratione prædictum post Saluatoris apparitionem finem sortitum est per populum ex Gentibus, & generationem quæ modò administratur. Creatæ sunt enim Gentes fideles Domino, per hoc, quòd ad Dei cultum accesserint. Vt enim *si qua in Christo noua creatura*, etiam in ipso Christo *conduntur duo* (scilicet populus de circumcisione & populus ex Gentibus) *in vnum nouum hominem*: nam nomen creaturæ non substantiationem, sed mutationẽ aut transformationem significat: iuxta quam significationem dictum etiam illud, *Cor mundum crea in me Deus*.

Gentes sunt noua creatura.

2. Cor. 5. 17. Ephes. 2, 15.

Psal. 50.

Hesychii. Creatus est enim populus ex Gentibus, qui aliud generationis principium accepit per lauacrum regenerationis: istiusmodi enim innouationem solet diuina Scriptura creationem appellare. Huius autem rei testis est Paulus, cùm de Christo dicit; *Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem*.

Ephes. 2, 15.

20. Qvoniam prospexit de excelso sancto.] Athanasii. Proponit nobis caussam vocationis Gentium: hæc autem est apparitio Saluatoris nostri Christi, quam fecit cælos inclinando.

Apolinarii. Nobis enim condescendens dum serui formam assumpsit, & vsque ad mortem peruenit, prospexit de excelso sancto suo, neque sanctus neque excelsus esse desinens.

Hesychii. Manifestè mentionem fecit aduentus Saluatoris: sic enim incarnationis tempore de excelso prospexisse dicitur, vt sursum

Deus de excelso prospexit, cùm Christus incarnatus fuit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

sursum manserit, & deorsum apparuerit. Hoc enim proprium est eorum qui ex alto prospiciunt. Prospexit autem vt terram inspiceret: at quando, inquies, illam non respexit? Verùm iam maior extitit inspectio: siquidem propter dispensationem accidit quæ deinde infertur.

Deus vbique præsens cur in cælis habitare dicatur.

APOLINARII. Cùm incorporea spiritalisque natura, quin potiùs hisce superior sit Dominus, non est in loco; quoniam res incorporea loco minimè circumscribitur, eò quòd incircumscripta & illimitata existat: sed cùm virtute peruadat omnia quæ ab ipso facta sunt, & ab ipso gubernantur: (*In mundo* enim *erat, & mundus per ipsum factus est.*) Etsi autem in potioribus ac præstantioribus mundi partibus commorari perhibeatur; iuxta illud, *Qui habitat in cælis*; &, *Pater noster qui es in cælis*; ne putemus ipsum locis circumscribi, sed ineffabili virtute adesse operibus suis; propter quod in præcipuis mundi partibus, vt cælis, esse dicitur. Etenim mens omnium hanc quodammodò habet cogitationem.

Ioan. 1.

Psal. 2, 4. Matth. 6.

21. VT AVDIRET GEMITVS COMPEDITORVM.] APOLINARII. Gemunt enim ex pœnitentia qui malitiæ vincula pedicasque gerunt; quando nimirum cum voluptate malum faciebant, ipsum leue existimabant, & eius pedicas cum suauitate ferebant: at vbi à prauis actionibus recesserint, pessimis earum pedicis irretiti grauantur; quapropter etiam gemunt ad eum qui soluere possit compeditos.

Quales sint gemitus compeditorum.

ATHANASII. Et quinam sunt compediti, nisi quos boni osor dæmon peccati vinculis constrinxit?

HESYCHII. Omnes erant ligati peccato: vnusquisque propriorum peccatorum vinculis stringebatur: quorum conuersionem insinuans Isaias ait: *Et te sequentur vincti manicis, & in te orabunt, & adorabunt te.* Ceterùm hi ipsi quoque sunt filij interemptorum, qui grauem ac molestam idololatriæ mortem subierunt. Hi itaque gemebant à vinculis absolui cupientes: quapropter Deus ipsos exaudiens, ipsemet in terram adueniens respexit.

Isa. 45, 14.

VT SOLVERET FILIOS INTEREMPTORVM.] ATHANASII. Filij interem-

ἄνω μείνας, καὶ κάτω φανείς. Τοῦτο γὰρ τῶν ἐκκυπτόντων ἀπὸ τοῦ ὕψους ἴδιον. ἐξέκυψε δὲ ἵνα τὴν γῆν ἐπισκέψηται· πότε γὰρ αὐτὴν ἐρεῖς οὐκ ἐπισκέψατο; Ἀλλὰ νῦν μείζων ὑπῆρχεν ἡ ἐπίσκεψις· οἰκονομίας γὰρ ἕνεκα τῆς διὰ τῶν ἑξῆς ἐμφερομένης ἐγένετο.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀσώματος καὶ νοερὰ οὐσία, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ταῦτα ὁ κύριος ὤν, οὐκ ἐν τόπῳ ἐστί· τοῦ ἀσωμάτου μὴ περιοριζομένου τόπῳ, τῷ ἀπερίγραφον καὶ ἐκτὸς περάτων εἶναι· ἐπεὶ δὲ πρὸς ἁπάντων τῶν πρὸς αὐτοῦ γινομένων, καὶ διοικουμένων πεφοίτηκε τῇ δυνάμει· (ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο.) διατρίβειν δὲ ἐν τοῖς βελτίοσι καὶ κρείττοσι μέρεσι τοῦ κόσμου εἰ λέγεται· κατὰ τὸ, Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς· καὶ, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐχ ὡς περιεχόμενον τόποις αὐτὸν ἡγώμεθα, ἀλλὰ τίθεμεν ἀφάτῳ δυνάμει, παρεῖναι αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ ἔργοις. διὸ ἐν τοῖς διαφέρουσι τοῦ κόσμου μορίοις τοῖς οὐρανοῖς εἰρῆσθαι εἶναι. Καὶ γὰρ ἡ πάντων διάνοια ταύτην πως ἔχει τὴν ἔννοιαν.

κα'. ΤΟΥ ΑΚΟΥΣΑΙ ΤΟΝ ΣΤΕΝΑΓΜΟΝ ΤΩΝ ΠΕΠΕΔΗΜΕΝΩΝ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Στενάζουσι γὰρ ἐκ μετανοίας οἱ τὰ δεσμὰ καὶ τὰς πέδας τῆς κακίας φέροντες· ὅτε μὲν γὰρ σὺν ἡδονῇ ἔπραττον τὸ κακόν, κοῦφον ὑπελάμβανον αὐτὸ, καὶ ἡδέως ἔφερον τὰς κατ' αὐτὸ πέδας· ὁπηνίκα δὲ τῶν πράξεων τῆς κακίας ἀνεχώρησαν, βαροῦνται ὑπ' αὐτῆς τῆς χειρίστης ἀξίως πεπεδημένοι· διὸ καὶ στενάζουσι πρὸς τὸν δυνάμενον λῦσαι πεπεδημένους.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τίνες οἱ πεπεδημένοι, ἢ οὓς σειραῖς ἁμαρτίας ἔσφιγξεν ὁ μισόκαλος δαίμων;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δεδεμένοι πάντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐτύγχανον· σειραῖς ἕκαστος τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων σφιγγόμενος· ὧν τὴν ἐπιστροφὴν μηνύων ὁ Ἠσαΐας ἔλεγε· Καὶ σοὶ ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, καὶ προσκυνήσουσι σοι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ υἱοὶ τεθανατωμένων, τὸν βαρὺν καὶ χαλεπὸν τῆς εἰδωλολατρίας ὑπομεινάντων θάνατον. οὗτοι τοίνυν ἐστέναζον τῶν δεσμῶν ἀπολυθῆναι βουλόμενοι· διόπερ αὐτῶν ὁ θεὸς εἰσακούσας, εἰς τὴν γῆν αὐτὸς ἐλθὼν ἐπεσκέψατο.

ΤΟΥ ΛΥΣΑΙ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ ΤΩΝ ΤΕΘΑΝΑΤΩΜΕΝΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ υἱοὶ τῶν τεθα-

τεθανατωμένων εἶεν αὖ οἱ ἐξ ἐθνῶν· καθὸ ἀπέθανον οἱ πατέρες αὐτῶν ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις εἰδωλολατροῦντες ἔτι.

Απολιναρίου. Τουτέστι, τοὺς γεννηθέντας ἀπὸ τῶν πραξάντων τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀποτεθνηκότων. Καὶ εἶεν αὖ οὗτοι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐρχόμενοι, ἁμαρτωλῶν καὶ δυσσεβῶν πατέρων ὄντες ἀπόγονοι, οὓς καὶ κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας· ὧν τοὺς υἱοὺς ἠλευθέρωσε τῶν ἁμαρτημάτων, ἔλυσε τῶν πικρῶν δεσμῶν, διὰ τοῦ τῆς ἀναγεννήσεως μυστηρίου. Δυνατὸν δὲ χρήσασθαι τούτοις τοῖς δυσὶ στίχοις πρὸς τοὺς ἐν διωγμοῖς πεπεδημένους διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν διὰ μαρτυρίαν τῆς ἀληθείας τεθανατωμένων.

κβ'. Του αναγγειλαι εν Σιων.] Διδυμου. Ἡ γὰρ σκοπευτικὴ ψυχή, Σιὼν τυγχάνουσα, ἕξει τοὺς ἐπαγγέλλοντας αὐτῇ διδασκάλους τὸ ὄνομα κυρίου, ἀπαγγέλλοντας δὲ καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ ἐν τῇ διὰ τὸ ὁρᾶν χρηματιζούσῃ Ἱερουσαλὴμ τὴν εἰρήνην. εἰ δὲ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ κατηγοροῖτό τις τὰς Ἐκκλησίας, διὰ τὸ σκοπεῖν τὰ κρείττονα, καὶ ὁρᾶν τὴν εἰρήνην καὶ συμφωνίαν τῶν δογμάτων· εἰκότως καὶ ἐν τῇ ὄντως καλουμένῃ Σιὼν ἀναγγελθείη τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῇ οὕτως προσαγορευθείσῃ Ἱερουσαλήμ· ἐν ταύτῃ κηρύσσεται τὰ τῆς θεότητος αὐτοῦ μυστήρια, τά τε τῆς πρὸ τῶν αἰώνων καὶ τὰ τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου παρουσίας.

Ησυχιου. Οὐχ ὥστε μέχρι τῆς ἐκεῖ στῆναι τοῦ θεοῦ τὴν αἴνεσιν ἢ τὴν ἀγγελίαν, τουτέστι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ' ὥστε ἐκεῖθεν ἀρξάμενον εἰς πᾶσαν διαδοθῆναι τὴν γῆν. ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀναμέσον ἐθνῶν πολλῶν.

κγ'. Εν τω επισυναχθηναι λαους επι το αυτο:] Ησυχιου. Οὐ περὶ ἑνὸς λαοῦ, περὶ πολλῶν δὲ συναχθέντων ἐκτίθεται. διὰ δὲ τοῦ πλήθους τὰ ἔθνη αἰνίττεται.

Ευσεβιου. Καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων ὁ προφητικὸς χορὸς σημαίνειν τὴν διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν· ἀποκλαίεσθαι δὲ ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ ἔτυχον ταύτης. ἐν γὰρ τῇ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν παρουσίᾳ, ὅτε τὰ ἔθνη καὶ οἱ τούτων βασιλεῖς λατρεύσουσιν οὐκέτι τοῖς πατρῴοις δαίμοσιν, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ, ἐν αὐτῷ δὴ τῷ τοιούτῳ καιρῷ τὴν ἐμήν, φησίν, ἰσχὺν ἐκάκωσεν ὁ κύριος κολοβώσας τὰς

ptorum fuerint illi qui sunt ex Gentibus; quoniam patres eorum peccatis proprijs interempti sunt cùm adhuc idola colerent.

CATENA PATRVM.

Apolinarii. Id est, qui nati sunt ex ijs qui peccatum mortale committebant, atque idcircò interierant. Hi fuerint illi qui ex Gentibus erant oriundi, cùm peccatorum & impiorum parentum posteri existerent, quos mors quoque in suam redactos potestatem absorbuerat; horum filios à peccatis liberauit, & acerbis vinculis exemit per mysterium regenerationis. Duobus istis versibus etiam vti possumus in eos qui propter verbum Christi persecutionibus implicantur, & in filios eorum qui propter testimonium veritatis occisi sunt.

Qui sint filij interemptorum.

22. Vt annvntient in Sion.] Didymi. Anima enim contemplatrix, cùm sit Sion, habebit doctores qui annuntient ipsi nomen Domini, quin & laudem eius in Hierusalem, sic dicta eò quòd pacem videat. Si quis verò Sion & Hierusalem appellauerit Ecclesias, eò quòd meliora contemplentur, & pacem videant ac dogmatum consensionem; iure merito etiam in illa verè Sion appellata annuntietur nomen Domini, & laus eius in Hierusalem sic nuncupata: in hac enim diuinitatis ipsius mysteria prædicantur, tam illa quæ ante sæcula quàm quæ secundo & glorioso eius aduentui attribuuntur.

Sion & Hierusalem quid mysticè.

Hesychii. Non vt illic Dei laus & annuntiatio, hoc est Euangelium, sistatur, sed vt inde incipiens in vniuersum terrarum orbem propagetur. *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et indicabit inter Gentes multas.*

Isa. 2, 3.

23. In conveniendo popvlos in vnvm.] Hesychii. Non de vno populo, sed de multis conuenientibus exponitur. Per multitudinem autem Gentes insinuat.

Evsebii. Hisce videtur mihi Propheticus chorus significare Gentium per Saluatorem nostrum vocationem: deflendum autem ipsos quoque hanc minimè consecutos esse. In futurorum enim, inquit, bonorum aduentu, quando Gentes earumque Reges non amplius patrijs dæmonijs, sed ipsi Domino seruient, illo ipso, inquit, tali tempore robur meum Dominus eneruauit, dies meos abbre-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

abbreuians, ita vt nec ego ad tempus istud pertingerem.

24. RESPONDIT EI IN VIA VIRTVTIS SVÆ.] HESYCHII. Christus quid simile declarans ait: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis*; crucis tempus insinuans: quod necessariò viam virtutis appellauit. Vis enim ac virtus crucis vera est è mortuis resurrectio, cui viam strauit mysterium crucis.

Ioan. 12, 23.
Crux via virtutis.

ATHANASII. Viam virtutis suæ vocat aduentum in terram: venit enim vt fortem alligaret.

Matth. 12, 29.

DIDYMI. Quis responderit ei in via virtutis suæ lectio non declarat. Numquid igitur fortasse populum intelligit, qui ad laudandum Deum creatus est: vel potiùs pauperem in titulo anxium, & coram Domino preces suas effundentem, hunc esse existimandum est, qui respondeat non voce aut verborum prolatione, sed in via virtutis suæ, dum fortiter & animo intento per probas actiones virtutis viam ingreditur.

Quis respondeat Deo in via virtutis.

THEODORETI. Viam virtutis vocat reditum per virtutem Dei populo concessum.

PAVCITATEM DIERVM MEORVM NVNTIA MIHI.] ATHANASII. Optauerat enim videre, num ad illos dies vita ipsius proroganda foret, in quibus vnigenitus incarnatus in terra appariturus erat.

DIDYMI. Cùm autem, inquit, promptissimo sim animo ad explendum ea quæ mihi præcepisti, & ad exactissimæ veritatis tuæ dogmata contemplandum, multo autem mihi opus sit tempore vt in his perficiar, bonitatem tuam obsecro, annuntia mihi paucitatem dierum qui meæ in carne vitæ coëxtendentur, vt, quoad possum intentæ orationi meipsum tradens, emender.

25. NE REVOCES ME IN DIMIDIO DIERVM.] HESYCHII. Reuocationem vocat ex hac vita migrationem. Hic enim est animæ ascensus. Rogat itaque, ne imperfectus in virtute hinc emigret, integram vitam reputans quæ in virtute perfecta sit, dimidiam verò cui desit perfectio & plenitudo.

Vita imperfecta vocatur dimidium dierum.

ATHANASII. Dimidium dierum, scilicet vitæ suæ, vocat, vsquedum videat fieri apparitionem. Optabat igitur impleri totum

ἡμέρας μου, ὡς μὴ φθάσαι κἀμὲ εἰς ἐκεῖνον τὸν καιρόν.

κδ'. ΑΠΕΚΡΙΘΗ ΑΥΤΩ ΕΝ ΟΔΩ ΙΣΧΥΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τι τοιοῦτο δηλῶν ὁ Χριστός φησιν· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· τοῦ σταυροῦ τὸν καιρὸν αἰνιττόμενος· ὅστις ὁδὸς ἰσχύος ἀναγκαίως ἐλέγετο. Ἰσχὺς γὰρ τοῦ σταυροῦ καὶ δύναμις ἀψευδὴς ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, ἣν ὡδοποίησε τοῦ σταυροῦ τὸ μυστήριον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁδὸν ἰσχύος αὐτοῦ τὴν ἐπὶ γῆς παρουσίαν φησίν· ἦλθεν γὰρ ἵνα δήσῃ τὸν ἰσχυρόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τίς ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ οὐ συνεμφαίνει ἡ λέξις· Μήποτ' οὖν τὸν κτιζόμενον λαὸν ἐπὶ τῷ αἰνέσαι τὸν κύριον λέγει· ἢ μᾶλλον ἐν τῇ προγραφῇ πτωχὸν ἀκηδιῶντα, καὶ ἐνώπιον κυρίου ἐκχέοντα τὴν δέησιν αὐτοῦ, ἡγητέον εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον, οὐ φωνῇ καὶ προφορᾷ, ἀλλ' ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ ἰσχυρῶς καὶ μετ' ἐπιτονίας ὁδεύοντα τὴν κατ' ἀρετὴν ὁδὸν τῶν πράξεων.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁδὸν ἰσχύος καλεῖ τὴν διὰ τῆς ἰσχύος τοῦ θεοῦ παρασχεθεῖσαν ἐπάνοδον τῷ λαῷ.

ΤΗΝ ΟΛΙΓΟΤΗΤΑ ΤΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ΜΟΥ ΑΝΑΓΓΕΙΛΟΝ ΜΟΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ηὔχετο γὰρ ἰδεῖν, εἰ φθάσει εἰς ἐκείνας τὰς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ, καθ' ἃς ἔμελλεν ἐνανθρωπήσας ἐπὶ γῆς φαίνεσθαι ὁ μονογενής.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Φησὶ δὲ ἐπεὶ πολλὴν ἔχω προθυμίαν κατορθῶσαι ἅ μοι ἐντείλω, καὶ θεωρῆσαι τὰ τῆς ἀκριβεστάτης σου ἀληθείας δόγματα, πολλοῦ δέ μοι χρόνου χρεία πρὸς τὸ ἐν τούτοις τελειωθῆναι, ἱκετεύω τὴν ἀγαθότητά σου, ἀνάγγειλόν μοι τὴν ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν τῶν παρεκτεινουσῶν τῇ μετὰ σαρκός μου ζωῇ, ἵν', ὅσα δύναμαι συντόνῳ προσευχῇ ἐμαυτὸν ἐπιδοὺς, κατορθώσω.

κέ. ΜΗ ΑΝΑΓΑΓΗΣ ΜΕ ΕΝ ΗΜΙΣΕΙ ΗΜΕΡΩΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀναγωγὴν καλεῖ τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν. τοῦτο γὰρ ψυχῆς ἄνοδος. Μὴ τοίνυν ἀτελὴς τὴν ἀρετὴν μεταστῆναι πρεσβεύεται, ὁλόκληρον βίον νομίζων τὸν ἐν ἀρετῇ τέλειον, ἥμισυ δὲ τὸ ἀτελὲς καὶ ἀπλήρωτον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἥμισυ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ, ἤτοι τῆς ζωῆς, τὸ τέως ἐν θεωρίᾳ γενέσθαι τῆς ἐπιφανείας φησίν. ηὔχετο οὖν πληρωθῆναι τὸν ὅλον αὐτοῦ

χρόνον,

χρόνον, καί, εἰ οἷόν τε, παρεκταθῆναι τὴν ζωὴν αὐτοῦ, ὅπως αὖ καὶ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως καταξιωθῇ· οὕτω γὰρ ἔμελλεν ἡ πᾶσα αὐτοῦ ζωὴ πληροῦσθαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν ἡμίσει δὲ ἡμερῶν ἀνάγεται ὁ μὴ τελείως, μηδὲ ὡς δεῖ ἐνταῦθα καρποφορήσας κατὰ τὴν ἀρετήν. Οὐκ ἐν χρονικῷ δὲ διαστήματι τοῦτο μεμέτρηται, ἐπεὶ τότε πλήρης ἡμερῶν κατὰ τὸν Ἀβραὰμ παραλαμβάνομαι, ὅταν τελειωθῶ μετὰ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ἀρετῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Προειπών, Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου, δεξάμενός τε παρατεῖναι τὴν ζωὴν μέχρι τῆς ἐκβάσεως τῶν προφητευομένων, συνορᾷ τὸ ἀδύνατον διὰ τὸ ἀσθενὲς καὶ ὀλιγοχρόνιον τῆς θνητῆς φύσεως, εἶτα ἔφη· σοῦ μόνου κύριε καὶ τὰ ἔτη εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν διατείνει, καὶ σὺ ἥξεις εἰς ἐκείνην τὴν γενεὰν κἀκεῖνον τὸν λαόν, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὸν λόγον πάλιν πρὸς τὸν κύριον ἐπέστρεψεν· αὐτοῦ γὰρ τὰ ἔτη, ἃ ἐν σαρκὶ πεποίηκεν, ἐν γενεᾷ γενεῶν, ὡς ἀπηρτισμένην καὶ ὁλόκληρον τὴν πολιτείαν ἔχοντα. ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος τοὺς ἐν τελειότητι παραστῆσαι βουλόμενος ἔλεγεν. Ἵνα καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος Χριστοῦ.

κϛʹ. ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ ΓΗΝ ΕΘΕΜΕΛΙΩΣΑΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τουτέστιν, ἅμα τῷ οὐσιωθῆναι αὐτὴν πεποίηκας συμφώνως τῷ· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. δύναται δὲ τὸ κατ' ἀρχὰς κείμενον ἀναιρεῖν τὴν δόξαν τῶν λεγόντων πάντων τὴν γῆν στοιχεῖον εἶναι, καὶ πάντα ἐξ αὐτῆς γεγονέναι, οὐδενὸς προτέρου αὐτῆς ὄντος· φαίνεται γὰρ οὐκ ἀρχή, ἀλλὰ κατά τινας ὑποκειμένας αὐτῆς ἀρχὰς θεμελίους αὐτῆς ὑπάρχειν. εἴρηται καὶ τῷ Ἰὼβ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ὡς θεμελιώσαντος τὴν γῆν· Ποῦ ἦς, ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν; θεμελιοῦντος δὲ τοῦ κυρίου, δι' οὗ πάντα γεγένηται, τὴν γῆν, καὶ περὶ τοῦ πατρὸς λέγεται· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. καὶ τὸ εἰρημένον δὲ περὶ θεοῦ κρεμάζων γῆν ἐπ' οὐδενός, ἐμφαίνει τὴν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ παντὸς χώραν αὐτὴν ἐσχηκέναι. Καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί·

CATENA PATRVM.

tempus suum, &, si fieri posset, prorogari vitam suam, vt ipso quoque rerum euentu dignus haberetur: sic enim tota vita eius implenda erat.

Imperfectus moritur in dimidio dierum.

DIDYMI. In dimidio autem dierum reuocatur is qui minimè perfectè, nec vt decet virtutis fructum hîc collegit. Ceterùm non temporario spatio hoc dimensum est, quia secundùm Abraham tunc plenus dierum reputor, quando cognitione veritatis & virtutibus fuero perfectus.

EVSEBII. Cùm anteà dixisset, *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, & optasset vitam suam vsque ad eorum quæ prædicta fuerunt euentum prorogari, cernens hoc ob mortalis naturæ imbecillam fluxamque conditionem fieri non posse, deinde subdit: Tui solius anni Domine in generationem & generationem extenduntur, tuque peruenies ad generationem illam & populum istum, de quibus superiùs dictum est: *Scribantur hæc in generatione altera*, &c.

HESYCHII. Sermonem iterùm conuertit ad Dominum: ipsius enim anni, quos in carne egit, in generatione generationum perseuerant, vt qui perfectam & integram contineant disciplinam. Vnde etiam Paulus perfectos nos exhiberi volens dixit: *Vt occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

Ephes.4, 13.

26. IN PRINCIPIO TV DOMINE TERRAM FVNDASTI.] DIDYMI. Id est, Simul vt producebatur, tu eam fecisti conformiter isti: *In principio fecit Deus cælum & terram.* Illud autem quod dicitur *In principio* potest elidere opinionem eorum qui dicunt terram esse rerum omnium elementum, & omnia ex ipsa esse conflata, cùm nulla res prior existeret: videtur enim non principium, sed secundùm quædam statuta ipsius principia fundamenta eius existere. Ad Iob quoque à Domino quasi terram fundante dictum est: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ?* Ceterùm cùm Dominus, per quem omnia facta sunt, terram fundet, etiam de Patre dicitur: *Deus sapientiâ fundauit terram.* Id etiam quod de Deo dictum est, *Qui appendit terram super nihilum*, insinuat eam in medio vniuersi locum suum habuisse. *Et opera manuum tuarum sunt cæli:* id

Gen.1,1.
Deus terræ fundator.
Iob 38,4.
Prou. 3, 19.
Iob 26,7.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

id eſt, virtutum tuarum effectricum, quæ manus nuncupantur. In noſtris enim artificibus opera ipſa oſtendunt illa ipſos reuerà effeciſſe. Creaturas autem propriè Dei opera exiſtere oſtenditur per hoc, quòd dicantur eſſe opera manuum eius.

Omnia temporalia veteraſcunt.

27. IPSI PERIBVNT, TV AVTEM PERMANES.] EVSEBII. Nam omne corpus temporibus longiſque ſæculis veteraſcit ſicut antiquum veſtimentum. Quæ verò veterata ſunt diuinâ rurſus voluntate tuâ inſtaurabuntur.

DIDYMI. Ceterùm quòd antiquati etiam inuoluantur, ſignificat vſum tranſijſſe, ſecundùm quem præſenti conſtitutioni conducebant. Sicut enim opertorium conuoluitur poſtquam vſum ſuum expleuit; ſic cùm cælorum ſimul & terræ rurſus transformatio futura ſit, poſtquam illa præterierint, iuxta vocem Saluatoris dicentis, *Cælum & terra tranſibunt*, meritò ſicut opertorium voluuntur, & mutabuntur.

Matth. 24. 35.

HESYCHII. Pulchrè Dei perſonam attribuit creationi, ne penitus intereat; quandoquidem ſunt facturæ Dei, ſed veteraſcant quidem tamquam omnino creatæ, mutentur verò tamquam à Deo conditæ. Quomodo autem veteraſcunt ſicut veſtimentum & ſicut opertorium? nempe ob aſſiduum vſum.

Deus ſemper idem.

28. TV AVTEM IDEM IPSE ES.] DIDYMI. Tu autem Domine cùm ſecundùm eadem & eodem modo ſemper te habeas, ſupernaturalis eſt ſubſtantia tua; & cùm principij finiſque expers ſis, neque cœperunt, neque temporariè accipiendi ſunt anni tui: temporis enim expers eſt de quo hæc dicuntur. Dixit autem annos eius non deficere, eò quòd in perpetuum ſubſtantia eius maneat incorrupta, & ſolus habeat immortalitatem.

29. FILII SERVORVM TVORVM HABITABVNT.] EVSEBII. Innouatis, & in meliorem ſtatum transformatis, etiam ſemen ipſorum, ſcilicet ſeruorum tuorum, in ſæculum dirigetur.

Semen ſeruorum Dei quale.

DIDYMI. Porrò filij ſeruorum Dei nequaquam ſecundùm carnem accipiendi ſunt, ſed ſecundùm diſciplinam & vitæ imitationem: hoc modo etiam aliqui dicti ſunt filij Prophetarum, eò quòd nimirum ſecundùm ſpiritum propheticum ab ipſis generati eſſent.

τουτέστι, τὴν ἐνεργητικὴν σου δυνάμεων, χεῖρες ὀνομαζομένων. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν τεχνιτῶν χερσὶν ἐργαζομένων τὰ ἔργα παρίστησι γνησίως αὐτοὺς ταῦτα πεποιηκέναι. Τὸ δὲ κυρίως ἔργα τοῦ θεοῦ τὰ κτίσματα εἶναι παρίσταται διὰ τοῦ, χειρῶν αὐτοῦ ἔργα λέγεσθαι.

κζ΄. ΑΥΤΟΙ ΑΠΟΛΟΥΝΤΑΙ, ΣΥ ΔΕ ΔΙΑΜΕΝΕΙΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πᾶν γὰρ σῶμα χρόνοις καὶ μακροῖς αἰῶσι παλαιοῦται ὡς ἱμάτιον παλαιωθέν. Τὰ παλαιωθέντα δὲ αὖθις ἀνακαινισθήσεται τῇ σῇ πάλιν ἐνθέῳ βουλῇ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ δὲ παλαιωθέντας καὶ ἑλίσσεσθαι αὐτοὺς, σημαίνει παρεληλυθέναι τὴν χρείαν, καθ᾽ ἣν συνεβάλλοντο τῇ παρούσῃ διακοσμήσει. ὡς γὰρ τὸ περιβόλαιον ἑλίσσεται μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν χρείαν· οὕτως ἐπεὶ καὶ τῶν οὐρανῶν ἅμα τῇ γῇ πάλιν μεταστοιχείωσις ἔσται, μετὰ τὸ παρελθεῖν αὐτὰ, κατὰ τὸν λέγοντα σωτῆρα, Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, εἰκότως ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίσσεται, καὶ ἀλλαγήσονται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καλῶς τῇ δημιουργίᾳ τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον ἀπέδωκεν, ὥστε μὴ παντελῶς ἀπολέσθαι· ἐπειδὴ θεοῦ τυγχάνει ποιήματα, ἀλλὰ παλαιοῦσθαι μὲν ὡς ὅλως κτισθέντα, ἀλλάττεσθαι δὲ ὡς παρὰ θεοῦ κτισθέντα. Πῶς δὲ παλαιοῦται ὡς ἱμάτιον καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον; τουτέστι διὰ τὴν συνεχεστέρας χρήσεως.

κή. ΣΥ ΔΕ Ο ΑΥΤΟΣ ΕΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Σὺ δὲ ὦ δέσποτα ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος, ὑπερφυὴς ἡ οὐσία· καὶ μετὰ τοῦ ἄναρχος εἶναι καὶ ἀτελεύτητος, οὔτε ἤρξατο, οὔτε χρονικῶς ἐκλαβεῖν τὰ ἔτη σου· ἄχρονος γὰρ περὶ οὗ ταῦτα λέγεται. Μὴ ἐκλείπειν δὲ αὐτοῦ εἶπε τὰ ἔτη, τῷ διὰ ἀπείρου τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ μένειν ἄφθαρτον, καὶ ὡς μόνου ἀθανασίαν ἔχοντος.

κθ΄. ΥΙΟΙ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ ΣΟΥ ΚΑΤΑΣΚΗΝΩΣΟΥΣΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καινοῖς γενομένοις, καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεθαρμοσθεῖσι, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν δούλων σου, εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Υἱοὺς δὲ δούλων τοῦ θεοῦ οὐ πάντως κατὰ σάρκα δεῖ λαβεῖν, ἀλλὰ κατὰ παίδευσιν καὶ μίμησιν πολιτείας. ταύτῃ γὰρ καὶ υἱοὶ τῶν προφητῶν τινες ἐκαλοῦντο, πρὸς κατὰ προφητικὴν ἕξιν ἴσως γεγεννῆσθαι παρ᾽ αὐτῶν.

Digitized by Google

ΚΑΙ ΤΟ ΣΠΕΡΜΑ ΑΥΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σπέρμα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τὸ Εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ὅπερ εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σπέρμα δὲ αὐτῶν οἱ πρὸς αὐτῶν ὠφελημένοι ἐτύγχανον. Ἀντὶ τοῦ κατευθυνθήσεται ὁ Σύμμαχος, διαμενεῖ τέθεικε. Σημαίνει δέ φησιν ὅτι οἱ τῆς δουλείας, ἀπαλλαγέντες τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκήσουσι. Περὶ τούτου δὲ τοῦ σπέρματος ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· Ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ· οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός· καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. Τοῦτο τὸ σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει· ἑνωθὲν γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ ἀνώλεθρον ἔχει τὸ εἶναι, καὶ δωρεῖται τὴν ζωὴν τοῖς πιστεύουσι κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου φωνήν· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

ET SEMEN EORVM IN SÆCVLVM DIRIGETVR.] ATHANASII. Semen sanctorum Apostolorum est Euangelica & salutaris prædicatio, quæ in æternum permanet.

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Semen autem ipsorum sunt qui ab ipsis vtilitatem acceperunt. Symmachus pro *dirigetur* posuit *permanebit*. Significat autem illos à seruitute liberos, Hierosolymam habitaturos esse. De hoc semine diuinus Apostolus ait: *Donec veniat semen quod promissum est*. Et: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis; sed quasi in vno: & semini tuo, quod est Christus.* Hoc semen in æternum permanet: vnitum enim Deo Verbo, immortalem habet naturam, & credentibus vitam largitur, secundùm eiusdem Domini vocem: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, viuet in æternum.*

Gal. 3, 19. Ibid. 6.

Ioan. 6.

ANNOTATIONES CORDERII.

INSCRIPTIO docet, argumentum Psalmi esse generale pro quibuslibet gementibus & afflictis: aliqui tamen arctant ad captiuitatem Babylonicam; alij ad liberationem per Christum gratiæ tempore profectam. Quod autem in Græco habetur, προσευχὴ τῷ πτωχῷ, *Oratio pauperi*, Latinus interpres Vulgatæ vertit, *Oratio pauperis*. Verùm vtrique casui littera seruilis Hebræa subseruit. In quibusdam Græcis Codicibus in fine tituli adduntur hæc verba, Καὶ κατὰ πόνον προσεύχεται, *Et cum labore orat*.

2. *Et clamor meus.*] Græcè, ἡ κραυγή μου: pro quo Symmachus legit ὁ ὀδυρμός μου, *fletus meus*.

4. *Sicut cremium confrixa sunt.*] Græcè est, ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν: quod Vulgata vertit, *Sicut cremium aruerunt*. Vbi vocabulum illud *cremium*, quod nusquam inuenitur nisi hoc loco, videtur interpres Latinus deriuasse à verbo *cremo*, ad imitationem Græcæ dictionis φρύγιον à φρύγω: putatur autem à plerisque significare id quod in frixorio durum & aridum remanet, pinguedine liquefactâ. Quæ significatio videtur ei tributa, eò quòd Psalterium Romanum & Vetus habeat, *Sicut in frixorio frixa sunt*. Hæc autem translatio alludit ad vocabula Græca superiùs posita. Theodoretus interpretatur αὖον ξηρόν, *torrem aridum*: Aquila legit, Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡς χλωρὸς ἐνεφαθουρώθη, *Et ossa mea sicut cinis obriguerunt*: Symmachus, Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡς ἀπόκαυμα αὖα γέγονεν, *Et ossa mea sicut incendium arefacta sunt*. Atque in hac significatione magis cõuenit accipere τὸ φρύγιον & Latinum *cremium*. Sic enim aptissima est comparatio, vt ossa arida ligno arido & concremato comparentur.

φρύγιον & cremium quid significent.

5. *Percussus sum.*] Sic Græci & Latini libri, præter S. Augustinum & vetus Psalterium, vbi legitur *Percussum est*; quemadmodum habet etiam S. Hieronymus ex Hebræo: & tunc *cor* pro tota persona sumitur, vt ex Ennio apud Agellium ex Homero Genebrardus obseruat. Porrò percutitur quidem homo peccatorum vulneribus & plagis; aret autem imbecillitate: quare? nisi quia non edit panem suum? Quis est panis eius nisi virtus? nam præcepta de virtutibus data sunt. Panis verò iste, quem hîc sanctus Propheta commemorat, *Panis est præcepti*, vt S. Augustinus ad hunc locum interpretatur. Virtus igitur est, quâ in hac vita spiritaliter pascimur, & conscientiæ morsus sedamus, eiusque possessione vitam quietam tranquillamque ducimus. Sicut cibus corporeus carnem, ita humilitas & charitas & quæuis alia virtus mentem reficit & recreat; nullusque animam habet robustam & vegetam, nisi virtutis pane pascatur, cuius defectu illicò exarescit. Sine hoc pane enim & in hac vita famem patimur, & in futura deficiemus. Quare Ecclesiasticus ait: *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum.* ac si dicat: Cibus meritorum hinc deferendus est, quo ibi pascamur, cùm pro meritis æternam gloriam recipiemus.

Virtutis panis nobis maximè necessarius.

Eccli. 14, 17.

7. *Similis factus sum pellicano solitudinis.*] Hoc loco per pellicanum, qui pullos dicitur occidere, & postea tribus diebus lugendo sanguine suo ad vitam excitare, accipiendi sunt pœnitentes, qui peccando opera sua mortificauerant; posteà autem lugentes per pœnitentiam tribus diebus, hoc est tribus actibus pœnitentiæ, videlicet contritione, confessione & satisfactione, viuificant. Quoniam verò hoc in spirituali mentis

Pellicanus est symbolum pœnitentis.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

mentis solitudine efficitur, additum fuit *solitudinis*. Eiusmodi solitarium commendat Ieremias in Threnis: *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua; sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* Solitarius enim est, qui in sui cordis intimo recessu eleuat se super se per contemplationem; se inquam spiritualem super se carnalem. Sic per Oseam Deus pollicetur animæ sanctæ, *Ducam eam in solitudinem*; quemadmodum scilicet olim ab Ægypto suos duxit in desertum prodigijs plenum mirandis atque diuinis. Ita enim Chaldæus illustrat, *Operabor illi miracula & grandia facinora, qualia edidi in deserto.* Quare in illa beatissima solitudine subitò se menti obijciunt & columna fulgens, & nubes, & manna, & è rupe viua scaturigines, lex diuina, non in sapphiro, sed gemmeo in corde scripta, gloria Numinis & maiestas, arca, propitiatorium, & alia infinita: quæ exemplaria sunt cælestium, & piorum documenta. Hinc fit inprimis in eo pio secessu vrilis animi conuersio ad meliora, quam antiqui sapientes summis laudibus extulerunt; & per quam Stoici aiebant animam *μεταβάλλειν εἰς σοφίαν*, *mutari in sapientiam:* Plato autem vocabat *μεταστροφὴν ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας*, *conuersionem ex nocturno quodam die*, vt est apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Strom. Cuius dicti elegantiam superauit suo B. Macarius, non doctus in profana schola, sed diuinitus imbutus, cùm Hom. 44. ait, scopum illius qui verè ad Deum accedit esse *μεταβληθῆναι ἀπὸ τῆς προτέρας καταστάσεως*, *transmutari à priori statu*, & nouum hominem induere. Vnde videmus à confectis ritè exercitijs spiritualibus alios planè exire homines quàm intrauerant; cùm singularis vbique animaduertatur modestia, in vitijs declinandis cautio maior, viuida vis in bono prosequendo, illustrior in diuinis religio, actionum omnium concinna compositio, vitæ nimirum in pulcherrimam quamdam speciem commutatione. Ibi enim, quod Apostolus faciendum esse monebat, *Expoliantes veterem hominem, nouum induimus:* hoc est, vt in Psal. 129. ait S. Hilarius, *Induimus agnitionem Dei, fidem æternitatis, innocentiæ sinceritatem & bonitatis mores.* Sed magnificentius quiddam ait S. Augustinus Epist. 116. vbi Nebridium ad pium secessum à tumultu communium rerum inuitans, præclarè illud pronuntiauit, *Deificari in otio licere.*

Thren. 3.

Oseę 2, 14.

Solitudinis sacra & exercitiorum spiritualium fructus quantus.

Coloss. 3.

10. *Quia cinerem tamquam panem manducabam.*] Potest hoc dupliciter intelligi, vt benè notat Iansenius; Primùm per figuram hypallagen, vt *cinerem tamquam panem* positum sit pro *panem tamquam cinerem*, id est sine gustu & & suauitate, perinde ac si comedissem cinerem: per quam figuram à Poëta dictum est, *Perflauit fistula buccas*, pro eo quod dicendum erat, *Perflauerunt bucca fistulam.* Secundò, vt significet se cinerem loco panis & cum pane comedisse. In puluere enim solebant iacere qui vehementer lugebant. Hinc dicit se puluerem esitasse, dum nimirum pronus in terram procumberet. Cinis porrò symbolum pœnitentiæ est: vnde antiquissimus Ecclesiæ vsus obtinuit, vt primo die Quadragesimæ, in signum temporis pœnitentiæ consecrati, Christianorum capita cinere conspergantur. Pulchrè S. Bernardus Serm. 7. in Cantica hunc locum citans ait nostram pœnitentiam esse cibum Christi: *Cibus*, inquit, *eius pœnitentia mea, & cibus eius salus mea, cibus eius ego ipse: an non cinerem tamquam panem manducat? Ego autem quia peccator sum, cinis sum, vt manducer ab eo: mundor cùm arguor; glutior cùm instituor; decoquor cùm immutor; digeror cùm transformor; vnior cùm informor.* Nec putandum est, cibum istum salutis nostræ, & perfectionis nostræ, quia cineri comparatur, esse gustui Domini insulsum, & ob id minùs appetibilem. Nam solent interdum nimis ægroti cibos dulces & salubres horrere, & cibos insuaues postulare: ideòque Dominus, qui, vt est in Isaia, *Ægrotationes nostras assumpsit*, & morbo impatientis amoris in cruce decubuit, cibos dulces, id est, homines corpori seruientes, & in croceis, & in lectulis delicatis lasciuientes exhorruit, & mentes contritione amaras, & cinere humilitatis coopertas velut cibum suauissimum appetiuit.

Cinis symbolum pœnitentiæ.

Isaiæ 53.

12. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt.*] Vbi nota quòd non dixerit *sicut sol*, sed *sicut vmbra*, quia hoc versiculo non solùm breuitatem suæ gloriæ, sed etiam inanitatem voluit declarare, vt D. Bernardus Serm. 20. in Cant. ingeniosè obseruauit: *Declinauerunt*, inquit, *sicut vmbra; quia prætererunt sine fructu.* Quasi diceret: Sol quidem pertransit, sed egregia virtutis suæ monumenta post se relinquit, aurum, gemmas, flores, &c. quæ solis beneficio, illapsu & afflatu nutriuntur: at verò vmbra infructuosa euanescit, vtpote quæ nullos effectus edat, nec vlla sui vestigia relinquat: ita planè & humana felicitas, vmbræ quàm soli similior, sic inanescit, vt penitus oblitteretur, & ne minimum quidem eius indicium relinquatur.

Humana gloria & felicitas vt vmbra euanescit.

13. *Tu autem Domine in æternum permanes.*] Opponit hîc Dei stabilem æternitatem fluxæ nostræ conditioni. Nota autem Deum dici æternum; Primò, quia infinito internallo ante omne tempus imaginabile fuit, & infinito interuallo seu infinitis sæculis post omne tempus imaginabile erit. Secundò, quia etiam omnia bona sua simul perfectissimè in vnum collecta habet, & immutabiliter ex omni æternitate in omnem æternitatem, absque omni initio & fine possidet; ita vt nulla ei fieri possit accessio, nulla decessio. Tertiò dicitur æternus, tamquam supra æternitatem, & vt caussa æternitatis seu potiùs æuiternitatis in creaturis: ipse enim suo potentissimo, assiduo & immutabili influxu, quo omnia creat & conseruat, est caussa cur mundus, Angeli & homines in æternum sint permansuri, & duraturi vnà cum statu gloriæ vel damnationis. Denique res omnes suam durationem, ætatis mensuram, spatia viuendi & essendi, tempus nascendi & moriendi, pro sua quælibet conditione & natura ab ipso acceperunt. Plura vide apud Lessium in libro de Perfectionibus diuinis.

Quomodo Deus sit æternus.

IBIDEM. *Et memoriale tuum in generatione generationum.*] S. Bernardus Serm. 1. de natiuitate B. Virginis adducit hunc locum Psalmi, & expendit illud nomen *memoriale*, sumptâ metaphorâ àb eis, qui totam rem, de qua acturi sunt, in summam redigunt, & exiguâ membranâ scribunt,

Digitized by Google

Hic tantùm memoriale & nomen beatitudinis habemus, in cælo autem rem ipsam.

bunt, vt faciliùs teneri & memoriæ mandari possit: ita volens Deus immensam illam felicitatem in summam redigere, orbem hunc condidit, tamquam illius beatitatis breuem recapitulationem & memoriale. Audi Bernardum: *Totius boni illic exhibitio, hic tenuis quadam libatio; ibi res, & hic nomen. Tu autem*, inquit, *Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generationem & generationem. Generatio & generatio non Angelorum, sed hominum est. Vis scire quia nomen & memoriale eius in nobis est præsentia in excelso? sic orabitis, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.* q. d. Tantum mundi gaudia beatitas excedit æterna, vt illa solo nomine gaudia dixerit. Hoc nempe indicat Christus Dominus, dum sub hac verborum formula nobis orationem præscribit: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.* En tibi qua ratione Deo sedem in cælo affigat, nudum verò nomen sanctificari dixerit in terra, vt ostendat ea quæ in terra Deus condidit vix nomen gaudiorum promereri, si cum beatitate comparentur. Sed hoc mysticum est; litteralis verò sensus habet, nostram quidem memoriam cum sonitu perire, memoriale autem Dei propagari in generationem & generationem; quia semper erunt per temporum successiones qui recordentur mirabilium operum eius. Hoc porrò accidit ex eo quòd Deus numquam obliuiscatur misereri populi sui; quare subdit:

Matth. 6, 9.

Deus exurgit in auxilium suorum.

14. *Tu exurgens misereberis Sion.*] Vbi notandum est verbum *exurgendi*, quod symbolum est animi prompti ad opitulandum, qui vires omnes cupiat exerere ad incommoda minuenda, ad subleuandam miseriam non modò animi, quæ maximè diuinum pectus attingit, verùm & externarum calamitatum. Vide quæ superiùs ad Psal. 11. vers. 6. annotauimus: vbi Deus se propter miseriam inopum & gemitum pauperum exurrecturum pollicetur. Vox autem *Sion*, vt Græcus Scholiastes notat, ἀμφότερα ἑρμηνεύεται καὶ ἄβατος, καὶ διψῶσα, *vtroque modo exponitur, & impervia & sitiens*; id est desolata, & indigens: quæ duæ conditiones diuinam quam maximè misericordiam prouocare solent ad miserendum. Designat autem Ecclesiam, quæ prioribus sæculis propter suam sterilitatem atque filiorum paucitatem à Deo quasi derelicta dicebatur; iuxta illud, *Vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam:* quam ob caussam & dixit ipsa Sion; *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Itaque exurgens Domine misereberis Sion, & consolaberis mulierem hanc spiritu mœrentem, & sterilitatem suam in Spiritu sancto deplorantem: quid autem ei adferes misericordiæ aut solatij? *Ad punctum* (inquit ibidem Dominus) *in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Atque hoc est quod hîc sequitur: *Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* de quo scilicet Apostolus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Isaiæ 54, 6.

Isaiæ 49, 14.

Isaiæ 54. 7.

2. Cor. 6.

15. *Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius.*] Hi lapides, vti pulchrè in Græco Commentario expositum est, sunt Apostoli, qui seruis Dei, id est Prophetis, placuerunt: itaque à sacris Vatibus illi ijdem nuncupantur *lapides sancti*, eleuati super terram in sublime, & ab omni vilium rerum contagione secreti: sic enim disertè Zacharias: *Lapides sancti eleuabuntur super terram.* In Hebræo est *lapides* נֵזֶר *nezer:* quæ vox significat sanctitatem, consecrationem, electum, pulchrum, pretiosum, coronam vel diadema: vnde factum vt iste locus dissimili quadam ratione ab eruditis vertatur: ab Isidoro Clario enim dicuntur *lapides speciosi*, in Æthiopico, *sanctificationis*, à Pagnino *lapides coronæ*, à Vatablo, *lapides consecrati*, à Septuaginta & Vulgato, *lapides sancti*: Cyrillus Alexandrinus ait intelligi μυσταγωγοὺς καὶ διδασκάλους, id est, *mystagogos sacris initiatos, aliorum magistros & doctores*; qui populo viam ostendunt ad æternitatem, & sanctimoniam profitentur. Hi ergo lapides sancti, & religiosissimè consecrati, eleuantur super terram, vt in ædificio spiritali Ecclesiæ honestissimo sint in loco, vt decora pietatis & religionis: eleuantur vt lapides viales, qui longum iter & impeditum facientibus ad cælestem Hierusalem indicent viam: eleuantur vsque ad coronam sponsi, vt in ea sint pretiosi lapides, delectæ gemmæ, chrysolithi radiantes, qui gloriam eius, hoc est numerum fidelium, insigniant, & virtutibus sint illustres: quomodo *lapides coronæ* dicuntur à Pagnino: eleuantur denique hi lapides sancti vt trophæa insignia mundo victo, & ad Iesu dominationem adiuncto vi & virtute crucis triumphantis: quemadmodum Iosue transmisso Iordane, felicissimâ terrâ potitus, duodecim erexit lapides, victoriæ titulos continentes. Hi lapides figura sunt Apostolorum, qui cum Petra Petro semetipsos Ecclesiæ, in miserationibus sempiternis vbertim colligendæ, fundamenta præbuerunt. An non mirificè lapides isti placuerunt Isaiæ, cùm in nomine Domini dixit ad hanc, de qua agimus, Sion multâ prole donandam: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua; & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Per ordinem inquit, quia inter lapides istos, qui ædificio Ecclesiæ per similitudinem fundamenti materialis substrati dicuntur, ordo fuit qui recensetur in Apocalypsi: *Fundamentum primum iaspis, secundum sapphirus, tertium calcedonius*, & sic de reliquis. Qui ordo in primis fuit ordo dignitatis ac potestatis, eò quòd Petrus, super quem, teste Cypriano, fundata est Ecclesia, habuerit confirmare fratres suos, & pascere seu regere oues Christi, quæ sunt capita particularium: inter quæ D. Gregorius 4. Regist. cap. 82. annumerat Paulum, Ioannem & Andream: quibus extra controuersiam annumerandi sunt & reliqui Apostoli eorumque successores.

ANNOTATIONES CORDERII. *Apostoli sunt lapides Ecclesiæ, & quales.*

Zach. 9, 16.

Iosue 4.

Isaiæ 54, 11.

Apoc. 21, 19.

Deus humilium preces respicit & exaudit.

18. *Respexit in orationem humilium*, &c.] Ita nempe Dominus (quod certè stupendum est) verba & opera non maioris, non æqualis, sed minimi serui sui, sed contemptibilis mancipij considerat, vt quidquid ipse aut verbo petierit, aut operis alicuius, v. g. ieiunij aut mortificationis oblatione postulauerit, breuissimè comple-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

tum videat. Si enim orationem ad os, & precem ad manus referas, quibus in cælum protensis orare solemus, videbis Dominum respicere ad orationem humilium, dum eam complet, & non despicere precem iustorum, dum ipse quasi sanctis operibus victus res postulatas indulget.

19. *Scribantur hæc in generationem alteram.*] Ita S. Augustinus & Græci Codices: qui omnes accusatiuum habent: Latini Interpretes passim vertunt *in generatione altera:* sed prior lectio videtur Iansenio & mihi conuenientior. Vtriusque lectionis meminit Glossa ordinaria; & sensus idem semper intelligendus est, vt præpositio *in* accipiatur pro *propter* vel *pro:* quem sensum clariùs exprimunt Hebræa quæ habent, *Scribatur*, vel *Scribetur hoc generationi alteræ.*

Religiosi compediti & interfecti.

21. *Vt audiret gemitus compeditorum.*] Vbi notanda in primis est diuina alacritas ad gemitus compeditorum audiendos & consolandos: per compeditos autem commodè Religiosos intelligas. Cùm enim multa peccata sint quæ diuinos oculos à terra quàm longissimè auertant, Religiosorum tamen preces efficiunt, vt in terra beneuolentissimè defigantur. De qua re consule Platum nostrum lib. 1. de Bono status Religiosi cap. 35. Deinde aduerte Religiosos appellari compeditos & interemptos: interemptos quidem, *quia carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs:* compeditos verò, inquit D. Gregorius in Psalmum 4. Pœnitentialem, quia *ligati vinculis disciplinæ Dei, nequaquam ad ea quæ exteriora sunt vagantur; & quasi gressum operis immobilis figunt, dum à conditoris desiderio nusquam discedunt:* compediti igitur sunt, quia monasticis legibus constringuntur; sed expediti, quia à temporalibus negotijs separantur.

Gal. 5, 24.

Dauid rogat ne moriatur imparatus.

25. *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.*] Expende preces purpurati Vatis. Qualéne dimidium dierum? Si stat sua cuique dies, quacumque occumbet, erit vltima: mors meta est. Vel taxatum est vitæ spatium, vel laxata facultas temporis arbitrio: si taxatum, tunc spiritum efflabit, nec decretum emollient preces: si liberiùs porrigitur ætas, quæcumque mortis dies erit extrema: cur decessum in dimidio dierum timet? Quàm bellè! O vana spes mortalium! vitæ illudis amantes. Qui viuit amasius vitæ, adeò vitalibus fidit aûris, vt tot speret accepturus quot vixit; tot deesse credat, quot præteriere curricula: in dimidio se cogitat, nec ad finem appellere sibi suadet, etiamsi iam extremam vitæ lineam obliteret: hinc subitò moriturus cùm moritur, nec audit ægritudinem mortis nuntium: si adolescens est, iuuentam sibi iudicat mansuram; si senex, spatiosa sæcula quasi temporis figulus efformat. Ne Domine, precatur Dauid, moriar mihi iuuenis, dum dies meos taxo vitæ arbiter, mortis immemor: ne moriar imparatus, & parum pius: fateor te vitæ opificem: ne moriens credam dimidium vitæ superesse: *In generationem & generationem anni tui.* Difficilia verba. Quid est generatio & generatio? Aduersus generationem & generationem anni Dei aliquid emolimur, dum vitam nobis præsagimus futuram? scilicet qui sibi dimidium dierum superesse persuadet, arrogat sibi dotes generationis diuinæ. Filius Dei diuinitatem & vitam à Patre deriuat: & si metiaris, calculumque Theologus explores, tantum inuenies sibi vitæ superesse, quod vixit: nam æternitas semper erit quod fuit; quippe lubricæ successionis expers, & indiuisibili fixa statu quidquid æternum habuit, habebit æternum. Ne igitur reuoces me in dimidio dierum meorum, dum generationem & generationem anni tui mihi præsumens, tot annos me victurum sperem quot vixi: te etenim solum vitæ opificem recognosco.

Deus est primum principium rerum omnium.

26. *In principio tu Domine terram fundasti.*] Vulgata legit *Initio.* Significat autem Propheta Deum esse primum rerum omnium principium. Omnis enim res creata, quantumuis à multis caussis dependeat (sicut patet in plantis, & animalibus & arte factis) vltimò tamen in illum, tamquam in primum omnium istarum caussarum caussam, reducuntur.

Dicitur autem primum principium; Primò *antiquitate:* nihil enim ante ipsum aut cum ipso ab æterno fuit, quod sit caussa rerum; sed quæcumque sunt aliæ rerum caussæ seu principia, sunt infinito tempore posteriora.

Secundò *dignitate*, vtpote supremum; cùm nihil supra ipsum esse possit, à quo ipse potuerit accipere, vt esset rerum caussa: nemo illi vim faciendi contulit, nemo modum faciendi ostendit, aut ideam exhibuit; nemo suasit vt faceret, nemo finem proposuit, nemo iuuit, aut cooperatus est; sed omnia à seipso habuit, & per se præstitit: ipse ex se habet infinitam potentiam quiduis extra se & intra se fabricandi; ipse à se omnem artem & sapientiam & ideam omnis operis conceptibilis; ipse à se omne consilium & inclinationem ad opus condendum; ipsemet est finis vltimus totius operis; ipse solus per se nemine cooperante aut materiam subministrante sine vllis instrumentis omnia fecit.

Tertiò, quia ipse est *principium omnis principij*, supra omne principium, & caussa omnis caussæ, supra omnem caussam; vnde sæpè à S. Dionysio vocatur ὑπεράρχιος ἀρχὴ: quibus verbis non tantùm significatur ipsum esse principium omnium principiorum; sed modum ipsius causandi esse longè altiorem & independentem ab omni alio principio: cùm enim omne aliud principium, & omnis causa, secundùm suum esse, & secundùm omnem causandi rationem, ab ipso essentialiter dependeat; ipse tamen dependet à nullo, sed est principium omnium omnino independens, infinitè supra omnia principia eleuatum. *Itaque ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso* quidem, quia ex seipso tamquam originali seu radicali omnium idea omnia ab æterno concepit: *per ipsum*, quia solus nemine adiuuante omnia in tempore condidit: *in ipso*, Græcè εἰς αὐτὸν, id est, *propter ipsum*, vel *ad ipsum*; quia ipse omnium finis, cùm ad eius gloriam condita sint omnia.

Rom. 11.

27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes*, &c.] Huius nempe vitæ mortalis proprium est, vt omnia senescant, & sensim ad interitum eant; nullisque aduersum nos emergentibus incommodis, solâ temporis lapsione ad senectutem tendimus, & ad mortem properamus: hoc de ipsis etiam cælis incorruptibilibus dixit Dauid, quia

Digitized by Google

quia à præsenti statu mutabuntur. Si igitur cæli quasi senescent, quia mutatione & innouatione indigebunt, quantò magis corruptibilia ad vetustatem festinabunt? vel, si per *cælos*, vt S. Augustinus mysticè vult intelligi, *Sanctos* accipias, illi certè non tantùm quoad corpus, quod instar vestis atteritur, sed etiam quoad spiritualem animæ vitam quasi ad senectam & vetustatem eunt; quia nonnullam qualitatem corruptibilem mutuantes, ad tepiditatem segnitiemque proficiscuntur, & mundi curis interpellantibus ab illo primo quo inchoarunt feruore deficiunt; quare quotidianâ spiritus innouatione opus habent, ne per torporem penitus veterascant. Sed non ita Deus, de quo subdit:

28. *Tu autem idem ipse es.*] Scilicet immutabilis; vtpote *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio:* nulla enim quantumuis minima potest ei fieri accessio vel decessio; non substantiæ, non potentiæ, non magnitudinis, non perfectionis; non intellectionis, non volitionis; non loci, non situs; non modi alicuius, qualiscumque demum is sit. Pereant omnes homines, omnes Angeli, totus mundus; omnia redeant in nihilum; ipse nihil in se amittet: ipse æquè plenus gaudio, plenus beatitudine, & omnibus bonis affluens erit: omnia enim illa retinet in luce sapientiæ, & in omnipotentia virtutis suæ, in qua illi semper omnia sunt præsentia, eaque immutabiliter possidet, ita vt nullo modo possint illi excidere: & ad minimum nutum ipsius omnia rursum in suis naturis existent, ipsique seruient: vnde rerum omnium interitus nihil ei damni adferre potest: quod insinuatur etiam in superioribus vbi dicitur: *Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, vt intereant in sæculum sæculi; tu autem Altissimus, in æternum Domine.* Quasi dicat: Tu ex interitu illorum nihil de tua celsitudine & gloria amittes. Ratio autem huius immutabilitatis est; quia quidquid in se habet vel habere potest, habet actu per suam essentiam: vnde non potest ei noui aliquid accedere vel decedere, nisi essentia aliquo modo varietur, quæ prorsus est immutabilis; vtpote infinitè supra omne mutabile eleuata. Hinc vberiùs ipse etiam caussa est omnis firmitatis & immutabilitatis in rebus creatis: ipse enim mundum totumque vniuersum in suo esse, in suo loco, in statu gloriæ, quam peracto iudicio vniuersali virtute diuinâ accipiet, immutabiliter in æternum conseruabit, similiter Angelos & homines, quod ad naturam ipsorum & statum gloriæ vel damnationis attinet. de quo est illa huius Psalmi postrema prædictio:

Iac. 1, 17. *Deus omnino immutabilis.* Psal. 91, 8. ANNOTATIONES CORDERII. *Deus caussa omnis stabilitatis in creaturis.*

29. *Filij seruorum tuorum habitabunt.*] Scilicet in cælesti patria, ad destinatam mensuram sanctitatis prouecti, stabiles & immutabiles permanebunt: *& semen eorum in sæculum dirigetur.* Habitabimus sanè in illa domo Dei, si filij seruorum, id est Apostolorum, imitatione fuerimus: habitabimus, si semina nostra, id est opera nostra, innouauerimus, quæ nos ad Regnum præcedant, & domum præparent. *Noli ergo esse sterilis,* ait Augustinus, *si vis habitare; præmitte fœtus quos sequaris præmittendo, non ferendo: filij tui te deducant ad terram promissionis, terram viuentium, non morientium: cùm hîc viuis in hac peregrinatione, illi antecedant, suscipiant te propter refectionem carnalem. Filius Ioseph antecessit Iacob in Ægyptum, & ait patri suo & fratribus suis: Ego praueni præparare vobis escas. Præcedant ergo filij tui, præcedant opera tua: quales filios præmiseris, talis & sequeris.*

IN PSALM. CII. ARGVMENTVM.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Εὐχαριστίαν ἔχει ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου· διηγεῖται δὲ ὅσα πεπόνθασι. τοῦτο γὰρ ἐδείκνυ τὴν εὐεργεσίαν, τὸ δεῖξαι ὅτι μεγάλων κινδύνων ἀπηλλάγησαν. τετυχηκότες οὖν ὧν ᾔτησαν, ὑμνοῦσι τὸν εὐεργέτην. Ἁρμόζει δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις πικροτέρας ἀπαλλαγεῖσι δουλείας, καὶ μείζονος ἀξιωθεῖσιν ἐλευθερίας.

1. * Psalmus ipsi Dauid.

* Abest à Vulgata.

Gratiarum pro reditu continet actionem: recenset autem quanta passi sint. Hoc namque beneficium declarabat, quòd ostenderent se à magnis esse periculis liberatos. Cùm itaque quæ petierant impetrassent, benefactori hymnos offerunt. Ceterùm congruit etiam omnibus hominibus ab acerbiore seruitute liberatis, & maiorem libertatem adeptis.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΕΥΛΟΓΕΙ ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.

BENEDIC anima mea * Dominum: & omnia quæ intra me sunt * nomen sanctum eius.

* Vulgata domino: * nomini sancto

Ex anima Deus benedicendus.

Omnia

PARAPHRASIS ANONYMI.

Omnia quæ intra me sunt. Id est: Omnis, inquit, cogitatio, omnísque intellectio.

2. Benedic anima mea * Dominum: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

* *Vulgata* Domino:

Quia in reditu multa bona consecuti sunt: per multam munificentiam ad propria reuersi sunt, Cyro qui tunc imperabat hoc præcipiente: Deo igitur iure merito tantorum bonorum adeptionem adscribunt.

Recenset Dei beneficia.

3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:

Id est: Æquum enim est honorare illum qui frequentem peccatorum nostrorum concedit condonationem.

Qui sanat omnes infirmitates tuas.

Afflictiones ait, quas diuersimodè in Babylonia sustinuerunt.

4. Qui redimit de * corruptione vitam tuam:

* *Vulgata* interitu

Tantum non corruptos, inquit, nos denuo viuificauit.

Qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Circumdedit enim, inquit, nos misericordiâ clementiaque ad instar coronæ.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum:

Omne enim, inquit, desiderium nostrum bonitate expleuit.

Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Vult dicere, vetustatem nostram Babylonicam in Regnum rursus innouandam, sicut eramus aliquando. Per auem enim aquilam Regnum insinuatur.

6. Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Ipse, inquit, est Deus qui benignitate iudicat, & iniuriam passos à malo liberat.

7. Notas fecit vias suas

Τὸ πάντα τὰ ἐντός μου. ἀντὶ τοῦ· πᾶσά μου ἐνθύμησις λέγει, καὶ πᾶν νόημα.

β΄. Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ.

Ὅτι ἐν τῇ ἐπανόδῳ πολλῶν τετυχήκασιν ἀγαθῶν· διὰ πολλῆς γὰρ τῆς δορυφορίας ἐπανῆλθον εἰς τὰ οἰκεῖα, τοῦ Κύρου τοῦ τότε βασιλεύοντος προστάξαντος· διὸ δὴ εἰκότως ἐπιγράφουσι τῷ Θεῷ τὴν τοσούτων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν.

γ΄. Τὸν εὐιλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου·

Ἀντὶ τοῦ· Δίκαιον γὰρ δοξάζειν ἐκεῖνον τὸν ἀθρόον ποιησάμενον τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν τὴν συγχώρησιν.

Τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου.

Τὰς κακώσεις λέγει, ἃς ὑπέμενον διαφόρως ἐν Βαβυλῶνι.

δ΄. Τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου·

Μονονουχὶ γὰρ φθαρέντας ἡμᾶς, φησιν, ἐζωοποίησε πάλιν.

Τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς.

Ἐκύκλωσε γὰρ ἡμᾶς, φησιν, ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ στεφάνου δίκην.

έ. Τὸν ἐμπιπλοῦντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου.

Πᾶσαν γὰρ ἡμῶν, φησιν, ἐπιθυμίαν ἀγαθότητι ἐξεπλήρωσεν.

Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου·

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιότης ἡμῶν ἡ ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αὖθις, ὥσπερ ἦμεν ποτέ. διὰ γὰρ τοῦ ὄρνιθος τοῦ ἀετοῦ τὴν βασιλείαν αἰνίττεται.

Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ κύριος, καὶ κρίμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις.

Αὐτός ἐστι, φησὶν, ὁ Θεὸς ὁ φιλανθρωπίᾳ δικάζων, καὶ ἀπαλλάττων τοῦ κακοῦ τοὺς ἀδικουμένους.

ζ. Ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ

τῷ

Digitized by Google

τῷ Μωσῇ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ.

Οὗτός ἐστι, φησὶν, ὁ θεὸς, ὁ ἐξ ἀρχῆς ἡμᾶς εὐεργετῶν ἄχρι τῆς δεῦρο· καὶ μωσῇ μὲν ἀποκαλύψας ἑαυτὸν τῷ δημαγωγῷ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ δὲ τῷ Ἰσραὴλ νόμιμα χαρισάμενος καὶ διατάξεις θείας.

ή. Οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος· μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος.

Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν, φησι, καὶ μακροθυμεῖ, καὶ χρηστεύεται καὶ φιλοτιμεῖται.

θ'. Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται· οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ.

Ἀλλὰ καὶ ὀργιζόμενος, φησι, οὐ συνεκτείνει τῷ αἰῶνι τὴν ὀργὴν, συστέλλει δὲ αὐτὴν πρὸς τὴν τῶν τιμωρουμένων ἀσθένειαν.

ί. Οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν· οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν.

Ἀπόδειξις δὲ, φησι, τὰ καθ' ἡμᾶς· δικαίας γὰρ ὀργῆς ὀφείλοντες πειραθῆναι καὶ πολλῆς, συμμέτρου τετυχήκαμεν, καὶ ὡς εἰς ῥᾷον ἡμῖν γενέσθαι περιγενέσθαι.

ιά. Ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, ἐκραταίωσε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

Δῆλον μὲν ἐστιν ὅτι ἡ φιλανθρωπία θεοῦ μέτρον οὐκ ἔχει, ἀλλὰ πάντα νικᾷ καὶ ὑπερβάλλει. Ἀλλ' ἐπειδὴ μέτρον οὐχ' εὗρεν, ὁ προφήτης ἄλλο μεῖζον ἐπιφέρει.

ιβ'. Καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν.

Καὶ οὐκ ἀρκεσθεὶς τύποις τοῖς παραδείγμασιν ἐπιφέρει καὶ συμπαθέστερον δεῖγμα.

ιγ'. Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν·

Εἶτα καὶ πόθεν νικηθεὶς τὴν τοσαύτην ἐπεδείξατο φιλανθρωπίαν σημαίνων ἐπάγει·

ιδ'. Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν·

Moysi, filijs Israël voluntates suas.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hic, inquit, est Deus, qui à principio nobis hactenus benefecit: & Moysi quidem populi ductori ipsique Israëli legitima præbuit atque diuinas ordinationes.

8. Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multùm misericors.

Cùm enim, inquit, clemens sit etiam longanimiter & benignè ac liberaliter agit.

9. Non in * finem irascetur: neque in æternum comminabitur.

** Vulgata perpetuum*

Quin etiam, inquit, cùm irascitur non coëxtendit iram æternitati, sed eam cohibet ob eorum qui puniendi sunt infirmitatem.

10. Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundùm iniquitates nostras retribuit nobis.

Deus locuples in misericordia.

Huius autem, inquit, argumentum sunt res nostræ; nam cùm iustam magnamque iram mereremur, moderatam experti sumus, ita vt etiam facilè nobis esset eam superare.

11. Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra, corroborauit * Dominus misericordiam suam super timentes se.

** Abest à Vulgata.*

Manifestum quidem est, benignitatem Dei mensuram non habere, sed omnia vincere ac superare. Verùm cùm Propheta mensurã non inueniret, aliud quiddam maius subiungit.

12. Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Et his comparationibus minimè saturatus subiungit etiam exemplum plenius commiseratione.

13. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se:

Deinde etiam quâ re victus tantam clementiam ostenderit significans subiungit:

14. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum:

Recor-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Recordatus est quoniam puluis sumus.

Ε'μνήσθη ὅτι χοῦς ἐσμέν.

15. Homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorebit.

ιε. Ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει.

Deus agnoscit nostram imbecillitatem.

Cùm enim, inquit, fecerit nos, cognoscens id quod formauit, quoniam puluis sumus, isque temporis exigui, & quia nil à flore agri discrepamus, tantam clementiam exhibuit.

Ἀπὸ γὰρ ποιήσας ἡμᾶς, φησιν, γινώσκων ὃ ἔπλασεν, ὅτι χοῦς ἐσμέν, καὶ τοῦτο ὀλιγοχρόνιος, καὶ ὅτι οὐδὲν ἀπολιμπανόμεθα ἄνθους ἀγροῦ, παρέχει τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν.

16. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet ampliùs locum suum.

ις. Ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει· καὶ οὐκ ἐπιγνώσεται ἔτι τὸν τόπον αὐτοῦ.

Et hoc, inquit, considerauit, quod anima hominis modico tempore corpori coniuncta pertranseat, locum proprium repetens: ipse verò sic in puluerem redigetur, vt neque vbi constiterit locus dignosci possit.

Καὶ τοῦτο δέ, φησιν, ἐλογίσατο, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς ὀλίγον τῷ σώματι προσομιλήσασα παρέρχεται, τὸ οἰκεῖον καταλαμβάνουσα χωρίον· ἐκεῖνος τε οὕτως εἰς τὸν χοῦν ἀναλυθήσεται, ὥστε μηδὲ ἔτι πῇ ἔστη ποτὲ δύνασθαι ἐπιγνῶσκειν τὸν τόπον.

17. Misericordia autem Domini * à sæculo & vsque in sæculum super timentes eum.

* *Vulgata* ab æterno & vsque in æternum

ιζ. Τὸ δὲ ἔλεος τοῦ κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν.

Et iustitia illius in filios filiorum,

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ υἱοὺς τῶν υἱῶν,

18. His qui seruant testamentum eius:

ιη. Τοῖς φυλάσσουσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ·

Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

Καὶ μεμνημένοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι αὐτάς.

Benignitas Dei perennis est.

Benignitas namque Domini, inquit, perennat, atque ad familiares præsertim suos penetrat, etiam vsque ad filios posterosque. Quàm maximè verò illi vberiori fruuntur eius prouidentiâ, quibus hoc studium est, vt nulla præcepta violent.

Ἡ μέντοι φιλανθρωπία τοῦ δεσπότου, φησί, διαιωνίζει, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοὺς οἰκειωμένους αὐτῷ διαβαίνουσα, καὶ μέχρις υἱῶν καὶ μέχρις ἐκγόνων. Καὶ μάλιστα δὲ οὗτοι τῆς πλείονος ἀπολαύουσι κηδεμονίας, παρ' οἷς ἐπὶ σπουδή, μηδὲν τῶν ἐνταλθέντων παρ' αὐτοῖς παραβαίνειν.

19. Dominus in cælo parauit sedem suam: & Regnum ipsius omnibus dominabitur.

ιθ. Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόσει.

Deus autem, inquit, omnia potest, vtpote in cælo Regnum firmatum habens & imperium in omnes expansum. Illud enim *parauit* ait pro *fundauit* & *firmauit*.

Δύναται δέ, φησι, πάντα θεός, ἅτε ἐν οὐρανῷ ἱδρυμένην ἔχων τὴν βασιλείαν καὶ τὴν κατὰ πάντων περιβεβλημένην δυναστείαν. τὸ γὰρ ἡτοίμασεν ἱδρύσατο λέγει καὶ ἐστήριξεν.

20. Benedicite * Dominum omnes angeli eius; potentes virtute, facientes verbum illius,

* *Vulgata* Domino

κ. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ Ἄγγελοι αὐτοῦ· δυνατοὶ ἰσχύϊ ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ,

Ἐπει-

Ἐπειδὴ οὖν, φησι, καὶ τῶν οὐρανῶν δεσπότης ἐστὶ καὶ βασιλεὺς, ὑμνεῖσθαι δίκαιος καὶ παρὰ τῶν ἄνω δυνάμεων· αἷς, φησι, τοσαύτη πρόσεστιν ἰσχὺς, ὥστε δύνασθαι ἐκπληροῦν αὐτοῦ τὰ προστάγματα. ὅθεν ἐπιφέρει·

Τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ, οἷς τοσαύτη πρόσεστιν ἰσχὺς, ὥστε δύνασθαι πᾶν πρόσταγμα αὐτοῦ πρὸς ἔργον ἄγειν, καὶ ἐπειδὴ ὀνομαστὶ ἀγγέλους μόνους ὠνόμασεν, ἐπιφέρει ἐνταῦθα.

κα. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ· λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ.

Ἔτι δέ, φησι, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἐν ταῖς ἀοράτοις δυνάμεσιν, ἢ ὑπερέχον κατ' ἀξίαν, ἢ ὑπερβάλλον κατὰ δύναμιν, καὶ τοῦτο ὑμνείτω τὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην. Τὸ δὲ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ, τὸ αὐτὸ λέγει. Ὅσοι, φησὶ, δυνατοί ἐστε ἐκτελεῖν αὐτοῦ τὰ προστάγματα. εἶτα καθόλου ἐπάγει·

κβ. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ·

Καὶ τελευταῖον πάλιν ἐν ἑαυτῷ ἐγκελευόμενος, ὥσπερ καὶ ἤρξατο, ἐπιφέρει·

Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ.

Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

Καλῶς ἐν παντὶ τόπῳ, εἴ τε ἐν αἰχμαλωσίᾳ, φησὶν, εἴ τε ἐν τῇ οἰκίᾳ. Ὁ γὰρ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἀπολαύων, πανταχοῦ δίκαιός ἐστι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ δοξάζει τὸν εὐεργέτην.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Cùm igitur, inquit, etiam cælorum Dominus sit ac Rex, æquum est vt à supernis quoque virtutibus celebretur: quibus, inquit, tanta vis inest, vt possint explere mandata eius. vnde subiungit:

Angeli sunt potentes virtute.

Ad audiendam vocem sermonum eius.

Id est, quibus tanta est virtus, vt possint omne mandatum ipsius in opus adducere. Et quoniam nominatim solos Angelos nuncupauerat, hîc subdit:

21. Benedicite * Dominum omnes virtutes eius; ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

** Vulgata Domino.*

Ceterùm, inquit, est etiam aliud in virtutibus inuisibilibus, siue quòd emineat dignitate, siue quòd excedat virtute, atque hoc etiam creatorem ac Dominum concelebret. Illud autem, *Qui facitis voluntatem eius*, idem significat. Qui, inquit, potentes estis ad explenda mandata eius. Deinde vniuersim subdit:

Angeli faciunt voluntatem Dei.

22. Benedicite * Dominum omnia opera eius:

** Vulgata Domino*

Denique semetipsum adhortans, prout etiam inceperat, subiungit:

In omni loco dominationis eius.

Benedic anima mea * Dominũ.

** Vulgata Domino.*

Pulchrè *in omni loco*, siue in captiuitate, inquit, siue in domo propria. Qui enim prouidentiâ ipsius fruitur, is vbique terrarum iustus est, & in omni loco benefactorem suum honorat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΕΥΛΟΓΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Εὐγνωμόνων ἐστὶ τὸ τὰς θείας χάριτας διὰ τῶν ὕμνων ἀμείβεσθαι. ἑαυτῷ οὖν ἐγκελεύεται εὐλογεῖν τὸν θεὸν καὶ ὑμνεῖν, καλὸν φάρμακον ἑαυτοῦ τὴν εἰς θεὸν εὐλογίαν τιθέμενος. Διὰ δὲ τῶν ἐντὸς, τὸ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος δηλοῖ, καὶ ἐκ πάσης ἐνθυμήσεως καὶ νοήματος. Ἐντὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶν ἡ νοητικὴ δύναμις, καὶ διανοητικὴ, καὶ ἐπιβλεπτικὴ καὶ ὁρμητικὴ, καὶ φανταστικὴ, καὶ μνημονευτική. Ἐνδιατρίβει δὲ τῇ περὶ τὸν ὕμνον προτροπῇ,

I. BENEDIC ANIMA MEA DOMINVM.] Gratorum est diuinas gratias per hymnos referre. Semetipsum igitur adhortatur ad Deum benedicendum & laudandum, bonum remedium sibi ipsi proponens Dei benedictionem. Per interiora autem designat ex toto corde, & ex tota virtute, & ex omni cogitatione & mentis operatione. Intra hominem enim est vis intelligendi, & cogitandi, ac contuendi, & affectum concitandi, & imaginandi, & memorandi. Immoratur autẽ adhortationi ad hymnum,

Deus ex corde intimo benedicendus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Anima est media inter corpus & spiritum.

ſciens pro magnis beneficijs hoc debitum ſibi incumbere. Alius verò ait, quòd cùm anima inter corpus ſpiritumque media ſit, corpus quidem ad proprias concupiſcentias ſeruileſque voluptates detrahat, quaſi deſuper ex alto ipſam quodammodò deijciens; ſpiritus verò ad ſeipſum quaſi ſurſum ad Deum adducendo attrahat: quare iubet Dominum benedicere, hoc eſt honorare, & aſſiduè ante oculos habere. Ceterùm Moyſes quoque trium horum mentionem feciſſe viſus eſt in hominis formatione; ac corporis quidem cùm ait, *Accepit puluerem de terra*; animæ verò per illud, *ad imaginem & ſimilitudinem*; ſpiritus per illud, *Et inſpirauit*.

Gen. 2, 7. Gen. 1, 26. Gen. 2, 7.

Omnibus animi viribus Deo benedicendum.

Cùm autem in anima hominis multæ vires ac diuerſæ motiones ſint, omnes iubet Deum benedicere. Pulchrè autem dixit etiam *omnes retributiones*, quas Symmachus *beneficia* nuncupauit. Multa enim Iudæi poſt reditum bona conſecuti ſunt, cum ampliſſimis muneribus Cyri iuſſu reuertentes. Multa etiam nos adepti ſumus; nam pro maximis peccatis, quibus deliqueramus, retribuit nobis miſericordiam, benignitatem ac miſerationes: quarum nos numquam capere debet obliuio; ſed earumdem memores, Deum aſſiduè decet hymnis celebrare: quænam porrò ſunt hæ?

Quæ ſint præcipua Dei miſerationes.

Primum poſuit propitiationem peccatorum noſtrorum. Secundò infirmitates ſanauit. Morbi autem animæ ſunt peccata. Tertiò, à corruptione nos ſeruauit, per reſurrectionem ſuam à peccato nos liberans. Quartò propriâ benignitate vſus, adoptionis gratiâ nos coronauit. Quintò, ſpiritualibus nos bonis adimpleuit. Itaque par eſt, vt pro tantis muneribus ipſum perpetuò laudemus.

5. RENOVABITVR VT AQVILÆ IVVENTVS.]

Quæ ſit aquilæ renouatio.

Non hoc dicit, quòd aquila renouetur (ſoli enim inter aues phœnici hoc proprium eſſe tradunt) ſed cùm aquila ceteris volucribus imperare videatur, vult dicere, ſenectutem noſtram Babylonicam in regnum denuò renouandam, prout eramus aliquando. Alius autem ait hoc ſignificare innouationem quæ fit per Baptiſmum, & vetuſtatis abraſionem: quod etiam per Iſaiam ait: *Qui autem ſuſtinent me, mutabunt fortitudinem, & aſſument alas quaſi aquilæ*. Meritò igitur animæ innouationem naturæ aquilæ aſſimilauit, qui expluma-

Spiritalis renouatio qualis.

Iſa. 40, 31.

εἰδὼς τοῦτο ἀντὶ τῶν μεγάλων εὐεργεσιῶν ἑαυτὸν ἐποφείλοντα. Ἄλλος δέ φησιν, ὡς ἐπεὶ μέσης τῆς ψυχῆς οὔσης τοῦ σώματος καὶ τοῦ πνεύματος, τὸ μὲν σῶμα ἐπὶ τὰς οἰκείας ἐπιθυμίας καὶ ἀνδραπώδεις ἡδονὰς καθέλκει, ὥσπερ ἀφ' ὕψους ἄνωθέν ποθεν καταβάλλον αὐτήν· τὸ δὲ πνεῦμα πρὸς ἑαυτὸ ἀνέλκει ἄνω που πρὸς Θεὸν ἀνάγον· διὸ προστάττει εὐλογεῖν τὸν κύριον, τουτέστι δοξολογεῖν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν διαπαντός. Ἔοικε δὲ καὶ Μωσῆς τῶν τριῶν μνημονεύειν ἐν τῇ διαπλάσει· σώματος μὲν διὰ τοῦ, ἔλαβε χοῦν ἀπὸ γῆς· ψυχῆς διὰ τοῦ, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν· πνεύματος διὰ τοῦ, καὶ ἐνεφύσησε. Πολλῶν δὲ δυνάμεων καὶ διαφόρων κινήσεων οὐσῶν ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ, πάσας προτρέπεται εὐλογεῖν τὸν Θεόν. Καλῶς δὲ καὶ τὸ πάσας τὰς ἀνταποδόσεις, ἃς ὁ Σύμμαχος εὐεργεσίας εἶπεν. Πολλῶν γὰρ καὶ Ιουδαῖοι τετυχήκασιν ἀγαθῶν μετὰ τὴν ἐπάνοδον, μετὰ δωροφορίας πλείστης ἐπανελθόντες Κύρου προστάγματι. πολλῶν δὲ καὶ ἡμεῖς· ἀντὶ γὰρ μεγάλων ἁμαρτιῶν, ὧν ἡμάρτομεν, ἀνταπέδωκεν ἡμῖν ἔλεον, χρηστότητα, οἰκτιρμούς· ὧν ἐπιλανθάνεσθαι οὐ δεῖ· ἀλλὰ μεμνημένους, συνεχῶς τοῦτον ὑμνεῖν· τίνες δέ εἰσι; Πρῶτον ἱλασμὸν ἔθετο τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν. δεύτερον τὰς ἀσθενείας ἰάσατο. Νόσοι δὲ ψυχῆς ἁμαρτίαι. τρίτον, ἐκ φθορᾶς ἡμᾶς ἔσωσε, διὰ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως ἀπαλλάξας τῆς ἁμαρτίας. τέταρτον οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, ἐστεφάνωσεν ἡμᾶς τῷ τῆς υἱοθεσίας χαρίσματι. πέμπτον, τῶν πνευματικῶν ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. δίκαιον οὖν, ἀντὶ τοσούτων ἀεὶ αὐτὸν ἐξυμνεῖν.

ε. ΑΝΑΚΑΙΝΙΣΘΗΣΕΤΑΙ ΩΣ ΑΕΤΟΥ Η ΝΕΟΤΗΣ. Οὐχ' ὅτι ἀνακαινίζεται ὁ ἀετὸς τοῦτό φησι (μόνον γὰρ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον τοῦτό φασι πάσχειν) ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ἀετὸς δοκεῖ βασιλεύειν τῶν πετεινῶν, βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιότης ἡμῶν ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αὖθις, ὥσπερ ἦμεν ποτέ. Ἄλλος δὲ τὴν διὰ τοῦ Βαπτίσματος καινουργίαν τοῦτο σημαίνειν φησὶ, καὶ τοῦ γήρως ἀπόξυσιν· ὃ καὶ διὰ Ἡσαΐου φησίν· οἱ δὲ ὑπομένοντές με, ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, καὶ πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί. εἰκότως οὖν τὴν ἀνανέωσιν τῆς ψυχῆς ἀετοῦ φύσει παρείκασεν, οἱ ἀποπτιλλου-

πτιλλοῦται, ἵν' αὖθις πτερωφυήσῃ. Σημαίνεται καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως χάρισμα· ὅτι ἐν φθορᾷ σπειρόμενοι εἰς ἀφθαρσίαν ἐγειρόμεθα. τούτων δὲ ἡμᾶς ἠξίωσεν οὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ κατὰ τὸν πολὺν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς ἠδικημένους ὑπὸ τοῦ πονηροῦ: ὥσπερ δὴ καὶ πάλαι δίκαιον κρῖμα κρίνας ἐλυτρώσατο ἐξ Αἰγύπτου τοὺς ἀδικουμένους, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τε Μωσῇ καὶ παντὶ τῷ λαῷ τὴν γνῶσιν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ καὶ περὶ ἡμῶν τοῦτο προεφητεύθη· οὐ γὰρ ἐκ μεταμελείας τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐπραγματεύσατο, ἀλλὰ τὰ προθεσπισθέντα ἐπλήρωσε. Τύποι γὰρ ἦσαν ἡ θάλασσα τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, καὶ ἡ πέτρα τῶν ἀθανάτων κρουνῶν, καὶ τῆς ἐπουρανίου τροφῆς τὸ μάννα· τούτων δὲ αἴτιον ἡ αὐτοῦ χρηστότης καὶ οἱ οἰκτιρμοί· μακρόθυμος γὰρ ὤν, καὶ χρηστεύεται.

θ'. ΟΥΚ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ΟΡΓΙΣΘΗΣΕΤΑΙ.] Καὶ ὀργιζόμενος, φησίν, οὐ συνεκτείνει τῷ αἰῶνι τὴν ὀργήν, συστέλλει δὲ αὐτὴν πρὸς τὴν τῶν τιμωρουμένων ἀσθένειαν. Ἀπόδειξις δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς· σύμμετρον γὰρ τετυχήκαμεν τῆς ὀργῆς, ἐπεὶ οὐκ ἠνέσχετο παραμετρῆσαι ταῖς ἁμαρτίαις τὴν τιμωρίαν. εἶτα πρὸς ἔνδειξιν τῆς θείας ἀγαθότητος οὐχ' εὑρὼν ὁ ἀνθρώπινος λογισμὸς οὔτε οὐρανοῦ ὑψηλότερον, οὔτε τῆς ἑῴας πρὸς τὴν ἑσπέραν μακρότερον διάστημα, τούτοις ἐχρήσατο, τὸ ὑπερβάλλον μηνύων τῆς θείας χρηστότητος μέγεθος. Τοῦ γὰρ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ. Καὶ ἄλλως δὲ φωτεινὰς οὔσας τὰς ἀρετάς, εἶπεν ἀνατολάς, ὥσπερ καὶ δύσιν διὰ τὸ σκότος τὰς ἁμαρτίας. οὐ δύναται δέ τις ἅμα τυγχάνειν ἐν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ. ὁ συνεγγίσας οὖν ταῖς ἀνατολαῖς, μακρυνθείσας ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ τὰς ἀνομίας· μακρὰν γὰρ αἱ κακίαι τῶν ἀρετῶν. Εἶτα οὐκ ἀρκεσθεὶς τούτοις τοῖς παραδείγμασι, καὶ ἕτερον ἐπιφέρει συμπαθέστερον λέγων·

ιγ'. ΚΑΘΩΣ ΟΙΚΤΕΙΡΕΙ ΠΑΤΗΡ ΥΙΟΥΣ.] Πατρὸς τὴν ἀγαθότητα δείκνυσιν, ὅτι δημιουργὸς ὤν, τοὺς φοβουμένους αὐτὸν εἰς υἱῶν τάξιν ἔθετο. εἶτά φησι, καὶ πόθεν κινηθεὶς εἰργάσατο τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν. εἰ γὰρ καὶ μὴ πᾶσα ἡ κατασκευὴ ἡμῶν ἐκ χοός· ἔχομεν γὰρ καὶ νοερὰν φύσιν, κατ' εἰκόνα γενόμενοι· ἀλλά γε πρὸς ἱκετείαν τὸ χεῖρον προτείνομεν τῶν ἐν ἡμῖν,

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tur, vt denuò replumescat. Significatur quoque gratia resurrectionis; quoniam in corruptione seminati ad incorruptionem resuscitamur. His autem nos dignatus est, vt ait Apostolus, non propter iustitias nostras, sed secundùm magnam suam misericordiam seruauit nos iniuriam passos à maligno; sicut nimirùm etiam olim iustum iudicium iudicans liberauit ex Ægypto iniurijs oppressos, & dedit tam ipsi Moysi quàm vniuerso populo notitiam mandatorum suorum. Alioquin verò etiam de nobis hoc prophetatum est: non enim negligenter salutem nostram operatus est, sed ea quæ vaticinio prædicta fuerunt adimpleuit. Figuræ namque Baptismi salutaris erant mare, & petra scaturiginum immortalium, & manna cibi cælestis: horum autem causa sunt ipsa benignitas & miserationes: cùm enim longanimis sit, etiam benignus existit.

Tit. 3, 5.

Figura Baptismi quales.

9. NON IN FINEM IRASCETVR.] Et cùm irascitur, inquit, non coëxtendit iram æternitati, sed coërcet illam secundùm eorum qui puniendi sunt imbecillitatem. Huius rei argumentum sunt res nostræ: moderatam enim iram sustinuimus, quoniam non permisit supplicium peccatis commensurari. Deinde cùm humanus sermo neque cælo sublimius, neque ortu & occasu spatium vllum remotius reperiret, hisce vsus est, vt diuinæ benignitatis immensam magnitudinem indicaret. Misericordiâ enim Domini plena est terra. Aliàs verò etiam cùm virtutes illustres sint, illas ortum nuncupauit, sicut peccata propter tenebras occidentem. Non potest autem aliquis simul & virtute malitiaque præditus existere. Qui itaque ad Orientem accedit, à se remotas habet iniquitates: vitia enim à virtutibus plurimùm distant. Deinde hisce exemplis minimè satiatus, etiam aliud magis plenum miserationis subiungit dicens:

Deus iram imbecillitati nostræ attemperat.

13. QVOMODO MISERETVR PATER FILIORVM.] Patris benignitatem ostendit, quoniam cùm creator esset, se timentes in filiorum ordinem retulit. Deinceps etiam dicit, quâ ratione motus tantam benignitatem operatus sit. Siquidem non omnis nostra structura de puluere est; nam habemus etiam naturam spiritalem, secundùm imaginem creati: verumtamen id quod in nobis vilius est pro-

Dei in nos paterna benignitas.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Homo citò transit.

ponimus ad supplicandum, vt quod magis moueat commiserationem, quoniam puluis sumus, subaudiendo illud *recordatus est*. q.d. Recordatus est, quoniam puluis sumus: recordatus est, quoniam homo est instar fœni: recordatus est, quia spiritus transijt. Vult declarare animam in corpore minimè permanentem, sed transitoriam esse, qua auolante, corpus eius operatione destituitur, vt neque pristinæ eius figuræ cognoscantur, neque dignoscatur hoc illius, alterum verò alterius corpus fuisse. In sepulchris enim omnia fiunt vniusmodi corruptionis. Locum autem hunc mortalem dicit, quem non ampliùs cognoscet; siquidem ad immortalem & perennem vitam resurgit, non ampliùs ad transitoriam. Hæc præsens igitur vita est quidem istiusmodi; nequaquam tamen misericordia Dei quoque talis est, sed perennis & stabilis placentibus ipsi; tam illis quàm eorum posteris in generationem & generationem coëxtenditur.

19. DOMINVS IN CÆLO.] Ne cogeretur dicere, Benedicite Throni, Virtutes, & cetera quæ tanto honore digna estis habita, omnes simul ad benedicendum vocat. *Qui facitis* autem *voluntatem eius*; quandoquidem sunt etiam aduersariæ virtutes quæ ipsi non seruiunt, quas his opposuit. Deinde subiunxit, *Omnia opera eius*. q. d. Si solorum Angelorum esset celebrare Deum, ô anima, posses te continere, & dignioribus cedere benedictionem: sed cùm diuinus sermo cunctis operibus præcipiat laudationem, quid cunctaris, cùm ipsa quoque minimè contemnendum sis opus Dei? non enim magis in cælo quàm in terra benedicens benedicit: in omni enim loco dominationis eius virtus per probas actiones dignos reddit ad benedicendum. Cùm enim dominatio ipsius omnibus dominetur, consequenter omnia opera, vt quæ sub illius dominatu sint, benedicite ipsum singula pro loci dignitate. Illud autem, *In omni loco*, Iudæis minimè congruit, quoniam in terra aliena canere ipsis per leges non licebat: nos autem in omni loco puras manus leuare ab Apostolo edocti sumus.

Ab omnibus Deo benedici debet.

ὡς δυσωπητικώτερον, τὸ ὅτι χοῦς ἐσμέν, ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἐμνήσθη. οἷον· ἐμνήσθη, ὅτι χοῦς ἐσμέν. ἐμνήσθη, ὅτι ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος· ἐμνήσθη, ὅτι πνεῦμα διῆλθε. Τὸ τῆς ψυχῆς παροδικὸν, καὶ οὐ μόνιμον πρὸς τὸ σῶμα βούλεται σημαίνειν, ἧς ἀποπτάσης, καταςβέννυται τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας τὸ σῶμα, ὡς καὶ μηδὲ τοὺς προτέρους αὐτοῦ ἐπιγινώσκεσθαι χαρακτῆρας, μηδὲ γνωρίζεσθαι ὡς τόδε τοῦ δεῖνος τὸ σῶμα, ἐκεῖνο δὲ τοῦ δεῖνος. Ἐν γὰρ τοῖς τάφοις πάντα τῆς ὁμοίας φθορᾶς γίνεται. τόπον δὲ τὸν θνητὸν τοῦτον λέγει, ὃν οὐκέτι ἐπιγνώσεται· εἰς γὰρ ἄφθαρτον καὶ διαιωνίζουσαν ἀνίσταται ζωὴν, οὐκ εἰς παροδικὴν πάλιν. ἡ μὲν οὖν παροῦσα ζωὴ τοιαύτη· οὐ μὴν καὶ τὸ τοῦ κυρίου ἔλεος τοιοῦτον, ἀλλὰ διαιωνίζον καὶ βέβαιον τοῖς εὐαρεστοῦσιν αὐτῷ· καὶ αὐτοῖς, καὶ τοῖς αὐτοῖς εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν παρεκτεινόμενον.

ιθ'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΟΥΡΑΝΩ.] Ὡς ἂν μὴ ἀναγκάζοιτο λέγειν, Εὐλογεῖτε θρόνοι, ἐξουσίαι, τἄλλα ὅσα τοιαύτης ἠξίωται τιμῆς, πάσας συλλήβδην ἐπὶ τὴν εὐλογίαν καλεῖ. ποιοῦντες δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ· ἐπειδήπερ εἰσὶ καὶ ἀντικείμεναι ἃς καὶ ἀντιδιέστειλεν, αἳ μὴ λειτουργοῦσιν αὐτῷ. εἶτα ἐπήγαγε, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὡσεὶ λέγων· εἰ μὲν ἀγγέλων ἦν τὸ ὑμνεῖν μόνων, ψυχὴ, εἶχες ἂν ὑποστέλλεσθαι, καὶ παραχωρεῖν τῆς εὐλογίας τοῖς κρείττοσιν· ἐπεὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἔργοις ὁ θεῖος λόγος προστάττει τὴν ὕμνησιν, τί μέλλεις, αὐτὴ ἔργον οὖσα θεοῦ οὐκ εὐκαταφρόνητον; οὐδὲ γὰρ μᾶλλον ἐν οὐρανῷ ἢ ἐπὶ γῆς ὁ εὐλογῶν εὐλογεῖ· ἐν παντὶ γὰρ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ ἡ ἀρετὴ διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἀξίους τοῦ εὐλογεῖν ἀπεργάζεται. Ἐπεὶ γὰρ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει, ἀκολούθως πάντα τὰ ἔργα, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ὄντα, εὐλογεῖτε αὐτὸν ἕκαστα κατ' ἀξίαν τοῦ τόπου. Τὸ, ἐν παντὶ δὲ τόπῳ, Ἰουδαίοις ἀνάρμοστον, ἐπεὶ ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας ᾄδειν οὐ προσῆν αὐτοῖς νόμιμον· ἡμεῖς δὲ ἐν παντὶ τόπῳ αἴρειν ὁσίους χεῖρας παρὰ τοῦ Ἀποστόλου ἐμάθομεν.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μήτε ψαλμὸν, μήτε ᾠδὴν, μήτε τι τοιοῦτον τὴν παροῦσαν προφητείαν ἐπέγραψεν, ἐπειδήπερ ἀρκεῖν ᾠήθη, ὅτι τὸ προοίμιον εὐλογίας μέμνηται· διόπερ οὔτε τὸν τριακοστὸν τρίτον ψαλμὸν ἢ ᾠδὴν ἢ αἶνον ἐπέγραψεν, ἐξ εὐλογίας κἀκεῖνον ἀρχόμενος.

α. ΕΥΛΟΓΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ καὶ μὴ ἄλλος ὁ σύνθετος ἄνθρωπος παρὰ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα (ἐξ αὐτῶν γὰρ τούτων συντίθεται) ἀλλά γε τοῦ ὅλου ἡ ψυχὴ λέγεται, ὡς ἄλλη αὐτοῦ. Ὁ σύνθετος οὖν ἐστιν ὁ παρορμῶν, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐπὶ τὸ εὐλογεῖν τὸν κύριον. Καὶ οἱ τὴν ψυχὴν δὲ λέγοντες εἶναι τοῦ πνεύματος, οὐχ' ὡς ψύχουσαν αὐτό φασιν· ἀλλ' ὡς ὑπ' αὐτὸ τὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν τυγχάνουσαν. Ἐντὸς δὲ αὐτοῦ καλεῖ πᾶσαν τὴν λογικὴν ἀνθρώπου δύναμιν. Οὕτω γὰρ ἀκουστέον καὶ τοῦ σωτῆρος λέγοντός που· ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἕκαστον τῶν ἐν τῷ σώματι μερῶν τε καὶ μελῶν καὶ σπλάγχνον τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεών τε καὶ ἐνεργημάτων ὑπηρετικὸν καθέστηκεν, ἀναγκαίως διὰ τῶν ὀργάνων τῆς ψυχῆς ἀξίας εὐλογίας τοῦ θεοῦ γίνεσθαι παρακελεύεται.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Μειζόνως ἡμᾶς εὐλογεῖν τὸν κύριον ὁ λόγος παρακελεύεται, προστάττων μηδὲ μιᾶς λήθην εὐεργεσίας ποιεῖσθαι τῶν εἰς ἡμᾶς γενομένων ὑπ' αὐτοῦ· ὧν εἰ διαπαντὸς μνημονεύοιμεν, οὔ ποτ' ἂν διαλίποιμεν εὐλογοῦντες αὐτόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τίνες εἰσὶν αἱ τοῦ κυρίου ἀνταποδόσεις, καὶ πῶς ἡμᾶς εὐηργέτησε; λέγω δὴ τοὺς ἐξ ἐθνῶν αὐτῷ προσκεκληρωμένους, ὡς ἀκολούθως διδάσκει. προειπὼν γὰρ, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ, καταλέγει ταύτας ἑξῆς. πρῶτον μὲν οὖν, φησιν, ἐπὶ ταῖς πραχθείσαις σοῦ ἀνομίαις, ὦ ψυχὴ, ἃς πάλαι πρότερον ἀλλοτρία τυγχάνουσα τοῦ νόμου τοῦ θεοῦ καὶ ἐν πλάνῃ ἐξεταζομένη τῆς δαιμονικῆς εἰδωλολατρίας διεπράξω, αὐτὸς ὁ κύριος ἰάσατό σε, προλαβὼν πᾶσαν ἱκετείαν, καὶ πᾶσαν εὐχὴν καὶ πᾶσαν δέησιν, καὶ τὰ ἐν ἀγνοίᾳ πραχθέντα σοι. ὅτε τὸν ἄνομον διῆγες βίον

HESYCHII. Neque Psalmum, neque Canticum, neque quid simile præsenti vaticinio præfixit, quia nimirum satis esse existimauit, quòd procemium mentionem faciat benedictionis: quapropter etiam trigesimum tertium Psalmum neque Canticum neque laudem inscripsit, cùm illum etiam à benedictione inchoët.

1. BENEDIC ANIMA MEA DOMINVM.] DIDYMI. Etsi minimè diuersus sit homo compositus ab anima & corpore (ex ijs enim ipsis componitur) attamen totius anima dicitur, ac si esset ab ipso diuersa. Is igitur qui compositus est, sui ipsius animam excitat ad benedicendum Dominũ. Qui autem animam dicunt esse spiritus, non quasi ipsum animet hoc dicunt; sed quasi ab ipso eius cura geratur. Interiora porrò sua vocat omnem rationalem hominis facultatem. Sic enim etiam intelligenda est sententia illa Saluatoris dicentis: *Regnum Dei intra vos est.*

Homo non distinguitur ab anima & corpore.

Quid per hominis interiora intelligatur.

Luc. 17. 21.

ANONYMI. Cùm quamlibet partem ac membrum corporis & affectum animi viribus & operationibus subseruientem condiderit, necessariò per animæ instrumenta dignas Deo benedictiones fieri præcipit.

ALTERIVS. Hic sermo nos iubet magis Deum benedicere, nec vllam beneficiorum in nos ab illo collatorum capere obliuionem: quorum si perpetuò memores fuerimus, numquam cessabimus ipsum benedicere.

Nulla beneficiorum capienda obliuio.

DIDYMI. Quæ sunt Domini retributiones, & quomodo nobis benefecit? intelligo de ijs qui ex Gentibus vocati sunt in hereditatem, vti deinceps docet. Cùm enim prædixisset, *Et noli obliuisci omnes retributiones eius*, eas deinde recenset. Primùm igitur, inquit, ô anima, post patratas à te iniquitates, quas olim à lege Dei aliena existens & dæmoniacæ idololatriæ errore implicata commiseras, ipse Dominus te curauit, omnem supplicationem, omnemque orationem ac precem anticipans, etiam ea quæ in ignorantia à te patrata fuerant; quando iniquam vitam ducebas diffi-

Quanta Deus gentibus benefecerit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dissimulauit, omnium præteritarum iniquitatum tibi veniam præbens, hancque non aliter tibi concedens, quàm per suam propitiationem; de qua dictum est, *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Et rursus: *Si quis peccauerit, aduocatum habemus Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.*

Rom.3.25.
1. Ioan. 2. 1.

3. QVI PROPITIATVR OMNIBVS INIQVITATIBVS.] EVSEBII. Deus vniuersorum rursus opera misericordiæ suæ consona faciens, & proprium sanguinem Filij sui pro redemptione tua morti tradés, te redemit: postquam autem à corruptione liberauerit, successu téporis aliquando te induet immortalitate.

Christus nos à duplici corruptione liberauit.

HESYCHII. Tam à præsenti quàm à futura liberat corruptione; modò enim instat corruptio voluptatum, postmodum verò reposita est illa suppliciorum, è quibus ad se accedentes liberabit.

ANONYMI. Atque hos morbos Dominus ac Saluator sanauit curauitque rationalibus ac salutaribus suis medicinis, quæ diuinis eius Scripturis insertæ sunt.

Psalm. 40. 5.

DIDYMI. *Sana*, inquit, *animam meam, quia peccaui tibi.* Redimit autem vitam de corruptione, ne ampliùs secundùm corruptionem & vitam passionibus deditam viuas, sed in incorruptione diligens Dominum Iesum; qui etiam incorruptibile corpus tibi præbens, redimit etiam de corruptione vitá tuam.

4. QVI CORONAT TE IN MISERICORDIA.] EVSEBII. Deinde etiam coronabit eam, vtpote quæ possit dicere: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui; in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.*

2.Tim.4. 7.

Qualis sit corona misericordiæ.
1. Pet.5.4.

DIDYMI. Quippe coronæ materia est misericordia & miseratio. Sicut enim alij coronam iustitiæ, & immarcescibilem gloriæ coronam percipiunt ex iustitia rectaque gloria contextam; sic etiam tu ex misericordia & miserationibus, quas operatus fueris, coronaberis; iuxta illud, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Non tam propter ea quæ inter certandum fortiter gesseris, quàm quòd misericordiam & miserationem à Domino consecutus sis.

Matth.5. 7.

παρεῖδεν, ἄνεσίν σοι διδοὺς ἁπάντων τῶν προτέρων ἀνομημάτων, καὶ ταύτην σοι δοὺς οὐκ ἄλλως, ἢ διὰ τοῦ ἱλασμοῦ ἑαυτοῦ· περὶ οὗ λέλεκται, ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Καὶ πάλιν· ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτός ἐστιν ἱλασμὸς περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου.

γ'. ΤΟΝ ΕΥΙΛΑΤΕΥΟΝΤΑ ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΑΝΟΜΙΑΙΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκόλουθα πάλιν τοῦ ἑαυτοῦ πράττων ἐλέους ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ λύτρον δοὺς ὑπὲρ σοῦ τῷ θανάτῳ τὸ ἴδιον αἷμα τοῦ ἰδίου παιδὸς, ἐλυτρώσατό σε· λυτρωσάμενος δὲ τῆς φθορᾶς, καιρῷ ποτε τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσει σε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης ἀπαλλάττει φθορᾶς· νῦν μὲν γὰρ ἡ τῶν ἡδονῶν ἐπίκειται φθορὰ, ὕστερον δὲ ἡ τῶν τιμωριῶν ἀπόκειται, ἐξ ὧν τοὺς αὐτῷ προσερχομένους ῥύσεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ταύτας τὰς νόσους ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἰάσατο καὶ ἐθεράπευσε λογικοῖς καὶ σωτηρίοις αὐτοῦ φαρμάκοις, τοῖς ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ γραφαῖς καταβεβλημένοις.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἴασαι, φησὶ, τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. λυτροῦται δὲ ζωὴν ἐκ φθορᾶς, ἵνα μηκέτι κατὰ φθορὰν καὶ ἐμπαθῆ ζῇς ζωὴν, ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ ἀγαπῶν τὸν κύριον Ἰησοῦν· ὃς καὶ ἄφθαρτον παρέχων σοι σῶμα ἐν τῇ ἀναστάσει, λυτροῦται ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου.

δ'. ΤΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΥΝΤΑ ΣΕ ΕΝ ΕΛΕΕΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἶτα καὶ στεφανώσει, ὡς δὴ δυναμένην λέγειν· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῆς ὕλης τοῦ στεφάνου ἐλεημοσύνης καὶ οἰκτιρμοῦ τυγχανούσης. ὡς γὰρ ἄλλοι τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον, καὶ τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης στέφανον δέχονται ἐκ δικαιοσύνης καὶ δόξης ὀρθῆς πεπλεγμένον· οὕτω καὶ σὺ ἐξ ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν, ὧν εἰργάσω, στεφανώσῃ· κατὰ τὸ, Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. οὐ τοσοῦτον δι' ἃ κατορθώσω ἐν τῷ ἀγωνίζεσθαι, ὅσον διὰ τὸ ἐλεεῖσθαι καὶ οἰκτείρεσθαι ὑπὸ κυρίου.

ΔΙΔΥ-

Digitized by Google

ΔΙΔΥΜΟΥ. Στεφανοῖ γὰρ ἡμᾶς οὐχ οὕτω πρὸς τὴν ἡμετέραν σκοπῶν ἄθλησιν, ὡς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἔλεον καὶ οἰκτιρμόν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐὰν γὰρ ᾖς πρὸς τὸν πλησίον συμπαθὴς, στέφανόν σοι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν χαρίσεται λέγων· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Ἐλεῶν δὲ τοῦτο λέγει· Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

έ. ΤΟΝ ΕΜΠΙΠΛΩΝΤΑ ΕΝ ΑΓΑΘΟΙΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Διδοὺς γὰρ ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸ τὸ ἐπιθυμεῖν τῶν ἀγαθῶν αἰτεῖσθαι αὐτὰ τυγχάνει, διδούς σοι πάντα τὰ ὧν ὀρέγῃ, ἐμπιπλᾷ ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. Τοῦ γὰρ δικαίου πᾶσα ἐπιθυμία ἀγαθή ἐστιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τίς ἡμῶν ἡ ἐπιθυμία; κληθῆναι θεούς· τούτου γὰρ ἐπιθυμήσας ὁ Ἀδὰμ, τῆς ἀπειρημένης ἐγεύσατο βρώσεως. Ταύτην τοίνυν ἡμῶν ὁ κύριος τὴν ἐπιθυμίαν ἀγαθοῖς ἐπλήρωσε, συμμόρφους ἡμᾶς ἑαυτοῦ κατασκευάσας τῇ δωρεᾷ τοῦ βαπτίσματος, ὥστε καὶ θεοὺς διὰ τοῦτο προσαγορεύεσθαι χάριτι.

ΑΝΑΚΑΙΝΙΣΘΗΣΕΤΑΙ ΩΣ ΑΕΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὥστε ἀνακαινίζεσθαι αὐτὴν τὸν παλαιὸν ἀποθεμένην ἄνθρωπον, τὸν δὲ νέον τὸν ἀνακαινούμενον, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ κτίσαντος αὐτὸν ἀναλαμβάνουσαν. Οὕτω δέ, φησιν, ἡ νεότης σου ἀνακαινισθήσεται, ὡς μηκέτι παλαιοῦσθαι, μηδὲ εἰς φθορὰν αὖθις χωρεῖν, ἀεὶ δὲ διαμένειν ἐν τῷ νεάζειν ἐν τῇ ἀφθάρτῳ ζωῇ. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀετὸς τὸν ὀρνέων ἐστὶ βασιλικώτατον, ἀλλὰ καὶ ὑψιπετέστατος, μόνος δὲ ζώων ἡλίου φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀντωπεῖν δυνατὸς, καὶ ἀτενὲς ἀφορᾶν αὐτῷ, εἰκότως τὴν ἀνανέωσιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν πτῆσιν, καὶ τὸν βίον αὐτῆς τὸν ἐν ἄκρῳ φωτὶ γινόμενον, ἀετοῦ φύσει παρέβαλε.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν κατασημαίνει χάρισμα. ἀετῷ δὲ τοὺς ἀνακαινουμένους παρείκασεν ἀετῷ ὀρνίθων ἁπάντων ὄντι ὑψηλοπετεστάτῳ καὶ βασιλικωτάτῳ· καὶ ταῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς μόνῳ λαμπρῶς ἐνατενίζειν δυναμένῳ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὡς γὰρ τὸ ὄρνεον τὰ γηράσαντα ἀποπτύεται, ἵνα αὖθις νέα ἕτερα

DIDYMI. Non enim tam nos coronat ad certamen nostrum respiciens, quàm ad suam misericordiam & miserationem.

HESYCHII. Si enim misertus fueris proximi tui, pro corona tibi Regnum cælorum largietur dicens: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere,* & quæ sequuntur. Hoc autem dicit miserendo: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

5. QVI REPLET IN BONIS.] DIDYMI. Dat enim bona petentibus eum. Cùm igitur etiam ipsum bonorum desiderium sit eorumdem postulatio, is qui dat tibi omnia quæ desideras, replet in bonis desiderium tuum. Omne enim desiderium viri iusti bonum est.

HESYCHII. Et quod est desiderium nostrum? vt vocemur Dij: cùm enim Adam hoc desideraret, vetitum cibum gustauit. Hoc igitur desiderium nostrum Dominus impleuit bonis, sibi nos conformes reddens per donum Baptismatis, ita vt etiam propterea Dij gratiâ nuncupemur.

RENOVABITVR VT AQVILÆ.] EVSEBII. Ita vt ipsa renouetur veterem hominem deponens, nouum verò assumens, qui renouatur in agnitionem eius qui creauit eum. Sic autem, inquit, iuuentus tua renouabitur, vt non ampliùs veterascat, neque rursus abeat in corruptionem, sed semper in incorrupta vita permaneat vigorosa. Cùm autem aquila sit auium regina altissimeque volet, ac sola inter animalia solaribus radijs valeat obtueri, & intentos in solem oculos dirigere, iure meritò animæ renouationem, & è terra in cælum volatum, ac vitam eius in summa luce versantem, aquilæ naturæ comparauit.

ATHANASII. Significat nobis donum resurrectionis. Renouatos autem aquilæ comparauit, vtpote auium omnium altissimè volanti, ac volucrum reginæ; quæ & sola solaribus radijs obtutum irretortum valeat infigere.

DIDYMI. Quemadmodum enim auis excutit id quod veterascit, vt alia rursus noua

exur-

CATENA PATRVM.

Matth. 25. 34.

Matth. 5, 7.

Qualiter renouari debeamus. Coloss. 3, 10.

Cur renouatio aquilæ assimiletur.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

exurgat; sic etiam tu cùm malitiâ senueris, innouaberis, & iuuentute tuâ recuperatâ, sublimis in cælum euehêris cum omnibus qui vnà tecum Deum expectauerint. Nam *qui expectant Dominum mutabunt fortitudinem, assument alas sicut aquilæ, current, & non laborabunt.*

Isaiæ 40, 31.

HESYCHII. Nam cùm hæc auis longo tempore senuerit, rursus ad vigorem redit: dicitur autem fortis esse post senium. Ceterùm tunc etiam iuuentus nostra renouatur, quando instar aquilæ in altum euolamus, non ampliùs quæ super terram, sed quæ sursum sunt sapientes; quemadmodum nobis quoque Paulus inculcauit. Qualis autem aquilæ? vtique Christi; de quo Moyses ita canens insinuauit: *Sicut aquila tegit nidum suum, & super pullos suos* * *desiderauit.* Et quis hic fuerit subiunxit: *Dominus solus duxit eos: & non erat cum eis Deus alienus.*

Deut. 32, 11. * Vulgata. volauit. Ibid. 12.

6. FACIENS MISERICORDIAS DOMINVS.] DIDYMI. Cùm Dominus sit pater miserationum, & solus bonus, facit misericordias omnium miserendo, & cunctis benefaciendo: vnde etiam iniuriam passis à diabolo, malitiæ iudicium faciens, proprium Filium suum misit, vt sanaret ac liberaret eos qui à Satana opprimebantur.

Christus est misericordia Dominus.

EVSEBII. Ex ipsa autem Scriptura Moysis cognosces, qualia iudicia exercuerit erga iniuriam passos: iusto namque iudicio Ægyptios percussit plagis diuinitus illatis, ipsos puniens propter filios Israël ab ipsis iniuriosè habitos.

7. NOTAS FECIT VIAS SVAS MOYSI.] DIDYMI. Conformiter virtutes appellantur: nam qui ait, *Vias tuas Domine demonstra mihi,* rogat virtutes eius sibi fieri manifestas.

Psal. 24, 4.

HESYCHII. Olim, inquit, iudicium faciet iniuriam passis. Designatur autem lex, in qua vias suas, scilicet mandata, Moysi notificauit, & per ipsum filijs Israël voluntates suas. Voluntas enim Dei est, vt non fiat adulterium, neque homicidium, neque furtum, neque falsum testimonium; quoniam hoc modo saluamur.

Deus vias suas Moysi aperuit.

8. MISERATOR ET MISERICORS DOMINVS.] DIDYMI. Porrò horum, inquit, bonorum causa est diuinæ bonitatis

Deus est fons omnis boni.

φύσῃ ἐστι· καὶ σὺ γηράσασα τῇ κακίᾳ, ἀνακαινωθήσῃ, καὶ τῆς νεότητός σου ἐν ἀπολαύσει γενομένη, μετέωρος εἰς οὐρανὸν ἀρθήσῃ πρὸς πάντας τοὺς ἅμα σοὶ τὸν Θεὸν ὑπομεμενηκότας. οἱ γὰρ ὑπομένοντες τὸν κύριον ἀλλάξουσιν ἰσχὺν πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί, δραμοῦνται, καὶ οὐ κοπιάσουσιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Χρόνῳ γὰρ πολλῷ τοῦτο γηράσαν τὸ ζῶον, ἐπανέρχεται εἰς ἀκμήν· ἔστι δὲ καὶ ἰσχυρὸν μετὰ γῆρας λέγεται. Πλὴν τότε ἡ νεότης ἡμῶν εἰς ἀνακαινισμὸν ἔρχεται, ὅταν ὑψιπετοῦς ἀετοῦ δίκην γενώμεθα, μηκέτι τὰ τῆς γῆς, ἀλλὰ τὰ ἄνω φρονοῦντες· ὥσπερ ἡμῖν καὶ Παῦλος ὑπέθετο. Ἀετοῦ δὲ ποίου; ἀλλὰ πάντως τοῦ Χριστοῦ· περὶ οὗ Μωσῆς οὕτως ᾄδων ἠνίττετο· ὡς ἀετὸς σκεπάζει νοσσιὰν ἑαυτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νεοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπόθησε. καὶ τίς οὗτος ἐπήγαγε· Κύριος μόνος ἦγεν αὐτούς· καὶ οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν θεὸς ἀλλότριος.

ϛʹ. ΠΟΙΩΝ ΕΛΕΕΜΟΣΥΝΑΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ μόνος ἀγαθὸς ὢν ὁ κύριος, ἐλεημοσύνας ποιεῖ πάντας ἐλεῶν, καὶ εὐεργετῶν· ὅθεν καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ὑπὸ τοῦ διαβόλου, τῆς κακίας ποιῶν κρῖμα, τὸν ἴδιον υἱὸν ἔπεμψεν, ἐπὶ τὸ ἰάσασθαι καὶ ἐλευθερῶσαι τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐκ τῆς αὐτῆς δὲ Μωσέως γραφῆς μαθήσῃ, ὁποῖα κρίματα παρέχει τοῖς ἀδικουμένοις· κρίσει γὰρ δικαίᾳ μετῆλθε τοὺς αἰγυπτίους πληγαῖς θεηλάτοις κολάσας, αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν ἠδικημένων υἱῶν Ἰσραήλ.

ζʹ. ΕΓΝΩΡΙΣΕ ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΤΩ ΜΩΣΗ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐκ παραλλήλου ἀρεταὶ καλοῦνται· ὁ γὰρ λέγων, τὰς ὁδούς σου κύριε γνώρισόν μοι, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀξιοῖ φανερὰς γενέσθαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πάλαι, φησὶ, κρῖμα ποιεῖ τοῖς ἀδικουμένοις. δηλοῖ ταῦτα ὁ νόμος, ἐν ᾧ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, δηλαδὴ τὰς ἐντολὰς, τῷ Μωσῇ ἐγνώρισε, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. θέλημα γὰρ τοῦ Θεοῦ, τὸ μὴ μοιχεύειν, μὴ φονεύειν, μὴ κλέπτειν, μὴ ψευδομαρτυρεῖν· ἐπειδὴ διὰ τούτων σωζόμεθα.

ηʹ. ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗΜΩΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τούτων δὲ, φησὶν, αἰτία τῶν ἀγαθῶν ἡ τῆς θείας ἀγαθότητος ἄβυσ-

Digitized by Google

ἄβυσσος, ὁ ἀμέτρητος ἔλεος, τῆς φιλανθρωπίας τὸ πέλαγος· ἔστι δὲ πάντα τὰ εἰρημένα ὁ κύριος, ἐπείπερ ἀληθινός ἐστι θεός. ὢν δὲ θεὸς ἀληθινὸς, οὐκ ἐν ἕξει τῶν εἰρημένων ἀρετῶν, ἀλλὰ πηγὴ καὶ οὐσία αὐτῶν ὑπάρχει· διὸ καὶ θαῤῥοῦμεν, ὅτι κἂν ποτε ἁμαρτήσασιν ἡμῖν ὀργισθείη, οὐκ ἐπὶ τῷ συντελέσαι καὶ ἀπολέσαι τοῦτο ποιεῖ· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ εἰς τέλος ὀργισθήσεσθαι, τουτέστι παραμένειν τὸ ὀργίζεσθαι ἕως τέλους καὶ φθορᾶς τῶν πρὸς οὓς ἡ ὀργή· μὴ εἰς τέλος οὖν ὀργιζόμενος, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ γὰρ ἀνέχεται ταῖς ἡμετέραις ἁμαρτίαις μετρῆσαι τὴν τιμωρίαν, οὐδ' ἐπὶ πλεῖον καθ' ἡμῶν ἐκτεῖναι τὴν ἀγανάκτησιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκοῦν οὔτε διηνεκῶς τῷ θυμῷ (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰς τέλος) χρήσεται, οὔτε τὸν ἔλεον διηνεκῶς τοῖς ἀναξίοις χαρίζεται· ἐπεὶ πῶς ὁ θεὸς κριτὴς, καὶ δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος; πῶς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; Κιρνᾷ τοίνυν, τῷ ἐλέῳ τὴν ὀργὴν, ὅτε μὲν ἐλέους καιρὸς, αὐτὸν προβαλλόμενος· ὅτε δὲ ὀργῆς, ἐπιφέρων ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας· ἐν ᾗ, φησιν ὁ Παῦλος, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. διόπερ, φησὶν, οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ τὸν παρόντα αἰῶνα· τῷ μέλλοντι γὰρ τὴν κρίσιν καὶ τὴν ὀργὴν ἐφύλαξεν.

ια. ΟΤΙ ΚΑΤΑ ΤΟ ΥΨΟΣ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰ καὶ τούτων εὗρε μακρότερα διαστήματα, πάντως ἂν καὶ ταῦτα εἰς μέσον παρήγαγε, δεῖξαι τὸ ἄπειρον τῆς θείας φιλοτιμοῦσα ἀγαθότητος· ἀλλ' οὐχ εὗρεν ὁ ἀνθρώπινος λογισμὸς οὔτε οὐρανοῦ ὑψηλότερον, οὔτε τοῦ μέσου τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς ἕω μακρότερον. Τὸ δὲ ἔλεος τοῦ θεοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνει ἐπὶ τὴν γῆν· κατὰ τὸ λεχθὲν, τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ.

ιγ'. ΚΑΘΩΣ ΟΙΚΤΕΙΡΕΙ ΠΑΤΗΡ ΥΙΟΥΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὥσπερ ἀπὸ σκότους τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀγνοίας ἐπὶ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ γνώσεως μετέστησεν ἡμᾶς· καὶ ταῦτα ἔπραξεν ὡς ἀγαθὸς πατὴρ σπλαγχνιζόμενος, ἐπὶ υἱοῖς μεμηνόσι καὶ ἐπὶ κακῶς διακειμένοις τέκνοις μείζονα οἶκτον ἀναλαβών· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὸς ᾠκτείρησεν ἡμᾶς, ἐξ ἀθέων καὶ ἀφόβων εὐσεβεῖς καὶ φοβουμένους αὐτὸν ἀπεργασάμενος.

abyssus, immensa misericordia, pelagus benignitatis: hæc autem prædicta omnia Dominus est, vtpote verus Deus. Cùm autem sit verus Deus, non est in habitu virtutum dictarum, sed est fons & essentia earumdem: quapropter etiam fiduciam habemus, quòd licet aliquando nobis peccatoribus iratus fuerit, hoc non ad consumendos & perdendos nos faciat; nam id esset in finem iratum fore, siue in ira perseuerare vsque ad finem & interitum eorum quibus irascitur: non igitur in finem irascitur, neque in æternum comminabitur.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Non enim finit supplicium peccatis nostris commensurari, neque diutiùs contra nos indignationem extendi.

HESYCHII. Itaque non perpetuò (hoc enim est *in finem*) vtetur indignatione, neque semper indignis misericordiam largitur: alioquin quomodo Deus iudex, & iustus, & fortis, & longanimis? quomodo *reddet vnicuique secundùm opera eius?* Iram igitur misericordiâ moderatur, quando quidem tempus miserendi, misericordiam proponens; quando verò tempus irascendi, iram irrogans in die iræ & iusti iudicij; in qua, inquit Paulus, reddet vnicuique secundùm opera eius. Quapropter, inquit, non in sæculum scilicet præsens comminabitur; futuro enim sæculo iudicium & iram reseruauit.

Deus omnia facit suo tempore. *Matth. 16, 27.* *Roma. 2, 6.*

II. QVONIAM SECVNDVM ALTITVDINEM CÆLI.] THEODORETI. Si longiora hisce spatia reperisset, vtique etiam ipsa in medium attulisset, nitens diuinæ bonitatis infinitatem ostendere: verùm humana mens nec cælo quid sublimius, nec ortu & occasu longinquius aliquid inuenit. Ceterùm misericordia Dei principium in terra accipit; iuxta id quod dictum est, *Misericordia Domini plena est terra.*

Psal. 32, 5.

13. QVOMODO MISERETVR PATER FILIORVM.] EVSEBII. Quemadmodum à tenebris ignorantiæ peccatorum in lucem agnitionis suæ nos transtulit; atque hæc fecit tamquam benignus pater, erga filios insanientes & malè affectos liberos maiorem commiserationem induens; eodem modo etiam ipse nostri misertus est, ex impijs & effrenatis pios ipsúmque timentes efficiens.

Deus nos paternè corrigit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

HESYCHII. In tenebris enim & occasu versantur homines qui in peccatis existunt, à delictis verò liberati, in lucem vtique translati sunt; ita vt peccatorum liberationem iure merito vocauerit ab occasu ad ortum translationem; simul quoque nos docere cupiens, quid inter peccatum & iustitiam intersit.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐν σκότῳ γάρ εἰσι καὶ δυσμαῖς οἱ ἐν ἁμαρτίαις τυγχάνοντες ἄνθρωποι, ἀπαλλαγέντες δὲ τῶν πλημμελημάτων, ἐν φωτὶ δηλονότι μετατεθέντες γίνονται· ὥστε εἰκότως τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴν μετάβασιν τὴν ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς κέκληκεν· ὁμοῦ δὲ καὶ ἡμᾶς διδάξαι, τί μέσον ἁμαρτίας καὶ δικαιοσύνης βουλόμενος.

Deus miseretur seruorum timentium ipsum.

QVONIAM IPSE COGNOVIT FIGMENTVM NOSTRVM.] THEODORETI. Cùm sit opifex & conditor, eamdem benignitatem erga seruos, qualem pater erga liberos amorem demonstrauit. Quin potiùs per excessum excellenter Deus miseretur timentium eum, in filiorum ordinem ipsos referendo, eò quòd ipse vniuscuiusque nostrûm figmentum cognouerit: neque enim quidquam formauit odiendo, sed cognoscendo corda hominum, quæ sigillatim finxit. Nouit quid vnicuique nostrûm conducat, & quorum facultatem & copiam habeamus, & hæc largitur; vt cùm illa secundùm operationem habuerimus, filij eius euadamus.

ΟΤΙ ΑΥΤΟΣ ΕΓΝΩ ΤΟ ΠΛΑΣΜΑ ΗΜΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δημιουργὸς ὢν καὶ ποιητὴς, ἀγαθότητα τὴν αὐτὴν περὶ τοὺς οἰκέτας, ἣν πατὴρ περὶ τοὺς παῖδας φιλοστοργίαν ἐπέδειξε. μᾶλλον δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν ὑπερεχόντως οἰκτείρει θεὸς τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, εἰς τάξιν υἱῶν αὐτοὺς θέμενος, τῷ αὐτὸν ἑκάστου ἡμῶν ἐγνωκέναι τὸ πλάσμα· οὐδὲ γὰρ μισῶν τι κατεσκεύασεν, ἀλλ᾽ ἐπιστάμενος τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, ἃς κατὰ μόνας ἔπλασεν. οἶδε τί ἑκάστῳ ἡμῶν συμφέρει, καὶ ὧν ἔχομεν δύναμιν καὶ ἀφορμὴν, καὶ ταῦτα δίδωσιν· ἐπὶ τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν ἡμᾶς αὐτὰ ἔχοντας, υἱοὺς αὐτοῦ γενέσθαι.

Christus experientiâ nouit infirmitatem nostram.

DIDYMI. Experimentum accepit figmenti nostri: cùm enim caro factus sit, naturalem affectum habuit, vt nos filios suos reputaret.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πεῖραν ἔλαβε τοῦ πλάσματος ἡμῶν· γενόμενος γὰρ σὰρξ, ἔχει φυσικὴν διάθεσιν, ὥστε υἱοὺς ἡμᾶς αὐτοῦ λογίσασθαι.

HESYCHII. Meritò, inquit, nobis benignus est: nouit enim naturæ nostræ imbecillitatem: Primùm quidem, quoniam ipse nos formauit; deinde quia incarnatus fuit, & secundùm nos homo factus est.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰκότως ἡμῖν, φησι, χρηστεύεται· οἶδε γὰρ ἡμῶν τοῦ πλάσματος τὴν ἀσθένειαν· πρῶτον μὲν, ὡς αὐτὸς πλάσας ἡμᾶς· ἔπειτα σαρκωθεὶς, καὶ καθ᾽ ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος.

Temporaria fœno comparata

14. HOMO SICVT FOENVM.] HESYCHII. His verbis simul & caducam & temporariam conditionem nostram demonstrauit.

ιδ΄. ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΩΣΕΙ ΧΟΡΤΟΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁμοῦ μὲν ἡμῶν τὸ σαθρὸν, ὁμοῦ δὲ καὶ πρόσκαιρον τοῖς εἰρημένοις ἔδειξεν.

DIDYMI. Proponit autem apparentes felicitates quæ in hac vita carnali viuentibus accidunt, vt diuitias, dignitates, ceterasque prosperitates, quæ adinstar floris ac fœni diffluunt & exarescunt, ita vt nec extitisse videantur.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Παρίστησι δὲ ταύτας ἐν τῷ βίῳ ὑπαρχούσας μετὰ σαρκὸς ζῶσι δοκούσας εὐημερίας, πλούτους, δόξας, ἀξιώματα, καὶ τὰς ἄλλας εὐπραγίας, ἅπερ δίκην ἄνθους καὶ χόρτου ἀποῤῥεῖ καὶ ξηραίνεται, ὡς μηδὲ γεγονέναι δοκεῖν.

Dei misericordia in filios proborum extenditur.

16. MISERICORDIA AVTEM DOMINI A SÆCVLO.] DIDYMI. Natura igitur tam fragilis est, sed Dei benignitas diuturnam vitam largitur, & remunerationem maioribus debitam ad posteros vsque conseruat. Talia autem infinita reperies in historijs: nam propter iustitiam Abrahæ & Isaac

ιϛ΄. ΤΟ ΔΕ ΕΛΕΟΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΙΩΝΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ μὲν οὖν φύσις οὕτως ἐπίκηρος, ἡ δὲ φιλανθρωπία τοῦ θεοῦ τὸν μακραίωνα χαρίζεται βίον, καὶ μέχρις ἐκγόνων διατηρεῖ τὴν τοῖς προγόνοις ὀφειλομένην ἀντίδοσιν. τοιαῦτα δ᾽ ἂν μυρία εὕροις ἐν ταῖς ἱστορίαις· διὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ δικαιοσύνην καὶ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ

Digitized by Google

τι καὶ Ἰακὼβ, τὴν ἐξ αὐτῶν φυεῖσαν μετὰ ταῦτα λαὸν τῆς κλήσεως καὶ τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς κατηξίωσεν· τὸ ἔλεος γὰρ αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν ἀπερίγραφόν ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος παρατεῖνον. οὐ γὰρ ποτὲ μὲν ἐλεεῖ, ποτὲ δὲ οὔ· φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὢν, ἀεὶ ἐλεεῖ. Ἀλλὰ καὶ ἡ σύζυγος τοῦ ἐλέους τούτῳ δικαιοσύνη, οὐδὲ αὐτὴ περιοριζομένη χρόνῳ, εἰς πάσας ἐκτείνεται τὰς γενεὰς, ἐπὶ υἱοὺς υἱῶν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν διαδοχὴν παραμένουσα, ὡς ἀεὶ τὴν δικαιοσύνην ταύτην ἔχειν μετὰ τοῦ ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα ἐλέους.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καλῶς δὲ διαθήκη ὁ νόμος τοῦ θεοῦ προσηγόρευται, ἵνα κληρονομίαν ἐλπίζωμεν ἐξ αὐτῆς οἱ φυλάττοντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δέδοται γὰρ, οὐκ ἐπὶ τὸ μνήμην αὐτῆς ψιλὴν ἔχειν ἡμᾶς, ἀλλὰ μνήμην εἰς τὸ ποιῆσαι· ὅτι δὲ εἰς τὸ ποιεῖν δέδοται, καὶ ὁ σωτὴρ παρέστησεν εἰπών· Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με. Τῆς γὰρ ποιήσεως, ἀλλ' οὐ τῆς μνήμης αὐτῶν μισθὸς καὶ κληρονομία αἱ ἐπαγγελίαι.

ιθ'. ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΟΥΡΑΝΩ ΗΤΟΙΜΑΣΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἅγιος γὰρ ὢν ἐν ἁγίοις ἀναπαύεται, ταῖς ἀγγελικαῖς δηλονότι δυνάμεσιν.

ΘΕΩΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐκοῦν εἰ τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ παραστῆναι βουλόμεθα, τὸ πολίτευμα, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ἐν οὐρανοῖς κτησώμεθα, τὰ ἄνω φρονοῦντες, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθεζόμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἐν ἄλλοις εἴρηται, οὐκ ἐν τόπῳ εἶναι τὸν θεὸν, ἀκολουθίᾳ δέ τινι καὶ ὁμολογίᾳ λέγεσθαι αὐτὸν οἰκεῖν ἐν οὐρανῷ· Ἀκολούθως οὖν ἐκείνοις καὶ ἐνταῦθα ἐν οὐρανῷ ἡτοιμακέναι, τουτέστιν, ἱδρυκέναι τὸν θρόνον τῆς βασιλείας εἴρηται, τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ καὶ βασιλείας οὐ μόνον τῶν ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς κρατούσης καὶ δεσποζούσης.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκριβῶς δὲ τὸ πάντων δεσπόσει εἴρηται, ἀλλ' οὐ πάντων δεσπόζει· ἐπεὶ μὴ πάντες ἄξιοι τυγχάνουσι τῆς αὐτοῦ βασιλείας· διὸ τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν κατορθοῦσι βίον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὁ σωτὴρ ἐπηγγείλατο. Δεσπόζει δὲ πάντων, καθ' ἑτέραν ἐπίνοιαν καὶ τῶν ἀναξίων τῆς βασιλείας αὐτοῦ κρατῶν, οἷα δὴ πάντων κύριος.

CATENA PATRVM.

& Iacob, populum ex ipsis posteà oriundum vocatione & curâ suâ dignatus est: misericordia enim ipsius super timentes eum incircumscripta est, à sæculo & vsque in sæculum se extendens. Non enim aliquando quidem miseretur, aliquando verò non: nam cùm naturâ bonus sit, semper miseretur. Sed & misericordiæ huic coniuncta est iustitia, quæ nec ipsa tempore circumscripta, in omnes generationes extenditur, in filios filiorum, & in omnem posteritatem perseuerans, ita vt hanc ipsam iustitiam cum misericordia habeant à sæculo vsque in sæculum.

HESYCHII. Rectè autem lex Dei testamentum nuncupatur, vt eam custodientes speremus hereditatem.

DIDYMI. Data est enim, non vt nudam eius memoriam habeamus, sed memoriam ad faciendam eam: quòd autem ad faciendum data sit etiam Saluator declarat dicens: *Qui habet mandata mea, &* * *facit ea, ille est qui diligit me.* Executionis enim, & non memoriæ eorum merces & hereditas sunt promissiones.

Ioan. 14, 21.

* *Vulgata* seruat

19. DOMINVS IN CÆLO PARAVIT.] ATHANASII. Cùm enim sanctus sit, in sanctis requiescit, angelicis nimirum virtutibus.

THEODORETI. Itaque si throno Dei assistere voluerimus, conuersationem, vt ait Paulus, in cælis habeamus, quæ sursum sunt sapientes, vbi Christus est in dextera Patris sedens.

Philip. 3, 10. Colos. 3, 1.

DIDYMI. Alibi quoque dictum est, Deum non in loco esse, sed sequelâ quadam atque consensione ipsum in cælo habitare: conformiter ergo istis etiam hîc in cælo parasse, id est, firmasse Regni thronum dicitur, cùm Principatus ac Regnum eius non solùm ijs qui in cælo, sed etiam omnibus absolutè imperet ac dominetur.

Quomodo Deus dicatur in cælo firmasse thronum.

EVSEBII. Accuratè autem dictum est illud, *Omnium dominabitur*, sed non *omnium dominatur*; quia non omnes digni sunt Regno illius: idcircò his qui Euangelicam vitam ducunt Saluator promisit Regnum cælorum. Secundùm alium verò sensum dominatur omnium, etiam ijs qui Regno cælorum indigni sunt imperans, quatenus nempe omnium Dominus existit.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Requiescit quidem, inquit, in spiritibus supernis, non tamen ea quæ in terra sunt Regno suo destituta reliquit.

Beatus qui volens Christo subijcitur.

HESYCHII. Imperat enim omnibus siue nolint, siue velint: beatus autem qui volens ipsi subijcitur: talis enim pro mercede istius voluntariæ seruitutis accipit, vt cum Domino suo regnet.

20. BENEDICITE DOMINVM OMNES ANGELI.] DIDYMI. Non Prophetam, cùm homo esset, sed Spiritum sanctum in ipso existentem hæc Angelis præcepisse putandum est. Omnes enim, inquit, Angeli eius, scilicet Domini, benedicite ipsum: spiritus autem qui omnibus Angelis hoc præcipit, ab ipsis secundùm naturam diuersus est. Quod cùm ita sit, quomodo temerè quidam ausi sunt dicere, ipsum esse ordinis Angelorum, qui secundùm omnia est diuersus?

THEODORETI. Omnes ordines cælestes duobus hisce simplicibus nominibus propheticus sermo complexus est: Angelos enim appellauit, vt qui diuinos sermones transmittant; Virtutes verò, vt qui mandato exequendo sufficiant, & à Conditore id quod suapte naturâ possunt acceperint.

EVSEBII. Superiùs quidem spiritus diuinus hominis naturam ad gratiarum actionem ac Dei benedictionem inuitauit, dicens, *Benedic anima mea Dominum*; nunc autem cùm throni Dei mentionem fecerit, & cælestium commorationum, quas Deus merentibus parauit, perquam congruenter cælestes virtutes iubet animæ saluti congaudere, secundùm sermonem salutarem dicentem, *Gaudium fore in cælo super vno peccatore pænitentiam agente.* Ceterùm in finem quoque tam hominis naturam quàm cæli virtutes adducit: idem enim benedicendi munus tam his quàm istis iniungit.

Cælestes virtutes hominum saluti congaudent.

Lucæ 15, 7.

EIVSDEM. *Benedicite Dominum Angeli eius, potentes virtute.* Tua quidem, inquit, opera, ô anima, infirma ad Deum pro dignitate laudandum; attamen ex parte etiam hoc faciat. Scito autē, quòd Angeli eius, cùm potentes virtute sint, & indesinenter verbum Dei faciant, dignique sint audire vocem ac sermones eius, decenter ac pro dignitate ipsum benedicant. Ceterùm si qui etiam inter homines extiterint qui æqualem Angelis vitam du-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπαναπαύεται μὲν, φησι, τοῖς ἄνω πνεύμασιν, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ ἐπὶ γῆς ἔρημα τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀφῆκεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Βασιλεύει γὰρ ἁπάντων, ἢ ἀκόντων, ἢ ἑκόντων· μακάριος δὲ ὃς ἑκὼν ὑποτάττεται· μισθὸν γὰρ τῆς ἑκουσίου δουλείας τὸ μετ' αὐτοῦ βασιλεύσαι τοῦ δεσπότου, ὁ τοιοῦτος δέχεται.

κ'. ΕΥΛΟΓΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΑΓΓΕΛΟΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ τὸν προφήτην, ἄνθρωπον ὄντα, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον ἡγητέον προστάττειν τοῖς Ἀγγέλοις τὰ ἐγκείμενα. πάντες γάρ, φησιν, οἱ Ἄγγελοι αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ κυρίου, εὐλογεῖτε αὐτόν· προστάττον δὲ πᾶσι τοῖς Ἀγγέλοις τὸ πνεῦμα, ἕτερον αὐτῶν κατ' οὐσίαν ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς θρασέως ἐτόλμησάν τινες, τῆς τάξεως τῶν Ἀγγέλων αὐτὸ φάναι, κατὰ πάντα ἕτερον ὄν;

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἅπαντα τὰ οὐράνια τάγματα διὰ τῶν δύο τούτων ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ προφητικὸς περιέλαβε λόγος· Ἀγγέλους μὲν γὰρ ἐκάλεσεν, ὡς τοὺς θείους λόγους διαπορθμεύοντας· Δυνάμεις δὲ, ὡς ἱκανοὺς τὸ κελευόμενον πράττειν, καὶ τὸ δυνατὸν ἐν τῇ φύσει παρὰ τοῦ πεποιηκότος λαβόντας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνωτέρω μὲν τὸ θεῖον πνεῦμα τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκάλει ἐπὶ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ θεοῦ φάσκον, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· νῦν δὲ ἐπειδὴ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ ἐμνημόνευσε, καὶ τῶν οὐρανίων διατριβῶν, ἃς τοῖς ἀξίοις ὁ θεὸς ἡτοίμασε, σφόδρα ἀκολούθως ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι συγχαίρειν τῇ τῆς ψυχῆς σωτηρίᾳ παρακαλεῖ, κατὰ τὸν σωτήριον λόγον φήσαντα, χαρὰν ἔσεσθαι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος ἄγει τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις· τὸ γὰρ αὐτὸ τῆς εὐλογίας ἔργον καὶ ταύτῃ κἀκείνοις ἐπιτάττει.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εὐλογεῖτε τὸν κύριον οἱ Ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ. Τὰ μὲν κατὰ σέ, φησιν, ὦ ψυχή, ἐξασθενεῖ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν ὑμνεῖν τὸν θεόν· ἐκ μέρους δὲ ὅμως τοῦτο ποιείτω. Ἴσθι δὲ, ὅτι οἱ Ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ ὄντες, καὶ ἀδιαλείπτως τὸν λόγον αὐτοῦ ποιοῦντες, ἄξιοί τε ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ, πρεπόντως καὶ κατ' ἀξίαν εὐλογοῦσιν αὐτόν. εἰ δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις εἶεν τινες τὸν ἰσάγγελον βίον μετερχό-

Digitized by Google

περχόμενοι, ἅτε τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες, ἰσχύοντες δὲ καὶ αὐτοὶ ποιεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ δυνατοὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἐπακούειν· κατὰ τὸν φήσαντα, πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με· καὶ οὗτοι, ἰσάγγελοι ὄντες, εὐλογείτωσαν αὐτόν. Μηδεὶς δὲ τῶν παραβαινόντων τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ παρακουόντων τῆς φωνῆς αὐτοῦ, προπετέστερον τολμάτω τοῦτο ποιεῖν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐ μόνον Ἄγγελοι εἰς τὸν αἶνον καλοῦνται, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστι τάγμα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες· ταῦτα δὲ πάντα τὰ τάγματα διὰ τῶν δυνάμεων ἡμῖν κατεσήμανεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λειτουργοὶ γάρ εἰσι Θεοῦ δυνάμεις ὑπηρετοῦσαι αὐτῷ εἰς ἃ βούλεται ποιεῖν δι' αὐτῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ ὠφελείᾳ τοῦ παντός· διὸ καὶ ποιεῖν τὰ θελήματα αὐτοῦ εἴρηνται.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τούτοις καὶ τὸ εἰρημένον τῷ Ἀποστόλῳ προστεθεῖναι καλόν· οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

κβ'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΡΓΑ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡ τῆς ἀκολουθίας διδασκαλία τοῦτον ἔοικεν ὑποβάλλειν τὸν νοῦν, εἰ μὲν Ἀγγέλων ἦν, φησι, μόνον καὶ θείων δυνάμεων, καὶ οὐρανίων λειτουργῶν Θεοῦ τὸ εὐλογεῖν αὐτόν, καλῶς ἂν εἶχες, ὦ ψυχή, ὑποστέλλεσθαι ἑαυτήν, τοῖς κρείττοσι παραχωροῦσα τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος λόγος πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ εὐλογεῖν τὸν κύριον προστάττει (προσήκει γὰρ πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν αὐτῆς δύναμιν τὸν πρέποντα ὕμνον ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ) τί μέλλεις ὦ ψυχή; οὐχὶ καὶ αὐτή, ἅτε ἔργον οὐκ εὐκαταφρόνητον οὖσα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ πεποιημένη, ἀνεγείρεις σαυτὴν ἐπὶ τὴν θεολογίαν αὐτοῦ;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Φυσικαῖς δηλονότι κινήσεσι. εἰ δὲ πάντα τὰ ἔργα εὐλογεῖ τὸν Θεόν, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ πλειόνων μὲν παρ' αὐτοῦ καὶ μειζόνων ἀπολαύσαντες, ὄργανον δὲ τῆς εὐλογίας παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον δεξάμενοι;

ΕΝ ΠΑΝΤΙ ΤΟΠΩ ΤΗΣ ΔΕΣΠΟΤΕΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ, κατὰ τὰ εἰρημένα, πάντων δεσπόζει, οὐρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθο-

cant, vtpote imaginem cælestis circumferentes, quin & ipsi potentes sint facere sermonem eius, & vocem ipsius audire valeant; iuxta eum qui dicit, *Omnia possum in eo qui me confortat*; etiam hi, cùm Angelis æquales sint, ipsum benedicant. Nemo autem eorum qui sermonem eius transgrediuntur, & voci eius non obtemperant, temerè hoc facere præsumat.

CATENA PATRVM.

Phil 4, 13.

ATHANASII. Non solùm Angeli ad laudem inuitantur, sed etiam si quis alius ordo sit, siue Throni, siue Principatus, siue Potestates, siue Dominationes: hos autem omnes ordines per Virtutes nobis significauit.

EVSEBII. Ministri enim sunt Dei Virtutes ipsi subseruientes ad quæcumque voluerit per ipsas peragere in beneficium & commodum vniuersi; propter quod etiam dicuntur facere voluntates eius.

Angeli sunt ministri Dei.

SEVERI. Rectè his addi possit id quod ab Apostolo dicitur: *Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?*

Hebr. 1, 14.

22. BENEDICITE DOMINVM OMNIA OPERA.] EVSEBII. Consequentiæ doctrina hunc sensum insinuare videtur. Si quidem Angelorum, inquit, ac Virtutum diuinarum, cælestiúmque ministrorum Dei solorum esset ipsum benedicere, rectè posses, ô anima, te continere, dignioribus cedendo benedictionem: sed cùm diuinus sermo cunctis eius operibus iniungat, vt Dominum benedicant (decet enim omnem creaturam pro viribus conuenientem Deo laudem reddere) quid cunctaris ô anima? numquid etiam ipsa, vtpote non vulgare opus Dei, sed ad imaginem eius facta, temetipsam excitas ad diuinam laudem eius?

Omnia opera Deo benedicunt.

HESYCHII. Naturalibus nempe motibus. Si autem omnia opera Deum benedicant, quantò potiori ratione nos, qui plura quidem ac maiora ab ipso consecuti sumus, rationem verò velut benedicendi instrumentum ab ipso accepimus?

IN OMNI LOCO DOMINATIONIS EIVS.] EVSEBII. Cùm enim dominatio eius, vti dictum est, omnibus dominetur, cælestibus, & terrestribus & infernis,

CATENA PATRVM.

nis, consequenter omnia opera eius, vtpote sub ipsius dominatione constituta, ipsum benedicite. Hoc vtique modo etiam tu, ô anima, quousque quidem in terra commoraris, sciens quòd etiam terra sit dominationis eius, ipsum benedicite, in quo loco commoraris.

Vbique Deus laudandus.

Hesychii. Etsi in foro fueris, etsi in balneo, etsi in carcere, etsi in Regijs palatijs, recordatus te locum calcare Dominationis Dei, ne cesses Conditorem benedicere, vt quilibet locus Ecclesia Dei, & Angelorum congregatio cælique vicinia tibi fiat.

Theodoreti. Nequaquam hoc Iudæis congruit: nam illi cùm ab his qui eos in seruitutem abduxerant aliquod Sionis canticum canere iussi essent, dixerunt legitima facientes: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* (Psal. 136.) Nobis verò diuinus Apostolus præcipit, in omni loco orantes sursum tollere manus sanctas. (1. Tim. 2.) Hoc etiam Dominus Iesus Samaritanæ dixit (Ioan. 4, 21.): *Dico tibi mulier, quia venit hora, & nunc est, quando neque in loco hoc neque in Hierosolymis adorabunt Patrem. Spiritus est Deus; & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.*

νίαν, ἀκολούθως πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ὄντα, εὐλογεῖτε αὐτόν. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον, καὶ σύ, ὦ ψυχή, ἕως μὲν ἐπὶ γῆς τὰς διατριβὰς ποιῇ, μαθοῦσα ὅτι καὶ ἡ γῆ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ ἐστιν, εὐλόγει αὐτόν, ἐν ᾧ τυγχάνεις διατρίβουσα τῷ τόπῳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κἂν ἐν ἀγορᾷ τύχῃς, κἂν ἐν λουτρῷ, κἂν ἐν δεσμωτηρίῳ, κἂν ἐν βασιλείοις, ἀναμνησθεὶς ὅτι τόπον πατεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ δεσποτείας τυγχάνοντα, μὴ παύσῃ τὸν δημιουργὸν εὐλογῶν, ἵνα σοι χωρίον ἕκαστον ἐκκλησία Θεοῦ, καὶ Ἀγγέλων συναγωγὴ καὶ οὐρανοῦ γειτόνημα γένηται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐδὲ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ἁρμόττει· ἐκεῖνοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνδραποδισάντων ᾆσαι προσταχθέντες ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών, ἔφασαν ἔννομα δρῶντες· πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Ἡμῖν δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος παρεγγυᾷ, ἐν παντὶ τόπῳ προσευχομένους αἴρειν ὁσίους χεῖρας· τοῦτο καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔφη· Λέγω σοι γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οὔτε ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσουσι τῷ πατρί. πνεῦμα ὁ Θεός· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Titvlvs inscribitur, *Ipsi Dauid:* apud Theodoretum eius loco habetur *Alleluia*. Semetipsum enim & Angelos omnesque Virtutes cælestes excitat ad innumerabilia Dei beneficia prædicandum.

Omni, etiam somni tempore, Deus benedicendus.

1. *Benedic anima mea Dominum,* &c.] D. Augustinus ad omne tempus illam Prophetæ vocem pertinere ait: quam cùm in magna rerum & negotiorum varietate exposuisset, addit: *Audeo dicere, cùm dormis, benedicat anima tua Dominum: non te excitet cogitatio flagitij, non te excitet depositio furti, non te excitet conducta fortè corruptio: innocentia tua etiam in dormiente vox est animæ tuæ.* Iuuat sanè haud mediocriter animum imbui laudatissimis & honestissimis cogitatis, ijsque oppleri, vt eâ somni felicitate fruamur, in quo non peccant ipsa, neque planè desinant, sed vel etiam in dormiente insistant & dulcissimè voluentur. Vt enim concitato nauigio cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum; sic animus pijs & honestis meditationibus assuetus dum quiescit, motum etiam illum suum retinet, & laudatissimam agitationem, quam nec in somno deponit. Quod D. Ambrosius lib. 2. de Virginitate in sanctissima Dei Parente & Regina mundi prædicat in

D. Virgo etiam in somnis diuina voluntabat.

hunc modum: *Dormire non priùs cupiditas quàm necessitas fuit; & tamen cùm quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat,* &c. Huiusmodi somnum aliàs idem clarissimus Doctor Epist. 60. *Operarium diuinitatis* appellat.

Dei dona & beneficia semper grato animo recolenda.

2. *Et noli obliuisci omnes retributiones eius.*] Dei enim dona illustrissima nullâ vmquam debent obliuione deleri, nullâ ingratitudinis significatione extenuari; quia verè dignus est beneficium, & tantum beneficium amittere, qui ingratus existens, oculos & affectum in cælum non tollit, & Deum virtutis donatorem esse non clamat, & illum tamquam in se beneficentissimum extollere & prædicare non curat. Naaman Syrus (4. Reg. 5.), cùm diuinitus in Iudæa sanitatem fuisset consecutus, ne tanti beneficij memoria sibi vmquam excideret, petijt à Propheta terræ particulam, in qua id miraculum ab Eliseo contigisset; & secum in Syriam deuexit, vt ex ea locum religiosum efficeret, & illius conspectu ad continuam beneficij memoriam excitaretur. Laudandum est pium & considerati hominis consilium, de quo nulla vnquam ætas conticescet. Sed profectò nullâ nobis peregrinâ terrâ est opus ad refricandam beneficentiæ diuinæ memoriam, cùm in oculis sit continuò mundus, terra, cælum,

Digitized by Google

lum, vita, Ecclesia, tot bona ad beatitudinem ferentia, quæ admonent nos innumerabilibus Dei benefactis, vt funiculis Adæ & aureis misericordiæ catenulis obligari.

Dei propitiatio & clementia admirabilis in peccatores.

3. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.*] Nam sicubi lapsus contingit, porrigit manum clementiæ suæ, & iacentem erigit, nec permittit, vt homo noxâ, vt fit, maculatus, in morem tardæ languidæque pecudis in sordibus suis hęreat ac putrescat. Cùm enim nihil tam proprium sit humanæ vitæ in tot periculis quæ circumsistunt, totque ad scelus inuitamentis, atque in hac tanta vitiatæ naturæ imbecillitate, quàm ruere & labi in peccatum; nisi diuina misericordia præsto esset, miserisque succurreret, in cœno vitiorum emoreremur: sed diuina bonitas perditos recreat, eripitque à malis, & ereptam maleficio vitam gratiâ suâ & inexplicabili dono millies restituit. Quod magnificè prædicat sanctus Dauid cùm subdit:

4. *Qui redimit de interitu vitam tuam.*] Quasi nummos vbique circumferret, dato pretio redimit vitam à malæ fidei possessore, & toties vindicat, quoties amissa est, nisi perditorum cæcâ dementiâ & scelere impediatur: in gradum verò restitutos munit contra simillimos casus, & instillat animo robur, fitque lateris fidus custos & pollens propugnator singulari clementiâ suâ, quam vix satis possumus ipsi agnoscere & celebrare. Itaque Dauid cùm illud dixisset, *Qui redimit de interitu vitam tuam*; adiungit, *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* hoc est, Non modò à malis te præteritis eruit & redimit, verùm etiam, cùm incommodorum telis & inimicorum insidijs propè continuis obijciaris, ne quando in similem perniciem ruas, scuto suæ misericordiæ & miserationum te munit, vt tutus in eius gratia perseueres. Hoc est enim in hoc loco Dauidis *coronare*, vndique nimirum scuto armisque protegere, ad omnia pericula amolienda: quemadmodum & alio in Psalmo dicit, *Domine vt scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos.* id est, Veluti grandi & insigni clypeo, nos tuâ beneuolentiâ cingis & communis, ne lædi nos, ne peccato vinci & cruentari possimus. Ceterum vox *miserationibus* in Hebræo est רחמים *rachamim*; quæ propriè sunt paternæ miserationes, dulces quidam & tenerrimi affectus amantis genitoris & benignè facientis. His ergo Deus miserationibus nos coronat, vt solent Duces vrbem militibus cingere & coronare, quam rebellem atque inimicam adiungere cupiunt ad dominatum. Proh duras & inhumanas hominum mentes, quę beneficijs diuinis coronatæ & obsessæ, non se dedunt, neque agnoscunt infinitam illam Dei amantis & quotidianam bonitatem!

Psal. 5, 13.

Deus replet nos bonis.

5. *Qui replet in bonis desiderium tuum.*] De V. Eucharistia passim à Patribus hoc vaticinium sumitur: vnde alij vertunt, *Qui satiat bono os tuum*; bono videlicet, quo nihil præstabilius dici aut fingi potest: quod immissum in os atque pectus, animam exsaturat. Scio à D. Hieronymo hunc locum alio quodam modo ita reddi ex Hebræo: *Qui replet in bonis ornamentum tuum.* Vbi ornamentum Theologi Hebræorum intelligunt vel animam, quæ verum & solidum est hominis ornamentum, vel quidquid ad splendorem, decus, magnificentiam & iucundissimam voluptatem pertinet, quidquid demum potest quis appetere, vt cum mirifica voluptate & suauitate coniunctum. Sed diuinitus mihi Septuaginta vertisse videntur, vt habemus in Vulgatis: *Qui replet in bonis ἐπιθυμίαν, desiderium, seu appetitionem tuam*: vt Propheta pij desiderij vim & opulentiam insinuet: nam alio in Psalmo simile quiddam asseruit: *Animam esurientem satiauit bonis.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Psal. 106, 9.

Aquila quo pacto renouetur.

IBIDEM. *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.*] Fertur enim aquila certis temporibus veteres plumas exuere per earum in elementari igne combustionem, & deinde per maris immersionem quasi per balneum nouas induere, vt plerique referunt in locum Psalmi citatum. Quamquam D. Augustinus in hunc eumdem locum aquilæ renouationem ad rostrum potissimùm refert, docens rostrum aquilæ præ senio nimis excrescere, & superiorem eius partem immoderatiùs inflecti atque curuari, vt cibum capere non possit, tunc aquilam illud ad petram collidere & extenuare; atque ita renouari, simulque redire nitorem pennarum. Hanc aquilæ renouationem D. Ambrosius Serm. 54. de innouatione fidelium ad Baptismum vult spectare; in quo qui Christi fidem suscipiunt renouantur; alludens fortasse ad maris immersionem, de qua antè diximus. D. Augustinus de omnibus fidelibus accipit, qui vniuersa perfectionis impedimenta à petra, quæ Christus est, auferunt: potissimùm verò rostrum renouandum exemplo Christi, ne in verba detractionis prorumpamus. Crescunt enim interdum immoderatiùs huiusmodi rostra, nec viuis nec mortuis parcentia. Quod si vera sunt quæ diximus ex nonnullorum sententia, renouari videlicet aquilam in igne elementari & maris immersione; per illud significatur peccatoris renouationem igne contritionis & lacrymarum effusione faciendam, de qua locutus est Apostolus: *Exuentes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem, secundùm imaginem eius qui creauit illum.* Quòd si id etiam velis ad iustos extendere, dic eos renouari, cùm ad perfectionem adspirantes, igne charitatis imperfectionem exuunt, & maris immersione, hoc est laborum exercitatione, pulchriores virtutum pennas suscipiunt. de qua renouatione est illud Apostoli: *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur; tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.* item illud: *Renouamini spiritu mentis vestræ.* Illud meritò obseruauit Ambrosius Sermone citato, non dictum esse à Propheta, *Renouabitur vt aquilarum iuuentus tua*, sed, *vt aquila*; vt intelligeremus vnius singularis aquilæ, id est Christi, in nobis renouandam esse iuuentutem. Hæc est ergo spiritualis renouatio, si te aquis compunctionis immergas, si nouum feruoris calorem concipias, si veteres pennas, id est contractam ex occupationibus vetustatem, pellas; si rostrum, nempe ea quæ te à sumendo cibo orationis impediunt, constanter abijcias: tunc enim desideria perfectionis sopita se erigent; tunc quod cupiebas, quod postulabas, pro quo lugebas & gemebas, à Domino consequêris: tunc canes cum sancto Iob; *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus*

Detractio fugienda.

Quomodo peccator renouetur.

Coloss. 3, 9.

2. Cor. 4. 16.

Ephes. 4, 23.

Christi iuuentus in nobis renouanda.

In quo sita sit spiritalis renouatio.

Iob 29, 20.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

meus in manu mea instaurabitur. Nam si *gloria* honorem ac dignitatem, *arcus* fortitudinem & robur significant; certè dignitatem auges, & fortitudinem prouehis, aut hæc à Domino aucta experiris, cùm feruorem & deuotionem augere contendis.

Via & voluntates Dei sunt præcepta eius, & consilia.

7. *Notas fecit vias suas Moysi*, &c.] Vias hîc vocat præcepta, secundùm quæ homines viuere vult Deus: quæ & appellat *voluntates eius*. Omnia enim præcepta & vniuersa consilia voluntatem Dei continent; quæ apertè & sine vllis ambagibus patefaciunt, quid ab hominibus Deus fieri aut non fieri velit. Quare vox Pauli est ab ipso Deo ad loquendum moti: *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra*. Et: *In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis*. Et Petrus ait: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum; quia sic est voluntas Dei*. Et in hoc miserator & misericors Dominus, longanimis & multùm misericors, quòd voluntates suas nobis notas facit, & si secundùm eas non viuamus, & leges eius prætereamus, patienter sustinet. Est itaque voluntas Dei hominibus occulta & manifesta: occulta quidem de se, manifesta verò, quia ipse eam nobis aperuit: occulta in consilijs suis, manifesta in operibus nostris; quoniam qui iudicia sua, vt à nobis in veneratione habeantur, abscondit, quid à nobis fieri velit, ne erremus & decipiamur, benignè patefacit. Caballici, teste Genebrardo, subtiliùs, sed tamen appositissimè, tradunt à Deo vias Moysi patefactas esse tredecim (מדות *middoth*, siue *proprietates*, appellant) per quas ipse incedit secundùm suam prouidentiam cùm vniuersam tum singularem; siue tredecim rationes, quibus mundum administrat, quas sibi indicari Moyses precatus fuerat Exodi 33. *Ostende mihi vias tuas:* (nam in fonte sic habetur, quod Vulgata vertit, *Ostende mihi faciem tuam:*) in quo exauditus capite sequenti, quænam illæ sint ab ipso Domino intelligit; nempe, *Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem*. Cui interpretationi fauet quod mox Dauid subiungit: *Miserator & misericors Dominus, longanimis & multæ misericordiæ:* nam voces, quibus linguâ suâ sanctâ vtitur, sunt ipsæmet Moysaicæ. q.d. *Notas fecit vias suas*, id est proprietates & rationes suæ communis prouidentiæ, *Moysi*, non Patribus (sicut ipsi soli, non patribus nomen suum proprium tetragrammatum, per quod patrabantur in veteri Testamento miracula, patefecit Exodi sexto) vt per illas consequentes ætates misericordiâ implorarent: quod diligenter præstiterunt Dauid, Ezechias, Daniel, Nehemias & ceteri Prophetæ. Significatur enim pleniorem rerum diuinarum notitiam per legem hominibus tributam, quæ & posteà per Prophetas aucta, & denique per Christum & Apostolos ad summum perducta sit; cùm Deus sua dona & reuelationes vberiùs & manifestiùs Ecclesiæ destribuit. Ita Genebradus.

1. Thess. 4, 3.
Ibid. cap. 5, 18.
1. Pet. 2, 13.

Voluntas Dei nobis occulta & manifesta.

Exod. 33, 13.
Exod. 34, 6.

11. *Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam.*] Horum verborum Caietanus eum vult esse sensum, diuinam videlicet gratiam nullis peccatis debilitatam fuisse, sed potiùs magis roboratam & confirmatam resistendo tam multis demeritis, locutione metaphoricâ, quâ id roboratum dicimus, quod à multis impugnatum, firmitatem tamen suam retinet. Ad quod explicandum adhibetur similitudo altitudinis cælorum à terra. Etenim sicut, inquit, nullæ mutationes quæ circa terram, & vniuersè circa actiuorum & passiuorum sphæram fiunt, perueniunt ad altitudinem cælorum, quin potiùs cæli, secundùm suam à terra altitudinem, firmi & stabiles, in sua dispositione perseuerant, quantumcumque inferiora immutentur; ita diuina gratia & misericordia in suo robore & fortitudine perseuerauit, nec propter hominum flagitia aliquam mutationem subijt, quia multò magis vniuersam hominum malitiam quàm cælum terram excedit. In nouo autem Testamento potissimùm dicitur Deus corroborasse seu fortem fecisse misericordiam suam comparatione præcedentium temporum quæ incarnationem antecesserunt; quia tunc quasi debilis & infirma misericordia videbatur, quòd nemini cælum reseraret: quam idcircò Deus confirmandam & corroborandam duxit per Incarnationem Filij sui. Hæc & huiusmodi cùm Regius Vates apud se reputaret, immensum quemdam oceanum misericordiæ, vniuersum mundum complentem, sibi animo effingebat, qui sine hominum discrimine hanc naturæ & gratiæ varietatem complecteretur. Sic enim ait: *Secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam*. Corroborandi vocem adhibuit, non solùm vt fortem & robustam misericordiam significaret, sed potiùs altam & sublimem, & vsque ad cælos pertingentem; quemadmodum & alio loco dixit *confirmatam super nos misericordiam*. Est igitur hîc corroborare, siue confirmare, idem quod præualere, superiorem esse, atque altiorem superare. Quo eodem vocabulo vtitur Moyses in Genesi: *Aquæ præualuerunt nimis super terram*; hoc est, operuerunt, altiores terrâ fuerunt. Vbi in Hebræo, vt & hoc loco, est vox גברו *gaueru*, præualuerunt, corroboratæ sunt. Et paulò post: *Quindecim cubitis præualuit*, siue confirmata est aqua super montes. Sic enim est in lingua sancta. Quem sensum peritè expressit D. Hieronymus, cùm dixit: *Quindecim cubitis altior fuit*, & Septuaginta ὑψώθη, *eleuata est*. Misericordia verò Dei non decem aut quindecim cubitis *corroborata* & altior fuit super nos, verùm immensâ nos altitudine superauit atque obruit: *Secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam*: adeò verò copiâ & magnitudine sustulit, vt totum hoc spatium, quod à terra vsque ad cælum fusum & interiectum est, misericordiâ repleuisse & salutari clementiæ diluuio inundasse videatur.

Dei misericordia quàntum corroborata sit.

Psalm. 11.

Gen. 7, 19.

14. *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.*] Mouet sanè diuinæ bonitatis & misericordiæ pectus hæc corruptæ naturæ nostræ tanta calamitas: quam ob causam Regius Vates, experientissimus illius mali, concupiscentiam vocat *figmentum nostrum*, Dei miseratione dignissimum: vbi Hebræa vox יצר *ietser* propriè

Deus infirmitatis nostræ conscius.

Digitized by Google

prie significat opus figlinum, luteum & fragile, quo propensio nostra ad peccandum exprimitur, vt Vatablus notat. Itaque hunc locum ita vertit Caietanus: *Quoniam ipse nouit pronitatem nostram*, sed Chaldæus longè disertiùs in hunc modum; *Quia coram eo est concupiscentia praua, quæ in errorem abripit nos.* Cùm igitur misericordiarum Pater è cælo nobis tendat manus, atque in hoc bello effrenatæ cupiditatis præsidium denuntiet, commodum fuerit, vt in eius beneuolentiæ sinum confugiamus, atque è fonte æterni illius amoris in quotidiano periculo vim & opem hauriamus.

15. *Homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorebit.*] Similis est illa Isaiæ sententia: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum; & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo.* Dicitur autem homo *flos*, quia citò pertransit; *fœnum*, quia omnis decor eius apud veros sapientiæ cultores vilescit; *flos fœni*, quoniam ac si esset vilis bestiarum esca, aut naturâ pugnante, aut opibus abeuntibus, aut hostibus insurgentibus, euanescit. *Pulchrè hoc describit S.* Ambrosius tertio Hexaëmeron cap. 7. *Viret enim*, inquit, *gloria hominis in carne quasi fœnum; & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est, præmatura vt flos, caduca quasi fœnum: germinat viva viriditatem in specie, non in fructus soliditatem, hilarioris vitæ quasi flos prætendens iucunditatem, breuiori spatio occasura super herba fœni, quod priusquam euellatur arescit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentia ætatis virtute florentem, gratâ specie, suaui colore; crastinâ die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui pridie tibi lautissimus de decore formæ visus est gratiâ; altero die miserandus apparet ægritudinis alicuius infirmitate resolutus. Plerosque aut labor frangit, aut inopia macerat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut senectus debilitat, aut eneruatos deliciæ reddunt, luxuria decolorat. Nónne verum est, quia aruit fœnum, & flos decidit?*

Isaiæ 40, 6. *Homo flori & fœno comparatus.*

16. *Quoniam spiritus pertransibit in illo.*] Hæbræum עָבְרָה *hhanerah*, & Græcum διῆλθε sunt præteriti temporis: sed hoc poni pro futuro solet, & vice versâ: Symmachus, Ὅτι πνεῦμα διέρχεται αὐτὸν, *Quoniam spiritus pertransit ipsum.* Rabbini, teste Genebrardo, per spiritum ferè intelligunt ventum. q. d. *Ventus pertransibit in illo*, id est per illum florem, & exarescet, neque subsistet ille flos: sed neque carnetur amplius locus, in quo paulò antè pulcherrimus floruerat. Chaldæus habet: *Quoniam ventus spirauit in eum, & non subsistet ampliùs:* nostri meliùs, *spiritus*, id est anima, *pertransibit in illo*, scilicet homine, & ab eo abibit & migrabit; tumque non subsistet homo, neque eum ampliùs habebit locus suus, quòd perdiderit animam, totius vitæ vitalisque actionis principium. Vt comparatio sit perfectior, nonnulli spiritum, flatum indignationis Dei exponunt, q. d. vti flos perflante vento vehementiore perit, ita homo, quando in ipsum flat Dei indignatio & vindicta.

ANNOTATIONES CORDERII.

20. *Facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.*] Vbi expende, priùs obsequij quàm iussionis mentionem fieri. Dixisset, Audientes vocem sermonum ad faciendum; & rectum ordinem seruasset: audienda enim priùs sunt, quæ posteà perficiantur. Hîc vel simul vtrumque est, vel præceptum præire præcepti adimpletio videtur. Quid sibi vult iste verborum contra ordinem (vt ita dicam) ordo? Docet, vt opinor, tantam debere esse eius qui paret celeritatem ac velocitatem, vt vix cognosci possit, sermo iussionem præcesserit nec ne. Ita Nouarinus lib. 2. Electorum excursu 13. hunc locum expendit; adeò vt illud *ad* significet *simul atque*; vt sit sensus: Statim ac audiuerint, perficiunt eius mandata. Quò respexit etiam Vgo Carensis ad hunc locum. Itaque Dei ministrum se prodit, qui velocissimè quod Deus iubet exequitur, & quidquid in celeritate defuit, obedientiæ defuisse credit; & vbi in parendi velocitate peccatum fuerit, parentiæ notam & maculam censet. Priùs, inquit, verbum faciunt quàm vocem imperantis accipiant: quod promptissimæ obedientiæ argumentum est. Itaque spiritus illi gloriosi non sine mysterio *veloces* ab Isaia nominantur: illorum pedes ὑποπτέρους *pennatos* finxit Theologia (inquit S. Dionysius Cælest. Hierarchiæ cap. 15.) propter motus celeritatem: qui etiam notat, ventorum nomen illis inditum in sacrorum Vatum Oraculis fuisse, propter *ὀξείαν κίνησιν, ob celerem effectionem*, & in puncto ferè temporis omnia penetrantem, motumque ex superis ad inferiora loca, & ab his ad supera, prout videlicet Deus innuerit: cui parere instar magni & gloriosi triumphi putant.

Angelorum in obsequendo celeritas.

Isaiæ 18, 2.

IN PSALM. CIII. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ὑπουργῷ χρησαμένη τῷ Δαβὶδ γραφῆναι δεδόκηκεν· ὡς ἂν γνοίημεν τίσιν ὕμνοις χρὴ τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι· δείκνυσι γὰρ ποιητὴν ἁπάντων αὐτὸν, καὶ διὰ πάντων αὐτοῦ διήκειν εἶναι πρόνοιαν· καὶ οὐ μόνον ὅτι ποιητὴς, ἀλλὰ καὶ ἐνίων τῶν γεγονότων τὰς χρείας ἐπισημαίνεται, προσθήκην τοῦτο τῆς εἰς θεὸν εὐφημίας τιθέμενος.

1. * Psalmus ipsi Dauid.

* Vulgata omisit.

Gratia spiritus Dauide ministro vsa hunc Psalmum scribere voluit; vt cognosceremus, quibus hymnis benefactorem deceat remunerari: ostendit enim ipsum esse omnium conditorem, & prouidentiam eius cuncta penetrare: & non solùm creatorem, verùm etiam quarumdam creaturarum vtilitates insinuat, ad diuinæ benedictionis augmentum hoc adiungens.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. BENEDIC anima mea* Dominum:

* Vulgata Domino:

Semetipsum hortatur ad celebrandum Deum:

Deus superat omnem laudem & cogitationem.

Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Tamquam multa quidem ac magna de Deo cogitasset, sed reuerà superatus esset; fatetur, quoniam magnificatus est vehementer.

Confessionem & decorem induisti:

2. Amictus lumine sicut vestimento:

Id est, Omnia opera tua gratiarum actione ac magnitudine repleta sunt; quoniam tam promptè lumen expandisti super vniuersam creaturam, ac si quis vestimentum certo aliquo loco expanderet.

Quomodo Deus cælos condiderit, &c.

Extendens cælum sicut pellem:

3. Qui tegit* in aquis superiora eius.

* Vulgata omisit.

Per hæc creationis facilitatem docuit. Sicut enim homini facile est pellem extendere, & tabernaculum efficere; ita Deus rerum omnium conditor magna cælorum coria extendit, verbo solo vsus. Describit autem firmamenti conditionem in medio aquarum extitisse.

Qui * ponit nubes ascensum suum:

* Vulgata ponis nubem ascensum tuum:

Clariùs quodammodò demonstrauit, quomodo etiam vsque ad nubes ipsas prouidentiã suam extendens, rebus omnibus prospiciat.

Qui * ambulat super pennas ventorum.

* Vulgata ambulas

Ostendit, quomodo ne venti quidem temerè ferantur, sed ipse sit qui tamquam auriga ipsos dirigit, cùm super pennas eorum ascendat.

4. Qui * facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem * flagrantem.

* Vulgata facis Angelos tuos

* vrentem

α'. ΕΥΛΟΓΕΙ ἡ ψυχή μου τὸν κύριον·

Ἐγκελεύεται ἑαυτῷ δοξολογεῖν τὸν θεόν·

Κύριε ὁ θεός μου ἐμεγαλύνθης σφόδρα.

Ὡς πολλὰ δὲ λογισάμενος μὲν καὶ μεγάλα περὶ θεοῦ, ἡττηθεὶς δὲ κατὰ τὸ ἀληθές· ὁμολογεῖ, ὅτι ἐμεγαλύνθη σφόδρα.

Ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω·

β'. Ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον·

Τουτέστι, πάντα τὰ ἔργα σου εὐχαριστίας πεπλήρωται καὶ μεγέθους· ὅτι οὕτως ἑτοίμως τὸ φῶς ἐξήπλωσας ἐπὶ τὴν κτίσιν πᾶσαν, ὡς εἴ τις ἱμάτιον ἁπλώσοι ἐφ' ἑνὶ τόπῳ.

Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν·

γ'. Ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ.

Τὴν τῆς δημιουργίας εὐκολίαν διὰ τούτων ἐδίδαξεν. ὡς γὰρ ἀνθρώπῳ ῥᾷδιον δέρριν ἐκτεῖναι, καὶ ποιῆσαι σκηνήν· οὕτως ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὰ μεγάλα τῶν οὐρανῶν διεπέτασε κύτη, λόγῳ μόνῳ χρησάμενος. Διαγράφει δὲ τὴν τοῦ στερεώματος κτίσιν ἐν μέσῳ ὑδάτων γενομένην.

Ὁ τιθεὶς νέφει τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ.

Ὡσεὶ σαφέστερον ἔδειξεν, ὡς καὶ μέχρι τῶν νεφελῶν αὐτῶν τὰ τῆς προνοίας ἐκτείνων, πάντων ἐστὶ προνοούμενος.

Ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.

Δείκνυσιν, ὡς οὐδὲ ἡ τῶν ἀνέμων φορὰ εἰκῆ φέρεται, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ ὥσπερ τὶς ἡνίοχος αὐτῶν γενόμενος, διὰ τοῦ ταῖς αὐτῶν ἐπιβαίνειν πτέρυξιν.

δ'. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

Οὐ

Digitized by Google

Οὐ μόνον τῶν ὁρατῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων ἔδειξε δημιουργόν· διὰ δὲ τοῦ πυρὸς τὴν κολαστικὴν αὐτῶν σημαίνει ἐνέργειαν.

ε. Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς· οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Μετὰ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησιν, ἐθεμελίωσας, οἰκείῳ θεμελίῳ στηρίξας αὐτήν.

ς. Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτῆς· ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσεται ὕδατα.

Λέγει ὅτι ὥσπερ ἱματίῳ περιέβαλε τῇ ἀβύσσῳ τὴν γῆν· ἔξωθεν δὲ ἅπασαν περικυκλοῖ ὕδατα, ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέων καταβλύζειν πηγὰς ὑδάτων.

ζ. Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου φεύξονται· ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσι.

Ὡς ὄρη, φησὶ, τὰ τῆς ἀβύσσου ἀνίστανται ὕδατα ὑψούμενα, καὶ οἱονεὶ ἀπειλοῦντα κατακλύσαι τὴν γῆν· ἀλλὰ τῷ σῷ νεύματι καὶ τῇ σῇ δυνάμει, ἥτις καὶ διὰ τῆς βροντῆς σημαίνεται, ἀναχωροῦσί φησιν. ἢ τάχα καὶ τὰς βροντὰς διὰ τοῦτο γεγενῆσθαι φησι, πρὸς τὸ φόβον τινὰ λαβεῖν ἀπὸ τῶν γινομένων τῆς ἀβύσσου ὕδατα.

η. Ἀναβαίνουσιν ὄρη, καὶ καταβαίνουσι πεδία εἰς τὸν τόπον ὃν ἐθεμελίωσας αὐτά.

Ὑψούμενα, φησι, τὰ ὕδατα παρεικασθείη ἂν ὄρεσιν· ἀλλ' ἁπλούμενα πάλιν ὑπὸ τοῦ σοῦ φόβου οἱονεὶ πεδιὰς καὶ ὁμαλὴ γίνεται γῆ.

θ. Ὅριον ἔθου ὃ οὐ παρελεύσεται· οὐδὲ ἐπιστρέψουσι καλύψαι τὴν γῆν.

Αἰσχύνεται γὰρ οἷον τὴν ψάμμον ἡ θάλασσα, καὶ μέχρις ἐκείνης λυττῶσα, καθάπερ χαλινῷ τῷ ὅρῳ τῷ θείῳ κωλυομένη, ἀναχαιτίζεται πάλιν, καὶ εἰς τοὐπίσω χωρεῖ.

ι. Ὁ ἐξαποστέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν· ἀναμέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα.

Εἰπὼν ἄχρι τούτου περὶ τῆς θαλάσσης, ἐπάγει καὶ ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων τῶν ἐν τῇ γῇ. Εἰπὲ καὶ τὴν χρείαν, ὦ μακάριε Δαβίδ, τίνος ἕνεκα καὶ ταῖς φάραγξιν

PARAPHRASIS ANONYMI.

Non tantùm visibilium, sed etiam inuisibilium ostendit Conditorem: per ignem autem eorumdem puniendi vim declarat.

5. Qui * fundat terram super stabilitatem * eius: non inclinabitur in sæculum sæculi.

** Vulgata fundauit* / ** suam:*

Post cælum, inquit, etiam terram fundasti, proprio fundamento ipsam firmans.

6. Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ.

Terra abysso vestitur.

Dicit ipsum abysso quasi vestimento terram circumdedisse; extrinsecus autem aquæ ipsam totam ambiunt, ita vt etiam à montibus fontes aquarum defluant.

7. Ab increpatione tua fugient; à voce tonitrui tui formidabunt.

Prouidentia Dei in aquis moderandis.

Sicut montes, inquit, abyssi aquæ elatæ exurgunt, & quodammodò minitantur terræ inundationem; verùm nutu ac potestate tuâ, inquit, quæ per tonitru etiam significatur, recedunt. Vel fortassis etiam tonitrua idcircò facta dicit, vt aquæ abyssi ex ijs quæ gesta sunt timorem aliquem conciperent.

8. Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis.

Eleuatæ, inquit, aquæ montibus assimilari possint; sed expansæ rursus à timore tuo quasi campi & plana terra fiunt.

9. Terminum posuisti, quem non transgredientur: neque * reuertentur operire terram.

** Vulgata conuertentur*

Mare enim arenam quodammodò veretur, & vsque ad illam rabie percitum, veluti freno diuino termino inhibitum, rursus coërcetur, & retrorsum cedit.

10. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.

Cùm hactenus de mari egisset, subiungit deinde etiam de alijs aquis quæ in terra sunt. Dic etiam vtilitatem, ô beate Dauid, quam ob caussam quoque vallibus

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

aquam attribuit, ita vt etiam montes cingantur riuis aquarum. Subdit itaque:

Aquarum vtilitas quanta.

11. Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua.

Vt, inquit, omnia agrestia animalia potum & necessaria habeant.

12. Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt * vocem.

* *Vulgata* voces.

Non solùm autem, inquit, agrestia animalia frui aquis in deserto, sed etiam si quæ eius sit eremi amans, etiam hæc necessario potu minimè destituitur. Ne autem simpliciter fluentes in silentio plurima non rarò bruta lateant, etiam strepitum, inquit, edunt de medijs petris, vt eminus quodammodò ad vsum suum inuitent bestias siti pressas.

13. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra:

Dicit, vnde etiam montes habeant fontes aquarum. Opera autem Dei appellat pluuiam, quę ad fructus producendos impinguat agros.

Terræ vtilitas in fructibus ferendis.

14. Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum:

Sic enim, inquit, terra etiam iumentis & hominibus aptum cibum præbet.

Vt * educat panem de terra:

* *Vulgata* educas

15. Et vinum lætificet cor hominis:

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Per panem & vinum designat omnem humanam necessitatem. Post animalia subiungit etiam de lignis in hunc modum:

16. Saturabuntur ligna campi * cedri libani, quas * plantasti:

* *Vulgata addit* &
* *Vulgata* plantauit:

17. Illic passeres nidificabunt.

ἀπένειμεν ὕδωρ, καὶ ὥστε τὰ ὄρη κυκλοῦσθαι τῇ τῶν ὑδάτων περιφορᾷ. ἐπιφέρει γοῦν·

ια΄. Ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ· προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν.

Ὥστε, φησὶ, πάντα τὰ ἄγρια ζῶα ἔχειν τὸν ποτὸν καὶ τὴν χρείαν.

ιβ΄. Ἐπ᾽ αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει· ἐκ μέσου τῶν πετρῶν δώσουσι φωνήν.

Οὐ μόνον δὲ, φησι, τὰ ἄγρια ζῶα ἀπολαύει τῶν ἐν ἐρημίᾳ ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ εἴ τι πετεινὸν ἐστὶ φιλέρημον, καὶ τοῦτο τῆς χρείας οὐκ ἀποστερεῖται. Ἵνα δὲ μὴ ἁπλῶς ποτεύόμενα ἡσυχῇ λανθάνει πολλάκις τὰ πολλὰ τῶν ἀλόγων, καὶ ἤχον αὐτά φησιν ἀποτελεῖν ἐκ μέσου τῶν πετρῶν, ἵνα πόρρωθεν οἷον προσκαλεῖται τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐπειγόμενα τῶν ἀλόγων.

ιγ΄. Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ· ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ·

Λέγει, ὅθεν καὶ τὰ ὄρη ἔχει πηγὰς ὑδάτων. ἔργα δὲ τοῦ θεοῦ τὸν ὑετὸν καλεῖ, πρὸς καρποφορίαν πιαίνοντα τοὺς ἀγρούς.

ιδ΄. Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων·

Οὕτω γάρ, φησιν, ἡ γῆ καὶ τοῖς κτήνεσι καὶ τοῖς ἀνθρώποις χορηγεῖ τὴν τροφὴν ἐπιτήδειον.

Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς·

ιε΄. Καὶ οἶνος εὐφραίνει τὴν καρδίαν ἀνθρώπου·

Τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ· καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει.

Διὰ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου πᾶσαν τὴν χρείαν σημαίνει τὴν ἀνθρωπίνην. μετὰ τὰ ζῶα ἐπιφέρει καὶ περὶ τῶν ξύλων οὕτως·

ις΄. Χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας·

ιζ΄. Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι.

Digitized by Google

Σημαίνει διὰ τούτων καὶ τὰ ἥμερα δένδρα καὶ τὰ ἄγρια, δεικνὺς ὡς οὐδὲ τὸ ὕψος ἐκείνων ἄχρηστόν ἐστι παντελῶς. ἐπειδὴ δὲ ἁπλῶς εἶπε στρουθία, ἐπήγαγε καὶ αὐτὸ τὸ γένος ἐκείνων.

Per hæc significat quoque ligna cicura & agrestia, ostendens quomodo nec ipsa illorum altitudo planè inutilis sit. Cùm autem simpliciter dixerit passeres, subiunxit etiam ipsum genus eorum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Τοῦ ἐρωδιοῦ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν·

Herodij domus dux est eorum:

Ἡγεῖται δέ, φησι, τῶν τοιούτων στρουθίων ὁ ἐρωδιός. καὶ διδάσκων τὸ χρήσιμον τῶν ὀρῶν καὶ πετρῶν ἐπιφέρει·

Istiusmodi autem passerum, inquit, dux est herodius. Et montium ac petrarum vtilitatem docens subiungit:

ιη΄. Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, πέτρα καταφυγὴ τοῖς χοιρογρυλλίοις.

18. Montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs.

Δεικνὺς ὅτι οὐδὲν μέρος τῆς γῆς ἄχρηστον, οὐδὲ τὰ ὕψη, οὐδὲ τὰ κοῖλα. ἐπιφέρει λοιπὸν καὶ περὶ τῶν φωστήρων.

Ostendens nullam terræ partem esse inutilem, neque altitudines, neque crepidines. Subiungit deinceps etiam de luminaribus.

ιθ΄. Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς· ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ.

19. Fecit lunam in tempora: Sol cognouit occasum suum.

Καιροὺς δὲ ἐνταῦθα ἔοικε καλεῖν τὰ μέτρα ἡμερῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν· διὰ τοῦτο ἐφεξῆς ἐπήγαγεν·

Tempora autem videtur hîc vocare mensuras dierum ac mensium & annorum; quapropter deinde subiunxit:

Dierum ac noctium vtilitas.

κ΄. Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ·

20. Posuisti tenebras, & facta est nox:

Καὶ τί τὸ χρήσιμον τῆς νυκτὸς ἐπιφέρει·

Et quæ noctis vtilitas sit subiungit:

Ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ.

In ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ.

Ὥστε, φησί, καὶ τὰ ἄγρια ζῶα ἔχειν καιρὸν τροφῆς καὶ ἐνδιαιτήσεως, καὶ μάλιστα οἱ λέοντες· διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

Vt, inquit, etiam feræ agrestes habeant tempus cibum & pabulum sumendi, & maximè leones; quapropter subdit:

κα΄. Σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς.

21. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

Δῆλον ὅτι ἀπὸ τούτων καὶ πάντα ὀνομάζει τὰ ἄγρια· μάλιστα δὲ αὐτὰ ἐν τῇ νυκτὶ ἰσχύουσι τὴν τροφήν, ὡς τοῦ θεοῦ ὁρίσαντος αὐτοῖς οὕτω ζῆν.

Manifestum quòd ab his etiam omnes feras nominet: maximè autem illæ noctu cibum sumunt, Deo quodammodò vitam earum sic ordinante.

κβ΄. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθησαν· καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθήσονται.

22. Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Ἀνατείλαντος γὰρ αὖθις ἡλίου τὰ μὲν θηρία εἰς τὰς οἰκείας καταδύσεις χωρεῖ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ἀνίσταται· ὅθεν ἐπήνεγκεν·

Sole enim rursus oriente feræ quidem in sua lustra diuertunt, homo verò ad operandum surgit: vnde subiunxit:

κγ΄. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας.

23. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad * vesperam.

* Vulgata vesperum.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Et cùm Propheta omnia pro viribus exposuisset, & quoad fieri poterat creaturam recensuisset, etiam caussas subdit:

24. Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti: impleta est terra * creaturâ tuâ.

** Vulgata possessione.*

Quanta sit Dei in orbis dispositione sapientia.

Ceterùm quòd magna sint opera tua Domine, & omnem humanam scrutationem transcendant, cuilibet profectò manifestum sit: maximè autem obstupescendum, quòd operum tuorum magnitudini tanta sit admixta sapientia, vt nulla res vel magnitudinis conditoris vel sapientiæ opificis expers existat. Cùm igitur admirationis huius verba protulisset, resumit iterùm quæ ab ipso in creatura fuerant relicta. Subiungit itaque:

25. Hoc mare magnum & spatiosum: illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis:

26. Illic naues * pertranseunt.

** Vulgata pertransibunt.*

Quantus sit maris & fluminum vsus.

Cùm superiùs solùm de aquis maris verba habuisset, hîc de animalibus quæ in eo sunt loquitur, & quantam hominibus adferant vtilitatem. Quis enim ignorat, quantum commodi vniuerso præstet nauium vsus. Deinde subiungit:

Draco iste, quem formasti ad ad illudendum ei:

Draconem nunc cete vocat: etenim tradunt hoc animal magnis nostris montibus æquari, & nullum animal isto maius Deum neque in terra neque in mari condidisse: quapropter etiam sæpenumerò hoc animal diabolo assimilatur; vt in Iob. Cùm igitur Propheta omnium meminisset, subiungit vniuersim de prouidentia sermonem introducens, & ait:

Animalia omnia Dei prouidentiâ nutriuntur.

27. Omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore.

Ceterùm omnia, inquit, quæ recensui, tam parua quàm magna, à te cibum & quærunt, & accipiunt.

28. Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Καὶ ὡς πάντα διελθὼν ὁ προφήτης κατὰ δύναμιν, καὶ ἐξαριθμησάμενος ὅσον ἐγχωρεῖ τὴν κτίσιν, τι καὶ τὰς αἰτίας ἐπιφέρει·

κδʹ. Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε; πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου.

Ἀλλ' ὅτι μεγάλα σου τὰ ἔργα δέσποτα, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἔρευναν ὑπερβαίνει, παντὶ που δῆλον· ἡ δὲ μεγίστη ἐστὶν ἔκπληξις, ὅτι τῷ μεγέθει τῶν ἔργων τοσαύτη τίς ἐγκεκέρασται σοφία, ὥστε μηδὲν τῶν ὄντων ἀμοιρεῖν μήτε μεγέθους τοῦ πεποιηκότος μήτε σοφίας τοῦ ἐργασαμένου. εἰπὼν οὖν ταύτης ἐκπλήξεως ῥήματα, ἀναλαμβάνει πάλιν τὰ παραλελειμμένα αὐτῷ εἰς τὴν κτίσιν. ἐπιφέρει γοῦν·

κεʹ. Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ ἑρπετά, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

Ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων·

κϛʹ. Ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται.

Ἀνωτέρω μόνον περὶ τῶν τῆς θαλάσσης ὑδάτων εἰπών, ἐνταῦθα περὶ τῶν ζώων λέγει τῶν ἐν αὐτῇ, καὶ ὅσον αὐτῆς χρήσιμον εἰς ἀνθρώπους. Τίς γὰρ ἀγνοεῖ, τὴν χρείαν τῶν πλοίων ἣν τῷ παντὶ διακομίζουσιν. εἶτα ἐπιφέρει·

Δράκων οὗτος, ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ·

Δράκοντα νῦν τὸ κῆτος καλεῖ· καὶ γάρ φασι τὸ ζῶον τοῦτο παρισοῦσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρ' ἡμῖν, καὶ ὡς τούτου μεῖζον ζῶον ὁ θεὸς ἕτερον οὐκ ἔκτισεν οὐδὲ ἐν γῇ οὐδὲ ἐν θαλάσσῃ· διὰ τοῦτο πολλάκις καὶ τῷ διαβόλῳ παρεικάζεται τοῦτο τὸ ζῶον· ὡς ἐν τῷ Ἰώβ. Μνημονεύσας οὖν ἁπάντων ὁ προφήτης, ἐπάγει καθολικῶς τὸν τῆς προνοίας εἰσάγων λόγον, καὶ φησί·

κζʹ. Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εὔκαιρον.

Ἀλλὰ πάντα, φησίν, ἅπερ κατέλεξα, ταῦτα μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα, παρά σου τὴν τροφὴν καὶ ἐπιζητεῖ, καὶ λαμβάνει.

κηʹ. Δόντος σου αὐτοῖς, συλλέξουσιν· ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος.

Ταῦ-

Digitized by Google

Ταῦτα ὡς ἐπὶ οἰκοδεσπότου λέγει, τοῦ φέροντος χειρὶ ζῶα ποικίλα.

κθʹ. Ἀποστρέψαντος σου τὸ πρόσωπον ταραχθήσονται· ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι.

Ἀλλ' ὥσπερ, φησὶ, πάντα πεποίηκας, καὶ πάντα συγκροτεῖς χρηστότητι, οὕτως ἐὰν ἀποστρέψῃς σου τὸ πρόσωπον, καὶ κωλύσῃς τὴν πρόνοιαν, εἰς τὸ μὴ ὂν πάλιν ἅπαντα ἀναχωρεῖ, ἐκεῖθεν ὑποστρέφοντα, ὅθεν εἰς τὸ εἶναι παρήχθη.

λʹ. Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

Πάλιν δέ, φησι, βουληθεὶς τὴν ζωτικὴν δύναμιν ἐπιθεῖναι τοῖς ζώοις ἀνακτίζεται πάντα, καὶ ἀνακαινίζεται τῆς γῆς τὸ παλαίωμα.

λαʹ. Ἤτω ἡ δόξα κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα·

Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, ἅπασι δοξαζέσθω παρὰ πάντων τὸ θεῖον διηνεκῶς.

Εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ·

Ὥστε, φησὶ, καὶ αὐτὸν ἥδεσθαι, ἀποδεχόμενον τῶν δοξαζόντων αὐτὸν τὴν εὐγνωμοσύνην.

λβʹ. Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται.

Οἱ γάρ, φησιν, οὐχ ἑκόντες εὐχαριστοῦσι τῷ εὐεργέτῃ θεῷ, καὶ ἄκοντες ὁμολογήσουσι δεσπότην, ὃν εὐποιοῦντα οὐχ ὡμολόγησαν.

λγʹ. Ἄσω τῷ κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου· ψαλῶ τῷ θεῷ μου ἕως ὑπάρχω.

Ἀλλ' ἐγώ, φησιν, οὐκ ἀναμένομαι τὴν ἀνάγκην, ὑμνήσω δὲ αὐτὸν ἐξ εὐγνωμοσύνης διηνεκῶς, καὶ ἀδιαλείπτως αὐτῷ προσοίσω τὴν δόξαν.

λδʹ. Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου·

Ἐπείπερ καὶ αὐτῷ ἡδὺ τοῦτο φαίνεται μᾶλλον ἢ ὁ ἐξ ἀνάγκης φόβος.

Hæc dicit quasi de patrefamilias, qui manu suâ diuersa nutriat animalia.

PARAPHRASIS ANONYMI.

29. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.

Sed sicut, inquit, omnia fecisti, omniaque connectis bonitate, sic si faciem tuam auerteris, & subtraxeris prouidentiam, in nihilum rursus omnia desinunt, illuc reuertendo, vnde vt existerent producta sunt.

Omnia à Dei nutu pendent.

30. Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

Rursus autem, inquit, cùm volueris vitalem vim indere animantibus omnia resuscitantur, & terræ vetustas innouatur.

31. Sit gloria Domini in sæculum:

Pro his omnibus, inquit, ab vniuersis diuinum numen assiduè honoretur.

Lætabitur Dominus in operibus suis:

Vt, inquit, ipse etiam recreetur, se honorantium gratitudinem acceptam habens.

32. Qui respicit * super terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

** abest à Vulgata.*

Qui enim, inquit, sponte suâ beneficij auctori Deo gratias non referunt, vel inuiti Dominum confitebuntur, quem benefactorem non sunt confessi.

33. Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum.

Verùm ego, inquit, non expecto coactionem, sed ipsum ex gratitudine assiduè collaudabo, & incessanter ipsi gloriam afferam.

34. Iucundum sit ei eloquium meum:

Quia hoc ei etiam iucundius videtur quàm timor coactus.

Ego

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ego verò delectabor in Domino.

Quod & mihi ipsi, inquit, ex gratitudine Dominum honoranti, non modica iucunditas erit & emolumentum.

35. Deficiant peccatores à terra & iniqui ita vt non sint: benedic anima mea * Dominum.

* Vulgata. Domino.

Qui igitur, inquit, non sunt tales, sed benignitatis sensu nullo ducuntur, & necessitatem expectant, cùm præuaricari & iniquè agere minimè negligant, non consistant etiam in terra; quoniam ipsi illos ferenti pondus sunt inutile. Et quasi Psalmum concludens, benedicit Dominum.

Ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ κυρίῳ.

Κἀμοὶ δὲ αὐτῷ, φησι, τῷ ἐξ εὐγνωμοσύνης δοξολογοῦντι, ἔσται ἡδονὴ οὐκ ὀλίγη καὶ κέρδος.

λέ. Ἐκλίποιεν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς· εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

Οἱ μὲν τοίνυν μὴ τοιοῦτοί φησιν, ἀλλὰ καὶ χρηστότητος οὐκ αἰσθανόμενοι, καὶ ἀνάγκην ἀναμένοντες, καὶ τοῦ παραβαίνειν καὶ τοῦ παρανομεῖν οὐκ ἀμελοῦντες, μηδὲ ἔστωσαν ἐπὶ τῆς γῆς· βάρος γάρ εἰσι τῇ φερούσῃ ἀνωφελές. καὶ ὥσπερ σφραγίζων τὸν ψαλμὸν, εὐλογεῖ τὸν κύριον.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. BENEDIC ANIMA MEA DOMIMVM.] Cùm de Deo multa quodammodo considerasset, vt quanta, & quomodo, & quas ob causas condiderat; excitat semetipsum ad laudandum Deum: ceterùm multa magnaque de Deo cogitans, sed reuerà victus confitetur; *Quia magnificatus es vehementer.* Omnem, inquir, maximam de te cogitationem superasti, cùm maiora opera & creandi rationes exhibueris. Illud autem *magnificatus es* non designat incrementum, sed immensam indicat magnitudinem. Sic enim Symmachus quoque explanauit: *Domine Deus meus magnus es valdè.* Hoc ipsum autem declarans, *Confessionem*, inquit, *& decorem induisti.* Id est: Etiam omnia tua opera gratiarum actione magnitudineque plena sunt, & ex gratiarum actione ac decore omnibus manifestaris, non secùs atque homines ex splendidis vestimentis sępenumerò spectabiles existunt. Illud enim insinuat verbũ *induisti.* Symmachus verò ait: *Hymnum & gloriam induisti.* Vel magnificentiam quidem induit, eò quòd in magnis & eminentibus obtineat primatum; confessionem verò, eò quòd in ipso omnia congruam habeant consensionem. Nam nomen confessionis significat etiam in verbis consonantiam concordiámve. Cùm huc vsque pręfatus esset,

Magnitudo prouidentiæ Dei superat omnem cogitationem.

α΄. ΕΥΛΟΓΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ὥσπερεὶ πολλὰ ἐνθυμηθεὶς περὶ τοῦ θεοῦ, καὶ ὅσα ἐδημιουργήθη, καὶ ὅπως, καὶ ἐπὶ ποίαις αἰτίαις· ἐγκελεύεται ἑαυτῷ δοξολογεῖν τὸν θεόν· ὡς πολλὰ δὲ λογισάμενος μὲν καὶ μεγάλα περὶ θεοῦ, ἡττηθεὶς δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς ὁμολογεῖ· ὅτι ἐμεγαλύνθης σφόδρα. πᾶσάν μου, φησὶν, ἔννοιαν περὶ σοῦ μεγίστην ἐνίκησας, μείζονα παρασχὼν ἔργα καὶ τρόπους ποιήσεως. Τὸ δὲ ἐμεγαλύνθης οὐκ αὐξήσεως δηλωτικὸν, ἀλλὰ τοῦ ἀμέτρου μεγέθους σημαντικόν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος· Κύριε ὁ θεός μου μέγας εἶ σφόδρα. τοῦτο δὲ αὐτὸ δηλῶν, ἐξομολόγησιν, φησι, καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω. ἀντὶ τοῦ· Καὶ πάντα σου τὰ ἔργα εὐχαριστίας πεπλήρωται καὶ μεγέθους, καὶ ἐξ εὐχαριστίας καὶ μεγαλοπρεπείας τοῖς πᾶσι δείκνυσαι, ὡς ἐξ ἱματίων λαμπρῶν πολλάκις οἱ ἄνθρωποι τοῖς ὁρῶσι. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τὸ ἐνεδύσω. Ὁ δὲ Σύμμαχος· ὕμνον καὶ εὐδοξίαν ἠμφιάσω. ἢ μεγαλοπρέπειαν μὲν ἐνεδείσατο, τῷ ἐν μεγάλοις καὶ ὑπερφέρουσιν ἔχειν τὸ πρεσβεῖον· ἐξομολόγησιν δὲ, τῷ πᾶσαν συμφωνίαν ἔχειν τὴν ἐναρμόνιον περὶ αὐτόν. Σημαίνει γὰρ τὸ τῆς ἐξομολογήσεως ὄνομα καὶ τὴν ἐν λόγοις συμφωνίαν. Ἄχρι τούτου προοιμιασάμενος,

καὶ

Digitized by Google

καὶ δείξας, ὡς περὶ μεγάλων αὐτῷ καὶ ἀναγκαίων ὁ λόγος, ἄρχεται λοιπὸν τὰ τῆς κτίσεως καταλέγειν.

β'. ΑΝΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΣ ΦΩΣ ΩΣ ΙΜΑΤΙΟΝ.] Ἢ ὅτι οὕτως ἑτοίμως τὸ φῶς ἐξήπλωσας ἐπὶ τὴν κτίσιν, ὡς εἴ τις ἱμάτιον ἁπλώσῃ ἐφ' ἑνὶ τόπῳ. ἢ ὅπερ ἐν ἑτέρῳ λέγει, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, νῦν ἀναβάλλεσθαι λέγει. ταὐτὸν γὰρ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. δι' ἀμφοτέρων γὰρ τῆς θείας δυνάμεως δηλοῖ τὸ ἀόρατον. εἰπὼν δὲ τὸ φῶς τὸ γεγενημένον ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐπάγει, τὸ τῆς δευτέρας· ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν. τὸ γὰρ στερέωμα μέσον τοῦ παντὸς γέγονεν ὕδατος, ὥστε στέγειν τὸ πολὺ ὕδωρ ὑπὲρ αὐτοῦ. Τὸ δὲ ὡσεὶ δέρριν τὴν τῆς δημιουργίας εὐκολίαν σημαίνει. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν ἐκτείνας, ἀλλ' ἐκτείνων; ὅτι ἅπαξ μὲν αὐτὸν κατὰ πρόνοιαν ἐκτείνει· καθὸ καὶ τό, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται. Τοιοῦτον καὶ τό, Ὁ ποιῶν πλειάδας καὶ ἕσπερον· ἢ τό, ὡσεὶ δέρριν· ἀντὶ τοῦ, ὡς σκηνὴν τριχίνην, ἢ εἴ τι ὅμοιον. Καὶ γὰρ ἡ τοιαύτη κυρτουμένη τὰ νῶτα, κοιλαίνεται τοῖς ἄκροις καὶ περισφίγγεται.

γ'. Ο ΤΙΘΕΙΣ ΝΕΦΗ ΤΗΝ ΕΠΙΒΑΣΙΝ ΑΥΤΟΥ.] Ταῦτα τὰ κατὰ μέρος Μωϋσῆς μὲν οὐκ εἶπε, συνεσήμανε δὲ ταῦτα τοῖς περιέχουσιν. ὁ δὲ Δαβὶδ ἐξεργαστικώτερον ἀπαγγέλλων, πλείονος δοξολογίας παραίτιος γίνεται· λέγει δὲ ὅτι πεποίηκε μετὰ τὸ στερέωμα καὶ νεφῶν ἀθρόαν καταδρομὴν εἴ ποτε βουληθείη, ὡς δοκεῖν τὴν τῶν νεφῶν ἐπιδρομὴν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὴν πανταχοῦ διήκουσαν δηλοῦν πρόνοιαν. Τοσαύτην γὰρ ὀξύτητα τῆς παρουσίας αὐτοῦ σημαίνει διὰ τῶν νεφῶν τὴν καταδρομήν, ὡς δοκεῖν αὐτὸν τὸν θεὸν ταῖς τῶν ἀνέμων πτέρυξιν ἐποχούμενον οὗ ἂν βουληθῇ παρεῖναι. Ἐπεὶ γὰρ καὶ τὰ νέφη τῇ σφοδρότητι τῶν ἀνέμων συνελαύνεται, ἀναγκαίως ἔφησεν ὅτι δοκεῖ πρὸς ἅπαντα παραγίνεσθαι ὁ θεός, ὡσανεὶ ποσὶ κεχρημένος τοῖς τῶν ἀνέμων πτεροῖς. Οὐ γὰρ εὑρὼν ἑτέραν ἀκριβεστέραν ὀξύτητος εἰκόνα, ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων ἔφη τὸν θεὸν ἐποχεῖσθαι, τὸ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι διὰ τούτων παραδηλῶν· καὶ γὰρ οὐδεμία φορὰ ἀνέμων εἰκῇ φέρεται, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ ἡνίοχος. εἶτα δεικνὺς καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις θεοῦ ὀξυτάτας οὔσας καὶ ἰσχυράς, αἷς

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

& ostendisset, quomodo de rebus magnis iisque necessariis ipsi sermo sit, incipit deinceps creaturas ipsas recensere.

Quàm facilis sit Deo lucis creatio.

2. AMICTVS LVMINE SICVT VESTIMENTO.] Vel quia tam expeditè lucem expandis super creaturam, ac si quis vestimentum in loco aliquo expanderet. Vel quia in alio loco ait, *Lucem inhabitas inaccessibilem*, nunc eam te induere dicit. Idem enim est lux inaccessibilis, quod *caligo in circuitu eius*. Per vtrumque enim diuinæ virtutis inaspectabilitatem declarat. Cùm autem lucis primâ die creatæ mentionem fecisset, subiungit etiam illud secundæ diei: *Extendens cælum sicut pellem*. Firmamentum enim medium factum est inter omnem aquam, vt copiosam illam aquam super illud sustétaret. Illud autem *sicut pellem* creationis facilitatem significat. Cur autem non dixit in præterito *Extendit*, sed *Extendens*? Quia nimirum continuò ipsum secundùm prouidentiam extendit; iuxta illud, *Pater meus vsque modò operatur*. Tale est & illud, Qui facit pleiadas & hesperum: vel istud, *sicut pellem*; id est, sicut tabernaculum cilicinum, vel quid simile. Tale enim tabernaculum cùm in dorso arcuatum sit, in summitatibus excauatur & constringitur.

1. Tim. 6, 16.

Psal. 96, 2.

Firmamenti conditio qualis.

Ioan. 5, 17.

De nubium & ventorum creatione.

3. QVI PONIT NVBES ASCENSVM SVVM.] Hæc sigillatim quidem Moyses non dixit, sed simul cum iis quibus continentur significauit. Dauid autem cùm ea planiùs enarrauit, vberioris laudis ansam præbuit: ait autem post firmamentum etiam fecisse nubium frequentem concursum vbicumque voluisset, ita vt videatur nubium ille concursus ipsius Dei vbique penetrantem prouidentiam declarare. Tantam enim præsentiæ ipsius velocitatem per nubium illum cursum designat, vt videatur ipse Deus ventorum pennis subuectus vbicumque voluerit adesse. Cùm enim nubes etiam ventorum vehementiâ impellantur, necessariò dixit videri Deum ad omnia peruenire, ventorum alis quasi pedibus vsum. Non enim inueniens aliam celeritatis exactiorem similitudinem, ait Deum super pennas ventorum vehi, per hæc vbique ipsum adesse declarans: etenim nullus ventorum motus temerè fertur, sed ipsemet instar aurigæ dirigit eum. Deinde ostendens etiam alias virtutes Dei esse velocissimas validasque, quibus

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

cùm voluerit vtatur, subiunxit: *Qui facit Angelos.* Vbi notandum, neque Moysem horum fecisse mentionem, sed Dauidem supplere id quod ab ipso fuerat prætermissum. Angelos autem spiritus appellauit, vt virtutes velocissimas significaret; ignem verò vrentem, vt eorumdem vim puniendi insinuaret, quâ vtantur, si quando opus fuerit. Vel quia Scriptura omnia quæ non cernuntur solet spiritus appellare comparatione corporum aspectabilium, quæ rursus corpora reperiuntur respectu conditoris, quomodo numen diuinum propriè est incorporeum: (nam *spiritus est Deus.*) Cetera verò æquiuocè spiritus appellantur quoad nos. Vel eorum celeritatem, & leuitatem, & vehementem efficacitatem per elementa ista insinuat. Velox enim est natura spiritus. Potens verò est ignis operatio, & ad puniendum accommodata. Vel dicitur facere Angelos suos spiritus, id est conseruare illâ ratione quâ facti sunt. Porrò spiritus dicitur & ignis; illud quidem in quantum est naturâ intellectilis; hoc verò in quantum expiandi vim habet.

Quomodo Deus fecerit Angelos spiritus, & ignem vrentem.

Ioan. 4. 24.

5. QVI FVNDAT TERRAM SVPER STABILITATEM.] Cùm cælestia & supercælestia commemorasset, scilicet Angelos ac nubes & ventos, transijt ad terram: qui ordo Mosaicus est. Vult autem dicere, quòd cùm hoc modo cælum, & ea quæ in ipso sunt, condidisset, terram quoque fundauerit, proprio ipsam fundamento firmans, vt immobilis existeret. Quòd si quis dixerit, Quomodo igitur in terræ motibus mouetur? sciat id præter naturam eius fieri. Par enim est Deo, illam & secundùm naturam fundare, & præter naturam mouere. Cùm enim in manu eius sint fines terræ, prout voluerit, & fundat, & mouet, per vtrumque virtutis suæ eminentiam insinuans. Stabilitas autem ipsius non est substantia, sed artificium Dei: quod ipsam in sua sphæra immobilem conseruat. Quòd autem secundùm naturam consistere illam fecerit, declarat id quod sequitur: ***Non inclinabitur in æternum.*** id est, Non euertetur, non cadet.

Quomodo terra fundata sit.

Psal. 94. 4.

6. ABYSSVS SICVT VESTIMENTVM AMICTVS.] Deinceps commemorauit quæ terram & aquam concernunt, Hebraico more Abyssum masculinè construens; quare subiunxit *αὐτοῦ.*

Quomodo terra aquis ambiatur.

Aquila verò & Theodotion aiunt: *Abyssum sicut indumentum induisti ipsam:* terram

κέχρηται ἐπὰν βουληθῇ, ἐπήγαγεν· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους. ἐπισημαντέον, ὡς οὐδὲ τούτων Μωϋσῆς ἐμνήσθη, Δαβὶδ δὲ ἀναπληροῖ τὴν παράλειψιν. Πνεύματα δὲ ἐκάλεσε τοὺς ἀγγέλους, ἵνα σημάνῃ δυνάμεις ὀξυτάτας· πῦρ δὲ φλέγον, ἵνα καὶ τὸ τιμωρητικὸν αὐτῶν αἰνίξηται, ᾧ κέχρηνται εἴ ποτε χρεία γένοιτο. ἢ ὅτι ἔθος τῇ γραφῇ πάντα τὰ μὴ ὁρώμενα πνεύματα καλεῖν ἐν συγκρίσει τῶν ὁρωμένων σωμάτων, ἃ πάλιν ἐν συγκρίσει τοῦ πεποιηκότος σώματα εὑρίσκεται, ὡς κυρίως ἀσώματον ἐστὶ τὸ θεῖον· (πνεῦμα γὰρ ὁ θεός.) Ὁμωνύμως δὲ καὶ τἄλλα καλεῖσθαι πνεύματα ὡς πρὸς ἡμᾶς· ἢ τὸ ταχὺ, καὶ κοῦφον, καὶ σφόδρα δραστήριον αὐτῶν διὰ τῶν στοιχείων αἰνίττεται. Ὀξεῖα μὲν γὰρ τοῦ πνεύματος ἡ φύσις. ἰσχυρὰ δὲ τοῦ πυρὸς ἡ ἐνέργεια, καὶ κολαστική. ἢ ποιεῖν λέγεται τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, ἀντὶ τοῦ συντηρεῖν τῷ λόγῳ καθ' ὃν ἐγένετο. πνεῦμα δὲ ἀκούει καὶ πῦρ· τὸ μὲν ὡς νοητὴ φύσις· τὸ δὲ ὡς καθάρσιος.

ε'. Ο ΘΕΜΕΛΙΩΝ ΤΗΝ ΓΗΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ.] Εἰπὼν τὰ ἐπουράνια καὶ ὑπερουράνια, ἤτοι τοὺς ἀγγέλους καὶ τὰ νέφη καὶ τοὺς ἀνέμους, μετέβη ἐπὶ τὴν γῆν· Μωσαϊκὴ δὲ ἡ τάξις. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι κατασκευάσας οὕτως τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν, ἐθεμελίωσε καὶ τὴν γῆν, οἰκείῳ θεμελίῳ στηρίξας αὐτὴν, ὡς ἀκίνητον εἶναι. εἰ δέ τις λέγῃ, πῶς οὖν κινεῖται ἐν τοῖς σεισμοῖς; ἴστω ὡς παρὰ φύσιν. Ἴσον γάρ ἐστι τῷ θεῷ, καὶ κατὰ φύσιν θεμελιοῦν, καὶ παρὰ φύσιν κινεῖν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, ὡς βούλεται, καὶ θεμελιοῖ, καὶ κινεῖ, δι' ἑκατέρων τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς ἰσχύος μηνύων. ἡ ἀσφάλεια δὲ αὐτῆς οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλὰ τέχνη θεοῦ· ἀκίνητον αὐτὴν ἐν τῇ σφαίρᾳ διαφυλάττουσα. Ὅτι δὲ κατὰ φύσιν ἑστάναι αὐτὴν ἐδημιούργησε, τὸ ἑξῆς δηλοῖ· Οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἀνατραπήσεται, οὐ πεσεῖται.

ϛ'. ΑΒΥΣΣΟΣ ΩΣ ΙΜΑΤΙΟΝ ΤΟ ΠΕΡΙΒΟΛΑΙΟΝ.] Λοιπὸν τὰ περὶ τῆς γῆς μετέβη καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, ἑβραϊκῷ ἔθει ἀρρενικῶς εἰπὼν τὸ Ἄβυσσος· διὸ ἐπήγαγε τὸ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων· Ἄβυσσον ὡσεὶ ἔνδυμα περιέβαλες αὐτήν· ἤτοι

τῇ ὑγρᾷ οὐσίᾳ περιέσχες τὴν γῆν· πανταχόθεν γὰρ ὕδασι περιέχεται. ἢ καὶ τὴν ἄβυσσόν, φησιν, οὕτως συνέχεις καὶ περιβάλλεις, ὡς εἴ τις περιβολαίῳ τινὶ ἢ ἱματίῳ περιβάλοι τι πρᾶγμα· καὶ συνέχει αὐτὸ ἐν τῷ μέσῳ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ὡς συνεχομένη πάντοθεν, ὑψοῦται μὲν ἀπλωθῆναι δὲ πέρα τῶν οἰκείων ὅρων μὴ δύνηται· ἀλλ' ὅταν ὑψωθῇ, ὥσπερ ἐπιτίμησιν δεχομένη δειλιᾷ, καὶ συστέλλεται. Τοῦτο καὶ οἱ ἑξῆς στίχοι δηλοῦσιν· Ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα. ἀντὶ τοῦ· ὑψούμενα δὲ ὄρη μιμοῦνται, καὶ ὡς ὄρος ἔστηκε. καὶ τί μετὰ τοῦτο; ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς, φησι, βροντὴν ἐπάγων· καὶ τρόπον τινὰ δειλιῶντας εἰς τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποκαθίσταται. Ὑψοῦται μὲν γὰρ τὰ κύματα ὡς ὄρη. λείπει γὰρ τὸ ὡς· ἵν' ᾖ· ἀναβαίνουσιν ὡς ὄρη τὰ ὕδατα ἐν τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ τῶν ἀνέμων ἐξοιδαίνοντα· οὐ μὴν καὶ διαμένει οὕτως, ἀλλὰ καταστορνύμενα πάλιν πεδίοις ὁμαλέσιν ἀφομοιοῦται. καὶ ταῦτα, φησι, γίνεται ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ τὴν θάλασσαν περιγεγράφθαι προσέταξας.

θ'. ΟΡΙΟΝ ΕΘΟΥ, Ο ΟΥ ΠΑΡΕΛΕΥΣΟΝΤΑΙ.] Καὶ οὐκ ἔστι, φησὶν, οὕτως ἀγριαινομένην τὴν θάλασσαν τοὺς ὅρους παρελθεῖν τοὺς κειμένους, καὶ ἐπικλύσαι τὴν γῆν κοιλοτέραν οὖσαν, ἀλλ' εὐλαβεῖται τὴν ψάμμον· καὶ λυττῶσα ὥσπερ τινὶ χαλινῷ ἀνακρούεται, εἰς τὸ μηδὲν περαιτέρω ἐνδείξασθαι τοῦ θείου προστάγματος, ἀλλ' ὡς ὄρη ὑψούμενα, ἀναχαιτίζεται τῷ προστάγματι. εἰπὼν μέχρι τούτου περὶ τῆς θαλάσσης, ἐπάγει καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων· ὅτι καὶ ταῖς φάραγξιν ἀπονεμήθη. Τίς δὲ ἡ χρεία; ὥστε, φησὶ, πάντα τὰ ἄγρια ζῶα ἔχειν τὸ ποτὸν κατὰ τὴν χρείαν. καὶ οὐ μόνον τὰ ἄγρια ζῶα, φησιν, ἀπολαύει τῶν ἐν ἐρήμῳ ὑδάτων· ἀλλὰ καὶ εἴ τι φιλέρημόν ἐστι πετηνὸν καὶ τοῦτο τῆς χρείας οὐκ ἀποστερεῖται. Διὰ τούτων τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ θαυμάζει, φροντίσαντος καὶ τῆς διαμονῆς τῶν ἀλόγων ζώων καὶ εἰκότως· εἰ γὰρ αὐτὸς ταῦτα πεποίηκεν, αὐτὸς ἂν εἴη καὶ τῆς τροφῆς αὐτῶν καὶ τοῦ ποτοῦ χορηγός· διὰ τοῦτο τὰ ὄρη τεμὼν, παρόδους τῶν ὑδάτων ἐτεκτήνατο, ὡς μὴ μόνον ἀνθρώποις ἔχειν ἄφθονον χορηγίαν, ἀλλ' εἴ τι καὶ χερσαῖον καὶ ἀεροπόρον καθέστηκεν. ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἀνακτήσεται ὄναγρος δίψαν ἑαυτοῦ. τίς δὲ δώσει φωνὴν ἐκ μέσου τῶν πετρῶν; τὰ ὕδα-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

scilicet humidâ substantiâ circumdedisti: siquidem aquis vndique circumdatur. Vel etiam abyssum, inquit, ita contines & circumdas, ac si quis opertorio quopiam aut vestimento rem aliquam circumdaret: & ob eamdem causam ipsam in medio contines, vt vndique contenta eleuetur quidem, sed vltra proprios terminos extendi minimè possit: vbi autem elata fuerit, quasi increpatione acceptâ timeat, & coërceatur. Hoc sequentes etiam versiculi declarant: *Super montes stabunt aquæ.* Id est: elatæ montes æmulantur, & sicut mons constiterunt. Et quid posteà? Increpat ipsos, inquit, tonitru immittens: & quodammodò metuentes in suum ordinem restituit. Eleuantur enim fluctus quasi montes. Deest enim particula *quasi*; vt sit sensus: Aquæ in mari à ventis intumescentes ascendunt quasi montes; verumtamen non ita permanebunt, sed consternatæ iterùm campis planis assimilantur. Atque hæc, inquit, fiunt in loco quo mare circumscribi præcepisti.

9. TERMINVM POSVISTI, QVEM NON TRANSGREDIENTVR.] Et non poterit, inquit, mare ita ferociens terminos ipsi positos pertransire, & inundare terram magis cauam existentem, sed arenam reueretur; & dum rabit, veluti freno quodam retrahitur, ne vltra diuini mandati terminos compareat, sed adinstar altorum montium Diuino mandato efferatur. Cùm hactenus de mari verba fecisset, subiungit etiam de alijs aquis; quòd etiam vallibus attributæ sint. Quis porrò earum vsus? vt, inquit, omnes bestiæ siluestres potum habeant necessarium. Et non solùm bestiæ siluestres, inquit, eremi aquis perfruuntur; sed si quæ sit etiam auis eremi amans necessario quoque potu minimè destituitur. Per hæc prouidentiam eius admiratur, quòd brutorum quoque animantium curam gesserit: cùm enim ipse hæc condiderit, ipse quoque illis cibum potumque suppeditauit: quapropter montes secans, itinera aquis concessit, vt non solùm homines vberem earum copiam haberent, sed etiam si quod sit animal terrestre, & aërem permeans. Symmachus verò ait: *Recreabit onager sitim suam.* Quis porrò dabit vocem de medio petrarum? vtique aquæ: nam ne

Prouidentia Dei in maris littoribus erigendis.

Dulcium aquarum vtilitas quanta.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ſimpliciter clanculùm labentes plurima bruta frequenter laterent, etiam ſonum, inquit, illas edere iuſſit, vt eminus quodammodò beſtias earum indigas inuitarent. De prouidentia verò quæ ad has vſque beſtias pertingit Saluator dixit: *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt*, &c.

Matth. 6, 26.

Vnde montes irrigentur.

13. RIGANS MONTES DE SVPERIORIBVS.] Cùm dixiſſet valles propriam aquam habere ex fontibus, quæri poterat: Vnde igitur montium cacumina pinguedinem ſuam haberent? Dixit ergo illa de ſuperioribus ſuis rigari. Sic autem, inquit, etiam terra de ſuperioribus acceptâ irrigatione fructibus impletur, operatione tuâ ſaturata. Superiora enim aërem appellat; opera verò Dei vocat pluuiam. Cùm hactenus dixiſſet vnde etiam terra fructus habeat, ſubiungit ipſum bruta quoque minimè neglexiſſe, ſed & horum curam geſſiſſe, & per terræ fructus brutorum quoque neceſſitati conſuluiſſe. Ait itaque; *Producens fænum iumentis:* oſtendens hæc propter vſum humanum prouidentiâ quoque frui. Et iumenta quidem in genere nuncupauit omne animal herbiuorum: ſeruitutem verò hominum appellat cicura & quaſi ciuilia animantia, quæ ad obſequium hominum deputata ſunt: quorum alia quidem terram arant, ſimul cum homine agros colentia; alia verò onera portant; alia denique alium vſum humano generi præbent: quæ valdè propriè & aptè ſeruitutem hominum nominauit, quibus herbam eſſe datam ait, ſcilicet ab hominibus ſeminatam & cultam, alijs verò pecoribus ſponte germinantem. Hîc enim neque ferarum neque ſerpentium meminit, quia hi quidem terrâ, illæ verò carnibus veſcuntur, alio cibo vtentes.

Iumenta in obſequium hominis deputata.

14. VT EDVCAT PANEM DE TERRA.] Sic, inquit, terra hominibus cibum ſuppeditat, vt horum cauſa oſtendat ſe etiam iumentis herbam germinare: & non ſolùm panem & vinum hominibus ad vſum præbet, ſed omnem etiam aliam neceſſitatem atque delicias. Verumtamen magis opportuna recenſuit, quibus vita continetur; ceteras autem delicias tamquam ſuperuacaneas omiſit. Neceſſarium videlicet vſum deſignans ſubdit: *Et panis cor hominis confirmat.* Panem namque ad robur

Terra omnibus animalibus conuenientem cibum germinat.

τα· ἵνα γὰρ μὴ ἁπλῶς πορευόμενα ἡσυχῇ λανθάνῃ πολλάκις τὰ πολλὰ τῶν ἀλόγων, καὶ ἦχον αὐτά, φησιν, ἀποτελεῖν προσέταξεν, ἵνα πόῤῥωθεν οἷον προσκαλῆται τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐπαγόμενα τῶν ἀλόγων. περὶ τῆς μέχρι τούτων προνοίας ἔλεγεν ὁ σωτήρ· Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσι, καὶ ἑξῆς.

ιγʹ. ΠΟΤΙΖΩΝ ΟΡΗ ΕΚ ΤΩΝ ΥΠΕΡΩΩΝ.] Εἰπὼν ὅτι αἱ φάραγγες ἔχουσιν ἴδιον ὕδωρ τὸ ἀπὸ τῶν πηγῶν, ἐπῆν ζητεῖν· πόθεν οὖν αἱ κορυφαὶ τῶν ὀρέων ἔχουσι τὴν πιότητα; εἴπεν οὖν ὅτι ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτῶν καταβρέχονται. Οὕτω δέ, φησι, καὶ ἡ γῆ ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων δεχομένη τὴν ἀρδείαν καρπῶν πληροῦται, κορεννυμένη διὰ τῆς ἐνεργείας τῆς σῆς. Ὑπερῷα γὰρ τὸν ἀέρα καλεῖ· ἔργα δὲ θεοῦ τὸν ὑετόν. Μέχρι τούτου εἰπὼν ὅπως καὶ ἡ γῆ τοὺς καρποὺς ἔχει, ἐπάγει ὅτι οὐδὲ τῶν ἀλόγων ἠμέλησεν, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐφρόντισε, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλόγων χρείαν θεραπεύων. λέγει γοῦν· ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσιν· ἔδειξεν ὅτι διὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρείαν καὶ ταῦτα προνοίας ἀπολαύει. Καὶ κτήνη μὲν γενικῶς πᾶν τὸ ποηφάγον ζῷον ὀνόμασε· δουλείαν δὲ ἀνθρώπων τὰ ἥμερα καὶ ὥσπερ πολιτικὰ ζῷα, τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων ἀφωρισμένα· ὧν τὰ μὲν ἀροῖ τὴν γῆν, συγγεωργοῦντα τῷ ἀνθρώπῳ, τὰ δὲ ἀχθοφορεῖ, τὰ δὲ ἄλλην χρείαν τῷ θνητῷ γένει παρέχεται· ἃ οἰκείως ἄγαν καὶ προσφυῶς δουλείαν ἀνθρώπων ὠνόμασεν, οἷς τὴν χλόην δεδόσθαι φησί, τουτέστι τὴν ὑπ' ἀνθρώπων σπαρεῖσαν καὶ γεωργηθεῖσαν· τοῖς δὲ ἄλλοις κτήνεσι τὴν αὐτομάτως βλαστάνουσαν. οὔτε γὰρ θηρίων ἐν τούτοις οὔτε ἑρπετῶν ἐμνημόνευσεν, ἐπεὶ τὰ μὲν γῆν, τὰ δὲ σάρκας σιτεῖται, ἑτέρᾳ τροφῇ χρώμενα.

ιδʹ. ΤΟΥ ΕΞΑΓΑΓΕΙΝ ΑΡΤΟΝ ΕΚ ΤΗΣ ΓΗΣ.] Οὕτως, φησίν, ἡ γῆ τοῖς ἀνθρώποις χορηγεῖ τὴν τροφήν, ὡς δεικνῦσα ὅτι καὶ τούτων ἕνεκα καὶ τὴν χλόην τοῖς κτήνεσιν ἀνατέλλει· καὶ οὐ μόνον ἄρτον καὶ οἶνον τοῖς ἀνθρώποις χαρίζεται εἰς ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἄλλην χρείαν τε καὶ τρυφήν. Ἀλλὰ καὶ τὰ καιριώτερα εἶπεν, δι' ὧν συνέχεται ἡ ζωή· τὰ γὰρ τῆς ἄλλης τρυφῆς ὡς περιττὰ παρῆκεν. Ἀμέλει τὸ τῆς ἀναγκαίας χρείας ἀποσφραγίζων ἐπάγει· καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. τὸν ἄρτον μὲν γὰρ εἰς ἰσχὺν καρ-

καρδίας χορηγεῖ, τὸν οἶνον δὲ εἰς εὐφροσύνην, ἔλαιον δὲ τῆς ἐπιπόνου σκληραγωγίας παραμυθίαν. Ὁ δὲ Σύμμαχος· στίλβειν πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. εἰπὼν δὲ τελευταῖον περὶ τοῦ ἀνθρώπου ὡς καὶ Μωσῆς, μετὰ τὰ ζῶα ἐπάγει καὶ περὶ τῶν ξύλων· χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου· ἕτεροι τοῦ κυρίου. Δείκνυσι δὲ ὡς καὶ τὰ ἐν δρυμοῖς αὔξοντα ξύλα τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν αὔξονται. εἶτα διεξελθὼν περὶ τῶν ἡμέρων καὶ καρπίμων, ἐπάγει καὶ περὶ τῶν ἀγρίων, ὡς ἀναγκαίων καὶ χρησίμων τοῖς ἀνθρώποις. Καλῶς δὲ αὐτῷ τῷ θεῷ προσέγραψε τῶν κέδρων τὴν φυτείαν εἰπών, ἃς ἐφύτευσας· ὅτι ἐκτὸς ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν· διὸ καὶ κυρίου εἶπον οἱ λοιποί. Οὐδὲ γὰρ ἀλσόκομός τις τούτων γέγονε φυτουργός, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἀμφιλαφεῖς τὰς τῶν ὀρέων εἰργάσατο κορυφάς. εἶτα δεικνὺς ὡς οὐδὲ τὸ ὕψος ἐκείνων ἄχρηστον, ἐπιφέρει· Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσιν. εἰπὼν δὲ στρουθία, δείκνυσι τὸ γένος· ἡγεῖται, φησι, τῶν τοιούτων στρουθίων ὁ ἐρωδιός· ὁ μὲν οὖν Ἑβραῖος τὴν ἀσίδα φησίν· ἄλλος δὲ ἰκτῖνι ἐλάται οἴκησις· ἄλλος δὲ κυπάρισσοι· ἄλλος ἄρκευθος. ἡγεῖσθαι δέ φησι τὴν τοῦ ἐρωδιοῦ καλιὰν τῶν στρουθίων, διὰ τὸ τὰ ὑψηλότατα δένδρα καταλαμβάνοντα νοττεύειν, καὶ ἐπειδὴ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα πρὸς νοττείαν καὶ οἴκησιν. Διδάσκων δὲ τὸ χρήσιμον τῶν ὀρῶν καὶ πετρῶν ἐπιφέρει· Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις. εἴ τις φησίν, ἔροιτο διὰ τί ὄρη; Διὰ τί πέτραι;· μανθανέτω ὡς καὶ ταῦτα ἀναγκαίως ἐδημιουργήθη. εἰ γὰρ δι' ὅλου ἥπλωτο πεδιὰς ἡ γῆ, μὴ ἔχουσα ὄρη, οὐκ ἂν τὰ ποικίλα συνέστη γένη τῶν ζώων, θᾶττον τῶν ἰσχυροτέρων τοῖς ἀσθενεστέροις ἐπιόντων· νυνὶ δὲ ἡ τῶν ὀρῶν σύστασις καταφυγὴ γέγονε, τοῦ μὴ τὰ ἀσθενέστερα ὑπὸ τῶν ἰσχυροτέρων ἁλίσκεσθαι, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν τοῦ ὕπνου καιρόν. Ἀλλὰ καὶ λαγωοῖς ἢ χοιρογρυλλίοις (ἀμφότερα γὰρ φέρεται ἐν τῇ ἀναγνώσει) τίς ἦν ἄλλη καταφυγή, εἰ μὴ πέτραι καὶ σπήλαια ὡς χηραμοὶ συνέστησαν· εἰς ἃς διαδιδράσκοντα σώζεται, καθάπερ ἄνθρωποι πρὸς οἰκίας καὶ τείχη.

Ἄλλος· Αἱ κέδροι αὗται αἱ ἀρεταί, τὸν οἶκον τῆς νύμφης κατασφαλίζονται· αἷς ἐννοσσεύουσι ψυχαὶ στρουθία γινόμεναι, καὶ

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

cordis, vinum verò ad lætitiam, oleum denique ad laboriosæ vitæ consolationem concedit. Symmachus verò ait: *Vt illustret faciem in oleo.* Cùm autem sicut & Moyses postremo loco de homine verba habuisset, subiungit etiam de lignis: *Saturabuntur ligna campi.* alij legunt *Domini.* Ostendit autem, quomodo etiam ligna quæ in saltu crescunt nutibus eius augeantur. Deinde cùm de cicuribus & fructuosis lignis disseruisset, subiungit etiam de agrestibus, tamquam quæ necessaria & vtilia sint hominibus. Pulchrè autem ipsi Deo cedrorum plantationem attribuit dicens, *Quas plantasti:* quoniam sine humana cura in tantam proceritatem excreuerunt: quare etiam ceteri illas *Domini* appellarunt. Non enim saltuarius quispiam lignator has plantauit, sed ipsemet Dominus montium vertices cedrorum comis densos reddidit. Deinde ostendens, nec ipsam earum altitudinem esse inutilem, subiungit: *Illic passeres nidificabunt.* Cùm autem passerum meminisset, eorumdem genus declarat: *Herodius,* inquit, *dux est eorum:* Hebræus autem *asida* vocat; alius verò *Miluo abietes domus*; alius *Cyparissi*; alius *Iuniperus.* Dicit autem herodij nidum ducem esse passerum, eò quòd sublimissimas arbores eligat ad nidificandum, atque illæ expositæ sint ipsis pro nidificatione & habitatione. Montium autem & petrarum vtilitatem edisserens subiungit: *Montes excelsi ceruis.* Si quis, inquit, dixerit, Ad quid montes sunt? Quorsum petræ? sciat hæc quoque necessariò condita fuisse. Si enim vniuersa terra campis expansa foret non habendo montes, nequaquam diuersa animalium genera constitissent, validioribus illicò imbecilliora inuadentibus: nunc autem montium situs imbecillioribus refugium præbet, ne à fortioribus absumantur, præsertim somni tempore. Sed & erinacijs & echinis (vtraque enim hæc in textu leguntur) quodnam aliud refugium, nisi petræ & antra tamquam latibula ipsis extitissent? ad quæ confugientes seruantur, non secus atque homines domibus ac mœnijs.

Siluestrium lignorum vtilitas.

Montium & petrarum opportunitas.

ALIVS. Hæ cedri sunt virtutes, quæ domum sponsæ tuentur: in quibus animæ nidificant passeres effectæ, quæ la-

Cedri quid mystice.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

queos euaserunt: quarum dux est herodij domus: quem tradunt propter continentiam odisse commixtiones, sermone per hoc puritatem designante. Cùm de his, quomodo nil inutile foret, declarasset, subiungit etiam de luminaribus.

De temporum commoditate.

19. FECIT LVNAM IN TEMPORA.] In vtrisque quidem vtraque reperiuntur: nam Sol etiam tempora conficit, & occasu ortuque similiter vtuntur. Verumtamen distinxit illa secundùm propriam habitationem. Tempora autem videtur appellare mensuras dierum ac mensium. Lunæ enim mutationes tempus metiri adstruunt. Quin & Sol, cùm solummodò illuminare didicerit, quando iussus fuerit, ad occasum tendit; non autem tamquam ratione vtens cognouit occasum suum, sed semper eàdem viâ incedens, cùm apparet, diem facit, & cùm occulitur, noctem. Hoc enim declarat illud verbum *cognouit*, nempe immutabilem ipsum seruare Dei definitionem. Illud autem *Posuisti tenebras* dictum, ne alium diei atque alium noctis opificem esse putaremus.

Quæ vtilitas vicissitudinis dierum ac noctium.

Oportebat enim nocte ad recessum quidem cicurum, ad egressum verò siluestrium animalium solis radios secundùm diuinam prouidentiam subduci: quapropter noctis vtilitatem subiungens ait: *In ipsa pertransibunt.* Vt, inquit, etiam agrestes feræ habeant tempus cibi & pabulationis, ac præsertim leones: hi enim potissimùm noctu cibum capiunt; quandoquidem æstus non sinat eos è lustris caput efferre; eò quòd pusilla animalcula, vermiculos & culices propter narium latitudinem vereantur. Manifestum autem quòd ex his etiam omnes feras designet. Pulchrè autem subiungens, *Vt rapiant & quærant à Deo*, accusationem elisit leonum quasi rapacium: dicuntur enim quotidie noua corpora deuorare. Quærere igitur à Deo escam dixit; ac si Deus talem ipsis viuendi rationem assignasset. Sole autem rursus exoriente, feræ quidem ad lustra sua abeunt; homo verò, præcedentis diei labore per somnum mitigato, recens iterùm ac promptus laboribus occurrit.

Prouidentia Dei admirabilis.

Deinde in media narratione existens, & quodlibet dictorum expendens, atque diuinam curam percipiens, & quasi

τῶν παγίδων ὑπερπιπτάμεναι· ὧν καθηγεῖται ἡ τοῦ ἐρωδιοῦ καλιά· ὅν λέγουσιν ἀπεχθῶς ἔχειν διὰ σωφροσύνην περὶ τὰς μίξεις, τὴν καθαρότητα διὰ τούτου τοῦ λόγου σημαίνοντος. εἰπὼν περὶ τούτων ὡς οὐδὲν ἄχρηστον, ἐπιφέρει καὶ περὶ τῶν φωστήρων.

ιθ'. ΕΠΟΙΗΣΕ ΣΕΛΗΝΗΝ ΕΙΣ ΚΑΙΡΟΥΣ.] Ἐφ' ἀμφοτέρων μὲν ἀμφότερα εὑρίσκεται· καιροὺς γὰρ καὶ ὁ ἥλιος ποιεῖ, καὶ δύσει καὶ ἀνατολῇ ὁμοίως κέχρηνται. Ἀλλὰ διεῖλεν αὐτὰ κατ' ἴδιον οἴκημα. καιροὺς δὲ ἔοικε καλεῖν τὰ μέτρα ἡμερῶν καὶ μηνῶν. αἱ γὰρ τῆς σελήνης ἀλλοιώσεις μετρεῖσθαι τὸν χρόνον παρασκευάζουσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἥλιος, φωτίζειν μόνον μαθὼν, ὅτε συνταχθῇ πρὸς δύσιν χωρεῖ· οὐχ ὡς λογικὸς δὲ ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀεὶ τὴν αὐτὴν ὁδεύων, ποιεῖ τὴν ἡμέραν φαινόμενος, καὶ τὴν νύκτα κρυπτόμενος. Τοῦτο γὰρ τὸ ἔγνω δηλοῖ, τὸ ἀμετακίνητον αὐτὸν φυλάττειν τὸν τοῦ θεοῦ ὅρον. Τὸ δὲ Ἔθου σκότος εἴρηται, ἵνα μὴ ἄλλον δημιουργὸν τῆς ἡμέρας καὶ ἄλλον τῆς νυκτὸς εἶναι λογισώμεθα. Ἔδει γὰρ καὶ νυκτὸς εἰς ἀναχώρησιν μὲν τῶν ἡμέρων ζώων, πρόοδον δὲ τῶν ἀγρίων τὰς τοῦ ἡλίου κατὰ θείαν πρόνοιαν ὑποστέλλεσθαι αὐγάς· διὸ τὸ χρήσιμον τῆς νυκτὸς ὑπογράφων φησίν· Ἐν αὐτῇ διελεύσονται. ὥστε, φησὶ, καὶ τὰ ἄγρια ἔχειν καιρὸν τροφῆς καὶ ἐνδιαιτήσεως, καὶ μάλιστα λέοντες· οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐν νυκτὶ ἴσχουσι τροφήν· ἐπείπερ ἐν ἡμέρᾳ οὐκ ἐᾷ ὁ καύσων ἐκκύπτειν τῶν φωλεῶν· διὰ τὸ τὰ μικρὰ τῶν ζώων εὐλαβεῖσθαι σκνίπας καὶ κώνωπας διὰ τὴν τῶν μυκτήρων εὐρυχωρίαν. Δῆλον δὲ ὡς ἀπὸ τούτων καὶ πάντα ὀνομάζει τὰ ἄγρια. Καλῶς δὲ ἐπαγαγὼν, ἁρπάσαι καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ θεοῦ, τὴν κατηγορίαν ἀνεῖλε τῶν λεόντων ὡς ἁρπακτικῶν· λέγονται γὰρ καθ' ἡμέραν νεαρὰ σώματα ἐσθίειν. ζητεῖν οὖν παρὰ τοῦ θεοῦ τροφὴν εἶπεν· ὡς τοῦ θεοῦ ὁρίσαντος αὐτοῖς οὕτως ζῆν. Ἀνατείλαντος δὲ αὖθις ἡλίου τὰ μὲν εἰς τὰς οἰκείας καταδύσεις χωρεῖ· ὁ δὲ ἄνθρωπος τὸν τῆς προτεραίας διὰ τοῦ ὕπνου ἀποθεραπεύσας πόνον, νεαρὸς αὖθις ἐν τοῖς ἔργοις καὶ πρόθυμος ἀπαντᾷ, εἶτα ἐν μέσῳ τῆς διηγήσεως γεγονὼς, καὶ τῶν εἰρημένων ἕκαστον λογισάμενος, καὶ τὴν θείαν κηδεμονίαν καταμαθὼν, καὶ οἷον ἐκ-

Digitized by Google

ἐκπλαγείς, ὡς ἐμεγαλύνθη, φησί, τὰ ἔργα σου κύριε; θαυμαστικὸν δὲ τὸ ὡς. ἐν σοφίᾳ γὰρ πάντα ἐποίησε· καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἔργων πολλή τις ἐγκέκρυπται σοφία. εἰπὼν οὖν τὰ τῆς ἐκπλήξεως ῥήματα, ἀναλαμβάνει πάλιν τὰ ὑπολελειμμένα εἰς τὴν κτίσιν, καὶ φησὶν· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. ὡσεὶ ἔλεγεν· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ποιημάτων ἀρκούντως ἡμῖν εἰρήσθω· ἐπιφέρει γάρ·

κέ. ΑΥΤΗ Η ΘΑΛΑΣΣΑ Η ΜΕΓΑΛΗ.] Ἐμνημόνευσε, φησι, περὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἀνωτέρω· ἀλλ' ἐκεῖ τοῦτο μόνον εἰπὼν τί ποιεῖ ἡ τῶν ὑδάτων φύσις, ἐνταῦθα περὶ τῶν ἐν αὐτῇ λέγει ζώων· τοῦτο γὰρ παρέλειψε. Λέγει οὖν ὅτι ὥσπερ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον πολλῶν ἐστι ζώων γεννητικὸν καὶ θρεπτικόν· οὕτω καὶ ἡ θάλασσα πολλῶν ζώων γένη φέρει· καὶ οὔτε τὰ ζῶα ἀριθμεῖται, οὔτε ἡ θάλασσα μετρεῖται. εἰπὼν οὖν, ὅσην ἐκτρέφει γονήν, λέγει καὶ ὅσον αὐτῆς χρήσιμον εἰς ἀνθρώπους. Ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται. Τίς γὰρ ἀγνοεῖ τὴν τῶν πλοίων χρείαν ἣν τῷ παντὶ παρέχουσιν, ἐξάγοντα μὲν τὰ περιττά, πληροῦντα δὲ τὰ ἐλλείποντα ταῖς πόλεσι. Διὰ τοῦ δράκοντος τὰ μεγάλα ᾐνίξατο κήτη, ἃ τοῖς μεγίστοις πελάγεσιν ἐμφιλοχωρεῖ. ἐν δὲ τῷ ἑβραϊκῷ Λευιαθὰν κεῖται. ἐμπαίζειν δὲ ἀντὶ τοῦ παίζειν εἴρηται. βούλεται δὲ σημαίνειν διὰ τούτου τὸ τῆς θαλάσσης εὐρύχωρον· ὅτι τοσαύτη τίς ἐστιν, ὥστε σὺν ἄλλοις πολλοῖς νηκτοῖς, ἔτι καὶ τὰ δρακοντώδη καὶ μεγάλα κήτη μὴ μόνον ἐννήχεσθαι ἔχειν ἐν αὐτῇ καὶ ἐνδιαιτᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ παίζειν καὶ χορεύειν· ὅπερ οὐκ ἀλλαχοῦ εἰ μὴ ἐν πολλῇ συμβαίνει εὐρυχωρίᾳ. πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητὸν οὕτως· πρὸς δὲ διάνοιαν τὸν διάβολον βούλεται λέγειν, ὃς ἀρχὴ πλάσματος κατὰ τὸν Ἰὼβ κυρίου τίθεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ καταπαίζεσθαι· τουτέστιν, ἐν μηδενὶ τίθεσθαι τὴν πανουργίαν αὐτοῦ. Οὐκ ἠβουλήθη δὲ συναριθμῆσαι τὸ κῆτος τοῖς λοιποῖς ζώοις διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος· καὶ γάρ φησι τοῦτο παρισοῦσθαι τοῖς ὄρεσι. Τὸ δὲ ἐμπαίζειν αὐτῷ· ἀντὶ τοῦ, ὥστε ἐν αὐτῷ παίζειν καὶ ἐνσκιρτᾶν· ὅπερ ἐστὶν ὑπερβολὴ τοῦ χωρίου καὶ τοῦ ἐνδιαιτωμένου ζώου. Μνημονεύσας δὲ ἁπάντων, ἐπάγει καθολικὸς τῆς προνοίας λόγον, καί φησι·

obstupescens, *Quàm magnificata*, inquit, *sunt opera tua Domine*! Ceterùm illud *quàm* est particula admirationis. In sapientia enim omnia fecit: & in operum eius magnitudine ingens quædam recondita est sapientia. Cùm igitur stuporis verba protulisset, resumit denuò residua quæ spectant creationem, & ait: *Impleta est terra creaturâ tuâ*. ac si dixisset: Ceterùm de terra quidem & creaturis in ipsa factis hæc satis à nobis dicta sint: subdit enim:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

25. HOC MARE MAGNVM.] Superiùs, inquit, maris quoque mentionem fecerat; sed ibi tantùm dixerat quid aquarum natura faceret, hîc autem de animantibus quæ in eo sunt disserit: hoc enim prætermiserat. Ait igitur: Quemadmodum terræ elementum plurima gignit nutritque animantia; sic etiam mare plurima animalium genera educare; & neque numero animalia, neque mare mensurâ comprehendi. Cùm ergo dixisset, quantam fœturam enutriat, refert quoque quanta sit ipsius in homines vtilitas. *Illic naues pertransibunt*. Quis enim ignorat nauium vtilitatem quam præbent vniuersitati, dum superflua quidem ciuitatibus auehunt, deficientia verò aduehunt. Per draconem magna cete insinuauit, quæ maxima maria inhabitare amant. In Hebræo autem est Leuiathan. *Ad illudendum* autem pro *ad ludendum* dicitur. Vult autem per hoc significare maris latum spatium; quod nimirum tantum sit, vt cum alijs natatilibus quam plurimis, insuper etiam dracones & cete grandia non solùm in eo natitent & commorentur, sed etiam ludant atque tripudient: quod vtique non alibi quàm in loco spatiosissimo fieri potest. Hoc igitur secundùm litteram quidem sic se habet: secundùm intelligentiam verò vult dicere diabolum, qui iuxta Iob *est principium formationis Domini positum vt illuderetur ab Angelis eius*; id est, vt pro nihilo haberetur versutia illius. Noluit autem cete propter nimiam eius magnitudinem cum ceteris animantibus numerari: ipsum enim tradunt montibus æquiparari. Illud autem *ad illudendum ei*; id est, ita vt in eo ludat & subsiliat: quod spatij & versantis in eo animalis excessum declarat. Ceterùm cùm omnia commemorasset, subiungit vniuersalem prouidentiæ rationem, & ait:

Maris & piscium in eo vtilitas.

Quid per Leuiathan intelligatur.

Iob 40,14.

27. OM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Dei prouidentia cunctis animantibus cibum concessit.

27. OMNIA A TE EXPECTANT.] Ceterùm omnia,inquit,quæ recensui, cibum à te & quærunt,& accipiunt: siquidem prouidentiæ tuæ ratio per omnia penetrans implet id quod deficit, & vniuscuiusque continet constitutionem. Nam genera eorum quæ consumuntur, vel quæ consumunt, nequaquam suffecissent,nisi prouidentia tua defectum suppleret. Alij de hominibus hoc dictum asserunt. Rationalium enim expectatio fit in tempore opportuno. Alij de mortalibus accipiunt. q. d. In tempore omnia à te recipiunt necessaria. Capiti autem immoratus subiungit: *Dante te illis.* q. d. Te largiente vnumquodque commoda sibi recipit. Et tamquam de patre familias manu suâ diuersa animalia nutriente subdit: *Aperiente te manum*; largitionis facilitatem per hæc declarans. Omnium, inquit, cibum manu contines, eamque aperiens in indigos effundis, & vnumquodque accipit prout necessitas requirit. Verumtamen, inquit, sicut omnia bonitate contines, ita si faciem auerteris, & prouidentiam subtraxeris, in nihilum denuò abeunt, atque illuc vnde producta sunt reuertuntur. Si enim omnium animas migrare iusseris, omnia pariter in proprium locum resoluuntur. Spiritum namque hoc loco animam appellauit. Ceterùm per hæc quoque visus est vniuersi consummationem declarare, & eam quæ futura est innouationem, ne dicta mundi genera perennare putarentur, & vt in eum qui perennaturus est spem colloraremus: idcircò postquam hæc in puluerem reuersa fuerint adiungit illud, *Emittes spiritum tuum, & creabuntur*; insinuans nobis resuscitationem quæ per diuinum Spiritum futura est. Cùm enim volueris, inquit, rursus vitalem ipsis facultatem indis (hanc enim hoc loco per spiritum intelligit) & omnia resuscitantur, & vetustas terræ innouatur.

Omnia opera Dei gloriam eius commendant.

31. SIT GLORIA DOMINI IN SÆCVLA.] In his, inquit, omnibus diuinum Numen perpetuò honoretur, vt & ipsum delectetur, admittens nostram gratitudinem. Laus enim quæ à creaturis Deo defertur lætitiam ipsi parit, non quòd ipse inde capiat emolumentū, sed quòd eius opera se illi grata exhibeant. Omnia igitur, inquit, opera Deum ex gratitudine laudare

κζ΄. ΠΑΝΤΑ ΠΡΟΣ ΣΕ ΠΡΟΣΔΟΚΩΣΙ.] Ἀλλὰ πάντα, φησὶν, ἃ κατέλεξα παρά σου τὴν τροφὴν καὶ ζητεῖ καὶ λαμβάνει· ὁ γὰρ τῆς προνοίας σου λόγος διὰ πάντων διήκων ἀναπληροῖ τὸ ἐλλεῖπον, καὶ τὴν ἑκάστου σύστασιν συγκροτεῖ· οὐ γὰρ ἂν διήρκεσε τὰ γένη τῶν δαπανωμένων, ἢ τῶν δαπανώντων, μὴ τῆς προνοίας, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληρούσης. Ἄλλοι περὶ ἀνθρώπων τοῦτο εἰρῆσθαι φασί. λογικῶν γὰρ ἡ προσδοκία εἰς εὔκαιρον γινομένη. Ἄλλοι περὶ θνητῶν. ἀντὶ τοῦ· εἰς καιρὸν ἅπαντα τὴν χρείαν παρὰ σοῦ λαμβάνει. ἐγχρονίζων δὲ τῷ κεφαλαίῳ ἐπιφέρει· Δόντος σου αὐτοῖς. οἷον· σοῦ παρέχοντος καρποῦται τὰ πρόσφορα ἕκαστον. καὶ ὡς ἐπὶ οἰκοδεσπότου χειρὶ τρέφοντος ζῶα ποικίλα ἐπιφέρει· Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα· τὴν εὐκολίαν τῆς χορηγίας διὰ τούτων δηλῶν. Κατέχεις, φησὶ, πάντων τὴν τροφὴν ἐν χειρὶ, καὶ ἀνοίγων ταύτην ἐκχέεις τοῖς δεομένοις, καὶ μεταλαμβάνει ἕκαστον ὡς ἡ χρεία καταναγκάζει. Ἀλλ᾽ ὥσπερ, φησὶ, πάντα χρηστότητι συγκροτεῖς, οὕτως ἐὰν ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου, καὶ κωλύσῃς τὴν πρόνοιαν, εἰς τὸ μὴ ὂν πάλιν ἀναχωρεῖ, ἐκεῖθεν ὑποστρέφοντα ὅθεν παρήχθη. Ἐὰν γὰρ κελεύσῃς πάντων ἀναχωρῆσαι τὰς ψυχὰς, πάντα ὁμοίως εἰς τὸν οἰκεῖον ἀναλύεται χῶρον. πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν εἶπεν. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν τοῦ παντὸς συντέλειαν δηλοῦν, καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀνακαίνωσιν, ὡς ἂν μὴ τὰ λεχθέντα διαιωνίζειν ὑποπτευθῇ γένη τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ἂν εἰς ἐκεῖνον ἔχοιμεν τὰς ἐλπίδας τὸν διαιωνίζοντα· διὸ μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι εἰς χοῦν τό, ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· προστίθησι τὴν διὰ τοῦ θείου πνεύματος γενησομένην ἀναβίωσιν ἡμῶν αἰνιττόμενος. βουληθεὶς γὰρ πάλιν, φησὶ, τὴν ζωτικὴν ἐντιθεὶς τούτοις δύναμιν (τοῦτο γὰρ λέγει ἐνταῦθα πνεῦμα) καὶ ἀνακτίζεται πάντα, καὶ ἀνακαινίζεται τῆς γῆς τὸ παλαίωμα.

λα΄. ΗΤΩ Η ΔΟΞΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΙΩΝΑΣ.] Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, ἅπασι δοξαζέσθω τὸ θεῖον διηνεκῶς, ὥστε καὶ αὐτὸ ἥδεσθαι, ἀποδεχόμενον ἡμῶν τὴν εὐγνωμοσύνην. Εὐφροσύνη γὰρ γίνεται θεῷ ἡ παρὰ τῶν γεγονότων δοξολογία, οὐχ ὅτι αὐτὸς ὀνίναται, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὰ ἔργα εὐγνωμονεῖ. χρὴ μὲν οὖν, φησι, πάντα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ δοξάζειν· αὐτὸν

Digitized by Google

αὐτὸν διʼ εὐγνωμοσύνην· εἰ δὲ μὴ διὰ τοῦτο βουληθείη, ποιήσει αὐτὸ διὰ φόβον. Ὁ γὰρ χρηστευόμενος ἐὰν ἀγνωμονηθῇ, σείσει τὸ πᾶν ἐκ βάθρων νεύματι μόνῳ, καὶ τὰ ὄρη ὡς ὑπὸ πυρὸς φλεγόμενα καπνίσεται, καὶ τότε καὶ ἄκοντες ὁμολογήσουσι δεσπότην, ὃν εὖ ποιοῦντα οὐχ ὡμολόγησαν. οὐχ ὅτι δὲ γίνεται τοῦτο, ἐλέχθη τὸ σείεσθαι τὴν γῆν θείῳ βλέμματι. (πότε γὰρ οὐχ ὁρᾶται;) ἀλλʼ ὅτι τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον καὶ τὰ ὄρη κατά τινα φυσικὴν συναίσθησιν πλήττει τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ ὡς κηρὸς ἐκ προσώπου πυρὸς τήκεται· ἢ τὴν καθόλου κρίσιν ἐπισυνάπτει τούτοις, ἣ φόβον παρέξει πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς. οὐ γάρ ἐστιν, ὁ μὴ δεδοικὼς ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν δικαστήριον.

λγʹ. ᾌΣΩ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΤΗ ΖΩΗ ΜΟΥ.] Ἀλλʼ ἐγώ, φησιν, οὐκ ἀναμένω τὴν ἀνάγκην, ὑμνήσω δὲ αὐτὸν διηνεκῶς, καὶ ἀπαραλείπτως αὐτῷ προσοίσω τὴν δόξαν, ἕως ἂν ἡ παροῦσά μοι ἐπιμετρῆται ζωή. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων αὐτοῦ. ἐπείπερ καὶ αὐτῷ ἡδὺ τοῦτο φαίνεται μᾶλλον ἢ ὁ ἐξ ἀνάγκης φόβος· τὴν γὰρ διαλογὴν διάλεξιν ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, ὁ δὲ Ἀκύλας ὁμιλίαν. Εὔχομαι, φησιν, αὐτῷ τὴν παροῦσάν μου διάλεξιν πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ γενέσθαι. καί μοι δὲ τῷ ἐξ εὐγνωμοσύνης δοξολογοῦντι ἔσται ἡδονὴ οὐκ ὀλίγη καὶ κέρδος. πᾶσα γὰρ ἡ περὶ τὸν θεὸν ἀγάπη ἀντίδοσιν ἔχει ταύτην αὐτήν, τὴν τοῦ ἀξιοῦσθαι ἀγαπᾶν τὸν δεσπότην. οἱ μέντοι μὴ αἰσθανόμενοι τῆς χρηστότητος, καὶ τοῦ παρανομεῖν οὐκ ἀμελοῦντες, μηδὲ ἔσονται ἐπὶ γῆς ἐτώσιον ἄχθος· ἢ ἐκλείψουσι οὐχ ἁπλῶς, εἶπεν, ἀπὸ παντός, ἀλλʼ ἀπὸ γῆς, ὡς μηκέτι ὑπάρχειν ἐν γῇ, ἀλλʼ ἐν ἑτέρῳ στοιχείῳ· ἀκούσονται γὰρ τό· πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ. Ἄλλος δὲ τὴν ἁμαρτίαν φησὶν ἐκλείψειν ἐπεύχεται. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπου πολέμιος, ἀλλʼ ἡ κατὰ κακίαν τῆς προαιρέσεως κίνησις, εἰς ἐχθροῦ τάξιν τὸ τῇ φύσει συνημμένον κατέστησε. Τὸ κακὸν τοίνυν ἐκλείψειν ἐπεύχεται. ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐ κακόν· πῶς γὰρ ἂν κακὸν ᾖ τοῦ ἀγαθοῦ ὁμοίωμα; εἶτα ὥσπερ ἐπισφραγίζων ὕμνῳ τὸν ψαλμόν, ὥσπερ ἤρξατο καὶ λήγει εὐλογεῖν τὸν κύριον τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ προτρεπόμενος.

oportet: quòd si verò id grato animo præstare noluerint, facient vtique propter metum. Si enim is qui beneficium accepit ingratus extiterit, vel solo nutu à fundamentis concutiet vniuersum, & montes quasi ab igne succensi fumigabunt, & tunc etiam inuiti confitebuntur Dominum, quem benefactorem non erant confessi. Ceterùm non quòd hoc fiat, dictum est terram concuti aspectu diuino: (quando enim non conspicitur?) sed quia terræ elementum & montes secundùm naturalem quamdam consensionem Dei timore percelluntur, & instar ceræ à facie ignis colliquescunt. Vel vniuersale iudicium his subiungit, quod metum incutiet omnibus qui in terra sunt. Nemo enim est, qui terribile illud tribunal non reformidet.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

33. CANTABO DOMINO IN VITA MEA.] Verùm ego, inquit, non expecto necessitatem, sed ipsum assiduè laudabo, & incessanter ipsi gloriam adferam, quo vsque præsens mihi vita prorogatur. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.* Quandoquidem hoc illi quoque gratius apparet quàm coactus timor; *Eloquium* autem Symmachus *sermocinationem* dixit, Aquila verò *colloquium*. Precor, inquit, vt præsens sermo meus ipsi iucundus existat. Porrò mihi quoque ex gratitudine ipsum collaudanti haud paruæ voluptati & emolumento erit. Omnis enim Dei dilectio hanc ipsam mercedem habet, quòd Dominum diligere mereatur. Ceterùm qui non percipiunt hanc benignitatem, & delinquere non cessant, ne sint super terram pondus iners; vel deficient, non simpliciter, inquit, ab vniuerso, sed de terra, ne videlicet ampliùs sint in terra, sed in alio elemento: audient enim illud: *Discedite in ignem.* Alius autem ait ipsum rogare vt peccatum deficiat. Non enim homo homini hostis est, sed motus libertatis, qui ex malitia existit, id quod naturâ coniunctum est inimicum effecit. Itaque optat vt malitia deficiat. Homo autem non est quid malum: quomodo enim malum esset id quod boni est similitudo? Deinde quasi hymno Psalmum concludens, prout inceperat etiam finit, animam suam excitans ad Dominum benedicendum.

Voluntariè laudandus Deus.

Psal. 6, 6.

Matth. 25, 41.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Hic Psalmus docet quomodo Creator laudandus sit.

THEODORETI. Spiritus sancti gratia non modò moralem & dogmaticam doctrinam hominibus affert; verùm etiam quomodò Creatorem laudare conueniat, accuratè docet. Propterea hunc Psalmum conscribit beato Dauide ministro vsa; vt omnes discant, quibus laudibus beneficij auctorem remunerari oporteat.

I. BENEDIC ANIMA MEA DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Sumit exordium ab his quæ Paulus iussit dicens: *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* Idcircò ait: *Benedic anima mea Dominum.* Non solùm enim Deus homini benedicit, sed etiam homo Deo, sed non eâdem ratione. Siquidem Deus homini benedicit, & securum ipsum & illustriorem reddendo, veluti Abrahamum; homo verò non sic, sed semetipsum tunc illustriorem faciendo. Siue enim Deus hominem benedicat, siue homo Deum, ex vtroque lucrum ad hominem pertransit: nam Deus nullius eget. Quemadmodum igitur hi qui Deo benedicunt, ipsimet lucrum referunt, nihil Deo adijcientes; sic etiam is qui illi maledicit, ipsemet noxam sustinet: Deus enim noxæ expers est: & sicut bonorum nostrorum non eget, sic nec à malitiâ peruersè viuentium damnum accipit. Nam qui benedictione sublimior est, multò magis est supra maledictionem.

Colos. 3, 17. Quomodo Deus homini, & homo Deo benedicat.

THEODORETI. *Magnificatus es,* inquit, *vehementer.* Non enim paruus existens magnificatus est, sed cùm naturâ suâ magnus esset, hoc pijs hominibus demonstratum est; neque tota magnitudo ostensa est, sed quantam humana natura ex creaturarum magnificentia & prouidentia & diuersitate valet comprehendere.

Quomodo Deus magnificetur.

CHRYSOSTOMI. Non dixit, *Domine Deus,* & tacuit, sed, *Domine Deus meus:* quod magni affectus erat & feruentissimæ dilectionis. Maxima nempe species benedictionis est, Deum per affectum, per opera, per vitæ institutum sibi facere familiarem:

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος χάρις οὐ μόνον ἠθικὴν καὶ δογματικὴν διδασκαλίαν τοῖς ἀνθρώποις προσφέρει· ἀλλὰ καὶ ὅπως ὑμνεῖν προσήκει τὸν ποιητὴν, ἀκριβῶς ἐκπαιδεύει. Διά τοι τοῦτο τόνδε συγγράφεται τὸν ψαλμὸν τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ ὑπουργῷ χρησαμένη· ὡς ἂν μάθοιεν ἅπαντες τίσιν ὕμνοις χρὴ τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι.

α΄. ΕΥΛΟΓΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀπὸ τῶν προοιμίων ἄρχεται ἀφ᾽ ὧν ὁ Παῦλος ἐκέλευε λέγων· Πᾶν ὅτι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι᾽ αὐτοῦ. διὰ τοῦτό φησιν· εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. οὐχὶ γὰρ θεὸς ἄνθρωπον μόνον εὐλογεῖ, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος θεὸν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἄνθρωπον εὐλογεῖ, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστὰς καὶ λαμπρότερον ποιῶν, καθάπερ τὸν Ἀβραάμ· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν τότε λαμπρότερον ποιῶν. Ἄν τε γὰρ ὁ θεὸς εὐλογῇ τὸν ἄνθρωπον, ἄν τε ἄνθρωπος τὸν θεὸν, ἑκατέρωθεν τὸ κέρδος εἰς τὸν ἄνθρωπον διαβαίνει· τὸ γὰρ θεῖον ἀπροσδεές. ὥσπερ οὖν οἱ θεὸν εὐλογοῦντες, αὐτοὶ καρποῦνται τὸ κέρδος, οὐδὲν προστιθέντες ἐκείνῳ· οὕτω καὶ ὁ βλασφημῶν αὐτὸν, αὐτὸς ὑπομένει τὴν βλάβην· τὸ γὰρ θεῖον ἀνώλεθρον· καὶ καθάπερ τῶν ἀγαθῶν ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει, οὕτως οὐδὲ ὑπὸ τῆς πονηρίας τῶν ἐν κακίᾳ ζώντων δέχεται λύμην. ὁ γὰρ τῆς εὐλογίας ἀνώτερος ὢν, πολλῷ μᾶλλον, καὶ τῆς βλασφημίας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐμεγαλύνθης, φησὶ, σφόδρα. Οὐ γὰρ σμικρὸς ὢν ἐμεγαλύνθη, ἀλλὰ φύσει μέγας ὢν, τοῦτο τοῖς εὐσεβέσιν ἐδείχθη· καὶ ἐδείχθη οὐχ ἅπαν τὸ μέγεθος, ἀλλ᾽ ὅσον ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ἐχώρει διὰ τῆς τῶν κτισμάτων μεγαλουργίας τε καὶ προνοίας καὶ ποικιλίας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπε, κύριε ὁ θεὸς, καὶ ἐσίγησεν, ἀλλὰ, κύριε ὁ θεός μου· ὃ πολλῆς διαθέσεως ἦν καὶ θερμοτάτης ἀγάπης, ὅπερ οὖν μέγιστον εἶδος εὐλογίας ἐστὶ, τὸ τὸν θεὸν οἰκειοῦσθαι διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν διαθέσεως, διὰ τῶν ἔργων, διὰ τῆς πολιτείας·

ὁ γὰρ

ὁ γὰρ οὕτως τὸν Θεὸν οἰκειωσάμενος, οὗτος καὶ εὐλογεῖν δύναται καὶ ὕμνους ἀναφέρειν. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ. Τί ποτέ ἐστιν, ἐμεγαλύνθης σφόδρα; Ἔλαβε μεγαλωσύνην; καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; αὐτὸς γὰρ οὐδὲν προσλαμβάνει, ἀεὶ ὡσαύτως ὤν, καὶ ὁ αὐτὸς ὤν· πῶς οὖν γίνεται μέγας, ἀεὶ ὢν μέγας, καὶ μὴ δεόμενος προσθήκης; Ὅταν οἱ ἀνακείμενοι αὐτῷ βίον ἄριστον ἐπιδείξωνται, ὅταν καὶ διὰ ῥημάτων καὶ δι' ἔργων αὐτὸν ἀνυμνῶσι, μεγαλύνεται τότε· οὐκ αὐτός τι προσλαμβάνων εἰς μέγεθος, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸν διὰ τῶν θεραπευόντων αὐτὸν μέγας δεικνύμενος. Εἰπὼν οὖν, ἐμεγαλύνθης σφόδρα, ποῖον γυμνάζει τρόπον, τὸν τῆς φύσεως, ἢ τὸν κατ' ἀρετήν, ἢ τὸν ἀπὸ τῶν ἔργων; Καὶ γὰρ καὶ μέγας ὁ Θεός, ὅτι ἄφραστος, ἀπερινόητος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος· ὅπερ ἐστὶ φύσεως ἴδιον. μέγας ὁ Θεός, ὅτι χρηστός, ἐλεήμων, φιλάνθρωπος, ἐπιεικής, μακρόθυμος, ἀναμάρτητος. μέγας ὁ Θεός, ὅτι τοσαῦτα εἰργάσατο. Μεγαλύνεται πάλιν ὑπὸ τῶν ὀρθῶς βιούντων, καὶ αὐτῷ ἀνακειμένων. Ἴδωμεν τοίνυν ποῖον τρόπον λέγει τοῦ μεγαλύνεσθαι τρόπον· ποῖον τοίνυν λέγει; τὸν ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ τὸν παρὰ ἀνθρώπων αὐτῷ γινόμενον· δι' οὓς μάλιστα ἐποίησε πάντα.

Θεοδωρήτου. Οὐκέτι γάρ σε ἀγνοοῦσιν οἱ τῶν σῶν ἀπολαύοντες ἀγαθῶν, οὐδὲ τοῖς εἰδώλοις τὸ σὸν σέβας προσφέρουσιν, ἀλλὰ σὲ ὑμνοῦσι, καὶ σοὶ τὸ τῆς δοξολογίας ἐκτίνουσι χρέος.

Εὐσεβίου. Χαίρειν δὲ ἐν ταὐτῷ καὶ θάρσος ἀναλαμβάνειν διδάσκεται ἡ ψυχή, διὰ τοῦ σεμνύνεσθαι, καὶ αὐτῆς κύριον τὸν Θεὸν τῶν τοσούτων μεγαλουργὸν ἐπιγράφεσθαι, ἰδιοποιεῖσθαί τε αὐτὸν λέγουσα· κύριε ὁ Θεός μου ὡς ἐμεγαλύνθης σφόδρα; ἑξῆς ἐπιλέγει· Ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐνεδύσω.

Ἡσυχίου. Οὐχ' ὅτι μεγέθους προσθήκην ἐδέξατο· ἀεὶ γάρ ἐστι, καὶ ὡσαύτως ἐστίν· ἀλλ' εἰκότως μεγαλυνθῆναι λέγει τοῦ μεγέθους αὐτοῦ τὴν φανέρωσιν, οὖσαν μὲν καὶ πρότερον, σφοδροτέραν δὲ γενομένην εἰς ὕστερον. εἰ γὰρ καὶ ἱκανὰ εἰς δήλωσιν τοῦ Θεοῦ ἡ τῶν ἀγγέλων

nam is qui Deum hoc modo sibi familiarem reddidit, hic potest etiam ipsi benedicere atque hymnos offerre. Nam *non est speciosa laus in ore peccatoris.*

CATENA PATRVM. Eccl. 15,9.

Eivsdem. Quid tandem est illud, *Magnificatus es vehementer?* Accepitne magnitudinem? At quomodo hoc locum habeat? Ipse enim nullum assumit incrementum, cùm semper eodem modo se habeat, idemque existat. Quomodo igitur magnus fit, cùm semper magnus sit, & incremento non egeat? Quando nimirum ipsi deuoti vitam optimam exhibent, quando & verbis & operibus ipsum laudant, tunc vtique magnificatur; non quòd ipsius magnitudini aliquid accedat, sed quòd apud eos qui ipsum ignorabant per seruos suos magnus declaretur. Cùm itaque dixerit, *Magnificatus es vehementer*, qualem modum exercet, an naturæ, an virtutum, an operum? Etenim magnus quoque Deus, quia ineffabilis, inintelligibilis, inaspectabilis, incomprehensus: quod naturæ eius proprium est. Magnus Deus, quia bonus, misericors, hominum amans, mansuetus, longanimis, impeccabilis. Magnus Deus, quia tanta operatus est. Magnificatur iterùm ab his qui rectè viuunt, & ipsi deuoti sunt. Videamus igitur qualem magnificandi modum intelligat: qualem igitur dicit? vtique naturæ, & illum qui ab hominibus fit; propter quos potissimùm omnia fecit.

Theodoreti. Non enim ampliùs hi qui tuis perfruuntur bonis te ignorant, neque tuum honorem idolis deferunt, sed te laudant, & tibi gloriæ debitum pendunt.

Evsebii. Anima autem in hoc gaudere & fiduciam sumere docetur, quòd in ipso glorietur, & Domino Deo suo tantorum operum magnificentia attribuatur, ipsumque sibi proprium reddat dicens: *Domine Deus meus quàm magnificatus es vehementer?* Deinde subiungit: *Confessionem & decorem induisti.*

Hesychii. Non quòd magnitudinis incrementum acceperit: semper enim est, & eodem modo se habet: sed meritò magnificari dicit magnitudinis eius manifestationem, quæ anteà quidem erat, sed postmodum magis inclaruit. Etsi enim Angelorum condi-

CATENA PATRVM.

Deus per Christi incarnationem maximè magnificatur.

conditio, cælorum expansio, terræ fundatio, & cetera quæ Psalmista his subiunxit, satis essent ad Deum manifestandum; attamen his magis apta est Saluatoris incarnatio, quippe quòd homo factus sit, & Deus permanserit; quòd nostra passus sit, & propriam seruauerit impassibilitatem: quocircà licet hæc ordine posteriora fuerint, Deus tamen ea ceteris præposuit, vtpote virtute potiora. Hanc autem magnificentiam & confessionem ipsum induisse ait, non quasi illam rursus depositurus sit, sed vt ostendatur, quòd incarnatus minimè sit in hominem commutatus, sed Deus permaneat, & homo fiat.

2. AMICTVS LVMINE SICVT VESTIMENTO.] CHRYSOSTOMI. Quid ais ô Propheta? Euangelista dicit, Quoniam *ipse erat lux vera:* Paulus ait, Quia *lucem habitat inaccessibilem:* tu dicis ipsum amictum esse vestimento. Vides quoniam, quantumuis Propheta quis sit, quantumuis Apostolus, quantumuis Euangelista, non possit assequi declarationem, sed à nostris nominibus adscendentes, sensim obscurum aliquem sensum exhibeant ineffabilis gloriæ illius: cùm enim ipsum quid tamdem secundùm substantiam sit ignorent, à rebus apud nos splendidis contendunt illam quoad id fieri potest venerari.

Ioan. 1, 9. 1. Tim. 6, 16.

Quomodo Deus dicatur amictus lumine.

ATHANASII. A spiritali luce hymnum ipsi texere orditur. Sicut autem alibi dicitur inhabitare lucem inaccessibilem; ita hîc illud ipsum lumen induere perhibetur.

EVSEBII. Quemadmodum is qui sensibile vestimentum induit, vndique tegitur; ita Deus vndequaque plenus cognitionis, cùm natura eius incomprehensibilis existat, amicitur lumine sicut vestimento, lucis vocabulo hîc etiam exactissimam cognitionem denotante.

Christi incarnatio lux nominatur.

HESYCHII. De ipsamet incarnatione loquitur: illam enim Ioannes quoque lucem appellauit. sic autem ait: *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Ioan. 1, 5.

Ibid. 12.

ANONYMI. Hac tamquam vestimento non solùm induitur, sed etiam amicitur. Induitur quidem, quando totaliter carnis defectibus eam quodammodò tegit, & virtutem

δημιουργία, τῶν οὐρανῶν ἡ ἔκτασις, ἡ τῆς γῆς θεμελίωσις, καὶ ἕτερα ὅσα τούτοις ὁ ψαλμῳδὸς ἐπήγαγεν· ἀλλὰ τούτων ἱκανωτέρα ἡ τοῦ σωτῆρος σάρκωσις, τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον, καὶ μεῖναι θεόν· παθεῖν τὰ ἡμέτερα, καὶ φυλάξαι τὴν οἰκείαν ἀπάθειαν· διόπερ καίτοι δεύτερα ταῦτα τῇ τάξει τυγχάνοντα, πρότερα τῶν ἄλλων ὁ θεὸς ἔταξεν, ὡς τῇ δυνάμει τυγχάνοντα πρότερα. Ἐνδύσασθαι δὲ ταύτην αὐτὸν τὴν μεγαλοπρέπειαν καὶ τὴν ἐξομολόγησίν φησιν, οὐχ ὡς πάλιν ἀποδύεσθαι μέλλοντα, ἀλλ' ὥστε δειχθῆναι, ὅτι σαρκωθεὶς οὐ μεταβλήθη εἰς ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ θεὸς μένει, καὶ ἄνθρωπος γίνεται.

β'. ΑΝΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΣ ΦΩΣ ΩΣ ΙΜΑΤΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί φῂς ὦ προφῆτα; ὁ Εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι αὐτὸς ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· σὺ περιβεβλῆσθαι αὐτὸν φῂς τὸ ἱμάτιον. ὁρᾷς ὅτι, κἂν προφήτης ᾖ τίς, κἂν Ἀπόστολος, κἂν Εὐαγγελιστής, οὐ δύναται παραδέξασθαι τῆς σαφηνείας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ὀνομάτων ἀναβαίνοντες, κατὰ μικρὸν ἀμυδράν τινα παριστῶσιν ἔννοιαν τῆς ἀῤῥήτου δόξης ἐκείνης· ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸ τί ποτέ ἐστι τὴν οὐσίαν οὐκ ἴσασιν, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν λαμπρῶν φιλονεικοῦσιν ἐπιλαβέσθαι αὐτῆς ὡς οἷόν τε.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀπὸ τοῦ νοουμένου φωτὸς ἄρχεται τὸν ὕμνον ἀναπλέκειν αὐτῷ. ὥσπερ δὲ ἐν ἑτέρῳ λέλεκται φῶς οἰκεῖν ἀπρόσιτον· οὕτως ἐνταῦθα αὐτὸ τοῦτο τὸ φῶς ἀναβάλλεσθαι λέγεται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὥσπερ ὁ ἀναβαλλόμενος τὸ αἰσθητὸν ἱμάτιον, πάντοθεν καλύπτεται· οὕτω θεὸς γνώσεως πάντοθεν πεπληρωμένος, ὡς ἀκατάληπτον αὐτοῦ τυγχάνειν τὴν οὐσίαν, ἀναβάλλεται φῶς ὡς ἱμάτιον, σημαινούσης καὶ ἐνταῦθα τῆς φωτὸς προσηγορίας τὴν ἀκριβεστάτην γνῶσιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Περὶ τῆς αὐτῆς οἰκονομίας λέγει· φῶς γὰρ αὐτὴν καὶ Ἰωάννης ἐκάλεσε. λέγει δὲ οὕτως· Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτείᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταύτην ὡς ἱμάτιον οὐ μόνον ἐνδύεται, ἀλλὰ καὶ ἀναβάλλεται. δύεται μὲν ὅτι ὁλοκλήρως τοῖς ὑστερήμασι τῆς σαρκὸς σκέπει τὸ αὐτόν τινα τρόπον, καὶ κρύπτει τὴν δύναμιν

τῆς

Digitized by Google

τῆς θεότητος, οἷον πεινᾶν, κοπιᾶν, δειλιᾶν, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα ὑπομένων ἀνθρώπινα. ἀναβάλλεται δὲ, ἡνίκα ἑαυτῆς φανεροῖ τὴν θεότητα ἐπιτιμῶν τῇ θαλάσσῃ, σαλεύων τὴν γῆν, σκοτίζων τὸν ἥλιον. οὐκέτι γὰρ τότε συγχωρεῖ τὴν θεότητα ὑπὸ τῆς ἀνθρωπότητος κρύπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλεσθαι τὸ τῆς σαρκὸς ἱμάτιον, τουτέστι, κουφίζειν καὶ ἀναστέλλειν λέγεται.

ΕΚΤΕΙΝΩΝ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ ΩΣΕΙ ΔΕΡΡΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁμοῦ καὶ τὸ σχῆμα αὐτοῦ παρίστησι καὶ τὴν εὐκολίαν τοῦ δημιουργήσαντος. καθάπερ γὰρ ἀνθρώπῳ ῥᾴδιον ἐκτεῖναι δέῤῥιν, οὕτω καὶ τῷ Θεῷ τὸν οὐκ ὄντα ποιῆσαι οὐρανόν. Ἅμα δὲ καὶ τί ἕτερον ᾐνίξατο νόημα ὑψηλὸν, ὅτι πρὸς ἕτερον βίον ὁδεύομεν, καὶ τὰ παρόντα σκιὰ τῶν μελλόντων, καὶ οὐδέπω πρὸς τὰ ἄδυτα ἀφικόμεθα, ἀλλ' ἔτι ἐν σκιᾷ ἐσμὲν τοῦ παρόντος βίου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὕτω καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἀλλασσομένου ἕτερος ἔσται τρόπος ζωῆς τῆς παρούσης ἀμείνων· ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή. Ἀλλ' ἀκουσώμεθα ὅσα περὶ οὐρανοῦ λέγουσιν οἱ προφῆται, ἵνα τὰ στόματα, τῶν ἐπὶ τῷ πώγωνι μεγαφρονούντων, ἐμφράξωμεν, οἳ τὰ ἐπελθόντα φθεγξάμενοι, καὶ ὑπὸ γῆν οὐρανὸν εἶναι λέγουσι πρὸς οὓς ἱστάμενος ὁ προφήτης ἔλεγεν· ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. ἡ δέῤῥις οὐ σφαῖρα τίς ἐστι, κατὰ τὴν ἐκείνων ληρῳδίαν· ἀλλ' ἡμικυκλίῳ τινὶ καὶ ἡμισφαιρίῳ προσέοικεν, ὅπερ οὖν ἕτερος προφήτης δηλῶν ἔλεγεν· Ὁ στήσας ὡσεὶ καμάραν τὸν οὐρανὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν, ὅτι οὐ περιδονεῖται, ἀλλ' ἕστηκε πεπηγώς, οὕτω φησὶν ὁ προφήτης· Ὁ πήξας τὸν οὐρανόν. Καὶ τὴν λεπτότητα δὲ αὐτοῦ τὴν εἰς ἄκρον παριστῶν ἔλεγεν· ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡσεὶ καπνὸς ἐστερεώθη.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὴν τῆς δημιουργίας εὐκολίαν διὰ τούτων ἔδειξεν. ὡς γὰρ ἀνθρώπῳ ῥᾴδιον δέῤῥιν ἐκτεῖναι, καὶ ποιῆσαι σκηνήν· οὕτως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ μεγάλα τῶν οὐρανῶν διαπέτασε κόλπα λόγῳ μόνῳ χρησάμενος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σαφῶς τὸν σαρκωθέντα δημιουργὸν ἐκήρυξε, ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγων ἅπερ Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἔγραψεν· εἰπὼν γὰρ ἐκεῖνος περὶ τοῦ Θεοῦ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, μετὰ τοῦτο καινὸν· ὁ Λόγος

diuinitatis abscondit, videlicet esuriendo, laborando, timendo, & similia huiusmodi sustinendo. Amicitur verò, quando diuinitatem suam manifestat, increpando mare, concutiendo terram, obtenebrando solem. Non ampliùs enim tunc sinit dininitatem ab humanitate occultari; atque idcircò dicitur amictus esse carnis vestimento, id est, illud attollere & leuare.

CATENA PATRVM.

EXTENDENS CÆLVM SICVT PELLEM.] ATHANASII. Simul & figuram eius exhibuit & facilitatem Conditoris. Quemadmodum enim homini facile est pellem extendere, ita etiam Deo cælum, cùm non existeret, creare. Simul autem alium quoque sensum sublimem insinuauit, nempe nos ad aliam vitam proficisci, & hæc præsentia esse vmbram futurorum, & necdum nos ad adyta pertingere, sed adhuc in vmbra versari vitæ præsentis.

Quomodo cælum à Deo extendatur.

EIVSDEM. Sic etiam cælo immutato alia erit viuendi ratio melior hac præsente: erit enim *cælum nouum, & terra noua.* Sed audiamus quæ de cælo Prophetæ narrent, vt ora eorum, qui ob barbam superbiunt, obstruamus, qui obuia quæque effutiunt, & sub terra cælum esse asserunt: quibus opponens se Propheta, dixit; *Extendens cælum sicut pellem.* Pellis non sphæra quædam est, secundùm insanam illorum opinionem; sed semicirculo & semisphæræ assimilatur, vti alius quidam Propheta declarans dixit: *Qui statuit quasi cameram cælum, & extendit quasi tabernaculum ad habitandum super terram.* Et iterùm, quòd minimè circumuoluatur, sed fixum consistat. sic ait Propheta: *Qui fixit cælum.* Quin & summam subtilitatem eius declarans dixit: *Quoniam cælum sicut fumus firmatum est.*

Isaie 66, 22.

Isaie 40, 22.

Isa. 42, 5.

Isa. 51, 6.

APOLINARII. Per hæc creationis facilitatem ostendit. Sicut enim homini facile est pellem extendere, & tabernaculum fabricare; ita vniuersorum Deus magnos cælorum sinus expandit verbo solo vsus.

HESYCHII. Manifestè prædicauit Creatorem incarnatum, eadem de ipso dicens quæ Ioannes Theologus scripsit: cùm enim de Deo dixisset, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est*; postmodum subiungens ait: *Verbum caro*

Ioan. 1, 3.

Ibid. 14.

CATENA PATRVM.

caro factum est, & habitauit in nobis.

3. QVI TEGIT AQVIS SVPERIORA EIVS.] APOLINARII. Cælum non orbiculariter vniuerso orbi circumpositum est illumque ambit, sed tegit terram stabili ac firmâ statione circum eam expansum, tectum desuper aquis.

Quomodo cæli tegantur aquis.

CHRYSOSTOMI. *Superiora* cuius, dic mihi? Cæli. Itaque supra dorsum cæli plurima aquarum natura circumfusa est. Hoc cùm Moyses quoque agnosceret, ait post supremi cæli creationem dixisse Deum: *Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit discernens inter aquam & aquam.*

Gen. 1, 6.

DIDYMI. Superiorem nostrum aërem & ad æthera vergentem iuxta nubium conuersiones aquis tegit. Secundùm spiritalem verò intelligentiam cælum appellat substantiam extensam & expansam ad mentem protegendam. Qui tegit spiritalibus ac diuinis aquis superiora animæ, id est facultates eius quæ supra sensilia existunt.

HESYCHII. Ostendit enim sublimia mysteria quæ in aquis Baptismatis declarantur.

QVI PONIT NVBES ASCENSVM SVVM.] CHRYSOSTOMI. Considera rursus quomodo ab operibus ad opificem adducat orationem: hîc enim diuinæ naturæ leuitatem ostendit, populum Iudaicum non secùs ac pueros sensim ad rei incorporeæ intelligentiam manuducens: atque alibi quidem ait: Quoniam *in cælo sedes eius:* alibi verò alius: *Cælum & terram ego impleo.* Hoc autem illo maius est. Hîc ait, Quia posuit nubes ascensum suum. Hoc iterùm sublimius est. Deinde ab his liber, aliam quærit substantiam subtiliorem, leuiorem, velociorem: quapropter etiam subiunxit: *Qui ambulat super pennas ventorum.*

Qualis sit Dei super nubes ascensus.

Psal. 10, 4. Iere. 23, 24.

HESYCHII. Hoc contigit Vnigenito secundùm tempus in cælos ascensionis, quando *nubes suscepit eum.*

Act. 1, 9.

APOLINARII. Per hæc declarauit prouidentiam vbique penetrantem. Insistit enim, inquit, & ventis & nubibus, & ipse dirigit gubernatque vniuersa, & vtilitatem inde promanantem opportunè largitur. Porrò eodem tempore edocet, diuinam naturam vbique præsentem adesse, atque omnibus

φησὶ σάρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.

γʹ. Ο ΣΤΕΓΑΖΩΝ ΕΝ ΥΔΑΣΙ ΤΑ ΥΠΕΡΩΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οὐ σφαιρηδὸν οὐρανὸς τῷ παντὶ περιήκεται καὶ περιθεῖ, ἀλλὰ στεγάζει γῆν πεπηγμένος περὶ αὐτὴν μονίμως καὶ ἑδραία τῇ στάσει σταγαζόμενος ἄνωθεν ὕδασιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Υπερῷα τινός, εἰπέ μοι; τοῦ οὐρανοῦ. οὐκοῦν κατὰ τὸν νῶτον τοῦ οὐρανοῦ περικέχυται πολλὴ φύσις ὑδάτων. τοῦτο καὶ Μωσῆς ἰδὼν, ἔλεγεν μετὰ τὸν οὐρανὸν τὸν ἄνω ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸν ἀνωτέρω ἡμῶν ἀέρα καὶ νεύοντα πρὸς τὸν αἰθέρα ὕδασι τοῖς κατὰ τὰς συστροφὰς τῶν νεφελῶν στεγάζει. πρὸς δὲ διάνοιαν τὴν νοητὴν οὐσίαν οὐρανὸν ὀνομάζει ἐκτεινομένην καὶ ἁπλουμένην ἐπὶ σκέπῃ τοῦ νοῦ. ὁ στεγάζων τοῖς νοητοῖς καὶ θείοις ὕδασι τὰ ὑπερῷα τῆς ψυχῆς, τουτέστι τὰς δυνάμεις αὐτῆς τὰς ὑπεράνω τῶν αἰσθητῶν τυγχανούσας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὰ γὰρ ὑψηλὰ τῶν μυστηρίων ἐν τοῖς ὕδασι τοῦ βαπτίσματος ἔδειξεν.

Ο ΤΙΘΕΙΣ ΝΕΦΗ ΤΗΝ ΕΠΙΒΑΣΙΝ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν πῶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπὶ τὸν δημιουργὸν ἀνάγει τὸν λόγον· ἐνταῦθα γὰρ τὸ κοῦφον τῆς τοῦ Θεοῦ καρίστησιν οὐσίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν παίδων κατὰ μικρὸν χειραγωγῶν εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦ ἀσωμάτου τὸν δῆμον τὸν Ιουδαϊκόν· καὶ ἀλλαχοῦ μὲν φησὶν ὅτι ἐν τῷ οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ· ἀλλαχοῦ δὲ ἕτερος· τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ. τοῦτο δὲ ἐκείνου μεῖζον. Ἐνταῦθά φησιν, ὅτι νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ τέθεικε. Τοῦτο πάλιν ὑψηλότερον. εἶτα τούτων ἀπαλλαγεὶς, ἑτέραν ἐπιζητεῖ οὐσίαν λεπτοτέραν, κουφοτέραν, ὀξυτέραν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο τῷ μονογενεῖ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως πέπρακται, ἡνίκα νεφέλη αὐτὸν ὑπέλαβεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Διὰ τούτων τὴν πανταχοῦ διήκουσαν ἐδήλωσε πρόνοιαν. Ἐφέστηκε γὰρ, φησι, καὶ ἀνέμοις καὶ νέφεσι, καὶ αὐτὸς ἰθύνει πάντα καὶ κυβερνᾷ, καὶ τὴν ἐντεῦθεν φυομένην εἰς καιρὸν δίδωσι χρείαν. διδάσκει δὲ κατὰ ταυτὸν, ὡς ἡ θεία φύσις πανταχοῦ πάρεστι, καὶ τοῖς πᾶσιν

ἐφίστα-

ἐφίσαται. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν αἰσθητῶν ἁπάντων ὀξυτάτη τῶν ἀνέμων ἡ φύσις (ἐν ἀκαρεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἐπὶ τὴν ἕω διατρέχει) οὐχ εὑρὼν ἑτέραν ἀκριβεστέραν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἰκόνα, ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων ἔφη τὸν Θεὸν ἐποχεῖσθαι· πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι διὰ τούτων παραδηλῶν. Εὑρίσκομεν δὲ καὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν νεφέλῃ τὸν τῶν ὅλων ἐπιφανέντα Θεόν, καὶ ἐν τῇ σκηνῇ διὰ νεφέλης τὴν οἰκείαν ποιησάμενον ἐπιφάνειαν. καὶ μέντοι καὶ τοῦ Σολομῶντος τὸν οἶκον ἐγκαινίζοντος, νεφέλη τὸν οἶκον ἐκάλυψε. καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐν τῷ ὄρει τοῖς τρισὶν Ἀποστόλοις φωτεινὴν περὶ αὐτὸν νεφέλην ὑπέδειξε· καὶ ἀναλαμβανόμενον, νεφέλη φωτεινὴ ὑπέλαβεν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.] Χρυσοστόμου. Ἄνεμος γὰρ νέφους λεπτότερος καὶ κουφότερος· καὶ οὐκ ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀνέμων λέξει, ἀλλ' ἕτερον πάλιν ὀξύτερον ἐζήτησε καὶ ταχύτερον, τῶν πτερύγων τὴν προσηγορίαν, διὰ τῶν συνήθων λέξεων καὶ καθὼς οἷόν τε ἦν τὸ κοῦφον, τὸ λεπτόν, τὸ ὀξὺ πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ παραστῆσαι βουλόμενος.

δ'. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα.] Τοῦ αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν λειτουργῶν τὸν δεσπότην γνωρίζει, εἰ γὰρ οἱ ἀσώματοι, πνεύματα καὶ πῦρ, πολλῷ μᾶλλον ὁ κύριος ἀσώματος· ἄλλως δὲ ἐνταῦθα οὐ τί ποτέ εἰσι τὴν οὐσίαν παρίστησιν, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν διὰ τῶν στοιχείων τούτων ἐμφαίνει, δεικνὺς αὐτῶν τὸ κοῦφον, τὸ δυνατόν, τὸ ταχύ, τὸ νῆφον, τὸ ἐγρήγορον, τὸ σφοδρόν, τὸ τιμωρητικόν, ἡνίκα ἂν κελεύσῃ· οὕτω γοῦν ἐν νυκτὶ μιᾷ ρπϛ' χιλιάδας καθεῖλεν· καὶ πολλὴ αὐτῶν ἡ ῥύμη ἐπειδὰν ἀποστέλλωνται.

Εὐσεβίου. Ἐντεῦθεν, εἰκότως, ἑρμηνευόμενα τὰ Σεραφίμ, εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐμπυρίζοντες ἢ ἐμπρησταὶ σημαίνουσι. καὶ τὸ Σεραφὶμ τὸν ἐμπρησμὸν δηλοῦν λέγεται. Διὸ περὶ τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως εἴρηται· ὁ ποιῶν ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

Ἀπολιναρίου. Ἔδειξεν οὐ τῶν ὁρατῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων δημιουργόν. τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ πνεῦμα καὶ πῦρ προσηγόρευσε, τὸ δυνατὸν καὶ τὸ ταχὺ δι' ἑκατέρου διδάσκων. ὀξεῖα μὲν γὰρ τοῦ πνεύματος ἡ φύσις, ἰσχυρὰ δὲ τοῦ πυρὸς ἡ

CATENA PATRVM.

præsidere. Cùm enim rerum omnium sensibilium velocissima sit natura ventorum (siquidem in momento ab Occidente in Orientem vsque penetrat) non inueniens aliam exactiorem in sensibilibus imaginem, dixit Deum super pennas ventorum vehi; per hæc vbique ipsum adesse declarans. Inuenimus autem filijs quoque Israël in nube vniuersorum Deum apparuisse, & in tabernaculo per nubem se conspiciendum eis præbuisse. Quin etiam cùm Salomon domum consecrasset, nubes domum operuit. Et Dominus Christus in monte tribus illis Apostolis splendidam nubem circa seipsum ostendit, & cùm assumeretur, nubes lucida suscepit eum ab oculis eorum.

Exod 40, 32. Num. 9, 15. 2. Paral. 5, 13. Matth. 17, 5. Act. 1, 9.

QVI AMBVLAT SVPER PENNAS VENTORVM.] CHRYSOSTOMI. Ventus enim nube subtilior leuiorque: nec ventorum vocabulum illi satis fuit, sed rursus aliud quid velocius celeriusque quæsiuit, scilicet pennarum nomen, per consuetas dictiones quoad id fieri poterat Dei leuitatem, subtilitatem, pernicitatem vndequaque declarare desiderans.

4. QVI FACIT ANGELOS SVOS SPIRITVS.] EIVSDEM. A ministris Dominum designat. Si enim incorporei, spiritus & ignis, multò magis Dominus incorporeus: alioquin verò hîc non declarat quid tandem sint secundùm substantiam, sed eorum operationem per hæc elementa designat, ostendens eorum leuitatem, potentiam, celeritatem, sobrietatem, vigilantiam, vehementiam, puniendi vim, si quando iusserit: sic nempe vnus nocte vnicâ centum octoginta sex millia deleuit. Et magnus est eorum impetus quando mittuntur.

Angeli Dei ministri.

EVSEBII. Hinc, vti par est, Seraphim appellati sunt, qui Græcâ voce incendentes vel incensores nuncupantur. Et vox Seraphim incendium significare dicitur. Quapropter de angelica virtute dictum est: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.*

Seraphim quid significet.

APOLINARII. Ostendit ipsum non solùm visibilium, sed etiam inaspectabilium esse Conditorem. Illos ipsos autem & spiritum & ignem appellauit, potentiam & celeritatem per vtrumque edocens. Siquidem spiritus natura velox est, potens verò est ignis opera-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

operatio. Ceterùm Deus vniuersorum Angelis ministris vtens, eos qui merentur afficit beneficijs, & aduersarios punit. Idcircò etiam ignis meminit, puniendi vim declarans.

Apostoli Dei ministri.

HESYCHII. Apostolos intelligit: hi enim vbique testamentum annuntiarunt: hi quoque ministri facti sunt mandatorum ipsius: illos spiritus, id est spirituales, quin & ignem vrentem reddidit per spiritus largitionem in forma linguarum ignitarum super ipsos descendentem.

5. QVI FVNDAT TERRAM SVPER STABILITATEM] APOLINARII. Aquila verò & Symmachus, *Super sedem eius.*

HESYCHII. Terram appellat hominem: hunc igitur super stabilitatem fidei fundat: qui non inclinabitur in sæculum sæculi, scilicet in futuro.

CHRYSOSTOMI. Qualem stabilitatem ô Propheta? vbi tantum aquæ subiacet & immensum pelagus, quòd eam super dorsum gestat? Etenim alibi hoc declarans dixit: *Qui firmauit terram super aquas.* Cùm enim fundamentum minimè stabile esset, sed valdè fluxum, in eo Conditor stabilitatem posuit. Quæ porrò hæc stabilitas? potentia opificis: nam *in manu eius fines terræ.* Terræ igitur stabilitas est voluntas Dei, quæ omnibus potentior existit, per quam etiam facta est, cùm ab initio non existeret, & existens conseruatur, idque aquis ipsi incumbentibus. Cùm autem aquam terræ suppositam audis, ne, inquit, verearis: nam hic sermo metum quidem incutit, verùm fides in Conditorem omnem eijcit fluctuationem, quoniam non solùm non cadet, sed neque diffluet, neque inclinabitur, idque tanto temporis spatio interiecto: imò tamquam suprà petram eam fixit; quin potiùs ipsamet petrâ stabilior est voluntas Dei.

Psal. 135, 6.

Psal. 94, 4.

Terræ stabilitas est voluntas Dei.

Quomodo terra super aquas firmata sit.

APOLINARII. Admirandam fundationis huius rationem ait esse specimen potentiæ diuinæ, quòd nimirum terra, cùm sit grauissimum elementum, super aquas firmata sit, & in sæculum immota perseueret: quandoquidem abyssus ipsi subiecta nequaquam eam firmare valeat, cùm ipsamet minimè sit firma, sed per modum vestimenti illam contegat, ita vt sedes eius inconcussa sit virtute diuinâ, non elementorum naturâ.

ἐνέργεια. Ἀγγέλοις δὲ χρώμενος ὑπηρέταις ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ εὐεργετεῖ τοὺς ἀξίους, καὶ κολάζει τοὺς ἐναντίους. διὰ τοῦτο καὶ πυρὸς ἐμνημόνευσε, τὴν κολαστικὴν σημαίνων ἐνέργειαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοὺς Ἀποστόλους λέγει· οὗτοι γὰρ αὐτοῦ πανταχοῦ τὴν διαθήκην ἀνήγγειλαν· οὗτοι καὶ λειτουργοὶ τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων ἐγένοντο· τούτους πνεύματα, τουτέστι πνευματικοὺς, ἀλλὰ μὴν καὶ πῦρ φλέγον διὰ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος τὴν ἐν εἴδει γλωσσῶν πυρίνων ἐπ' αὐτοὺς γενομένην ἐποίησεν·

ε. Ο ΘΕΜΕΛΙΩΝ ΤΗΝ ΓΗΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀκύλας δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος, ἐπὶ τῆς ἕδρας αὐτῆς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Γῆν καλεῖ τὸν ἄνθρωπον. τοῦτον τοίνυν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν θεμελιοῖ τῆς πίστεως· ὅστις οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, δηλαδὴ ἐν τῷ μέλλοντι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποίαν ἀσφάλειαν ὦ προφῆτα; ὅπου τοσοῦτον ὕδωρ ὑπόκειται καὶ πέλαγος ἀχανὲς, τὸ φέρον ὑπὸ τῶν νώτων αὐτήν; καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ θεμέλιος οὐκ ἀσφαλὴς, ἀλλὰ σφόδρα σαθρὸς ἦν, ἐν αὐτῇ τὴν ἀσφάλειαν ἔθηκεν ὁ ποιήσας. Τίς δὲ αὕτη ἡ ἀσφάλεια; ἡ δύναμις τοῦ ἐργασαμένου· ἐν γὰρ τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. γῆς ἄρα ἀσφάλεια τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ πάντων ἰσχυρότερον, δι' ἧς καὶ γέγονεν, οὐκ οὖσα ἐξ ἀρχῆς, καὶ οὖσα διατηρεῖται, καὶ ταῦτα ὑδάτων ἐπικειμένων. Ἐπειδὴ δὲ ὕδωρ ἤκουσας ὑποκεῖσθαι τῇ γῇ μὴ φοβηθῇς, φησίν· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς δέος εἰσάγει, ἡ δὲ πρὸς τὸν ποιήσαντα πίστις ἅπασαν ἐκβάλλει τὴν ἀγωνίαν· οὐ γὰρ μόνον οὐ πεσεῖται, ἀλλ' οὐδὲ διαῤῥυήσεται, ἀλλ' οὐδὲ κλιθήσεται, καὶ ταῦτα τοσούτου παρατεινομένου χρόνου· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ πέτρας πέπηγε· μᾶλλον δὲ καὶ πέτρας ἀσφαλέστερον τοῦ θεοῦ τὸ βούλημα.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὸ θαυμαστὸν λέγει τῆς ἱδρύσεως θεοῦ δεῖγμα δυνάμεως, τὸ γῆν, οὖσαν στοιχείων τὸ βαρύτατον, ὑπὲρ ὑδάτων πεπῆχθαι, καὶ μένειν δι' αἰῶνος ἀμετακίνητον· οὐδὲ πως τῆς ὑπούσης ἀβύσσου στηρίζειν αὐτὴν δυναμένης, οὐδὲ ἑδραίας οὔσης, ἀλλ' ἱματίου τρόπῳ σκεπούσης, ὡς εἶναι τὴν ἕδραν ἄῤῥηκτον θεοῦ δυνάμει, οὐ στοιχείων φύσει.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αὐτὴν γὰρ ἐφ' ἑαυτὴν ἱδρύσας, δέδωκεν αὐτῇ τὸ ἀκίνητον· καὶ τοῦτον διαμένει τὸν τρόπον ἐφ' ὅσον αὐτὸς ἐθελήσῃ. οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησι· κρεμάσας γῆν ἐπ' οὐδενός.

ϛ'. ΑΒΥΣΣΟΣ ΩΣ ΙΜΑΤΙΟΝ ΤΟ ΠΕΡΙΒΟΛΑΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὴν ἄβυσσον ἐπὶ ἀκαταληψίας εὑρήσεις κειμένην· ὡς καὶ ἐν τῷ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. Ανεξερεύνητων γὰρ ὄντων τῶν κριμάτων αὐτοῦ, οὐκ ἔστι κατάληψιν αὐτῶν ἔχειν· διὸ καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀβύσσῳ, ἀλλὰ πολλῇ παραβάλλονται. Καὶ τὸν θεὸν οὖν (οὗ πολλὴ ἄβυσσος τὰ κρίματά ἐστι) περιβολαίου δίκην καλύπτει ἀκαταληψία, ἄβυσσος ὀνομαζομένη.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ αὐτοῦ ἀντὶ τοῦ αὐτῆς τέθεικεν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· Ἄβυσσον ὡς ἔνδυμα περιέβαλες αὐτήν. Ἄβυσσον δὲ καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή. οὕτω καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως ὁ μακάριος ἔφη Μωσῆς· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. ἐπειδὴ τοίνυν πανταχόθεν ὕδασιν ἡ γῆ περιέχεται, καὶ τὰ μεγάλα μὲν καὶ ἄπλωτα πελάγη ταύτης ἐστὶ τέρμα, μέσην δ' αὐτὴν τέμνει ἕτερα πλείονα, εἰκότως ἔφη τὴν ἄβυσσον καθάπερ ἱμάτιον ἐπικεῖσθαι τῇ γῇ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὴν ἀμέτρητον τοῦ θεοῦ γνῶσιν λέγει ἄβυσσον· ταύτην διὰ τὸ ἀκατάληπτον κάλλος ἐνδέδυται, καὶ περιβέβληται· διόπερ ἐστὶν ἄγνωστος ἐν τῷ μεγέθει τῆς γνώσεως.

ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΕΩΝ ΣΤΗΣΟΝΤΑΙ ΥΔΑΤΑ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ πάντων τοῦ θεοῦ διδάσκει τὴν προμήθειαν ἐφεστῶσαν τῇ κτίσει· τούτου γὰρ χάριν τὰς τῶν ὀρῶν κορυφὰς ἡ θάλασσα μιμουμένη τοῖς κύμασιν οὐκ ἐπικλύζει τὴν ἤπειρον, ἀλλὰ καθάπερ ἡμεῖς τὴν βροντὴν καταπεπλήγαμεν, οὕτως ἐκείνη τὸν κείμενον δέδιεν ὅρον.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πηγὰς ὕδατος ἀναβλυστανούσας ἡ γῆ θεοῦ δυνάμει δίδωσιν· ἃς ξηραινομένας τε πολλάκις θεοῦ φόβῳ φησὶν εἰς ἀφανὲς ἀπιέναι, ὅπερ ἐν ογ ψαλμῷ σαφέστερον εἴρηται· Σὺ διέρρηξας πηγὰς καὶ χειμάῤῥους· σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ. θαυμάζει καὶ τῶν ὀρῶν τὴν θέσιν ἀμετασάτων ἐγηγερμένων ὑπὲρ τὰ πεδία, καὶ μὴ κατασειομένων ἀπὸ τῆς ταχθείσης ἑδράσεως εἰς τὸ καλύψαι τὰ ὑπο-

THEODORETI. Nam cùm ipsam super seipsam firmasset, dedit ipsi immobilitatem; atque hoc modo permanet quamdiu ipse voluerit. Sic, & alibi ait: *Suspendens terram super nihilum.*

6. ABYSSVS SICVT VESTIMENTVM AMICTVS EIVS.] DIDYMI. Abyssum reperies dici propter incomprehensibilitatem; vti etiam in illo, *Iudicia tua abyssus multa.* Cùm enim inscrutabilia sint iudicia eius, comprehendi minimè possunt; quapropter non solùm abysso, sed plurimæ abysso comparantur. Deum itaque (cuius iudicia sunt abyssus multa) instar opertorij incomprehensibilitas abscondit, quæ abyssus appellatur.

THEODORETI. Illud αὐτοῦ pro αὐτῆς posuit. Sic enim Aquila quoque & Theodotion explanarunt: *Abyssum sicut indumentum induisti ipsam.* Humidam autem naturam diuina Scriptura vocat abyssum. Sic etiam in principio creationis beatus Moyses ait: *Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ super abyssum.* Quoniam igitur terra aquis vndique cingitur, & magna quidem & intranabilia maria eius sunt finis, mediam verò ipsam, alia plura secant, iure merito dixit abyssum sicut vestimentum terræ incumbere.

DIDYMI. Immensam Dei cognitionem dicit abyssum: hanc propter incomprehensam pulchritudinem induit, ac præcinxit; quamobrem in scientiæ magnitudine existit ignotus.

SVPER MONTES STABVNT AQVÆ.] THEODORETI. Per omnia docet Dei prouidentiam creaturæ præsidentem: propterea enim mare vndis suis montium vertices æmulans nequaquam inundat continentem, sed quemadmodum nos tonitru perhorrescimus, sic illud positum sibi terminum veretur.

APOLINARII. Fontes aquæ scaturientes terra virtute Dei præbet; quos etiam sæpenumerò ait timore Dei aboleri, vti in Psalmo septuagesimo tertio manifestiùs dictum est: *Tu dirupisti fontes & torrentes; tu siccasti fluuios Ethan.* Admiratur etiam situm montium qui immobiles erecti sunt super campos, & à stata firmitate minimè diuelluntur ad ea quæ ijs subiecta sunt operiendum;

CATENA PATRVM.

Iob 26,7.

Deus est abyssus incomprehensibilis.

Psalm. 35, 7.

Gen. 1, 2.

Prouidentia Dei in montibus fabricandis.

CATENA PATRVM.

dum; iuxta illud, *Dicent montibus, Operite nos.*

Lucæ 23, 30.

ANONYMI. Vide quantus sit aquæ vsus. Super dorsum cæli aqua, & subtus terram, & in circuitu terræ aqua est, & nulla transgreditur terminum suum.

Prophetæ sunt mystici montes.

HESYCHII. Prophetas propter contemplationis altitudinem appellat montes: in ipsis sunt aquæ quibus potantur illi qui doctrinas sitiunt.

7. AB INCREPATIONE TVA FVGIENT.] CHRYSOSTOMI. Verumtamen, inquit, cùm volueris, nubes rursus proprium locum deserunt, & dissoluuntur, atque omnia mandato tuo instaurantur, & insensibilia æquè ac sensu prædita eodem proueniunt ac recedunt.

HESYCHII. Quali increpatione? nempe contra Iudæos. Hoc enim alius Propheta declarat: *Et dabo ipsis non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.* Quando enim Deus iratus est, raras facit aquas Prophetarum; quoniam non à semetipsis habent earum vbertatem. Vocem autem tonitrui intelligit Euangelij, quam minimè fugiunt, sed reuerentur aquæ Prophetarum, propter eminentiam scientiæ quæ in ea est.

Amos 8, 11.

A qua voce tonitrui montes formident.

APOLINARII. Montes dum audiunt tonitru, id est auribus percipiunt sermonem qui secundùm prouidentiam magnâ voce emittitur, formidant. Verosimiliter hæc intelligenda sunt de sensibilibus montibus & aquis. Posset tamen illud, *A voce tonitrui tui formidabunt,* non de aquis, sed de hominibus accipi, quin potiùs de omnibus iam declaratis; quæ quando fit tonitru, inaspectabilis & occultæ diuinitatis sensum percipiunt. Quòd si igitur, inquit, dicti maris fluctus, cùm animæ expertes sint, secundùm quasdam contrarias affectiones nobis imperceptibiles à voce tonitrui Dei formident; multò magis ea quæ animata sunt, & bruta irrationalia: si autem hæc, vtique etiam aëreæ potestates & spiritus aduersarij. Par enim est vt omnibus omnium Domini memoria ingeneretur, & naturalis quidam sensus omnium Creatoris & Opificis vniuersorum.

8. ASCENDVNT MONTES.] CHRYSOSTOMI. Hæc omnia de fluctibus dicta

κείμενα· κατὰ τὸ, Ἐροῦσι τοῖς ὄρεσι, καλύψατε ἡμᾶς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅρα πόση τοῦ ὕδατος ἡ χρεία. ὑπὲρ τὸν νῶτον τοῦ οὐρανοῦ ὕδωρ, καὶ ὑπὸ γῆς, καὶ κύκλῳ τῆς γῆς ὕδωρ, καὶ οὐδὲν ὑπερβαίνει τὸν οἰκεῖον ὅρον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὄρη τοὺς προφήτας διὰ τὸ ὕψος τῆς θεωρίας καλεῖ· ἐν αὐταῖς ὕδατα ἵστανται οἷς οἱ διψῶντες διδασκαλίας ποτίζονται.

ζ. ΑΠΟ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΩΣ ΣΟΥ ΦΕΥΞΟΝΤΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ὅταν βουληθῇς πάλιν τὸν οἰκεῖον ἀπολιμπάνουσι τὰ νέφη χῶρον, καὶ διαλύεται, καὶ πάντα προστάγματί σου κατασκευάζεται, καὶ τὰ ἀναίσθητα ὥσπερ τὰ αἴσθησιν ἔχοντα, ταυτῷ παραγίνεται καὶ ὑποχωρεῖ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ποίας ἐπιτιμήσεως; τῆς κατὰ τῶν Ἰουδαίων. τοῦτο γὰρ προφήτης ἕτερος δείκνυσι· Καὶ δώσω αὐτοῖς οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ὀργισθῇ, σπανίζει τὰ τῶν προφητῶν ὕδατα· ἐπειδήπερ οὐχ ἀφ' ἑαυτῶν τὴν χορηγίαν κέκτηνται. Φωνὴν δὲ βροντῆς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου λέγει, ἣν οὐκ ἀποφεύγει, ἀλλὰ δειλιᾷ τὰ τῶν προφητῶν ὕδατα, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς ἐκείνης γνώσεως.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Βροντῆς ἀκούοντα τὰ ὄρη, τουτέστι τὸν κατὰ τὴν πρόνοιαν ἐνωτιζόμενα μεγαλοφώνως γινόμενον λόγον, δειλιᾷ. εἰκότως περὶ τῶν αἰσθητῶν ὀρῶν καὶ ὑδάτων εἰρῆσθαι ταῦτα δεῖ νοεῖν. δυνατὸν δὲ τὸ, ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσι, μὴ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐκλαβεῖν, ἀλλ' ἐπὶ ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ ἐπὶ ἁπάντων δηλουμένων· ὁπότ' ἂν γίνοιτο βροντὴ, τῆς ἀοράτου καὶ ἀφανοῦς θεότητος συναισθανομένων. εἰ οὖν τὰ κύματα, φησι, τῆς δηλωθείσης θαλάσσης, ἄψυχα ὄντα, κατά τινας ἀντιπαθείας ἡμῖν ἀλήπτους ἀπὸ φωνῆς βροντῆς τοῦ θεοῦ δειλιᾷ· πολλῷ πλέον καὶ τὰ ἔμψυχα, καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων· εἰ δὲ ταῦτα, δηλονότι καὶ εἴ τινες αἱ εἶεν περὶ τὸν ἀέρα δυνάμεις καὶ τὰ πνεύματα ἀντικείμενα. εἰκὸς γὰρ τοῖς πᾶσι μνήμην ἐγγίνεσθαι τοῦ πάντων δεσπότου, συναίσθησίν τε φυσικὴν τοῦ πάντων ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων.

η. ΑΝΑΒΑΙΝΟΥΣΙΝ ΟΡΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα πάντα περὶ τῶν κυμάτων εἴρη-

Digitized by Google

εἴρηται· πρὸς αὐτὸν μονονουχὶ λέγων τὸν ἀπιστοῦντα τοῖς εἰρημένοις· ὅτι εἰ τοῖς ὑπὸ γῆν ἀπιστεῖς, ἀπὸ τῶν φαινομένων λάμβανε τὴν ἀπόδειξιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀναβαίνουσι γὰρ οἱ προφῆται τῇ θεολογίᾳ, καταβαίνουσι δὲ τῇ δυνάμει τῶν ἀκουόντων ἁρμοττόμενοι· ἀλλ' ἑκάτερον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. τοῦτον γὰρ τῇ προφητείᾳ τόπον ὁ θεὸς ἐθεμελίωσεν.

θ'. ΟΡΙΟΝ ΕΘΟΥ, Ο ΟΥ ΠΑΡΕΛΕΥΣΕΤΑΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἰσχύνεται οἷον τὴν ψάμμον ἡ θάλασσα, καὶ μέχρις ἐκείνης λυττῶσα, καθάπερ χαλινῷ τῷ ὅρῳ τῷ θείῳ κωλυομένη ἀναχαιτίζεται πάλιν, καὶ εἰς τοὐπίσω χωρεῖ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρος οὐδὲν ἕτερόν ἐστι ἀλλ' ἢ γνώρισμα τόπου. καὶ τοῦτο βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὐ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ τειχίου, ἀλλὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ τὰ ὕδατα αἰδούμενα ἐπανάγουσιν, ὅρον τοῦτο ἐκάλεσεν. αἰσχυνώμεθα τοίνυν οἱ τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα ὑπερβαίνοντες, αἰσχυνώμεθα τῆς θαλάσσης τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν πειθώ· ὅτι ἐκείνη μὲν ὑπὸ τῆς ψάμμου κατεχομένη μένει διατηροῦσα τὴν εὐταξίαν· ἡμεῖς δὲ μυρίοις παιδαγωγούμενοι χαλινοῖς, πολλὰ τῶν προστεταγμένων ὑπερβαίνομεν.

ι'. Ο ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΛΩΝ ΠΗΓΑΣ ΕΝ ΦΑΡΑΓΞΙΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ τῶν ὀρέων καρπός εἰσιν αἱ πηγαὶ, ἀλλὰ τοῦ κάτωθεν αὐτὰ ἀναβλύζειν παρασκευάζοντος· διὰ τοῦτό, φησιν, ἐξαποστέλλων· ἐνταῦθα τὸ εὔκολον δηλῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ τὸ ὂν ἀποστέλλων, πολλὴν ἔχει τὴν εὐκολίαν· οὕτως αὐτὸς ἐξ οὐκ ὄντων ταῦτα ἐργαζόμενος. Διὸ καὶ Παῦλος ἐλέγχων τὴν εὐκολίαν δηλῶν· ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Διὰ πάσης λέξεως ὁ προκείμενος ψαλμὸς θεὸν ὑμνῶν δοξολογεῖ, ἑκάστου κτίσματος αὐτοῦ μνημονεύων· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις ἀποδεχόμενος, τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ θαυμάζει καὶ τὴν μετὰ σοφίας ἀγαθότητα, αὐτοῦ φροντίσαντος καὶ τῶν ἀλόγων ζώων. καὶ εἰκότως· εἰ γὰρ αὐτὸς αὐτὰ πεποίηκε, καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ τόπου αὐτῶν αὐτὸς ἂν χορηγὸς εἴη, διὰ τοῦτο τὰ ὄρη τεμὼν παρόδους τοῖς ὕδασιν ἐτεκτήνατο, ὥστε μὴ μόνον ἀνθρώπους ἔχειν ἀφθόνως τὰ νάματα τῶν πηγῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν χερσαίων, καὶ τῶν ἀεροπόρων ζώων τὰ γένη.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μόνον, φησὶ, τοῖς

sunt; per hæc tantùm non ipsum infidelem dicens: si non credis his quæ infra terram sunt, ab ijs quæ apparent demonstrationem accipe.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Prophetæ enim diuino sermone ascendunt, descendunt verò virtute auditoribus sese accommodantes: vtrumque autem fit pro hominum salute. Hunc enim locum Deus vaticinio fundauit.

Quomodo Prophetæ ascendant, & descendant.

9. TERMINVM POSVISTI, QVEM NON TRANSGREDIENTVR.] DIDYMI. Mare arenam quodammodò veretur, & vsque ad illam rabiens, veluti freno diuino termino inhibitum rursus coërcetur, & retrorsum cedit.

CHRYSOSTOMI. Terminus nihil aliud est quàm loci indicium. Et hoc demonstrare volens, quòd non firmum parietem, sed Dei mandatum aquæ reuerentes reuertantur, id terminum appellauit. Confundamur itaque qui Dei mandatum transgredimur, maris obedientiam obtemperantiamque erubescamus; quoniam illud quidem ab arenis retentum rectam seruat dispositionem; nos verò millenis frenis coërciti, plurima mandata transgredimur.

Aqua Dei mandatum reuerentur.

10. QVI EMITTIS FONTES IN CONVALLIBVS.] CHRYSOSTOMI. Fontes non sunt fructus montium, sed eius qui illos deorsum scaturire facit: idcircò dicit, *Qui emittis*; per hoc facilitatem declarans. Quemadmodum enim is qui id quod existit emittit, multam habet facilitatem; sic & ipse dum hæc ex nihilo producit. Quapropter Paulus quoque hanc facilitatem ostendens ait: *Qui vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt.*

Rom. 4, 17.

APOLINARII. Hic Psalmus per quamlibet dictionem Deum laudans honorat, vnamquamque creaturam eius commemorans: vnde etiam in propositis prouidentiam ipsius admittens admiratur coniunctam cum sapientia bonitatem, quòd etiam brutorum animantium curam gerat. & meritò; nam cùm ipse illa creauerit, & cibum locumque ipsis suppeditet, idcircò montes intersecans aquis transitum fabricauit, vt non solùm homines, sed etiam terrestrium, & quæ aërem permeant animalium genera, copiosos fontium riuulos haberent.

Dei in animalibus nutriendis prouidentia.

HESYCHII. Non solùm Prophetis, inquit,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quit, qui montes sunt, sed etiam humilibus hominibus, qui iure merito valles appellantur, doctrinæ gratiam Deus dedit. Quemadmodum igitur aquarum multitudo ex montium multitudine, ita copia cognitionis non ex vnico Propheta, sed ex tota Prophetarum congregatione colligitur.

11. POTABVNT OMNES BESTIÆ AGRI.] ABOLINARII. Saluator noster diuinam prouidentiam ad hæc vsque animalia extendi declarans ait: *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa.*

Matth. 6, 26.

Qui per silua & agri bestias designentur.

HESYCHII. Bestiæ siluæ nuncupantur dæmones: bestias verò agri, id est mundi, vocat peccatores. Quoniam sicut bestiæ quæ in agro versantur cicurari, ita quoque peccatores conuerti possunt: quapropter etiam propheticis aquis potantur. Onagros autem appellauit eos qui non ampliùs peccatum dorso gestant, sed ab illo liberati sunt; quapropter ipsos spiritalium aquarum sitibundos induxit. Hos Deus apud Iobum insinuauit: *Quis est qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis resoluit?*

Iob 39, 5.

Quomodo Deus feris auibusq́; necessaria suppeditet.

CHRYSOSTOMI. Considera rursus sapientiæ abundantiam, vt etiam agrestibus feris auibusque non ad necessitatem tantùm, sed etiam ad appetitum omnia præparauerit, & ad recreationem ac voluptatem, vt etiam aquarum munere delectentur, atque illic habitent.

12. DE MEDIO PETRARVM DABVNT VOCEM.] CHRYSOSTOMI. Nonnulli quidem *aquas* dicunt. Etenim perquam volupe est videre torrentes cum sibilo fluentes, & aquam leniter strepentem, & cum susurris scaturientem. Nonnulli verò de auibus hoc scriptum asserunt, siue perdicibus, siue alijs quibusdam in similibus locis commorantibus, vel ab ipsis fruticibus aut ramis cantillantibus. Aquarum igitur resonantia, vel zephyri blandè adspirantis, & per folia suauiter susurrantis sonus, quali musicâ, qualive lyrâ citharáve non præstet? idque iure meritissimo: nam non ex neruis arteque humana, sed ex ipsis elementis Deique sapientia ille concentus existit.

Quomodo montes irrigentur.

13. RIGANS MONTES DE SVPERIORIBVS SVIS.] CHRYSOSTOMI. Quam ob caussam

προφήταις οἵπερ εἰσὶν ὄρη, ἀλλὰ καὶ ταπεινοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες φάραγγες εἶναι εἰκότως ὀνομάζονται, χάριν ὁ Θεὸς διδασκαλίας ἔδωκεν. Καθάπερ οὖν τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος ἀπὸ πλήθους ὀρῶν, οὕτω τὸ τῆς γνώσεως πλῆθος οὐκ ἐξ ἑνὸς προφήτου, ἀλλ' ἐξ ὅλου συλλέγεται τοῦ προφητικοῦ συστήματος.

ιά. ΠΟΤΙΟΥΣΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΘΗΡΙΑ ΤΟΥ ΑΓΡΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὴν μέχρι τούτων ἐκτεινομένην τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ὁ σωτὴρ ἡμῶν παριστὰς ἔλεγεν· Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας· καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θηρία τοῦ δρυμοῦ οἱ δαίμονες ὀνομάζονται· θηρία δὲ τοῦ ἀγροῦ, τουτέστι τοῦ κόσμου, τοὺς ἁμαρτωλοὺς καλεῖ. Ἐπειδὴ καθάπερ τὰ ἐν ἀγρῷ θηρία χειροήθη γενέσθαι δύναται, οὕτως καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ μεταβληθῆναι· διόπερ καὶ ποτίζεται τοῖς προφητικοῖς ὕδασιν. Ὀνάγρους δὲ τοὺς μηκέτι νωτοφοροῦντας τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσεν, ἐλευθερωθέντας δὲ αὐτῆς· διόπερ αὐτοὺς καὶ διψῶντας τῶν νοητῶν ὑδάτων εἰσήγαγε. τούτους ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἰὼβ ᾐνίξατο· τίς ἐστιν ὁ ἀφεὶς ὄναγρον ἐλεύθερον, δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν;

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν σοφίας περιουσίαν, ὥστε καὶ τοῖς ἀγρίοις θηρίοις τε καὶ τοῖς ὀρνέοις οὐ πρὸς χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς φιλοτιμίαν ἅπαντα κατασκευάσαι. καὶ πρὸς ἄνεσιν καὶ τρυφὴν, ὡς τέρπεσθαι τῇ χάριτι τῶν ὑδάτων καὶ σκηνοῦν αὐτόθι.

ιβ'. ΕΚ ΜΕΣΟΥ ΤΩΝ ΠΕΤΡΩΝ ΔΩΣΟΥΣΙ ΦΩΝΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τινὲς μὲν τὰ ὕδατα φασί. καὶ γὰρ πάνυ τερπνὸν κελαρύζοντας χειμάῤῥους ἰδεῖν καὶ ἠρέμα ὕδωρ ψοφοῦν, καὶ ταῖς ψηφῖσιν ἐγχρῶον. Τινὲς δὲ περὶ τῶν ὀρνίθων τοῦτο γεγράφθαι λέγουσιν, ἤτοι περδίκων, ἢ ἑτέρων τινῶν τοῖς τοιούτοις ἐμφιλοχωρούντων τόποις, ἢ ἀπ' αὐτῶν τῶν θάμνων ἢ ἀπὸ τῶν κλάδων ᾀδόντων. Ὑδάτων οὖν διηχούντων, ἢ ζεφύρου πνέοντος, καὶ διὰ τῶν φύλλων καὶ αὐτοῦ πάλιν συρίζοντος, πόσης ταῦτα μουσικῆς οὐ βελτίω, ποίας λύρας ποίας κιθάρας; καὶ μάλα εἰκότως· οὐδὲ γὰρ ἐκ νεύρων καὶ τέχνης ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἀπὸ στοιχείων καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἡ ἁρμονία.

ιγ'. ΠΟΤΙΖΩΝ ΟΡΗ ΕΚ ΤΩΝ ΥΠΕΡΩΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τίνος ἕνεκα τὰ

ὄρη

Digitized by Google

ὄρη ποτίζεται; ὅτι κἀκεῖνα δεῖται ὑετῶν, ἔνθα βοτάναι καὶ δένδρα ἄκαρπα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τινὲς μὲν οὖν φασὶ θαλάσσιον εἶναι τοῦτο ὕδωρ, διὰ νεφελῶν ἀνασπωμένου τοῦ ὕδατος. τινὲς δὲ ὅτι ἐξ ἐκείνου τοῦ ὑπερουρανίου ἀπορρήτως καὶ ἡμῖν ἀφανῶς ὄμβροι γίνονται. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ· ἐπεὶ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν· ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ποτίζει τοιγαροῦν ὁ θεὸς τὰ ὄρη καὶ τὰ ἐν τούτοις πεδία τήν τε λοιπὴν σύμπασαν γῆν οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς φάραγξιν πηγῶν, οὐδ᾽ ἀπὸ τῶν φερομένων κατὰ γῆς ποταμῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ ἄνωθεν ἀφ᾽ ὕψους τοὺς αὐτάρκεις καὶ μεμετρημένους ἐπιχορηγῶν ὑετούς. Ὑπερῷα δὲ θεοῦ τὸν ἀέρα καλεῖ, καθάπερ ἐπὶ μιᾶς οἰκίας τοῦ παντὸς κόσμου λαλῶν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὄρη μέν εἰσιν οἱ πνευματοφόροι ἄνδρες· ποτίζονται δὲ ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, πληρούμενοι τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων, λόγου σοφίας, καὶ τῶν ἑξῆς ἀπηριθμημένων. Ὑπερῷα δὲ θεοῦ, ἀφ᾽ ὧν τὰ ὄρη ποτίζει, ἀκραιφνεῖς καὶ ὑπερβάλλουσαι θεωρίαι τῆς ἀληθείας τυγχάνουσιν, ὑπερῷα καλούμεναι, τῷ μηδὲν αὐταῖς ὑπεραναβεβηκέναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ ἀφ᾽ ἑαυτῶν οἱ προφῆται, ἐξ οὐρανῶν δέ, οὓς ὁ θεὸς ὑπερῷα τῆς κτίσεως ἔθετο, ἔχουσι τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος.

ΑΠΟ ΚΑΡΠΟΥ ΤΩΝ ΕΡΓΩΝ ΣΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καρπὸν δὲ τοῦ θεοῦ λέγει τὸν ὑετόν, ἀφ᾽ οὗ καρποῦται πλησμονὴν ἡ γῆ. Ἔργον δὲ τὴν ἐκ θαλάσσης ἀναγωγὴν τῶν ὑδάτων ἂν λέγοι. εἶτα τὴν ἐντεῦθεν ὑποδείκνυσιν ὠφέλειαν, εἰς τὸ πιανθεῖσαν ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων ὑποχορηγίας τὴν γῆν ἐξανατέλλειν, τοῖς ἐπ᾽ αὐτῆς ἅπασι τὰς ἐπιτηδείους τροφάς· ἀνθρώπῳ μὲν γε εὐγενεῖ ζώῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τετιμημένῳ, ἐξαίρετον, καὶ ἀφωρισμένην τροφήν, ἄρτον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον· ἄρτον μὲν ἐπὶ τὸ στηρίζειν καὶ δυναμοῦν τὴν καρδίαν· οἶνον δὲ ἐπὶ τὸ κατευφραίνειν τὴν ψυχήν· ἔλαιον δὲ ἐπὶ τὸ φαιδρύνειν τὸ σῶμα καὶ ἁπαλύνεσθαι, θεραπευόμενον ἐκ τῆς ἐπιπόνου σκληραγωγίας· οὕτως αὐτοῖς πλουσίαν τε ἐκ πλειόνων τράπεζαν εἰς ἀπόλαυσιν οἷα πατὴρ ὁ θεὸς ἐδωρήσατο.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ ἄρα ἁπλῶς τὰ ἔργα θεοῦ γεγένηται· ἀλλὰ πολλῶν

montes rigantur? quia etiam illi pluuijs egent, vbi sunt herbæ & arbores infrugiferæ.

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Nonnulli quidem tradunt aquam istam esse marinam, aquâ nimirum per nubes attractâ. Aliqui verò dicunt ex aqua illa supercælesti modo arcano & nobis occulto pluuias gigni. Hoc enim est de superioribus suis; quoniam etiam in exordio dixerat: *Qui tegit aquis superiora eius.*

EVSEBII. Deus nempe montes & campos qui in ijs sunt reliquamque terram rigat non ex fontibus qui in vallibus existunt, neque ex fluminibus quæ per terram deferuntur, sed de superioribus suis desuper ex alto sufficientes & moderatas ipsis pluuias suppeditans. Superiora verò Dei aërem appellat, de orbe vniuerso quasi de domo quadam loquens.

EIVSDEM. Montes quidem sunt viri spirituales: hi autem irrigantur de superioribus ipsius Dei, Spiritus sancti muneribus repleti v. g. sermone sapientiæ ceterisque donis. Superiora porrò Dei, de quibus montes irrigat, sunt sublimes & eximiæ contemplationes veritatis, quæ superiora nuncupantur, eò quòd nihil illas transcendat.

Quomodo viri spirituales, qui sunt mystici montes, irrigentur.

HESYCHII. Non enim Prophetæ à semetipsis, sed è cælis, quos Deus creaturæ superiora posuit, habent Spiritus largitionem.

DE FRVCTV OPERVM SVORVM.] EVSEBII. Fructum autem Dei appellat pluuiam, ex qua terra capit vbertatem. Opus verò dixerit aquarum è mari adductionem. Deinde indicat vtilitatem hinc promanantem, dum terra ex aquarum irrigatione impinguata, cunctis incolis suis opportunos fructus profert; homini quidem nobili animali, & à Deo honore cumulato, eximium ac selectum cibum, panem, & vinum, & oleum; panem nempe ad confirmandum & roborandum cor eius; vinum verò ad animum exhilarandum; oleum denique ad corpus illustrandum & emolliendum, laboriosam & rigidam viuendi rationem mitigando: ita nimirum Deus tamquam pater copiosam ipsi & opiparam ex varijs delicijs mensam suppeditauit.

Quomodo Deus abundantes fructus suppeditet.

CHRYSOSTOMI. Haud simpliciter nimirum ratione opera Dei facta sunt; sed

vnum-

CATENA PATRVM.

vnumquodque multiplicem fructum habet, licet is omnis nobis non pateat. Nonnulli quidem hunc fructum existimant esse pluuiam; ego verò non hunc solùm dico, sed etiam solem & aërem, & mutationes temporum ac tempestiuitates: nisi enim his omnibus terra saginetur, non poterit fructum ad maturitatem adducere.

HESYCHII. Opera Dei non solùm sunt creaturæ, sed etiam signa & miracula; quorum fructus est Euangelium, ex quo hominem diuinâ notitiâ satiauit.

Operibus Iesu vniuersa terra satiatur.

EVSEBII. Ex dispensationis Iesu operibus, quæ multiplicem fructum habent, vniuersa terra saturatur, particeps effecta eorum quæ à Iesu tam prodigiosè gesta sunt. Hic enim est fructus operum illius. Quin & sermo de operibus creationis ac prouidentiæ ipsius ritè intellectus, cùm quasi fructus quidam sit operum Dei, terram satiat; homines, inquam, in terra commorantes.

Nihil in mundo superuacaneum.

14. PRODVCENS FOENVM IVMENTIS.] CHRYSOSTOMI. Obserua sermonem hunc circuitione vti, & manifestiora pertransire, immorari verò ijs quibus plurimi contradicunt, & ab vsu atque obsequio eorum minimè desistunt. Hoc autem propter hæc duo facit. Propter vnum quidem, vt ex abundanti os obstruat impudentiæ illorum, qui dicunt aliquid in mundo superuacaneum & inutile existere: propter alterum verò, vt ostenderet quanta Deo cura sit hominum; quandoquidem eorum quæ ab ipsis facta sunt tantam habeat rationem.

EVSEBII. Producit autem in his supernaturalibus sublimissimisque sermonibus suis, qui montes sunt, fœnum, quem cibum simpliciores ferre valeant. Porrò fœnum in his montibus est sermo de sensilibus & littera Scripturæ; vti & sermo moralis, quem multitudo quoque participare poterit quolibet eorum dicente: *In loco pascua ibi me collocauit*. Qui autem istiusmodi statum transcenderunt, cùm non in seruitute hominum versentur, sed homines facti sint, singuli illorum rursum dicent: *Parasti in conspectu meo mensam.*

Psal. 22, 1.

Ibid. 6.

Deus omnibus de cibo prospexit.

EIVSDEM. Nequaquam sanè ceterorum quoque animantium curam neglexit: sed cùm commorationis eorum curam gessisset, con-

ἔχων τὸν καρπὸν ἕκαστον, εἰ καὶ ἡμῖν ἅπας ἄδηλος. τινὲς μὲν δὲ οὖν τὸν ὑετὸν εἶναι νομίζουσιν· ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτον μόνον φημί, ἀλλὰ καὶ ἥλιον καὶ ἀέρα, καὶ τροπὰς καὶ ὥρας· ἂν γὰρ μὴ πάντων ἐμπλησθῇ τούτων ἡ γῆ, οὐκ ἂν δύναιτο πρὸς ἀκμὴν τὸν καρπὸν ἀγαγεῖν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔργα τοῦ Θεοῦ οὐ μόνον τὰ δημιουργήματα, ἀλλὰ τὰ σημεῖα καὶ τὰ θαύματα· ὧν καρπὸς τὸ Εὐαγγέλιον, ἐξ οὗ τὸν ἄνθρωπον θεογνωσίᾳ ἐχόρτασεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐκ τῶν Ἰησοῦ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἔργων, πολὺν καρπὸν ἐχόντων, ἅπασα ἡ γῆ χορτάζεται μεταλαμβάνουσα τῶν ὑπὸ παραδόξως ὑπὸ Ἰησοῦ γεγενημένων. οὗτος γὰρ καρπὸς τῶν ἔργων αὐτοῦ τυγχάνει. καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ περὶ τῶν ἔργων τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας αὐτοῦ νοηθεὶς, οἷα καρπὸς ἔργων Θεοῦ τυγχάνων, χορτάζει τὴν γῆν· φημὶ, δὴ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβοντας ἀνθρώπους.

ιδ'. ΕΞΑΝΑΤΕΛΛΩΝ ΧΟΡΤΟΝ ΤΟΙΣ ΚΤΗΝΕΣΙΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα κύκλῳ περιιόντα τὸν λόγον, καὶ τὰ σαφέστερα παρατρέχοντα, ἐμφιλοχωροῦντα δὲ τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν ἀντιλεγομένοις, καὶ οὐκ ἀφισταμένων καὶ τῆς χρείας αὐτῶν καὶ τῆς ὑπηρεσίας. ποιεῖ δὲ τοῦτο διὰ δύο ταῦτα. δι' ἓν μὲν, ἵνα ἐκ περιουσίας ἐπιστομίσῃ τὴν ἀναισχυντίαν, τῶν λεγόντων εἶναί τι περιττὸν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ ἄχρηστον· δι' ἕτερον δὲ, ἵνα δείξῃ ὅση τῷ Θεῷ τῶν ἀνθρώπων ἡ κηδεμονία· ὅπου γε τῶν δι' ἐκείνους γινομένων τοσοῦτον ποιεῖται λόγον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐξανατέλλει δὲ ἐν τούτοις ὑπερφυέσι καὶ ὑψηλοτάτοις λόγοις, αὐτοῦ ὄρεσιν οὖσι, χόρτον, ὃν φέρεσθαι τροφὴν οἷοί τε εἰσὶν οἱ ἀλογώτεροι. Ἔστι δὲ ὁ ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι χόρτος ὁ περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγος καὶ τὸ γράμμα τῆς γραφῆς· ἀλλὰ καὶ ὁ ἠθικώτερος, οὗ μεταλαβεῖν καὶ οἱ πολλοὶ δυνήσονται ἑκάστου τῶν τοιούτων λέγοντος· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ὑπερβαίνοντες δέ ποτε τὴν τοιαύτην κατάστασιν, οὐκέτι ἐν δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων ὄντες, ἀλλ' ἄνθρωποι γεγενημένοι, ἐροῦσι πάλιν ἕκαστος· ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐ μὴν καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ζώων κατωλιγώρησεν ἐπιμελείας· φροντίζων δὲ καὶ τῆς τούτων διαμονῆς, τὴν ἁρμόζουσαν

Digitized by Google

μόζουσαν καὶ τούτοις ἀπένειμε τροφήν· χόρτον μὲν τοῖς κτήνεσι, τῇ δὲ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων χλόην ἐξανατείλας. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς καὶ τὴν τούτων πεποίηται διαίρεσιν, κτήνη μὲν γενικῶς πᾶν τὸ ποηφάγον ζῶον ὀνομάσας· δουλείαν δὲ ἀνθρώπων, τὰ ἥμερα καὶ ὥσπερ πολιτικὰ ζῶα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπων ἀφωρισμένα· ὧν τὰ μὲν ἀροῖ τὴν γῆν· συγγεωργοῦντα ἀνθρώπῳ· τὰ δὲ ἀχθοφορεῖ· τὰ δὲ ἄλλην τινὰ χρῆσιν τῷ θνητῷ γένει παρέχεται· ἃ οἰκείως καὶ προσφυῶς δουλείαν ὠνόμασεν, οἷς τὴν χλόην δίδοσθαί φησι, τουτέστι τὴν ὑπ' ἀνθρώπων σπαρεῖσαν καὶ γεωργηθεῖσαν, τοῖς δὲ ἄλλοις κτήνεσι τὴν αὐτομάτως βλαστάνουσαν. Δύναται δὲ καὶ ἀμφότερα, ἥτε πόα καὶ χόρτος, ὁμοῦ τε τοῖς κτήνεσι καὶ τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων δίδοσθαι. Οὔτε θηρίων δὲ ἐν τούτοις οὔτε ἑρπετῶν ἐμνημόνευσε, διὰ τὸ ἑτέρᾳ κεχρῆσθαι ταῦτα τροφῇ. τὰ μὲν γάρ ἐστι σαρκοβόρα· τὰ δὲ ἑρπετὰ τῇ γῇ κέχρηται τροφῇ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς κηδεμονίας; ὅταν καὶ τὰ δουλεύοντα ἡμῖν οὕτω τρέφῃ, καὶ συγχωρῇ διευθηνεῖσθαι περὶ πάντα. οὔτε γὰρ εἴασε τὸν ἄνθρωπον, οὔτε βαρύνει τοῖς πόνοις αὐτόν, ποικίλλων αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν.

ιε'. ΤΟΥ ΕΞΑΓΑΓΕΙΝ ΑΡΤΟΝ ΕΚ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦ κυριακοῦ δηλαδὴ σώματος· ἐκεῖθεν γὰρ τὸν ἄρτον τὸν μυστικὸν ἐξήγαγεν.

ΧΡΥΣΟΣΤΩΜΟΥ. Τί ποτέ ἐστιν ὅπερ αἰνίξασθαι βούλεται; ὅτι τὸ αὐτὸ σπέρμα κοινὴ γίνεται ἐδωδὴ καὶ ἀλόγοις καὶ ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ αὐτό. καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας. καταβάλλεται γὰρ σῖτος, καὶ τέως μὲν ἀνθρώπων ἐστὶ τροφὴ μόνον· ἐπειδὰν δὲ βλαστάνῃ, ἄνεισι καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ἔχων τροφήν. ὥσπερ γὰρ αὐτὸ τὸ εἶναι δι' ἡμᾶς ἔλαβε τὰ ζῶα· οὕτω καὶ ἡ τροφὴ αὐτῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας τροφῆς τὴν ἀρχὴν ἔχει. ἡ γὰρ χλόη διὰ τοῦτο προηγουμένως γέγονεν, ἵνα τὸν σῖτον διατηρῇ. εἶδες οὖν τὰ ἄλογα οὐ μόνον ἡμῖν δουλεύοντα, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τῶν ἀλόγων τῇ τροφῇ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπηρετουμένην, καὶ τῇ τάξει πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο μιμουμένην. ὥσπερ γὰρ πρότερον ἄλογα, καὶ τότε ἄνθρωπος, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἄνθρωπον τὰ ἄλογα· οὕτω

CATENA PATRVM.

uenientem etiam cibum ipsis distribuit; fœnum quidem iumentis & herbam seruituti hominum producens: Perquàm accuratè autem hæc distinxit, iumenta quidem in genere appellans omne animal herbiuorum; seruitutem verò hominum, cicura & quodammodò ciuilia animalia hominum obsequijs deputata: quorum alia quidem terram arant eam vnà cum homine colentes; alia verò onera portant; alia denique alium vsum humano generi præstant: quæ proptiè & perquàm accommodatè seruitutem nuncupauit, quibus herbam esse datam ait, scilicet ab hominibus seminatam & cultam, ceteris verò iumentis sponte germinantem. Possunt tamen vtraque, tam herba quàm fœnum, simul etiam iumentis & seruituti hominum concessa fuisse. Ceterùm neque ferarum neque serpentium mentionem fecit, eò quòd hæc alio cibo vtantur. Siquidem feræ sunt carniuoræ; serpentes verò terrâ vescuntur.

CHRYSOSTOMI. Quid hac curâ par esse possit? quandoquidem etiam ea quæ nobis seruiunt ita nutriat, & sinat rebus omnibus abundare. Nequaquam certè hominem deseruit, neque laboribus ipsum grauat variegans salutem eius.

15. VT EDVCAT PANEM DE TERRA.] HESYCHII. Dominici videlicet corporis: inde enim panem illum mysticum eduxit.

Vt iumenta nobis, sic & cibus eorum nostro cibo subseruit.

CHRYSOSTOMI. Quid tandem est quod insinuare vult? Idem nempe semen commune nutrimentum esse tam brutis quàm hominibus, sed non secundùm idem. Atqui hoc est diuinæ sapientiæ. Proijcitur enim frumentum, atque hactenus quidem solorum hominum est cibus; cùm autem germinauerit, exurgit brutorum quoque nutrimentum habens. Quemadmodum enim bruta propter nos illud ipsum quod sint acceperunt; ita etiam cibus ipsorum ex nostro cibo habet originem. Siquidem herba idcircò præcipuè producitur, vt frumentum conseruet. Vides igitur non solùm bruta nobis famulari, sed etiam cibum eorum nostro cibo subseruire, atque ordine rursus illud ipsum imitari. Quemadmodum enim priùs bruta, & tunc homo, quia nimirum bruta sunt propter hominem; ita etiam priùs herba,

&

CATENA PATRVM.

& tunc frumentum germinat, quia propter frumentum herba existit, *vt educat panem de terra.*

ET VINVM LÆTIFICET COR HOMINIS.] CHRYSOSTOMI. Non solùm quæ ad cibum, sed etiam quæ ad lætitiam faciunt nobis desuper concessa sunt. Et vide dictionis accurationem. Non enim dixit, *Corpus nutrit* (quamuis hoc etiam faciat) sed, *Lætificat cor*, vt duplicem eius effectum declararet. Cùm enim ad plurimum laborem & vitam multâ molestiâ refertam educti simus, vinum nobis in solatium quoddam ac medicinam tribuit. At quænam hæc medicina & solatium? Quando nimirum moderatè sumitur: sicut si temperantiæ limites transgressus fueris, medicina fit venenum. Vinum enim, inquit, potatum in tempore suo, ad vitæ temperamentum conducit; sed multi per immoderantiam hoc donum perdiderunt.

Vinum ad lætitiam concessum.

CYRILLI. Porrò vinum hoc est omnino spiritale, & salutarem conciliat ebrietatem.

HESYCHII. Mysticum videlicet; vnde non corpus, sed cor lætificat. Habet enim remissionem peccatorum, quâ cor hominum maximè recreatur.

CHRYSOSTOMI. Considera donorum diuersitatem. Panis vitam præbet; vinum prætereà tristitiæ adfert consolationem: oleum vigorem suppeditat, & robur intendit, cùm eius vnctione vtimur.

Qui sit panis, vini & olei vsus.

EVSEBII. Porrò etiam exhilarat & hominis interioris faciem illustrat oleo, quod lumen diuinum nutrit, nec non morbos ac labores animi dissoluit, solo mentis conceptu à tradito vino differens. Dei enim verbum sicut vitis, sic & oliua est: *Ego*, inquit, *sicut oliua fructifera in domo Dei.* Doctrina enim eius secundùm diuersam habitudinem & vinum & oleum & panis existit.

Dei verbum mysticè panis vinum & oleum. Psal. 51, 10.

HESYCHII. In munere donationis spiritus: siquidem in ipso facies fidelium exhilarantur. Quoniam *fructus spiritus est charitas, gaudium*, quemadmodum Paulus scripsit.

Gal 5, 22.

EIVSDEM. Vides vt panem & vinum mysticum intelligat; quapropter cibum vtrumque cordis scripsit. Quomodo autem ipsum panis mysticus confirmat, nisi securi-

καὶ πρότερον χλόη, καὶ τότε σῖτος ἐν τῇ βλάστῃ, ἐπειδὴ διὰ τὸν σῖτον ἡ χλόη, τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς.

ΚΑΙ ΟΙΝΟΣ ΕΥΦΡΑΙΝΕΙ ΚΑΡΔΙΑΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ τὰ πρὸς τροφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς εὐφροσύνην ἡμῖν ἄνωθεν δέδοται. καὶ ὅρα τὴν ἀκρίβειαν τῆς λέξεως. Οὐ γὰρ εἶπε, τρέφει σῶμα (καίτοι καὶ τοῦτο ποιεῖ) ἀλλ' εὐφραίνει τὴν καρδίαν, δεικνὺς αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν διπλῆν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς πλείονα πόνον καὶ βίον πολλῆς γέμοντα τῆς φροντίδος ἐξηνέχθημεν, ἔδωκέ τι παραμύθιον ἡμῖν καὶ φάρμακον τὸν οἶνον. Ἀλλὰ φάρμακον καὶ παραμυθία τίς γίνεται; ὅταν μετὰ μέτρου πίνηται· ὡς ὅταν τὸν ὅρον ἐξέλθῃς, τὸ φάρμακον δηλητήριον γίνεται. Οἶνος γάρ, φησι, πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτοῦ, αὐτάρκης ἐπὶ ζωῆς· ἀλλὰ πολλοὶ τῇ ἀμετρίᾳ τὸ δῶρον ἀπώλεσαν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Νοητὸς δέ που πάντως ὁ τοιοῦτός ἐστι, καὶ τῆς σωτηρίου μέθης ἐμποιητικός.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ μυστικὸς εὔδηλον· ὅθεν οὐδὲ σῶμα, ἀλλὰ καρδίαν εὐφραίνει. ἔχει γὰρ ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἡ καρδία τῶν ἀνθρώπων εὐφραίνεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα τὴν ποικιλίαν τῶν δώρων. ἄρτος τὴν ζωὴν παρέχει· οἶνος μετὰ τούτου καὶ παραμυθίαν ἀθυμίας ἐπινοεῖ· τὸ ἔλαιον εὐεκτεῖν παρασκευάζει, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐπιτείνει ἀλοιφῇ κεχρημένον ἡμῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἱλαρύνεται δὲ καὶ φαιδρύνεται τὸ πρόσωπον τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐλαίῳ, τῷ θρεπτικῷ τοῦ θείου φωτός, καὶ λύοντι τὰς νόσους καὶ τοὺς πόνους τῆς ψυχῆς, ἐπινοίᾳ μόνῃ διαφέρον τοῦ ἀποδοθέντος οἴνου. ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ λόγος ὥσπερ ἄμπελος, οὕτω καὶ ἐλαία ἐστίν· Ἐγώ, φησιν, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. ἡ γὰρ αὐτοῦ διδασκαλία κατὰ διάφορον σχέσιν οἶνός τε καὶ ἔλαιόν ἐστι καὶ ἄρτος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐν τῷ χαρίσματι τῆς χορηγίας τοῦ πνεύματος· ἐν αὐτῷ γὰρ τὰ πρόσωπα τῶν πιστῶν ἱλαρύνεται. ἐπειδὴ ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἀγάπη, χαρά, καθὼς ὁ Παῦλος ἔγραψεν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Θεωρεῖς ὅτι ἄρτον καὶ οἶνον τὸν μυστικὸν λέγει; διόπερ τροφὴν ἑκάτερον καρδίας ἔγραψεν. πῶς δὲ αὐτὴν ὁ μυστικὸς ἄρτος στηρίζει, ἀλλ' ἢ πεποίθησιν

θησιν ἑαυτῇ παρέχων, ὅτι σῶμα καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ τῇ τοῦ μυστικοῦ σώματος μεταλήψει γινόμεθα.

ιϛ'. ΧΟΡΤΑΣΘΗΣΕΤΑΙ ΤΑ ΞΥΛΑ ΤΟΥ ΠΕΔΙΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος χορτασθήσεται; θεογνωσίας εὔδηλον. πῶς δὲ χορτάζονται; τῇ μελέτῃ τοῦ λόγου. τοιγαροῦν αὐτοὺς καὶ ξύλα τοῦ κυρίου ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ οἱ μελετῶντες τὸν νόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ξύλον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένον λέγονται).

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ, ξύλα τοῦ κυρίου τεθείκασι. Διεξελθὼν τὰ κάρπιμα, ἀναγκαίως μνημονεύει καὶ τῶν ἀκάρπων, ὡς ἀναγκαίαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ αὐτὰ παρεχόντων χρείαν. Διὰ τοῦτο καὶ κυρίου αὐτὰ προσηγόρευσεν, ὡς αὐτοφυῆ, καὶ οὐ χειρόκμητα, ἀλλὰ τῷ θείῳ λόγῳ βλαστήσαντα. Οὔτε γὰρ ἀλσοκόμοι τινὲς τούτων γεγένηνται φυτουργοὶ, ἀλλ' ὁ θεῖος λόγος ἀμφιλαφεῖς τὰς τῶν ὀρῶν εἰργάσατο κορυφάς. Τοῦ μέντοι Λιβάνου ὡς ἐπισήμου μνημονεύσας, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ Κέδρων, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη καὶ δένδρα διὰ τούτων ἐδήλωσεν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐ περὶ ξύλων ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, περὶ ἁγίων δὲ μᾶλλον τῶν ἐρριζωμένων ἐν τῇ πίστει, καὶ καρποφορούντων ἐν δικαιοσύνῃ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κἂν γὰρ ἐξ ἐθνῶν ὦσιν, ὧν Λίβανος σύμβολον· φυτευθέντες δὲ παρὰ θεοῦ τῇ υἱοθεσίᾳ τοῦ βαπτίσματος μελετήσαντες, καὶ αὐτοὶ τὸν νόμον θεογνωσίας χορτάζονται. Στρουθία δὲ καλεῖ τὰς παρὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν αὐτοῦ συμπραττόντων διωκομένας ψυχὰς, δι' εὐσέβειαν δυνηθείσας τε αὐτοῦ τὰς παγίδας διαφυγεῖν, περὶ ὧν ὁ Δαβὶδ εἴρηκεν· Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων.

ιζ'. ΤΟΥ ἘΡΩΔΙΟΥ Η ΚΑΤΟΙΚΙΑ ΗΓΕΙΤΑΙ ΑΥΤΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Ἀκύλας οὕτως ἔχει· Ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύσουσιν. ἐρωδιοῦ ἐλάται οἶκος αὐτοῦ. τὰ γὰρ αὐτὰ δένδρα ἄλλην μὲν ἀνθρώποις χρείαν, ἄλλην δὲ τοῖς ὀρνέοις παρέχει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτῶν τῶν στρουθίων ἡγεῖσθαί φησι τὴν καλιὰν τοῦ ἐρωδιοῦ, διὰ τὸ ὑψηλότατα τῶν δένδρων καταλαμβάνοντα νεοττεύειν, ὡς ἐπίπαν ἐν ἐλάταις ταῖς πασῶν ὑψηλοτάταις τῶν δένδρων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ Ἑβραῖος τῇ ἀσίδι, ὁ δὲ ἕτερος, ἑρμηνεύων τὸ ἰκτῖνος ἐλάται οἴκησις· ἄλλος δέ φησιν αἱ κυπάρισσοι· ἕτερος δὲ ἡ ἀρ-

tatem ei præbendo, nos etiam corpus Christi fieri per corporis mystici participationem.

CATENA PATRVM.

16. SATVRABVNTVR LIGNA CAMPI.] HESYCHII. Quanam re saturabuntur? vtique diuinâ cognitione. Quomodo autem saturantur? verbi meditatione. Ipsos nempe ligna Domini appellauit; quoniam qui meditantur in lege Domini die ac nocte, dicuntur lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.

Quid per ligna mysticè significetur.

Psal. 1.

EVSEBII. Hebræus ceterique interpretes *ligna Domini* posuerunt. Cùm fructifera recensuisset, necessariò etiam de infrugiferis mentionem fecit, tamquam quæ hominibus etiam necessarium vsum præbeant. Idcircò & Domini ipsa nuncupauit; quippe sponte suâ nata, & manu minimè elaborata, sed diuino verbo germinantia. Non enim aliqui lignatores eorum consitores fuerunt, sed diuinum verbum montium vertices ipsis densos effecit. Ac Libani quidem tamquam celeberrimi, & cedrorum quæ in ipso sunt mentionem faciens, alios quoque montes & arbores per hæc indicauit.

CYRILLI. Non de lignis erat ipsi sermo, sed potiùs de sanctis in fide radicatis, & iustitiæ fructum proferentibus.

HESYCHII. Etsi enim ex Gentibus sint, quarum Libanus est symbolum; plantati tamen à Deo per Baptismi adoptionem & legem meditantes, ipsi quoque Dei cognitione saturantur. Passeres verò vocat animas à diabolo & ipsius asseclis persecutionem passas; quæ tamen eius laqueos euadere valuerunt, de quibus Dauid ait: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Passeres quid mysticè.

Psal. 123, 7.

17. HERODII DOMVS DVX EST EORVM.] EVSEBII. Aquila sic habet: *Illic aues nidificabunt. Herodio abietes domus ipsi.* Nam hæ ipsæ arbores alium quidem hominibus, alium verò auibus vsum præbent.

ATHANASII. Ipsorum passerum ducem ait esse nidum herodij, eò quòd altissimas arbores eligat ad nidificandum, vt in abietibus aut palmis arborum omnium procerissimis.

CHRYSOSTOMI. Hebræus habet, *Asidi*, alius verò interpres, *Miluo abietes domus:* alius autem ait *Cyparissi*; alius *Iuni-*

CATENA PATRVM.

perus. Sed & hoc opus est multiplicis & multiformis sapientiæ Dei, quoniam non omnes omnibus arbores aptæ sunt ad habitandum; sed sicut cibi illorum, & operationes & viuendi rationes diuersæ sunt, sic & habitationes.

καλιός. καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον τῆς ποικίλης καὶ πολυειδοῦς, ὅτι οὐ πάντα πᾶσι δένδρα ἐπιτήδεια πρὸς κατασκήνωσιν. ἀλλ᾽ ὥσπερ αἱ τροφαὶ αὐτῶν καὶ αἱ ἐνέργειαι καὶ οἱ βίοι διάφοροι, οὕτως καὶ αἱ οἰκίαι.

S. Petrus herodio comparatus.

HESYCHII. Non aberraueris, si Petrum dixeris herodium, quandoquidem Christum perpetuò secutus sit. Sicut enim herodius dicitur ab ijs quæ possidet separari minimè velle, sic etiam passerum dux existere. Ostendit enim eis, quomodo venatorum laquei sint transiliendi; quandoquidem etiam ipse negatione illaqueatus per pœnitentiam laqueum effugerit.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐρωδιὸν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὸν Πέτρον εἰπών, ἐπειδὴ τῷ Χριστῷ διηνεκῶς ἠκολούθει. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐρωδιὸς οὐκ ἐθέλειν χωρίζεσθαι τῶν κεκτημένων λέγεται, οὕτω καὶ τῶν στρουθίων ἡγεῖσθαι. Δείκνυσι γὰρ αὐτοῖς, πῶς χρὴ τὰς τῶν θηρευτῶν παγίδας ὑπεράλλεσθαι· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τῇ ἀρνήσει παγιδευθεὶς διὰ μετανοίας τὴν παγίδα ἐξέφυγε.

18. MONTES EXCELSI CERVIS.] CHRYSOSTOMI. Audis iterùm aliud specimen sapientiæ, quomodo vniuersi generis curam gerat, aliter auibus, aliter quadrupedibus prospiciens: illis siquidem arbores erexit, hisce verò montes expandit. Cùm enim bestias illas naturæ timiditas prodat, & omnibus venatoribus captu faciles efficiat, & pedum velocitatem & locorum securitatem ipsis largitus est, ita vt si alterutrum non esset, alterum inutile foret.

ιη. ΟΡΗ ΤΑ ΥΨΗΛΑ ΤΟΙΣ ΕΛΑΦΟΙΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκούεις πάλιν ἕτερον εἶδος σοφίας, πῶς παντὸς ἐπιμελεῖται γένους, ἄλλως τῶν ὀρνίθων, ἄλλως τῶν τετραπόδων κηδόμενος· ἐκείνοις μὲν γὰρ δένδρα ἀνῆκε, τούτοις δὲ ὄρη ἀνέτεινεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ δειλὸν τῆς φύσεως αὐτὰ προδίδωσι, καὶ πᾶσι ποιεῖ τοῖς θηραταῖς εὐχειρώτους, καὶ ταχύτητα ποδῶν καὶ ἀσφάλειαν τόπων ἐχαρίσατο, ὡς εἰ θάτερον μὴ ἦν, τὸ ἕτερον ἄχρηστον ἦν.

Cerui natura qualis.

DIDYMI. Ceruorum genus serpentum generi infestum est: hos igitur absumere satagunt. Istiusmodi autem omnino sunt Christi discipuli, prompti ad omnem contumaciam vlciscendam: quin etiam virtutem habuerunt contra serpentes spirituales ab eo qui dedit eis *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici*.

Lucæ 10, 19.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ γένος τῶν ἐλάφων πολεμίως ἔχει πρὸς τὸ τῶν ὄφεων γένος· σπουδάζουσι γοῦν ἀνελεῖν αὐτούς. Τοιοῦτοι δὲ πάντως οἱ Χριστοῦ μαθηταί, ἑτοίμως ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν· ἔχον δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν νοητῶν ὄφεων δύναμιν ἐκ τοῦ ὀρέξοντος ἐξουσίαν αὐτοῖς πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

PETRA REFVGIVM HERINACIIS.] HESYCHII. Symmachus *chirogryllis* exposuit. Erinacij & chirogrylli inter immunda & infirma animalia censentur. Etenim Salomon ait: *Chirogrylli gens inualida fecerunt in petris domos suas*. Moyses autem ait: *Camelum, & suem, & dasypedem*, id est leporem, *non comedetis*. Per hæc nimirum Dauid Gentes insinuat; hæ namque refugium spirituale habent petram, id est Ecclesiam: per hanc enim roborantur & expiantur. Cerui autem, cùm munda sint animalia, necessariò sunt animæ iustorum, quæ legem seruauerunt.

Prou. 30, 26.

Deut. 14, 7.

Ecclesia est refugium Gentium.

ΠΕΤΡΑ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΤΟΙΣ ΛΑΓΩΟΙΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Σύμμαχος τοῖς χοιρογρυλλίοις ἐξέδωκεν. οἱ λαγωοὶ καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι ἐν τοῖς ζώοις τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ ἀσθενέσι τάττονται. παροιμιῶν ὁ Σαλομών φησι· χοιρογρύλλιοι ἔθνος οὐκ ἰσχυρὸν ἐποιήσαντο ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους. Μωσῆς δὲ τὸν κάμηλον, καὶ τὸν ὗν, καὶ τὸν δασύποδα, ὅπερ ἐστὶ λαγωός, οὐκ ἔδεσθε. διὰ τούτων τοίνυν ὁ Δαβὶδ τὰ ἔθνη αἰνίττεται· οὗτοι γὰρ καταφυγὴν τὴν νοητὴν πέτραν τὴν ἐκκλησίαν ἔχουσι (καὶ δι᾽ αὐτῆς δυναμοῦνται) καὶ καθαίρονται. ἔλαφοι δέ, ἐπειδὴ καθαρὰ ζῶα τυγχάνουσιν, ἀναγκαίως αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων εἰσίν, ὅσαι τὸν νόμον ἐφύλαξαν.

19. FECIT LVNAM IN TEMPORA.]

ιθ. ΕΠΟΙΗΣΕ ΣΕΛΗΝΗΝ ΕΙΣ ΚΑΙΡΟΥΣ.]

Digitized by Google

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀνατρέχει πάλιν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πρόνοιαν, δι' οὐδὲν ἕτερον γεγενῆσθαι τὴν σελήνην λέγων, ἢ πρὸς ἀριθμὸν καὶ διάγνωσιν μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰ δόξαντα ἐν τοῖς ἄνω παραλελεῖφθαι, ὅτε τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ περὶ νεφῶν καὶ ἀνέμων ἐλέγετο, νῦν ὁ λόγος ἐπαναλαμβάνει, οὐκ ἀσκόπως, οἶμαι, μετὰ τοσαῦτα μνημονεύσας αὐτῶν, ὑπὲρ δὲ τοῦ διδάξαι, ὅτι καὶ ταῦτα χρείας ἕνεκεν ὑπέστη. Τάχα γὰρ εἰ πρῶτον αὐτῶν ἐμνημονεύσεν, ἀφορμή τις κατελείπετο τοῖς ὡς θεῖα δεῖν αὐτὰ σέβειν ἡγουμένοις, καὶ ὡς αἴτια τῆς τῶν ἐπὶ γῆς ζώων τε καὶ καρπῶν συστάσεως. τοῦτο γοῦν οἱ τῆς εὐσεβείας ἀλλότριοι νομίσαντες, ὡρμήθησαν σέβειν ὡς θεοὺς ἥλιον καὶ σελήνην, ὡς αὖ τῆς ἡμετέρας γενέσεώς τε καὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως αἰτίους. ἀλλ' οὐκ ἔθ' ὁ θεῖος τοῦτο λόγος παρίστησιν· ἀλλ' ὅτι καὶ τούτων ἐκτὸς ἡ καθόλου πρόνοια τοῦ θεοῦ οὐ μόνον τὰ κατ' οὐρανὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς συνεστήσατο ζῶά τε καὶ φυτά. Τοῦτο καὶ Μωσῆς διδάξαι βουληθεὶς, πρότερον εἰσήγαγε τὴν τῶν ἀπὸ γῆς φυτῶν γένεσιν, εἶθ' οὕτως τὴν τῶν φωστήρων σύστασιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐχ ἡ τυχοῦσα χρεία ἐντεῦθεν ἀνύεται ἐκ τοῦ καιροὺς εἰδέναι καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς ἅπαντα· ὡς εἰ μὴ τοῦτο, ἦν πάντα ἂν ἀπωλώλει· οὔτε γεωργοῦ, οὔτε ναύτου τοῦ μὲν τὴν γῆν ἀνατέμνειν, τοῦ δὲ τὴν θάλατταν εἰδότος ἐν καιρῷ προσήκοντι. Αὕτη ἡ ἐκ τῶν καιρῶν τούτων γνῶσις οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις ἐπιτηδεία καὶ χρησιμωτάτη.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ μὴν οὐ μόνην τὴν σελήνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ εἰς ἡμέρας καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτοὺς ἔθετο. Ἀλλὰ σελήνην ἐνταῦθα τὴν τῶν Ἰουδαίων λέγει συναγωγὴν, ἥντινα μέχρι καιρῶν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἔθετο· ἥλιον δὲ τὸν Χριστόν. Οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ Μαλαχίας ἔλεγεν· Ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸν κύριον ἥλιος δικαιοσύνης· καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. ὅστις ἔγνω τὴν αὐτοῦ δύσιν· τὸν γὰρ καιρὸν, καθ' ὃν προσῆκε τὸ πάθος οἰκονομῆσαι ἐγίνωσκεν· ὥστε πρὶν μὲν ἐλθεῖν τοῦτον λέγει· οὔπω ἥκει ἡ ὥρα· ὅτε δὲ ἐν τῷ

ATHANASII. Recurrit iterùm ad rerum cæleſtium prouidentiam, dicens nullam aliam ob cauſam Lunam eſſe productam, quàm ob numerum atque notitiam menſium ac dierum.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Ea quæ videbantur in ſuperioribus prætermiſſa, quando de rebus cæleſtibus & nubibus & ventis differüit, modò hic ſermo reſumit, minimè inconſideratè, vti arbitror, poſt tanta eorum faciens mentionem, ſed vt doceat, hæc etiam propter vtilitatem eſſe condita. Forſitan enim ſi hæc primo loco commemoraſſet, anſa quædam relicta fuiſſet ijs qui iſta veluti diuina coli oportere exiſtimarunt, & tamquam cauſas productionis animalium ac fructuum terræ. Hoc nempe cùm illi qui à pietate alieni ſunt opinarentur, impulſi ſunt vt Solem & Lunam tamquam Deos, quippe noſtræ generationis & alimenti & incrementi auctores, colerent. Verùm diuinus ſermo hoc minimè probat; ſed quod etiam abſque his vniuerſalis Dei prouidentia non ſolùm res cæleſtes, verùm etiam terræ animalia plantaſque produxerit. Hoc etiam Moyſes docere volens, primùm plantarum terreſtrium generationem, ac deinde luminarium productionem introduxit.

Cur animalium mentionem fecerit ante Solem & Lunam.

CHRYSOSTOMI. Ex temporis notitia minimè vulgaris vtilitas conficitur ad omnia præparanda, ita vt ſi hæc abeſſet, omnia interitura fuiſſent: cùm neque agricola terram, neque nauta mare ſulcare potuiſſet in tempore opportuno. Hæc temporum notitia non ſolùm hominibus, ſed etiam brutis animantibus perquàm opportuna vtiliſſimaque exiſtit.

Notitia temporum quàm ſit neceſſaria.

HESYCHII. Ceterùm non ſolam Lunam, ſed etiam Solem & ſtellas, & dies ac menſes, & tempora & annos conſtituit. Lunam autem hoc loco intelligit Iudæorum Synagogam, quam vſque ad tempora Legis ac Prophetarum inſtituit; Solem verò Chriſtum. Sic enim etiam Malachias ipſum appellauit: *Orietur vobis timentibus Dominum Sol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius. Qui cognouit occaſum ſuum:* ſiquidem tempus cognoſcebat, quo paſſio erat diſpenſanda; ita vt priùs quidem quàm illud aduenisset diceret: *Nondum venit hora:* quando autem

Luna Synagoga, Sol Christi typus.

Mal. 4, 2.

Ioan. 2, 4.

Digitized by Google

CATENA PATRVM. Ioan. 12, 23.

tempus opportunum erat illam subeundi: *Venit*, inquit, *hora vt clarificetur Filius hominis.*

20. POSVISTI TENEBRAS, ET FACTA EST NOX.] ATHANASII. Hoc ait, ne alium diei & alium noctis auctorem esse censeremus.

HESYCHII. Manifestè crucis tempus designat, quo Sol noster occidit. Tunc enim ab hora sexta vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt, quæ pro integra nocte acceptæ fuerunt, propter mysterium triduanæ resurrectionis.

Cur noctu fera egrediantur.

IN IPSA PERTRANSIBVNT OMNES BESTIÆ.] CHRYSOSTOMI. Quando, inquit, Sol recesserit, tunc feræ congregabuntur. Hoc autem non exiguum diuinæ sapientiæ opus est, quòd non in die, sed potiùs in nocte hoc fiat; ne viatores & agricolæ læderentur: quod etiam hominibus vtile est.

HESYCHII. Bestias siluæ & catulos leonum appellat dæmones, qui tempore Dominicæ passionis necessariò rugiebant, existimantes tunc bestias habere tempus. Videbant enim Iudam prodentem, Petrum negantem, reliquos Apostolos dissipatos. Rugiebant igitur, vt raperent & quærerent à Deo iustos ad tentandum expostulare. Numquid etiam Iobum diabolus exquisiuit? Expetijt autem Apostolos à Christo, ita vt etiam Dominus diceret: *Simon, Simon,* * *Quoties Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum; ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.*

Luc. 22, 31.

* Vulgata Ecce

Leones à præda viuunt.

21. CATVLI LEONVM RVGIENTES VT RAPIANT.] CHRYSOSTOMI. Talem enim à naturâ cibi rationem ipsis indidit. Non enim serunt neque metunt, sed alterius generis substantias sibi faciunt alimentum.

EVSEBII. Quoniam non produxit ipsis terra fœnum sicut alijs animalibus, & herbam seruituti hominum, Deus tamquam omnium curam gerens, atque omnium habitationi ac vitæ prospiciens, ita disposuit, vt alia quidem à Solis radijs pellerentur, & quasi inimicum sibi lumen fugerent; alia verò vt tamquam luci congenita, in die prodirent, & vitam suam in luce transige-

προσήκοντι καταλαβὼν ἦν· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, φησὶν, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

κ'. ΕΘΟΥ ΣΚΟΤΟΣ, ΚΑΙ ΕΓΕΝΕΤΟ ΝΥΞ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτό φησιν, ἵνα μὴ ἄλλον δημιουργὸν τῆς ἡμέρας καὶ ἄλλον τῆς νυκτὸς λογισώμεθα εἶναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σαφῶς τὸν τοῦ σταυροῦ λέγει καιρὸν, ἐν ᾧ ἔδυνεν ὁ ἡμέτερος ἥλιος. τότε γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτης ἐγένετο, ὅπερ εἰς ὁλόκληρον νύκτα, ἕνεκα τοῦ τριημέρου τῆς ἀναστάσεως μυστηρίου παρείληπται.

ΕΝ ΑΥΤΗ ΔΙΕΛΕΥΣΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΘΗΡΙΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὰν ἀναχωρήσῃ ὁ ἥλιος, φησὶ, τότε τὰ θηρία ἀγελάσονται. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ἔργον, τὸ μὴ ἐν ἡμέρᾳ, ἀλλ' ἐν νυκτὶ μᾶλλον τοῦτο ποιεῖν· ὥστε μηδὲ ὁδοιπόρους μηδὲ γηπόνους λυμαίνεσθαι· τοῦτο καὶ τοῖς ἀνθρώποις χρήσιμον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θηρία τοῦ δρυμοῦ καὶ σκύμνους τοὺς δαίμονάς φησιν, οἵτινες ἐν τῷ καιρῷ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους ἀναγκαίως ὠρύοντο, νομίζοντες τότε θήρας ἔχειν καιρόν. Ἔβλεπον γὰρ Ἰούδαν προδεδωκότα, τὸν Πέτρον ἀρνούμενον, τοὺς λοιποὺς Ἀποστόλους σκορπισθέντας. ὠρύοντο τοίνυν, ἁρπάσαι καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ θεοῦ τοὺς δικαίους ἐξαιτεῖν εἰς πειρατήρια. ἢ οὐχὶ τὸν Ἰὼβ ἐξήτησεν ὁ διάβολος; ἐξήτησε δὲ καὶ τοὺς Ἀποστόλους παρὰ τοῦ Χριστοῦ, ὥστε τὸν κύριον λέγειν· Σίμων, Σίμων, ποσάκις ἐξήτησεν ὁ σατανᾶς σινιάσαι ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου.

κα'. ΣΚΥΜΝΟΙ ΩΡΥΟΜΕΝΟΙ ΤΟΥ ΑΡΠΑΣΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοιοῦτον γὰρ αὐτῶν τῇ φύσει τρόπον ἐνέθηκε τροφῆς. Οὐ γὰρ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν, ἀλλὰ τὰς τῶν ἑτερογενῶν οὐσίας ποιοῦνται τροφήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅτι μὴ καὶ αὐτοῖς ἐξανέτειλεν ἡ γῆ χόρτον ὥσπερ τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ὁ θεὸς ὡς τῶν ἁπάντων κηδεμὼν, καὶ τῆς τῶν πάντων διαμονῆς τε καὶ ζωῆς πρόνοιαν εἰσφέρων τὰ μὲν ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου μαρμαρυγῶν, καὶ ὥσπερ ἐχθρὸν φεύγειν τὸ φῶς ᾠκονομήσατο· τὰ δὲ ὡς τοῦ φωτὸς συγγενῆ, ἐν ἡμέρᾳ προϊέναι, καὶ τὸν βίον αὐτῶν ἐν τῷ φωτὶ διάγειν,

γεῖν, συνεχώρησε· τῶν μὲν θηρίων εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιταζομένων τοῦ δὲ λογικοῦ ζώου ἐν ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ προϊόντος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας.

κβ'. ΑΝΕΤΕΙΛΕΝ Ο ΗΛΙΟΣ, ΚΑΙ ΣΥΝΗΧΘΗΣΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες εὐταξίαν δημιουργοῦ· διανέστη ὁ δεσπότης, καὶ οὐδὲν εὑρίσκεται τῶν λυμαινομένων, ἀλλὰ περιλαβὼν ὁ ἥλιος πάντα συνήλασε τὰ ἐπιβουλεύοντα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀναστάντος γὰρ Χριστοῦ ὑπεχώρησαν. διὸ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ συνήχθησαν ὑποχωρήσουσιν ἔγραψε. Ποῦ δὲ ὑπεχώρησαν; εἰς τὰς ἑαυτῶν μάνδρας· ἔνθα κατακοιτάζονται ἑρπετῶν δίκην φωλεύοντες. Καὶ μάλα εἰκότως, ἐπειδὴ τὸ θαῤῥεῖν τοῖς ὄντως ἀνθρώποις δέδωκεν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις, καὶ προέτρεψε, μέχρις ἑσπέρας, δηλαδὴ τῆς τοῦ βίου συντελείας, τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον ἐργάζεσθαι, τουτέστι τὴν ἀρετήν· ταύτην γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς εἰς ἐργασίαν ἔδωκεν.

κδ'. ΩΣ ΕΜΕΓΑΛΥΝΘΗ ΤΑ ΕΡΓΑ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ;] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐκπλήττεται τοῦ Θεοῦ τὰ εἰρημένα μυστήρια ἐν σοφίᾳ πολλῇ καὶ μεγάλῃ γενόμενα· ἣν ὡς ὑπερβάλλουσαν καὶ λίαν ἀπόκρυφον οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, καθά φησιν ὁ Παῦλος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰς πέλαγος ἀχανὲς ἐμπεσὼν τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας, καὶ ἐννοήσας αὐτόν τε τὸν ταῦτα ἐργασάμενον καὶ τὴν ἀπρόσιτον αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὸ φῶς τὸ ἄῤῥητον, τούς τε ἀνθρώπους καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις, τὸν οὐρανὸν, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τῶν κυμάτων, τὴν εὐταξίαν, τοὺς ἀκινήτους πανταχοῦ νόμους ἐν ἡλίῳ, ἐν σελήνῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς κτίσμασι· καὶ διὰ πάντων θεωρήσας τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν καὶ τὴν κηδεμονίαν ἐβόησε λέγων, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἕκαστον τῶν εἰρημένων λογισάμενος ὁ Προφήτης, καὶ τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν καταμαθὼν, ἐν μέσῳ τῆς διηγήσεως τὸν ὕμνον ἀνέπεμψε, θαυμαστὰ καὶ λίαν ἀξιάγαστα, καὶ σοφίας μεστὰ φήσας εἶναι ἅπαντα τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήματα. Εὗρε γὰρ καὶ τὴν ὑπό τινων δυσσεβῶν διαβαλλομένην νύκτα, σφόδρα χρησιμωτάτην, καὶ τὰ ἄκαρπα ξύλα χρείαν ἑτέραν

rent, concessit; feris quidem in suis lustris cubantibus, rationali verò animali in die ac luce prodeunte ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.

CATENA PATRVM.

22. ORTVS EST SOL, ET CONGREGATI SVNT.] CHRYSOSTOMI. Vidisti rectum ordinem conditoris: surrexit Dominus, & nil rerum inuenit noxiarum, sed Sol progrediens omnes insidias abegit.

Christus vt Sol noxia omnia dispellit.

HESYCHII. Christo enim resurgente recesserunt. Quapropter Symmachus pro *congregati sunt* scripsit *recedent*. Quò autem recesserunt? in lustra sua: ibi cubant serpentium instar latitantes. Et iure meritissimo, quandoquidem ijs qui reuerà homines sunt Christi resurrectio fiduciam dedit, & adhortata est, vt vsque ad vesperam, scilicet vitæ huius consummationem, proprium opus agerent, nempe virtutem: hanc enim nobis Deus ad operandum dedit.

24. QVAM MAGNIFICATA SVNT OPERA TVA DOMINE!] HESYCHII. Obstupescit dicta Dei mysteria in multa magnaque sapientia facta: quam vtpote eximiam & valdè arcanam *nemo Principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*, vti Paulus ait.

Opera Dei admiranda.

1. Cor. 2, 8.

CHRYSOSTOMI. Cùm in immensum diuinæ dispensationis pelagus incidisset, cogitaretque hæc ipsum fuisse operatum & inaccessibilem gloriam ipsius, ac lumen ineffabile, nec non homines supernasque virtutes, cælum, Solem, Lunam, terram, mare, fluctuum ordinationem, immobiles vbique leges in Sole, in Luna, ceterisque creaturis; & in omnibus Dei sapientiam curamque considerans exclamauit dicens, *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti.*

THEODORETI. Cùm singula eorum quæ dicta sunt Vates perpendisset, cumque ingentem Dei prouidentiam didicisset, in medio narrationis in laudes prorumpit, dicens omnia Dei opera admiranda, & valdè digna stupore atque sapientiâ referta esse. Nam & noctem à nonnullis impijs calumnijs impetitam, per quam vtilissimam esse reperit, nec non ligna infrugifera aliam quoque

Omnia Dei opera facta sunt in sapientia.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

que adferre commoditatem, & genera ferarum ad plurima hominibus conducere. Sapientia porrò Dei, in qua facta sunt omnia, Christus est. Christus enim Dei virtus & Dei sapientia existit.

CHRYSOSTOMI. Tam parua quàm magna, tam agrestia quàm cicura, tam fructuosa quàm sterilia, tam campos & planities quàm loca alta ceteraque omnia. Et quod Moyses dixit, Quoniam omnia in sapientia fecisti, & sunt valdè bona; hoc ipsum vtique etiam ipse Moysi consentiens ait: *Omnia in sapientia fecisti.*

IMPLETA EST TERRA CREATVRA TVA.] HESYCHII. Id est instauratione & innouatione. *Si qua ergo in Christo noua creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Ad quid autem terra? quandoquidem ad illam cælos inclinans descendit. Quomodo autem illam creauit, nisi super aquas, quemadmodum ab initio eam produxerat? Clarum autem quòd per aquas Baptismatis. Hoc enim id quod sequitur insinuat.

2. Cor. 5. 17.

25. HOC MARE MAGNVM.] CYRILLI. Ecclesiam naui assimilat, mundo hoc nostro in figura maris intellecto. Cum mari nempe nostro vitam humanam comparat propter instabilitatem, & rerum quæ in ea sunt motum perpetuum. Serpentum autem genus innumerabile refert multiformem & quasi multarum facierum hominum multitudinem, varietatem istam de affectus diuersitate intelligendo. Siquidem omnibus est eadem natura, & nascendi modus minimè diuersus, sed mens est multifida, & cor in nobis multa cogitans. Atque hoc quidam probè noscens dixit. Vti non sunt facies faciebus similes, ita nec mentes hominum. Naues autem, quæ etiam in hoc mari intelligibili pertranseunt, iuxta quod scriptum est, dicimus esse sanctas Saluatoris nostri Ecclesias: quæ quidem in hoc mundo sunt, sed mundo superiores existunt. Quemadmodum videlicet naues quoque onerarias videre licet, quæ quidem in aquis, sed aquis sublimiores sunt. Ecclesiæ igitur, quæ adinstar nauium spiritale hoc mare pernauigant, fideles quidem excipiunt, eos autem ad alteram eamque puram quodammodò deuehunt regionem, scilicet ad Regnum cælorum, & spem in

Ecclesia naui comparata.

Summa mentium humanarum diuersitas.

Nauis Ecclesia ad cælum cursus.

εἰσφέροντα, καὶ τῶν θηρίων τὰ γένη εἰς πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἁρμόδια. Σοφία δὲ θεοῦ, ἐν ᾗ τὰ πάντα γεγένηται, ὁ Χριστός ἐστι. Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα, καὶ τὰ ἄγρια καὶ τὰ ἥμερα, καὶ τὰ ἔγκαρπα καὶ τὰ ἄκαρπα, καὶ τὰ πεδία καὶ τὰ ὕπτια, καὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. καὶ ὅπερ ὁ Μωσῆς ἔλεγεν, ὅτι πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, καὶ λίαν καλά· τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς ἐκείνῳ συμφώνως, ὅτι δὴ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.

ΕΠΛΗΡΩΘΗ Η ΓΗ ΤΗΣ ΚΤΙΣΕΩΣ ΣΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστι τοῦ ἐγκαινισμοῦ καὶ τῆς ἀνανεώσεως. εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Διὰ τί δὲ ἡ γῆ; ἐπειδὴ εἰς αὐτὴν ὁ κλίνας οὐρανοὺς καταβέβηκε. πῶς δὲ αὐτὴν ἔκτισεν, ἀλλ' ἢ δι' ὑδάτων, ὥσπερ αὐτὴν καὶ ἀπ' ἀρχῆς παρήγαγε; δι' ὑδάτων δὲ τοῦ Βαπτίσματος εὔδηλον· μηνύει γὰρ τὸ ἑπόμενον.

κέ. ΑΥΤΗ Η ΘΑΛΑΣΣΑ Η ΜΕΓΑΛΗ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Νῦν παρεικάζει τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν σχήματι θαλάσσης τοῦδε τοῦ καθ' ἡμᾶς νοουμένου κόσμου. θαλάττῃ τοιγαροῦν τῇ καθ' ἡμᾶς παραβάλλει τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον διὰ τὸ ἀστάθμητον, καὶ ἀεικίνητον τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. ἑρπετῶν δὲ γένος τὸ ἀναρίθμητον τὴν πολυειδῆ καὶ οἱονεὶ πολυπρόσωπον τῶν ἀνθρώπων πληθύν, εἰς τὸ τῆς ἕξεως ποικίλον νοουμένης τῆς ἐξαλλαγῆς. φύσις μὲν γὰρ πᾶσιν ἡ αὐτή, καὶ ὁ τῆς γενέσεως τρόπος οὐχ ἕτερος, πολυσχιδὴς δὲ ὁ νοῦς, καὶ πολυγνώμων ἐν ἡμῖν ἡ καρδία. καὶ τοῦτο εἰδώς τις ἔφασκεν, ὥσπερ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις, οὕτως οὐδὲ αἱ διάνοιαι τῶν ἀνθρώπων, πλοῖα δὲ εἶναί φαμεν ἃ καὶ ἐν τῇδε τῇ νοητῇ θαλάσσῃ διαπορεύονται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὰς ἁγίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίας· οὔσας μὲν ἐν κόσμῳ, πλὴν ἀνωτέρω τοῦ κόσμου. καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰς ὁλκάδας ἐστὶν ὁρᾶν, ὅσας μὲν ἐν ὕδασι, πλὴν ὑδάτων ἀνωτέρω. αἱ τοίνυν ἐν τάξει πλοίων Ἐκκλησίαι τὴν νοητὴν ταύτην διαπλεόμεναι θάλασσαν, δέχονται μὲν τοὺς πιστεύοντας, ἀποκομίζουσι δὲ καθάπερ εἰς ἑτέραν τινὰ γνήν χώραν, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, καὶ ἐλπίδα τὴν ἐν

χρι-

Digitized by Google

Χριστοῦ, καὶ εἰς ἁγιασμὸν τὸν διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων πατρίδα τῆς ἀρετῆς. πάροικοι γὰρ ὄντες καὶ παρεπίδημοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ ἔχουσιν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἐπείγονται δὲ πρὸς ἐκείνην, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Σκάφος οὖν ἢ πλοῖον ἡ Ἐκκλησία νοηθήσεται, πλωτῆρας ἔχουσα τοὺς ἡγιασμένους· οἳ καὶ, διὰ τοῦ καταδέξασθαι τὴν πίστιν, συνόντα διὰ παντὸς ἔχουσι τὸν Χριστόν. ἀλλὰ καὶ δεινὸς ἐσθότε χειμὼν καταρρήγνυται, καὶ μυρία περιστάσεων τοῦ ἁγίου σκάφους κατεξανίσταται κύματα, ἀναρίθμητοι δὲ φλογίζουσι πειρασμοὶ, καὶ μὴν καὶ πνευμάτων πονηρῶν ἀγριότης ἐγκατασκήψασα, πρὸς αὐτὸ καταφέρει τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα· καὶ σύνεστι μὲν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις Χριστὸς, διὰ δὲ τὰ πολλάκις ἐφεῖναι παθεῖν οἰκονομικῶς, ἀπομιμεῖσθαί πως δοκεῖ τὸν νυστάζοντα. Ὅταν τοίνυν ὑπέρμετρος ἀληθῶς, καὶ οὐκέτι τοῖς πλωτῆρσι φορητὸς ὁ θόρυβος ᾖ, καὶ πρὸς ἄκρον ἤδη τοῦ κακοῦ τὰ πράγματα βλέπῃ, τότε δὴ τότε προσήκει βοᾷν μονονουχὶ λέγοντας· Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε; ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις; ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν, καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν; Ἀμελλητὶ γὰρ διαναστήσεται, καὶ πάντα μὲν ἐκ ποδῶν ποιήσει φόβον· ἐπιτιμήσει δὲ τοῖς πειράζουσι, καὶ μεταστήσει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, εὐδίαν ἁπλώσας τὴν ἁπαλὴν καὶ ἀκύμονα. περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ τί ταύτην μεγάλην εἶπεν; ὅτι μείζων ἐστὶ τῆς γῆς· εἴγε ὡς ἱμάτιον αὐτῇ περιβέβληται. Ἄβυσσος γάρ, φησιν, ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτῆς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μεγάλη ἡ χάρις τοῦ Βαπτίσματος, ὡς μεγάλα περιέχουσα μυστήρια. Εὐρύχωρος δὲ, ὡς ὅλην χωροῦσα τὴν ἐνέργειαν τοῦ πνεύματος. Ἑρπετά τε τοὺς ἁμαρτωλοὺς, διὰ τὸ ἕρπειν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ γήϊνα νόησον· οἵπερ διὰ τὸ πλῆθος εἰκότως ὑπὲρ ἀριθμὸν λέγονται. ἢ ὅτι μόνοις τοῖς δικαίοις, ἀριθμεῖσθαι πρέπει. φησὶ γὰρ· ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ Θεός. διαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται.

ΖΩΑ ΜΙΚΡΑ ΜΕΤΑ ΜΕΓΑΛΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Δῆμοι γὰρ ἄπειροι κατὰ τὴν θάλατταν ἰχθύων· οἱ μὲν μεί-

CATENA PATRVM.

Christo, & sanctimoniam in Spiritu sancto, nec non ad patriam Sanctorum, scilicet ad virtutem. Cùm enim, vti scriptum est, aduenæ sint ac peregrini super terram, non habent hîc manentem ciuitatem, sed ad illam properant, cuius fabricator & opifex est Deus. (Hebr. 13, 14.) Scapha igitur seu nauis intelligetur Ecclesia, remiges sanctos habens: qui etiam, eò quòd fidem susceperint, Christum semper secum habent. (*Ecclesia multis tentationibus impetitur.*) Verumtamen vehemens nonnumquam tempestas ingruit, & innumeri fluctus aduersus sanctam hanc scapham insurgunt, innumerabiles quoque eam adurunt tentationes, quia & malignorum spirituum immanitas ipsi incumbens, vsque ad ipsum mortis metum eam deprimit; atque adest quidem notis suis Christus, sed quia non rarò permittit ipsos per dispensationem perpeti, videtur quodammodò dormitantem imitari. (*Deus vt dormire videatur, numquam tamen permittet Ecclesiam perire.*) Quando igitur tempestas reuerà modum excesserit, & nautis intolerabilis extiterit, atque ad extremum malum res vergunt, tunc vtique tunc clamare oportet tantum non dicentes: *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?* (Psal. 43, 23.) Incunctanter enim exurget, omnemque metum illicò abiget; increpabit autem tentatores, & luctum in lætitiam conuertet, pacatam ac tranquillam adferens serenitatem. Nequaquam enim despiciet eos qui in se confidunt.

CHRYSOSTOMI. Cur autem ipsum magnum appellauit? Quia maius est terrâ: siquidem ipsò tamquam vestimento coopertа est. *Abyssus* enim, inquit, *sicut vestimentum amictus eius.* (Psal. 103, 6.)

HESYCHII. Magna est Baptismatis gratia, vtpote magna continens mysteria. (*Baptisma mari comparatur.*) Lata autem, quia totam spiritus complectitur inoperationem. Reptilia autem intellige peccatores, eò quòd ad terrena repant: qui ob multitudinem meritò dicuntur esse supra numerum, vel quia solis iustis conuenit, vt numerentur. Ait enim: *Mihi autem valdè honorificati sunt amici tui Deus. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* (Psal. 138, 18.)

ANIMALIA PVSILLA CVM MAGNIS.] CHRYSOSTOMI. Multitudo enim infinita piscium est in mari: alij quidem maiores, (*Maiores pisces minores deuorant, nec vmquam esca deficit.*)

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

res, alij verò minores sunt: & cùm minores esca sint maiorum, genus minimè consumitur. Potentiores namque imbecillioribus vescuntur, & numquam penitus hos absumunt, sed prouentus expensas superat. Bestijs illis similes sunt hi qui infirmiores homines deuorant. Hoc enim etiam inter homines videre licet. Attamen in bestijs quidem hæc sine crimine fiunt; nam id quod ipsis accidit, naturæ est: tu autem nullam habebis excusationem, cùm ratione ac lege honoratus sis, & ad irrationalium confusionem temetipsum componas.

Ditiores instar piscium absumunt pauperes.

HESYCHII. Mediocriter & valdè iusti. Hos enim omnes Baptisma suscipit, & non solùm peccatores, sed etiam iusti lauacro regenerationis opus habent. Nam *nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in Regnum Dei.*

Ioan. 3, 5.

26. ILLIC NAVES PERTRANSEVNT.] BASILII. Quæ enim pertranseunt mare, sed in illo minimè morantur, neque fluctibus demerguntur, illæ laudantur. Quin & hi qui in carne viuunt & non secundùm carnem militant, vitæ huius tempestatem conculcantes, & ipsâ superiores, faciunt operationem in aquis multis, dum huic vitæ condescendunt, vt demersos aliquos lucrentur. Quocircà viderunt opera Domini in mercedem operationis accipientes cognitionem operum Domini & mirabilium eius in profundo.

2. Cor. 10, 3.

DRACO ISTE QVEM FORMASTI.] CYRILLI. Nequaquam profectò dicimus ipsi sermonem fuisse de ijs quæ in mari natitant, neque etiam piscium differentias ipsum insinuare voluisse, sed neque draconem quempiam corporeum ac sensibilem in maris aquis natantem intellexisse: sed nobis, vti dicebam, per hæc declarat vitæ huius perturbationem, & vitam eorum qui in hac maris commotione versantur: quin & draconem mali auctorem, id est Satanam, qui omnes homines circuit, & orbem hunc nostrum peragrat, sanctorum animabus insidias struens.

Draco satanæ typus.

ATHANASII. Huic de mari sermoni inseruit etiam draconis mentionem, dicens eum ad nihil aliud productum fuisse, quàm ad illudendum. Et meritò in suo de mari

ζους οἱ δὲ ἐλάττους· καὶ τροφὴ τοῖς μείζοσιν οἱ ἐλάττονες, καὶ τὸ γένος οὐ δαπανᾶται. βόσκονται γὰρ οἱ δυνατώτεροι τοὺς καταδεεστέρους καὶ οὐκ ἀνάλωσαν. ἀλλὰ νικᾷ τὴν δαπάνην ἡ πρόσοδος. Τούτοις ἐοίκασι τοῖς ἀλόγοις ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς καταδεεστέρους καταπίνουσιν. Ἔστι γὰρ τοῦτο καὶ ἐπ' ἀνθρώπων ἰδεῖν. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐκ ἐγκλημάτων γινομένων· φύσεως γάρ ἐστι τὸ συμβαῖνον. σὺ δὲ οὐδεμίαν ἕξεις ἀπολογίαν, ὁ λόγῳ καὶ νόμῳ τετιμημένος, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων σύγχυσιν ἑαυτὸν ἐξάγων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οἱ μετρίως δίκαιοι καὶ ἄγαν. Πάντας γὰρ τούτους τὸ Βάπτισμα δέχεται, καὶ οὐ μόνον ἁμαρτωλοὶ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, ἀλλὰ καὶ οἱ δίκαιοι χρήζουσιν, ἐπειδὴ ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

κϛʹ. ΕΚΕΙ ΠΛΟΙΑ ΔΙΑΠΟΡΕΥΟΝΤΑΙ.] ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τὰ γὰρ διαβαίνοντα τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ μὴ ἐναπομένοντα αὐτῇ, μηδὲ καταβαπτιζόμενα τοῖς κύμασιν ἐπαινεῖται. καὶ οἱ ἐν σαρκὶ δὲ ζῶντες καὶ μὴ κατὰ σάρκα στρατευόμενοι, καταπατοῦντες τὸν κλύδωνα τοῦ βίου καὶ ὑψηλότεροι αὐτοῦ ὄντες, ποιοῦσιν ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, ὅσοι συγκαταβαίνουσι τῷ βίῳ, ἐπὶ τῷ κερδῆσαί τινας τῶν βεβυθισμένων. διὰ τοῦτο ἴδοσαν τὰ ἔργα κυρίου, μισθὸν τῆς ἐργασίας τὴν σύνεσιν τῶν ἔργων κυρίου, καὶ τῶν ἐν τῷ βυθῷ θαυμασίων λαμβάνοντες.

ΔΡΑΚΩΝ ΟΥΤΟΣ ΟΝ ΕΠΛΑΣΑΣ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καὶ οὐ δήπου φαμὲν ὡς περὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ νηχομένων ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, οὔτε μὴν τὰς τῶν ἰχθύων διαφορὰς ὑπεμφαίνειν ἤθελεν, ἀλλ' οὐδὲ δράκοντά τινα σωματικόν τε καὶ αἰσθητὸν τοῖς τῆς θαλάσσης ὕδασι νηχόμενον, δηλοῖ δὲ ὡς ἔφην διά γε τούτων ἡμῖν τὴν ἐν τῷ τε βίῳ τύρβην, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τὴν ἐν σάλῳ βίον· καὶ μὴν καὶ δράκοντα τὸν ἀρχέκακον, τουτέστι τὸν σατανᾶν ὃς πάντας περιέεισιν ἀνθρώποις, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην περινοστεῖ, ταῖς τῶν ἁγίων ἐπιβουλεύων ψυχαῖς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παρενέβαλε τῷ περὶ τῆς θαλάσσης λόγῳ τὴν περὶ τοῦ δράκοντος μνήμην, γεγενῆσθαι δι' οὐδὲν ἕτερον φήσας παρῆχθαι αὐτὸν ἢ εἰς τὸ καταπαίζεσθαι. Καὶ εἰκότως ἐν

τῷ

τῷ περὶ τῆς θαλάσσης λόγῳ τούτου ἐμνημόνευσεν· ἅτε δὲ καὶ τοῦ βίου παντὸς τοῦ ἡμετέρου ἁλμυροῦ τινὸς ὄντος, καὶ πανταχόθεν ῥιπιζομένου, καὶ κύμασιν ἀγρίοις συγκυκωμένου.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Λευιαθὰν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ εἴρηται. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ χρηματισμοῦ τοῦ πρὸς τὸν Ἰὼβ φησίν· Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὅμοιον αὐτῷ πεποιημένον καταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων μου. καὶ ἐνταῦθα δὲ ἐμπαίζεσθαι ὑπὸ τοῦ κυρίου. τέως μὲν οὖν ἐμπαίζεσθαι καὶ καταπαίζεσθαι λέλεκται, ἐπὶ τέλει δὲ τῶν πραγμάτων ὑπὸ τῆς μαχαίρας τοῦ θεοῦ ἀναιρεθῆναι τῆς μεγάλης καὶ ἰσχυρᾶς, ἐν ἡμέρᾳ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῆς. καταπαίζειν δὲ αὐτοῦ λέγεται θεὸς, τουτέστιν, ἐν μηδενὶ τίθεσθαι τὴν πανουργίαν αὐτοῦ. πάντα γὰρ τὸν ἐναντιούμενον αὐτῷ γελᾷ ὁ θεὸς διὰ τὸ μάταιον, καὶ παιδία τίθεται διὰ τὸ εὐάλωτον· ὡς περὶ Αἰγυπτίων φησίν· οὕτως ἐμπέπαιχα τοῖς Αἰγυπτίοις.

κζ´. ΠΑΝΤΑ ΠΡΟΣ ΣΕ ΠΡΟΣΔΟΚΩΣΙ] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἴτε γὰρ ἄνθρωποι, εἴτε ζώων ἀγέλαι, εἴτε κτηνῶν, εἴτε ἑρπετῶν, ἄλλως οὐκ ἂν τραφεῖεν μὴ αὐτοῦ τὰ ζωαρκῆ χορηγήσαντος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς πάντα εἰς τὸν θεὸν ἀνάγει, καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐρημίαις, καὶ αὐτὰ τὰ τῶν τροφῶν. Δόσιν γὰρ θεοῦ φησι καὶ τὰς ἁρπαγὰς τῶν ζώων τῶν ἐν ἐρημίᾳ, καὶ τὰς βρώσεις τῶν ἰχθύων τῶν ἐν πελάγει· ἵνα μηδεὶς ἕτερον ἐπεισάγῃ τοῦ κόσμου δημιουργόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰ πάντα δὲ φήσας ὁ λόγος περιείληφεν ὁμοῦ τὰς νοητὰς καὶ ἁγίας δυνάμεις, τάς τε αἰσθητὰς, καὶ τὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν. Οὕτω γὰρ μᾶλλον μειζόνως ἡ ἀγαθότης διαλάμπει· τῷ καὶ ἀξίοις καὶ μὴ ἀξίοις τῆς παρ' αὐτοῦ χρηστότητος μεταδοῦναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ περιέσφιγκται, ἵν' ὅταν ἀνοίξῃ, πάντα πληροῖ καὶ χορτάζῃ χρηστότητος. Ἄνοιξιν δὲ αὐτοῦ χειρῶν καὶ τὴν ἔκτασιν τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσήκει λογίζεσθαι· ἀφ' ἧς πάντα ἐπλήσθη χρηστότητος, τουτέστι φιλανθρωπίας· ἐπειδὴ πᾶσα ἁμαρτία διὰ σταυροῦ συγκεχώρηται.

κθ´. ΑΝΤΑΝΕΛΕΙΣ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΑΥΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δείκνυσι διὰ τούτων ὡς αὐτός ἐστι καὶ θανάτου καὶ ζωῆς δεσπότης.

ΜΑΞΙΜΟΥ. Αἱ δὲ ζωαὶ τῶν ἀλόγων, καὶ τῶν φυτῶν, οὐκ εἰσὶ θεῖαι, ἀλλὰ τοῦ ἐνύλου πυ-

sermone huius etiam meminit; vtpote cùm omnis vita hæc nostra tempestas quædam existat, atque vndique iactetur, & truculentis fluctibus commoueatur.

CATENA PATRVM.

APOLINARII. In Hebræo dicitur Leuiathan. Quin & in fine oraculi ad Iob ait: *Nihil est super terram simile ei factum, vt illudatur ab angelis meis.* Sed & hîc dicitur à Domino illudi. Itaque hactenus quidem illudi & deludi dictus est. In fine verò rerum è medio tollendus est à gladio Dei magno ac forti, in die iræ aduersus impios. Porrò Deus ipsum illudere perhibetur, id est, pro nihilo ducere versutiam eius. Omnem enim sibi aduersantem Deus irridet propter vanitatem, & ludibrio exponit propter debilitatem; quemadmodum de Ægyptijs ait: Sic illusi Ægyptijs.

Iob 41, 24.

Leuiathan à Deo illuditur.

27. OMNIA A TE EXPECTANT.] ATHANASII. Siue enim homines fuerint, siue animalium, siue pecorum, siue serpentum greges, haud aliter ali possunt nisi tu vitæ necessaria suppeditaueris.

Omnia animalia Deus nutrit.

CHRYSOSTOMI. Vidisti vt omnia ad Deum reducat, tam ea quæ in mari quàm quæ in solitudinibus versantur, atque ipsamet quæ ad cibum spectant. Nam & animalium quæ in deserto sunt prædas, & piscium in pelago versantium escas, Dei donum esse ait; ne quis alium mundi opificem introducat.

EVSEBII. Cùm hic sermo omnia dixisset, complexus est simul tam spiritales ac sanctas virtutes quàm sensibiles, & eas quæ in mortalibus corporibus existunt. Sic enim Dei bonitas magis elucescit; quòd tam dignis quàm indignis suam communicet benignitatem.

HESYCHII. Omnia enim bona manu Dei continentur, vt cùm eam aperuerit, omnia repleat, ac saturet bonitate. Porrò manuum eius apertionem etiam in cruce expansionem intelligere oportet; vnde omnia impleta sunt bonitate, id est benignitate, quandoquidem omne peccatum per crucem remissum est.

Omnia bona manu Dei continentur.

29. AVFERES SPIRITVM EORVM.] ATHANASII. Per hæc ostendit, quomodo ipse sit & mortis & vitæ Dominus.

Vita brutorum & nostra qualis.

MAXIMI. Vitæ autem brutorum ac plantarum, non sunt diuinæ, sed ignis mate-

CATENA PATRVM.

rialis ac spiritus: de his igitur solis dictum illud Dauidis, *Auferes spiritum tuum, & deficient,* &c. Magnus enim Dionysius de sola anima sensitiua & vita vegetatiua hæc accipit, non de intellectilium aut nostra vita. Siquidem cùm Deus vitam horum crearit essentialiter immortalem, neque intellectilium, neque animarum nostrarum vitam vmquam auferet.

EVSEBII. Existimo per hæc præsentis sæculi consummationem declarari, nec non futuri sæculi innouationem. Nouerat nempe in istiusmodi argumento nequaquam imperfectam relinquendam esse orationem, ne videlicet opinarentur præsentem mundi statum in infinitum fore protendendum; quapropter etiam de fine eius necessariò disseruit. Quemadmodum enim vniuersi huius mundi creatum aliquod principium esse declarauerat, sic & eius consummationem, & posteà nouum sæculum futurum necessariò docuit, ad illud mentem nostram dirigens, vt videlicet spes nostras non in præsenti, sed in futura illa vita collocaremus, nec non crederemus in promissam nobis post mortem resurrectionem, quam hic sermo proponit, cùm postquam dixerat, *In puluerem suum reuertentur;* subiungit, *Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.*

In futurum sæculum spes extendenda.

SEVERI. Eos qui in puluerem conuersi fuerant à spiritu dicit creari, & renouari faciem terræ, scilicet homines è terra formatos.

30. EMITTES SPIRITVM TVVM.] HESYCHII. Illud de mortuorum resurrectione dici potuisset tamquam de humano spiritu in terram emisso, vt humana natura renouaretur, nisi Propheta dixisset *Spiritum tuum,* manifestè Dei Spiritum sanctum declarans; cuius missione omnis terra, id est omnes Gentes creatæ sunt, & renouatæ; scilicet per prædicationem Apostolorum. Nam *in omnem terram èxiuit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum.*

Psal. 18, 5.

SEVERI. Resurrectio enim est restitutio in statum antiquum. Resurgemus enim noui existentes.

31. SIT GLORIA DOMINI IN SÆCVLVM.] CHRYSOSTOMI. Incipiens etiam à glorificatione initium duxit, & finiens in

ρός τε καὶ πνεύματος· περὶ τούτων οὖν μόνων εἴρηται τὸ τοῦ Δαβίδ, Ἀνταναλεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ ἑξῆς. Ἐπὶ γὰρ τῆς αἰσθητικῆς μόνης ψυχῆς καὶ τῆς φυτικῆς ζωῆς ταῦτα δέχεται ὁ Μέγας Διονύσιος, περὶ γὰρ τῆς τῶν νοητῶν ζωῆς, ἢ τῆς καθ' ἡμᾶς, οὐ νοεῖ ταῦτα. τὴν γὰρ ζωὴν τούτων οὐσιωδῶς δημιουργήσας εἰς ἀθανασίαν ὁ Θεὸς, τοῖς νοητοῖς καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, οὐκ ἂν ἀφέλοι αὐτῶν τὸ ζῆν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οἶμαι διὰ τούτων τὴν τοῦ παρόντος αἰῶνος συντέλειαν δηλοῦσθαι, καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀνανέωσιν. Καὶ ἤδη γε ὡς ἐν τοιαύτῃ ὑποθέσει, μὴ ἀτελῆ καταλεῖψαι τὸν λόγον, ὡς ἂν μήτε ὑπονοήσειεν εἰς ἄπειρον κατατείνειν τὴν παροῦσαν τοῦ κόσμου σύστασιν· διὸ καὶ τὰ περὶ τοῦ τέλους ἀναγκαίως διείληφεν. Ὡς γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου γενητὴν εἶναι ὑπεστήσατο, οὕτω καὶ τὴν συντέλειαν, καίτοι μετὰ ταύτην νέον αἰῶνα ἀναγκαίως ἐδίδαξεν, εἰς ἐκεῖνον ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἀναπέμψας, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἐλπίδας μὴ εἰς τὸν παρόντα βίον, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον τὸν μέλλοντα, πιστεύοιμεν δὲ καὶ εἰς τὴν μετὰ θάνατον ἐπηγγελμένην ἡμῖν ἀνάστασιν, ἣν ὁ λόγος παρίστησι, μετὰ τὸ φάναι, εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν· ἐπαγαγὼν τὸ, ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τοὺς εἰς τὸν χοῦν ἐπιστρέψαντας ὑπὸ τοῦ πνεύματος λέγει κτίζεσθαι, καὶ ἀνακαινίζεσθαι τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, δηλαδὴ τοὺς ἀπὸ γῆς πλασθέντας ἀνθρώπους.

λ'. ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΕΙΣ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΣΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἦν ἂν τοῦτο περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως λέγεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν γῆν ἀποστελλομένου τοῦ ἀνθρωπίνου πνεύματος, ὥστε ἀνακαινισθῆναι τὴν ἀνθρωπότητα, εἰ μὴ τὸ πνεῦμά σου ὁ προφήτης εἶπε σαφῶς τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, τὸ ἅγιον δηλῶν· οὗ τῇ ἀποστολῇ πᾶσα ἡ γῆ, τουτέστι πάντα τὰ ἔθνη ἐκτίσθη, καὶ ἐκαινίσθη· διὰ τοῦ κηρύγματος τῶν ἀποστόλων εὔδηλον. εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἡ γὰρ ἀνάστασις εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐστιν ἀποκατάστασις. Ἀναστησόμεθα γὰρ νέοι ὄντες.

λα'. ΗΤΩ Η ΔΟΞΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ δοξολογίας ἤρξατο, καὶ τελευτῶν εἰς αὐτὸ

ὑπὸ κατέληξεν, ἀείςὶω καὶ ἀρχὶω ἢ τέλ⊕ ἐπιθεὶς τῷ λόγῳ· παιδεύων καὶ ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἀρχεϑζ, καὶ εἰς ταῦτα τελδυτᾷν. Δόξαν δὲ ἐνταῦθά φησι τὴν ὑπὸ τῆς κτίσεως ἀναφαινομένlω αὐτῷ ἢ τοσαύτης. Τί δὲ ἐςι· Καὶ εὐφρανθήσεται κύει⊕; Δείκνυσιν αὐτὸν τῇ ζωῇ τῶν ὄντων χαίροντα, ὁ τῇ ἀπωλείᾳ. Οὐ γὰρ τέρπεται, φησιν, ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων.

Θεοδωρητου. Τὴν ἐσομένlω τῶν ἀνθρώπων θεογνωσίαν διὰ τέτων ἐθέσπισε. Τῆς γὰρ προτέρας ἀπάτης τῶν ἀνθρώπων ἀπαλλαγέντων, καὶ δεξαμένων τοῦ θεοῦ τὴν ἐπίγνωσιν, εὐφρανθήσεται ὁ θεὸς ὁ προσκυνέμεν⊕, ἀλλὰ σωζομένες ὁρῶν.

λϐ'. Ο επιβλεπων επι γην.] Χρυσοστομου. Ἐννόησον ἡλίκον μέγεθ⊕ σώματος ἐπιβλέπων σαλεύει, καὶ σόχασαι ἐντεῦθεν τὸ ἄφατον ἢ δυνάμεως.

Ησυχιου. Τοσαύτη γὰρ ἡ τοῦ δημιεργοῦ δύναμις, ἱκανὸν αὐτῷ καὶ τὸ βλέμμα ἐστί, σαλεῦσαι τὴν δοκοῦσαν ἀσάλευτον.

Ο' Απτομενος των ορεων, καὶ καπνιζονται.] Αθανασιου. Ὄρη τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησὶν, ἃς καὶ συγκαύσει κατὰ τὸν κρίσεως καιρόν, ὃ καὶ σύμβολον ὁ καπνός.

Διδυμου. Ἐφαπτόμεν⊕ δὲ ὁ θεὸς καὶ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ὄρεων καλουμένων, καπνίζει αὐτὰς ἐναύσματα, ἤδη αὐταῖς ἐνιεὶς τῆς διὰ πυρὸς κολάσεως.

λγ'. Ασω τω κυριω εν τη ζωη μου.] Χρυσοστομου. Ὠδὴν ἐνταῦθά φησιν, ὁ τὴν διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων. Ἐπειδὴ γὰρ εὗρεν ἑαυτὸν πολλῶν ὄντα ὑπεύθυνον τῷ θεῷ, καὶ οὐκ εἶδεν οὐδεμίαν ἀξίαν δύναται καταβαλεῖν, ἣν ἔχει ταύτlω κατατίθησι τὸ διηνεκῶς ὑμνεῖν, τὸ διηνεκῶς εὐλογεῖν, τὸ πᾶσαν εἰς τοῦτο δαπανῆσαι τὴν ζωήν. Ἀκεέτωσαν οἱ πραγματείαις καὶ καπηλείαις διὰ πάσης κατασπώμενοι τῆς ἡμέρας, καὶ οὐδὲ ἅπαξ εἰς εὐχὴν ἐρχόμενοι, ὅσων εἰσὶν ὑπεύθυνοι τῷ θεῷ.

Ησυχιου. Ὑπόσχεσις ἀγαθὴ καὶ ζωὴ αἰώνιος τῷ πληροῦντι παρέχουσα, ὅρον τοῦ βίου τινὰ τὴν τοῦ θεοῦ δοξολογίαν τίθεσθαι. εἰς ἀγγέλων γὰρ τάξιν ὁ τοιοῦτος ἀνέρχεται.

λδ'. Ηδυνθειη αυτω η διαλογη μου.] Χρυσοστομου.

eadem conclusit, optimum principium ac finem sermoni imponens; docens etiam nos inde inchoare, & in eadem finire. Gloriam autem hîc appellat, quæ à tanta creatura ipsi affulget. Quid porrò sibi vult illud: *Et lætabitur Dominus?* Ostendit ipsum vitâ rerum gaudere, non interitu. *Nec* enim, inquit, *lætatur in perditione viuentium.*

CATENA PATRVM.

Sap. 1, 13.

Theodoreti. Futuram in hominibus Dei cognitionem per hæc vaticinatus est. Cùm enim à pristino errore homines liberati fuerint, Deique cognitionem acceperint, lætabitur Deus non tam quòd colatur, quàm quòd homines salutem consecutos videat.

32. Qui respicit super terram.] Chrysostomi. Considera quantam corporis magnitudinem respiciendo tremere faciat; atque hinc conijce ineffabilem eius virtutem.

Hesychii. Tanta enim virtus Conditoris est, vt vel solus eius aspectus satis sit ad terram, quæ inconcussa videtur, concutiendam.

Qui tangit montes, et fumigant.] Athanasii. Montes vocat aduersarias virtutes, quas etiam comburet tempore iudicij, cuius quoque symbolum est fumus.

Didymi. Cùm autem Deus tangit malignas virtutes, quæ propter superbiam montes appellantur, in fumum illos redigit, fomitem ipsis indens vindictæ per ignem.

33. Cantabo Domino in vita mea.] Chrysostomi. Canticum hîc vocat, non quod per verba, sed etiam per opera fit. Cùm enim se Deo multis nominibus obstrictum reperisset, nec vllam posset dignam animo concipere remunerationem, eam quam habet hanc proponit; scilicet assiduam laudationem, assiduam benedictionem, atque omnem in hoc vitam insumere. Audiant hi qui negotiationibus & cauponationibus quotidie marcescunt, & ne semel quidem ad orationem conuertuntur, quãtis rationibus reddendis Deo sint obnoxij.

Assiduè Domino cantandum.

Hesychii. Promissum bonum & vitam æternam implenti tribuens, scilicet pro quadam vitæ meta Dei laudem ponere. Talis enim ad Angelorum ordinem conscendit.

34. Iucundum sit ei eloquium meum.] Chrysostomi.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

MI. Quomodo hoc fieri possit? Si nimirum vita fuerit pura, & anima sapientiæ studiosa. Quantumuis enim totam diem orando insumpseris, si viuendi ratio contraria fuerit, non facilè exaudieris, non tantùm ipse, sed nec alius pro te rogans. Hæc autem non cò dico, vt non oremus, & non psallamus; sed vt dum psallimus etiam diligentem vitæ rationem habeamus.

HESYCHII. Cùm enim Deo orationes nostræ placuerint, tunc etiam nos meritò in ipso lætamur; quia partim quidem bona ab ipso accepimus, partim etiam expectamus; atque illud, *Gaudete in Domino semper*, implere possumus.

Phil. 4. 4.

35. DEFICIANT PECCATORES A TERRA.] CHRYSOSTOMI. Non orat Propheta vt peccatores moriantur (hoc enim non erat dignum eius vaticinio) sed vt à rebus terrenis deficiant, ne in tenebris versentur, neque pristina substantia ipsis suppetat, scilicet illa quæ est in peccatoribus. Qui enim per pœnitentiam immutatus est, is non est ampliùs id quod priùs fuerat.

Quomodo peccatores à terra deficiant.

DIDYMI. Peccatores & iniqui tunc deficient, non simpliciter de vniuerso, sed à terra, ita vt non ampliùs in terra versentur, sed in alio elemento à terra diuerso. Aliquando enim penitus æterno igni tradentur, iuxta sermonem qui ait: *Discedite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Benedic anima mea Dominum.* Quapropter ô anima horum memor, atque hæc præ oculis habens, numquam omittas implere id quod à diuino Spiritu præceptum fuerit. Hoc autem est Domino benedicere.

Matth. 25, 41.

HESYCHII. Prooemio finem conuenientem imposuit. Decebat enim vt qui de tantis mysterijs verba facturus erat, principium & finem sermonis statueret Dei benedictionem, cui etiam nos diligenter attendamus. Assidua enim Dei benedictio vitam nostram rectè disponit.

ΜΟΥ. Πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο; εἰ βίος εἴη καθαρὸς, εἰ ψυχὴ φιλοσοφοῦσα. Ὅταν γὰρ πᾶσαν ἀναλώσῃς τὴν ἡμέραν προσευχόμενος τῆς πολιτείας ἀντιπαρατρεπούσης, οὐκ ἀκουσθήσῃ ῥαδίως οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλ' οὐχ ἕτερος ὑπὲρ σοῦ τοῦτο ποιῶν. ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα μὴ προσευχώμεθα, οὐδ' ἵνα μὴ ψάλλωμεν, ἀλλ' ἵνα μετὰ τοῦ ψάλλειν καὶ βίου καὶ πολιτείας ἐπιμελώμεθα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐὰν γὰρ ὁ Θεὸς ἐπὶ ταῖς ἡμετέραις ἀρεσθῇ λέξεσι, τότε καὶ ἡμεῖς εἰκότως ἐπ' αὐτῷ εὐφραινόμεθα, ἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ τὰ μὲν ἤδη λαμβάνοντες, τὰ δὲ προσδεχόμενοι· καὶ τὸ χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε ἀποπληρῶσαι δυνάμεθα.

λε. ΕΚΛΕΙΠΟΙΕΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ ἀποθανεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ὁ προφήτης προσεύχεται (τοῦτο γὰρ αὐτοῦ οὐκ ἦν τῆς προφητείας ἄξιον) ἀλλ' ἀπὸ τῶν γηΐνων ἐκλείπειν, ὡς μὴ ἐν σκότει αὐτοὺς πολιτεύεσθαι, μηδὲ ὑπάρχειν αὐτοῖς τὴν προτέραν ὕπαρξιν, δηλαδὴ τὴν ἐν τοῖς ἁμαρτωλοῖς. ὁ γὰρ διὰ μετανοίας ἀλλοιούμενος, οὗτος οὐκέτι ὑπάρχει ὅπερ ὑπῆρχε τὸ πρότερον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἁμαρτωλοὶ καὶ ἄνομοι τότε ἐκλείψουσιν, οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ τοῦ παντὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς μηκέτι ὑπάρχειν αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ παρὰ τὴν γῆν στοιχείῳ. παραδοθήσονται γὰρ πάντως ποτὲ τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, κατὰ τὸν φήσαντα λόγον· πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Διόπερ τούτων μεμνημένη ὦ ψυχὴ καὶ ταῦτα πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχουσα, μήποτε διαλιμπάνοις τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐπιτελοῦσα. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ εὐλογεῖν τὸν κύριον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐοικὸς τῷ προοιμίῳ καὶ τὸ τέλος ἐπέθηκεν. ἔπρεπε γὰρ περὶ τηλικούτων μυστηρίων ἐνθέμενον, ἀρχὴν καὶ τέλος τοῦ λόγου τὴν εἰς Θεὸν εὐλογίαν ποιήσασθαι, ἧς καὶ ἡμεῖς μετὰ σπουδῆς ἐχώμεθα. εὐλογία γὰρ Θεοῦ διηνεκὴς εἰς εὐζωΐαν ῥυθμίζει τὸν βίον τὸν ἡμέτερον.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

HIC Psalmus apud Hebræos caret titulo. A Septuaginta inscribitur, *Ipsi Dauidi*: in Regijs & Complurensibus additur, Ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, *Pro mundi constitutione*: sed abest in Editione Sixtina, quæ est emendatior, nec in MSS. Codicibus Græcis, quos octo vt minimùm antiquissimos vidi, hæc adduntur. Nec S. Hieronymus, neque Augustinus, neque Theodoretus in suis Codicibus illa inueneruut; proinde videtur à recentioribus appositum. Recto autem ordine hic Psalmus præcedentem sequitur. In illo enim aguntur gratiæ Deo pro beneficijs gratiæ, in hoc autem pro beneficijs naturæ. Ibi laudatur Dei misericordia, hîc prædicatur Dei sapientia. Et primùm cantatur gloria Dei ex mirabilibus quæ sunt in cælo: deinde ex ijs quæ sunt in aëre, tum ex ijs quæ sunt in terra; postremò ex ijs quæ sunt in mari.

1. *Magnificatus es vehementer.*] Theodoretus habet: Ὡς ἐμεγαλύνθης, *Quàm magnificatus es*; & notat illud ὡς hoc etiam loco esse amplificationis. Refert autem Symmachum ita dixisse: Καὶ ὁ θεός μου μέγας εἶ σφόδρα, *Et Deus meus magnus es valdè.* Sed occurrit hîc Cassiodorus dicens: *Quomodo ille magnus non est, vt hominum laudibus magnificetur? aut quid illi potest addi, qui est mirabilis & incomprehensibilis plenitudo virtutum?* Respondet verò: *Sed magnificatur Dominus apud homines, quando eis magnus atque excelsus esse claruerit, vt ipsum sentiant creatorem, ipsum bonorum omnium largitorem, ipsum redemptorem, ac postremum ipsum & iudicem.* Similiter S. Augustinus ad hunc locum: *Magnificatus*, inquit, *es nimis, hoc est, qui nondum te intelligebam intelligo te magnum. Magnus etiam semper occultus, sed mihi nunc magnus apparuisti; quando factus es manifestus.* Sed quando, inquis, hæc magnificatio siue manifestatio Deo contigit? Audi quid subdat Psalmista:

Deus quomodo magnificetur.

IBIDEM. *Confessionem & decorem induisti.*] Hoc exponens Cassiodorus, *Induere*, inquit, *est aliquem quod non habebat assumere; & quando Deus decorem non habuit, qui creaturis suis omnia speciosa semper indulget? sed hîc Incarnatio Domini euidenter exponitur, quam sumpsit ex tempore, per quam confessionem mortalium largitor suæ pietatis inuenit. Recesserant enim à cultu veræ diuinitatis, cùm simulacrorum studijs & vanis religionibus seruiebant; sed eo veniente, qui tamen numquam absens extitit, diuinitas & confessio, & decus supernæ maiestatis innotuit.* Sic ille: quibus similia habet S. Ambrosius & alij. Nec aliud mihi hoc indumentum sapit quàm regia purpura, quâ velut omnium Rex ac Dominus ex passione sua Dei Filius innotuit. Aquila vertit, Ἐπιδοξότητα καὶ διαπρέπειαν, *claritatem & decorem*; Symmachus, Ὕμνον καὶ δοξίαν ἠμφιάσω, *Hymnum & gloriam induisti*; Theodotion, ἐξομολόγησιν καὶ μεγαλοπρέπειαν, *confessionem & magnificentiam*. Rabbi Hannina priscus Hebræorum Theologus ita symbolicè rem expressit: *Est*, inquit, *vestis quædam nectarea diuina, quâ solus Deus, nequaquam Reges terrestres vestiuntur: de qua Psalmista canit, Confessionem & decorem induisti. Hanc vestem Deus summus Messiam induit*, &c. Quam etiam Iob vidit ijs oculis, quibus lætitiâ quâdam eximiâ delibutus redemptorem suum videbat, & in hunc modum alloquebatur: *Circumda tibi decorem.* Et paulò pòst, vt liquidius rem exponens subiungit: *Speciosis induere vestibus*: in Græco est, δόξαν καὶ τιμὴν, *gloriam & honorem* induere: Chaldæus *splendorem & pulchritudinem* habet. Quare hîc *decor* nihil est aliud quàm magnificentia quædam, splendor longè rutilans ex Dei maiestate, quæ ipsum Cælitibus & hominum generi venerandum efficit. Vnde *magnificentiam* Dauid aliquando nominat dicens: *Eleuata est magnificentia tua super cælos*: Chaldæus *splendorem* vertit, alij *gloriam*, quidam *laudem*: quòd tam illustre iamque in omnem partem suspiciendum ornamentum omnium laudem & prædicationem mereatur. Hac quidem nectareâ veste atque diuinâ induitur Christus: vt magnus sacerdos in hac catadista prænitet, in hac blatta siderea ignescit, in hoc decore cælo & terræ gloriosus est: sed ita, vt illa ipsâ magnificâ cyclade & decore Ecclesiam suam vestierit. De qua Salomon tantò antè prouidens ita infit: *Decor indumentum eius.* Itaque in hoc aureo paludamento Ecclesiæ quoque Mystæ irradiant, hoc decore circumamicti à Senatore hominum Deo concesso mortalium generi suspiciendi proponuntur, quo nihil dici magnificentius illustriusque potest ad lyturgos mirabili potentiâ insignes prædicatione cohonestandos. Hic *decor* amabiles efficit & mirandos, *gloria* illustres, *maiestas* reuerendos, si præsertim innocentiâ vitæ & præclaris facinoribus, velut intimo ex animo euocata foras, in oculos hominum conspectumque prodeat. vti pulchrè & copiosè Cresollius noster Mystagogi lib. 1. cap. 1. sect. 3. ostendit.

Dei indumentum quale.

Iob 40, 5.

Psal. 8, 2.

Prou. 31, 25.

Quantùs sit decor, gloria & maiestas sacerdotum.

2. *Amictus lumine sicut vestimento.*] Hoc aliqui de increatâ luce diuinitatis seu ipsius essentiæ diuinæ intelligunt. *Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Sed cùm, vt in argumento annotauimus, hoc Psalmo Dauid ex operibus creationis Deum laudare instituerit; magis placet sententia illorum qui hoc de creatâ luce dictum accipiunt: ita vt sicut Reges & Principes ex paludamento & ornatu regio; ita Deus ex ipsa lucis procreatione cœperit innotescere; quâ, ad captum nostrum appositè, vestitus quodammodò dici possit, cùm anteà quasi nudus in secreto & inaccesso diuinitatis suæ cubili sibi soli notus ageret. Plures huius loci sensus mysticos & morales vide apud Lorinum nostrum.

1. Ioan. 1, 5.

Deus quomodò luce amictus.

IBIDEM. *Extendens cælum sicut pellem.*] Id est, tamquam membranam, in qua Deus sui notitiam descripsit. Pro cuius rei maiori expositione aduerte, cælum alibi appellari librum; quia in eo Deus sui intelligentiam elegantibus chara-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Cælum ita extenditur, vt Beati sibi inuicem gaudia sua communicent.

ſteribus, ſcilicet aureis ſideribus deſcripſit. Patres autem ſuperiùs in Catena citati communi ferè conſenſu volunt hac ſimilitudine creationis eorum facilitatem declarari. Magis myſticè S. Bernardus Serm. 27. in Cantica hoc ſic exponit, quòd Deus non ſolùm Beatorum cuique pro ſuorum operum rata portione cælum diuiſerit, ſed ipſum cælum ita extenderit, vt cuiuſuis alterius felicitatem etiam ſibi propriam reputaret. *Prorſus*, inquit, *de hoc cælo minimè ſibi indignum ducit ducere ſimilitudinem: hoc extenſum ſicut pellis, non ſpatijs tamen locorum, ſed affectibus animorum.* Non multò pòſt expendit idem Sanctus ob eamdem cauſam Beatorum gaudia non modò appellari cælum, ſed cælum cæli, & cælos cælorum, quia nimirum ſua gaudia ſibi mutuo communicant: *Quamobrem*, inquit, *ſicut cælum cæli dicitur illa multitudo collecta Beatorum, ſic & cæli cælorum, propter ſingulos, qui vtique cæli ſunt, nominantur. Et ad ſingulos ſpectat quod dicitur: Extendens cælum ſicut pellem.*

IBIDEM. *Qui tegit in aquis ſuperiora eius.*] Ita Romanum Pſalterium: S. Auguſtinus verò & Vetus Pſalterium habent, *Qui protegit*: Vulgata, *Qui tegis*. Poteſt enim in ſecunda item vt in tertia perſona accipi illud, ὁ στεγάζων. Videtur tamen potiùs accipiendum in tertia, vt etiam in ſequentibus: & non deſunt qui hoc etiam loco, *Superiora eius*, non ſuperiora cæli, ſed ipſius Dei intelligant. Attamen S. Hieronymus ad Suniam videtur ita correxiſſe, vt nunc eſt in Vulgata. Quod autem pertinet ad verbum στεγάζειν, ſignificat propriè fulcimentum, & quaſi contignationem.

4. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, &c.] Id eſt, Qui facit, vt ij, quibus tamquam Angelis ſeu nuntijs vtitur, ſint inſtar ſpirituum, id eſt ventorum velociſſimi, & inſtar flammæ ignis efficaces. Hunc enim ſenſum reddidit Paraphraſtes Chaldaicus cùm ita tranſtulit: *Qui facit Angelos ſuos veloces ſicut ventum, & miniſtros ſuos fortes ſicut flammam ignis.* Scio D. Auguſtinum in Commentarijs huius loci, & D. Gregorium Hom. 34. in Euangelia ſic litteram diſpungere: Qui ſpiritus ſuos facit Angelos, id eſt, eos qui iam ſpiritus ſunt per naturam facit Angelos, id eſt nuntios per miniſterium, eò quòd Angelus non ſit nomen naturæ, ſed officij. Ceterùm accuſatiuos illos, *Angelos* & *miniſtros*, præconſtruendos eſſe à parte ſubiecti patet ex Græco contextu propter præfixum articulum, vt annotarunt Theodoretus & Euthymius: eamdemque lectionem ſecutus eſt Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, imò & D. Gregorius lib. 11. Moralium cap. 3. Iuxta myſticam verò intelligentiam Angelorum nomine Eccleſiaſtici Prælati non immeritò exprimuntur, qui & cum ſpiritu & cum igne aptè ad rem præſentem comparantur. Cum igne quidem: quia ſicut ignis immobiliter adhæreſcit materiæ quam corripit; & nihilominùs mobiliter nititur & conatur in ſublime, velut propriam in patriam, ad quam tendit: ita & Prælatus ſua in Curia reſidendo conquieſcit, & ſuam prouinciam viſitando peruagatur. Vnde D. Bernardus Serm. 4. de verbis Iſaiæ, agens de illis propheticis Seraphinis, *Vide*, inquit, *flammam quaſi volantem & ſtantem ſimul; nec miraberis tam Seraphim ſtantes volare, ſtare volantes.* Cum ſpiritu verò, quia ſunt quodammodò anima ſuæ diœceſis. Nam ſicut anima tota eſt in toto corpore & tota in qualibet parte corporis: ita Prælatus partim reſidendo, partim viſitando toti diœceſi ac ſingulis diœceſeos partibus adæquatur. Per ſpiritus item alios viros ſpirituales intelligi poſſunt, quos Deus Angelos, id eſt nuntios ſuos facit; quia eos qui ſpiritu viuunt, & ſpiritualia ſectantur, ad miniſteria animarum conuertendarum aſſumit. Et hos ſpiritus ac miniſtros ſuos facit ignem vrentem, quia facit vt in bonis operibus ſpiritu ferueant, & poſtquam in ſeipſis accenſi fuerint, alios quoque eodem igne charitatis & feruoris abſumant. Vide hunc locum apud S. Auguſtinum in Enarratione pulchrè ac fusè de ſpiritualibus viris hoc ſenſu explicatum.

Eccleſiæ Prælati Angelis comparati & cum igne & cum ſpiritu.

Deus viros ſpirituales facit Angelos & ignem vrentem.

5. *Qui fundat terram ſuper ſtabilitatem eius.*] Vt Romanum Pſalterium; aut *firmitatem eius*, vt S. Auguſtinus legit: eſt autem Græcè ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, id eſt ipſiuſmet terræ: Aquila & Symmachus, Ἐπὶ τῆς ἕδρας αὐτῆς, *Super ſede & baſe ipſius*. Id eſt, In ſua baſi & ſede firmiter collocauit, ne moueatur, neque vmquam inclinetur à ſuo ſtatu, quin ſit ſemper in mundi centro. Terræ enim ſtabilitas & baſis eſt centrum ipſum ad quod omnes terræ partes vndique ſuâ grauitate nituntur, & circa quod vniuerſitas voluitur, cùm cetera elementa, mare, ignis, aër, continuò moueantur.

6. *Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius.*] Græcè τὸ περιβόλαιον αὐτῆς. Ita in Codicibus M.SS. antiquiſſimis reperi; in Editione tamen Sixtina habetur αὐτοῦ: quod Theodoretus & alij notant pro αὐτῆς poſitum fuiſſe. Ita enim Aquila & Theodotion interpretantur: Ἄβυσσον ὡσεὶ ἔνδυμα περιέβαλες αὐτήν. Quod S. Hieronymus vertit: *Abyſſo quaſi veſtimento operuiſti eam.* Euthymius & Nicephorus retento αὐτοῦ, ſupplent τοῦ τῆς γῆς στοιχείου, *eius* nimirum *elementi terræ*. Mare enim inſtar veſtimenti, quod præter faciem, manus & pedes corpus reliquum tegit, maximam terræ partem operit & circumdat, exceptis locis hominum & belluarum habitationi deſtinatis: occupat enim vaſtiſſima & incomperta terrarum ſpatia, & inundationibus quotidie multa loca ſuperat & obruit; ſiue quoniam ille eſt maris impetus & momentum; ſiue quoniam Deus ſua iudicia & vltiones per illud exercet. Plura de hoc vide apud Interpretes, & maximè Lorinum.

Mare inſtar veſtimenti terram ambit.

IBIDEM. *Super montes ſtabunt aquæ.*] Per montes potentes huius ſæculi exponit S. Auguſtinus; per aquas prædicationem Euangelij; vt ſit ſenſus, ac ſi exclamet: O rem miram! ô vim Euangelicæ prædicationis! quæ homines etiam potentes ad pietatem allexit & traxit. Neque ſatis fuit Dauidi hoc ſemel commemoraſſe, ſed eamdem ſententiam repetit: *Aſcendunt montes, & deſcendunt campi.* Verùm ſi à Propheta quæras, quis tantam rem perficere potuerit? quis rem planè admirandam peregerit? ſubdit: *Terminum poſuit, quem non tranſgredientur: neque conuertentur operire terram.* Id eſt, Deus, qui terminum poſuit deſpumanti mari, & ſæuientibus procellis; hic idem terminum poſuit Princi-

Verſ. 8.

Verſ. 9.

Digitized by Google

Principum virorum iniustitiæ,& malitiæ; neque minùs suam potentiam ostendit, cùm Regum iras & libidines verbi sui virtute compescit, quàm dum grassantes marinas vndas cohibet.

13. *Rigans montes de superioribus suis.*] SS. Patres mysticè per montes viros Apostolicos & Doctores intelligunt. Pro *superioribus* autem Græcè habetur ὑπερῴων: itaque S. Hieronymus vertit, *de cœnaculis suis*; Chaldæus, *de domo thesaurorum superiorum*; ita vt describi videatur hortulanus Euangelicus,qui hunc mundum suum tamquam hortum irriget; sed præsertim in mysticos montes *imbres sapientiæ suæ* (vt cum Ecclesiastico loquar) & cælestium gratiarum copiam effundat, ad salutem nationum: hoc enim domus illa thesaurorum innuit, vnde bona copia cælestisque illa vbertas pluit in montes. Quid deinde? *Inter medium montium pertransibunt aquæ*; id est *doctrinæ*, ait Glossa, quæ in patentem agrorum planitiem à beatis illis montibus deriuantur. Quid prætereà? *Potabunt omnes bestiæ agri:* nimirum illi qui vt iumenta facti sunt, ob brutas appetitiones rationi inimicas, ceterique de vulgo, his doctrinis, hac sacrorum mysteriorum vndâ & cognitione imbuentur. *Ab eis*, ait Glossa, *ad terram vsque gratia descendit.*

Montes sunt viri Apostolici, qui doctrinis irrigant rudiores.

Eccli. 39, 9.

14. *Producens fœnum iumentis*, &c.] Spiritualiter. *Iumenta*, id est illi qui ob vitam iniquam iumentis assimilantur, *fœno*, hoc est, rerum visibilium amore pascuntur. In vsum verò hominum producitur herba; non quæuis, sed illa quæ transit in panem,quæ spicas & grana tritici candida profert: oratio nimirum, quæ in modum herbæ ex mente iusti sursum germinat, & speciosa grana sanctorum affectuum & operum virtutis emittit. Hæc non aliter quàm panis reficit, & non aliter quàm vinum lætitiâ perfundit. *Vt exhilaret*, inquit, *faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Hoc, inquam, vinum, quod ore mentis attentâ consideratione & postulatione potamus faciem nostram interiorem, imò & aliquando exteriorem, sicut oleum (vt in Hebræo habetur) exhilarat. Et hic panis cor hominis ad labores pro Domino suscipiendos confirmat.

Quis sit sensualium & quis spiritualium hominum cibus.

15. *Et vinum lætificet cor hominis*, &c.] Notandum quòd ex omnibus creaturis panis & vinum dicantur ad cor hominis pertinere. Siquidem oleum ad faciem, carnes ad gustum, alia ad alias delicias: ad cor autem solus panis & vinum pertinent. subiungit enim: *Et panis cor hominis confirmet*; vim nimirum vigoremque tribuens in λειποψυχίᾳ & defectione humanæ imbecillitatis: nam sine illo, vt alibi Regius Vates cecinit, cor arescit. Atque hanc assignat causam D. Thomas Opusc. 58. cap. 9. cur Venerabile Sacramentum sub speciebus panis ac vini à Christo Domino institutum sit: quia nimirum hæc sunt præcipua corporalis vitæ conseruandæ alimenta, vt hac etiam in re signum significato respondeat: sunt enim illa veluti elementa vitæ ita necessaria, vt sine illis vix spiritus duci possit, ita suauia, vt nemo sit qui non mirificè ex eorum vsu magnam animi voluptatem percipiat. Vt clarè mundi liberator prædicasse videatur, quàm hic panis Angelorum sit Christianæ vitæ necessarius, quamque omni genere

Panis & vinum cor hominis confirmant & lætificant.

Psal. 101, 5.

Ven. Eucharistia cur in pane & vino instituta sit.

Quàm necessarius & vtilis sit panis Eucharisticus.

suauitatis & liquidæ voluptatis redundet, dicens: *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*, &c. Diuinè Stromateus Clemens in Pædagogo lib. 2. cap. 2. *Bibere*, inquit, *Iesu sanguinem, est κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας, participem incorruptionis Domini fieri.* Quod donum tam inæstimabile est tamque augustum, vt nesciam an in hac vitæ imbecillitate infirmitateque naturæ sit aliud expetendum magis, plurisque faciendum. A reliquis quoque Patribus similia dicta animaduerto. Nam martyr Ignatius spiritu Apostolico plenus Eucharistiam vocat φάρμακον ἀθανασίας, καθαρτήριον, ἀλεξίκακον, *pharmacum immortalitatis, purgationem, amuletum.* Gregorius Nyssenus Orat. Catechetica cap. 37. per illam ait hominem fieri μέτοχον ἀφθαρσίας, *incorruptionis participem*, castum, innocentem. S. Hieronymus aliique Interpretes Zachariæ Oraculum huc trahere non dubitauerunt, qui longè pòst futura prænuntians, Euchatistiam nominauit *Frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* Siquidem ex hoc vino non ebrietas corporis, sed casta consilia mentis, & purissimæ cogitationes pullulant. S. Dionysius Areopagita Eccl. Hier. cap. 1. diuinum hoc epulum nominauit θοίνην τρέφουσαν νοητῶς καὶ θεοῦσαν, *conuiuium quod mentem alat & Deum efficiat.* Plurima vide apud eumdem Eccl. Hier. cap. 3. quod est totum de Ven. Eucharistia.

ANNOTATIONES CORDERII.

Ioan. 6, 51.

Zach. 9, 17.

17. *Illic passeres nidificabunt.*] Theodoretus ex Aquila, Ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύουσιν· ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτῷ, *Ibi aues nidificabunt; herodio abietes domus ei:* Scholion addit ex Symmacho, Ὅπου στρουθία ἐννοσσεύσει τῷ ἰκτίνῳ βόρατ οἶκος, *Vbi passeres nidificabunt miluo* (ita enim interpretatur S. Hieronymus ad Suniam) *Borat habitatio.*

18. *Montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs.*] Græcè τοῖς χοιρογρυλλίοις, quomodo omnes Interpretes transtulisse testatur ad Suniam S. Hieronymus, præter Septuaginta, qui dixerint λαγωοῖς, *leporibus*: quod etiamnum reperitur in multis Codicibus. S. Augustinus & Vetus Psalterium habent vtrumque: *Petra refugium hericijs & leporibus.* Id est (vt Ioannes Cassianus Coll. 10. cap. 20. interpretatur) perfecti sublimi mysteriorum sacris Scripturis contentorum copiâ reficiantur, minùs verò perfecti Dominicæ passionis memoriâ saginentur.

19. *Sol cognouit occasum suum.*] Pulchrum super hoc versiculo conceptum format Baëza noster lib. 12. cap. 8. §. 1. Solent, inquit, etiam fortissimi & constantissimi quique imminentis interitus conspectu affici, immutari: non sic Sol, sed eâdem luminum comâ rutilans, eodem aureo vultu nitens ad interitum currit, cùm nihil priùs ab ipso ortu suo quàm suum occasum videat; vt dicat S. Ambrosius lib. 4. Hexaemeron cap. 2. *Cùm enim dies horas suas complere cœperit, Sol debitum sibi cognoscit occasum.* Ne putes Solis pulchritudinem & alacritatem in cursu inde oriri, quia nesciat finem; quin potiùs sic pulcher est, sic alacer currit, cùm ab ipso primo lucis ortu occasum & interitum prospiciat. Id quod pulchrè notabat D. Zeno Serm. de Resurrectione; vbi ait: *Sol quotidie nascitur, eâdem die quâ nascitur moritur; nec tamen instantis finis sorte terretur, suos vt repigret cursus, vt horas,*

Sol non veretur occasum suum, sic nec infigniter iusti mortem timent.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

horas, aut momenta producat, vt saltem paulò diutiùs diei sui demoretur in vita: sed fidelis semper, semper intrepidus ad sepulchrum nostis contendit. Quis etsi fortissimus instantis finis forte visâ non pigritaret, vt iret? Quis si posset finem aliquamdiu remouere, non produceret horas, non diei terminos longiores efficeret? Et minimè id Sol facit, sed intrepidus currit ad notum sibi finem, in quo non Solis materialis, sed veri Solis iustitiæ grandis laudatio exprimitur. Etenim vidit diuinus hic Sol occasum suum, vidit horribilissimum interitum, quem etiam diuina caro expauesceret, & non terretur, suos vt repigret cursus, vt horas aut momenta producat, sed alacer & festinus Hierosolymam ascendit, ascensurus ibi crucem.

Dæmones à Christo victi, iam præ pudore quærunt latebras.

22. *Ortus est Sol, & congregati sunt*, &c.] Quasi diceret: Antequam Christus Dominus Sol iustitiæ nasceretur, diaboli tamquam in tenebris impudentes & impunè grassabantur: vbi verò natus est, omnes illi nimiâ verecundiâ suffusi se in suas speluncas ac latibula abdiderunt. Ex Hebræo pro illis verbis, *In cubilibus suis collocabuntur*, legi potest, *In ouilibus suis.* Nam dæmones, qui ante aduentum Domini videbantur leones; post eius aduentum adeò infirmi & imbecilles facti sunt, vt tamquam oues in inferno positi sint, nihil virium habentes. Hunc locum expendens D. Hieronymus super cap. 6. Epist. ad Galatas: *Ortus est*, inquit, *nobis Dei sermo, Sol verus, & congregatæ sunt bestiæ recedentes in cubilia sua, procedamus nos vt homines ad opus nostrum, & vsque ad vesperam laboremus.* Ex quo loco, iuxta D. Hieronymum, facilè colligis eos homines, qui dum vitæ huius dies durat ad benè operandum non procedunt, sed veluti de nocte è latibulis exeunt ad opera tenebrarum exercenda, non homines, sed belluas esse iudicandos, solumque eos homines censendos, qui ad benè operandum egrediuntur.

Soli homines censendi qui benè operantur.

Quibusdam Sol iustitiæ clarus, quibusdam turbidus exoritur.

Sicut autem Sol aliquando clarus & serenus exoritur, aliquando verò turbidus, & nubibus obtectus; ita Christus iustitiæ Sol quosdam manè, id est in initio conuersionis, sine vlla nube tentationis serenus illuminat; quibusdam verò quasi nube tectus, inter tentationes apparet. De illo primo exortu dictum est: *Ortus est Sol, & congregati sunt*, intellige *catuli leonum*, sine tentationum incursus; & *in cubilibus suis collocabuntur:* quoniam ad gratiæ cælestis aduentum omnia solent diaboli tentamenta discedere. De ista autem illustratione secunda dicit Amos: *Faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ, Dominus Deus exercituum nomen eius.* Illucescit enim Dominus, sed non sine nebula tentationum, quæ quodammodò eius serenam faciem abscondant, & ad casum ac peccatum impellant; ita vt dicat anima, *Dum adhuc ordirer succidit me.* At siue tentationes in ipso exordio conuersionis incipiant, siue vsque ad profectum aliquem animæ se contineant, vtilissimum est cogitare, eas non semper defuturas, imò cùm minùs putamus aduersus animam surrecturas, vt assiduè vigilemus.

Amos 4, 13.

Isaiæ 38, 12.

23. *Exibit homo ad opus suum.*] Nam vt Iob ait, *Homo nascitur ad laborem.* Quod opinor à magno Moyse mutuatus est: qui prodit in Cosmopœia de architecto rerum omnium Deo, illum cessauisse ab omni opere suo, *quod creauit vt faceret*, hoc est ad faciendum siue ad operandum. Volens nimirum, vt animadnertit Ambrosius Catharinus, vt homo similiter operaretur sex diebus, quo posset exemplo Domini sui tempore suo quiescere. Hebræa lectio manifestè hoc ponit, quæ sic habet, *quod creauit ad faciendum*; vt opus & continuus in agendo labor non solius hominis videatur esse finis, sed totius creaturæ quæ à summo Demiurgo est condita, non vt sit otiosa, verùm vt operetur. Itaque videmus in procreatis rebus, quò quæque sublimior est, & naturæ diuinæ similior, eò promptam esse magis & expeditam ad agendum, vt in choris beatorum spirituum cernitur, qui solium Dei coronant, & politiam orbis terræ vigilantissimè & studiosissimè moderantur. Sed quoniam sæpè labor durior videri solet hominum imbecillitati, & grauior: hoc diuina quoque bonitas machinata est & prouidit, vt honestis è laboribus suauitudo quædam animi sequatur plena humanissimæ voluptatis, quæ mirificè ad agendum exsuscitet. Hinc quantò maior est labor atque amplior, proportione quadam meritorum & lætitiæ magnitudo efflorescit. Nam vt diuinè S. Martyr Ignatius Epist. 8. ait: ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος, *Vbi plus laboris est, plus ibi lucri solet esse.*

Iob 5, 7.

Gen. 2, 3.

Homo & creaturæ omnes ad laborem factæ.

24. *Omnia in sapientiâ fecisti*, &c.] Sapientiâ namque suâ sic Deus vniuersa disposuit, vt magna & admiranda cunctis appareant, & cernentes in laudem Creatoris & gratiarum actionem impellant. Impleuit ipse terram creaturis suis, neque illas confusè & perturbatè coaceruauit, sed ordinatissimè quamque earum alijs subijci vel supereminere fecit. E terra & alijs elementis, quæ inter se magnum ordinem habent, mixta inanimata perfecit: his arbores & plantas aliquam vitam habentes proposuit; hæc animalibus in vsum attribuit; animalium ac rerum ceterarum homini dominium prærogauit. Inter homines autem ipsos ordinem seruari voluit, ita vt quidam imperent, ceteri illis obediant: isti doceant, alij verò doceantur, & per eos qui dignitate aut talentis maiores sunt reliquis bona administrentur. Quòd si rebus humanis ordo non deficit, in quibus tanta sunt, quæ ab æqui & boni scitis exorbitent; quis non videat cælos & angelicos spiritus admirando ordine esse dispositos, & pulcherrimo superiorum & inferiorum fœdere colligatos? Denique vniuersus, aut ordo creaturarum est, aut certè sine ordine & recta partium collocatione non est. Ita noster Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 2. partis 2. cap. 10. docens in spiritualibus exercitijs maximam esse ordinis habendam rationem.

Quantâ sapientiâ & ordine Deus omnia constituerit.

25. *Hoc mare magnum & spatiosum.*] Ita S. Augustinus, & Vetus ac Romanum Psalterium ac S. Hieronymus Nahum 1. qui scribens ad Suniam fatetur illud *manibus*, quod additur in Vulgata ex Hebraico & Theodotionis editione, in Septuaginta sub asterisco additum esse, & Aquilam sic esse interpretatum, εὐρύχωρος χερσίν: quod alij, vt Lyranus & Treuetius, &c. exponunt *locis, littoribus, plagis, regionibus, spatijs.* Apud Hebræos enim pro *loco* & *locus* est nomen *manus* יָד *Iad*; ita vt non malè obseruet Lorinus noster, licere suspicari irrepsisse, sed excidisse

excidisse in textu Septuaginta vocem χειρῶν. Habet enim quodammodò mare manus suas: quot flumina mare intrant, tot sunt maris manus, & manus non arctæ, sed amplissimæ, sed latissimæ, & quæ vincant munificentissimas quasque manus. Suis nempe arenis sic mare arctatur, sic intra se continetur, sibi totum habens, vt extra arenæ limen præfixum nihil emittat vndarum. At per partes illas, per quas flumina recipit, non sic arctatur, sed vt accipit fluminum aquas, per eumdem alueum suas vicissim per longum spatium largissimè effundit. Videres singulis diebus vt mare accipit paruulum in se fluuium, & vt statim per ipsum flumen sursum sese totum quodammodò refundit. Hoc pulchrè Baeza noster lib. 1. de Christo figurato cap. 2. Verbo Dei incarnato accommodans sic inquit, Diuinum Verbum ante incarnationem parcè & intra strictissimam mensuram prosiliebat; vbi autem accepit carnem, quasi mare per acceptos riuos omnia sua in homines effundit & transfert. Huc spectat illud Iobij Monachi lib. 3. de Incarnatione cap. 17. apud Photium in Bibliotheca: Διὰ τοῦτο σαρκοῦται ὁ κύριος, καὶ τοῦ πελάγους τῆς ἰδίας θεότητος τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ὑποδέχεται σταγόνα, ὡς ἂν τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς καταποθῇ, καὶ εἰς τὸ γένος ὅλον παραπέμψῃ τὸ δῶρον, καὶ ἵνα τὸ ἄφατον πέλαγος τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς φιλανθρωπίας ἐνδείξηται, *Ideò carnem Dominus induit, & mari diuinitatis suæ naturæ nostræ guttam suscipit, cùm vt mortalitas à vita absorberetur, atque in vniuersum genus beneficium effunderet; tum vt inexplicabile pelagus benignitatis suæ erga nos ostenderet.*

Quales sint manus maris.

Christus per incarnationem diuinitatis mare in nos effundit.

IBIDEM. *Illic reptilia, quorum non est numerus.*] Hugo de S. Victore hîc per mare intellexit concupiscentiam quæ in impijs dominatur: in quo mari reptilia, quorum non est numerus, sunt prauæ & portentosæ cogitationes. Sicut enim in mari sunt varia monstrorum genera, ita ex concupiscentia quamplurima diuersarum cogitationum monstra, eaque interdum horrifica oriuntur, quæ non immeritò reptilia nuncupantur: quia sensim in animam quasi irrepunt, & tacito quodam ac lubrico motu illabuntur. Quoniam verò aliæ alijs fœdiores sunt, magisque portentosæ, idcircò additur: *Animalia pusilla cum magnis.*

Praua cogitationes sunt animalia reptilia.

26. *Illic naues pertransenunt.*] Græcè διαπορεύονται: Latini tamen habent *pertransibunt*, aut *commeabunt*: Aquila, ὁδεύσουσι, *ambulant*. Significat autem subitò naues transire oportere, nec morari in fluctuum vndis eisdemque opprimi, sed ad portum contento studio inflammatoque celerare: ibi nos altum otium, quies, opulentia & beatitudo expectat: ibi labores & discrimina finiuntur: ibi naulum, ibi præmium & coronæ parantur. *Omnes puppes* (ait S. Ambrosius lib. 5. Hexaëmeron cap. 11.) *quæ peruectæ fuerint coronantur.* Index illud fuit singularis lætitiæ & humanissimæ voluptatis, quam non modò illi qui fuissent periculis Oceani perfuncti, verùm & chari omnes è reditu capiebant. Nam verissimè dictum est à Pindaro Ode 1. *Viris mare nauigantibus præcipuam esse voluptatem, vbi secundis ventis portum attigerint.* Illuc igitur rapiamur, vt possimus dicere cum Poëta:

Ecce coronata portum tetigere carinæ.

Mare nauigantes ad portum contendere debent.

S. Augustinus mysticè exponens hunc locum, sic inquit: *Naues Ecclesias intelligimus: commeant inter tempestates, inter procellas tentationum, inter fluctus sæculi, inter animalia pusilla & magna. Gubernator est Christus in ligno crucis suæ. Illic naues commeabunt; non timeant naues, non valdè attendant vbi natent, sed à quo gubernentur.* Magnum sanè & inexplicabile præsidium. Cum Ecclesiæ Rectoribus Deus gubernaculo manum admouet, ipse vela immittit, oram soluit, iacit anchoram, cursum omnem dirigit ad felicitatem; hinc Deo freti atque Deo securi nauigant. *Res magna*, inquit Seneca Epist. 53. *habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei.* Quod eximium & Christiano ore dignum est acroama. Hanc mirabilem & suspiciendam hominum generi Dei prouidentiam, quâ terrâ marique suos protegit, diuina oracula magnificè prædicant.

ANNOTATIONES CORDERII.

Ecclesia inter procellas Deo gubernatore secura.

IBIDEM. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.*] In hunc locum Hebræi suo more fabulantur, Deum à principio mundi duos cetos immensæ magnitudinis, marem vnum alterum feminam procreasse; quia tamen præuidit, si per generationem multiplicarentur, impeditum iri nauigationem, feminam occidisse, & sale conditam reseruasse, vt iustis post resurrectionem lautissimum ex eius carnibus conuiuium appararet; interimque cum masculo, qui superfuit tribus horis quotidie animi gratiâ colludere: & ita locum Psalmi citatum interpretantur ridiculè, vt cetus mari, ita & ipsi sacræ Scripturæ illudentes. Locus enim ad litteram de ceto intelligitur, quem Deus procreauit in mari, vt in eo quasi luderet, ac de reliquis minoribus piscibus propter suam magnitudinem quasi tyrannico more triumpharet, eos nimirum deuorando. Ceterùm Patres per *cetum* siue *Leuiathan* eo loco dæmonem intelligunt, quem Deus formauit *ad illudendum*, id est, vt illuderet hominibus, vt exponit S. Hieronymus; seu *ad illudendum ei*; id est, vt illuderetur ei ab hominibus, præcipuè post passionem Christi, quemadmodum interpretantur D. Augustinus, Theodoretus & alij.

Fabula Hebræorum de dracone.

Quid per draconem seu cetum intelligatur.

28. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.*] Aquila, Ἀνοίξεις χεῖρά σου, ἐμπλησθήσονται ἀγαθοῦ, *Aperies manum tuam, implebuntur bono*: Theodotion, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα πλησθήσονται ἀγαθωσύνης, *Aperiente te manum tuam, implebuntur bonitate*: Symmachus, χορτασθήσονται ἀγαθῶν, *saturabuntur bonis*. Quam hîc *bonitatem* alio loco *benedictionem* nominat, hoc est *vbertatem*, vt Cassiodorus vertit. Magna nempe Dei manus thesauris innumerabilibus fœta & abundans missilia vbique spargit sua continuamque annonam; vti Regius Vates sæpè dulcibus odis celebrauit. Apertio autem manus stylo Hebræo significat libertatem & munificentiam. Cùm enim profusam munificentiam volunt exprimere, dicunt יַד פְּתוּחָה *Iad petuchah*, hoc est *manum apertam*. A quibus fortè accipientes Turcæ, liberalitatem quoque per apertas manus indicare soliti sunt, vt Leunclauius meminit lib. 4. Hist. Vide quæ infrà notauimus ad Psal. 144. vers. 16.

Psal. 144, 16.

Apertio manus symbolum liberalitatis.

29. *Auferes spiritum eorum*, &c.] Hæc verba sic exponit S. Gregorius lib. 24. Moralium cap.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Homo superbia spiritu ablato se pulverem agnoscit.

cap. 27. *Auferes spiritum eorum*; id est, omnem superbiam & turgentem spiritum auferes. Quid inde? *Et in puluerem suum reuertentur*: id est tum facilè se esse puluerem & cinerem meminerint. Ob tumorem enim superbiæ, quo distenduntur, non sinit Deus de futura morte recogitare. *Quis autem* (inquit Gregorius) *spiritus, nisi spiritus superbiæ nominatur? tollatur ergo spiritus eorum, & deficient; id est, subducto superbiæ spiritu nihil de se esse cognoscant.* Audiatur egregia vox Agapeti Diaconi: πηλὸν ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα. *Limum omnes habent generis auctorem sui.* Ex eodem puluere, vt Democriteis atomis, sumus omnes concreti, è luto molli coagulati, è terra Prometheo artificio compositi. Nec pauperibus tantùm vili centone fasciatis, verùm etiam purpuratis, auratisque Regibus & potentissimis Principibus illud ab Ecclesia occinitur, *Puluis es & in puluerem reuerteris.*

Deus dum respicit superbos facit eos tremere.

32. *Qui respicit terram, & facit eam tremere*, &c.] Pulchrè S. Augustinus ad hunc locum exponit quænam sit ista terra quæ tremit ad aspectum Dei, quinam isti montes qui fumigant ad tactum Dei. *O terra*, inquit, *exultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulentiæ tuæ: ecce respicit Dominus; & facit te tremere. Respiciat te, & faciat te tremere; melior est tremor humilitatis quàm confidentia superbiæ.* Et infrà: *Montes superbi erant, iactabant se, non eos tetigerat Deus, tangit illos, & fumigabunt. Quid est fumigare montes? Precem Domino reddere. Ecce magni montes superbi, montes ingentes non rogabant Dominum; se rogari volebant, & superiorem non rogabant. Quis enim potens & tumidus & superbus in terra, qui dignetur humiliter rogare Deum? De impijs loquor, non de cedris Libani, quas plantauit Dominus. Impius quilibet & infelix anima rogare Deum nescit, & vult se rogari ab hominibus. Mons est, opus est vt tangat illum Deus, & fumiget: quando cœperit fumigare, dabit Deo precem: tamquam sacrificium cordis fumigat ad Deum, deinde tundit pectus: incipit & flere, quia & fumus excutit lacrymas.*

Ira Dei grauis & formidabilis.

IBIDEM. *Qui tangit montes, & fumigant.*] De vindice Dei manu loquitur, cuius pondus & grauitatem sanctus Vates conatur exprimere, cùm ait illius tactu montes fumigare, concepto videlicet igne vehementi atque violento, quo ferrum & æs liquefiant. Eodem sensu infrà dicit: *Tange montes, & fumigabunt.* Sic apud Isaiam: *Iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes*: ita vt quatientis illius manu montes, qui immobiles alioqui videantur, contremiscant. Amos quoque timore consimili obstupefactus; *Dominus*, inquit, *Deus exercituum qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea.* Alij similiter diuinitus afflati Scriptores de ipsius ira & vltione multa magnificè terribiliterque dicunt, vt vesani homunciones intelligant, quàm sit formidabilis & in omnem partem metuendus.

Psal. 143, 5. *Isa. 5, 25.* *Amos 9, 5.*

IN PSALMVM CIV. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Hic Psalmus est primus eorum quibus Alleluia *inscribitur, id est mystica adhortatio excitans auditum ad laudem Dei: significat enim hæc vox* laudem Dei. *Postremis autem Psalmis vt plurimùm inscribitur, quoniam his qui per virtutis exercitium tendunt ad perfectionem conuenit vt Deum laudent. Mentionem autem continet antiquorum, vt populo constaret, quibus quidem institutis patres eorum vsi honorem consecuti fuerint, quibus verò per vindictam abstinere edocti sint, vt ex vtroque emolumentum caperent, dum beatus Dauid non solùm futura ipsis ad eorum instructionem prædicit, & certiores reddit, verùm etiam pristina commemorat, vt memoriam præteritorum haberent præsentium admonitionem. Ceterùm recentem quoque populum docet quomodo non iniustè ingratum illum populum curâ suâ destituerit, ne eamdem viam quam illi tenere discerent.*

Ἀλληλούϊα.

Πρῶτος ὁ παρὼν ψαλμὸς τυγχάνει τῶν ἐπιγραφομένων τὸ Ἀλληλούϊα, ὅπερ ἐστὶ παρακέλευσις μυστικὴ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ὑμνῳδίαν τὴν ἀκοὴν διεγείρουσα· σημαίνει δὲ αἶνον Θεοῦ. τοῖς τελευταίοις δὲ τῶν ψαλμῶν ὡς ἐπίπαν ἐπιγράφεται, ὅτι τοῖς ἤδη πρὸς τὸ τέλειον φθάσασι τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας ἁρμόζειν φιλεῖ τὸ αἰνεῖν τὸν Θεόν. Μνήμην δὲ ἔχει τῶν παλαιῶν, ὡς ἂν εἰδεῖεν οἱ τοῦ λαοῦ, τίσι μὲν ἐπιτηδεύμασιν οἱ πατέρες αὐτῶν κεχρημένοι ἐπετιμῶντο, τίνων δὲ ἀπέχεσθαι μετὰ κολάσεως ἐπαιδεύοντο, ἵν' ἑκατέρωθεν ὠφελοῖντο, τοῦ μακαρίου Δαβὶδ οὐ μόνον εἰς παίδευσιν αὐτοῖς τὰ μέλλοντα προλέγοντος, καὶ ἀσφαλιζομένου, ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιοτέρων ὑπομιμνήσκοντος, ἵν' ἔχοιεν τὰς μνήμας τῶν γεγενότων παραινέσεις τῶν παρόντων. Διδάσκει δὲ καὶ τὸν νέον λαὸν ὡς οὐκ ἀδίκως τὸν ἀχάριστον δῆμον ἐκεῖνον τῆς οἰκείας κηδεμονίας ἐγύμνωσεν, ὡς ἂν μαθόντες μὴ τὴν ἐκείνων βαδίζοιεν.

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α'. ἘΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Μὴ διαλείπωμεν, φησι, πάσῃ τῇ γῇ περὶ θεοῦ διηγήματα ἐπιδιδόντες.

β'. Ἄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ· διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.

Ποιώμεθα δέ, φησι, τὰ διηγήματα μεθ' ὕμνων καὶ ᾠδῶν, ὅσα εἰς ἡμᾶς ἐνεδείξατο θαυμάσια, καὶ ὡς ὀνομαστοὺς ἡμᾶς ἀπειργάσατο. ὅθεν ἐπιφέρει·

γ'. Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν κύριον.

Καὶ νῦν οὖν, φησι, πάντες οἱ ἐκζητοῦντες τὸν κύριον ἔσεσθε ἐν εὐφροσύνῃ, ὡς οὐκ ἀποτυχόμενοι τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος.

δ'. Ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ κραταιώθητε· ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός.

Δῆλον γάρ, φησιν, ὡς ἡ ζήτησις ἡ αὐτοῦ ἰσχὺν παρέχει καὶ δύναμιν τοῖς ζητοῦσιν· μὴ διαλείπητε οὖν τοῦτο ποιοῦντες.

ε'. Μνήσθητε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν, τὰ τέρατα αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Ἔχετε οὖν, φησιν, ἐν μνήμῃ ὅσα θαυμάσια ὑπὲρ ὑμῶν ἐποίησε καὶ ὅσα τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐνεδείξατο.

ϛ'. Σπέρμα Ἀβραὰμ δούλου αὐτοῦ· υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ.

Ἡμῖν μὲν γάρ, φησι, προσήκει μεμνῆσθαι αὐτοῦ κατ' ἐξαίρετον λόγον τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καταγομένοις καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ, οὓς ἐξελέξατο δουλεύειν αὐτῷ.

ζ'. Αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν· ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα αὐτοῦ.

Αὐτός, φησίν, ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν, ὃς πᾶσαν δικάζει τὴν γῆν.

1. CONFITEMINI Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter Gentes opera eius.

1. Paral. 16, 8.

Non desistamus, inquit, omni terræ de Deo facere narrationes.

Quibus & quomodo Deo confitendum.

2. Cantate ei, & psallite ei; narrate omnia mirabilia eius.

Faciamus autem, inquit, narrationes cum hymnis & canticis, quanta erga nos ostenderit mirabilia, & quàm nos celebres reddiderit. vnde subiungit:

3. Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.

Nunc igitur, inquit, omnes qui quæritis Dominum eritis in lætitia, tamquam minimè frustrati gratiâ eius.

4. Quærite Dominum, & confortamini: quærite faciem eius semper.

Manifestum enim, inquit, est inquisitionem eius fortitudinem ac virtutem præbere quærentibus eam: ne deficiatis itaque hoc facientes.

5. Mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius, & iudicia oris eius.

Habetote igitur, inquit, in memoria mirabilia quæcumque pro vobis fecit, & quæcumque prodigia Ægyptijs ostendit.

Beneficia Dei assiduè memoranda.

6. Semen Abraham serui eius: filij Iacob electi eius.

Siquidem nos, inquit, decet eius meminisse, qui secundùm eximiam rationem ab Abrahamo & Iacobo descendimus, quos elegit ad sibi seruiendum.

7. Ipse Dominus Deus noster: in * omni terra iudicia eius.

* *Vulgata vniuersa*

Ipse, inquit, est Dominus noster, qui omnem terram iudicat.

PARAPHRASIS ANONYMI.

8. Memor fuit in sæculum testamenti sui; verbi quod mandauit in mille generationes:

Hic enim, inquit, patribus nostris disposuit testamentum, & ad nos vsque posterosque nostros illud custodit, & tempus minimè euanidam reddit promissionem. Id ipsum igitur clariùs explicans subiungit:

9. Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac:

10. Et statuit illud Iacob in præceptum; & Israël in testamentum æternum,

Totum hoc negotium distinxit secundùm proprium idioma. Vult autem dicere, ipsum quoque Patriarchis nostris dedisse promissiones, & iuramento illas confirmasse.

Narrat promissionem & beneficia patribus facta.

11. Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestræ.

Promisit, inquit, Deus Patriarchis daturum se terram Chananitidem, & omnem eius hereditatem.

12. Cùm essent numero * breues, paucissimi & incolæ * in ea.

* *Vulgata* breui.
* eius.

Promisit, inquit, eis hereditatem Palæstinæ, non quando multi erant, ne quis viribus multitudinis locorum occupationem adscriberet; sed quando valdè pauci erant, & vix numerum conficiebant. & quod profectò maius est subiungit:

13. Et pertransierunt de gente in gentem, & de Regno ad populum alterum.

Post promissionem enim, inquit, mutarunt loca ex locis, & ex Regno in aliud Regnum transiuerunt, idque *cùm essent numero breues*; & prodigiosè seruati sunt. vnde subiungit:

14. Non * permisit hominem nocere eis: & corripuit pro eis Reges.

* *Vulgata* reliquit.

Pharaonem intelligit, & Abimelechum, quos corripuit propter Sarram, & terrefecit.

15. Nolite tangere Christos meos,

η. Ἐμνήσθη εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ· λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς·

Οὗτος γάρ, φησι, τοῖς πατράσιν ἡμῶν διέθετο διαθήκην, καὶ μέχρις ἡμῶν ταύτην διαφυλάττει καὶ τῶν μεθ' ἡμᾶς, καὶ ὁ χρόνος ἐξίτηλον οὐ ποιεῖ τὴν ἐπαγγελίαν. σαφέστερον γοῦν ἑρμηνείαν αὐτὸ ἐπάγει·

θ. Ὃν διέθετο τῷ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ·

ι. Καὶ ἔστησεν αὐτὴν τῷ Ἰακὼβ εἰς πρόσταγμα· καὶ τῷ Ἰσραὴλ εἰς διαθήκην αἰώνιον,

Ὅλον τὸ πρᾶγμα διεῖλε κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι τοῖς Πατριάρχαις ἡμῶν καὶ ὑπέσχετο τὰς ἐπαγγελίας, καὶ ὅρκοις ταύτας ἐβεβαίωσε.

ια. Λέγων· Σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν, σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν.

Ὑπέσχετο, φησιν, ὁ Θεὸς τοῖς Πατριάρχαις διδόναι τὴν Χαναναίων γῆν, καὶ πάντα αὐτῆς τὸν κλῆρον.

ιβ. Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ.

Ὑπέσχετο, φησιν, αὐτοῖς τὴν κληρονομίαν τῆς παλαιστίνης, οὐχ ὅτε πλῆθος ἐγένοντο, ἵνα μή τις τῇ δυνάμει τοῦ πλήθους ἐπιγράψῃ τὸ κράτος τῶν τόπων· ἀλλ' ὅτε βραχεῖς ἦσαν ἄγαν, καὶ μόλις εἰς ἀριθμὸν ἐρχόμενοι. καὶ τὸ δὴ μεῖζον ἐπιφέρει·

ιγ. Καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον.

Μετὰ γὰρ τὴν ἐπαγγελίαν, φησὶν, ἠμείβον τόπους ἐκ τόπων, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς ἑτέραν μετέβαινον, καὶ ταῦτα ὄντες βραχεῖς ἀριθμῷ· καὶ ἐφυλάχθησαν παραδόξως. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιδ. Οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτούς. καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς.

Τὸν Φαραὼ λέγει καὶ τὸν Ἀβιμέλεχ οὓς ἤλεγξεν ὑπὲρ τῆς Σάρρας, καὶ ἐφόβησεν.

ιε. Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ

καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε.

Μονονουχὶ τοῦτο λέγων καὶ ἐπιτάττων τοῖς λαοῖς καὶ τοῖς βασιλεῦσι, μὴ θιγγάνειν αὐδρῶν προφητῶν, ἐχόντων διὰ τῆς χρίσεως τάξιν.

ιϛʹ. Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψεν.

Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω ὅτι ἤμειβον τόπους ἐκ τόπων, καὶ χῶραι διάφοροι τούτους ὑπεδέχοντο, τὴν αἰτίαν λέγει τῆς μεταστάσεως. λοιμὸς γάρ, φησι, βαρύτατος κατέλαβε τὴν γῆν, καὶ ἐντεῦθεν τοῖς πατριάρχαις γίνεται πρόφασις τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου.

ιζʹ. Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον· εἰς δοῦλον ἐπράθη Ἰωσήφ.

Τὰ κατὰ τὸν Ἰακὼβ λέγει· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὸ γένος τοῦ Ἰακὼβ εἰσιέναι εἰς Αἴγυπτον (αἰτία δὲ ἦν ὁ λιμός) τὴν πρόνοιαν σημαίνει τοῦ θεοῦ, ὅτι τούτου, φησί, μέλλοντος γίνεσθαι, παρεσκεύασε τὸν Ἰωσὴφ προλαβεῖν, καὶ τῆς Αἰγύπτου διαδῆσαι τὸ κράτος, ὥστε τὸν ἐπὶ πάντων λιμὸν εὐθηνίαν γενέσθαι τοῖς ἀνακειμένοις θεῷ. Καὶ εἰσῆλθεν, φησιν, ὁ Ἰωσὴφ οὐ μετὰ μεγίστης ἀξιοπιστίας, ἵνα μή τις εἰς ὕστερον δυναστείαν τῇ προλαβούσῃ ἀξιοπιστίᾳ ἐπιγράψῃ, ἀλλ' ὡς δοῦλος· ὅθεν ἐπάγει·

ιηʹ. Ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ, σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ,

Τίς δὲ ἂν ἤλπισε, φησι, ἐκ τοσαύτης ταπεινότητος τοσαῦτα κατορθῶσαι; εἶτα ὅτι καὶ ἐχρόνισεν ἐν τοῖς δεσμοῖς ὁ Ἰωσὴφ σημαίνει ἐπάγων·

ιθʹ. Μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ.

Ταῦτα γάρ, φησι, πάντα ὑπέμεινεν, ἄχρις οὗ προσέταξεν ὁ θεὸς λυθῆναι αὐτῷ τοὺς δεσμούς. ἔτη γὰρ περί που δεκατέσσαρα διῆλθε. καὶ τίνος ἕνεκα τοσοῦτον χρόνον ἐταπεινοῦτο ἐπάγει·

Τὸ λόγιον κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν·

Ἐβούλετο γάρ, φησι, τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ

& in Prophetis meis nolite malignari.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Tantùm non dicens & præcipiens populis ac Regibus, ne attingant viros Prophetas, qui habent ordinem per vnctionem.

16. Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Cùm superiùs dixisset eos mutasse loca ex locis, & diuersas regiones ipsos excepisse, causam reddit huius migrationis. Fames enim, inquit, grauissima terram occupauerat, atque inde Patriarchis data est occasio descendendi in Ægyptum.

17. Misit ante eos * hominem: in seruum venumdatus est Ioseph.

* *Vulgata virum: Quanta fuerit prouidentia Dei in genus Israel.*

Res Iacobi narrat. Cùm enim genus Iacobi in Ægyptum esset ingressurum (huius autem causa erat fames) prouidentiam Dei significat, quòd cùm hoc, inquit, futurum esset, eò destinauerit Iosephum qui præcederet, atque Ægypti Imperium obligaret, ita vt omnium fames amicis Dei vbertas existeret. Et ingressus est, inquit, Ioseph non cum maxima auctoritate, ne quis posteriorem eius principatum priori eius auctoritati adscriberet, sed tamquam seruus. vnde subdit:

18. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiuit * anima eius,

* *Vulgata animam*

Quid autem, inquit, ex tanta humilitate tanta bona prouentura sperasset? Deinde Iosephum quoque in vinculis moras traxisse significat, subiungens:

19. Donec veniret verbum eius.

Prouidentia Dei circa Ioseph.

Hæc enim, inquit, omnia sustinuit, donec præcepisset Deus ipsum vinculis absolui; in ijs enim annos circiter quatuordecim exegit. Et cur tanto tempore humiliatus fuerit subiungit:

Eloquium Domini inflammauit eum:

Volebat enim, inquit, præceptum Domini

PARAPHRASIS ANONYMI.

ipsum probatum demonstrare: nempe quando Deus voluit, quid factum sit, subiungi::

20. Misit Rex, & soluit eum; princeps * populi, & dimisit eum.

* Vulgata populorũ,

Pharaonem intelligit, ob somniorum ambiguitatem.

21. Constituit eum Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ.

Pro solutione quæstionum, inquit, hæc contigerunt.

22. Vt erudiret Principes eius sicut semetipsum; & senes eius * sapientiam doceret.

* Vulgata prudentiam

Adeò enim, inquit, ipsum admiratus est Pharao, vt optaret omnes suos Principes Iosephum æmulari & scientiam eius.

23. Et intrauit Israël in Ægyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Hæc, inquit, est causa descensus Patriarchæ Iacob & reliquorum in Ægyptum: Cham enim Ægyptum appellat, sicut Chanaan Palæstinam.

24. Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.

Sed nec eò descendentes, inquit, neglexit illos Deus, sed valdè ipsos auxit, & propriâ benedictione supra Ægyptios ipsos multiplicauit.

25. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius; & dolum facerent * in omnibus seruis eius.

* Vulgata in seruos

Conuersus enim, inquit, Pharao, & odio ipsos prosequens, omni dolo vsus est aduersus eos. Hic enim est qui iussit vt omnes masculi ipsorum Israëlitarum interficerentur.

Prouidentia Dei circa Moysem.

26. Misit Moysem seruum suum, Aaron, quem elegit * sibi.

* Vulgata ipsum.

In tali, inquit, tempore ostendit illis Moysem & Aaron.

δόκιμον αὐτὸν ἀποδεῖξαι· ἀμέλει ὅτε ἠβουλήθη ὁ Θεὸς τί ἐγένετο ἐπιφέρει·

κ΄. Ἀπέστειλεν βασιλεὺς καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, ἄρχων λαοῦ, καὶ ἀφῆκεν αὐτόν.

Τὸν Φαραὼ λέγει, ἐπὶ τῇ τῶν ὀνειράτων ἀπορίᾳ.

κα΄. Κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ.

Κατὰ τὴν λύσιν τῶν ζητουμένων ταῦτα ἐγένετο, φησί.

κβ΄. Τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτόν· καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι.

Τοσοῦτον δέ, φησιν, ἔσχεν αὐτοῦ θαῦμα ὁ Φαραὼ, ὥστε εὔξασθαι πάντας αὐτοῦ τοὺς ἄρχοντας τὸν Ἰωσὴφ ζηλῶσαι καὶ τὴν ἐκείνου σύνεσιν.

κγ΄. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον· καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ.

Αὕτη, φησὶ, γίνεται αἰτία τῆς καθόδου τῆς εἰς Αἴγυπτον τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ· Χάμ γὰρ τὴν Αἴγυπτον λέγει, ὥσπερ Χαναὰν τὴν Παλαιστίνην.

κδ΄. Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα· καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐκεῖ κατελθόντων αὐτῶν, φησιν, ἠμέλησεν ὁ Θεὸς, ηὔξησεν δὲ αὐτοὺς ἄγαν, καὶ ἐπλήθυνεν ὑπὲρ τοὺς Αἰγυπτίους τῇ οἰκείᾳ εὐλογίᾳ.

κε΄. Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις αὐτοῦ.

Μεταστραφεὶς γάρ, φησιν, ὁ Φαραὼ, καὶ μισήσας αὐτοὺς παντὶ δόλῳ ἐκέχρητο κατ᾽ αὐτῶν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ προστάξας καὶ τὰ ἄρρενα αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀναιρεῖσθαι.

κς΄. Ἐξαπέστειλε Μωσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν, ὃ ἐξελέξατο ἑαυτῷ.

Ἐν τοιούτῳ καιρῷ, φησι, τοὺς περὶ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἀαρὼν ἀνέδειξεν.

κζ΄. Ἔθε-

PARAPHRASIS ANONYMI.

κζ'. Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ.

Ἀντὶ τοῦ τὰ σημεῖα αὐτοῦ καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς ἔθετο, ὥστε ἐκείνων προσταττόντων γίνεσθαι ταῦτα· εἶτα καὶ καταλέγει αὐτά·

27. Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum * suorum in terra Cham.

* Abest à Vulgata.

Id est signa sua & prodigia sua in eis posuit, ita vt ipsis præcipientibus ista fierent; deinde etiam illa recenset:

κη'. Ἐξαπέστειλε σκότος, καὶ ἐσκότασεν· καὶ οὐ παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ, ἐπήνεγκεν αὐτοῖς σκότος. οἱ δὲ πρὸς τοῦτο ἠπείθησαν ἐν ᾧ μὲν ἦν καιρῷ τὸ σκότος, δειλιάσαντες, μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι, πάλιν ἀπείθησαν.

28. Misit tenebras, & obscurauit: & non * exacerbauerunt sermones eius.

* Vulgata exacerbauit sermones suos.

Id est, Immisit ipsis tenebras. Qui quidem eo tempore quo tenebræ ingruebant metuentes, persuasi fuerant, sed vbi cessassent, iterùm erant refractarij.

κθ'. Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα· καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν.

Πάλιν, φησὶν, εἰς αἷμα μετέβαλε τὸ ὕδωρ, καὶ πάντων τῶν ἐν ὕδασι θάνατον κατεψηφίσατο.

29. Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum.

Narrat plagas Ægypti.

Rursus, inquit, aquam conuertit in sanguinem, & omnia quæ in aquis erant morti adiudicauit.

λ'. Ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βασιλέων αὐτῶν.

Ὡς δέ, φησι, καὶ τοῦ ὕδατος κατεφρόνησαν, ἐπήνεγκε τὸ τῶν βατράχων πλῆθος· ὥστε οὐδὲ τῶν βασιλειῶν, οὐδὲ τῶν ταμιείων ἐφείσαντο, ἀλλὰ πάντα μεστὰ ἦν τοῦ προστάγματος.

30. Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipsorum.

Vbi autem, inquit, etiam aquam contempsissent, immisit ranarum multitudinem; ita vt neque regijs quidem penetralibus parcerent, sed omnia eius mandato plena essent.

λα'. Εἶπε καὶ ἦλθε κυνόμυια, καὶ σκνίπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν.

Ὡς δὲ καὶ τούτων κατεφρόνησαν, ἐπήνεγκεν ἄλλα χαλεπώτερα.

31. Dixit, & venit cynomyia, & cyniphes in omnibus finibus eorum.

Vbi autem etiam hæc contempserant, irrogauit alia grauiora.

λβ'. Ἔθετο τὰς βροχὰς αὐτῶν χάλαζαν, πῦρ καταφλέγον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν.

Ἀμεληθέντων δέ, φησι, καὶ τῶν προλαβόντων, ἐπήχθη καὶ χάλαζα μεμιγμένη πῦρ πάντα ἀναλίσκουσα. ὅθεν ἐπάγει·

32. Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.

Ceterùm, inquit, cùm etiam præcedentia neglexissent, illata est grando quæ ignem imitabatur omnia consumendo. vnde subdit:

λγ'. Καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέλους αὐτῶν καὶ τὰς συκὰς αὐτῶν· καὶ συνέτριψε πᾶν ξύλον ὁρίου αὐτῶν.

Ἐπειδὴ καὶ ταῦτα κατεφρονήθη, τί ἐποίησεν ἐπάγει·

33. Et percussit vineas eorum & * ficus eorum: & contriuit * omne lignum * finis eorum.

* Vulgata ficulneas.
* Abest à Vulgata.
* Vulgata finium

Cùm verò etiam hæc despexissent, quid fecerit subiungit:

λδ'. Εἶπε, καὶ ἦλθεν ἀκρίς, καὶ βροῦχος, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός·

34. Dixit, & venit locusta, & bruchus, cuius non erat numerus:

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Si quid autem residui, inquit, grando reliquisset, hoc locusta & bruchus depascebat. vnde subdit:

35. Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.

Ceterùm cùm ex hac etiam plaga minimè essent emendati, postremam tandem inducit.

36. Et percussit omne primogenitum in terra * Ægypti, primitias omnis laboris eorum.

* Vulgata eorum,

Hæc, inquit, sola plaga permouit Ægyptios; vnde deinceps soluerunt Israëlitas. Siquidem subinfert:

37. Et eduxit eos * in argento & auro: & non erat in Tribubus eorum infirmus.

* Vulgata cum

Sic enim, inquit, Ægyptij ipsos dimiserunt, vt etiam ab ipsis spoliati, neque aurum neque argentum sibi vendicarent, sed æqui consulerent, si cum diuitijs egredientes qualemcumque salutem Ægyptijs relinquerent. Nemo autem, inquit, inter Israëlitas tam miser apparebat, qui non vicino suo spoliato egrederetur. Hoc enim est quod ait: *Et non erat in Tribubus eorum infirmus.* Verumtamen non contristabant hæc Ægyptios. vnde subdit:

Narrat exitum populi de Ægypto.

38. Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.

Non tantùm enim, inquit, illos damnum affligebat, quantum ipsos metus liberatio recreabat. Deinde post pœnas Ægyptiacas quantam Deus erga populum suum prouidentiam ostenderit subiungit:

39. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.

Vt nox quidem illuminaretur, dies verò obumbraretur.

40. Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos.

Quin imò, inquit, coturnices postulantibus etiam manna concessit.

Εἰ τι δέ, φησι, λείψανον ἡ χάλαζα καταλίποι, τοῦτο κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς καὶ ὁ βροῦχος. ὅθεν ἐπιφέρει·

λέ. Καὶ κατέφαγε πάντα χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν· καὶ κατέφαγε πάντα τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν.

Ὡς δὲ οὐδὲ ἐκ ταύτης τῆς πληγῆς ἐσωφρονίσθησαν, ἐπάγει λοιπὸν τὴν τελευταίαν.

λς΄. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν.

Αὕτη, φησὶ, μόνη ἡ πληγὴ καθίκετο τῶν Αἰγυπτίων· ὅθεν λοιπὸν ἀπέλυσαν Ἰσραηλίτας. ἐπιφέρει γάρ·

λζ΄. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ἀσθενῶν.

Οὕτω γάρ, φησιν, ἀπέλυσαν αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι, ὥστε καὶ σκυλευόμενοι παρ' αὐτῶν, μὴ ἀντιποιεῖσθαι μηδὲ τοῦ χρυσίου μηδὲ τοῦ ἀργυρίου, ἀγαπητὸν δὲ ἡγεῖσθαι, εἰ μετὰ τοῦ πλούτου ἐξελθόντες καταλείποιεν Αἰγυπτίοις τὸ ὁπωσοῦν σώζεσθαι. οὐδεὶς δέ, φησιν, ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις οὕτως ὤφθη ταλαίπωρος, ὃς οὐ σκυλεύσας τὸν γείτονα ἐξῆλθε. τοῦτο γὰρ λέγει· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. καὶ ὅμως οὐκ ἐλύπει ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους. ὅθεν ἐπιφέρει·

λή. Εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν· ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ' αὐτούς.

Οὐ γὰρ οὕτως αὐτούς, φησιν, ἐλύπει ἡ ζημία, ὅσον αὐτοὺς ηὔφραινεν ἡ τοῦ φόβου ἀπαλλαγή. εἶτα μετὰ τὰς κατ' Αἰγυπτίων τιμωρίας ὅσην ἐνεδείξατο περὶ τὸν λαὸν πρόνοιαν ὁ Θεὸς ἐπάγει·

λθ΄. Διεπέτασε νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοὺς τὴν νύκτα.

Ὥστε φωτίζεσθαι μὲν τὴν νύκτα, σκιάζεσθαι δὲ τὴν ἡμέραν.

μ΄. Ἤτησαν, καὶ ἦλθεν ὀρτυγομήτρα· καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς.

Ἀλλὰ καὶ αἰτήσασί, φησιν, ὀρτυγομήτραν καὶ τὸ μάννα ἐδωρήσατο.

μά. Διέ-

μα. Διέῤῥηξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα· ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί·

Οὐ μόνον γάρ, φησι, τροφὴν αὐτοῖς παράδοξον ἐχαρίσατο, ἀλλὰ καὶ ποτὸν ἀνέλπιστον παντελῶς, καὶ μὴ προσδοκώμενον. Τίνος οὖν ἕνεκα πάντα ταῦτα ποιεῖ ἐπάγει·

μβ. Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ.

Τῆς γάρ, φησι, διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ ὑπομιμνησκόμενος ταῦτα ἐποίησεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

μγ. Καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ.

Εἶτα συντόμως ἐπιφέρει τὰ ἑξῆς, ὅτι οὐ μόνον αὐτοὺς Αἰγυπτίων ἀπήλλαξεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ κληρονόμους αὐτοὺς ἐποίησε τῆς Παλαιστίνης. ἐπιφέρει γοῦν·

μδ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν· καὶ πόνους λαῶν κατεκληρονόμησαν·

Οἱ οὖν τούτων ἀπολαύσαντες, φησι, τί εἰσὶ δίκαιοι ποιεῖν ἐπιφέρει·

με. Ὅπως ἂν φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσιν.

Ἐπειδὴ οὖν, φησι, πάσης εὐεργεσίας ἐστὶν ὁ σκοπὸς ἡ φυλακὴ τῶν προσταγμάτων, τούτων μὴ ἀποστῶμεν, ἵνα μείνῃ περὶ ἡμᾶς βέβαια τὰ εὐεργετήματα.

41. Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in * siccis flumina;

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata sicco

Non solùm enim, inquit, prodigiosum ipsis cibum largitus fuit, verùm etiam potum penitus insperatum, & inexpectatum. Quam igitur ob causam hæc omnia faciat subiungit:

42. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham * seruum suum.

* Vulgata puerum

Hæc enim, inquit, fecit recordatus testamenti sui ad Abraham. vnde subiungit:

43. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Deinde reliqua breuiter subiunxit, vt nimirum non solùm ipsos ab Ægyptijs liberauerit, verùm etiam heredes fecerit Palæstinæ. itaque subdit:

44. Et dedit illis regiones Gentium; & labores populorum possederunt:

Hi igitur, inquit, qui tanta fuerant consecuti, quid meritò facere debuerint subiungit:

45. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius * exquirant.

* Vulgata requirant

Cùm igitur, inquit, omnis beneficij scopus sit obseruatio mandatorum, ab his minimè recedamus, vt nobiscum beneficia firma perseuerent.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Ἀλλήλοις ἐγκελεύονται οἱ τοῦ λαοῦ, ὥστε ἐπὶ μὲν τοῖς γεγονόσιν εὐχαριστεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς μέλλουσιν ἐπικαλεῖσθαι καὶ δεῖσθαι. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐπικαλεῖσθε κηρύσσετε εἶπεν ὁ Σύμμαχος. Διὰ δὲ τοῦ ἀπαγγεῖλαι ἐν τοῖς ἔθνεσι, δῆλον ὡς οὐκ Ἰουδαίοις μόνον ὀνησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πραγματεύεται, τοῦ πνεύματος τοὺς τῶν ἐθνῶν διεγείροντος κήρυκας εἰς τὸ καὶ ζητεῖν τὸν κύριον, καὶ κηρύσσειν τὰ περὶ αὐτοῦ διηγήματα. Τὰ δὲ διηγήμα-

1. CONFITEMINI DOMINO.] Qui sunt de populo sese inuicem adhortantur, vt pro præteritis quidem gratias agant, pro futuris verò Deum inuocent ac deprecentur. Pro *inuocate* autem Symmachus dixit *prædicate*. Per hoc autem quòd annuntietur inter Gentes, manifestum fit non tantùm Iudæis, sed etiam ijs qui ex Gentibus sunt vtilitatem procurari, spiritu nimirum prædicatores Gentium excitante cùm ad Dominum quærendum, tum ad narrationes eius prædicandum. Narratio-

Quomodo Domino confitendum sit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

nes autem eius nobiſcum ſint ea miracula quæ erga nos oſtendit, quibus etiam celebres & laudabiles nos reddidit. Pro *laudamini* autem Aquila legit *Gloriamini*. Hortatur autem hic ſermo, vt non ob alias aliquas diuitias aut proſperitatem gloriemur, ſed in Dei cognitione. Ceterùm edocet quanta ſit vtilitas confeſſionis. Nam quærentes, inquit, ipſum, continget in lætitia verſari, & fortes reddi. Illud autem, Quærere Dominum ſemper, opponitur iſti quod ſecundùm Moyſem ter in anno apparere dicitur. Non ſemel, inquit, ſed per totam vitam quærite: ſic enim inexpugnabiles eritis ab ipſo confortati. Etenim in nouo Teſtamento hoc præcipit: *Petite, & dabitur vobis.* Facies autem Domini poſſit eſſe *figura ſubſtantiæ eius,* cùm ſit imago Dei inuiſibilis; quapropter etiam qui videt ipſum vidit & Patrem.

Confeſſio lætitiam & fortitudinem conciliat.

Non ſemel tantùm, ſed totâ vitâ quærendus Deus.

Matth. 7, 7.
Hebr. 1, 3.
Ioan. 14, 9.

5. Mementote mirabilium eius.] Habete, inquit, in memoria, & ne tradatis obliuioni mirabilia quæ pro nobis fecit, & prodigia quæ Ægyptijs irrogauit. Frequenter autem accipit mirabilia pro beneficijs, prodigia verò pro ſupplicijs: iudicia autem ſunt ea quæ iuſtè & maturo conſilio ſtatuit, & rebus ipſis ſecuta ſunt. Ac in nouo quidem Teſtamento prodigia ſunt v. g. paralyticum firmare, mortuum ſuſcitare; iudicia verò, ſermones eius & decreta, quæ exactè expenſa inſtar accurati præceptoris ac legiſlatoris expoſuit. Nobis igitur, inquit, conuenit horum maximè meminiſſe, vtpote ex Abraham & Iacob ſemine oriundis, quos etiam ad ſeruiendum ſibi elegit. Quare ſubiunxit: *Ipſe Dominus Deus noſter.* Cùm enim, inquit, vniuerſo orbi dominaretur, nos proprium ſuum populum appellauit, vniuerſum orbem iudicans.

Quid vocet mirabilia, & quid prodigia.

8. Memor fuit in sæculum testamenti.] Scilicet ad Abraham, quod ad nos vſque ſeruat, & in tempus quod poſt nos erit. Neque tempus ipſum euacuabit. Nam illud *In mille generationes* non eò dixit, quòd præſens ſæculum mille dumtaxat generationibus annumeretur; ſed mille annorum numerum pro multitudine accipit, nempe in mille millenarijs promiſſionum ad Abraham factorum perennitatem ſtabilitatemque declarans. Singula autem ſecundùm proprium

Quid per mille generationes ſignificetur.

τα μεθ' ἡμῶν ἔςω ὅσα εἰς ἡμᾶς ἐνεδείξατο θαύματα, οἷς καὶ ὀνομαςοὺς ἀπειργάσατο καὶ ἐπαινουμένους. ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖσθε δὲ ὁ Ἀκύλας καυχᾶσθε. Παρακελεύεται δὲ ὁ λόγος, μὴ ἐπί τινι ἑτέρῳ καυχᾶσθαι πλούτῳ τυχὸν ἢ εὐημερίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ θεοῦ γνώσει. ὅσον δὲ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι ὄφελος διδάσκει. τοῖς γὰρ ζητοῦσί, φησιν, αὐτὸν, συμβήσεται τὸ ἐν εὐφροσύνῃ εἶναι, τὸ κραταιοὺς εἶναι. Τὸ δὲ, διαπαντὸς ζητεῖν τὸν κύριον, ἀντιδιέςαλται πρὸς τὸ κατὰ Μωσέα τρίτον φαίνεσθαι τοῦ ἐνιαυτοῦ. μὴ ἅπαξ, φησὶν, ἀλλὰ παρὰ πάντα τὸν βίον ζητεῖτε· ἄμαχοι γὰρ οὕτως ἔσεσθε ὑπ' αὐτοῦ δυναμούμενοι. Καὶ ἐν τῇ νέᾳ γὰρ τοῦτο προςάττει· αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. πρόσωπον δὲ θεοῦ εἴη ἂν ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποςάσεως αὐτοῦ, εἰκὼν τυγχάνων τοῦ ἀοράτου θεοῦ· διὸ καὶ ὁρῶν αὐτὸν ἑώρακε τὸν πατέρα.

έ. Μνησθητε των θαυμασιων αυτου.] Ἔχετε, φησιν, ἐν μνήμῃ, καὶ μὴ λήθῃ παραδότε ὅσα ὑπὲρ ἡμῶν ἐποίησε θαυμάσια, καὶ ὅσα τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπήγαγε. Λαμβάνει δὲ πολλάκις τὰ μὲν θαυμάσια ἐπ' εὐεργεσίας, τὰ δὲ τέρατα ἐπὶ τιμωρίας· κρίματα δὲ ὅσα ἐνδίκως καὶ κεκριμένως ἀπεφαίνετο, καὶ ἠκολούθει τὰ πράγματα. Καὶ ἐπὶ τῆς νέας τέρατα μὲν τὸ σφίγξαι παράλυτον, τὸ ἐγεῖραι νεκρόν· κρίματα δὲ, οἱ λόγοι αὐτοῦ καὶ αἱ ἀποφάσεις, ἃς κεκριμένας ἀκριβοῦς παιδευτοῦ καὶ νομοθέτου δίκην ἐξετίθετο. Ἡμῖν οὖν, φησι, μάλιστα τὸ μεμνῆσθαι προσήκει, τοῖς ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Ἰακὼβ, οὓς καὶ δουλεύειν αὐτῷ ἐξελέξατο. διὸ ἐπήγαγεν· Αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. πάσης γάρ, φησι, δεσπόζων τῆς οἰκουμένης, ἴδιον ἡμᾶς λαὸν προσηγόρευσε, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δικάζων.

ή. Εμνησθη εις τον αιωνα διαθηκης.] Τῆς πρὸς Ἀβραάμ, φησιν, ἣν μέχρις ἡμῶν διαφυλάττει, καὶ τῷ μεθ' ἡμᾶς χρόνῳ. καὶ ὁ χρόνος ἐξίτηλον αὐτὴν οὐ ποιήσει. Τὸ γὰρ εἰς χιλίας γενεὰς οὐχ' ὅτι χιλίαις μόνον γενεαῖς ὁ παρὼν αἰὼν ἀριθμεῖται· ἀλλὰ τὸν τῶν χιλίων ἐτῶν ἀριθμὸν ἐπὶ πλήθους λαμβάνει, ὡς ἐπὶ τοῦ χίλιαι χιλιάδες τὸ διαρκὲς καὶ μόνιμον δηλῶν τῆς πρὸς Ἀβραὰμ ὑποσχέσεων. Διεῖλε δὲ ἕκαςον κατὰ οἰκεῖον ἰδίωμα.

Digitized by Google

ἰδίωμα. Οὐ γὰρ τῷ μὲν Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο, τῷ δὲ Ἰσαὰκ ὤμοσε, τῷ δὲ Ἰακὼβ προσέταξεν· ἀλλὰ καθόλου βούλεται εἰπεῖν, ὅτι τοῖς πατριάρχαις ἡμῶν καὶ ὑπέσχετο τὰς ἐπαγγελίας, καὶ ὅρκῳ ταύτας ἐβεβαίωσεν. εἴποτε δὲ λέγει διαθήκην αἰώνιον καὶ ὅρκον, τὰ κατὰ Χριστὸν αἰνίττεται. εἴ ποτε δὲ διαθήκην ἁπλῶς, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ. ὅρκον δέ φησιν, οὐχ ὅτι ὤμοσεν, ἀλλὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀμετάθετον παριστῶν· ὥσπερ καὶ ἐργάζεσθαι λέγεται Θεὸς, οὐκ ἐργαζόμενος, καὶ ἐπιλανθάνεσθαι, οὐκ ἐπιλανθανόμενος. Τί οὖν ἐπηγγείλατο; λέγων, σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν. Ὑπέσχετό, φησι, τοῖς πατράσι δοῦναι τὴν Χαναναίων ἤτοι τὴν Παλαιστίνην εἰς κλῆρον. σχοίνισμα γὰρ καλεῖ τὸ μεμετρημένον καὶ διαποζόμενον. τὸ δὲ βραχεῖς ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ὀλίγους εἶπεν. Τὸ γὰρ βραχὺ κυρίως ἐπὶ μεγέθους κεῖται· τὸ δὲ ὀλίγον ἐπὶ ἀριθμοῦ. Ὑπέσχετο οὖν ἀντὶ τοῦ ὀλίγους εἶναι πληθυνθήσεσθαι ὡς τὰ ἄστρα· ἀντὶ δὲ τοῦ παροικεῖν δεσπότην καταστῆσαι τῆς γῆς· οὐχ ὅτε πλῆθος ἐγένοντο, ἵνα μή τις τῇ τοῦ πλήθους δυνάμει ἐπιγράψῃ τὴν νίκην, ἀλλ᾽ ὅτε βραχεῖς ἦσαν, ἵνα τοῦ ὑποσχομένου ἡ ἰσχὺς διαφαίνηται. καὶ τὸ μεῖζον, φησι, καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος. μετὰ γὰρ τὴν ἐπαγγελίαν, φησὶ, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβοντας, καὶ οὐκ ἐφ᾽ ἑνὸς ἱδρυμένους, καὶ ὀλιγοστοὺς ὄντας τοὺς πατριάρχας, οὕτως ἐφύλαξεν, ὡς μή τινα αὐτοὺς ἀδικῆσαι ἐᾶσαι, τοὐναντίον δὲ ἤλεγξε μᾶλλον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς, τὸν Φαραὼ καὶ τὸν Ἀβιμέλεχ· οὓς ὑπὲρ τῆς Σάῤῥας ἐφόβησε. Μὴ ἅπτεσθε δὲ λέγων τῶν Χριστῶν μου, μονονουχὶ τοῦτο λέγει καὶ ἐπιτάττει, μὴ θιγγάνειν ἀνδρῶν ἐκλελεγμένων αὐτῷ· τούτους γὰρ νῦν καλεῖ Χριστούς. Ὃ γὰρ ἡ χρίσις ποιεῖ ἀφορίζουσα τὸν χριόμενον, τοῦτο καὶ ἡ ἐκλογὴ ἐξαιρέτους ποιοῦσα τοὺς ἐκλεγομένους. Ἀλλὰ καὶ προφητῶν τάξιν εἶχον παρὰ Θεῷ οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ· τῷ γὰρ Ἀβιμέλεχ ἔφη· Ἀπόδος τὴν γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι προφήτης ἐστί· καὶ εὔξεται περὶ σοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ Χριστοὶ, ἀπὸ τῆς μετοχῆς τοῦ φανέντος αὐτοῖς Θεοῦ λόγου ἐν ὁράσεσι.

ιϛʹ. ΚΑΙ ΕΚΑΛΕΣΕ ΛΙΜΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ

idioma distinxit. Non enim Abrahæ quidem promisit, Isaaco autem iurauit, Iacobo verò præcepit: sed vult vniuersim dicere, ipsum Patriarchis nostris & promissiones dedisse, & easdem iuramento confirmasse. Si quando autem testamentum æternum & iusiurandum dicat, ea quæ secundùm Christum sunt insinuat. Si quando verò simpliciter nominet testamentum, intelligit ea quæ ad Abraham & posteros eius spectant. Iuramentum autem vocat, non quòd iurauerit, sed vt stabilitatem & immutabilitatem declaret: sicut etiam operari Deus dicitur, cùm non operetur, & obliuisci, cùm minimè obliuiscatur. Quid igitur promisit? *Dicens, Tibi dabo terram Chanaan.* Promisit, inquit, se patribus daturum Chananitidem siue Palæstinam in hereditatem. Funiculum enim vocat partem dimensam & dominio deputatam. *Breues* autem hoc loco dixit pro *paucos*. *Breue* enim propriè de magnitudine dicitur; *paucum* verò de numero. Promisit igitur pro eo quòd pauci sint eos multiplicandos sicut stellas; pro eo autem quòd incolæ essent terræ dominium obtenturos; non quando multi erant, ne quis victoriam potentiæ multitudinis adscriberet; sed quando breues siue pauci existebant, vt promittentis fortitudo appareret. Et quod maius est, inquit, *Et transierunt de Gente in Gentem.* Post promissionem enim, inquit, Patriarchas loca ex locis mutantes, nec vno loco consistentes, cùm etiam paucissimi essent, ita conseruauit, vt non fineret quemquam ipsos lædere, quin potiùs *corripuit pro eis Reges*, Pharaonem scilicet & Abimelechum; quos propter Sarram terrefecit. Ceterùm dicens, *Nolite tangere Christos meos*, tantùm non ait & præcipit, ne attingant viros ab ipso electos: hos enim mòdò vocat Christos. Nam id quod vnctio facit vnctum segregando, hoc etiam electio præstat electos eximios reddendo. Ceterùm etiam illi qui apud Abraham erant Prophetarum ordinem apud Deum obtinebant: siquidem Abimelecho dicebat: *Redde viro suo vxorem, quia Propheta est: & orabit pro te.* Quin & aliter quoque Christi erant, ex participatione diuini Verbi ipsis in visionibus apparentis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quid per testamentum æternum & iusiurandum significetur.

Terra Chanaan Israëlitis promissa.

Pauci Israëlitæ multas Gentes subegerunt.

Quid electio præstet electis.

Gen. 20, 7.

16. ET VOCAVIT FAMEM SVPER TERRAM.]

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Famis descriptio.

RAM.] Rationem reddit cur fames instar viuentis animalis appellata sit. Dicit nimirum vim effectricem, quæ omne quoque panis firmamentum conterat; ita vt sicubi panis apparuerit, non tamen confirmet eos qui ipso replentur; iuxta illud, *Et panis confirmat cor hominis.* Hoc enim in fame ab ira Dei illata potissimùm accidit, vt comedentes minimè confirmentur. Dixit autem *omne firmamentum*, id est, omne id quod alimentum præstare possit, non solùm frumentum, sed etiam hordeum & legumina, ceteraque quibus homines vitam sustentant. Vel caussam reddit transmigrationis Patriarcharum. Fames, inquit, grauissima terram occupauit, atque inde nata ipsis est occasio descendendi in Ægyptum. Cùm enim futurum esset, vt Iacobi genus in Ægyptum descenderet (huius autem caussa erat fames) Dei prouidentiam significat; quòd cùm hoc futurum esset, præmiserit Iosephum vt præcederet, & Ægypti imperium obtineret, vt omnium fames Deo deuotis vbertas fieret. Vtraque autem per hoc ipsum declarauit, scilicet fratrum nequitiam, & propriam benignitatem: illi namque ipsum tradiderunt; ipse verò eorum prauitate conuenienter vsus est, & seruum Regem effecit. Quis autem ex tanta humilitate tam magna sperasset? Post calumniam verò adulterij carcerem inhabitauit, & in vinculis moras traxit. Illud autem, *Ferrum pertransijt anima eius.* id est: Pedes quidem eius in compedibus humiliati fuerunt, anima verò ipsius mansit expers humiliationis. Hoc enim significat istud *pertransijt*, vt quando ait, *Transiuimus per ignem & aquam*, illæsi nimirum & impassibiles manentes. Symmachus autem ait, *In ferrum venit anima eius:* id est, Ad cædem vsque periclitatus est. Hoc autem non semper sustinuit: nam afflictionis mensuram limitauit, dicens illam præualuisse, donec veniret verbum Dei; quo ex ergastulo euocatus, curator & educator omnium constitutus est. Vel verbum eius dicit illud iudicium somniorum, quod cùm vidisset, patri fratribusque exposuit, nempe de manipulis, & Sole ac Luna, atque vndecim stellis ipsum adorantibus. Quo vsque enim necdum aderat verbi illius consummatio, dictis molestijs exercitatus fuit. Vel ac si dicat, vs-

Quid vocetur firmamentum panis.

Dei in Iosephum prouidentia.

Iosephi humiliatio quanta.

Psal. 65, 12.

Iosephi liberatio & somniorum interpretatio.

ΓΗΝ.] Αἰτίαν παρίστησι τοῦ κληθῆναι δίκην ἐμψύχου ζώου τὸν λιμόν. λέγει δὴ τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν, καὶ τοῦ συντρίβειν πᾶν στήριγμα ἄρτου· ἵν' εἰ καὶ φανείη που ἄρτος, μὴ στηρίζοι τοὺς ἐμπιπλαμένους αὐτοῦ· κατὰ τό, καὶ ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ μάλιστα συμβαίνει ἐν τοῖς λιμοῖς κατ' ὀργὴν θεοῦ γινομένην, τὸ τοὺς ἐσθίοντας μὴ στηρίζεσθαι. Εἶπε δὲ τὸ πᾶν στήριγμα, ἀντὶ τοῦ, πᾶν θρέψαι δυνάμενον, οὐ μόνον σῖτον, ἀλλὰ καὶ κριθὰς καὶ ὄσπρια, καὶ τἄλλα οἷς βιοτεύουσιν ἄνθρωποι. Ἢ τὴν αἰτίαν λέγει τῆς μεταναστάσεως τῶν Πατριαρχῶν. λιμός, φησι, βαρύτατος κατέλαβε τὴν γῆν, καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῖς γίνεται πρόφασις τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε τὸ τοῦ Ἰακὼβ γένος κατιέναι εἰς Αἴγυπτον (αἰτία δὲ ἦν ὁ λιμός) τὴν πρόνοιαν σημαίνει τοῦ θεοῦ· ὅτι τούτου μέλλοντος γίνεσθαι, ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν τὸν Ἰωσὴφ ὥστε προλαβεῖν, καὶ τὸ τῆς Αἰγύπτου ἀναδήσασθαι κράτος, ὥστε τὸν ἐπὶ πάντων λιμὸν εὐθηνίαν γενέσθαι τοῖς ἀνακειμένοις θεῷ. Ἀμφότερα δὲ κατὰ ταὐτὸν ἐδήλωσε καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν μοχθηρίαν, καὶ τὴν οἰκείαν χρηστότητα· οἱ μὲν γὰρ ἀπέδοντο· ὁ δὲ τῇ ἐκείνων πονηρίᾳ εἰς δέον ἐχρήσατο, καὶ βασιλέα τὸν δοῦλον ἀπέφηνε. Τίς δ' ἂν ἤλπισεν ἐκ τοσαύτης ταπεινότητος τοσαῦτα; μετὰ δὲ τὴν τῆς μοιχείας συκοφαντίαν τὸ δεσμωτήριον ᾤκησε, καὶ ἐν δεσμοῖς ἐχρόνισε. Τὸ δέ, σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ· οἱ μὲν πόδες αὐτοῦ ἐταπεινώθησαν ἐν πέδαις, ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ ἀταπείνωτος ἔμεινε. τοῦτο γὰρ τὸ διῆλθε σημαίνει, ὡς ὅταν λέγῃ, διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἀβλαβεῖς δηλονότι καὶ ἀπαθεῖς διαμείναντες. Ὁ δὲ Σύμμαχος, εἰς σίδηρον ἦλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, μέχρι σφαγῆς ἐκινδύνευσε. Τοῦτο δὲ ὑπέμεινεν οὐκ εἰς ἅπαν· περιορίζει γὰρ τὸ μέτρον τῆς περιστάσεως, εἰπὼν αὐτὴν κεκρατηκέναι, μέχρις οὗ διῆλθεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καθ' ὃν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου μετασταλείς, κηδεμὼν καὶ τροφεὺς πάντων κεχειροτόνητο. Ἢ λόγον αὐτοῦ φησι τὸν περὶ τῆς τῶν ἐνυπνίων διακρίσεως, ὃν ἰδὼν ἐξεῖπε, τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, τὰ περὶ τῶν δραγμάτων, καὶ τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἕνδεκα ἀστέρων τῶν προσκυνησάντων αὐτῷ. Ἕως γὰρ οὔπω παρῆν τὸ συμπέρασμα τοῦ λόγου, ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐγυμνάζετο. ἢ ἀντὶ τοῦ,

ἄχρις

Digitized by Google

ἄχρις οὗ προσέταξεν ὁ θεὸς λυθῆναι αὐτὸν τοῖς κακοῖς, ἐγυμνάζετο. Λόγιον δὲ κυρίου τὸν φυσικὸν νόμον φησὶν, ὃς ἑκάστῳ ἡμῶν ἐγγέγραπται. Τὸ δὲ ἐπύρωσεν, ἀντὶ τοῦ ἐδοκίμασεν αὐτὸν, ὡς χρυσὸν λαμπρύνας αὐτόν· ἐβούλετο γὰρ αὐτὸν δόκιμον ἀποφῆναι. ἀμέλει ὅτε ἐβουλήθη ὁ θεὸς, τί γέγονεν;

κ'. ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΚΑΙ ΕΛΥΣΕΝ ΑΥΤΟΝ.] Οὐκ ἄλλος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἄλλος ὁ ἄρχων· ἀλλ' ἀναδιπλάσει κέχρηται γραφικῷ ἔθει· ὡς τὸ, πορευόμενοι ἐπορεύοντο. Τὸν Φαραὼ δὲ λέγει ἐπὶ τῇ τῶν ὀνειράτων ἀπορίᾳ, ὅτε καὶ λύεται, καὶ καθίσταται κύριος. Τὴν δὲ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ δεικνὺς ὠφέλειαν ἐπάγει· τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας. Ἐπίσημος γὰρ διὰ τὴν ἐπιλύσιν τῶν ὀνειράτων γενόμενος εἰς σύνεσιν, ἐπαιδοτρίβει τοὺς ἐγχειρήσαντας τοῦ ζηλῶσαι αὐτόν. αὕτη, φησὶν, ἡ αἰτία τοῦ εἰσελθεῖν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον. Κἀνταῦθα δὲ ἀναδιπλάσει κέχρηται· Χὰμ γὰρ τὴν Αἴγυπτον λέγει, ὅτι Χὰμ ἐγέννησε Χαναὰν, ὁ δὲ Μισραΐμ, ὃς ἑρμηνεύεται Αἴγυπτος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα κέκληται. εἰκὸς γὰρ, πάππον ὄντα τοῦ Μισραΐμ, τὸν Χὰμ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκῆσαι, τοῦ Χαναὰν ἐν Παλαιστίνῃ οἰκήσαντος. Κατελθόντων δὲ οὐκ ἠμέλησε, φησίν, ἀλλὰ κἀκεῖ αὐτοὺς ηὔξησε, καὶ τῆς οἰκείας εὐλογίας μετέδωκε. τὸ δὲ, μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, οὐ τὸν αὐτὸν Φαραὼ λέγει, ἀλλὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαν ὡς ἕνα Φαραὼ λέγει. συμφερόντως δὲ καὶ ἐμισήθησαν, καὶ ἐβδελύχθησαν ὑπ' Αἰγυπτίων, ἵνα καὶ τῆς εἰδωλολατρείας ἀπόσχωνται μισούμενοι ὑπ' αὐτῶν, καὶ τῆς Αἰγύπτου ἐπιζητήσωσιν ἐξελθεῖν. Οὐκ αὐτὸς δὲ μετέβαλε τὴν τῶν Αἰγυπτίων γνώμην, ἀλλὰ τῷ αὐτεξουσίῳ παρεχώρησε· μεταστραφέντι γάρ, φησι, συνεχώρει, δυνάμενος κωλῦσαι, εἴπερ ἐβούλετο. Οὐ κωλύει δὲ, ἵν' ἀρχὴν κατὰ τοὺς Ἰσραηλίτας οἰκονομία λάβῃ. ἢ ἐπανέστησεν αὐτοῖς Αἰγυπτίους, ἀνθ' ὧν εὐεργετηθέντες λήθην τοῦ εὐεργετοῦντος ἐλάμβανον, καὶ εἰδωλολάτρουν. μεταστραφεὶς γὰρ ὁ Φαραώ, φησι, παντὶ δόλῳ κατ' αὐτῶν ἐχρήσατο, βαρέα ἔργα ἐπιτιθεὶς, καὶ τὰ ἄρρενα αὐτῶν ἀποπνίγεσθαι ἐντειλάμενος, ὡς ἂν κακωθέντες καταφύγωσι πρὸς θεὸν, καὶ λάβοι χώραν ἡ ἐπαγγελία πληρωθῆναι.

quedum Deus præcepit ipsum à malis absolui, tamdiu exercebatur. *Eloquium* autem *Domini* vocat legem naturalem, quæ vnicuique nostrûm inscripta est. Istud autem *inflammauit*, id est, *probauit eum*, tamquam aurum reddens illustrem: volebat enim ipsum probatum declarari. Itaque quando voluit Deus, quid accidit?

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

20. MISIT REX, ET SOLVIT EVM.] Non alius est Rex, & alius Princeps; sed geminatione vtitur more scripturistico; iuxta illud, *Euntes ibant*. Intelligit autem Pharaonem ob somniorum ambiguitatem, quando nimirum soluitur, & dominus constituitur. Ceterùm dispensationis eius vtilitatem ostendens subdit: *Vt erudiret Principes*. Cùm enim ob somniorum solutiones illustris euasisset in scientia, instituebat eos qui ipsum æmulari conabantur. Hæc, inquit, causa fuit ingressus Israëlis in Ægyptum. Hîc verò etiam vtitur geminatione: Chám enim Ægyptum appellat, quia Cham genuit Chanaan, hic verò Mesraim, qui interpretatur Ægyptus, à quo etiam regio nuncupata fuit. Verosimile enim est Cham, vtpote auum Mesraim, in Ægypto habitasse; cùm Chanaan in Palæstina habitaret. Descendentes autem, inquit, minimè neglexit, sed illic etiam ipsos auxit, & propriæ benedictionis participes reddidit. Illud autem, *Et conuertit cor ipsius*, non ipsum Pharaonem dicit, sed Regnum Ægyptiorum tamquam vnicum Pharaonem appellat. Vtiliter autem quoque odio habiti, & contumelijs affecti sunt ab Ægyptijs, vt nimirum ipsis exosi ab idololatria abstinerent, & ex Ægypto egredi quærerent. Porrò ipse nequaquam Ægyptiorum animum conuertit, sed arbitrio suo illum permisit. Conuertenti enim, inquit, condescendit, cùm inhibere potuisset, si voluisset. Non inhibet autem, vt Israëlitarum dispensatio exordium caperet. Vel Ægyptios contra ipsos suscitat, eò quòd affecti beneficijs obliti fuissent benefactoris, & idolis seruiuissent. Conuersus enim Pharao, inquit, omni dolo contra ipsos vsus est, grauia onera imponens, & masculos eorum suffocari præcipiens, vt afflicti ad Deum confugerent, & locus daretur implendæ promissionis.

Psal. 125, 6.

Ioseph Ægypti dominus constituitur.

Ægyptiorum odium quàm vtile fuerit Israelitis.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quàm mira Deus per Moysem fecerit.

26. MISIT MOYSEM SERVVM SVVM.] Hiſtoriam interſecans alia quidem in medio relinquit, alias verò opportunas narrationes interſerit. In iſtiuſmodi, inquit, tempore (Moyſem & Aaronem eis oſtendit) factorum ſignorum rationes ac cauſas ipſis vtpote rationalibus rationali comprehenſione declarauit, vt cognoſcerent quam ob cauſam, & quo ordine contigerint,& quorum imagines ac ſigna hæc exiſtant. Deinde recenſet illa non ſecundùm ordinem Moyſaicum, ſed diuerſimodè ſermonem variegando, ne faſtidium generaret. Nempe primùm tenebras induxit, quæ primùm minimè contigerunt. Miſit igitur, inquit, ipſis tenebras. Illi verò etiam ad has non paruerunt, donec quidem erant formidantes; ſed vbi ceſſauerant reluctantes. Diuerſa autem hoc loco fertur lectio; ſiquidem alij legunt, *Et non exacerbauerunt.* id eſt, Dei ſerui non contradixerunt mandatis diuinis, ſed id quod præcipiebatur faciebant. Vel quia elementa non reluctabantur, ſed cùm iubebantur ipſi cedebant, ad confuſionem rationalium creaturarum. Vel de Ægyptijs hoc ait, quòd in poſterum reſiſtere non poſſent. Alij verò ſcribunt : *Quoniam exacerbauerunt.* Quaſi idcircò Ægyptijs immiſſæ ſint tenebræ, eò quòd ſermonibus eius per ſeruos ipſius emiſſis minimè parentes exacerbarentur. Conuertit autem aquas non colorem ſolùm immutando, ſed etiam qualitatem: & omnia quæ in aquis erant morti adiudicauit. Vbi autem hoc etiam contempſerant, ranas immiſit, quæ ne regijs quidem penetralibus parcebant, ſed omnia replebant. Cùm enim in fluuio Hebræorum infantes ſuffocaſſent, in ſanguinem fluuios conuertit, factam illic cædem triumphans, atque ranas inde erepere fecit, occiſis infantibus non abſimiles. Pulchrè autem, inquit, dixit, *Et venit cynomyia*; quandoquidem opera verbis ſuffragabantur. Præcedentibus autem neglectis grauiora irrogabat, nempe grandinem, qui ignem imitabatur, & omnia conſumebat. Vel quia naturæ contrariæ aqua & ignis ſibi mutuo minimè officiebant, ſed naturali pugnâ depoſitâ, conſonam Ægyptijs correptionem inferebant, & ſi quid reſidui grando reliquiſſet, hoc locuſta & bruchus deuorabant. Ac locuſta quidem eſt

De plagis Ægypti.

κϛʹ. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΜΩΣΗΝ ΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΑΥΤΟΥ.] Ἐπιτεμνόμενος τὴν ἱστορίαν τὰ μὲν μεταξὺ παραλιμπάνει, τὰ δὲ καίρια τῶν διηγημάτων ἐντίθησιν. Ἐν τοιούτῳ, φησὶ, καιρῷ (τοὺς περὶ Μωσέα καὶ Ἀαρὼν ἀνέδειξεν) αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν γινομένων σημείων καὶ τὰς αἰτίας δηλώσας λογικῇ καταλήψει ὡς λογικοῖς, ὡς εἰδέναι δι' ἣν αἰτίαν, καὶ κατὰ τίνα τὴν τάξιν ἐγένετο, καὶ τίνων εἰκόνες ταῦτα καὶ σύμβολα. εἶτα καταλέγει ταῦτα οὐ κατὰ τάξιν Μωσαϊκὴν, ἀλλὰ διαφόρως ποικίλλων τὸν λόγον, ὡς μὴ προσκορὴς γένηται. Ἀμέλει πρῶτον σκότος ἐπήγαγε, οὐ πρῶτον γεγονός. Ἀπέστειλεν οὖν, φησιν, αὐτοῖς σκότος. Οἱ δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἠπείθησαν, ἕως μὲν ἦσαν δειλιάσαντες· μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι ἀπειθήσαντες. Διάφορος δὲ φέρεται ἐνταῦθα γραφή· οἱ μὲν γὰρ, καὶ οὐ παρεπίκραναν, φησιν. ἤτοι, οἱ τοῦ θεοῦ θεράποντες οὐκ ἀντεῖπον τοῖς θείοις προστάγμασιν, ἀλλὰ τὸ ἐπιταττόμενον ἔπραττον. ἢ ὅτι τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀντέστησαν, ἀλλ' εἶξαν αὐτῷ κελευόμενα, εἰς αἰσχύνην τῶν λογικῶν. ἢ περὶ τῶν Αἰγυπτίων λέγει, ὅτι λοιπὸν ἀντιστῆναι οὐκ ἴσχυσαν. οἱ δὲ γράφουσιν· ὅτι παρεπίκραναν. ὡς διὰ τοῦτο καταπεμφθῆναι σκότος τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀνθ' οὗ τοῖς λόγοις αὐτοῦ τοῖς διὰ τῶν αὐτοῦ δούλων ἀπειθήσαντες παρεπίκραναν. Μετέστρεψε δὲ τὰ ὕδατα οὐ τὴν χρόαν μόνην μεταβαλὼν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποιότητα· καὶ τῶν ἐν ὕδασι πάντων κατεψηφίσατο θάνατον. ὡς δὲ καὶ τούτου κατεφρόνησαν, ἐπήνεγκε βατράχους, οἳ οὐδὲ τῶν ταμιείων τῶν βασιλείων ἐφείσαντο, ἀλλὰ πάντα μεστὰ ἦν. Ἐπεὶ γὰρ ἐν ποταμῷ τὰ τῶν Ἑβραίων βρέφη ἐπνίγοντο, μετέβαλεν εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς, τὴν γινομένην ἐκεῖ θριαμβεύων μιαιφονίαν, καὶ βατράχους ἐκεῖθεν ἀνέρπειν ἐποίησε, τοῖς ἀνῃρημένοις βρέφεσι παραπλησίους. Καλῶς δὲ εἶπε, φησι, καὶ ἦλθε κυνόμυια· ἐπεὶ ἠκολούθει τοῖς λόγοις τὰ ἔργα. Ἀμεληθέντων δὲ τῶν προλαβόντων, ἐπήνεγκε χαλεπώτερα, χάλαζαν πῦρ μιμουμένην, καὶ πάντα καταναλίσκουσαν. ἢ ὅτι ἐναντίαι φύσεις ὕδωρ καὶ πῦρ ἀλλήλοις οὐκ ἐλυμαίνοντο, ἀλλὰ τὴν φυσικὴν ἀποθέμενα μάχην, σύμφωνον Αἰγυπτίοις τὴν παιδείαν ἐπῆγον, καὶ εἴ τι λείψανον ἡ χάλαζα κατέλιπε, τοῦτο κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς καὶ ὁ βροῦχος. Καὶ ἀκρὶς μὲν ζῷον ἡ πτεροφυήσασα,

Digitized by Google

φυήσασα, βροῦχος δὲ ὁ ἄπτερος καὶ νεογεννής. ἢ τοὺς λειμῶνας αὐτῶν καὶ τὰ λήϊα κατεπεμήσατο. Οὐ διὰ μεγάλων δέ τινων τοὺς Αἰγυπτίους ἐκόλαζεν. Οὐκ ἠπόρει γὰρ εἴπερ ἐβούλετο ἀθρόαν αὐτοῖς ἐπιπέμψαι ὀργὴν, ἢ θρασεῖς λέοντας, ἢ λοιμὸν ἢ θάνατον· ἀλλὰ διὰ τῶν εἰρημένων αὐτοὺς ἐτιμωρεῖτο, ἠρέμα καλῶν εἰς μετάνοιαν, καὶ ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ γνοῖεν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Καὶ ἄλλως δὲ διὰ τεσσάρων στοιχείων αὐτοὺς ἐκόλασε, γῆς, ὕδατος, πυρὸς, ἀέρος, διὰ τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν ταῦτα σέβεσθαι. ταῦτα δὲ μέχρι τῶν ὁρίων Αἰγύπτου συνέβαινε, περαιτέρω μὴ προϊόντα, ὅτι κατ᾽ αἰγυπτίων ἡ κόλασις ἦν μόνων οὐχὶ καὶ τῶν πλησιοχώρων. οὐχ αἱματώδεις γὰρ ἐν τούτοις αἱ τῶν ποταμῶν ἐκροαὶ ὑπῆρχον, ἀλλὰ φυσικαί.

λϛʹ. ΚΑΙ ΕΠΑΤΑΞΕ ΠΑΝ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ.] Τὴν τῶν πρωτοτόκων πληγὴν ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν ἐκάλεσε, τῶν αἰγυπτίων δηλονότι. Οἷον γὰρ ἀνταπόδομα ἦν ἡ πληγὴ αὕτη ὧν εἰς τοὺς ἑβραίους καὶ τὰ ἄρσενα αὐτῶν ἐποίησαν. αὕτη γὰρ μόνη ἡ πληγὴ τῶν Αἰγυπτίων καθίκετο, καὶ ἀποστεῖλαι τοὺς Ἰσραηλίτας κατήπειξεν. ὅθεν ἐπάγει· καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ. οὕτω, φησὶν, αὐτοὺς ἀπέστελλον, ὥστε καὶ σκυλευόμενοι ὑπ᾽ αὐτῶν μὴ ἀντιποιεῖσθαι τούτων, ἀλλ᾽ ἀγαπητὸν ἡγεῖσθαι, εἰ μετὰ τοῦ πλούτου ἐξελθόντες, καταλίποιεν αἰγυπτίοις τὸ ὁπωσοῦν σώζεσθαι· καὶ οὐκ ἦν, φησὶν, ἐν αὐτοῖς τις οὕτω ταλαίπωρος, ὡς μὴ σκυλεῦσαι καὶ ἐφόδια λαβεῖν οἷον μισθόν τινα τῆς πολυχρονίου δουλείας. Καὶ ὅμως οὐκ ἐλύπει ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους. Εὐφράνθη γάρ, φησιν, Αἴγυπτος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτῶν. Οὐκ ἐλύπησέ, φησιν, ἡ ζημία, ὅσον εὔφραινεν ἡ τοῦ φόβου ἀπαλλαγὴ, ἐπαύσαντο γὰρ αἱ πληγαί. Ἐπέπεσε δὲ τοῖς ἑβραίοις ἕτερος φόβος πλανωμένοις ἐν ἀδιεξόδοις χωρίοις· διὸ καὶ κατὰ Μωσέως ἐγόγγυζον. εἰπὼν δὲ τὰς μάστιγας τὰς κατ᾽ Αἰγυπτίων, ὅσην ἐπεδείξατο πρόνοιαν ὁ Θεὸς περὶ τοὺς λαοὺς ἐπάγει·

λθʹ. ΔΙΕΠΕΤΑΣΕ ΝΕΦΕΛΗΝ ΕΙΣ ΣΚΕΠΗΝ.] Παρέλειπεν ἐνταῦθα τὴν διὰ θαλάσσης ὁδόν. εὔδηλον γὰρ ὅτι μετὰ τὸ διελθεῖν ταῦτα παρέσχεν, ἐν μὲν τῷ καύσωνι νεφέλην ἐπισκιάζειν κελεύσας, ἐν δὲ τῇ νυκτὶ στῦλον πυ-

alata, bruchus verò est alarum expers, & recens genitus. Vel campos eorum & segetes absumpserunt. Porrò non per magna quædam animalia puniuit Ægyptios. Etenim non deerat ipsi facultas, si voluisset, vehementem illis iram immittere, vel leones truculentos, vel famem, vel mortem; sed per prædicta ipsos puniuit, tacitè ad pœnitentiam inuitando, vt & ipsi Deum vniuersorum agnoscerent. Alioquin verò etiam per quatuor elementa, scilicet terram, aquam, ignem, aërem ipsos puniuit, eò quòd hæc ab ipsis colerentur. Hæc autem intra Ægypti terminos contingebant, nec vlteriùs procedebant, quia contra solos Ægyptios & non contra finitimos eorum hæc vltio tendebat. Apud hos enim non erant sanguinea fluenta fluuiorum, sed naturalia.

Commentarius Heracleotæ.

Quomodo per res minimas, v.g. locustas, Deus punierit Ægyptios.

36. ET PERCVSSIT OMNE PRIMOGENITVM.] Plagam primogenitorum omnis laboris eorum primitias appellauit, scilicet Ægyptiorum. Hæc namque plaga erat quodammodò retributio eorum quæ contra Hebræos & eorum masculos patrarant. Hæc plaga enim sola Ægyptios perculit, & Israëlitas dimittere coëgit. vnde subiungit: *Et eduxit eos in argento & auro.* Sic, inquit, ipsos dimiserunt, vt etiam ab ijs spoliati minimè reluctarentur, sed optabile existimarent, si cum diuitijs egredientes, qualemcumque salutem Ægyptijs relinquerent: nec erat, inquit, inter illos quispiam tam miser, qui non spolia referret & viaticum acciperet quasi in mercedem aliquam diuturnæ seruitutis. Verumtamen non contristabat hoc Ægyptios. Nam lætabatur, inquit, Ægyptus in exitu eorum. Non tam, inquit, damnum ipsos affligebat, quàm exhilarabat metus liberatio, quia plagæ cessabant. Ceterùm Hebræis in regionibus auijs errantibus alius timor incubuit; quamobrem etiam contra Moysem murmurabant. Cùm autem flagella Ægyptiorum recensuisset, qualem prouidentiam circa populum Deus ostenderit subiungit:

Plaga primogenitorum quanta.

Israëlitæ cum spolijs Ægyptiorum egressi.

39. EXPANDIT NVBEM IN PROTECTIONEM.] Omisit hoc loco iter per mare. Manifestum enim est quòd hæc post egressum concesserit, in æstu quidem nubem obumbrare iubens, in nocte verò columnam ignis,

Miracula in deserto Israëlitis exhibita.

vt

CATENA PATRVM.

vt luceret. Et non iſta ſolùm præbuit, verùm etiam cùm carnes peterent, auium prædâ ſpontaneâ ipſos ſaturauit. Panem verò cæli appellat manna; non quòd cælum comedat, ſed quia à cælo in ipſos eſca deferri videbatur. Et non ſolùm cibum ipſis admirabilem ſuppeditauit, verùm etiam potum inſperatum. Petram enim in deſerto fluuiorum matrem exhibuit. Cur autem hæc omnia fecerit ſubiungit: *Quoniam memor fuit verbi.* Recordatus enim teſtamenti ad Abraham dati, tantâ circa populum prouidentiâ eſt vſus. Verbum enim ſanctum appellat promiſſionem. Quin & omni lætitiâ ipſos replens, heredes quoque fecit Palæſtinæ, & alienorum locorum dominos conſtituit. Hiſce autem ipſos dignatus fuit, vt mandata eius cuſtodientes, etiam legitima beneficia haberent permanentia.

ερὸς, ὥστε φωτίζεσθαι. καὶ οὐ μόνον ταῦτα παρέσχεν, ἀλλὰ καὶ κρεῶν αἰτήσαντας ἐνεφόρησε, θήρας ὀρνίθων αὐτομάτου. Ἄρτον δὲ οὐρανοῦ τὸ μάννα καλεῖ· οὐχ ἐπειδὴ ἤσθιεν ὁ οὐρανὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐδόκει φέρεσθαι εἰς αὐτοὺς ἡ τροφή. καὶ οὐ μόνον τροφὴν αὐτοῖς παράδοξον ἐχορήγησεν, ἀλλὰ καὶ ποτὸν ἀνέλπιστον. πέτραν γὰρ ἐν ἐρήμῳ ποταμῶν μητέρα ἀνέδειξεν. τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτα πάντα ἐποίει ἐπήγαγεν ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου. τῆς γὰρ πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης ὑπομνησθεὶς, τῇ τοσαύτῃ περὶ τὸν λαὸν προνοίᾳ ἐχρήσατο. Λόγον γὰρ ἅγιον τὴν ἐπαγγελίαν καλεῖ. Καὶ πάσης δὲ αὐτοὺς εὐφροσύνης πληρώσας καὶ κληρονόμους ἐποίησε τῆς παλαιστίνης, καὶ ἀλλοτρίων τόπων δεσπότας ἀπέφηνε. τούτων δὲ αὐτοὺς ἠξίωσεν, ὡς ἂν τὰ προστάγματα αὐτοῦ φυλάξαντες, καὶ τὰ νόμιμα παραμένοντα ἔχοιεν τὰ εὐεργετήματα.

CATENA PATRVM.

Alleluia quid ſignificet.

HESYCHII. Vocis *Alleluia* interpretationem hoc loco eſſe dicunt *laudem Deo iao.* Vocem autem *iao* Hebræi quaſi nomen quoddam inexplicabile reliquerunt. Neceſſariò itaque Pſalmum hunc præcedit, quandoquidem tam dicta quàm facta, quæ in illo continentur, ad Dei laudem tendunt.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν τοῦ ἀλληλούϊα ἑρμηνείαν ἐν τούτοις εἶναι λέγουσιν αἶνον τοῦ θεοῦ ἰαώ. τὸ δὲ ἰαὼ ἑβραῖοι ὀνομασίαν ὥσπερ τινὰ τοῦ θεοῦ κατέλιπον ἀνερμήνευτον. ἀναγκαίως τοίνυν ἡγεῖται τοῦτο τοῦ παρόντος ψαλμοῦ, πρὸς δοξολογίαν γὰρ τοῦ θεοῦ τείνει τὰ ἐν αὐτοῦ ὥσπερ οὖν γινόμενα οὕτω δὴ καὶ λεγόμενα.

EVSEBII. Hic Pſalmus eſt primus eorum quibus *Alleluia* inſcribitur. Exiſtimo autem habere hunc titulum, eò quòd peregrini ſit ſtyli quoad Pſalmos, & quoad Canticum. Hi ſiquidem toti mihi videntur laudes & hymnos in Deum continere. Et meritò; nam *alleluia* interpretatur *Laudate Dominum.* Neque igitur per pſalterium pulſati, neque per canticum recitati ſunt, cùm ipſimet hymni laudeſque exiſtant, & Dei erga homines beneficia contineant.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῶν ἐπιγραφομένων ἀλληλούϊα πρῶτος ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. οἶμαι δὲ ταύτην ἔχειν τὴν ἐπιγραφὴν, διὰ τὸ ξένους τυγχάνειν χαρακτῆρος περὶ τοὺς ψαλμοὺς, καὶ περὶ τὴν ᾠδήν. δι' ὅλου γάρ μοι δοκοῦσιν οὗτοι αἴνους καὶ ὕμνους περιέχειν εἰς τὸν θεόν. καὶ εἰκότως· ἑρμηνεύεται γὰρ τὸ ἀλληλούϊα αἰνεῖτε τὸν κύριον. Οὔτε γοῦν διὰ ψαλτηρίου κρουσθέντες, οὔτε δι' ᾠδῆς λεχθέντες, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο αἶνοι καὶ ὕμνοι τυγχάνοντες, καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας εἰς ἀνθρώπους περιέχοντες.

1. CONFITEMINI DOMINO.]

Confeſſio fiduciam præbet.

CHRYSOSTOMI. Alius interpres ait, *Inuocate in nomine eius,* magnum quid inſinuans. Si enim, inquit, confeſſus fueris, & peccata depoſueris, poteris cum fiducia nomen eius inuocare, & magna bona operari.

α'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.]

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερος ἑρμηνευτής φησι, καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, μέγα τι αἰνιττόμενος. ἂν γὰρ ἐξομολογήσῃ, φησὶ, καὶ ἀπόθῃ τὰ ἁμαρτήματα, δυνήσῃ μετὰ παρρησίας τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικαλέσασθαι, καὶ μεγάλα ἐργάσασθαι ἀγαθά.

ATHANASII. Spiritus ſanctus in hoc Pſalmo ſanctis Apoſtolis præcipit, vt po-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ προστάττει τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,

Digitized by Google

ἅγιον, τῷ δὲ ἐξ ἐθνῶν λαῷ φανερὰς ποιῆσαι πάσας τὰς θαυματουργίας ἃς ποιεῖται ἐπὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ὁ κύριος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μετὰ χεῖρας αἶνος τὴν ἱστορίαν ἐπιτέμνεται τὴν ἀπὸ Ἀβραάμ, καὶ ἔξοδον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, ἥν τινα τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλειν τὸ θεῖον πνεῦμα παρακελεύεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μάτην ἐξομολογεῖσθαι πρότερον καὶ δεύτερον ἐπικαλεῖσθαι βούλεται· ἀλλ' ἵνα καθαροὶ διὰ τῆς ἐξομολογήσεως τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων γινόμενοι, ἐξ ἁγίου ναοῦ καὶ ὀργάνου καθαροῦ τὸν ὕμνον προσενέγκωμεν.

ΑΠΑΓΓΕΙΛΑΤΕ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος χάριν; ἐπειδὴ τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἀνήκοον ὄντα καὶ ἀπειθῆ ἡ ἐπαγγελία ὠφελεῖν οὐκ ἠδύνατο. ὥστε σαφῶς ὁ προφήτης προαγορεύει τὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν εἰς τὰ ἔθνη μετάβασιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Βούλεται γὰρ ἀπαγγελθῆναι τοῖς ἔθνεσιν ὡς ἀγνοοῦσι, καὶ μηδέπω μεμαθηκόσιν, ὁποίας πάλαι πρότερον εὐεργεσίας ὁ θεὸς τῷ προτέρῳ παρέσχετο λαῷ, καὶ ὅπως μυρίων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τετυχηκότες παρέβησαν ἀσεβήσαντες· καὶ ὡς διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν καὶ ἀσεβείας τῆς τοῦ θεοῦ ἐφορώσης αὐτοὺς ἐπισκοπῆς ἀποπεπτώκασιν.

γ'. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ ΚΑΡΔΙΑ ΖΗΤΟΥΝΤΩΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστι τὸ ζητεῖν; τὸ τὰ ἐκείνου φρονεῖν, τὸ ἀεὶ αὐτὸν λογίζεσθαι, τὸ ἀεὶ ἐν διανοίᾳ ἔχειν, τὸ μηδέποτε παύεσθαι ὁμιλοῦντα αὐτῷ διὰ τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἀγαθῶν πράξεων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐξ αὐτῆς τῆς ζητήσεως, καὶ τῆς ἐπιγινομένης τῇ ζητήσει εὑρέσεως, ἀπολαυέτω τῆς κατὰ θεὸν εὐφροσύνης. ταῦτα δὲ πάντα ἡγοῦμαι εἰς πρόσωπον ἀναφέρεσθαι τῶν Ἀποστόλων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὸ γάρ, ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐδ' ἄλλοις ἁρμόζει λέγεσθαι ἢ αὐτοῖς τοῖς Ἀποστόλοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Παρορμήσας ὁ λόγος τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας ἐπὶ τὸ προθύμως ἐκζητεῖν τὸν κύριον διὰ τοῦ εἰπεῖν, εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν κύριον, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιρρώννυσι φάσκων· ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ κραταιώθητε. τοῦτο δὲ αὐτοῖς κραταιότητα προσφωνεῖ, ὡς δεομένοις κράτους καὶ δυνάμεως, εἰς τὸ ἰσχῦσαι τὸ προστεταγμένον ποιῆσαι.

pulo ex Gentibus miracula omnia manifestent quæ Dominus in aduentu suo fecit.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Laus quæ præ manibus est compendiosè continet historiam Abrahami, & egressionem filiorum Israël ex Ægypto, quam spiritus diuinus iubet Gentibus annuntiare.

Confessio præcedere debet inuocationem.

HESYCHII. Non frustrà primùm confiteri ac deinde inuocare iubet; sed vt per confessionem à peccatis nostris emundati, ex sancto templo puroque organo hymnum afferamus.

ANNVNTIATE INTER GENTES.] HESYCHII. Quam ob causam? quia nimirum populo Iudæorum immorigero & inobedienti annuntiatio illa prodesse non poterat. Itaque Propheta hic manifestè prædicit legis ac Prophetarum trāsitum ad Gentes.

Cur Gentibus annuntientur beneficia Israëlitis præstita.

EVSEBII. Vult nimirum annuntiari Gentibus tamquam ignorantibus, & quæ necdum didicerant, quantis olim beneficijs priorem populum Deus affecisset, & quomodo millena bona à Deo consecuti in ipsum impij deliquissent; & quomodo ob iniquitates & impietates suas à prouida Dei tutela excidissent.

3. LÆTETVR COR QVÆRENTIVM DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Quid est *quærere?* scilicet ea quæ illius sunt sapere, semper ipsum cogitare, semper in mente habere, numquam desinere per orationem & probas actiones cum ipso conuersari.

Quid sit quærere Dominum.

EVSEBII. Ex ipsa quæstione, & quæ inquisitionem sequitur inuentione, diuinam lætitiam percipiat. Hæc autem omnia existimo à Spiritu sancto ad personam Apostolorum Saluatoris nostri referri. Siquidem illud, *Annuntiate inter Gentes opera eius*, nullis alijs præterquam Apostolis congruè dici potest.

EIVSDEM. Cùm hic sermo Gentium prædicatores ad Dominum prompto animo quærendum incitasset dicendo, *Lætetur cor quærentium Dominum*, adhuc magis eos corroborat dicens: *Quærite Dominum, & confortamini*. Hoc autem robur illis addicit, vtpote opus habentibus fortitudine ac virtute, vt id quod præceptum est perficere valeant.

Quærentibus Deum fortitudo conceditur.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quid per faciem Dei intelligatur.

HESYCHII. Vult eum qui Dominum quærit fortitudinem animi assumere per continentiam voluptatum. Faciem autem non substantiæ dicit (hanc enim nemo videbit, inquit ad Moysem, & viuet;) sed facies Dei est eius cognitio.

CHRYSOSTOMI. Faciem hîc vocat eius apparitionem, prouidentiam, curam, auxilium, subsidium, beneuolentiam ipsius.

Qui verè faciem Dei quærant.

DIDYMI. Quemadmodum iuxta historiam Samuel assiduè in tabernaculo testimonij sacrum munus obiens videbat Dei faciem; ita qui assiduè & incessanter inquisitioni dogmatum veritatis & virtutum exercitationi semetipsos dedunt, semper faciem Dei quærunt, ipsam purâ mente videre desiderantes. Facies autem Dei est figura substantiæ eius, cùm sit imago Dei inuisibilis. Quapropter etiam is qui cernit illam statim quoque Patrem videt.

5. MEMENTOTE MIRABILIVM EIVS.] EVSEBII. Siue eorum quæ à Moyse & in reliquo veteri Testamento referuntur; siue eorum quæ in sacris Euangelijs scripto conseruata sunt. Haud parua enim sunt prodigia & miracula tam quæ per Moysem ac reliquos Prophetas, quàm quæ per Dei Filium facta sunt, quæ vos Gentium prædicatores oportebit in omnes Gentes promulgare; quandoquidem hæc priùs à nullo alio didicerint: sed & quæcumque miracula & prodigia Dei Verbum incarnatum fecit, vnà cum antiquis illa coniungentes, mementote vt Gentibus tradatis.

Quæ mirabilia Dei Gentibus fuerint annuntianda.

DIDYMI. Cùm enim commemoret ea quæ in Ægypto contigerunt, edocet iustitiam Ægyptiacæ vltionis. Os autem eius intelliges sermonem ipsius, qui etiam instar Legislatoris & exacti Doctoris maturas instructiones & monitiones nobis dedit.

Quid per os intelligatur.

Quâ viâ Deus quærendus & inueniendus sit.

CHRYSOSTOMI. Videtur mihi hoc loco viam ostendere, per quam possimus viam Dei quærere & inuenire. Quæ porrò hæc via? scilicet perpetuò in memoria gestare mirabilia opera eius, & leges ac mandata ipsius.

Quid per prodigia & iudicia intelligatur.

ATHANASII. Prodigia quidem sunt miracula quæ contigerunt: vt ambulare supra mare, mortuum suscitare, & reliqua.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἰσχὺν ἀναλαβεῖν τῇ ψυχῇ τῇ τῶν ἡδονῶν ἐγκρατείᾳ βούλεται τοῦτον ὅστις ζητεῖ τὸν κύριον. πρόσωπον δὲ οὐ τὸ τῆς οὐσίας λέγει (τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ὄψεται, φησὶ πρὸς Μωσέα, καὶ ζήσεται·) ἀλλὰ πρόσωπον τοῦ θεοῦ ἡ εἰς αὐτὸν γνῶσις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πρόσωπον ἐνταῦθα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ φησι τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν, τὴν βοήθειαν, τὴν συμμαχίαν, τὴν εὔνοιαν τὴν περὶ αὐτόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὥσπερ κατὰ τὴν ἱστορίαν διηνεκῶς Σαμουὴλ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου λειτουργῶν ἑώρα τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον· οὕτως οἱ συνεχῶς καὶ ἀδιαστάτως ἐξετάσει δογμάτων τῆς ἀληθείας καὶ πράξει τῶν ἀρετῶν ἐπιδεδωκότες σφᾶς, διαπαντὸς ζητοῦσι τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ, ἰδεῖν αὐτὸ νῷ καθαρῷ βουλόμενοι. πρόσωπον δὲ θεοῦ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεώς ἐστι, τυγχάνων εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. διὸ καὶ ὁ ὁρῶν αὐτὸν εὐθὺς ὁρᾷ τὸν πατέρα.

έ. ΜΝΗΣΘΗΤΕ ΤΩΝ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἴτε τῶν παρὰ Μωσεῖ καὶ ἐν τῇ λοιπῇ παλαιᾷ διαθήκῃ φερομένων· εἴτε τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις γραφῇ παραδοθέντων. Οὐ μικρὰ γὰρ καὶ τὰ διὰ Μωσέως τέρατα καὶ τὰ διὰ τῶν λοιπῶν προφητῶν θαυμάσια, τὰ διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γενόμενα, ἅπερ δεήσει ὑμᾶς τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας εἰς πάντα τὰ ἔθνη διαδοῦναι· ἐπεὶ μὴ πρότερον ταῦτα παρά τινος ἄλλου μεμαθήκασι· καὶ ὅσα δὲ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐνανθρωπήσας διεπράξατο, θαυμάσια καὶ τέρατα τοῖς παλαιοῖς ὁμοῦ συνάψαντες, μνήσθητε παραδοῦναι τοῖς ἔθνεσιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γενομένων ποιεῖται διήγησιν, προδιδάσκει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τιμωρίας τὸ δίκαιον. στόμα δὲ αὐτοῦ τὸν λόγον αὐτοῦ νοήσεις, ὃς καὶ νομοθέτου καὶ ἀκριβοῦς παιδευτοῦ δίκην κεκριμένα παιδεύματα καὶ παραγγέλματα ὑμῖν δέδωκεν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὴν ὁδὸν δεικνύναι, δι' ἧς δυνατὸν καὶ εὑρεῖν καὶ ζητεῖν τὴν τοῦ θεοῦ ὁδόν. τίς δὲ ἡ ὁδός; τὸ διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης φέρειν τὰ παράδοξα αὐτοῦ ἔργα, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τέρατα μὲν τὰ γεγενημένα θαύματα· ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ τὰ λοιπά.

Κρί-

Κρίματα δὲ τοῦ στόματος αὐτοῦ τοὺς λόγους, οὓς ἔλεγεν, ἐλαύνων τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ἢ καὶ τὰς ἐντολὰς τῆς καινῆς διαθήκης.

ϛʹ. Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ.] Θεοδωρήτου. Σπέρμα αὐτοῦ ὁ δεσπότης Χριστὸς κατὰ σάρκα, ὃς αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀνώλεθρον. τοῦτο δὲ καὶ τῶν χιλίων γενεῶν ἡ μνήμη παραδηλοῖ. Οὐ γὰρ ἐτῶν ἀριθμὸν ὁ λόγος σημαίνει, ἀλλὰ τὸ διαρκὲς καὶ αἰώνιον τῶν γενεῶν τὸ πλῆθος αἰνίττεται.

Ἀθανασίου. Ἔτι πρὸς τοὺς Ἀποστόλους ὁ λόγος. ἵνα ἢ ὡς σπέρμα ὄντες τοῦ Ἀβραάμ, καὶ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ υἱοὶ ὄντες τοῦ Ἰακώβ, καὶ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ (αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς ἐξελέξατο) ἀπαγγείλωσι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὡς αὐτός ἐστι κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

Εὐσεβίου. Ἐπεὶ μὴ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ· μηδὲ ὅσοι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα. εἰκότως μὲν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῖς ἐκ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ἄρχουσιν Ἰουδαίοις ἔλεγεν· οἶδα, ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε. καὶ πάλιν· Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖτε. ὡς τινῶν τέκνα μὲν ὄντων τοῦ Ἀβραὰμ διὰ μιμήσεως, οἳ καὶ ἐκλεκτοὶ εἴρηνται· τινῶν δὲ σπέρμα μόνον ὄντων αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεκτῶν οὐκ ὄντων· οὐ γὰρ τὸ σπέρμα ἐκλεκτὸν ἐλέχθη, ἀλλ' οἱ υἱοί· τὸ δὲ σπέρμα δοῦλοι αὐτοῦ. ἐπεὶ τοίνυν οἱ τοῦ σωτῆρος μαθηταὶ οἱ τῶν ἐθνῶν γενόμενοι κήρυκες, ἀμφότερα εἶχον, ἅτε καὶ δοῦλοι ὄντες καὶ ἐκλεκτοί. ὅθεν πρὸς αὐτοὺς λέλεκται· Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. πρὸς δὲ τὸ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ παραθετέος τό, τούτους τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ Ἀποστόλους ὠνόμασε. καὶ τό· Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; τὸ δὲ ἐξαίρετον τῶν ἐκλεκτῶν νοήσομεν ἀπὸ τοῦ· πολλοὶ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

ζʹ. Αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.] Ἡσυχίου. Καὶ μὴν εἰς τὴν Ἰουδαίαν δοθεὶς ὁ νόμος ἐτύγχανεν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἐθνῶν αὐτὸν λαμβανόντων εἰς ὅλην διαβαίνειν τὴν οἰκουμένην ἔμελλε· τὸ γενόμενον ὁ προφήτης αἰνίττεται, καὶ δείκνυσιν, ὡς αὐτὸς θεός, ὁ ποτὲ μόνῃ τῇ Ἰουδαίᾳ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας δεδωκώς, εἰς πᾶσαν αὐτοὺς ὕστερον τὴν γῆν ἐφανέρωσε.

Iudicia verò oris eius sunt sermones quos protulit, ex hominibus immundos dæmones eijciens, vel etiam mandata noui Testamenti. CATENA PATRVM.

6. SEMEN ABRAHAM SERVI EIVS.] THEODORETI. Semen eius est Dominus Christus secundùm carnem, qui æternum habet Imperium Regnumque perenne. Hoc autem mille generationum commemoratio indicauit. Non enim annorum numerum hic sermo significat, sed continuationem & æternitatem generationum multitudo tacitè insinuat.

Christus est æternum Abrahæ semen.

ATHANASII. Adhuc sermo est ad Apostolos. q. d. Tamquam semen Abrahæ existentes, & serui eius, & filij Iacob existentes, & electi eius (ipse enim illos elegerat) annuntiate in Gentibus quomodo ipse sit Dominus Deus noster.

Apostoli & electi sunt semen Abrahæ.

EVSEBII. Quoniam *non omnes qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ:* neque qui *semen sunt Abrahæ, omnes filij.* Meritò Saluator noster Principibus Iudæis ex semine Abrahæ oriundis dixit: *Scio, quia semen Abrahæ estis.* Et iterùm: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Ita vt nonnulli quidem filij sint Abrahæ per imitationem, qui & electi vocantur; nonnulli verò tantùm sint semen eius, atque ideò minimè electi: non enim semen dictum est electum, sed filij: semen verò sunt serui eius. Cùm itaque discipuli Seruatoris Gentium facti sint prædicatores, vtrumque habuerunt, vt nimirum serui essent & electi. vnde dictum est ad illos: *Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.* Ad illud autem *electi eius* appones istud, Hos *duodecim elegit* Iesus, *& Apostolos nominauit.* Item illud: *Nonne ego vos duodecim elegi?* Porrò eminentiam electorum intelligemus ex illo: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.*

Rom. 9,6. Ioan. 8,37. Ibid. 39. Lucæ 6, 13. Ioan. 6,71. Matth. 20, 16.

7. IPSE DOMINVS DEVS NOSTER.] HESYCHII. Etenim pro Iudæa data erat lex: sed quoniam Gentibus illam suscipientibus in vniuersum orbem transitura erat: id quod factum est Propheta insinuat, & ostendit, quomodo idem Deus, qui soli Iudææ legem & Prophetas dederat, postmodum ipsos in omnem terram manifestauerit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Minimè ignorandum, inquit, ipsum esse Dominum Deum nostrum, qui orbem vniuersum diuinis iudicijs gubernat; ita vt nil temerè ac sine Dei prouidentia fiat.

Millenarius numerus pro multitudine accipitur.

8. MEMOR FVIT IN SÆCVLVM TESTAMENTI.] HESYCHII. Sæculum quidem ac mille generationes appellat vitam præsentem; non quòd mille generationes numeret, sed quia mos est Scripturæ millenarium numerum pro multitudine accipere: vt cum Petrus ait: *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni.* & rursus Daniel: *Millia millium ministrabant ei.* Testamentum autem hoc loco vetus intellige, & verbum quod in eo de Patriarchis pronuntiauit.

2. Pet. 3, 8.

Dan. 7, 10.

Promissam terram Iosue primus accepit.

EVSEBII. Deus noster, cuius iudicia vniuersam terram gubernant, id quod promiserat Abrahæ de obtinenda terra promissionis, post obitum Moysis demum stabiliuit, per Iesum Naue populum suum in terram Chananæorum introducens. Diligenter autem inuestigans quodnam fuerit verbum istud quod promiserat in mille generationes, reperies illud hoc modo prolatum fuisse: *Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua: & benedicentur in te omnes Gentes terræ.* Et rursus in alio loco ait: *Et benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ.* Ceterùm reperire quoque possis similia Isaaco & Iacobo promissa. Hæc autem post plurimas generationes impleta sunt per apparitionem Saluatoris nostri ex semine Abrahæ oriundi. Et in hoc vsque tempus vim suam exerit, & perseuerat illa promissio, donec plenitudo Gentium ingressa fuerit. Hic itaque post longum sæculum, & post plurimas (millenas enim pro plurimis accepit) etiam illas quæ ad Patriarchas factæ fuerant promissiones adimpleuit per Seruatorem nostrum Iesum, & per doctrinam eius, omnibus Gentibus Abrahæ benedictionem impertiens.

Gen. 12, 1.

Gen. 22, 18.

Promissiones Patriarcharum complentur in Christo.

9. QVOD DISPOSVIT AD ABRAHAM.] HESYCHII. Alius ait: *Quod consummauit cum Abraham.*

Promissiones dua Abrahamo facta.

DIDYMI. Duarum rerum promissiones fecerat Deus ad Abraham, & Isaac, &

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ἀγνοητέον, φησὶν, ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὃς προνοίᾳ τὸν σύμπαντα κόσμον θείοις κρίμασι διοικεῖ· ὡς μηδὲν ἀκρίτως μηδὲ ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας γίγνεσθαι.

η. ΕΜΝΗΣΘΗ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΔΙΑΘΗΚΗΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Αἰῶνα μὲν καὶ χιλίας γενεὰς τὸν παρόντα βίον λέγει· οὐ χιλίας πάντως γενεὰς ἀριθμούμενος, ἀλλ' ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ τὸν τῶν χιλίων ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ πλήθους ἐκδέχεσθαι· ὡς ὅταν Πέτρος λέγῃ· ἡμέρα μία παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη. καὶ πάλιν Δανιήλ· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. διαθήκην δὲ ἐνταῦθα τὴν παλαιὰν ἐννόησον, καὶ λόγον ὃν ἐν αὐτῇ περὶ τοὺς πατριάρχας ἐξεβόησεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ θεὸς ἡμῶν, οὗ τὰ κρίματα πᾶσαν τὴν γῆν διοικεῖ, ἐπαγγειλάμενος τῷ Ἀβραὰμ περὶ τῆς κατασχέσεως τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, ἐβεβαίωσε μετὰ τὴν Μωσέως τελευτὴν, εἰσαγαγὼν τὸν λαὸν εἰς τὴν Χαναναίων γῆν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. ἐπιζητήσας δὲ ἀκριβῶς τίς ἦν ὁ λόγος ὃν ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεὰς, εὑρήσεις αὐτὸν οὕτως εἰρημένον· Εἶπεν δὲ ὁ κύριος τῷ Ἀβραάμ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ φησὶ πρὸς αὐτόν· Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. εὕροις δ' ἂν τὰ παραπλήσια καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ἐπηγγελμένα. ταῦτα δὲ μετὰ πλείστας ὅσας γενεὰς ἐπληροῦτο διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ γενομένου σωτῆρος ἡμῶν. εἰς ἔτι τε νῦν ἐνεργεῖ, καὶ διαμένει ἡ ἐπαγγελία, μέχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Οὗτος οὖν μετὰ μακρὸν αἰῶνα, καὶ μετὰ πλείστας σφοδρὰς γενεὰς (τὰς γὰρ χιλιάδας ἀντὶ τῶν πολλῶν παρέληφε) καὶ ταύτας ἐπλήρου τὰς πρὸς τοὺς πατριάρχας ἐπαγγελίας διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν τοῦ Ἀβραὰμ εὐλογίαν δεδωρημένος.

θ. ΟΝ ΔΙΕΘΕΤΟ ΤΩ ΑΒΡΑΑΜ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἄλλος φησίν· ὃν συνετέλεσε μετὰ τοῦ Ἀβραάμ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δυοῖν πραγμάτων ἐπαγγελίας ὁ θεὸς πρὸς τὸ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ

Ἰακὼβ ἐποίησατο. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν βραχεῖς τὸν ἀριθμὸν καὶ πάροικοι ἐν ἀλλοτρίᾳ, πότε κατοικοῦντες γῇ, τούτων τὰ ἐναντία παρέξειν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο. Ἀντὶ γὰρ τοῦ ὀλιγοστοὺς καὶ ἀριθμῷ βραχεῖς, πληθυνθῆναι αὐτοὺς ἔφη ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, τῷ πλήθει καὶ ὡς παρὰ τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, καὶ εὐλογήσειν ἐν αὐτοῖς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πάσας τὰς φυλὰς τῆς γῆς· ἀντὶ δὲ τοῦ τοὺς παροίκους εἶναι ἐν γῇ Χαναὰν, δεσπότας αὐτοὺς τῆς γῆς καταστήσειν· ἅπερ ἀμφότερα πεπλήρωται, εἰς ἔργα χωρησάντων τῶν λόγων· κατέσχον μὲν γὰρ αὐτοὶ τὴν γῆν ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τοῦ Μωσέως διαδόχου. ηὐξήθησαν δὲ καὶ ἐπληθύνθησαν ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις, εἰς ἔτι τε καὶ νῦν τῶν γενεῶν αὐτῶν τὴν σύμπασαν οἰκουμένην πληρούντων. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη ηὐλογήθη διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτῶν προελθόντος σωτῆρος ἡμῶν· καὶ γέγονε καὶ αὐτὰ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει· διὸ καὶ αὐτοῖς λέλεκται· ἐν οἷς καὶ φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν τῷ κόσμῳ λόγον ζωῆς ἔχοντες.

ιγ. Καὶ ΔΙΗΛΘΟΝ ΕΞ ΕΘΝΟΥΣ ΕΙΣ ΕΘΝΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οἱ γὰρ προπάτορες αὐτῶν, οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ πάροικοι ὄντες ἐν τῇ γῇ, τοσαύτης, φησὶν, ἠξιώθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ φροντίδος, ὡς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος μεταστάντας, καὶ ἐξ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον ὑπὸ μηδενὸς ἑτέρου ἀνθρώπων ἀδικηθῆναι· καίπερ ἀμιξίας πολλῆς οὔσης τῶν ἐθνῶν, τοπαρχῶν δὲ ἀπηνῶν ὄντων καὶ μεστῶν πάσης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πολλὰ γὰρ ἔθνη μετῆλθον μέχρις, ὅτε τῆς ἐπαγγελθείσης αὐτοῖς γῆς τὸν κλῆρον παρέλαβον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν Χαλδαίων μετῆλθεν Ἀβραὰμ, εἰς τὴν τῶν Χαναναίων μετανάστης γενόμενος· καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης εἰς Αἴγυπτον κατελθών· ὅτε καὶ ἡ Σάῤῥα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων λαμβάνεται. Καὶ πάλιν ἀπὸ Αἰγύπτου ἐπανελθὼν, καὶ παροικήσας εἰς τὴν Γεραριτικὴν, ἔνθα καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰσαὰκ μετ' αὐτὸν ᾤκησεν. ἀλλὰ καὶ Ἰακὼβ μετανάστης ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης κάτεισιν εἰς Αἴγυπτον. Πλὴν ἐν τοσαύτῃ ξενιτείᾳ πλανηθέντας αὐτοὺς, ὁ τῶν οἰκείων θεραπόντων ὑπέρμαχος οὐκ ἀφῆκεν ἀδικηθῆναι πρός τινος, καίτοι πολλῶν βουληθέντων ἀδικῆσαι αὐτούς.

Iacob. Cùm enim essent numero breues & incolæ in terra aliena tunc habitantes, hisce contraria ipsis se largiturum promiserat. Nam pro eo quòd essent paucissimi & numero breues, dixit se multiplicaturum eos sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris, & benedicturum in ipsis omnes Gentes, & omnes Tribus terræ: pro eo autem quòd incolæ essent in terra Chanaan, se ipsis illius terræ dominium daturum: quæ vtraque impleta sunt, sermonibus ipsis in opus prodeuntibus: siquidem terram eius possederunt sub Iesu Naue Moysis successore. Aucti verò sunt successu temporis & multiplicati sicut arena maris, genere illorum etiamnum totum orbem implente. Sed & Gentes per Saluatorem nostrum ex semine ipsorum oriundum benedictionem acceperunt; atque etiam ipsæ præ multitudine factæ sunt sicut stellæ cæli: propter quod etiam dictum est illis: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes.*

CATENA PATRVM.

Gen. 32, 12.

Philip. 2, 15.

13. ET PERTRANSIERVNT DE GENTE IN GENTEM.] THEODORETI. Patriarchæ enim ipsorum, qui Abrahamum contingebant, cùm etiam aduenæ essent in terra, tantâ, inquit, à Deo curâ dignati fuerunt, vt de Gente in Gentem, & de Regno in populum alterum transmigrantes à nemine mortalium læderentur; tametsi inter ipsos & Gentes magna esset auersio, & Toparchæ valdè feri & omni immanitate & inhumanitate pleni existerent.

Dei in Israëlitis custodiendis prouidentia.

HESYCHII. Multas enim Gentes peragrarunt, donec terræ ipsis promissæ hereditatem acciperent.

ANONYMI. Abraham nimirum factus exul à terra Chaldæorum, in Chananæam commigrauit; & rursus à Palæstina in Ægyptum descendit: vbi etiam Sarra ab Ægyptiorum Rege capitur. Et rursus ex Ægypto reuersus, etiam in Geraram diuertit, vbi quoque filius eius Isaac post ipsum habitauit. Sed & Iacob à Palæstina exulans in Ægyptum descendit. Verumtamen in tanta peregrinatione oberrantes, seruorum suorum defensor non permisit ipsos à quoquam lædi, tametsi quamplurimi ipsis nocere conarentur.

Quomodo Deus Israëlitas per omnes peregrinationes illæsos custodierit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

14. NON PERMISIT HOMINEM NOCERE EIS.] CHRYSOSTOMI. Siquidem rerum difficultates ipsos premebant, sed superna prouidentia securos ac tutos seruabat; ita vt etiam exilia ipsis idcircò acciderent, vt diuina virtus ac prouidentia manifestius eluceret.

ATHANASII. Exercuit igitur Deus Pharaonem tormentis magnis: & propter Sarram vxorem Abrahæ Abimelecho imminens nocte dixit: *Redde viro suo vxorem:* & subiungit, *quia Propheta est; & orabit pro te.*

Gen. 20,7.

HESYCHII. Idem dices etiam de Laban: nam & huic, quantumuis volenti, minimè permisit vt Iacobo noceret.

Gen. 31.

15. NOLITE TANGERE CHRISTOS MEOS.] ATHANASII. Christi etiam fuerunt Abrahami posteri, eò quòd Dei verbi apparitione digni sint habiti.

Qui Christi vocentur.

APOLINARII. Christi erant, qui inaspectabilem Spiritus vnctionem acceperant: vel etiam quia hi quodammodò electi fuerunt.

THEODORETI. Notabis hîc, quomodo eos qui Abrahami tempore erant etiam Christos appellet, licet oleo sensibili minimè vnctos; neque secundùm legem Moysis in modum Aaronis Christos effectos. Vnde igitur aliàs Christi facti sint nisi communicatione Verbi Dei ipsis apparentis, quod Filium esse vnigenitum credidimus, per quem etiam nos ipsi *participes Christi effecti sumus*; vtpote digni habiti manifestatione Filij Dei. Ipsum enim Christum esse qui in ijs locutus sit, etiam Saluator docet, vbi ait: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est.*

Hebr. 3, 14.

Ioan. 8,56.

HESYCHII. Christi autem sunt Patriarchæ non oleo vncti, sed participatione spiritus: vnde etiam Prophetæ vocabantur. Audiuisti enim quomodo Deus etiam Abraham in suis ad Abimelechum sermonibus Prophetam appellauerit.

Gen. 20,7.

SEVERI. Porrò Christi non solùm sunt Prophetæ & viri sancti qui post illos & ante ipsos fuerunt, sed peculiariter etiam omnes illi qui in magnum ac solum verum Christum & Saluatorem Deum crediderunt, & qui etiam nunc postliminio credunt, & in diuino regenerationis lauacro ac Baptismate symbolicè vnguento liniuntur, & per Spiri-

In Epist. ad Heracleum.

ιδ΄. ΟΥΚ ΑΦΗΚΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΑΔΙΚΗΣΑΙ ΑΥΤΟΥΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Αἱ μὲν γὰρ τῶν πραγμάτων δυσκολίαι καὶ κατέθλιβον αὐτοὺς εἶχον, ἡ δὲ ἄνωθεν πρόνοια ἐν ἀσφαλείᾳ διετήρησεν· ὥστε καὶ αἱ ἀποδημίαι διὰ τοῦτο ἐγίνοντο, ἵνα σαφέστερον δειχθῇ τοῦ Θεοῦ πρόνοια καὶ δύναμις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἤτασε γοῦν ὁ Θεὸς τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις· καὶ διὰ Σάρραν τὴν γυναῖκα Ἀβραὰμ τῷ Ἀβιμέλεχ ἐπιστὰς νυκτὸς εἶπεν· Ἀπόδος τὴν γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ ἐπιλέγει, ὅτι προφήτης ἐστί· καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐρεῖς ταυτὸ καὶ περὶ τοῦ Λάβαν· τούτῳ γὰρ οὐ συνεχώρησε τὸν Ἰακὼβ ἀδικῆσαι, καὶ ταῦτα βουλομένῳ.

ιε΄. ΜΗ ΑΠΤΕΣΘΕ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΩΝ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Χριστοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ, διὰ τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπιφανείας ἠξιῶσθαι.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Χριστοὶ ἦσαν, τὴν χρίσιν λαβόντες τὴν διὰ πνεύματος ἀόρατον· ἢ καὶ ὡς ἐκλεκτοὶ γενόμενοι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα γενόμενος, σημειώσῃ τίνα τρόπον ὁ λόγος Χριστοὺς αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ καλεῖ, καίτοι αἰσθητῷ ἐλαίῳ μηδαμοῦ κεχρισμένους· μηδὲ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον ὁμοίως τῷ Ἀαρὼν Χριστοὺς γενομένους. πόθεν οὖν ἄλλοθεν γεγόνασι Χριστοὶ ἢ ἀπὸ τῆς μετοχῆς τοῦ φανέντος αὐτοῖς Θεοῦ λόγου, ὅντινα εἶναι τὸν μονογενῆ υἱὸν πεπιστεύκαμεν, δι' ὃν καὶ αὐτοὶ μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν· ἅτε καταξιωθέντες τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείας. Αὐτὸν γὰρ εἶναι τὸν Χριστὸν τὸν καὶ αὐτοῖς λελαληκότα, καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ διδάσκει, ἐν οἷς φησιν· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Χριστοὶ δὲ οἱ πατριάρχαι οὐκ ἐλαίῳ χρισθέντες, ἀλλὰ τῇ μετουσίᾳ τοῦ πνεύματος· ἀφ' ἧς καὶ προφῆται ἐλέγοντο. Ἀκήκοας γὰρ ὅπως τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἀβιμέλεχ λόγοις προφήτην προσηγόρευσεν.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Χριστοὶ δέ εἰσιν οὐχ οἱ προφῆται μόνον καὶ οἱ ἅγιοι κατ' ἐκείνους καὶ πρὸ ἐκείνων ἄνδρες, ἀλλ' ἐξαιρέτως καὶ πάντες οἱ εἰς τὸν μέγαν καὶ μόνον ἀληθῆ Χριστὸν καὶ σωτῆρα Θεὸν πιστεύσαντες, καὶ νῦν ἐπιπιστεύοντες ὕστερον, καὶ ἐν τῷ θείῳ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ καὶ βαπτίσματι συμβολικῶς τῷ μύρῳ χριόμενοι, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος

τος υἱοθεσίαν λαμβάνοντες καὶ τὰς παρ' αὐτοῦ δωρεὰς, δι' ὧν γινόμεθα κληρονόμοι θεοῦ καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ.

Κυριλλου Αλεξανδρειας. Καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων ἐννοεῖν, τοὺς μὲν λαμπροτέρους κατὰ τόνδε τὸν βίον πᾶσαν ἀπονέμοντας φροντίδα τοῖς γνησίοις οἰκέταις, καὶ τῆς καθηκούσης αὐτοῖς ἐπιμελείας ἀξιοῦν· τὸν δὲ δυνάμεων κύριον, ᾧ πάντα ἐστὶ πρὸς κατόρθωσιν εὐχερῆ, μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἀγαπώντων αὐτόν.

ιϛ'. Και εκαλεσε λιμον επι την γην.] Αθανασιου. Οἰκονομικῶς ἐποίησε γενέσθαι τὸν λιμὸν, ἵνα δι' αὐτὸν κατελθόντες εἰς Αἴγυπτον, καὶ αὐξηθέντες τὴν γῆν ἀπολάβωσι τῆς ἐπαγγελίας.

Χρυσοστομου. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῦ θεοῦ τὸ εὐμήχανον, διὰ τῶν ἐναντίων εὐεργετεῖν· ἄρα τὸν λιμὸν αὐτὸς ἐξαπέστειλεν. ἵνα γὰρ μὴ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν εἶναι νομίσῃς τὸ συμβὰν, προεῖπε τὸν λιμὸν καὶ τὴν αἰτίαν προστέθηκε. Τίς δὲ ἦν ἡ αἰτία; τὸ μαθεῖν ἅπαντας τοὺς ἁπανταχόθεν τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν. Εὐαγγέλιον γὰρ καὶ κήρυγμα ὁ λιμὸς ἐγένετο τοῦ θεοῦ συμφερόντως οἰκονομοῦντος ἅπαντα. εἰ γὰρ καὶ ἁμαρτημάτων ἀντίδοσις ἦν τὸ συμβὰν, ἀλλ' ὅμως ὁ εὐμενὴς θεὸς καὶ τῇ πληγῇ ταύτῃ πρὸς εὐεργεσίαν ἐχρήσατο· καθάπερ γὰρ δεσμοῖς τισι τῇ τῶν ἀναγκαίων χρείᾳ δήσας ἅπαντας τοὺς ἐκ τῆς οἰκουμένης, οὕτω προσήγαγε τῷ Ἰωσὴφ, εἰσομένους τίς ὁ τοῦ Ἰωσὴφ θεός· καὶ πάντες εἰς Αἴγυπτον ἐβάδιζον.

Παν στηριγμα αρτου συνετριψεν.] Αθανασιου. Τοῦτο κατ' ὀργὴν θεοῦ ἐν τοῖς λιμοῖς εἴωθε συμβαίνειν, τὸ μὴ στηρίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐσθίοντας.

Χρυσοστομου. Ἀντὶ τοῦ, πᾶν διατρέψαι δυνάμενον ἀνάλωσαι πεποίηκεν, οὐ μόνον σῖτον, ἀλλὰ καὶ κριθὰς, καὶ ὄσπρια, καὶ τὰ ἄλλα δι' ὧν βιοτεύουσιν ἄνθρωποι.

Ησυχιου. Τουτέστι, πᾶσαν ὑπόστασιν τροφῆς συντριβῆναι ὁ προφήτης ἱστόρησεν. Ἕτερος ἑρμηνευτής φησι βακτηρίαν, τουτέστιν ἰσχύν.

ιζ'. Εξαπεστειλεν εμπροσθεν αυτων ανθρωπον.] Χρυσοστομου. Καὶ εἰ αὐτὸς ἀπέστειλεν αὐτὸν, τίνος ἕνεκεν ἐγκαλοῦνται οἱ ἀδελφοὶ, ὑφ' ὧν ἐπιβουλεύσαντο τῷ

tum sanctum adoptionem filiorum eiusque dona percipiunt, per quæ simus heredes Dei & coheredes Christi.

CATENA PATRVM.

Cyrilli Alexandrini. Etenim perquam absurdum sit cogitare, illos quidem qui in hac vita illustriores existunt sinceris famulis suis omnem sollicitudinem impendere, & conuenienti curâ ipsos dignos ducere; Dominum verò virtutum, cui omnia præstatu facilia sunt, nullam habere rationem eorum qui ipsum diligunt.

16. Et vocavit famem super terram.] Athanasii. Per dispensationem fecit oriri famem, vt propter illam in Ægyptum descendentes, & aucti terram promissionis reciperent.

Quanta fuerit in fame immittenda Dei prouidentia.

Chrysostomi. Hoc enim Deo factu facillimum, vt per res aduersas conferat beneficium: ipse itaque famem immisit. Ne enim secundùm naturæ ordinem eam euenisse existimares, famem ipsam prædixit eiusque causam adiunxit. Quæ porrò erat illa? Vt nimirum omnes vbique Dei virtutem agnoscerent. Etenim fames Euangelium & prædicatio quædam extitit Dei congruè cuncta disponentis. Etsi enim id quod accidebat peccatorum quædam esset retributio, attamen clemens Deus hac etiam plagâ vsus est ad beneficium: nam rerum indigentiâ necessariarum quasi quibusdam vinculis omnes orbis incolas constringens, omnes adduxit ad Iosephum, vt intelligerent quisnam esset Iosephi Deus; & omnes in Ægyptum proficiscebantur.

Et omne firmamentum panis contrivit.] Athanasii. Hoc propter iram Dei solet in fame contingere, vt homines dum manducant minimè confirmentur.

Chrysostomi. Id est, Omne quod nutrimento esse poterat fecit rarescere, non solùm triticum, sed etiam hordeum, & legumina, ceteraque quibus homines victitant.

Hesychii. Id est, Omnem cibi substantiam contritam fuisse Propheta narrauit. Alius interpres ait *baculum*, id est *robur*.

Deus malorum flagitijs in bonum electorum vtitur.

17. Misit ante eos hominem.] Chrysostomi. Quòd si ipse miserit eum, cur accusantur fratres, eò quòd Iosepho insidias struxerint? Quia nimirum

Digitized by Google

mirum propriâ malitiâ vsi hoc fecerunt, & non vt dispensationem Dei adimplerent. Propterea igitur ipsos à culpa minimè liberat.

DIDYMI. Eâdem operâ vtrumque declarauit, scilicet fratrum Iosephi nequitiam, & ipsius sapientiam: siquidem eorum improbitate opportunè vsus fuit. Non enim ipse coëgit illos vt fratrem venderent, sed eorum quidem peruersitati indulsit; ipse autem hac opportunè vsus seruum Regem declarauit, generique descensum in Ægyptum præstitit. Oportebat enim eos qui Dei populus vocandi erant illustres atque spectabiles effici per miracula pro ipso edita: nam prouidentia ipsis impensa eorum Deum deprædicabat, audientesque diuinæ cognitionis luce illustrabat.

HESYCHII. Ostendit illa quæ Sanctis accidunt admirabilis cuiusdam esse dispensationis, quæ tam ipsum Deum quàm eos qui ista patiuntur gloriosos efficiat. Ecce enim Ioseph etiam venditus est in seruitutem, vt ante reliquum genus præmitteretur: id est, vt anticiparet & præpararet ipsis descensum in Ægyptum: vnde talia tantaque miracula sunt consecuta.

IN SERVVM VENVMDATVS EST IOSEPH.] CHRYSOSTOMI. Nemo eorum qui in seruitutem incidunt, vel ab hostibus capiuntur, mœrore afficiatur. Quid enim doles, eò quòd à Barbaris vel lege belli abductus sis. Siquidem iustus à fratribus venditus in istiusmodi tyrannidem incidit, & qui talia gesturus erat, huiusmodi sustinuit. Neque tu igitur animum despondeas, quando incideris in calamitatem. Sed quid posteà? Ex ergastulo Rex, ex seruo & emptitio omnibus sublimior, ex captiuitate ad diadema euasit. Omnia enim facilia sunt Deo.

In calamitate animus minimè despondendus.

THEODORETI. Nam post adulterij calumniam in carcere versatus est; & actutum, vti verosimile est, ferrea vincula ipsi iniecerunt. Hoc nempe Symmachus sic dixit: *In ferrum venit anima eius:* id est, Ad cædem vsque periclitatus est.

DIDYMI. Solos pedes eius humiliauerunt in compedibus, animâ ipsius minimè colligatâ, sed à ferro liberâ existente. Qui enim vinculis circumdati ignauiter ferunt afflictionem, habent animam sub ferro incur-

Ferrum pedes non animum Iosephi incuruauit.

Ἰωσήφ; ὅτι οἰκείᾳ πονηρίᾳ ἐχρήσαντο, καὶ οὐχ ὡς οἰκονομίαν θεοῦ μέλλοντες πληροῦν. οὐκ ἄρα αὐτοὺς ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀμφότερα κατὰ ταυτὸν ἐδήλωσε, καὶ τὴν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσὴφ τὴν μοχθηρίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ σοφίαν· τῇ γὰρ ἐκείνων εἰς δέον ἐχρήσατο πονηρίᾳ. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἐκείνους ἠνάγκασεν ἀπεμπολῆσαι τὸν ἀδελφὸν, ἀλλὰ τῇ κακοηθείᾳ μὲν τῇ ἐκείνων ἐνδέδωκεν· αὐτὸς δὲ εἰς δέον ταύτῃ χρησάμενος βασιλέα τὸν δοῦλον ἀπέφηνε, καὶ τῷ γένει τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον ἐπρυτάνευσεν. Ἔδει γὰρ τοὺς λαὸν θεοῦ μέλλοντας χρηματίζειν περιφανεῖς γενέσθαι καὶ περιβλέπτους διὰ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ γενομένων θαυμάτων· ἡ γὰρ εἰς αὐτοὺς γενομένη κηδεμονία τὸν τούτων θεὸν ἀνεκήρυττε, καὶ τοὺς ἀκούοντας τῷ φωτὶ τῆς θεογνωσίας κατέλαμπεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δείκνυσιν ὅτι τὰ τοῖς ἁγίοις συμβαίνοντα οἰκονομίας τινὸς θαυμαστῆς, καὶ δοξαζούσης αὐτόν τε θεὸν καὶ τοὺς πάσχοντας γίνεται. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ Ἰωσὴφ εἰς δουλείαν ἐπράθη, ὥστε ἔμπροσθεν τοῦ λοιποῦ γένους ἀποσταλῆναι· τουτέστιν ὥστε προλαβεῖν καὶ εὐτρεπίσαι αὐτοῖς τὴν εἰς αἴγυπτον κάθοδον· ἀφ' ἧς τηλικαῦτα ἠκολούθησε θαύματα.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΕΠΡΑΘΗ ΙΩΣΗΦ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μηδεὶς ἀλγείτω τῶν δουλείᾳ περιπιπτόντων, ἢ καὶ ὑπὸ πολεμίων ἁλισκομένων. τί γὰρ ἀλγεῖς, ὅτι παρὰ βαρβάροις ἢ νόμῳ πολέμου κατηνέχθης. ὁ δὲ δίκαιος ὑπὸ ἀδελφῶν ἀπεμποληθεὶς, ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐνέπεσε τυραννίδα, καὶ τοιαῦτα μέλλων οἰκονομεῖν, τοιαῦτα ὑπέμεινε. Μηδὲ σὺ οὖν ἀπογνῷς, ἡνίκα ἐμπέσῃς εἰς συμφοράν. Ἀλλὰ τί μετὰ ταῦτα; Ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου βασιλεὺς, ἀπὸ δούλου καὶ ἀργυρωνήτου πάντων ἀνώτερος, ἀπὸ ἁλώσεως ἐπὶ διάδημα. πάντα γὰρ τῷ θεῷ ῥᾴδια.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μετὰ γὰρ τὴν τῆς μοιχείας συκοφαντίαν τὸ δεσμωτήριον ᾤκησε· καὶ παραυτίκα, ὡς εἰκὸς περιέθηκαν, αὐτῷ τὰ ἐκ σιδήρου δεσμά. Τοῦτο μὲν ὁ Σύμμαχος οὕτως εἴρηκεν· εἰς σίδηρον ἦλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, μέχρι σφαγῆς ἐκινδύνευσεν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοὺς πόδας αὐτοῦ μόνους ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις, τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐ συνδεθείσης, ἀλλ' ἔξω τοῦ σιδήρου γεγυμνωμένης. ὅσοι γὰρ δεσμοῖς περιβαλλόμενοι ἀγεννῶς τὴν περίστασιν φέρουσι, καμφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ σιδήρου τὴν

τὴν ψυχὴν ἔχουσι. Τοῦτο δὲ ὑπέμεινεν οὐκ εἰς ἅπαν. περιορίζει γὰρ τῆς περιστάσεως τὸ τέλος εἰπών, αὐτὴν κεκρατηκέναι μέχρις τοῦ διῆλθεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καθ᾽ ὃν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, μεταςαλεὶς κηδεμὼν καὶ τροφεὺς πάντων κεχειροτόνητο.

Απολιναριου. Ταῦτα πάντα ὑπέμεινε, χρυσοῦ δίκην δοκιμαζόμενος, οὐχ᾽ ἵνα τὸ ἀκίβδηλον τῆς τοῦ Ιωσὴφ ἀρετῆς ὁ τῶν ὅλων μάθῃ θεός, ὁ γινώσκων τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· ἀλλ᾽ ἵνα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις τὴν ἐκείνου σοφίαν ἐνδείξῃ, καὶ ἀρχέτυπον ἀληθείας προθῇ.

Ησυχιου. Τὸ στερρὸν τῶν πειρασμῶν καὶ τὸ ἰσχυρὸν προσηγόρευσε σίδηρον, ὅπερ διὰ τῆς ὑπομονῆς ὁ Ιωσὴφ διέβαινε· καὶ πάροδος αὐτῷ τὰ λυπηρὰ διὰ μακροθυμίαν ἐγένετο.

ιθʹ. Μεχρι του ελθειν τον λογον αυτου.] Αθανασιου. Τὸ ἀποτέλεσμα τῶν ἐνυπνίων φησί.

Χρυσοστομου. Ἔμεινε γὰρ ταῦτα πάσχων ἕως τοῦ καιροῦ τοῦ προσήκοντος, τουτέστι τῶν ὀνειράτων καὶ τῆς τοῦ λιμοῦ παρουσίας.

Ευσεβιου. Πάντα ταῦτα ὑπέμεινε μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐπὶ τοῖς ὁράμασιν ἰδὼν ἐξεῖπε τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς φήσας, ἑωρακέναι αὐτὸν δράγματα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὁμοίως ἀναλέγοντας, ἔπειτα τὰ ἐκείνων τὸ ἑαυτοῦ προσκεκυνηκέναι δράγμα· ὁμοίως δὲ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνεῖν αὐτῷ.

Ησυχιου. Τουτέστι, τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον ὅνπερ ὁ θεὸς ἐπὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν οἰκονομίας ἔθετο. λόγῳ γὰρ πάντα οἰκονομῶν, λόγῳ τινὶ καὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν πειρασμῶν τὴν ἀπαλλαγὴν καὶ τὸ τέλος ἀπένειμε· καὶ ἡμεῖς ἀγνοοῦντες πρότερον, ὕστερον τῇ ἐκβάσει μανθάνομεν.

Του αυτου. Καὶ μὴν οὔπω νόμος δοθεὶς ὑπῆρχεν ἔγγραφος, ἀλλ᾽ ἑκάστῳ λογικῷ λόγιον παρὰ θεοῦ ὁ φυσικὸς νόμος, δι᾽ ὃν καὶ λογικοὶ γινόμεθα.

κʹ. Εξαπεστειλεν βασιλευς, και ελυσεν αυτον.] Ευσεβιου. Ὅτι αὐτάρκως ἐπυρώθη Ιωσὴφ χρυσοῦ δίκην, κατὰ τό, δοκίμασόν με κύριε, καὶ πείρασόν με, πάλιν τότε θεοῦ ὑποβαλόντος τῷ βασιλεῖ, λύεται μὲν ὑπὸ τοῦ Φαραὼ τῶν δεσμῶν, καθίσταται δὲ ἄρχων τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως καὶ πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ.

Του αυτου. Ὁ δὲ παρὼν λόγος διδάσ-

uatam. Porrò non hoc omni tempore sustinuit. Definit enim terminum afflictionis dicens, illam inualuisse donec veniret verbum Dei: quo tempore ex ergastulo dimissus, curator & educator omnium constitutus fuit.

CATENA PATRVM.

Apolinarii. Hæc omnia sustinuit, instar auri probatus, non vt vniuersorum Deus, qui nouit omnia priusquam fiant, in Iosephi virtute adulterini quidpiam agnosceret; sed vt ceteris hominibus sapientiam eius ostenderet, & exemplum proponeret veritatis.

Ioseph ad exemplum aliorum afflictus.

Hesychii. Duritiam rigoremque tentationum appellauit ferrum, quod per tolerantiam Ioseph pertransiuit; & res tristes propter eius longanimitatem ipsi transitus fuerunt.

19. Donec veniret verbvm eivs.] Athanasii. Consummationem intelligit insomniorum.

Quid per verbum intelligat.

Chrysostomi. Hæc enim omnia perpessus est vsque ad tempus opportunum, scilicet somniorum & famis aduentum.

Evsebii. Hæc omnia sustinuit donec veniret verbum eius; quod in visionibus conspiciens patri suo fratribusque exposuerat dicens, se fratresque suos similiter vidisse manipulos colligentes, illorum deinde manipulos suum manipulum adorasse; similiter quoque Solem & Lunam, atque vndecim stellas ipsum adorasse.

Hesychii. Id est, Verbum quod circa ipsius dispensationem Deus constituerat. Cùm enim verbo omnia dispenset, verbo quoque aliquo tentationum nostrarum finem ac liberationem definiuit: quod cùm nos priùs ignoremus, postmodum euentu ipso discimus.

Deus omnia dispensat verbo suo.

Eivsdem. Etenim lex data nondum erat conscripta, sed vnicuique ratione vtenti lex naturalis oraculum erat à Deo, per quod etiam rationales existimus.

Lex naturæ vnicuique oraculum.

20. Misit Rex, et solvit evm.] Evsebii. Cùm Ioseph instar auri satis examinatus fuisset igne, iuxta illud, *Proba me Domine, & tenta me*, tunc rursus Deo Regi suggerente, à Pharaone quidem vinculis soluitur, Regiæ verò domus princeps constituitur omnisque possessionis eius.

Psal. 25, 2.

Eivsdem. Hic autem sermo docet,

 non

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

non tam ob frugum custodiam quàm ob spiritualem eorum qui per ipsum ad sapientiam erudiendi erant vtilitatem Iosephum ad Principatum euectum fuisse. Erant autem hi Principes Pharao & Seniores; quibus emendatis, verosimile erat omnes quoque subditos emendationis eorum participes futuros.

Quàm admirabili modo Ioseph ad Regnum euectus sit.

CHRYSOSTOMI. Quid isto admirabilius? seruum peregrinum, qui istiusmodi deliquisse putabatur, Rex soluit. Vidisti fructum tentationum? vidisti finem periculorum? vide coronam per insidias ipsi plexam. Nisi enim somnia exposuisset, quomodo Rex ipsum soluisset? Somnia autem quomodo exposuisset, nisi in carcerem incidisset? in carcerem verò quomodo incidisset, nisi calumniam sustinuisset? quomodo autem calumniam sustinuisset, nisi in domum Ægyptiacam ingressus fuisset? in domum verò Ægyptiacam quomodo venisset, nisi Ismaëlitæ ipsum emisissent? Ismaëlitæ autem quomodo ipsum emissent, nisi eum fratres vendidissent? Viden' vt insidiæ fratrum quasi per catenam quamdam mediantibus hisce tentationibus ipsum ad thronum manu duxerint? non secundùm proprium propositum, sed Dei dispensatione, vti priùs dicebam, insidiantium machinationibus ad eorum qui insidijs impetebantur probationem vtente.

Virtus in tentationibus perficitur.

EIVSDEM. Virtus quidem ad modicum insidijs impetitur, postmodum verò ijsdem aranearum telâ faciliùs discussis, per easdem illustrior euadit. Nemo igitur mœrore conficiatur, quantumuis prauam incurrat suspicionem, tantummodò conscientia illum non accuset, etiam hac illustrior euadet. Sic & Apostoli malè audiebant, sed hoc ipsis nihil officiebat.

DIDYMI. Quia & ipse Ioseph doctrinam hanc optimè callebat; quapropter ad reos dixit, *Vos quidem cogitastis contra me in malum, Deus autem in bonum.*

Gen. 50, 20.

22. VT ERVDIRET PRINCIPES EIVS.] CHRYSOSTOMI. Iuuenis docuit seniores, & eos qui de sapientia gloriabantur adolescentulus Hebræus, ac seruus liberos iussus est corrigere; idque ijs temporibus, quando res Ægyptiorum esse maximæ videbantur.

κει, ἐ τοσοῦτον τῆς τῶν καρπῶν φυλακῆς, ἕνεκα εἰς τὴν ἀρχὴν προήχθαι τὸν Ἰωσὴφ ὅσον τῆς κατὰ ψυχὴν ὠφελείας τῶν μελλόντων ὑπ' αὐτοῦ σοφίζεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. ἦσαν δὲ οὗτοι ἄρχοντες Φαραὼ καὶ πρεσβύτεροι· ὧν ὠφελημένων, εἰκὸς ἦν καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας τῆς παρ' αὐτῶν μεταχεῖν βελτιώσεως.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί τούτου θαυμαστότερον; τὸν δοῦλον τὸν ξένον, τὸν τοιαῦτα ἠδικηκέναι νομιζόμενον, βασιλεὺς λύει. εἶδες τῶν πειρασμῶν τὸν καρπόν; εἶδες τὸ τέλος τῶν κινδύνων; ὅρα διὰ τῶν ἐπιβουλῶν τὸν στέφανον αὐτῷ πλεκόμενον. εἰ γὰρ μὴ τὰ ὀνείρατα εἶπεν, πῶς ἂν ὁ βασιλεὺς ἔλυσε; τὰ δὲ ὀνείρατα πῶς ἂν εἶπεν, εἰ μὴ εἰς δεσμωτήριον ἐνέπεσεν; εἰς δεσμωτήριον ἂν πῶς ἐνέπεσεν, εἰ μὴ ἐσυκοφαντήθη; πῶς δὲ ἂν ἐσυκοφαντήθη, εἰ μὴ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αἰγυπτιακήν; εἰς δὲ τὴν αἰγυπτιακὴν οἰκίαν πῶς ἦλθεν, εἰ μὴ Ἰσμαηλῖται αὐτὸν ἀπέδοντο; οἱ Ἰσμαηλῖται δὲ πῶς αὐτὸν ἀπέδοντο, εἰ μὴ οἱ ἀδελφοὶ ἐπώλησαν; ὁρᾷς ὅτι ἡ ἐπιβουλὴ τῶν ἀδελφῶν ὥσπερ διά τινος σειρᾶς τῶν μεταξὺ τούτων πειρασμῶν πρὸς τὸν θρόνον αὐτὸν ἐχειραγώγησαν; οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν γνώμην, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας, ὅπερ ἔφθην εἰπών, ταῖς τῶν ἐπιβουλευόντων μηχαναῖς πρὸς τὴν τῶν ἐπιβουλευομένων δοκιμασίαν ἀποχρωμένης.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἡ μὲν ἀρετὴ πρὸς ὀλίγον ἐπιβουλεύεται, ὕστερον δὲ ἀράχνης εὐτελέστερον τὰς ἐπιβουλὰς διαλύει, δι' αὐτῶν λαμπροτέρα γινομένη. Μηδεὶς οὖν ἀλγείτω κἂν, πονηρὰν ὑποψίαν κτήσηται, μόνον τὸ συνειδὸς μὴ κατηγορείτω, καὶ ταύτῃ λαμπρότερος ἔσται. οὕτω καὶ οἱ Ἀπόστολοι κακῶς ἤκουον, ἀλλ' οὐδὲν παρεβλάπτοντο.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ αὐτὸς δὲ Ἰωσὴφ οἶδε τοῦτο τὸ δόγμα· διὸ πρὸς τοὺς αἰτίους ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἀπεστάλκατέ με ὧδε, ὑμεῖς μὲν γὰρ εἰς κακὸν ἐβουλεύσασθε, ὁ δὲ θεὸς εἰς ἀγαθόν.

κβ'. ΤΟΥ ΠΑΙΔΕΥΣΑΙ ΤΟΥΣ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ νέος τοὺς πρεσβυτέρους ἐπαίδευε, καὶ τοὺς μέγα ἐπὶ σοφίᾳ κομπάζοντας μειράκιον ἑβραῖον, ἐκελεύετο διορθοῦν καὶ ὁ δοῦλος τοὺς ἐλευθέρους· καὶ ἐν τούτοις ἐνίκα, ὅτε τὰ τῶν αἰγυπτίων ἐδόκει μεγάλα εἶναι.

κγ'. Καὶ

κγ'. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον.] Χρυσοστόμου. Ἐμνήσθη γὰρ ὁ θεὸς τῆς ἐπαγγελίας τῆς πρὸς τὸν Ἀβραάμ. πῶς δὲ ἔσται τοῦτο ἐπήγαγεν· ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ· καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν αὐτὸ ἔτη τετρακόσια.

Εὐσεβίου. Τίς δὲ εἰσῆλθεν ἀλλ' ἢ Ἰσραήλ· καὶ τίς παρῴκησεν ἐν γῇ Χὰμ ἀλλ' Ἰακώβ; δηλοῦται δὲ διὰ τούτων αὐτός τε ὁ πατὴρ καὶ οἱ τούτου παῖδες. Ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνος εἰσῆλθεν Ἰακὼβ, ἀλλὰ καὶ ἑβδομήκοντα ψυχαὶ σὺν αὐτῷ· (κατὰ τὸ ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβη Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον·) διὰ τοῦτο καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ πατὴρ ἐδηλώθησαν διὰ τῶν προκειμένων.

κδ'. Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα.] Εὐσεβίου. Οὐκ ἂν ηὐξήθησαν οὐδὲ ἐκραταιώθησαν, εἰ μὴ ἔτυχον προστάτου Ἰωσὴφ, καὶ τῆς παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τιμῆς, διὰ τοῦ Ἰωσὴφ αὐτοῖς παρασχεθείσης.

Χρυσοστόμου. Δείκνυσιν ὅτι οὐ φύσεως ἦν ἡ ἐπίδοσις, ἀλλὰ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ. ὅτε γὰρ ὀλιγωτέρους ἔδει γενέσθαι ὑπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν ἐλαυνομένους, τῶν παιδίων εἰς τὸν ποταμὸν ῥιπτομένων, τῆς φύσεως ἐπηρεαζομένης, τότε μᾶλλον ἐπέδοσαν· οὕτως ὡς καὶ φοβεροὶ γενέσθαι τοῖς ἐνοικοῦσι.

Τοῦ αὐτοῦ. Οἱ δοῦλοι τοῖς δεσπόταις, φοβεροὶ, οἱ ἐλαυνόμενοι τοῖς ἐλαύνουσιν, οἱ πάροικοι τοῖς πολίταις, οἱ ἄνοπλοι τοῖς ὡπλισμένοις.

κε'. Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν.] Ἀθανασίου. Ἐπειδὴ ἐκ τῆς τιμῆς, παρὰ τῶν Αἰγυπτίων αὐτοὺς εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς εἰδωλολατρείαν ἐξέβησαν· τούτου χάριν παρεσκεύασε μισῆσαι αὐτοὺς, καὶ τὰ βαρέα τῶν ἔργων ἐπιθεῖναι, ἵνα κακωθέντες καταφύγωσι πρὸς τὸν θεὸν, καὶ εὕρῃ χώραν πληρωθῆναι ἡ ἐπαγγελία ἡ πρὸς Ἀβραάμ.

Χρυσοστόμου. Τί λέγεις; ὁ θεὸς τούτων αἴτιος; οὐχί, φησιν. ἀλλὰ μετέστρεψεν ἐνταῦθα τὸ συνεχώρησεν. Οὐκ ἀφῆκεν εἶναι ποθεινοὺς ἐξ ἀρχῆς, ἵνα μὴ ἐμφιλοχωρήσωσι τῇ Αἰγύπτῳ. Καὶ ὅρα αὐτοῦ τὸ εὐμήχανον· τοὺς μισουμένους πάλιν, ὅτε αὐτῷ ἔδοξεν οὕτως ἄθρόον ἐποίησε γενέσθαι ἐπεράστους καὶ ἀξιοπίστους αὐτοῖς, ὡς καὶ σκεύη καὶ τὰ αὐτῶν ἅπαντα κιχρᾶν, καὶ μηδὲν ὑποπτεύειν αὐτούς.

23. Et intravit Israel in Ægyptvm.] Chrysostomi. Deus enim memor fuit promissionis suæ ad Abraham. Quomodo autem hoc fieret subiunxit: *Quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria; & in seruitutem redigent ipsum, & affligent ipsum quadringentis annis.*

Catena patrvm. Gen. 15, 13.

Evsebii. Quis intrauit nisi Israël? & quis aduena fuit in terra Cham nisi Iacob? Per hos autem tam ipse pater quàm filij eius demonstrantur. Cùm enim non solus Iacob intrauerit, verùm etiam septuaginta animæ cum eo; (iuxta illud, *In septuaginta animabus descendit Israel in AEgyptum*;) idcircò tam filij quàm pater per prædicta significati sunt.

Gen. 46.

24. Et avxit popvlvm svvm vehementer.] Evsebii. Haudquaquam sanè aucti neque roborati fuissent, nisi Iosephum Præsidem nacti essent, & ab Ægyptijs honorem accepissent, qui propter Iosephum ipsis deferebatur.

Chrysostomi. Ostendit nequaquam naturæ fuisse incrementum, sed promissionis ipsius. Cùm enim pauciores esse oportuisset ab operum præfectis oppressos, pueris in fluuium proiectis, naturâ violatâ, tunc magis aucti sunt; ita vt etiam incolis formidabiles existerent.

Israëlitæ in afflictionibus creuerunt.

Eivsdem. Serui dominis, expulsi expulsoribus, peregrini ciuibus, inermes armatis formidabiles existebant.

25. Convertit cor eorvm.] Athanasii. Quia ex honore, quem ab Ægyptijs acceperant, in consimilem cum ijs idololatriam prolapsi fuerant; idcircò effecit vt ab ipsis odio haberentur, & grauibus operum oneribus premerentur, vt afflicti ad Deum confugerent, & daretur opportunitas implendæ promissionis ad Abrahamum factæ.

Chrysostomi. Quid ais? Deúsne horum auctor est? nequaquam, inquit. Sed *conuertit* idem hic est quod *permisit*. Non siuit esse acceptos ab initio, ne in Ægypto libenter morarentur. Et vide eius dexteritatem: eos qui exosi erant, quando ipsi visum fuit ita derepentè amabiles & fide dignos reddidit, vt etiam omnia vasa sua ipsis commodarent, & ipsos minimè suspectos haberent.

Dei in aduersis æquè ac prosperis prouidentia.

CATENA PATRVM.

Verumtamen antehac non fuerant tales, sed odio eos prosequebantur, inuisos habebant, dolos consuebant.

EIVSDEM. Verùm, vt anteà dicebam, idcircò permisit eos odio haberi, ne illic libenter morarentur. Etenim tot tantisque signis in deserto perceptis, tantis in Ægypto malis perfuncti, cum tot periculis egressi, dicebant: Benè nobis erat in Ægypto. Quod si nihil horum perpessi fuissent, quomodo non rursus eò reuersi essent?

THEODORETI. Haudquaquam ipse Ægyptiorum mentem immutauerat, sed eorum libero arbitrio locum dans, illorum quidem insidias minimè prohibuit; eos verò qui insidias patiebantur superiores insidiantibus ostendit.

HESYCHII. *Conuertit*, id est, *conuerti permisit*. Sic enim Scriptura loqui solet, cùm permittit illa quæ poterat impedire, non sine ratione tamen, sed quædam alia dispensando.

Deus vtriusque fortunæ moderator.

EVSEBII. Quemadmodum priùs Iosephum permisit in seruitutem redigi, & compedibus ferroque humiliari; deinde postquam virtutis suæ specimen dederat, ad Regnum euehit; sic etiam nunc, cùm vellet populum suâ prouidentiâ dignari, primùm tradit ipsum tentationibus, vt postmodum dicetetur illud: *Et ingemuerunt filij Israël, & exclamauerunt ad Dominum Deum suum.* Cùm autem dictum sit, quia *conuertit cor eorum*, scilicet Ægyptiorum; *vt odirent populum eius*, dices Deum iustè hoc fecisse. Quoniam cùm in multa licentia ac libertate & honore apud Ægyptios fuissent, patrium suum Deum obliuioni tradiderant, seipsos verò idololatrijs Ægyptiorum addixerant. Quapropter Ægyptios iustè ipsis infestos reddidit, quandoquidem sibi ipsis præfidentes Deum suum neglexerant, vt ab ijs afflicti discerent quidem illis & multorum Deorum superstitioni minimè adhærere, sed ad Deum patrum suorum conuerterentur.

Exod.2,23.

THEODORETI. Interdum quidem Ægyptij obstetricibus imperabant, vt Hebræorum infantes masculos occiderent; interdum verò, vt hos in flumen proijcerent, iubebant. Verumtamen & hoc modo

ἀλλ' οὐχὶ περὶ τούτου τοιοῦτοι ἦσαν, ἀλλὰ ἐμίσουν, ἀπηχθάνοντο, δόλους ἔῤῥαπτον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀλλ', ὅπερ ἔφθην εἰπών, διὰ τοῦτο συνεχώρησεν αὐτοὺς μισηθῆναι, ἵνα μὴ ἐμφιλοχωρήσωσι. καὶ γὰρ καὶ τοσούτων ἀπολαύοντες σημείων ἐπὶ τῆς ἐρήμου, τοσαῦτα παθόντες κακὰ ἐν Αἰγύπτῳ, μετὰ τοσούτων ἐξελθόντες κινδύνων, ἔλεγον· καλῶς ἦν ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ. εἰ μηδὲν τούτων ὑπέμειναν, πῶς ἂν οὐχ ὑπέστρεψαν ἐκεῖ πάλιν;

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐκ αὐτὸς μετέβαλε τῶν Αἰγυπτίων τὴν γνώμην, ἀλλὰ τῷ αὐτεξουσίῳ παραχωρῶν, καὶ τὰς μὲν ἐπιβουλὰς μὴ κωλύων· κρείττους δὲ τῶν ἐπιβουλευόντων τοὺς ἐπιβουλευομένους δεικνύς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μετέστρεψε, τουτέστι, μεταστραφῆναι συνεχώρησεν. οὕτω γὰρ ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ λέγειν, ὅσα ἐξὸν κωλῦσαι συγχωρεῖ, οὐ δίχα δὲ λόγου, πρὸς ἄλλ' οἰκονομοῦν ἕτερα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὥσπερ τὸν Ἰωσὴφ πρότερον συγχωρεῖ δουλεῦσαι, καὶ πέδαις καὶ σιδήρῳ ταπεινωθῆναι· εἶτα μετὰ ταῦτα δοκιμὴν δεδωκότα τῆς οἰκείας ἀρετῆς, προάγει ἐπὶ βασιλείαν· οὕτω καὶ νῦν, βουλόμενος τῆς αὐτοῦ ἐπισκοπῆς καταξιῶσαι τὸν λαόν, πρότερον αὐτὸν πειρατηρίοις ἐκδίδωσιν, ἵν' ὕστερον λεχθῇ τό· καὶ ἐστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ εἴρηται, ὅτι μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν, δηλονότι τῶν Αἰγυπτίων, τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐρεῖς ὅτι δικαίως ἔπραξεν ὁ θεός. ἐπειδὴ γὰρ ἐν πολλῇ γεγονότες ἀνέσει καὶ ἐλευθερίᾳ καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰς λήθην ἦλθον τοῦ πατρῴου θεοῦ, ἐξέδωκαν δὲ ἑαυτοὺς ταῖς τῶν Αἰγυπτίων εἰδωλολατρείαις. διὰ τοῦτο δικαίως αὐτοῖς ἐπανέστησε τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπειδὴ πεποιθότες ἑαυτοῖς κατωλιγώρησαν τοῦ θεοῦ, ὅπως θλιβέντες ὑπ' αὐτῶν μάθωσι μὲν μὴ προσέχειν ἐκείνοις μηδὲ τῇ πολυθέῳ αὐτῶν δεισιδαιμονίᾳ, ἐπιστρέψωσι δὲ ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ποτὲ μὲν ταῖς μαίαις ἐπέταξαν οἱ Αἰγύπτιοι, διαφθείρειν τῶν ἑβραίων τὰ ἄῤῥενα· ποτὲ δέ, τῷ ποταμῷ ταῦτα παραπέμπειν, ἐκέλευσαν. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω τὸ γέ-

νος

ν(ος) διέφυγε τοῦ θανάτου τὰ μηχανήματα.

κς'. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΜΩΣΗΝ ΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπιτεμνόμενος τὴν ἱστορίαν τὰ μὲν μέτρια παραλιμπάνει, τὰ δὲ καίρια τῶν διηγημάτων τίθησι· πάντα γὰρ τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ εὐεργετήματα εἰς αὐτοὺς γράφει, καί φησιν, ὡς, μετὰ τὸ αὐτάρκως αὐτοὺς κακωθῆναι ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων περὶ ἀξίως τούτων γενέσθαι, οὐκ εἰς μακρὸν αὐτοὺς κατέλιπεν, ἀλλ' εἰς σωτηρίαν τὸν Μωσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν ἀπέστειλε.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπεὶ μὴ πάντες οἷοί τε εἰσὶν ἐξ ἑαυτῶν καὶ δι' ἑαυτῶν ἀναχωρεῖν τῶν βλαβερῶν, τοῖς οὕτως ἀσθενοῦσιν ἀποστέλλει ὁ θεὸς τοὺς δυναμένους ὁδηγοὺς καὶ ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ φερούσης· εἰσὶ δὲ οὗτοι ὁ θεοῦ νόμος, Μωϋσῆς καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς λόγος· οὗ σύμβολον Ἀαρών.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ κηδεμονίας, ὅτι τοὺς ἁγίους αὐτοῦ καὶ ἐκλεκτοὺς, οὐκ ὄντας ὑπευθύνους, δι' ἐκείνους ἐκάκωσε· καὶ τὸν ὑπ' αὐτῶν διωχθέντα τούτων αὐτοῖς ἐπέστησε κηδεμόνα.

κζ'. ΕΘΕΤΟ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΤΩΝ ΣΗΜΕΙΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄρα διάκονοι μόνον ἦσαν ἐκεῖνοι, καὶ τὸ πᾶν αὐτὸς κατώρθου, καὶ ἐστρατήγει τοῦ δήμου· ἐκεῖνοι τὴν γλῶτταν ἐκίνουν, καὶ τὸ στόμα ἐδάνειζον τῷ θεῷ, καὶ τὰ ῥήματα ἐξέβαλλον· ἡ δὲ δύναμις παρ' αὐτοῦ πᾶσα ἐπέμπετο.

κη'. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΣΚΟΤΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ γὰρ σφόδρα παράδοξον ἦν, τὸ πανταχοῦ τῆς ἀκτῖνος λαμπούσης, ἐν Αἰγύπτῳ τὸ σκότος φαίνεσθαι, καὶ μηδὲ ταύτῃ πάσῃ, ἀλλ' ἔνθα ἦσαν οἱ Αἰγύπτιοι μόνοι. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι ἔκλειψις τὸ συμβὰν ἦν, μηδ' ὅτι δρόμος φύσεως, τὴν αὐτὴν χώραν αὐτοῖς Ἑβραῖοι οἰκοῦντες ταύτης οὐκ ᾔσθοντο τῆς πληγῆς· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συνέβαινε πληγῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τούτων ὁ παρὼν λόγος ὡς ἐν ὑμνολογίᾳ μνημονεύει, διδάξαι βουλόμενος, ὡς τοῦ λαοῦ κηδόμενος ὁ θεὸς, τοὺς ἀδικήσαντας αὐτὸν Αἰγυπτίους μετῆλθε καὶ ἐκόλαζεν οὐ διά τινων μεγάλων ἐπιφορῶν (οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμος χεὶρ ἀθρόαν αὐτοῖς ὀργὴν ἐπιπέμψαι, ἢ θρασεῖς λέοντας, ἢ ἄρκτους, ἢ λιμὸν, ἢ θάνατον) διὰ δὲ τῶν εἰρημένων αὐτοὺς ἐτιμωρεῖτο, ἠρέμα καὶ αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν προκαλούμενος.

mortis machinationes Hebræorum genus declinauit.

26. MISIT MOYSEM SERVVM SVVM.] THEODORETI. Historiam abbreuians mediocria quidem omittit, opportuna verò narrationi exponit: omnia enim beneficia ipsis à Deo collata describit, & ait, quomodo, postquam pro meritis suis satis ab Ægyptijs afflicti fuissent, non ad longum tempus ipsos deseruerit, sed in salutem ijs miserit Moysem & Aaronem.

Dei in Moysis missione prouidentia.

DIDYMI. Cùm non omnes ex semetipsis & per semetipsos cauere noxia possint, adeò infirmis Deus mittit potentes duces ac ductores viæ ad bona tendentis: hi autem sunt lex Dei, Moyses & sermo pontificius: cuius symbolum est Aaron.

CHRYSOSTOMI. Non exigua quoque est hæc Dei prouidentia, quòd sanctos & electos, qui non erant rei, propter illos afflixerit; & eum qui ab illis persecutionem patiebatur ipsis præfecerit patronum.

27. POSVIT IN EIS VERBA SIGNORVM.] ANONYMI. Illi nimirum solùm erant ministri, atque ipse totum perficiebat, & populum dirigebat: illi linguam mouebant, & os suum Deo commodabant, & verba proferebant; omnis autem ab ipso virtus suppeditabatur.

De tenebris Ægyptiacis.

28. MISIT TENEBRAS.] CHRYSOSTOMI. Etenim valdè prodigiosum erat, vbique Solis radio lucente, in Ægypto tenebras apparere, idque non in ipsa vniuersa, sed ibi dumtaxat vbi erant Ægyptij. Ne quis enim dicat, eclipsim fuisse id quod contingebat, vel naturæ cursum, Hebræi qui eamdem cum illis regionem habitabant hanc plagam minimè sentiebant: quod etiam in alijs plagis vsu venit.

DIDYMI. Præsens sermo quasi in hymnologia horum meminit, docere volens, quomodo Deus populi curam gerens, Ægyptios ipsum lædentes exceperit & puniuerit non per magnas aliquas impressiones (manui enim omnipotenti minimè deerat facultas vehementem ipsis iram immittendi, vel leones truculentos, vel vrsos, vel famem, vel mortem) sed per prædicta ipsos vltus est, vt sensim etiam illos ad pœnitentiam prouocaret.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ET NON EXACERBAVERVNT SERMONES EIVS.] ANONYMI. Tenebræ enim, inquit, à Deo immissæ non exacerbauerunt sermones eius, sed obediuerunt & promptè diuino nutui subseruiuerunt: expansum igitur aërem obscurarunt, & densæ tenebræ effecerunt vt solis ipsis essent tenebræ, nequaquam autem orbi vniuerso.

CHRYSOSTOMI. Vel de elementis ait, illa minimè restitisse, sed ipsi illicò vt iubebantur cessisse ad confusionem barbarorum, siue ipsorummet Ægyptiorum, quia deinceps resistere minimè valebant.

HESYCHII. Id est promissiones suas minimè violarunt, neque dicta signa fefellerunt. Quid enim falsitate acerbius? Quocircà non fallere, sed omnia præcepta mirabilia implere, non exacerbare meritò appellatum est. Dicit autem de Moyse & Aarone, vti manifestum est.

De aquarum in sanguinem commutatione.

29. CONVERTIT AQVAS EORVM.] CHRYSOSTOMI. Si id quod fiebat oculorum deceptio fuisset, & non substantiam ipsam immutasset, nequaquam sanè pisces mortui fuissent. Nunc autem natatilium interitus rei veritati testimonium præbet.

HESYCHII. Non dixit aquam, sed aquas; quandoquidem omnem aquæ congregationem non solùm in fluminibus & stagnis, verùm etiam in lignis & lapidibus in sanguinem conuertit: vnde etiam pisces aquarum naturâ immutatâ moriebantur.

De ranarum plaga.

30. EDIDIT TERRA EORVM RANAS.] HESYCHII. Etenim ranæ vbique adrepentes decurrebant. Verumtamen regiorum penetralium meminit, vt miraculi magnitudinem declararet; quòd neque famulorum militúmve turba, quæ in Regijs degere solet, ranas arcere minimè valuerit.

CHRYSOSTOMI. Vides ineffabilem Dei potentiam, quomodo per res paruas feriat. Quid enim ranâ vilius? Pulchrè autem Propheta ipsos reddidit certiores dicens: *Dixit, & venit cynomyia:* vbique Iudæis indicans, illa quæ fiebant non Moysis aut Aaraonis fuisse, sed in illis operantis Dei.

De plaga grandinis.

EIVSDEM. Obserua verò rursus, nullibi naturæ ordinem in hisce plagis relucere: siquidem grandine apparente etiam ignis in me-

ΚΑΙ ΟΥ ΠΑΡΕΠΙΚΡΑΝΑΝ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΑΥΤΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ γὰρ σκότος ἀποσταλὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ, φησιν, οὐ παρεπίκρανε τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπήκουσε καὶ προθύμως ἐξυπηρετήσατο τὸ τοῦ θείου νεύματι· ἐφαπλωμένον τοίνυν ἀέρα ἐσκότασε, καὶ σκότος εἰργάσατο βαθὺ ὡς μόνοις αὐτοῖς εἶναι σκότος, οὐκέτι δὲ καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἢ περὶ τῶν στοιχείων φησὶν, ὅτι οὐκ ἀντέστη τὰ στοιχεῖα, ἀλλ' εἶξαν αὐτοὶ κελευόμενα εἰς αἰσχύνην τῶν βαρβάρων, ἢ αὐτῶν τῶν αἰγυπτίων, ὅτι λοιπὸν ἀντιστῆναι οὐκ ἠδύναντο.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστιν οὐ παρῆλθον τὰς ἑαυτῶν ὑποσχέσεις, οὐδὲ τὰ ἐπαγγελθέντα σημεῖα ἐψεύσαντο. τί γὰρ τοῦ ψεύδους πικρότερον; διότι μὴ ψεύσασθαι, ἀλλὰ πάντα ἐπιτελέσαι τὰ προσταχθέντα θαύματα, μὴ παραπικρᾶναι δικαίως προσηγόρευται. λέγει δὲ περὶ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν, εὔδηλον.

κθ'. ΜΕΤΕΣΤΡΕΨΕ ΤΑ ΥΔΑΤΑ ΑΥΤΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ ὄψεως ἀπάτη ἦν τὸ γινόμενον, καὶ μὴ τὴν οὐσίαν μετέβαλεν, οὐκ ἂν ἀπέθανον οἱ ἰχθύες. νῦν δὲ ἡ περὶ τῶν νηχομένων τελευτὴ μαρτυρεῖ τῇ τοῦ πράγματος ἀληθείᾳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ εἶπε τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὰ ὕδατα· ἐπειδὴ πᾶσαν ὕδατος συναγωγὴν οὐ μόνον τὴν ἐν ποταμοῖς καὶ λίμναις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ξύλοις καὶ λίθοις εἰς αἷμα μεταβέβληκεν· ἀφ' ὧν καὶ οἱ ἰχθύες τῆς φύσεως τῶν ὑδάτων ἀλλοιωθείσης ἀπέθνησκον.

λ'. ΕΞΕΙΡΨΕΝ Η ΓΗ ΑΥΤΩΝ ΒΑΤΡΑΧΟΥΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ μὴν πανταχοῦ διέτρεχον οἱ βάτραχοι ἕρποντες. ἀλλὰ τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἐμνημόνευσεν, ὥστε δηλῶσαι τὸ τοῦ θαύματος μέγεθος· ὅτι μηδὲ πλῆθος οἰκετῶν ἢ στρατιωτῶν, ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοῖς βασιλείοις διάγειν, ἀποσοβῆσαι τοὺς βατράχους ἴσχυσε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες Θεοῦ δύναμιν ἄφατον, πῶς διὰ τῶν μικρῶν πλήττει. τί γὰρ βατράχου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον; Καλῶς δὲ ὁ προφήτης αὐτοὺς ἠσφαλίσατο λέγων· Εἶπε, καὶ ἦλθε κυνόμυια· πανταχοῦ δηλῶν Ἰουδαίοις, ὅτι οὐ Μωσέως οὐδὲ Ἀαρὼν ἦν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐκείνοις Θεοῦ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅρα δὲ πάλιν, οὐδαμοῦ φύσεως ἀκολουθίαν ἐν ταῖς πληγαῖς φαινομένην· χαλάζης γὰρ φαινομένης καὶ πῦρ ἐν τῷ

μέσῳ

Digitized by Google

μέσῳ διέλαμπε, καὶ ἐναντίαι συνῆσαν οὐσίαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μόνον, φησὶ, τὸ ὕδωρ εἰς χάλαζαν μεταβαλὼν συνέπηξεν, ἀλλὰ καὶ πῦρ ἐπήγαγεν ἐξ αὐτοῦ, ἢ συνέπλεξεν αὐτό. ἑκάτερον γὰρ πολλὴν τὴν κατὰ τῶν στοιχείων ἐξουσίαν τοῦ θαυματουργοῦντος συνίστησιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα διαφόρους τὰς τιμωρίας γινομένας, καὶ ἑκάστην διὰ φιλανθρωπίας. καὶ γὰρ τὸ τοῦτο στρατόπεδον τῶν ἀκρίδων ἐπὶ τὰ ξύλα τὴν πληγὴν ἀφίησι· κατέφαγε γάρ, φησι, πάντα τὸν καρπὸν ἐν τῇ γῇ αὐτῶν· πόρρωθεν τοῦ Θεοῦ τὴν πανωλεθρίαν ἀνατέλλοντος, καὶ οὐ βουλομένου καταδῦσαι πελάγη. εἰ γὰρ καὶ βάρβαροι ἦσαν, οὐκ ἀπολέσαι, ἀλλὰ μεταβαλεῖν ἤθελεν· διὰ τοῦτο δὲ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς πλήττει, τὸ σκληρὸν αὐτῶν μαλάξαι θέλων.

λϛ'. ΚΑΙ ΕΠΑΤΑΞΕ ΠΑΝ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πᾶν πρωτότοκον εἰπὼν, τὰς δύο πληγὰς τὰς ἐπὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων γενομένας παρέστησε. καλῶς δὲ πόνου παντὸς ἐκάλεσεν ἀπαρχὴν τὰ πρωτότοκα. εἰ γὰρ καὶ ὑστέρα πληγὴ ἐγένετο, ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτῇ πλέον ἐπλήγησαν· καὶ ὥσπερ ἀνακεφαλαίωσις αὐτοῖς τῶν ἄλλων μαστίγων ἐγένετο. Ὁμοῦ δὲ καὶ αἰνίττεται, ὡς ἡ πληγὴ αὕτη ἀνταπόδοσις ἦν τῆς τῶν Ἰσραηλιτικῶν βρεφῶν ἀναιρέσεως, ἥντινα ἀπαρχὴν ἐπιβουλῆς κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Φαραὼ ἐνεδείξατο.

λζ'. ΚΑΙ ΕΞΗΓΑΓΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΝ ΑΡΓΥΡΙΩ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ ἀδικῶν τοὺς Αἰγυπτίους· (Θεοῦ γὰρ ἑτέρους εὐεργετεῖν ἑτέρων ἀδικουμένων ἀνάξιον·) ἀλλ' ὅταν σκυλεῦσαι αὐτοὺς τοῖς Ἰουδαίοις ἐνετέλλετο, τὸν μισθὸν ὅνπερ αὐτοῖς τῆς πλινθοποιΐας ἐπωφείλον εἰσεπράττετο.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πρὸς τῇ σωτηρίᾳ τῇ δοθείσῃ καὶ τὴν εὐπορίαν λέγει τὴν ἐκ Θεοῦ δυνάμεως, ἣ τοὺς Αἰγυπτίους ἐπηγάγετο παρασχεῖν αἰτοῦσι τοῖς ἐξιέναι τῆς χώρας μέλλουσι πολλά τε καὶ πολυτελῆ. μέγα δὲ, καὶ τὸ ἐκ χώρας τὰ χείριστα παθούσης, ἀπαθεῖς ἀπαλλάττεσθαι, μέχρι ἑνὸς τῶν Ἰουδαίων πάθει τινὶ νοσήματος μὴ περιπεσόντων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ὁ Θεὸς προστάττει τῷ λαῷ διὰ Μωσέως, σκυλεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους ὡς νενικημένους, καὶ μισθὸν παρ' αὐτῶν εἰσπράξασθαι τῆς μακροχρονίου δουλείας, ἧς αὐτοὺς κατεδουλώσαντο.

dio eluxit, & contrariæ naturæ conuenerunt.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Non solùm, inquit, aquam in grandinem commutando condensauit, verùm etiam ex ea ignem eduxit, vel cum ea connexuit. Vtrumque enim demonstrat magnam miraculorum opificis in elementa potestatem.

De plaga locustarum.

CHRYSOSTOMI. Obserua pœnas diuersimodè, & quidem singulas clementer irrogatas. Etenim exercitus ille locustarum lignis plagam intulit; siquidem, inquit, *comedit omnem fructum in terra eorum*; Deo nimirum de longè totalem interitum oriri faciente, & nolente simul maria confundi. Etsi enim barbari essent, non tamen illos perdi, sed conuerti cupiebat; quocircà sensim ac paulatim ipsos plectit, duritiam ipsorum emolliri desiderans.

De plaga primogenitorum.

36. ET PERCVSSIT OMNE PRIMOGENITVM.] HESYCHII. Cùm dixit *primogenitum*, duas plagas pecoribus & hominibus irrogatas demonstrauit. Pulchrè autem primogenita omnis laboris primitias appellauit. Etsi enim hæc plaga fuerit posterior, illâ tamen maximè perculsi fuerunt; & quasi ceterorum flagellorum compendium quoddam ijs extitit. Quin simul etiam insinuatur, quomodo hæc plaga fuerit quædam retributio necis Israëlitarum pueris illatæ, quam Pharao velut primitias insidiarum contra Iudæos exhibuit.

Quam iustè Israëlita Ægyptios spoliauerint.

37. ET EDVXIT EOS IN ARGENTO.] HESYCHII. Non inferens iniuriam Ægyptijs: (indignum enim Deo cum iniuria aliorum alijs beneficia conferre:) sed dum illos à Iudæis spoliari præcipit, mercedem ipsis pro laterum fabricatione debitum retribuit.

APOLINARII. Ad salutem datam etiam adijcit diuinæ virtutis abundantiam, quâ induxit Ægyptios vt regionem egressuris multa valdeque pretiosa postulantibus præberent. Ceterùm hoc quoque magnum, quod è regione pessimè affecta illæsos liberauit, ita vt ne vnus quidem Iudæorum in morbum aliquem inciderit.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Deus per Moysem populo præcipit, vt Ægyptios tamquam victos spoliarent, & ab ipsis diuturnæ seruitutis, quâ ijs seruiuerant, mercedem exigerent.

ET

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quanto miraculo Israëlitæ incolumes seruati sint.

ET NON ERAT IN TRIBVBVS EORVM INFIRMVS.] EVSEBII CÆSARIENSIS. Hoc enim erat multò maximè admirandum, quòd post tantum laborem, post laterum coctionem, post tantam miseriam tantaque flagra, ne vnicus quidem esset infirmus, idque tantis plagis Ægypto illatis. Hoc vtique naturæ quoque ordinem transcendit.

HESYCHII. Hoc vtique manifestum est argumentum, Dei manum fuisse quæ Israëlem ex Ægypto eduxit. Quomodo enim inter tot millia nemo ægrotasset; idque cùm pessimè haberentur, & quotidianis laboribus affligerentur?

38. LÆTATA EST ÆGYPTVS IN PROFECTIONE.] HESYCHII. Deo nimirum tantam rerum mutationem largiente, vt qui priùs ipsos vi detinebant, hortarentur & vrgerent discessum. Quapropter inimicorum vis nil nobis curanda est, quando Deum habemus defensorem.

De columna nubis & ignis.

39. EXPANDIT NVBEM IN PROTECTIONEM.] CHRYSOSTOMI. Vt vtrimque doceantur, quam ob causam inimici eorum puniti sint, & cur ipsi maiorem quàm merebantur prouidentiam fuerint consecuti. Vidistíne vitam felicem? Vidistín' opus admirabile ac prodigiosum? Vidistíne creaturam suffragantem? Quando Sol interdiu vexabat calidiorem radium emittens, nubes ipsis pro tecto existebat: quando autem nox erat, columna tenebras dissipabat, simul & lux ipsis & dux existens.

EVSEBII. Postquam Ægyptiorum flagella recensuisset, consequenter transit ad beneficia Israëli collata; simul & nos admonens vt morem Ægyptium fugiamus, ne in pares plagas incidamus: rogemus verò vt simus partis Dei, cui beneficia sua præstitit: simul etiam commemorans quibus Dei mirabilibus digni habiti sint Iudæi, in reprehensionem quidem morum ipsorum, excusationem verò posterioris eorum repulsæ.

De pluuia coturnicum.

40. PETIERVNT, ET VENIT COTVRNIX.] CHRYSOSTOMI. Atqui talia erant quæ ad cibum pertinebant, & multum prodigij simul & deliciarum continebant. Siquidem mare carnes præbebat, & cælum manna suppeditabat. *Panem* enim, inquit, *cæli dedit eis.* Tam poculenta quam esculenta etiam omnia vo-

ΚΑΙ ΟΥΚ ΗΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΦΥΛΑΙΣ ΑΥΤΩΝ Ο ΑΣΘΕΝΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Τὸ γὰρ πολλῷ παραδοξότερον τοῦτο ἦν, ὅτι μετὰ τὸν πόνον, μετὰ τὴν πλινθείαν, μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν καὶ τὰς μάστιγας, οὐδὲ εἷς ἦν ἀσθενῶν, καὶ τοῦτο τοσούτων πληγῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθεισῶν. τοῦτο καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς τὴν ἀκολουθίαν ὑπερέβαινεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀπόδειξις σαφὴς ὅτι, χεὶρ θεοῦ ὑπῆρχεν ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἰσραὴλ ἐξάγουσα. πῶς γὰρ ἐν τοσαύταις μυριάσιν οὐδεὶς ἀσθενεῖν ἔμελλε· καὶ ταῦτα κακῶς αὐτῶν πασχόντων, καὶ ταλαιπωρουμένων τοῖς ἔργοις ὁσημέραι;

λή. ΕΥΦΡΑΝΘΗ ΑΙΓΥΠΤΟΣ ΕΝ ΤΗ ΕΞΟΔΩ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοσαύτην τοῦ θεοῦ μεταβολὴν δεδωκότος τοῖς πράγμασιν, ὥστε τοὺς πρότερον πρὸς βίαν κατέχοντας αὐτοὺς, παρακαλεῖν ἀπᾶραι καὶ κατεπείγειν. διόπερ οὐδὲν τῆς δυνάμεως τῶν ἐχθρῶν ὅταν ἔχωμεν ὑπερμαχοῦντα, τὸν θεὸν φροντίζειν ὀφείλομεν.

λθ'. ΔΙΕΠΕΤΑΣΕ ΝΕΦΕΛΗΝ ΕΙΣ ΣΚΕΠΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἵνα ἑκατέρωθεν παιδεύωνται, δι' ὧν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐκολάσθησαν, καὶ δι' ὧν αὐτοὶ μειζόνως ἢ κατ' ἀξίαν ἀπολαύουσι τῆς προνοίας. εἶδες ἀπαλαίπωρον βίον; εἶδες ἔργον θαυμαστὸν καὶ παράδοξον; εἶδες τὴν κτίσιν ὑπηρετουμένην; ὅτε ἥλιος ἐλύπει μεθ' ἡμέραν θερμοτέραν ἀφιεὶς τὴν ἀκτῖνα, ἀντὶ στέγης αὐτοῖς ἡ νεφέλη ἐγίνετο· ὅτε δὲ νὺξ ἦν, ὁ στύλος τὸ σκότος διεσκέδαζεν, ὁμοῦ καὶ φῶς αὐτοῖς καὶ χειραγωγὸς γινόμενος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διελθὼν τὰς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων μάστιγας, ἀκολούθως μεταβαίνει ἐπὶ τὰς γενομένας τῷ Ἰσραὴλ εὐεργεσίας· ὁμοῦ μὲν καὶ ἡμᾶς προτρέπων φεύγειν τὸν Αἰγύπτιον τρόπον, ὡς ἂν μὴ τοῖς ἴσοις περιπέσοιμεν· εὔχεσθαι δὲ εἶναι τῆς μερίδος τοῦ θεοῦ, ἣ παρεῖχε τὰς ἐξ αὐτοῦ εὐεργεσίας· ὁμοῦ καὶ ὧν ἠξιώθησαν παραδόξων θεοῦ οἱ ἐκ περιτομῆς μνημονεύων, εἰς ἔλεγχον μὲν τοῦ αὐτῶν ἐκείνων τρόπου, ἀπολογίαν δὲ τῆς μετὰ ταῦτα αὐτῶν ἀποβολῆς.

μ'. ΗΤΗΣΑΝ, ΚΑΙ ΗΛΘΕΝ ΟΡΤΥΓΟΜΗΤΡΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τὰ τῆς τροφῆς τοιαῦτα ἦν, πολύ τε καὶ παράδοξον ἔχοντα καὶ τρυφὴν ὁμοίως. ὅτε γὰρ θάλαττα τὰ κρέα παρεῖχεν, ὅτε οὐρανὸς τὸ μάννα ἐδίδου. Καὶ ἄρτον γάρ, φησιν, οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία καὶ πάντα φανὴν

νὴν

τὴν ἦφίει, τὸν δημιουργὸν ἀνακηρύττοντα· καὶ δι' ὧν ἐτρέφοντο, διὰ τούτων ἐπαιδεύοντο. τί ταύτης εὐκολώτερον τῆς διδασκαλίας;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὸ *μάννα* λέγει οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρος (ὅνπερ οὐρανὸν ἡ θεία γραφὴ πολλάκις προσαγορεύει.) φερόμενον, ἅμα δὲ καὶ ὡς εἰκόνα τοῦ οὐρανίου ἄρτου τοῦ δοθέντος ἐν μυστηρίῳ τῇ Ἐκκλησίᾳ φέροντα.

μα'. ΔΙΕΡΡΗΞΕ ΠΕΤΡΑΝ, ΚΑΙ ΕΡΡΥΗΣΑΝ ΥΔΑΤΑ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ ἄρα τὸ ὑπάρχον ὕδωρ ἐν τῇ πέτρᾳ ἡ πληγὴ τῆς ῥάβδου καὶ ἡ ῥῆξις ἐπήγαγεν· ἀλλὰ τὰ τοῦ θεοῦ προστάγματα καὶ ῥαγῆναι τὴν πέτραν ὑπὸ τῆς ῥάβδου, καὶ ὕδωρ ῥεῦσαι ὃ πρότερον οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ παρεσκεύασε. τοῦτο γὰρ ὁ προφήτης μαρτυρούμενος, ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί, ἐξεβόησεν· ἵνα τῆς γῆς ἐκείνης τὸ ξηρὸν ἄνικμον καὶ ἄγονον τῶν ὑδάτων ἐνδείξῃ. ταῦτα δὲ τίνος ἐθαυματουργεῖτο χάριν; Ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ἀπεναντίας τὸ θαῦμα, πάλιν ἐν Αἰγύπτῳ μὲν τὸ ὕδωρ μεταβαλλόμενον, ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐκ ὄντων γενόμενον; Τί δέ ἐστιν, ἐν ἀνύδροις ποταμοί; οὐχ ὅτι οἱ ποταμοὶ ἄνυδροι ἦσαν (πῶς γὰρ ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον;) ἀλλ' ὅτι ἐν ἀνύδροις χωρίοις, ἔνθα οὐδὲ νοτίδα ἐστὶν εὑρεῖν, πηγαὶ ἐξερρήγνυντο ποταμοὺς ἀποκρίνουσαι. Οὐ γὰρ δὴ πρὸς χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς φιλοτιμίαν αὐτοῖς πάντα ἐγίνετο.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐν ἀνύδρῳ γὰρ γῇ καὶ νοτίδος ἐστερημένῃ, ποταμοὺς ἀναβλύσαι προσέταξε. ποταμοὺς δὲ καλεῖ τῶν ἀναδοθέντων ὑδάτων ἐκ τῆς πέτρας τοὺς ὀχετούς.

μβ'. ΟΤΙ ΕΜΝΗΣΘΗ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο λέγει, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι διὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν ταῦτα συνέβαινε, καὶ ἀπονοίας αὐτοῖς ἀφορμὴ γένηται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ὁ Μωσῆς δὲ ἐν δευτερονομίῳ πρὸς αὐτούς φησι, Μὴ εἴπῃς διὰ τὰς δικαιοσύνας μου ἐξήγαγέ με κύριος ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἀλλὰ διὰ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν.

μγ'. ΚΑΙ ΕΞΗΓΑΓΕ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΑΓΑΛΛΙΑΣΕΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἕκαστον γὰρ τῶν γινομένων εἰς θαῦμα μέγιστον ἦν, καὶ πολλὴν εἶχε τὴν παραδοξοποιΐαν· τὸ ἀπαλλαγῆναι

cem emittebant, quæ Creatorem deprædicabat: & per quæ nutriebantur; per eadem quoque erudiebantur. Quid hac disciplina facilius?

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Manna dicit quod non ex ipsomet cælo, sed ex aëre supra caput nostrum existente (quem Scriptura diuina sæpè cælum appellat) deferebatur, & simul etiam imaginem referebat panis illius cælestis qui Ecclesiæ datus est in Sacramento.

De manna lapsu.

41. DIRVPIT PETRAM, ET FLVXERVNT AQVÆ.] HESYCHII. Haud vtique aquam in petra existentem virgæ percussio & petræ scissio produxit; sed mandata Dei tam petram ipsam à virga findi, quàm aquam in ipsa prius minimè existentem effluere fecit. Hoc enim Propheta testatus exclamauit, *Transierunt in siccis flumina:* vt terræ illius ariditas & siccitas sterilitasque aquarum innueretur. Hæc autem miracula cur contigerunt? *Quoniam memor fuit verbi sancti sui.*

De petra fluente aquis.

CHRYSOSTOMI. Vidistin' iterum'e diuerso miraculum, in Ægypto quidem aquam immutatam, hîc verò de nihilo productam? Quid porrò sibi vult istud, *In siccis flumina?* Non quòd fluuij sicci forent (quomodo enim hoc locum habeat?) sed quòd in locis inaquosis, vbi ne humor quidem reperiri potest, reconditi fontes flumina scaturierint. Non solùm enim ad necessitatem, sed etiam ad voluptatem ipsis omnia eueniebant.

THEODORETI. In terra enim inaquosa & humore priuata, vt flumina scaturirent imperauit. Flumina autem vocat aquarum è petra riuos.

42. QVONIAM MEMOR FVIT VERBI SANCTI SVI.] CHRYSOSTOMI. Hoc dicit, ne existimarent id propter meritum ipsorum accidisse, & sic ipsis superbiendi occasio præberetur.

EVSEBII. Sed & Moyses ad ipsos in Deuteronomio ait, *Ne dicas, Propter iustitias meas eduxit me Dominus de terra Ægypti, sed propter iusiurandum quod iurauit Dominus patribus nostris.*

Deut. 9, 4.

43. ET EDVXIT POPVLVM SVVM IN EXVLTATIONE.] EVSEBII. Singula enim quæ contigerunt maxima erant miracula, & magna prodigia continebant; vt quòd

CATENA PATRVM.

cum voluptate, Ægyptijs etiam vrgentibus, quòd cum omni rerum affluentia, quòd in mera sanitate liberarentur.

44. ET DEDIT EIS REGIONES GENTIVM.] EIVSDEM. Non solùm à pristinis liberauit, sed etiam res aliorum ijs tradidit, nequaquam ipsos laborare sinens.

THEODORETI. Hoc autem fecit, & illos iustè puniendo, & proprias promissiones confirmando.

Cur Deus tot beneficia præstiterit Israëlitis.

EVSEBII. Hæc promiserat, quia custodiuerant iustificationes eius. Talis enim est Deus, faciens misericordiam in millibus diligentibus eum. His autem illorum posteris tanta præstitit & largitus est, adhortans eos & incitans ad custodiendas iustificationes eius, & exquirendam legem ipsius. Ceterùm quia tantis gratijs dignati prædicta minimè seruarunt, idcircò sublata est ab ipsis gratia, & non tantùm terram perdiderunt, verùm etiam à Deo exciderunt, ac Gentium & inimicorum suorum serui facti sunt.

45. VT CVSTODIANT IVSTIFICATIONES.] CHRYSOSTOMI. Quæ porrò sunt istæ? vtique pietas, philosophia & animæ puritas. Talem ab ipsis mercedem exigit, quæ rursus ad eos redeat qui illam pendunt.

HESYCHII. *Et legem eius exquirant,* scilicet Euangelium. Quorsum enim quærerent id quod absolutè habebant? Itaque alterum omnino testamentum insinuat.

μεθ' ἡδονῆς, τῶν αἰθέντων ἐκείνων, τὸ μετ' εὐπορίας ἁπάσης, τὸ ἐν ὑγείᾳ καθαρᾷ.

μδ'. ΚΑΙ ΕΔΩΚΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΧΩΡΑΣ ΕΘΝΩΝ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν προτέρων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἔδωκεν αὐτοῖς, οὐδαμοῦ πονεῖν συγχωρῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο δὲ ἐποίησε, κἀκείνους κολάσας ἐνδίκως, καὶ τὰς οἰκείας ἐμπεδώσας ἐπαγγελίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα ἐπηγγείλατο, ἐπειδὴ ἐφύλαξαν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. τούτοις δὲ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις τὰ τοσαῦτα παρέχει καὶ ἐχαρίσατο, προτρέπων αὐτοὺς καὶ παρορμῶν εἰς τὸ φυλάττειν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητεῖν. Ἀλλ' ὅτι τῶν τοσούτων ἠξιωμένοι οὐκ ἐφύλαξαν τὰ εἰρημένα, τὸ τηνικαῦτα ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ χάρις, καὶ οὐ μόνον τὴν γῆν ἀπολώλεσαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ ἐκπεπτώκασι, δοῦλοι τε τῶν ἐθνῶν καὶ πολεμίων γεγόνασιν.

με'. ΟΠΩΣ ΑΝ ΦΥΛΑΞΩΣΙ ΤΑ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστιν; εὐσέβεια, φιλοσοφία, καὶ τὸ τὴν ψυχὴν ἐκκαθᾶραι. τοιοῦτον αὐτοὺς ἀπαιτεῖ τὸν μισθὸν, πάλιν εἰς αὐτοὺς μεταβαίνοντα τοὺς καταβάλλοντας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσι, δηλονότι τὸ εὐαγγέλιον. τί γὰρ ἔμελλον ζητεῖν ὅπερ ἅπαξ εἶχον; οὐκοῦν τὴν διαθήκην πάντως τὴν δευτέραν αἰνίττεται.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS huius Psalmi est *Alleluia.* Nota, apud Hebræos hanc vocem non poni in principio huius, sed in fine Psalmi præcedentis; vti passim alibi in fine Psalmorum hanc vocem subiungere solent: Septuaginta tamen semper ponunt in titulo; vnde verosimile est, ipsos in suis Codicibus Hebraicis ita reperisse. Certè S. Augustinus monet in Præfatione Psalmi sequentis, celeberrimam Ecclesiæ consuetudinem habere, vt *Alleluia* ponatur in titulo Psalmorum potiùs quàm in fine, vtpote Inuitatorium ad Deum laudandum.

1. *Et inuocate nomen eius.*] Græcè ἐπικαλεῖσθε: pro quo Symmachus apud Theodoretum dixit κηρύσσετε, *prædicate:* idem Eusebius testatur alium interpretem dixisse: Καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, *Et inuocate in nomine eius.*

3. *Laudamini.*] Eusebius & Theodoretus pro ἐπαινεῖσθε tradunt Aquilam dixisse καυχᾶσθε, *gloriamini;* vt sensus sit: Magnum honorem & gloriam existimate, quòd de eius nomine vos appellemini, serui scilicet & populus Dei. Acquieuit verò huic monito maximus ille Imperator Iustinianus, qui in lege 1. Cod. de Officio Prætoris Africæ, Christi seruum, & quidem vltimum, gloriosè se appellat.

Gloria est esse seruum Dei.

4. *Quærite faciem eius semper.*] Vbi sic D. Augustinus: *Si semper, inquit, quæritur, quando inuenietur? An semper dixit in tota ista vita quâ hic viuitur, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit fides, sed adhuc eum quærit spes; charitas autem & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per speciem.* Et paulò pòst ait: *Hoc est quærere faciem eius semper, vt non huic inquisitioni, quâ significatur amor, finem præstet inuentio, sed crescente amore inquisitio crescat inuenti: & est sine fine quærendus, quia sine fine est amandus.* Hæc ille; insinuans Deum quærendum esse sine fine non tantùm

Deus semper quærendus in hac vita.

Digitized by Google

tantùm quoad durationem totius vitæ sine termino, sed etiam quoad intensionem & conatum; qui quotidie deberet esse vehementior sine limite; & quoad opera, per quæ quæritur, quæ in dies deberent esse meliora; sicut & Christus Dominus, qui *cùm dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Hæc autem omnia præstat ardens charitas, cuius propensio, vt docet D. Thomas 2.2.q.24. a. 7. est in statu viæ in infinitum sine termino crescere; & quò magis amat, eò magis cupit amare, & Deum quærere, eique ampliùs vniri; & suismet actibus & desiderijs roboratur, vt ampliùs Deum inueniat, & ei adhæreat. Quod sic confirmat S. Bernardus Serm 84. in Cant. explicans eadem Psalmistæ verba, *Quærite faciem eius semper: Existimo,* inquit, *quia nec cùm inuentus fuerit cessabitur à quærendo. Non pedum passibus quæritur Deus, sed desiderijs. Et vtique non extundit desiderium sanctum felix inuentio, sed extendit. Numquid consummatio gaudij consummatio desiderij est? Oleum magis est illi: nam ipsum flamma est. Adimplebitur lætitiâ, sed desiderij non erit finis, ac per hoc nec quærendi.* Sic ille. Fauet quod ait diuina Sapientia: *Qui edunt me adhuc esurient; qui bibunt me adhuc sitient.* Nam quod de summo Deo inuenitur adeò pulchrum est & suaue, vt non fastidium generet, sed potiùs famem & sitim excitet. Vnde & de ipsis Beatis Deo fruentibus dicitur: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Ita igitur quærendus est Deus, ac si numquam satis inueniatur. Vt enim non cessat quærere, qui non inuenit id quod valdè desiderat; ita qui Deum quærit, & spiritualem vtilitatem inuestigat, numquam debet ab hac inquisitione satiari.

Ioan. 3, 2. — Eccli. 24, 29. — 1. Pet. 1, 12.

Reges & Sacerdotes minimè tangendi aut violandi.

15. *Nolite tangere Christos meos.*] Sic appellans Reges ac Sacerdotes: illos enim vocare solet Christos suos, quos hîc per diuinum Cantorem tangi vetat. Est enim eorum vis ac dignitas participatio quædam summæ amplitudinis propriæ Christi summi & authentici Pontificis ac Regis, & radius quidam excellentissimæ maiestatis; sic vt contemni sacrorum hominum munus ordoque nequeat, nisi pariter Dei numen violetur. Eiusdem rationis est illa orbi admiranda & gloriosa denuntiatio: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Quo dicto nihil cogitari potest magnificentius ad honorem illustrandum, quo Principes ac Sacerdotes prosequi oporteat: nam quæ hominibus præcipuo in honore sunt & amore, ea dici oculis chariora solent, aut non minùs quàm oculi pretiosa.

Zach. 2.

Ioseph per seruitutem peruenit ad Regnum.

17. *In seruum venumdatus est Ioseph,* &c.] Eleganter hunc locum expendit Baëza noster lib. 11. cap. 4. §. 7. sic dicens: Præclarè qui in Regem & Iudicem creabatur permissus est agere personam serui, personam subditi, imò personam rei, quamuis fictitij. Sed expende, quòd hic talis non solùm ad Principatum assumitur, sed & fit Principum ac Iudicum Magister. Cur non solùm fit Princeps & Gubernator, sed & Gubernatorum Magister? Rationem deinde insinuat, nimirum: *Vt erudiret Principes eius sicut semetipsum:* quia ipse solus in se habebat totum, quod bonus Princeps & Gubernator debebat habere: nimirum qui seruitutem & subiectionem nouerat, qui iudicium etiam perpessus fuerat. Ideò fit ergo Ioseph Magister Iudicum & Gubernatorum, vt illos erudiret sicut seipsum, sicut ipse eruditus est & excultus per subiectionem & durorum dominorum tolerantiam. Id quod explicatiùs ponit Genebrardus; dum pro *erudiret* explicat ipse ex alijs interpretibus, *vt vinciret*, propriè *alligaret sicut semetipsum.* Quasi Iosephi promotio ad Regnum per subiectionem, per durissimorum iugorum tolerantiam optimum esset magisterium creandis Iudicibus & Præfectis. Quò etiam spectat illud Psalmi: *Erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore.* Ille enim perfectus Iudex existit, qui etiam in subditorum numero fuit computatus, & nouit vnus è subditis & timere Dominum, & capere correptionem.

Ioseph Magister Iudicum & Gubernatorum.

ANNOTATIONES CONGERII.

Psal. 2.

Ioseph quibus laborum gradibus ad Regnum ascenderit.

Mirum sanè quàm asperam & difficilem viam strauerit olim Deus Iosepho ad Principatum, nunc à fratribus denudato & in cisternam veterem coniecto, nunc Ismaëlitis vendito & in Ægyptum relegato, nunc in carcerem incluso & ferreis compedibus constricto; *Donec afferret illi sceptrum Regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant.* Scilicet per hos laborum gradus certissimus ad honores aditus aperitur. Obserua verò quomodo in singulis calamitatibus singulos ad gloriam gradus fabricauerit. Pharao enim Iosephum ornaturus, *Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manus eius; vestiuitque eum stolâ byssinâ, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum.* At cur tam multa vni præmia cumulauit, nisi vt singula singulis laboribus, quos subierat, responderent? Nam, vt benè Rupertus lib. 8. in Gen. cap. 40. *Pro compedibus,* inquit, *in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem aureum suscepit; pro pallio, quo in manu adultera relicto nudus effugit, stolâ byssinâ Deo iudice indutus est; pro serui nomine, regium gestat annulum; & pro carceris humilitate, super altum sedet imperij currum.* Addo, vt omnia omnibus respondeant, pro illo probro, quo à fratribus in contemptum *Somniator* dictus est, factum à Deo esse, vt in immensum laudis cumulum à Pharaone *Saluator mundi* diceretur. Tam feliciter labores honoribus præludunt.

Gen. 37, 23. — Ibid. v. 28. — Gen. 39, 20. — Sap. 10, 14.

Singulæ calamitates singuli ad gloriam gradus.

Gen. 41, 42.

Præmia laboribus paria.

Gen. 41, 45.

Iosephi anima illæsa ferrum transijt.

18. *Ferrum pertransijt anima eius.*] Græcè est ἡ ψυχὴ αὐτοῦ; Latini tamen *animam* vertunt. Theodoretus, Hoc quidem, inquit, Symmachus ita dixit, Εἰς σίδηρον ἦλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, *In ferrum venit anima eius:* id est, Μέχρι σφαγῆς ἐκινδύνευσεν, *Vsque ad cædem est periclitatus.* Vbi obserua, vt anima, iuxta Septuaginta, in casu nominandi posita diuidat potiùs ipsum ferrum, quàm ab ipso ferro diuidatur: & proinde anima indiuisa nullo doloris sensu crucietur. Quò allusit D. Ambrosius libro de Interpellatione Dauid: *Non scindatur,* inquit, *ferro anima tua; sed vt anima Ioseph, ita anima tua per ferrum pertranseat.* Vide, vt delicatus iuuenis, multis vinculis prægrauatus, nihil doloris patiatur, dum amoris æstu placidissimo fouetur. Atque hoc est ferrea vincula pertransijsse animam Iosephi; quasi vltrò ambierit, & arcano virtutis impetu affectauerit ferrea vincula: scilicet Iosephus traditus in carcerem, vbi vincti Regis seruabantur, ibi inuenit tantam gratiam apud carceris Præfectum, vt tamquam Præfecti minister præesset vinctis,

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

vinctis, qui in Regia custodia tenebantur: saltem cùm Præfecti vicarias vices obibat, ipse non erat ferreis vinculis compeditus. At tunc pius & innoxius iuuenis tantam vinculorum æstimationem habuit, sic ambiebat catenarum gloriam, vt in ferrum venerit anima eius. Ita nimirum altè de vinculorum gloria censebat Iosephus, moribus præmaturè Christianus, apud quos tanto in pretio habetur vinculorum gloriosa perpessio, vt etiam regio cultu & supplici veneratione olim Sanctorum adhuc in carceribus degentium vincula colerentur. Vnde Tertullianus lib. 2. ad Vxorem cap. 4. adhortans feminas ne viro Ethnico nubant, hanc causam adnectit: *Quis* (nempe maritus Ethnicus) *in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur?* Moris enim fuit apud Christianos frequentare carceres, vbi asseruabantur Christi milites ad martyria destinati: neque tantùm exosculabantur viui martyris vincula, sed è genu venerabantur, & cernui reptantes religiosissimè adorabant futuri martyris compedes. Tantam enim ebiberant vincula sanctitatem à martyre adhuc viuente, & sub dubia perseuerantia ancipiti, vt etiam compedes eius, qui adhuc desciscere poterat, nec semel apostatabat, pij fideles cernuâ & reptanti adoratione catenas, quas vel tunc Angeli venerabantur. Qua de re lege Chrysostomum Hom. 8. in Epist. ad Ephesios & passim alibi de Pauli vinculis disserentem.

19. *Donec veniret verbum eius.*] Vbi nota illud *donec* explicandum esse de tempore quo in carcerem inclusus fuit, vsque ad tempus quo de carcere exiuit, & suum Pharaoni somnium explicauit: quod eo loco *verbum eius* seu *oraculum eius* appellatur. Hæc autem duratio duodecim circiter annos includebat, vt hoc loco Genebrardus & alij obseruant. Et nihilominùs tam diuturnum tempus breuissimum quemdam transitum appellauit dicens, *Ferrum pertransijt*; quia præ amoris magnitudine illa longissima duratio illi breuissima videbatur. Quo pacto & David: *Omnia*, inquit, *excelsa & fluctus tui super me transierunt*; quia, Interprete Hugone, labores suos tam facilè tolerabat, vt ei non stare, sed præterlabi viderentur. Sic & Iacobo septem anni seruitutis apud Labanum videbantur pauci dies præ amoris magnitudine.

Psal. 41, 8.

Gen. 29, 20.

IBIDEM. *Eloquium Domini inflammauit eum.*] Hinc gloriæ origo, hinc nobilitatis fons: quippe Iosephum non tam Rex quàm hæc verbi diuini flamma è carcere soluit, & Principem Ægypti constituit. de quo alibi idem Psalmista ait: *Ignitum eloquium tuum vehementer:* vtpote quod in anima flammas diuini amoris excitet. Postquam verò ignis charitatis omnem inordinatam affectionem sibi contrariam in mente nostra consumpsit, tunc liberè & efficaciter vim suam in illam, tamquam in materiam penitus subiectam, exercet. Liquefacit ergo perfectam animam, quam ante perfectionis aduentum duram & proteruam inuenerat. Si enim sola vox sponsi eam emollit; vnde sponsa ait, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est:* quidni ad vocem, id est ad internam inspirationem, non iam solam, sed caloris & ignis immissione comitatam ipsa liquescat, & ab omnibus imperfectionum vinculis absoluta, in libertatem

Quanta sit vis eloquij diuini.

Psal. 118.

Cant. 1.

transeat filiorum Dei, Deique Regnum euadat?

20. *Misit Rex, & soluit eum.*] Liberationem Ioseph splendidis verbis exornat, quia in re tam incredibili maximè euituit rara Dei virtus. Quid enim magis insolitum, quàm Regem potentissimum, hominem exterum è carcere accersere, quem toti Regno præficiat, & secundum à se gradum tenere iubeat? Vnde subdit:

21. *Constituit eum Dominum domus suæ.*] Historia hæc describitur in Genesi his verbis ipsis quibus ei Pharao hanc potestatem contulit dicens: *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm Regni solio te præcedam*, &c. vbi deinde memoratur, quàm latè Pharao Iosephum in omni sua ditione imperare voluerit. Hæc autem regia potestas ibidem ipsi collata dicitur ob singularem animi prudentiam, quâ ceteris longè omnibus præstabat. Constat enim hanc virtutem regium esse quiddam, atque dotem non modò pulcherrimam, verùm etiam necessariam eorum omnium qui alios sceptro, potentiâ & imperio gubernant. Itaque Aristoteles in Politicis lib. 3. cap. 4. ait prudentiam esse ἄρχοντος ἴδιον ἀρετὴν μόνην, id est, *illius qui præest solam virtutem propriam:* alias enim virtutes esse communes & imperantium & eorum qui ab alio gubernantur. Et lib. 6. Ethicorum cap. 11. dixit prudentiam esse ἐπιτακτικὴν, hoc est habere vim quamdam præcipiendi atque imperandi; cui propositus sit finis, quid agendum aut non agendum ostendere. Hinc in sacris quoque vatum prædictionibus, vbi multa symbolicè dicuntur, consilia nominantur Reges, quod ipsorum quodammodò Regum sint Reges, & gubernent eos qui alios potestate & auctoritate moderantur. Sic in arcanis Prouerbijs Salomon cùm disputat de fuga voluptatis, quæ inimica est consilio & rationi, *Ne dederis*, inquit, *mulieribus substantiam tuam & diuitias tuas ad delendos Reges*; hoc est, ad extinguenda animi consilia, quæ confici & exterminari libidine solent. Sic apud Danielem: *Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi:* in Hebræo pro *concilio* est מַלְכִּי *malchi*, hoc est, *Rex meus*. Quasi Prophetæ, qui doctores fuere sapientiæ, innuere voluissent, regalem esse prudentiam imperioque dignissimam. Quid enim aliud est Princeps sine consilio & prudentia quàm nauis sine gubernaculo, sine anima corpus, sine Sole mundus, exercitus sine Duce & Imperatore? Hoc non ignorans Pharao, diuino instinctus spiritu Iosephum reliquis Regni sui Principibus ac Magistratibus doctorem præfecit.

Gen. 41, 40.

Prudentia est virtus regia.

Prou. 31, 3.

Dan. 4, 24.

22. *Vt erudiret Principes*, &c.] Miratur Vates Regius diuinam in eo prouidentiam, quæ sanctum iuuenem eâ gratiâ in Ægyptum amandauerit, vt profanis scientijs nobiles & Principes Gymnasiorum erudiret, senesque doceret. Quod ab illo abundè est factum; & tum primùm maturitatem quamdam & absolutionem consecuta sunt, quæ Abrahamus ob temporis breuitatem rudia & inchoata reliquerat. Vnde nihil tunc dici potuit Ægyptijs in omni Philosophiæ parte limatius, nihil politius in omni genere humanitatis. Qui deinde præceptoris obliti, atque ingenio abutentes suo, ad magicas & impias artes vim animi sui contulerunt.

Ioseph Doctor Ægyptiorum.

23. Et

Digitized by Google

23. *Et venit Israël in Ægyptum.*] Non recitat totam historiam; sed tantùm ponit ante oculos Dei prouidentiam; nempe, postquam præmissus fuit Ioseph, qui patrem cum familia hospitio exciperet, tunc Iacob venisse in Ægyptum, rebus scilicet mirabiliter ordinatis, vt in gente superbissima, cùm omnes inediâ tabescerent, reperiret panis copiam. Vnde apparet, tarditatem Dei, quæ putatur, non aliò spectare, quàm vt optimâ occasione opus suum compleat.

24. *Et auxit populum suum vehementer.*] Atque hic est alius fauor Dei singularis erga populum suum, quo illum crescere fecit & multiplicari valde in Ægypto, quantumuis tyrannicè opprimeretur.

Quomodo Deus effecerit vt Ægyptij odirent Hebræos.

25. *Et conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.*] Idest, Conuertit Ægyptios, vt odirent Hebræos. Quid est conuertit? Impulítne Deus ad malum? Absit vt ex totius fonte bonitatis quidquam mali scaturiret. Quo pacto igitur conuertit cor Ægyptiorum in odium Hebræorum? Respondet S. Augustinus in hunc locum: *Non*, inquit, *illos malos faciendo, sed istis bona, quibus mali facillimè possent inuidere, largiendo incitasse dicitur ad odium.* Quasi istorum beneficia sint supplicia inuidorum. Vnde Isaias, postquam in se diuinum fauorem recognoscit dicens, *Ecce Dominus meus auxiliator meus: quis est qui condemnet me?* statim subdit, *Ecce omnes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos:* hoc est zelus & inuidia, vt Interlinealis exponit. Nam de alienis bonis inuidia generatur, quæ non minùs pectora quàm tinea vestimenta corrodit, iuxta illud D. Cypriani lib. de Zelo & liuore: *Qualis*, inquit, *est animi tinea, zelare in altero felicitatem; in malum proprium bona aliena conuertere; illustrium prosperitate torqueri; aliorum gloriam facere suam pœnam, & velut quosdam pectori suo admouere carnifices, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta maleuolentia vngulis pulsent.* Vbi etiam de hac re plura eleganter.

Isa. 50,9.

Inuidia est tinea cordis.

28. *Et non exacerbauerunt sermones eius.*] Quomodo S. Augustinus fatetur in duobus Codicibus se legisse, licet in Commentarijs suis sequendo vetus Psalterium particulam negatiuam omittat: sicut etiam omittit Editio Sixtina Septuaginta: in Cæsareis M. S. Codicibus antiquissimis tamen disertè additur; nec videtur omittenda, cùm etiam in Hebræo textu habeatur: & tunc refertur illud *non exacerbauerunt* ad Moysem & Aaron, qui Dei præceptis obediuerunt, quamuis eis minaretur grauia Rex potentissimus. In alijs Codicibus Græcis & apud Theodoretum legitur Ὅτι παρεπίκραναν, *Quoniam exacerbauerunt sermones eius.* Et tunc hæc verba referri debent ad Ægyptios, qui increduli fuerunt sermonibus Dei; & ob hoc dicuntur sermones eius exacerbasse sensu vt notat Euthymius improprio. Vulgata, *Et non exacerbauit sermones suos:* & tunc verbum refertur ad ipsum Deum: Aquila, Καὶ οὐ προσήρισαν, *Et non contenderunt:* Symmachus, Καὶ οὐκ ἠπείθησαν, *Et non fuerunt increduli.* Quæ omnia confirmant particulam negatiuam minimè omittendam esse: præterquam quòd Theodotion & Quinta editio expressè habeant, Καὶ οὐ παρεπίκραναν, *Et non exacerbauerunt.*

ANNOTATIONES CORDERII.

30. *Edidit terra eorum ranas.*] Græcè est ἐξῆρψεν vel ἐξῆρψαν: pro quo apud S. Hieronymum ad Suniam legitur ἐξέρψεν: & ipse interpretatur *ebulliuit:* S. Augustinus & Vetus Psalterium, *Et dedit terra eorum ranas:* Romanum, *Misit in terra eorum ranas.* Vbi obseruandum est, non solùm ad magnitudinem miraculi notanter dici, ipsammet terram aquaticas genuisse ranas (vt ex Apollinari annotant Interpretes;) sed emphaticè & in mysterio asseritur, eam ranarum plagam propriam regiæ aulæ rem esse: quapropter additur, *in penetralibus Regum ipsorum*, vt significetur ab ipsismet Regum siue Regiarum (Nicephorus enim & alij ex antiquis pro *Regum* legunt *Regiarum*) penetralibus vt natiuum fœtum & partum editas & procreatas fuisse. Verbum enim Græcum ἐξῆρψεν & Latinum *edidit* & Hebraicum שרץ *scharats* propriè denotant fœtum siue fructum, qui ex ipsismet visceribus funditur. Sic apud Columellam & Ciceronem campi herbas, arbores, frondes & fructus edere dicuntur; & apud Horatium, Mecœnas atauis editus Regibus; id est, ab ijs genitus & procreatus dicitur. Pulchrè autem Nyssenus lib. de Vita Moysis hanc plagam describens, per ranas homines peccatorum sordibus vndequaque commaculatos significari asserit ita scribens: *Sic pro ranarum quoque specie deformi atque loquaci, cui dubia vita (nam & aquaticum & terrestre id animal est:) cuius saltus repens, cuius aspectus turpissimus, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur: quòd domos lectulósque ipsaque penetralia Ægyptiorum sordidat, varios malitiæ corruptionisque fœtus, qui ex fœtido hominum corde quasi ex putrido limo nascuntur, intelligimus.* Sic ille.

Ranarum plaga qualis.

35. *Et comedit omne fœnum in terra eorum.*] Hæc absunt à Romano Psalterio, nec leguntur apud Theodoretum: Aquila, Καὶ ἔφαγον τὸν καρπὸν χθονὸς αὐτῶν, *Et comederunt fructus terræ eorum:* Symmachus, Καὶ ἐξέφαγον πᾶν γέννημα τῆς χώρας αὐτῶν, *Et exederunt omne germen regionis eorum:* Theodotion, Καὶ κατέφαγον τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν, *Et deuorauerunt fructum terræ eorum.*

37. *Et eduxit eos in argento & auro.*] Pro *in* in Latinis est *cum:* sed S. Ambrosius in his particulis *in* & *cum*, quas vocat syllabas, nullam esse discretionem ait, sed vtramque syllabam coniunctionis esse, & sæpè in Scripturis reperiri alteram interpositam, alteram intellectam; & locum præsentem adfert in exemplum. Hunc versiculum Eusebius Gallicanus exactè expendens, *Ecce*, inquit, *filios Israël inimica Ægyptus, mundi speciem præferens, dum incolitur affligit; dum relinquitur locupletauit.* Ita nimirum hæc vita dum incolitur affligit; dum relinquitur locupletat, & maximis bonis auget eos qui carnem suam mortificant, & crucifigunt cum concupiscentijs suis.

39. *Expandit nubem in protectionem eorum.*] Vel, vt vertit S. Ambrosius, *ad protegendum eos.* Vnde nubibus alæ tribuuntur, vt apud Chaldæum Paraphrastem in Cantica: *Alæ nubium gloriæ Dei.* Hanc nubem Vates purpureus rectè nominat *protectionem:* S. Hieronymus vertit ex Hebræo *tentorium*, alij *vmbraculum:* Para-

Cant. 2, 15.

Qualis fuerit nubes qua protexit Hebræos.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Paraphrastes Chaldæus, *Expandit*, inquit, *tentorium suum in nubibus tamquam velamen.* In libro Sapientiæ dicitur *velamentum diei*, in Græco σκέπη, operimentum, præsidium, munimen & tutela: & alibi vocat φιλότιμον ξενιτείας, *peropportunum & magnificum peregrinationis hospitium*; castris videlicet positis sub aurea nube veluti regio conopeo, intermicantibus leniter radijs vt argenteis bullis gemmeoque fulgore. Addit eamdem ipsam nubem exhibuisse Solem ἀβλαβῆ. Noster Interpres vertit *sine læsura*, hoc est innocuum, non æstu molestum, non caloris magnitudine grauem. Duæ etenim fuere nubes quæ armatas copias Israëlis comitabantur: vna in modum igneæ columnæ Angelorum manu figurata; quæ præuia dux erat longi & periculosi itineris, ordinesque antecedebat: altera super omnem exercitum latè intenta; quam Salomon ait legiones Hebræorum σκιάσαι, *obumbrasse*: eamdemque annos omninò quadraginta per deserti anfractus ab ardore Solis Dei populum defendisse produnt Hebræi. Cùm verò cum delectis equitibus Pharao & numerosa militum manu pia castra insequeretur, & Ægyptij crudelitatem anhelarent, nec animos cruoris sitientes aliâ ratione posse restinguere, nisi omnium internecione viderentur; Angelus nubem à castrorum principijs ad extrema deduxit, interque instructas Ægyptiorum copias atque Hebræorum expandit, sic vt hostium non modò vis atque ferrum, verùm etiam & aspectus arceretur. De qua nube hunc locum Dauidis intelligendum putat Bellarminus. Hæc eleganter Cresollius noster mysticè sacris hominibus accommodat: Protegunt, inquit, sanctissimi illi nostri Theori, salutis arbitri à Deo constituti, populum Christianum, & tuentur ab æstu grauium tentationum, ab incensæ libidinis calore, à flamma vitiorum: in aduersa fortuna, sæuo incendio capitibus imminente sunt tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani: contra furentes hostium impetus & nocendi cupiditatem Dei castra laterum suorum oppositu defendunt.

Sap. 10. Cap. 18. Sap. 19.

Viri sancti protegunt populum Christianum.

IN PSALMVM CV. ARGVMENTVM.

Alleluia.

In præcedenti quidem Psalmo diuina beneficia enarrauit; in hoc verò & beneficia commemorat, & eorum qui beneficijs affecti fuerant ingratitudinem accusat, & pœnas ipsis variè irrogatas docet. Formatus est autem ex persona hominum magis piorum communes calamitates deplorantium, & veniam consequi obsecrantium. Liceat verò etiam hunc dicere ex persona eorum qui in Babylonia versabantur, quasi Deo in memoriam reuocent, quomodo Patres ipsorum cùm maiora pluraque deliquissent, maiorem tamen consecuti sint clementiam: vnde ipsis quoque peccantibus exhibendæ sint miserationes. Nam postquam plagas patrum suorum commemorassent, ostendentes quam ob caussam horum meminissent, subiungunt: Saluos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de Gentibus. *Auspicantur autem à gratiarum actione: hæc enim conciliatrix est amplioris donationis. Ceterùm cùm aliàs inscriptio sit* Laudate Dominum, *docet eos qui à peccatis conuertuntur, vt ad Saluatorem tamquam ad medicum accedant, quasi per peccatorum confessionem animæ vulnera ostendentes.*

Ἀλληλούϊα.

Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ τὰς θείας διεξῆλθεν εὐεργεσίας· ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῶν εὐεργεσιῶν μέμνηται, καὶ τῆς τῶν εὐεργετηθέντων ἀγνωμοσύνης κατηγορεῖ, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς διαφόρους τιμωρίας διδάσκει. Ἐσχημάτισται δὲ ἐκ προσώπου τῶν εὐσεβεστέρων τὰς κοινὰς συμφορὰς ὀλοφυρομένων, καὶ φειδοῦς ἀξιούντων τυχεῖν. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Βαβυλῶνι τοῦτον εἰπεῖν, ὑπομιμνησκόντων τὸν Θεόν, ὡς καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν μείζονα ἁμαρτόντες καὶ πλείονα, φιλανθρωπίας ἔτυχον· ὅθεν χρὴ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπιδείξασθαι οἰκτιρμοὺς ἡμαρτηκότας. Μετὰ γὰρ τὸ διηγήσασθαι τὰς πληγὰς τῶν πατέρων, δεικνύντες οὗ ἕνεκα ἐμνήσθησαν τούτων, ἐπιφέρουσι· Σῶσον ἡμᾶς κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν. ἄρχονται δὲ ἐξ εὐχαριστίας· αὕτη γὰρ προτροπὴ γίνεται πλείονος παροχῆς. Καὶ ἄλλως δὲ ἐπιγραφὴ ἔχουσα τὸ αἰνεῖτε τὸν κύριον, διδάσκει τοὺς ἀπὸ ἁμαρτημάτων ἐπιστρέφοντας, καθάπερ ἰατρῷ προσιέναι τῷ σωτῆρι δεικνύντας, ὥσπερ τῇ ἐξομολογήσει τῶν πλημμελημάτων τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι εὐχαριστεῖτε αὐτῷ ὡς χρηστῷ, ἐπιφέρει·

β. Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ;

Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Καὶ τίς δύναται ἀξίως ἢ τοὺς χαριστηρίους ἀναπέμψαι ὕμνους, ἢ κατ' ἀκρίβειαν διηγήσασθαι τὴν τοσαύτην ἀγαθότητα;

γ. Μακάριοι, οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀξίως αὐτόν, φησιν, ἀνυμνεῖν οὐκ ἔστιν, ἐκεῖνοι μακαριστοὶ ὅσοι, δι' αὐτὸν τὰ τῆς δικαιοσύνης ἐπιτηδεύουσιν ἔργα.

δ. Μνήσθητι ἡμῶν κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου·

Δεόμεθά σου, φησὶν, ὥστε ἀπολαῦσαι τῆς χρηστότητος τῆς ἀρετῆς σου, ἧς ἀεὶ μετέδωκας τῷ λαῷ σου.

ε. Τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου· τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου.

Ὥστε καὶ ἡμᾶς, φησιν, ἀπολαῦσαι ὧν ἀπέλαυσε τὸ ἔθνος τὸ ἐκλεκτόν· ὥστε καὶ ἡμᾶς ἐνδόξους γενέσθαι, ὡς ἔνδοξος ἐγένετο ἡ κληρονομία σου.

ς. Ἡμάρτομεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν· ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν.

Οὐ μόνοι ἡμεῖς, φησιν, ἡμάρτομεν, ἀλλὰ καὶ οἱ πρόγονοι ἡμῶν· ὥστε εἰ μὴ σκοπὸν εἶχες καὶ ἐφ' ἡμῖν μακροθυμῆσαι, ἐξῆν σοι καὶ τοὺς πατέρας ἀνελεῖν, καὶ ἀπηλλάχθαι τοῦ καὶ ἡμῶν ἀνέχεσθαι. εἶτα λέγουσιν ὅσα ἐπλημμέλησαν οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ ὅπου, καὶ ὅπως. ἐπιφέρουσι γὰρ οὕτως·

1. CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in sæculũ misericordia eius.

Hortatur ad gratiarum actionem.

Deinde quoniam dixerat, Gratias agite illi tamquam bono, subiungit:

2. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?

Ac si diceret: Ecquis possit dignè vel gratiarum actionis hymnos offerre, vel exactè tantam bonitatem enarrare?

3. Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

Sed quoniam, inquit, ipsum dignè collaudare non possumus, illi omnino beati prædicandi, qui per ipsum iustitiæ opera perficiunt.

4. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:

Rogamus te, inquit, vt fruamur benignitate virtutis tuæ, quam semper communicasti populo tuo.

5. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ; * ad laudandum cum hereditate tua.

** Vulgata vt lauderis*

Vt, inquit, & nos consequamur ea quæ consecutum est genus electum; vt & nos illustres euadamus, sicut illustris euasit hereditas tua.

6. Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.

Narrat iniquitates patrum.

Non soli nos, inquit, peccauimus, sed etiam maiores nostri; ita vt nisi tibi propositum fuisset etiam nobiscum longanimiter agere, potuisses quoque parentes nostros è medio tollere, & liberari molestiã nos etiã euertendi. Deinde referũt quãta, & vbi, & quomodo parentes eorũ deliquerint. Sic enim subiungunt:

7. Pa-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

7. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Et irritauerunt ascendentes in * Mare rubrum.

* Vulgata addit Mare, Quanta fuerit Dei in iniquos clementia.

8. Et saluauit eos propter nomen suum; vt notam faceret potentiam suam.

Attamen, inquit, propter temetipsum tunc illos seruasti, & vt Ægyptijs potentia tua fieret manifesta.

9. Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in * abysso sicut in deserto.

* Vulgata abyssis

Non enim, inquit, incredulitas transitum maris ipsis impediuit, sed Dei bonitas euicit.

10. Et saluauit eos de manu * odientis: & redemit eos de manu inimici.

* Vulgata odientium:

Ægyptiorum, inquit, & Pharaonis.

11. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.

Non solùm autem, inquit, proprios seruauit, verùm etiam inimicos eorum exactè puniuit, ita vt non superesset qui calamitates nuntiaret.

12. Et crediderunt * verbo eius: & laudauerunt laudem eius.

* Vulgata verbis

Adeò autem, inquit, erat magnum & excellens miraculum, vt incredulorum incredulitas superaretur, & vel inuiti ipsi cõuerterentur ad hymnum miraculorũ auctori decantandum.

13. * Festinauerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.

* Vulgata Citò fecerunt, Quanta fuerit Israelitarum ingratitudo.

Tam velox igitur, inquit, apparebat obliuio miraculi, vt inter ipsos nullum miraculum factum fuisse videretur.

14. Et concupierunt concupiscentiam in deserto:

Dicit contradictionem illam ob aquam. vnde subiungit:

ζ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν Αἰγύπτῳ οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου· οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου.

Καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ.

Ἀλλ' ὅμως, φησὶ, διὰ σαυτὸν ἔσωσας αὐτοὺς τότε, καὶ ὥστε δήλην σου γενέσθαι τοῖς Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν.

θ. Καὶ ἐπετίμησε τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη· καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ.

Οὐδὲ γὰρ ἐκώλυσεν αὐτοῖς, φησι, τὴν διάβασιν τῆς θαλάσσης ἡ ἀπιστία, ἀλλ' ἐξενίκησεν ἡ τοῦ θεοῦ χρηστότης.

ι. Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισοῦντος· καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ.

Τῶν αἰγυπτίων, φησὶ, καὶ Φαραώ.

ια. Καὶ ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτούς· εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη.

Οὐ μόνον δέ, φησι, τοὺς οἰκείους ἔσωσε, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν εἰς ἀκρίβειαν ἐτιμωρήσατο, ὥστε μηδὲ τὸν ἀναγγέλλοντα τὰς συμφορὰς περιλειφθῆναι.

ιβ. Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ ᾔνεσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ.

Οὕτω δέ, φησιν, ἦν μέγα καὶ ὑπερβάλλον θαῦμα, ὥστε ἡττηθῆναι τῶν ἀπίστων τὴν ἀπιστίαν, τραπῆναι δὲ αὐτοὺς καὶ ἄκοντας εἰς ὕμνον τοῦ θαυματουργήσαντος.

ιγ. Ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ· καὶ οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ.

Οὕτω γοῦν, φησιν, ὀξεία ὤφθη τοῦ θαύματος ἡ λήθη, ὡς δοκεῖν παρ' αὐτοῖς μηδὲ γεγενῆσθαι τὸ θαῦμα.

ιδ. Καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ·

Τὴν ἀντιλογίαν λέγει τὴν ἐπὶ τοῦ ὕδατος. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ

Καὶ ἐπείρασαν τὸν θεὸν ἐν ἀνύδρῳ.

Ἀλλ᾽ ὅμως, φησὶν, ὁ θεὸς καὶ τοῦτο παρεῖδε τὸ πλημμέλημα· καὶ τί ἐποίησεν;

ιέ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν· ἐξαπέστειλεν πλησμονὴν εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν.

Ἀντὶ τοῦ, Δέδωκεν αὐτοῖς ὕδωρ εἰς πλῆθος, ὥστε τὴν περιττεύουσαν χύσιν ἀποτελεῖν ποταμούς.

ις. Καὶ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ, Ἀαρὼν τὸν ἅγιον κυρίου.

Ἄλλο λέγει πλημμέλημα, ἔνθα οἱ περὶ Κορὲ, καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν κατεξανέστησαν Μωσέως τε καὶ Ἀαρών. διὸ τοῦτο ἐπιφέρει·

ιζ. Ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν Δαθάν· καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών.

Ἀλλ᾽ ὅτε, φησὶ, προσθήκην εἰργάσαντο τοῦ κακοῦ τῇ ἱερωσύνῃ ἐπαναστάντες, τότε παράδοξον καὶ ὁ θεὸς ἐπεδείξατο τρόπον τιμωρίας καὶ ἀπωλείας. διέστη γάρ, φησιν, ἡ γῆ, καὶ ἴδεν τότε πρῶτον ὁ θάνατος ζῶντας ἀνθρώπους. ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς υἱοῖς Κορὲ τί ἐγένετο;

ιή. Καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· φλὸξ κατέφλεξεν ἁμαρτωλούς.

Πῦρ γὰρ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου μικροῦ πάντας κατανάλωσεν, εἰ μὴ Μωσέως ἡ προσευχὴ ὕδατος δίκην ἔσβεσε τὴν φλόγα.

ιθ. Καὶ ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρὴβ· καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ·

Ἄλλο πάλιν ἁμάρτημα λέγει χαλεπὸν, τὴν μοσχοποιΐαν. καὶ ἐπιφέρει·

κ. Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον.

Δόξαν αὐτῶν καλεῖ τὸν θεόν. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι τὸν θεὸν, τὴν δόξαν αὐτῶν, μετηλλάξαντο οὐδὲ μόσχου ζῶντος, ἀλλ᾽ ὁμοιώματος.

κά. Καὶ ἐπελάθοντο θεοῦ τοῦ

Et tentauerunt Deum in inaquoso.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Verumtamen, inquit, Deus etiam hoc delictum dissimulauit: & quid fecit?

15. Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.

Id est, Dedit eis aquam copiosam, ita vt eius superfluitas fluuium progigneret.

16. Et irritauerunt Moysem in castris, Aaron sanctum Domini.

Recenset aliud delictum, vbi Core, Dathan & Abiron insurrexerunt aduersus Moysem & Aaronem. quocircà subiungit:

17. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.

Punitio Dathan & Abiron.

Sed quando, inquit, malitiæ incrementum fecerunt Sacerdotio reluctantes, tunc Deus quoque prodigiosum supplicij atque interitus modum ostendit. Disrupta est, inquit, terra, & tunc primùm vidit mors homines viuentes. De ceteris porrò filijs Core quid factum est?

18. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

Ignis enim de altari egressus vix non omnes absumpsisset, nisi Moysis oratio adinstar aquæ flammam restinxisset.

19. Et fecerunt vitulum in * Choreb: & adorauerunt sculptile:

** Vulgata Horeb:*

Adoratio vituli.

Aliud rursus peccatum graue recenset, scilicet vituli fabricationem. & subdit:

20. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Gloriam eorum appellat Deum. Vult igitur dicere, quòd Deum, qui erat gloria ipsorum, commutauerint non pro viuo vitulo, sed vituli similitudine.

21. * Et obliti sunt Deum qui salua-

** Abest à Vulgata.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

saluauit eos, qui fecit magna in Ægypto,

22. Mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro.

Cepit autem, inquit, eos velox obliuio miraculorum in Ægypto & in mari patratorum.

23. Et dixit vt disperderet eos; si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius:

Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:

Propter Moysem Deus parcit populo.

Ceterùm, inquit, nisi Moyses oratione sententiam stitisset, nihil prohibuisset quo minùs simul omnes ipsi deleti fuissent.

24. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:

Intelligit Palæstinam, quam ipsis ostenderat, & se daturum promiserat.

Non crediderunt verbo eius,

25. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.

Et omnino, inquit, vbique mandatis diuinis inobedientes apparuerunt.

26. Et eleuauit manum suam super eos; vt prosterneret eos in deserto:

27. Et vt deijceret semen eorum in * Gentibus; & disspergeret eos in regionibus.

** Vulgata Nationibus;*

Sed numquam, inquit, hoc fecit propter semetipsum & propriam bonitatem: illi autem qui beneficium acceperant quid?

28. Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

Beelphegor quis.

Beelphegor aiunt Apollinem vocari; ab hoc autem idolo omnia etiam reliqua recenset.

29. Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis:

Et omnino, inquit, omne ipsorum institutum & actio erat irritatio & murmuratio aduersus Deum.

σώζοντος αὐτοὺς, τοῦ ποιήσαντος μεγάλα ἐν Αἰγύπτῳ,

κβ´. Θαυμάσια ἐν γῇ Χὰμ, φοβερὰ ἐπὶ θαλάσσης ἐρυθρᾶς.

Λήθη δὲ αὐτοὺς, φησὶ, ταχεῖα τῶν τε ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ κατεῖχεν ὀξεῖα.

κγ´. Καὶ εἶπεν τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς· εἰ μὴ Μωσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ ἔστη ἐν τῇ θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ·

Τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς·

Ἀλλ᾽ εἰ μὴ Μωσῆς, φησι, τὴν ἀπόφασιν ἔστησεν προσευχῇ, οὐδὲν ἐκώλυε τότε πάντας ἄρδην ἀφανισθῆναι αὐτούς.

κδ´. Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν·

Λέγει τὴν Παλαιστίνην ἣν αὐτοῖς ἔδειξε, καὶ δώσειν ὑπέσχετο.

Οὐκ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ,

κε´. Καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν· οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου.

Καὶ καθάπαξ, φησὶν, ἀπειθοῦντες τοῖς θείοις προστάγμασιν ἐφαίνοντο πανταχοῦ.

κϛ´. Καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτούς· τοῦ καταβαλεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ·

κζ´. Καὶ τοῦ καταβαλεῖν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ διασκορπίσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις.

Ἀλλ᾽ οὐκέτι, φησὶ, τοῦτο ἐποίησε δι᾽ ἑαυτὸν καὶ τὴν οἰκείαν χρηστότητα· οἱ δὲ τυχόντες τῆς εὐεργεσίας τί;

κη´. Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγὼρ· καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν.

Τὸν Βεελφεγὼρ φασι τὸν Ἀπόλλωνα λέγειν· ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ εἰδώλου καὶ τὰ λοιπὰ καταλέγει πάντα.

κθ´. Καὶ παρώξυναν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν·

Καὶ ὅλως, φησὶ, πᾶν αὐτῶν ἐπιτήδευμα καὶ πᾶσα πρᾶξις παροξυσμὸς ἦν καὶ ἀντιλογία τοῦ θεοῦ.

Καὶ

Digitized by Google

Καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτοῖς ἡ πτῶσις.

Ἐντεῦθεν, φησι, καὶ ὁ πολὺς αὐτῶν ἐγένετο φόνος ἐν τῇ ἐρήμῳ.

λ΄. Καὶ ἔστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο· καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.

Ἀλλ᾽ ὅμως, φησὶ, καὶ τότε τὴν ὀργὴν ἔθραυσεν ὁ Φινεὲς ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ θεοῦ.

λα΄. Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος.

Οὕτω γοῦν, φησιν, εὐδοκίμησεν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ πράξει Φινεὲς, ὥστε ἱερωσύνῃ μακρᾷ τιμηθῆναι ἀντὶ τοῦ δικαίου φόνου.

λβ΄. Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας· καὶ ἐκακώθη Μωσῆς δι᾽ αὐτούς·

λγ΄. Ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Ἀναλαμβάνει πάλιν τὴν ἀντιλογίαν κατὰ τὸ ὕδωρ, ἵνα καὶ τὴν Μωϋσέως διηγήσηται κακουχίαν, ἐπείπερ αὐτὸ παρέλιπεν ἐν ἀρχῇ.

Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ·

Ἄλλο πάλιν λέγει. προσέταξεν αὐτοὺς, φησι, μετὰ ταῦτα θεὸς ἀνελεῖν Ἀμαληκίτας καὶ Παλαιστινοὺς καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἐθνῶν παντελῶς.

λδ΄. Οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη, ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς.

Οἱ δέ, φησιν, οὐδὲ τοῦτο ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ ἐζήλωσαν τοὺς ἀπομείναντας ἐπὶ τῇ εἰδωλολατρείᾳ. ἐπάγει γὰρ οὕτως·

λε΄. Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν·

λς΄. Καὶ ἐδούλευσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν· καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον.

Ὅτι δὲ οὐκ ὠφέλησεν αὐτοὺς τὸ πρᾶγμα τὰ ἑξῆς μηνύει. ἐπάγει γάρ·

λζ΄. Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις.

λη΄. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον·

Et multiplicata eſt in eis ruina.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hinc, inquit, magna etiam eorum cædes facta eſt in deſerto.

30. Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio.

Phinees Deum placat.

Verumtamen, inquit, etiam tum iram infregit Phinees pro Deo zelans.

31. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam in generationem & generationem vſque in * ſæculum.

** Vulgata ſempiternum.*

Phinees igitur, inquit, ob iſtiuſmodi actum ita placuit, vt ob iuſtam cædem diuturno ſacerdotio honoratus ſit.

32. Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus eſt Moyſes propter eos:

De Moyſis irritatione.

33. Quia exacerbauerunt ſpiritum eius.

Reſumit iterùm murmurationem iuxta aquam, vt etiam Moyſis vexationem recenſeret, quandoquidem hoc in principio intermiſerat.

Et diſtinxit in labijs ſuis:

Aliud rurſum narrat. Poſteà, inquit, Deus ipſis præcepit, vt Amalecitas & Palæſtinos aliaſque Gentes penitus delerent.

34. Non diſperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis.

Ipſi verò, inquit, neque hoc fecerunt, ſed imitati ſunt eos qui in idololatria remanſerant. ſic enim ſubiungit:

35. Et commiſti ſunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum:

Iſraëlitæ Gentibus mixti ad idola deficiunt.

36. Seruiuerunt ſculptilibus eorum: & factum eſt illis in ſcandalum.

Porrò hanc rem ipſis minimè profuiſſe ſequentia inſinuant. ſubiungit enim:

37. Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs.

38. Et effuderunt ſanguinem innocen-

PARAPHRASIS ANONYMI.

nocentem; sanguinem filiorum suorum & filiarũ suarum, quas sacrificauerũt sculptilibus Chanaan.

Dicit idolis in Palæstina.

Et * interfecta est terra in sanguinibus;

* Vulgata infecta

39. Et contaminata est in operibus eorum:

Quodammodò autem, inquit, terram etiam quam calcabant contaminarunt: tanta innoxij sanguinis effusio supra illá ferebatur.

Et fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et absolutè, inquit, à nullo idolorum cultu abstinuerunt.

40. Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.

41. Et tradidit eos in manus * inimicorum: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

* Vulgata Gentium:

Odientes nunc vocat omnes finitimos, quibus seruiuerunt sub Iudicibus.

42. Et tribulauerunt eos inimici eorum; & humiliati sunt sub manibus eorum:

Verumtamen, inquit, rebus hisce sic se habentibus, Dominus Deus dona sua non subtraxit. vnde subdit:

43. Sæpè liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo:

Consilium eorum appellat ingratitudinem.

Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Ob hanc, inquit, causam iterùm postquam liberati fuerunt traditi sunt & humiliati propter peccata sua: & quid egit Dominus Deus?

44. Et vidit Dominus cùm tribularentur; * cùm exaudiret orationem eorum.

* Vulgata & audiuit

45. Et memor fuit testamenti

αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν.

Τοῖς εἰδώλοις λέγει τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ.

Καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι·

λθʹ. Καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν·

Τρόπον δέ τινά, φησι, καὶ τὴν γῆν ἣν ἐπάτουν ἐμίαναν· τοσαύτη χύσις αἱμάτων ἀθώου ἐφέρετο ἐπ' αὐτῆς.

Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.

Καὶ καθάπαξ, φησὶν, οὐδεμίας ἀπείχοντο εἰδωλολατρείας.

μʹ. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

μαʹ. Καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν· καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτούς.

Μισοῦντας νῦν λέγει τοὺς περιοίκους ἅπαντας, οἷς ἐδούλευσαν ἐπὶ τῶν κριτῶν.

μβʹ. Καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν· καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν·

Καὶ ὅμως, φησὶ, τούτων τοιούτων ὄντων, ὁ δεσπότης θεὸς τὰ ἑαυτοῦ οὐκ ἀπεκώλυσεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

μγʹ. Πλεονάκις ἐρρύσατο αὐτούς.

Αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν·

Βουλὴν αὐτῶν τὴν ἀγνωμοσύνην καλεῖ.

Καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν.

Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, φησὶ, πάλιν μετὰ τὸ ῥυσθῆναι παρεδίδοντο καὶ ἐταπεινοῦντο διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ τί ὁ δεσπότης θεός;

μδʹ. Καὶ εἶδε κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς· ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν.

μεʹ. Καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ·

Digitized by Google

αὐτοῦ· καὶ μετεμελήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ.

μϛ'. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμοὺς ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς.

Ἀλλ' ὅμως, φησὶ, τοσούτων κακῶν καὶ τηλικούτων ὄντων τὸ μέγεθος τῶν παρὰ Ἰουδαίοις, αὐτὸς ἑαυτὸν μιμησάμενος ὁ θεὸς, μεμνημένος τε τῆς διαθήκης τῆς πρὸς τοὺς προγόνους, δι' ἧς ὑπέσχετο ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἐγείρειν σωτῆρα τῇ οἰκουμένῃ· ἀπήλλαττεν αὐτοὺς πάσης αἰχμαλωσίας, καὶ οἰκτιρμοῖς παρεδίδου, καὶ ταῦτα ἐναντιουμένων τῶν θλιβόντων αὐτούς. Ἐπειδὴ οὖν, φησι, τὰ τῶν προγόνων τοιαῦτα, καὶ τὰ σὰ δέσποτα οὕτως ἥμερα καὶ φιλάνθρωπα, βούλευσαι καὶ περὶ ἡμᾶς τὰ ὅμοια, μὴ ταῖς ἡμετέραις προσέχων ἁμαρτίαις, ἀλλὰ τοῖς σοῖς οἰκτιρμοῖς. ἐπισυνάγει γὰρ ἐνταῦθα τοῦ παντὸς ψαλμοῦ τὸν σκοπὸν, καὶ φησί·

μζ'. Σῶσον ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν·

Καὶ ἡμᾶς οὖν, φησι, δέσποτα Βαβυλωνίων ἀπάλλαξον· οὐδέπω γὰρ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα τῶν προγονικῶν ἁμαρτημάτων παρηλλαγμένα, οὐδὲ τῶν σῶν οἰκτιρμῶν ἐπέκεινα.

Τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ· τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου.

Οὐ μόνον δέ, φησιν, εὐχάριστοι, ἀλλὰ καὶ σεμνότητα ἡμῶν λοιπὸν ἡγούμεθα, τὸ ὑμνεῖν σε καὶ δοξάζειν· καὶ ταύταις κεχρημένοι ταῖς φωναῖς οὐκ ἂν διαλείπωμεν, φησι· ποίαις ταύταις;

μή. Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος· καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· γένοιτο, γένοιτο.

ſui: & pœnituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

46. Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos.

Attamen, inquit, cùm apud Iudæos talium tantorumque eſſet malorum magnitudo, Deus ipſe ſemetipſum æmulatus, & memor teſtamenti maioribus dati, quo ſe è genere ipſorum mundi Saluatorem ſuſcitaturum promiſerat; ipſos ab omni captiuitate liberauit, & miſerationibus cumulauit, idque repugnantibus ijs qui ipſos affligebant. Cùm igitur, inquit, res maiorum noſtrorum ita ſe habuerint, res verò tuæ tam clementes & benignæ, circa nos etiam ſimilia cogita, non attendens peccatis noſtris, ſed tuis miſerationibus. Hîc enim totius Pſalmi ſcopum ſubiungit, & ait:

Dei clementia Iſraelitarum malitiam ſuperabat.

47. Saluos nos fac Domine Deus noſter: & congrega nos de * Gentibus:

* *Vulgata* Nationibus:

Nos igitur, inquit, Domine à Babylonijs libera: nequaquam enim delicta noſtra à maiorum noſtrorum peccatis diuerſa ſunt, neque miſerationes tuas ſuperant.

Vt confiteamur nomini ſancto tuo; * vt gloriemur in laude tua.

* *Vulgata* &

Non ſolùm autem, inquit, grati ſumus, verùm etiam ſplendorem noſtrum arbitramur, ſi deinceps te laudemus & glorificemus; atque hiſce vocibus vſi nequaquam, inquit, deficiamus: qualibus iſtis?

48. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo & vſque in ſæculum: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΟΤΙ ΧΡΗΣΤΟΣ.] Τὸ χρηστὸν προβαλλόμενος τοῦ κυρίου ἐπὶ ἐξομολόγησιν προτρέπεται ἡμᾶς.

1. CONFITEMINI DOMINO QVONIAM BONVS.] Propoſitâ Domini benignitate ad confeſſionem nos adhortatur. Paratus eſt,

Dei benignitas confeſſionem exigit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

est, inquit, misericordiam impendere pœnitentibus, cùm sciat res præsentis sæculi opus habere misericordiâ, vtpote mortales & caducas. Deinde cùm docuisset, quomodo diuinorum miraculorum enarratio humanam naturam excedat, subiungit: *Quis loquetur potentias Domini?* ac si diceret: Verùm quis possit condignè tantam bonitatem explicare? Quælibet enim actio Domini laudis plena est. Vel fortassis potentiæ quidem miracula, gratiæ verò curationum laudes eius continent; quandoquidem ea quæ supra naturam mortalem facit potentiæ Domini sunt. Ceterùm, inquit, cùm ipsum dignè celebrare nequeamus, illi beati sunt, qui per ipsum iustitiæ opera faciunt. Talium enim vita est hymnus Deo: siquidem hi soli digni sunt vt potentias Domini enarrent, qui cum iudicio & ratione cuncta peragunt: hi enim etiam sunt qui faciunt iustitiam. Alius autem legit, *Qui faciunt misericordiam.* Nam hæc duo sunt obseruatio mandatorum Domini: quandoquidem misericordia hominem secundùm Deum insignit. Cùm huc vsque exordium fecisset, hoc modo inchoat obsecrationem.

Iustorum vita est hymnus Deo.

4. MEMENTO NOSTRI DOMINE IN BENEPLACITO.] Obsecramus, inquit, vt nouæ Gentis lætitiam participemus, & benignitati ipsi impensæ communicemus, quam tibi placitam fecisti in dilecto Filio tuo decernens saluare populum tuum. Christus enim est salutare Dei, iuxta illud, *Videbit omnis caro salutare Dei. Visitauit* enim *nos oriens ex alto.* Quibus adeptis facti sumus electi, & lætati sumus laudandi in hereditate tua.

Christus est salutare Dei.
Lucæ 3, 6.
Luc. 1, 78.

6. PECCAVIMVS CVM PATRIBVS.] Non soli, inquit, peccauimus, sed etiam maiores nostri, ita vt, nisi nobiscum etiam longanimiter agere statuisses, potuisses etiam patres nostros è medio tollere. Vel id quod superiùs faciendum monuerat, ipse nunc confitens facit. Deinde subiungunt, qualia quantaque patres peccauerint. Primum, inquit, ex quo inde ab Ægypto ipsis prospicere cœpisti, exinde etiam ipsi delinquere cœperunt. Secundum, inquit, beneficium in Mari rubro secundum quoque ipsis delictum extitit. Dixerunt enim non esse monumenta in Ægypto. Atta-

Dei misericordia semper peccatis potior fuit.

ἑτοιμός ἐστι, φησὶ, τοῖς μετανοοῦσι πρὸς ἔλεον, εἰδὼς ὡς ἐλέου δεῖται τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος, οἷα δὴ θνητὰ καὶ ἐπίκηρα. εἶτα διδάσκων, ὡς ὑπερβάλλει τῶν θείων θαυμάτων ἡ διήγησις τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ἐπάγει· Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου; ὡσεὶ ἔλεγεν· ἀλλὰ τίς δυνήσεται ἀξίως τὴν τοσαύτην ἀγαθότητα διηγήσασθαι; Ἑκάστη γὰρ πρᾶξις τοῦ κυρίου αἰνέσεως γέμει. ἢ τάχα αἱ μὲν δυναστεῖαι τὰ θαυμάσια περιέχουσι, τὰ δὲ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ· ὅσα γὰρ ὑπὲρ φύσιν θνητὴν ποιεῖ δυναστεῖαι κυρίου εἰσίν. Ἀλλ' ἐπεί, φησι, τὸ ὑμνεῖν αὐτὸν ἀξίως οὐκ ἔστιν, ἐκεῖνοι μακάριοι, ὅσοι δι' αὐτὸν τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα ἐπιτηδεύουσι. γίνεται γὰρ ὁ τούτων βίος ὕμνος τῷ θεῷ· οὗτοι γὰρ μόνοι ἄξιοι τὰς δυναστείας λαλεῖν τοῦ κυρίου, οἱ κρίσει πάντα ποιοῦντες καὶ λελογισμένως. οὗτοι γὰρ καὶ ποιηταὶ δικαιοσύνης εἰσίν. Ἕτερος δὲ, ποιοῦντες ἐλεημοσύνην. Τὰ γὰρ δύο ταῦτα ἡ φυλακὴ τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου· καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐλεημοσύνη τὸν κατὰ θεὸν ἄνθρωπον χαρακτηρίζει. προοιμιασάμενος ἄχρι τούτου, τῆς δεήσεως ἄρχεται οὕτως.

δ'. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΕ ΕΝ ΤΗ ΕΥΔΟΚΙΑ.] Ἀντιβολοῦμεν, φησι, τῆς τοῦ νέου σου ἔθνους μεταλαχεῖν εὐφροσύνης, καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἐκείνης παρεχομένης χρηστότητος, ἣν εὐδόκησας ἐν τῷ ἀγαπητῷ σου υἱῷ κρίνας σῶσαι τὸν ἑαυτοῦ λαόν. ὁ Χριστὸς γάρ ἐστι τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, κατὰ τὸ, Ὄψεται πᾶσα σάρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. ἐπεσκέψατο γὰρ ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. ὧν τυχόντες γεγόναμεν ἐκλεκτοὶ, καὶ εὐφράνθημεν ἐπαινούμενοι ἐν τῇ κληρονομίᾳ σου.

ϛ'. ΗΜΑΡΤΟΜΕΝ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.] Οὐ μόνοι ἡμάρτομεν, φησιν, ἀλλὰ καὶ οἱ πρόγονοι, ὥστε, εἰ μὴ σκοπὸν εἶχες ἐφ' ἡμῖν μακροθυμῆσαι, ἐξῆν σοι καὶ τοὺς πατέρας ἀνελεῖν. ἢ ὅπερ ἄνω ποιεῖν προσέταξατο, αὐτὸς νῦν ἐξομολογούμενος ποιεῖ. εἶτα ἐπιλέγουσιν, ὅσα καὶ ὁποῖα ἐπλημμέλησαν οἱ πατέρες. πρῶτον, φησιν, ἀφ' οὗ προνοεῖν αὐτῶν ἤρξω ἀπ' Αἰγύπτου, ἐκεῖθεν κἀκεῖνοι τῆς παρανομίας ἤρξαντο. δευτέρα, φησὶν, εὐεργεσία ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ δεύτερον ἐκείνοις τὸ παρανόμημα. ἔλεγον γὰρ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ. ἀλλ'

ὅμως

Digitized by Google

ὅμως ἔσωσας αὐτοὺς τότε, ὡς δήλην γενέσθαι σου τὴν ἰσχύν· καὶ οὐκ ἐκώλυσεν αὐτοῖς τὴν διάβασιν ἡ ἀπιστία. εἶξε γὰρ ἐπιτιμηθεῖσα ἡ θάλασσα, καὶ ὑπεχώρησε, καὶ οὕτως αὐτοῖς εὐχερῆ παρέσχε τὴν δίοδον, ὡς ἐν ἱππηλάτῳ ἐρήμῳ, ἔνθα μηδὲν ἐστιν ἐμπόδιον. Ἐκ χειρὸς δὲ μισοῦντος, καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, τοῦ Φαραὼ λέγει καὶ τῶν Αἰγυπτίων. καὶ οὐ μόνον, φησὶ, τοὺς οἰκείους ἔσωσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς λυποῦντας ὑποβρυχίους ἐποίησεν, ὡς μηδένα περιλειφθῆναι τῆς συμφορᾶς ἄγγελον.

ιβʹ. Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ.] Οὕτως ἦν, φησιν, ὑπερβάλλον τὸ θαῦμα, ὡς ἡττηθῆναι αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν, καὶ ἄκοντας εἰς ὕμνον τοῦ θαυματουργήσαντος τραπῆναι, καὶ ᾆσαι τὴν θαυμαστὴν αἴνεσιν ἐκείνην τό· Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, καὶ ἑξῆς. καὶ σημαίνων ὅτι καὶ ἄκοντες αὐτὸν ἀνευφήμησαν, ἐπιφέρει· Ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ. Οὕτω, φησὶν, ὀξεῖα ὤφθη τοῦ θαύματος ἡ λήθη, ὡς δοκεῖν μηδὲ γεγενῆσθαι. τίς ἡ ἀπόδειξις; ἠβουλήθη, φησὶ, δοκιμάσαι αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰ ἐκ τῶν προλαβόντων θαυμάτων μέγα τί ἐκ τοῦ θεοῦ προσδοκήσουσιν. οἱ δὲ τὴν δοκιμασίαν καθάπαξ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν. λέγει δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀντιλογίαν. ὅθεν ἐπιφέρει· καὶ ἐπείρασαν τὸν θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. ἰστέον δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἤρξατο θαυμάτων. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῷ οζʹ ψαλμῷ πεποίηκεν. ὁ δὲ, καὶ τοῦτό φησι παριδὼν τὸ πλημμέλημα, τί ἐποίησε; παρέσχεν αὐτοῖς τὸ αἰτηθέν. ἀντὶ τοῦ· δέδωκεν αὐτοῖς ὕδωρ εἰς πλῆθος, ὥστε τὸ περιττὸν ποταμὸν ἐκτελεῖν. ἢ αἴτημα τὴν ἐπιθυμίαν εἶπεν· οὐ γὰρ ᾔτησαν, ἀλλὰ κατελάλησαν.

ιϛʹ. Καὶ παρώργισαν τὸν Μωσῆν.] Ἄλλο λέγει πλημμέλημα, ἔνθα οἱ περὶ Κορὲ, καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν κατεξανέστησαν Μωσέως καὶ Ἀαρών. διὸ ἐπιφέρει· ἠνοίχθη ἡ γῆ. ἀλλ' ὅτε, φησὶ, προσθήκην εἰργάσαντο τοῦ κακοῦ τῇ ἱερωσύνῃ ἐπαναστάντες· Μωσῆν μὲν παρώργισαν οἱ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼμ εἰπόντες, Μὴ Μωσεῖ μόνῳ ἐλάλησεν ὁ θεός; τὸν δὲ Ἀαρὼν Κορὲ καὶ ἡ συναγωγὴ αὐτοῦ, ὅτε πῦρ ἀλλότριον προσαγαγεῖν ἐτόλμησαν παράδοξον. καὶ ὁ θεὸς τιμωρίας τρόπον ἐπεδείξατο· διέσχισε γὰρ ἡ γῆ, καὶ εἶδε τότε πρῶτον

men tunc seruauisti eos, vt manifesta fieret potentia tua: & incredulitas ipsis transitum minimè præclusit. Cessit enim mare increpitum, & recessit, & hoc modo facilem ipsis transitum præbuit, tamquam in equitabili deserto, vbi nullum est impedimentum. *De manu* autem *odientis, & de manu inimicorum*, Pharaonis intelligit & Ægyptiorum. Et non solùm, inquit, proprios seruauit, sed etiam affligentes demersit, ita vt nullus residuus superesset nuncius calamitatis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

12. Et crediderunt verbo eius.] Tam eminens, inquit, erat miraculum, vt incredulitas ipsorum superaretur, & vel inuiti ad auctorem miraculi laudandum conuerterentur, & admirabilem illam laudem canerent: *Cantemus Domino; gloriosè enim glorificatus est*, &c. Et significans quòd etiam inuiti ipsum celebrauerint, subiungit: *Festinauerunt, obliti sunt operum eius*. Tam velox, inquit, miraculi illius obliuio apparuit, vt ne factum quidem fuisse videretur. vnde hoc patet? Voluit, inquit, probare ipsos in deserto; vtrùm ex præcedentibus miraculis magni quidpiam à Deo sperarent. Ipsi verò probationem omnino non sustinuerunt, sed concupierunt concupiscentiam. Intelligit autem contradictionem super aquâ. vnde subiungit: *Et tentauerunt Deum in inaquoso*. Sciendum verò quomodo à postremis miraculis inceperit. Hoc autem quoque fecit in Psalmo septuagesimo septimo. Ipse verò, postquam etiam hoc delictum dissimulasset, quid fecit? Præbuit eis quod petebant. id est: Dedit eis aquam in tanta copia, vt residuum illius fluuium conficeret. Vel petitionem dixit concupiscentiam: non enim petierunt, sed murmurarunt.

Narrat maiorum erga Dei beneficia ingratitudinem.

Exod. 15, 21.

16. Et irritaverunt Moysem.] Aliud delictum recenset, vbi hi qui erant cum Core, Dathan & Abiron insurrexeruut aduersus Moysem & Aaronem. Quocircà subiungit: *Aperta est terra*. Sed quando, inquit, malum auxerunt Sacerdotio reluctantes; illi quidem qui penes Dathan & Abiron erant Moysem irritarunt dicentes, *Numquid soli Moysi locutus est Deus?* Aaronem verò Core & congregatio ipsius, quando ignem alienum offerre præsumpserunt. Et Deus pœnę modum declarauit: siquidem terra disrupit, & tunc primum vidit

De interitu Core, Dathan & Abiron.

Num. 12, 2.

Num. 26, 61.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

vidit mors homines viuentes. Filijs autem Core quid accidit? *Et exarsit ignis in synagoga eorum.* Ignis enim de altari egressus fermè omnes absumpsit, nisi Moysis oratio instar aquæ flammam extinxisset. Nota autem quomodo nec in mari exacerbantes neque tentantes puniuerit is qui peccata dissimulat, sed potiùs petitionem ijs concesserit: quando verò Moysem irritarunt, tunc demum vltus fuit. Non enim vult seruos suos despici; sed vbi benignitatem exhibuerat ostendit etiam seueritatem: sed neque sic quidquam profuit. Hoc enim facinorum ipsorum enarratio declarat: *Fecerunt* enim, inquit, *vitulum in Choreb*; aliud rursus graue peccatum recensens, scilicet vituli fabricationem. Neque verò simplici ratione montis meminit, sed impietatis excessum edocens. In quo enim loco vniuersorum Dominus ipsis apparuerat, in eodem impietatem istam patrarunt. Hoc autem amentiæ est argumentum: quoniam id quod per artem humanam speciem suam accepisse conspexerant, huic diuinum cultum deferebant, habentes ex Ægypto Apidis imaginationem. Vnico igitur vitulo confecto, quasi de multis dixerunt: *Hi sunt Dij tui Israël.* Etiam alia sculptilia adorarunt, impio multorum Deorum cultui addicti. Mutauerunt autem gloriam suam, scilicet Dei. Vult enim dicere, ipsos Dei gloriam non cum viuo vitulo, sed cum eius similitudine commutasse, cuius exemplar fœno alitur. Cuius autem seruitus homini data est, quantò huius imago vilior existit? Aptè igitur insaniam ipsorum deplorauit.

Deus non vult seruos suos despici.

De vituli adoratione.

21. Et obliti svnt Devm.] Velox, inquit, omnium miraculorum in Ægypto & in mari patratorum obliuio ipsos cepit; quapropter etiam eorum exterminium decreuit. Et nisi Moyses oratione suâ sententiam stitisset, nil prohibuisset omnes aboleri: siquidem secundùm iustitiam & prænotionem vniuersæ malitiæ ipsorum erat terminus perditionis; sed secundùm benignitatem indulgentia salutis, quæ propter deprecantis sanctitatem concedebatur. Deinde inquit, *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*; aliud ipsorum crimen recensens. Intelligit autem Palæstinam, quam ipsis ostenderat, & daturum promiserat. Verùm ipsi etiam hanc contempse-

Moysis oratio auertit supplicium.

Multiplex Israëlitarum ingratitudo.

ὁ θάνατος ζῶντας ἀνθρώπους. ἐπὶ δὲ τοῖς υἱοῖς Κορὲ τί γέγονε; Καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. πῦρ γὰρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου μικροῦ πάντας ἀνάλωσεν, εἰ μὴ Μωσέως ἡ προσευχὴ ὕδατος δίκην τὴν φλόγα κατέσβεσε. Σημείωσαι δὲ ὡς οὔτε ἐν θαλάσσῃ παραπικράναντας οὔτε πειράσαντας μετῆλθεν ὁ παρορῶν ἁμαρτίας, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ αἴτημα δέδωκεν· ὅτε δὲ Μωϋσῆν παρώργισαν, τότε ἐπεξῆλθεν. Οὐ γὰρ βούλεται τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας καταφρονεῖσθαι, ἀλλὰ δείξας τὴν χρηστότητα δείκνυσι καὶ τὴν ἀποτομίαν· ἀλλὰ καὶ οὕτως οὐδὲν ὠφελήθη. τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ τῶν τετολμημένων ἐξήγησις· Ἐποίησαν γάρ, φησι, μόσχον ἐν Χωρήβ· ἄλλο πάλιν ἁμάρτημα λέγων, χαλεπὸν τὴν μοσχοποιΐαν. οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦ ὄρους ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀσεβείας διδάσκων ὑπερβολήν. ἐν ᾧ γὰρ ὤφθη αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων κύριος, ἐν τούτῳ τετολμήκασι τὴν ἀσέβειαν. παραπληξίας δὲ τοῦτο κατηγορία· ὃ γὰρ ἑώρων διὰ τέχνης ἀνθρωπίνης τὸ εἶδος δεξάμενον, τούτῳ τὸ θεῖον σέβας προσενήνοχαν, ἔχοντες ἐξ Αἰγύπτου φαντασίαν τοῦ Ἄπιδος. ἕνα γοῦν μόσχον πεποιηκότες, ὡς περὶ πολλῶν ἔλεγον· Οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραήλ. Καὶ ἑτέροις γλυπτοῖς προσεκύνησαν κεκρατημένοι, τῷ ἀσεβήματι τῆς πολυθεΐας. ἤλλαξαν δὲ τὴν δόξαν αὐτῶν, ἤτοι τοῦ θεοῦ. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι τοῦ θεοῦ τὴν δόξαν ἀντικατηλλάξαντο οὐδὲ μόσχου ζῶντος, ἀλλ' ὁμοιώματος, οὗ τὸ ἀρχέτυπον χόρτῳ ἐκτρέφεται. οὗ δὲ ἡ δουλεία ἀνθρώποις δέδοται, τούτου ἡ εἰκὼν πόσῳ ἀτελεστέρα; ἁρμοδίως οὖν τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἐτραγῴδησε.

κα'. Καὶ ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ.] Λήθη, φησίν, αὐτοὺς κατέσχε πάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὀξεῖα· διὸ καὶ ἀπεφήνατο τὴν αὐτῶν ἐξολόθρευσιν. Καὶ εἰ μὴ Μωσῆς τὴν ἀπόφασιν ἔστησε τῇ προσευχῇ, οὐδὲν ἐκώλυε πάντας ἀφανισθῆναι· κατὰ μὲν γὰρ τὸ δίκαιον καὶ τὴν πρόγνωσιν τῆς ὅλης αὐτῶν κακίας ἦν ὁ τῆς ἀπωλείας ὅρος· κατὰ δὲ τὸ φιλάνθρωπον ἡ τοῦ σωθῆναι συγχώρησις, διὰ τὴν ὁσιότητα γινομένη τοῦ πρεσβεύοντος. εἶτα ἐξουδένωσαν, φησι, γῆν ἐπιθυμητήν· ἄλλην αὐτῶν λέγων παρανομίαν. λέγει δὲ τὴν Παλαιστίνην, ἣν αὐτοῖς ἔδειξε, καὶ δώσειν ὑπέσχετο. οἱ δὲ καὶ ταύτην ἐξευτέλισαν,

λησαν, ὅτι οἱ κατάσκοποι ἐπανῆλθον, καὶ τὸν ἐπαγγειλάμενον ἀτονεῖν ἐνόμισαν, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν τοῦ λόγου αὐτοῦ, ἤτοι τῇ ἐπαγγελίᾳ. Καὶ γὰρ ἔμειναν, φησὶν, ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν γογγύζοντες, ὡς καλὸν ἦν αὐτοῖς ἐν Αἰγύπτῳ μᾶλλον ἢ ἐν ἐπαγγελίαις ἀδήλοις ἐκκρέμασθαι. ἡ δειλία γὰρ τὴν κατὰ πίστιν αὐτῶν ἀνεῖλεν ἐλπίδα, καὶ καθάπαξ ἀπειθοῦντες διέμενον.

κϛʹ. Και επηρε την χειρα αυτου.] Χεῖρα λέγων κολαστικὴν δύναμιν. ἐβουλήθη, φησὶν, αὐτοὺς ἐκδότους καὶ δούλους δοῦναι τοῖς ἔθνεσι, καὶ τῆς ἀπιστίας κατάλληλον τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν· ἀλλ' οὐκ ἐποίησε τοῦτο δι' οἰκείαν χρηστότητα. οἱ δὲ καὶ εὐεργετηθέντες τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθησαν, οἷον ἠκολαστήσαντο. οὐκ εἶπε δὲ τῆς εἰδωλολατρείας τὸ αἴτιον, ὅπερ ἦν ἡ πορνεία, δι' ἣν ἠσέβησαν· ᾗ συνῆπτο καὶ ἡ γαστριμαργία. τὸ δὲ ἀποτέλεσμα κατηγορεῖ, ἤτοι τὴν ἀσέβειαν· οὗ χάριν καὶ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν ἀλλοφύλων γυναικῶν ἐκώλυσεν ὁ νόμος. γυναικῶν γὰρ συμπάθεια καὶ πρὸς ἀσέβειαν οἶδε κινεῖν. Βεελφεγὼρ δὲ εἴδωλον ἦν Μαδιανιτῶν. ἦν δὲ ὁ Βάαλ ἐν τόπῳ Φεγώρ· ὃν Ἕλληνες Βὴλ ὀνομάζουσιν· ὃν φασιν εἶναι κρόνον. ἄλλοι δέ φησιν ὅτι Βεελφεγὼρ τὸν πρίαπον ἐκάλουν Ἕλληνες, μόριον αὐτῷ γεννητικὸν τῷ ὅλῳ ἰσομήκες σώματι περιποιοῦντες· εἰς ἔμφασιν οἱονεὶ τοῦ τῇ γενέσει τελεσφορεῖν τὰ φυόμενα. ἀπὸ δὲ τούτου καὶ τὰ λοιπὰ λέγει εἴδωλα· διὸ οὐκέτι εἶπε θυσίας νεκροῦ, ἀλλὰ νεκρῶν τῶν εἰδώλων· ἐπεὶ νεκρὰ καὶ ἀναίσθητα. Θυσίας δὲ λέγει, ἃς Ἕλληνές φασι χοὰς ἃς τοῖς νεκροῖς προσφέρειν εἰώθασιν. ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι δέ φησιν. ἀντὶ τοῦ· καὶ ὅλως φησί· πᾶν αὐτῶν ἐπιτήδευμα καὶ πᾶσα πρᾶξις παροξυσμὸς ἦν καὶ ἀντιλογία. Θεοῦ ἐπιτήδευμα γὰρ ἐνταῦθα τὸ ἐγχείρημα.

κθʹ. Και επληθυνθη εν αυτοις η πτωσις.] Ἀντὶ τοῦ· ἐντεῦθεν καὶ ὁ πολὺς αὐτῶν γέγονε φόνος, ὅτι ἐξεπόρνευσαν ἐπὶ τοῦ Βαλάκ. Ἀλλὰ καὶ τότε τὴν ὀργὴν ἔθραυσεν ὁ Φινεὲς, ἢ κατὰ Ἀκύλαν, ἐξευμενίσατο, ζηλώσας ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἑαλωκότας ἐκκεντήσας. τοσοῦτον ἰσχύει ἀνὴρ δίκαιος παρὰ θεῷ, κοινὴν πληγὴν ἀναστέλλων. τὴν θραῦσιν πληγὴν ὁ Σύμμα-

runt, quando exploratores rediuerant, & promissorem deficere existimarunt; *& non crediderunt verbo eius*, id est promissioni. Etenim, inquit, remanserant in tabernaculis suis murmurantes, quomodo præstitisset ipsos in Ægypto potiùs quàm incertis promissionibus suspendi. Ignauia enim secundùm fidem ipsorum spem abstulerat, & omnino immorigeri permanserunt.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

26. Et elevavit manvm svam.] Manum appellans vim vltricem. Volebat, inquit, ipsos Gentibus in seruitutem tradere, & consentaneam eorum incredulitati pœnam irrogare; sed non fecit hoc propter propriam bonitatem. Ipsi verò etiam beneficijs affecti Beelphegor sacrificarunt, prout libidinosè vixerant. Non dixit autem idololatriæ causam, quæ erat fornicatio, propter quam impiè se gesserant; cui etiam coniunctum erat ventris studium. Ceterùm ipsam consummationem incusat, scilicet impietatem; propter quam etiam lex vetabat cum alienigenis mulieribus commixtionem. Siquidem mulierum sympathia etiam ad impietatem permouere nouit. Beelphegor porrò erat idolum Madianitarum. Erat autem Baal in loco Phegor; quem Græci Bel appellant; quem tradunt esse Saturnum. Alij verò dicunt Græcos Beelphegor appellasse Priapum, attribuentes ipsi membrum genitale æqualis cum toto corpore proceritatis; vt quodammodò declararent ipsum per generationem perficere illa quæ gignuntur. Ab hoc autem etiam reliqua idola denominat: quapropter nequaquam dixit sacrificia mortui, sed mortuorum idolorum; quandoquidem mortua sunt & insensibilia. Sacrificia autem intelligit, quæ Græci libamina appellant mortuis offerri solita. Dicit autem *in adinuentionibus*. id est: q. d. Omne ipsorum institutum & omnis actio erat irritatio & contradictio Dei. Adinuentio enim hoc loco idem est quod conatus.

De Beelphegor idolo.

29. Et mvltiplicata est in eis rvina.] Id est: Hinc etiam copiosa ipsorum cædes extitit, quando fornicati sunt propter Balac. Verumtamen Phinees tunc quoque iram infregit, vel, secundùm Aquilam, placauit, pro Deo zelans, & reos extimulans. Tantum valet apud Deum vir iustus, vt plagam communem sistat. Quassationem Symma-

Phinees Deum placat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

De Moysis irritatione.

chus plagam dixit. Phinees igitur idcircò ita placuit, vt pro iusta cæde diuturno Sacerdotio fuerit honoratus. Ceterùm id quod in principio omiſerat denuo reſumit, ſcilicet murmurationem iuxtà aquam, quando Moyſes propter illos vexatus fuit, *& diſtinxit in labijs ſuis*; diſtinctionem labiorum ambiguum ſermonem appellans. Non ſilenter cum Deo egit ſicut in Mari rubro, ſed labia diſtinguens murmurationis & incredulitatis verba protulit dicens, *Numquid ex petra hac educam vobis aquam?* Cùm enim pro ſorore laborante populus cum magna perturbatione ingrueret, animo conſternatus, & illorum temulentiam cernens, indignatione triſtitiaque circumdatus, non cum ſolita tranquillitate diuino mandato obſecutus eſt: id eſt, minimè ambiguis verbis vſus eſt, ſed murmurauit, ſeditioſè labia diſtinguens: quapropter etiam illi Deus ingreſſum in terram promiſſam impediuit, non tam ipſum puniens quàm aliquid aliud diſpenſans; ne videlicet vt Deus haberetur, ſi introduxiſſet. vel vt ex ijs quæ Legiſlatori acciderant, ea quæ per legem præcepta ſunt temporaria eſſe appareret.

Num. 20, 10.

34. Non disperdiderunt Gentes.] Deus quidem earum commixtionem propter impietatis communionem prohibuerat, vt ſimul cum principio finem aboleret: ipſi verò neque Gentes impias exterminarunt, neque communicationem ipſarum euitarunt, ſed illis permixti prauum earum inſtitutum æmulati ſunt. Hanc autem rem minimè ipſis profuiſſe ſubiungit malitiæ colophonem enarrans, quòd etiam filios ſuos dæmonijs ſacrificauerint. Deo ſiquidem ne legitima quidem offerebant, dæmonibus verò etiam filios immolabant: dicit autem idolis Palæſtinæ. Et quodammodò, inquit, etiam terram quam calcabant contaminarunt, & à nullo idolorum cultu abſtinuerunt. Illud enim *fornicati ſunt* non de carnali fornicatione hoc loco accipit, ſed de defectione à religione: nam & hæc fornicatio eſt, vtpote procul à bonis declinans; iuxta illud, *Et mœchati ſunt ligno.*

De commixtione Iſraëlitarum cum Gentibus.

Iere. 3, 9.

40. Et iratvs est fvrore Dominvs.] Quando iram audieris de Deo dici, nihil aliud arbitreris quàm pœnam & punitionem. Odientes autem appellat omnes finitimos, quibus ſeruiuerunt ſub Iudicibus. Illud au-

Quomodo Deus dicatur iraſci.

χος εἴρηκεν. Οὕτω γοῦν διὰ τοῦτο ὁ Φινεὲς εὐδοκίμησεν, ὡς ἱερωσύνῃ τιμηθῆναι μακρᾷ ἀντὶ φόνου δικαίου. Ὅπερ δὲ ἐν ἀρχῇ παρέλιπεν ἀναλαμβάνει πάλιν, τὴν κατὰ τὸ ὕδωρ ἀντιλογίαν, ὅτι ἐκακώθη Μωσῆς δι' αὐτοὺς, καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· διαστολὴν χειλέων τὴν ἀμφιβολίαν λέγων. Οὐ γὰρ σιγὴν ἐνέτυχεν ὡς ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς τῷ θεῷ, ἀλλὰ διαστείλας τὰ χείλη γογγυσμοῦ καὶ ἀπιστίας ἐξήνεγκε ῥήματα, Μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης εἰπὼν ἐξάξω ἡμῖν ὕδωρ; Ἐπεὶ γὰρ διαπονουμένῳ περὶ τῆς ἀδελφῆς μετὰ πολλῆς ἐπῆλθεν ὁ λαὸς τῆς ἀταξίας, τῇ ἀθυμίᾳ βαλλόμενος, καὶ τὴν ἐκείνων ἀκρασίαν θεώμενος, θυμῷ καὶ λύπῃ περισχεθεὶς, οὐ μετὰ τῆς συνήθους καταστάσεως τῷ θείῳ προστάγματι διηκόνησεν· ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀμφιβόλοις τοῖς λόγοις ἐχρήσατο, ἀλλ' ἐγόγγυσε, διστακτικῶς διαστείλας τὰ χείλη· διὸ καὶ τῆς πρὸς τὴν ἐπηγγελμένην γῆν εἰσαγωγῆς κεκώλυκεν ὁ θεὸς, οὐκ αὐτὸν τιμωρούμενος, ἀλλ' ἕτερόν τι οἰκονομούμενος· ἵνα μὴ θεοποιηθῇ, εἰσαγαγών. ἢ ἵνα φανῇ τῶν νενομοθετημένων, τὸ πρόσκαιρον ἀπὸ τῶν τῷ νομοθέτῃ συμβάντων.

λδ'. Ουκ εξωλοθρευσαν τα εθνη.] Ὁ μὲν θεὸς τὴν ἐπιμιξίαν αὐτῶν διὰ τὴν τῆς ἀσεβείας κοινωνίαν ἐκώλυσε, τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος συναναιρῶν· οἱ δὲ οὔτε τὰ δυσσεβῆ ἐξωλόθρευσαν ἔθνη, οὔτε τὴν πρὸς αὐτὰ κοινωνίαν ἔφυγον, ἀλλ' ἀναμιχθέντες αὐτοῖς τὴν πονηρὰν αὐτῶν πολιτείαν ἐζήλωσαν. ὅτι δὲ οὐκ ὠφέλησεν αὐτοὺς τὸ πρᾶγμα ἐπάγει τὸν κολοφῶνα λέγων τῆς κακίας, ὅτι καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Θεῷ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ νενομισμένα προσέφερον, τοῖς δὲ δαίμοσι καὶ τὰ τέκνα ἐπέθυον· λέγει δὲ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ εἰδώλοις. καὶ τρόπον τινὰ, φησι, καὶ τὴν γῆν ἣν ἐπάτουν ἐμίαινον, καὶ οὐδὲ μιᾶς εἰδωλολατρείας ἀπείχοντο. τὸ γὰρ ἐπόρνευσαν οὐ σαρκικὴν λέγει πορνείαν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς εὐσεβείας ἀπόκλισιν· καὶ γὰρ καὶ αὕτη πορνεία, ὡς πόρρω τῶν ἀγαθῶν νεύουσα· ὡς τὸ, Καὶ ἐμοιχῶντο τῷ ξύλῳ.

μ'. Και ωργισθη θυμω κυριος.] Ὅταν ὀργὴν ἀκούσῃς ἐπὶ θεοῦ, μηδὲν ἕτερον ὑπολάβῃς ἢ τιμωρίαν καὶ κόλασιν. Μισοῦντας δὲ λέγει τοὺς περιοίκους ἅπαντας, οἷς ἐδούλευσαν ἐπὶ τῶν κριτῶν. ἐναντίον δέ πως δο-

κεῖ

τὸ, Καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, πρὸς, ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, καὶ εὐφρανθῆναι· καὶ μήποτε ἐβδελύξατο, λέγων περὶ τῶν ἐν νόμῳ. ἐκλεκτοὺς λέγει τοὺς ἐξ ἐθνῶν, οἷς ἑαυτὸν συναριθμηθῆναι ἐπηύξατο. Ἐκυρίευσαν δὲ αὐτῶν, καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροί, τὴν ὠφέλειαν αὐτῶν διὰ παιδείας τοῦ θεοῦ πραγματευομένου. Ὅμοιον δὲ τὸ πλεονάκις ἐρρύσατο αὐτοὺς πρὸς, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου; Ἀλλ' ὅσω, φησὶν, ὁ θεὸς ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν λυπούντων, τοσούτῳ ἐφιλονείκουν ἐκεῖνοι ἀγνωμοσύνῃ τὰς εὐεργεσίας ὑπερβαλέσθαι· διὸ καὶ παρεδίδοντο καὶ ἐταπεινοῦντο. Ἀλλὰ τούτων οὕτω διακειμένων, τί ὁ δεσπότης θεός;

μδ'. Καὶ εἶδε Κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι.] Καὶ τούτων γεγονότων, φησὶν, ὁ μὲν ἦν αὐτοῖς διὰ φιλανθρωπίαν γλυκὺς, οἱ δὲ πικρὸν ἑαυτοῖς ἠνάγκαζον φαίνεσθαι· καὶ μεμνημένος τῆς διαθήκης, δι' ἧς ὑπέσχετο ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἐγείρειν σωτῆρα, ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν ἐχθρῶν, καὶ οἰκτιρμοῖς παρεδίδου. μεταμέλειαν δὲ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν καλεῖ. Οὐ γὰρ μεταμέλεται θεὸς, ἀλλὰ σοφῶς καὶ παιδείας ἐπάγει, καὶ φιλανθρωπίας ὀρέγει. Ἐπεὶ οὖν, φησι, καὶ τὰ τῶν προγόνων δέσποτα τοιαῦτα, καὶ τὰ σὰ οὕτω φιλάνθρωπα, βούλευσαι καὶ περὶ ἡμᾶς τὰ ὅμοια, καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς, ὥστε εὐχαρίστους σοι διαμένειν τῷ σώσαντι, καὶ σεμνότητα ἔχειν τὴν ὕμνησίν σου, καὶ εὐλογεῖν σε διηνεκῶς.

Ἄλλος δὲ εἰς τὸ, Ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμούς· ἐμβαλὼν, φησιν, εἰς τὴν καρδίαν Κύρου, καὶ μετὰ ταῦτα Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου, φιλανθρώπως αὐτοῖς χρήσασθαι. Διδάσκονται δὲ καὶ πῶς δεῖ εὔχεσθαι. Ὅπερ Ἰουδαῖοι μὲν ἔτι προσδοκῶσι γενέσθαι, ἡμεῖς δὲ τελεσθῆναι φαμὲν τῇ τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείᾳ, πάντων πανταχόθεν προσιόντων τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ σώσαντος αἰνέσει ἐγκαυχωμένων. Εὐλογητὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ ὑμνητὸς ἐπὶ πᾶσιν ὁ κύριος, τοσαῦτα τῆς ἡμῶν πραγματευσάμενος ἕνεκεν σωτηρίας. Καὶ προσήκει τὸν ἅπαντα λαὸν ἐπιφωνεῖν τὸ Ἀμήν· ὃ σημαίνει τὸ γένοιτο. ὅπερ δὴ καὶ εἴθισαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τῇ δοξολογίᾳ τοῦ ἱερέως τὸν λαὸν διὰ τοῦ Ἀμὴν συνεπιθεμένων.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tem, *Et abominatus est hereditatem suam*, quodammodò contrarium videtur isti, *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, & ad lætandum:* fortè etiam illud *abominatus est*, dicens de ijs qui in lege erant. Electos vocat illos qui ex Gentibus sunt, quibuscum optauit seipsum connumerari. Ceterùm *dominati sunt eorum, & tribulauerunt eos inimici*, Deo per correctionem vtilitatem ipsorum procurante. Illud autem *Sæpè liberauit eos* simile est isti, *Quoties volui congregare filios tuos?* Sed quantum, inquit, Deus ipsos ab affligentibus liberabat, tantumdem illi contendebant per ingratitudinem beneficia obruere; quapropter etiam traditi sunt & humiliati. Sed his rebus ita constitutis, quid Dominus Deus egit?

Matth. 23, 37.

44. ET VIDIT DOMINVS CVM TRIBVLARENTVR.] Et cùm hæc, inquit, facta essent, ipse quidem per clementiam illis dulcis erat, sed ipsi coëgerunt eum vt se illis amarum exhiberet: & memor testamenti sui, quo promiserat se ex genere ipsorum Saluatorem suscitaturum, ab inimicis ipsos liberauit, & miserationibus tradidit. Pœnitudinem autem appellat cessationem disciplinæ. Non enim Deus agit pœnitentiam, sed sapienter & adducit disciplinas, & clementias impertitur. Cùm igitur, inquit, Domine res maiorum fuerint istiusmodi, tuæ verò tam benignæ, cogita etiam circa nos similia, & introduc nos, vt tibi Saluatori nostro grati maneamus, & gloriemur in laude tua, & assiduè benedicamus tibi.

Dei in perduelles clementia.

ALIVS autem in illud, *Dedit eos in misericordias*; Immittens, inquit, in cor Cyri, & postmodum Darij & Artaxerxis, vt benignè cum ipsis agerent. Ceterùm docentur etiam quo pacto orandum sit. Hoc Iudæi quidem adhuc futurum expectant, nos autem perfectum dicimus per aduentum Saluatoris, omnibus vndique ad salutarem prædicationem accedentibus, & in Saluatoris laude gloriantibus. *Benedictus* autem, id est *laudabilis* super omnes Dominus, qui tanta pro salute nostra perfecit. Et oportet omnem populum succlamare *Amen:* quod significat idem quod *Fiat*. Quæ consuetudo etiamnum in Ecclesijs obtinuit, post collaudationem Sacerdotis populis per Amen applaudentibus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quæ fuerint peccata Israëlitarum. Exod. 14. 11.

ATHANASII. Hoc Psalmo recenset peccata populi prioris, docens quomodo etiam reiecti sint: porrò delicta ipsorum sunt hæc: Primùm quidem exacerbauerunt ipsum ascendentes de mari rubro dicentes: *Eò quòd non essent sepulchra in Ægypto, eduxisti nos huc vt perderes?* Secundò, tentauerunt Deum in deserto. Tertiò, irritarunt Moysem in castris. Quartò, fecerunt vitulum in Choreb. Quintò, pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Sextò, sacrificauerunt Beelphegor. Septimò, irritarunt ipsum ad aquam contradictionis. Octauò, quia non disperdiderunt Gentes quas dixerat Dominus eis, sed etiam adorauerunt idola earum, adeò vt etiam filios suos ipsis in sacrificium offerrent.

Confessio peccatori necessaria.

1. CONFITEMINI DOMINO.] EVSEBII. Præsens quoque Psalmus Dei laudem continet; quapropter inscriptus est *Alleluia:* quod interpretatur *Laudate Dominum.* Statim autem in principio præcipit ijs qui peccatis exagitantur, vt ad salutarem Dei Filium tamquam ad Medicum & Saluatorem accedant, ipsique animæ vulnera detegant per confessionem peccatorum suorum. Qui autem hoc sincerè facit, & ea quæ priùs peccauerat defleт, ne solis verbis, sed ex animo rebusq; ipsis hoc agat, à Psalmista instituitur. Ceterùm ad alacriter confitendū adhortatur, annuntiando quoniam bonus est Dominus, quoniam in sæculum misericordia eius. Idcircò enim, inquit, prompto animo confitemini, quia etiam ipse promptus est ad clementiam, sciens res præsentis sæculi, cùm mortales sint & caducæ, misericordiâ indigere.

THEODORETI. Etiam propter pristina beneficia Dominum celebrate, & meliores spes concipite. Bonus enim & benignus est Dominus, misericordiaque semper vtitur: nec vllus sermo satis est ad vniuersorum Deum laudandum.

Iudices reum confitentem puniunt, sed Deus absoluit.

CHRYSOSTOMI. Quid sibi vult istud, *Quoniam bonus?* Non idcircò vult te peccata accusare vt puniaris, sed vt coroneris, vt à malitia libereris. Iudices enim cùm confiten-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὰς ἁμαρτίας καταλέγει τοῦ προτέρου λαοῦ, διδάσκων ὡς καὶ διαγέγονεν ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν· εἰσὶ δὲ αὗται· πρῶτον μὲν παρεπίκραναν αὐτὸν ἀναβαίνοντες ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης εἰπόντες· Παρὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς ὧδε ἀπολέσαι; Δεύτερον, ἐπείρασαν τὸν θεὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τρίτον, παρώργισαν τὸν Μωσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Τέταρτον, ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρήβ. Πέμπτον, ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. Ἕκτον, ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ. Ἕβδομον, παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. Ὄγδοον, τῷ μὴ ἐξολοθρεῦσαι τὰ ἔθνη ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ὡς καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν εἰς θυσίαν εἰσαγαγεῖν.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνυμνεῖν τὸν θεὸν καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς περιέχει· διὸ ἐπιγέγραπται ἀλληλούϊα· ὅπερ ἑρμηνεύεται Αἰνεῖτε τὸν κύριον. προστάττει δὲ εὐθὺς ἀρχόμενος τοῖς ἁμαρτήμασιν ἠρεμωμένοις, ὥσπερ ἰατρῷ καὶ σωτῆρι προσιέναι τῷ θεραπευτικῷ τοῦ θεοῦ υἱῷ, καὶ τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦν αὐτῷ διὰ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι τὰς οἰκείας ἁμαρτίας. Ὁ δὲ τοῦτο πράττων γνησίως, καὶ ἀποκλαιόμενος ἐφ' οἷς ἥμαρτε πρότερον, ὅτι μὴ λόγοις μόνοις τοῦτο πρᾶξαι, ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι, παρὰ τοῦ ψαλμῳδοῦ κομίζεται τὴν εἰσήγησιν. προτρέπει δὲ προθύμως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν, διὰ τοῦ ἐπαγγέλλεσθαι ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Διὰ ταῦτα γάρ, φησι, προθύμως ἐξομολογεῖσθε, ὅτι καὶ αὐτὸς ἕτοιμός ἐστιν εἰς φιλανθρωπίαν, εἰδὼς ὅτι ἐλέου δεῖται τὰ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πράγματα, θνητὰ ὄντα καὶ ἐπίκηρα.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ἐπὶ ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις τὸν δεσπότην ὑμνήσατε, καὶ τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας προσμείνατε. Ἀγαθὸς γὰρ καὶ φιλάνθρωπος ὁ δεσπότης, καὶ ἀεὶ τῷ ἐλέει διατελεῖ χρώμενος· καὶ οὐδεὶς ἀπόχρη λόγος εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν, ὅτι χρηστός; οὐ διὰ τοῦτο βούλεταί σε κατηγορῆσαι τῶν ἁμαρτημάτων ἵνα κολάσῃ, ἀλλ' ἵνα στεφανώσῃ, ἵνα ἀπαλλάξῃ κακίας. Δικασταὶ μὲν γὰρ ὁμολογοῦν-

τα

Digitized by Google

τα λαβόντες κολάζουσιν· ὁ δὲ Θεὸς τὸν ἀρνούμενον τιμωρεῖται, τὸν δὲ ὁμολογοῦντα παραμυθίας ἀξιοῖ, καὶ συγγνώμης.

β'. ΤΙΣ ΛΑΛΗΣΕΙ ΤΑΣ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ;] ΣΕΒΗΡΟΥ. Τουτέστι τὸν καινοπρεπῆ καὶ πέρα παντὸς θαύματος τοῦ Χριστοῦ τόκον, τὸν οὔτε λόγῳ ῥητὸν οὔτε διανοίᾳ ληπτόν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν ἀκουστὰς ποιήσει; τουτέστι, διδάξει, δηλώσει, καταδήλους ποιήσει, ἑρμηνεύσει. τί ἐστι τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; τουτέστι, τὰς εὐχαριστίας αὐτοῦ, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος δεικνὺς, ὅτι παντὰ λόγον ὑπερβαίνει τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγεθος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οἱ φυλάσσοντες δὲ τὴν κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην, μόνοι εἶεν ἂν ἄξιοι τοῦ λαλεῖν τὰς δυναστείας κυρίου· εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς κεκρυμμένα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπιτελοῦντες, καὶ οἱ πάντα κρίσει καὶ λόγῳ πράττοντες.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποίαν δὲ εὐδοκίαν ἐνταῦθα, ποίαν δὲ ὅλως ἐπίσκεψιν ὑποτίθεται, ἀλλ' ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Λόγος πεποίηται. ὅθεν καὶ τὸ μυστήριον εὐδοκίαν προσηγόρευον οἱ τοῖς ποιμέσιν ἐπιφανέντες ἄγγελοι· Δόξα γὰρ ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, δοξολογοῦντες ἐβόησαν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἁγίων ἐστὶν ἡ προκειμένη μάλιστα φωνὴ τῶν πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ σωτῆρος παρακαλούντων, ὅπως μνησθῇ αὐτῶν ὁ κύριος ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἣν ηὐδόκησεν ἐν τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ ἑαυτοῦ κατὰ τὸν κόσμον· δεικνὺς γοῦν αὐτόν φησιν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

δ'. ΕΠΙΣΚΕΨΑΙ ΗΜΑΣ ΕΝ ΤΩ ΣΩΤΗΡΙΩ ΣΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν κολάσει ἐπισκέψασθαι· διὰ τοῦτο ἐπισκοπὴν ζητεῖ τὴν ἐπὶ σωτηρίαν. εἶτα ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων οὐκ ἔχει παρρησίαν αὐτοῖς μαρτυρῆσαι, ἄνω καὶ κάτω τὸ ὄνομα τοῦ λαοῦ περιστρέφει· ἐπειδὴ σός ἐστι, σῶσον αὐτούς, φησι.

ε'. ΤΟΥ ΙΔΕΙΝ ΕΝ ΤΗ ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Λέγει τὴν ἐπιτελουμένην χαρὰν καὶ εὐφροσύνην ἐν τῇ θείᾳ εὐωχίᾳ τοῦ ἔθνους τοῦ συμπληρουμένου ἐκ πάντων τῶν πιστευόντων. Κατορθωθείη δὲ ἡμῖν, καὶ τὸ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας αὐτοῦ. ἤτοι, ὀρέξει ἡμῖν καὶ τὸ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κλη-

tem reum nacti fuerint illum puniunt; Deus verò negantem punit, sed confitentem solatur, eique veniam præbet.

2. QVIS LOQVETVR POTENTIAS DOMINI?] SEVERI. Id est nouum & omni miraculo superiorem Christi partum, qui neque verbo efferri neque mente concipi potest.

CHRYSOSTOMI. Quid est *auditas faciet*? id est, docebit, declarabit, manifestas reddet, interpretabitur. Quid est *laudes eius*? id est, eius gratiarum actiones; ex magna abundantia ostendens bonorum eius magnitudinem sermonem omnem superare.

Quis dignus sit eloqui potentias Domini.

THEODORETI. Qui autem custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam, hi soli digni sunt vt potentias Domini loquantur: sunt autem illi qui perficiunt ea quæ de Deo abscondita sunt in Scripturis, & qui omnia iudicio ac ratione peragunt.

Dei beneplacitum est Filius ipsius.

CHRYSOSTOMI. Quale autem beneplacitum hoc loco qualémve visitationem proponit, nisi quam pro nobis Deus Verbum fecit. Vnde etiam Angeli qui pastoribus apparuerunt mysterium hoc beneplacitum appellarunt: collaudantes enim concinebant, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus beneplacitum* seu bona voluntas.

Lucæ 2, 14.

THEODORETI. Hæc vox potissimùm est Sanctorum ante aduentum Saluatoris rogantium, vt Dominus memor sit ipsorum in beneplacito populi sui, quo beneplacuit sibi in dilecto Filio suo pro mundo: quare ostendens ipsum ait, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Matth. 3, 17.

4. VISITA NOS IN SALVTARI TVO.] CHRYSOSTOMI. Potest enim etiam in vindicta visitare; quapropter quærit visitationem in salutem. Deinde quoniam non habet fiduciam ex operibus ipsis testimonium perhibendi, susque deque nomen populi obuersat: Quoniam tuus est, inquit, salua ipsos.

Petit visitari in salutem.

5. AD VIDENDVM IN BONITATE.] THEODORETI. Intelligit gaudium & lætitiam quæ celebrabitur in conuiuio illo diuino Gentis ex omnibus fidelibus congregandæ. A nobis autem etiam id præstetur, vt laudemus cum hereditate eius. Id est, Præbebit nobis etiam hoc vt laudemus cum he-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Ecclesia est Dei hereditas.

Psal. 2, 8.

reditate eius; siue præbebit nobis tamquam heredibus hereditatem quam habet: quæ porrò est ista? vtique Ecclesia ex Gentibus; iuxta illud, *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam.* Deinceps enim per prædictam hereditatem laudantur illi qui secundùm Euangelium legi spiritaliter attendunt: laudantur autem à Deo & à sanctis virtutibus, quæ suscipiunt illos qui conantur placere Deo.

Quæ sit bonitas electorum Dei.

CHRYSOSTOMI. Bonitatem electorum intellige multiplicem illam Dei benignitatem, quam electis exhibet, ita vt etiam meretrices, & publicani, & peccatores & pauperes piscatores electionem acceperint. Hanc vtique Propheta videre desiderabat: nam hoc miraculum dignum erat consideratione. *Ad lætandum autem in lætitia Gentis*, vt communionem Sacramentorum consequamur.

6. PECCAVIMVS CVM PATRIBVS.]

Cur patrum peccata recenseat.

CHRYSOSTOMI. Dicit hoc non vt patribus detrahat, sed vt Dei misericordiam attrahat, & accusationem intentet; quòd nimirum audientes qualia miracula ipsi viderint, qualia passi sint, quanto beneficio perfruiti sint, quantum supplicium sustinuerint, ne sic quidem fuerint emendati, cùm sufficientem ad virtutem doctrinam haberent in ijs quæ ipsis contigerant.

EVSEBII. Non soli, inquit, peccauimus. Sed si quis iam inde à primis temporibus inquisierit, reperiet vtique semper & ex omni tempore genus nostrum peccatis deditum fuisse. Cùm enim tot miracula per Moysem perfecta fuissent, non intellexerunt, sed & salutem consecuti, & ex Ægyptiaca seruitute liberati, non cognouerunt, quòd non propter ipsorum iustitias, neque quòd diuinâ visitatione digni forent, sed propter multitudinem misericordiæ eius hæc consecuti fuerint.

CHRYSOSTOMI. Non dixit, Non viderunt mirabilia tua, neque conspexerunt miracula tua; sed, Non intellexerunt mirabilia tua: id est, non cognouerunt prout oportebat, neque scopum eorum perceperunt: quis porrò hic? vt liberarentur ab errore, & in virtute elucerent.

EVSEBII. Hæc quidem præcedens Psalmus complexus fuit, sed prodigia in deserto facta resecauit, in nullo populum ac-

ρονομίας αὐτοῦ· ἤτοι ὀρέξει ἡμῖν ὡς κληρονόμοις ἧς ἔχει κληρονομίας· τίς δέ ἐστιν αὕτη; ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία· κατὰ τὸ, Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. πνευματικῶς γὰρ λοιπὸν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῷ νόμῳ προσέχοντες ἐπαινοῦνται διὰ τῆς προειρημένης κληρονομίας· ἐπαινοῦνται δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἱερῶν δυνάμεων, ἀποδεχομένων τοὺς εὐδοκιμεῖν σπεύδοντας παρὰ τῷ Θεῷ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Χρηστότητα τῶν ἐκλεκτῶν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν γινομένην, τοῖς ἐκλεχθεῖσιν νόησον, πολλὴν οὖσαν, ὥστε πόρνους, καὶ τελώνας, καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ πτωχοὺς ἁλιεῖς τὴν ἐκλογὴν ὑποδέξασθαι. ταύτην ἰδεῖν ὁ προφήτης ἐπεθύμει· θεωρίας γὰρ ἄξιον τὸ θαῦμα ἐτύγχανεν. εὐφρανθῆναι δὲ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους, ὥστε τῆς κοινωνίας τῶν μυστηρίων ἀπολαῦσαι.

ϛ'. ΗΜΑΡΤΟΜΕΝ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Λέγει τοῦτο οὐ τοὺς πατέρας διαβάλλειν βουλόμενος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον ἐπισπάσασθαι, καὶ τὴν κατηγορίαν ἐπιτεῖναι· ὅτι ἀκούσαντες ἡλίκα θαύματα εἶδον ἐκεῖνοι, ἡλίκα ἔπαθον, ὅσης ἀπήλαυσαν εὐεργεσίας, ὅσην ὑπέμειναν τιμωρίαν, οὐδὲ οὕτως ἐγένοντο βελτίους, ἀρκοῦσαν εἰς ἀρετὴν διδασκαλίαν ἔχοντες τὰ συμβάντα αὐτοῖς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ μόνοι, φησὶν, ἡμάρτομεν. ἀλλ' εἴ τις ἐξετάσειεν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πρώτων χρόνων, εὕροι ἂν ἀεὶ καὶ ἐκ τοῦ παντὸς ἁμαρτητικὸν τυγχάνον τὸ ἡμέτερον γένος. Τοσούτων γὰρ θαυμασίων διὰ Μωσέως ἐπιτελουμένων, οὐ συνῆκαν, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας τυχόντες, καὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας ἐλευθερωθέντες, οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι οὐ διὰ τὰς αὐτῶν δικαιοσύνας, οὔτε διὰ τὸ εἶναι ἐπισκοπῆς Θεοῦ ἀξίους, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τούτων τετυχήκασι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπεν, Οὐκ εἶδον τὰ θαυμάσιά σου, οὐδὲ ἐθεάσαντο τὰ θαυμάσιά σου· ἀλλ', οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου· τουτέστιν, οὐκ ἔγνωσαν ὡς ἐχρῆν, οὐδὲ τὸν σκοπὸν κατέμαθον· τίς δὲ οὗτος; ἵνα ἀπαλλαγῆναι τῆς πλάνης αὐτοὺς, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμψαι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα μὲν ὁ πρὸ τούτου διείληφε ψαλμὸς, ἐπετέμνετο δὲ αὐτὸς καὶ τὰς ἐπὶ τῆς ἐρήμου παραδοξοποιΐας, μηδὲν κατηγορήσας

τοῦ

τῦ λαῦ. Ο' δὲ παρὼν ἐπαναλαμβάνει τ̃ διήγησιν, καὶ πάσας τῦ λαῦ τὰς δυσσεβείας διέξεισιν. ἔστι δὲ ὁ πᾶς λόγος τῦ Ι'ουδαίων ἔθνους κατηγορικός.

η'. Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.] Χρυσοστόμου. Αἰτία τ̃ σωτηρίας ὐχ' ἡ ἐκείνων ἀξία· ἀλλὰ τί; ἡ αὐτῦ φιλανθρωπία.

θ'. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ.] Εὐσεβίου. Ο' ἐπιτιμήσας τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, πᾶσι θεὸς ἀνωμολόγηται. εἰ ὖν καὶ Ι'ησῦς κλονουμένῃ ἐπιτάσσει τῇ θαλάσσῃ, πᾶσι θεὸς ἀνωμολόγηται, ἵνα ἐκ ζάλης καὶ κλύδωνος γαλήνη γένηται, θεὸς ὢν αὐτὸς ὁ ἐπιτιμήσας τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ ξηράναν αὐτήν, ὡς διοδεύσιμον αὐτὴν γενέσθαι· τὴν πάλαι θάλασσαν καὶ ἄβυσσον διὰ τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος ὕτω καλουμένην.

Ησυχίου. Οὐδὲ γὰρ ἁφὴ τ̃ ῥάβδου, ἀλλὰ τὸ πρόσταγμα τῦ θεῦ χέρσον ἐποίει τὸ πέλαγος.

Θεοδωρήτου. Λόγῳ τ̃ θαλάττης τὸν πυθμένα γυμνώσας, τ̃ πολλὴν ἐκείνην ἄβυσσον ἱππήλατον αὐτοῖς ἀπέφηνεν ἔρημον. Ε'πειδὴ γὰρ ἐν τ̃ ἐρήμοις πολλὴ τοῖς τρέχουσιν εὐκολία, μήτε φυτῶν ὄντων μήτε φραγμῶν κωλυόντων, τὴν τ̃ διαβάσεως εὐκολίαν δεδήλωκε τῇ τ̃ ἐρημίας μεταβολῇ.

ι'. Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισούντων.] Χρυσοστόμου. Δύο ἐνταῦθα τίθησιν· ὅτι τε καὶ ἐχθροὶ ἦσαν, καὶ ἐπιβουλεύειν ἠδύναντο. Τί γὰρ βαρύτερον ταύτης τ̃ δουλείας, ὅταν ἐξουσία μετὰ μίσους ᾖ, καὶ τὸν πολέμιον ἔχῃ δεσπότην; ἀλλ' ὅμως ἁπάντων τύτων αὐτοὺς ἠλευθέρωσεν.

Ησυχίου. Οὐ μάτην ταῦτα λέγει, τὴν δὲ τῶν Ι'ουδαίων ἀχαριστίαν τραγῳδῆσαι βουλόμενος, ὅτι τοιαύτης εὐεργεσίας ἀπολαύοντες, ἀγνώμονες ὅμως ἀεὶ περὶ τὸν εὐεργέτην τ̃ οἰκεῖον γεγόνασι, τ̃ ὕδατι τὰς θλίβοντας αὐτοὺς καὶ τὰς ἐκπιεζοῦντας θάπτοντα. ὥσπερ ἐπιφέρει·

ια'. Ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτούς.] Χρυσοστόμου. Ο'ρᾷς κατὰ κράτος τῦ θεῦ τ̃ νίκην; διὰ τῦτο καὶ τὰ ὅπλα συνεχώρησε φανῆναι, ἵνα ἔλεγχος τ̃ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείας ᾖ. Καὶ τὸ, εἷς ἐξ αὐτῶν ὐχ' ὑπελείφθη, τ̃ θεήλατον δηλοῖ πληγήν. Ε'νθα μὲν γὰρ ἀνθρωπίνη ἦν ἡ ἐπιβουλή, ὅτι τὰ παιδία ἀνῃρεῖτο, πολλοὶ καὶ διέφυ-

cusans. Præsens verò Psalmus resumit narrationem, & omnes populi impietates commemorat. Totus autem hic sermo est Gentis Iudæorum accusatio.

CATENA PATRVM.

8. Et salvavit eos propter nomen suum.] Chrysostomi. Causa salutis non erat ipsorum meritum: sed quid? vtique Dei benignitas.

9. Et dedvxit eos in abysso.] Evsebii. Is qui Mare rubrum increpuit, ab omnibus pro Deo fuit agnitus. Cùm igitur Iesus quoque mari imperauerit, vt ex tempestate seu procella tranquillitas existeret, omnibus in confesso est ipsum esse Deum eumdem qui Mare rubrum increpuit & exsiccauit, adeò vt pertransiri posset: id quod olim propter aquarum multitudinem Mare rubrum & abyssus appellabatur.

Increpatio maris signum est diuinæ potestatis.

Hesychii. Non enim attactus virgæ, sed mandatum Dei pelagus fecerat terram incultam.

Theodoreti. Verbo maris fundum denudans, immensam illam abyssum ipsis veluti desertum equitabile reddidit. Cùm enim in solitudinibus multa facilitas currentibus sit, eò quòd non sint arbores neque sepes quæ impediant, transitus facilitatem solitudinis comparatione indicauit.

10. Et salvavit eos de manv odientivm.] Chrysostomi. Hoc loco ponit duo; nempe quòd inimici essent, & insidiari etiam valerent. Quid enim grauius hac seruitute, quando potestas cum odio coniuncta est, & Dominum habet inimicum? Attamen his omnibus liberauit eos.

Hesychii. Non temerè hæc dicit, sed vt Iudæorum ingratitudinem exaggeraret, quòd tanta beneficia consecuti, tamen erga benefactorem suum ingrati extiterint, qui aquis sepeliuerat eos qui ipsos affligebant ac diuexabant. vnde subdit:

Exaggerat Iudæorum ingratitudinem.

11. Operuit aqua tribvlantes eos.] Chrysostomi. Vides secundùm potentiam Dei victoriam? Idcircò etiam arma permisit apparere, vt essent argumentum interitus hominum. Atque illud, *Vnus ex eis non remansit*, diuinitus illatam plagam designat. Siquidem vbi erant insidiæ humanæ, vt quando pueri interficiebantur, multi quoque euaserunt:

CATENA PATRVM.

runt: at vbi supernè sententia deferebatur, nemo valuit euadere.

12. ET LAVDAVERVNT LAVDEM EIVS.] ATHANASII. Quando egressæ sunt saltatrices cum Maria dicente, *Cantemus Domino; gloriosè enim glorificatus est.*

Exod.15, 1.

CHRYSOSTOMI. Ait Canticum Moysis & Mariæ: *Equum* enim, inquit, *& ascensorem deiecit in mare.* Idcircò autem Propheta Cantico quoque conclusit gratiarum actionem, vt memoriam habeant minimè obliuiosam, & assiduè cantantes beneficiorum Dei recordentur.

Ibidem.

13. FESTINAVERVNT, OBLITI SVNT.] HESYCHII. Incredulorum & negligentium hoc est proprium, vt minimè expectent Dei sententiam, quando cum longanimitate cuncta dispensare decreuerit, sed desperent, præterita miracula obliuioni tradentes.

THEODORETI. Verùm præcipitantes tentarunt Deum, iterùm obmurmurantes in deserto, quando concupierunt concupiscentiam dicentes: Recordati sumus carnium & ollarum quæ erant in Ægypto. Verumtamen Deus non idcircò quidpiam à propria misericordia alienum cogitauit, sed tamquam bonus & benignus dedit eis petitionem ipsorum.

De murmuratione propter carnes.

Num.11, 5.

14. ET CONCVPIERVNT CONCVPISCENTIAM IN DESERTO.] HESYCHII. Duo Iudæorum peccata coniunxit: vnum quidem, quòd carnalem concupiscentiam concupiuerint in deserto, vbi philosophari oportuerat, & ab omni simili concupiscentia sibi temperare: alterum verò, quòd aquâ egentes illam minimè petiuerint, sed Deum tentauerint. Verumtamen Deus à miraculis minimè cessauit.

De concupiscentia Israëlitarum.

CHRYSOSTOMI. Attamen cùm tales essent minimè neglexit eos, sed ipsis condescendit, omnia perficiens, vt eos ad se alliceret: & sicut pueros querulosos & temerè lacrymantes benignus pater sustinet, ita etiam illos Deus.

Quanta fuerit Dei in Israëlitas indulgentia.

THEODORETI. Dans ipsis coturnices, petitionem autem concupiscentiam vocauit; quandoquidem non petierunt, sed oblocuti sunt. Dedit tamen eis & carnis affluentiam, & panem non manu factum, & aquam dulcissimam copiosissimamque.

γον· ἐπειδὴ δὲ ψῆφος ἄνωθεν ἐφέρετο, οὐδεὶς διαδῦναι ἴσχυσε.

ιβ'. ΚΑΙ ΗΝΕΣΑΝ ΤΗΝ ΑΙΝΕΣΙΝ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅτι ἐξῆλθον αἱ χορεύουσαι μετὰ Μαριὰμ λεγούσης, Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασαι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὴν Μωσέως καὶ Μαρίας λέγει ᾠδήν· Ἵππον γάρ, φησι, καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ᾠδῇ τὴν εὐχαριστίαν συνέκλεισεν ὁ προφήτης, ἵνα ἄληστον ἔχωσι τὴν μνήμην, καὶ συνεχῶς ᾄδοντες ἀναμιμνήσκωνται τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ.

ιγ'. ΕΤΑΧΥΝΑΝ, ΕΠΙΛΑΘΟΝΤΟ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀπίστων τοῦτο καὶ ὀλιγώρων ἴδιον, μὴ ἀναμένειν τὴν τοῦ Θεοῦ βουλήν, ὅταν μετὰ μακροθυμίας οἰκονομῆσαι ἐκεῖνος βούληται ἅπαντα, ἀλλ' ἀπογινώσκειν, λήθην παθόντας τῶν θαυμάτων τῶν ἔμπροσθεν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀλλὰ προλαβόντες ἐπείρασαν τὸν Θεὸν, πάλιν καταλαλήσαντες ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν φήσαντες· Ἐμνήσθημεν τῶν κρεῶν καὶ τῶν λεβήτων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. οὐ μὴν ὁ Θεὸς οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ ἀλλότριόν τι τοῦ οἰκείου ἐλέους ἐβουλεύσατο, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ χρηστὸς δέδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν.

ιδ'. ΚΑΙ ΕΠΕΘΥΜΗΣΑΝ ΕΠΙΘΥΜΙΑΝ ΕΝ ΤΗ ΕΡΗΜΩ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Δύο τῶν Ἰουδαίων συνῆψεν ἁμαρτήματα· ἓν μὲν, ὅτι σαρκικὴν ἐπιθυμίαν ἐπεθύμησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ᾗ φιλοσοφεῖν ἔδει, καὶ ἀπὸ πάσης τοιαύτης ἐπιθυμίας ἐγκρατεύεσθαι· δεύτερον δὲ, ὅτι δεηθέντες ὕδατος οὐκ ᾔτησαν, ἀλλ' ἐπείραζον. πλὴν θαυματουργῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπαύετο.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοιούτων ὄντων οὐκ ἠμέλει, ἀλλὰ συγκατέβαινε, πάντα πραγματευόμενος, ὥστε αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι· καὶ καθάπερ παιδίων κλαυθμυριζομένων εἰκῇ καὶ μάτην φιλόστοργος ἀνέχεται πατὴρ, οὕτω δὴ καὶ ἐκείνων ὁ Θεός.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δοὺς αὐτοῖς τὴν ὀρτυγομήτραν, αἴτημα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκάλεσεν· οὐ γὰρ ᾔτησαν, ἀλλὰ κατελάλησαν. δέδωκε δὲ ὅμως αὐτοῖς καὶ κρεῶν ἀφθονίαν, καὶ ἄρτον ἀχειροποίητον, καὶ ὕδωρ ἥδιστόν τε καὶ ἄφθονον.

ΗΣΥΧΙΟΥ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ ἀνεβάλετο, οὐδὲ εἰς ἕτερον μεταστῆναι τόπον, ὥστε ὕδατος εὑρεῖν χορηγίαν ἐκέλευσεν, ἀλλὰ τὴν ἔρημον καὶ διψάδα ἔνυδρον πηγὴν προσαγαγὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ἔδειξεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅτε μὲν τὸν Θεὸν ἐπείρασαν ἐν ἀνύδρῳ, ἀπείραστος ὢν, ἀμνησίκακος, οὐκ ἀμειψάμενος, αὐτοῖς ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ ὅτε παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ τότε ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὴν δυναστείαν αὐτοῦ. ὅτε δὲ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν ἐν τῇ παρεμβολῇ, τὸ τηνικαῦτα ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν αὐτούς· οὐκ ἔδει γὰρ καταφρονηθῆναι τοὺς θεράποντας. ἀλλὰ καὶ ἐπείπερ χρηστότης ἐστὶ καὶ ἀποτομία παρ' αὐτῷ· πρῶτα τὰ τῆς χρηστότητος αὐτοῖς παρέχετο· ὡς δὲ οὐκ ὤναντο δι' αὐτῆς, ἀκολούθως καταλλήλῳ μετέρχεται αὐτοὺς φαρμάκῳ κολαστηρίῳ. ὅθεν ἐπάγει·

ιζ'. ΗΝΟΙΧΘΗ Η ΓΗ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡνίκα συστάντες κατὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν, χάσματος γενομένου κατεπόθησαν. εἰκότως δὲ αὐτοῖς τοῦτο τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος συνέβαινεν. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διελθόντας ἐφαύλισαν, αὐτοὶ τῆς γῆς συλληφθείσης ἀπώλοντο.

ιθ'. ΚΑΙ ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΜΟΣΧΟΝ ΕΝ ΧΩΡΗΒ.] ΣΕΒΗΡΟΥ. Μετέθεικαν τὸ τοῦ Θεοῦ σέβας εἰς τὸν μόσχον τὸν χωνευτόν. Τί δὲ αὐτοὺς ἀνέπεισε ποιῆσαι μόσχον, φησὶ, καὶ ἐν τάξει Θεοῦ προσκυνεῖν; Τιμῆς ἔμελλον ἀπολαύειν, ἀλλ' ἐσχάτῃ μὲν οὖν ἀτιμίᾳ ἑαυτοὺς περιέβαλον, ἀλόγου εἰκόνι δουλεύοντες. Ἀλλ' οὐκ ἦσαν πρὸ τούτου ἐν πολλῇ δόξῃ. καὶ τί ἴσον γένοιτ' ἂν τοῦ ὑπὸ Θεοῦ στρατηγεῖσθαι; πόθεν οὖν εἵλαντο ἀμεῖψαι ἀτιμίᾳ δόξαν; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἢ ἐκ παραφροσύνης καὶ ὑπερβαλλούσης κακίας. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης οὐ λέγει τὸ ὁμοίωμα τοῦ ζώου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ μέμνηται λέγων, ἐσθίοντος χόρτον, καθαπτόμενος τῶν ἀναισθήτων.

κγ'. ΚΑΙ ΕΙΠΕΝ ΤΟΥ ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΣΑΙ ΑΥΤΟΥΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰς τοσαύτην κατηνέχθησαν κακίαν, ὡς περὶ πανωλεθρίας κινδυνεῦσαι. Ἄφες γάρ με, φησὶ, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτούς. πῶς οὖν οὐκ ἀπώλοντο; ἔστη, φησὶ, Μωϋσῆς, καὶ τὴν θεήλατον ἔστησεν ὀργήν· Μωσῆς ἐκεῖνος ὁ μυρία

HESYCHII. Non enim distulit, neque in alium locum migrare iussit, vt aquæ copiam reperirent, sed terram desertam & sitibundam de petra fontem aquæ producere fecit.

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Quandoquidem Deum tentabant in inaquoso, ipse intentatus, immemor mali, minimè rependens vicem, dedit ijs petitionem ipsorum. Quin imò quando exacerbabant eum ascendentes in Mari rubro, etiam tum notam fecit illis potentiam suam. Quando verò Moysem & Aaronem in castris irritarunt, tunc demum aperta est terra, & deglutiuit eos. Non oportebat enim famulos ipsius contemni. Sed cùm etiam benignitas & seueritas sit apud eum; primùm ea quæ benignitatis sunt ipsis præstitit; vt autem per illam non emendabantur, consequenter ipsis irrogat medicinam punientem. vnde subdit:

Deus grauius vlciscitur iniuriam seruorum suorum quàm propriam.

17. APERTA EST TERRA.] HESYCHII. Quando tumultuabantur contra Moysem & Aaronem, factâ voragine absorpti sunt. Meritò autem ipsis hoc genus supplicij accidit. Cùm enim eos qui Mare rubrum pertransiuerant subsannassent, ipsi terrâ absorpti perierunt.

19. ET FECERVNT VITVLVM IN CHOREB.] SEVERI. Transtulerant Dei cultum in vitulum conflatilem. Quid autem, inquit, persuasit ipsis facere vitulum, & Dei loco illum adorare? Honorem adepturi erant, verùm ipsi se extremæ ignominiæ dediderunt, bruti irrationalis imaginem colentes. At non erant anteà in magna gloria. Ecquid par esse possit ducatu Dei? Quorsum igitur elegerunt commutare gloriam cum ignominia? Nusquam certè aliorsum quàm ex insipientia & extrema malitia. Quapropter etiam Propheta non dicit solùm similitudinem animalis, sed etiam victus ipsius meminit dicens, *comedentis fœnum*, sensu destitutos perstringens.

De vituli adoratione.

23. ET DIXIT VT DISPERDERET EOS.] CHRYSOSTOMI. Ad tantam deducti sunt malitiam, vt de totali interitu periclitarentur. *Dimitte* enim *me*, inquit, *& indignatus atteram eos*. Quomodo igitur non interierunt? Stetit, inquit, Moyses, & diuinitus illatam iram stitit: Moyses ille qui millenas ab ipsis mole-

Exod. 32, 10.

Moyses iram Dei sistit.

CATENA PATRVM.

molestias perpessus fuerat; qui lapidibus impetitus, etiam extrema pericula subierat.

Exod. 32, 32.

ATHANASII. Quando dixit, *Siquidem remittis eis peccatum eorum, remitte; sin autem, dele me de libro tuo quem scripsisti.*

24. ET PRO NIHILO HABVERVNT TERRAM DESIDERABILEM.] CHRYSOSTOMI. Quomodo dicit *pro nihilo habuerunt?* Etenim nuntij tunc venientes dixerant: Quia terra pinguis est & profunda, & vrbes muratas habet. Quid igitur Propheta hîc ait? scilicet tetricos quosdam & imbelles & effeminatos cùm audirent de viris istis animo concidisse, & contempsisse illam capere, præ pusillanimitate & timore desiderium eius abijcientes: quod ipsum maximum erat crimen ingratitudinis.

Num. 13.

Quanta fuerit ignauia Israelitarum.

ATHANASII. Quando speculatores venientes animum populi immutarunt.

APOLINARII. Exploratores enim reuersi dissuaserunt, & maledixerunt terram promissionis: sed animos populi sustentarunt Iesus Naue, & Chaleb, & Iephone, quando in medium prodeuntes ceteris contraria nuntiarunt de terra ista.

Num. 14, 6.

HESYCHII. Terram promissam intelligit, quando labore fessos miserant, & multa magnaque de ista terra encomia audientes, in Ægyptum reuerti voluerunt.

28. ET INITIATI SVNT BEELPHEGOR.] ATHANASII. Erat hoc idolum Ammanitarum: quod à Græcis Saturnus appellatur.

APOLINARII. Idolum verò Baal erat in loco Phegor. Græci autem Baal Bel nominant; quem aiunt esse Saturnum. *Comederunt autem sacrificia mortuorum*, quia omnem errorem idolorum scilicet per quædam opera mortualia incantationibus adornabant: vel virorum defunctorum sepulchra ambiebant.

EIVSDEM. Non assignauit causam idolorum latriæ (quæ erat fornicatio, ipsos ad falsi cultus communionem inducens) sed eiusdem consummationem accusat, cuius gratia etiam lex commixtionem mulierum alienigenarum vetauit, ne ex sympathia feminarum in impietatis societatem adducerentur: quod profectò accidit. Ad tantam enim vesaniam adducti sunt, vt Beelphegor

Israelitarum ex alienigenarum commixtione corruptela.

παρ' αὐτῶν παθὼν ἀνήκεστα· ὁ λίθοις βαλλόμενος, ὁ περὶ τὸν ἐσχάτων κινδυνεύων.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅτε εἶπεν, εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ταύτης ἧς ἔγραψας.

κδ'. ΚΑΙ ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΑΝ ΓΗΝ ΕΠΙΘΥΜΗΤΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶς φησιν ἐξουδένωσαν; καίτοιγε οἱ πρέσβεις τότε ἐλθόντες ἔλεγον· ὅτι λιπαρὰ καὶ βαθύγειος, καὶ πόλεις ἔχουσα τειχήρεις. Τί οὖν ἐνταῦθά φησιν ὁ προφήτης; ὅτι δυσάρεστοί τινες ὄντες καὶ ἄνανδροι καὶ διαλελυμένοι ἀκούσαντες περὶ τῶν ἀνδρῶν ἀπέπεσαν, καὶ κατεφρόνησαν τοῦ λαβεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δειλίας τὴν ἐπιθυμίαν ἐκβαλόντες· ὅπερ καὶ αὐτὸ μέγιστον τῆς ἀγνωμοσύνης ἔγκλημα ἦν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅτε οἱ κατάσκοποι ἐλθόντες διέστρεψαν τὴν γνώμην τοῦ λαοῦ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπανελθόντες γὰρ οἱ κατάσκοποι ἀπηγόρευσαν, καὶ κακῶς εἶπαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· ἀνέστρεψαν δὲ τὰς προαιρέσεις τοῦ λαοῦ ὁπηνίκα Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ, καὶ Χαλὲβ, ὁ τοῦ Ἰεφονὴ, παρελθόντες εἰς μέσον τἀναντία τοῖς λοιποῖς περὶ τῆς γῆς ἀπήγγειλαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν ἐπαγγελθεῖσαν λέγει, ἡνίκα τοὺς κατασκόπους πέμψαντες, καὶ πολλὰ ὅσα τῆς γῆς ἀκηκοότες ἐγκώμια, εἰς Αἴγυπτον ἐπιστρέφειν ἐβούλοντο.

κη'. ΚΑΙ ΕΤΕΛΕΣΘΗΣΑΝ ΤΩ ΒΕΕΛΦΕΓΩΡ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἴδωλον τοῦτο Ἀμμανιτῶν· ὁ καλούμενος παρ' Ἕλλησι Κρόνος.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Εἴδωλον δὲ Βάαλ ἐν τόπῳ Φεγώρ. Ἕλληνες δὲ τὸν Βάαλ Βὴλ ὀνομάζουσιν· ὃν φασὶν εἶναι τὸν Κρόνον. Ἔφαγον δὲ θυσίας νεκρῶν διὰ τὸ πᾶσαν τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην, ἤτοι διά τινων νεκρικῶν τῶν κατὰ γοητείαν ἔργων κατεσκευάσθαι· ἢ νεκρῶν ἀνδρῶν περιέχειν μνήμας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐ τὸ τῆς εἰδωλολατρείας αἴτιον εἶπεν (ὅπερ ἦν ἡ πορνεία, εἰς κοινωνίαν τοῦ σεβάσματος αὐτοὺς ἐπαγομένη) ἀλλὰ ἀποτέλεσμα κατηγορεῖ, οὗ χάριν καὶ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν ἀλλοφύλων γυναικῶν ἀπεῖπεν ὁ νόμος, ὡς μὴ τῇ συμπαθείᾳ τῶν γυναικῶν εἰς κοινωνίαν τῆς ἀσεβείας ὑπάγοιντο· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. εἰς τοσοῦτον γὰρ αὐτοὺς ἀπονοίας περιήγαγεν, ὡς θύεσθαι τὰ τοῦ Βεελφεγὼρ,

καὶ

καὶ θυσίαις νεκρῶν πλημμύραις μολυνέσθαι.

• ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ὅμως φιλανθρωπίᾳ χρώμενος ὁ θεὸς, οὐδ' οὕτω πᾶσι κατὰ ταυτὸν ἐπήγαγε τὸν ὄλεθρον, ἀλλὰ μετρίαν αὐτοῖς ἐπήγαγε κόλασιν· εἰς ἀκολασίαν δὲ πάλιν ἐξοκείλαντες, καὶ ταῖς τῶν Μωαβιτῶν γυναιξὶ μιγνύμενοι, μετέμαθον τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν. Θυσίας δὲ νεκρῶν καλεῖ, τὰς χαλυμύας παρ' Ἕλλησι χοὰς, ἃς τοῖς νεκροῖς προσφέρειν εἰώθασι. καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς καλουμένους θεοὺς νεκροὺς, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι προσαγορεύσας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Νεκρῶν τῶν εἰδώλων φησίν. οὐ γὰρ ἁπλῶς προσεκύνησαν μόνον, ἀλλ' ἑορτάζοντες ἐπανηγύριζον, ἔθυον, ἔσπενδον, μετὰ τὸ μάννα, μετὰ τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπὸ τῆς πέτρας, μετὰ τὴν τοσαύτην ἀφθονίαν, μετὰ τὴν τρυφὴν τὴν ὑπερβαίνουσαν φύσιν.

λ'. ΚΑΙ ΕΣΤΗ ΦΙΝΕΕΣ, ΚΑΙ ΕΞΙΛΑΣΑΤΟ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπὶ δὲ τοῦ Φινεὲς οὐχ οὕτως γίνεται· ἀλλ' αὐτὸς ὥσπερ τις ἰατρὸς νοσοῦντος μέλος ἐγκόπτων, τὸ λοιπὸν ἐξετάζει τῆς νομῆς. Οὕτω δὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας διὰ μέσης τῆς γαστρὸς πλήξας, καὶ μιᾷ πληγῇ διαφθείρας, ἔστησε τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν, καὶ τοῦτον θεὸς στεφανοῖ καὶ ἀνακηρύττει.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κεῖται ἐν ἀριθμοῖς ἡ ἱστορία, ὅπως λαβὼν Φινεὲς τὸν σειρομάστην διέπειρε τὴν Μαδιανῖτιν ἅμα τῷ συνὼν αὐτῇ πεπορνευκότι· καὶ ἐκόπασε παραχρῆμα ἡ κατ' αὐτὸν ὀργὴ ἅμα τῇ τοιαύτῃ πράξει. Παρίστησι δὲ ὁ λόγος, πόσον ἰσχύει παρὰ θεῷ ἑνὸς ἀνδρὸς δικαιοσύνη, ὡς καταστεῖλαι τὴν ὀργὴν, καὶ ἀνακρουσθῆναι τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων θραῦσιν, διὰ τὸν Φινεὲς ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ζῆλον.

λβ'. ΚΑΙ ΠΑΡΩΡΓΙΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΥΔΑΤΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο αὐτοὺς ὑπομιμνήσκει Μωϋσῆς εἰσιόντας εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας λέγων· Καὶ ἐγὼ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας δι' ὑμᾶς· καὶ ἐδεήθην τοῦ κυρίου, καὶ εἶπέ μοι, ἱκανούσθω σοι· μονονουχὶ λέγων, νήφετε, καὶ σωφρονεῖτε. εἰ γὰρ ἐμοῦ τοῦ νομοθέτου οὐκ ἐφείσατο διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην, ἐννοήσατε ποίαν ὑποστήσεσθε ὑμεῖς, εἰ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένετε κακοῖς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δηλοῖ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ὀλιγωρίαν τὰ ῥήματα· Ἀκούσατέ μου οἱ ἀπειθεῖς· μὴ

sacrificarent, & sacrificijs quæ mortuis offerebantur contaminarentur.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Deus tamen benignitate vsus, nequedum sic omnibus eodem tempore interitum adduxit, sed moderatam ipsis vindictam irrogauit: sed vbi iterum in lasciuiam exorbitarunt, & Moabitarum mulieribus commixti fuerunt, earumdem impietatem didicerunt. Sacrificia verò mortuorum appellat, quæ à Græcis inferiæ nuncupantur, quas mortuis offerre solebant. Sed si aliquis ipsos Deos mortuos vocaret, nequaquam aberraret.

Quæ vocet sacrificia mortuorum.

CHRYSOSTOMI. Mortuorum intelligit idolorum. Non solùm enim simpliciter adorabant, sed festorum more conuentus celebrabant, immolabant, libabant, idque post manna, post fluuios è petra, post tantam abundantiam, post delicias quæ naturam superabant.

30. ET STETIT PHINEES, ET PLACAVIT.] CHRYSOSTOMI. Sed non ita Phinees se gessit; verùm ipse tamquam Medicus aliquis morbidum membrum resecans, id quod reliquum est seruat à depastione. Sic nempe peccatores per medium ventrem transfodiens, atque vnicâ plagâ perdens, iram Dei sistit, eumque Deus coronat & deprædicat.

Phinees vindictam auertit.

EVSEBII. Ponitur in Numeris historia, quomodo Phinees accipiens siromasten transfodit Madianitidem simul cum eo qui cum illa fornicabatur; atque illicò simul cum isto facinore ira contra ipsum cessauit. Hic sermo autem ostendit, quantum vnius viri iustitia valeat apud Deum, ita vt ob Phineæ pro Deo zelum eius ira infringeretur, & quassatio aduersus peccatores auerteretur.

Num. 25, 7.

32. ET IRRITAVERVNT EVM AD AQVAM.] CHRYSOSTOMI. Hoc Moyses ipsis in promissionis terram ingredientibus reuocat in memoriam dicens: Et ego non ingrediar in terram promissionis propter vos: & rogaui Dominum, & dixit mihi, Sufficiat tibi; tantum non dicens, Vigilate, & sobrij estote. Nam si mihi Legislatori minimè pepercerit propter peccatum istud, cogitate quale vos maneat supplicium, si in ijsdem malis perseueraueritis.

Deut. 3.

HESYCHII. Hæc verba declarant contemptum terræ: *Audite me increduli; Numquid*

Num. 20, 10.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quid vocet labiorum distinctionem.

quid ex petra hac educemus vobis aquam? Distinctionem verò in labijs non dicit verborum ambiguitatem, quam Moyses è petra miraculum faciens sustinuit, sed id quod, vti par erat, Iudæorum populo contigerat expendit; quandoquidem assiduè inobedientes & tentantes fecerant vt ipse contemptui haberetur.

Quanta vesania Israelitarum, vt pro Deo nollent inimicos delere; & pro diabolo filios occiderent.

34. NON DISPERDIDERVNT GENTES.] CHRYSOSTOMI. Vide iterùm malitiam ipsis esse contrariam. Quando enim dæmones imperabant, neque filijs parcebant; quando verò Deus iubebat, neque inimicos attingebant: sed illis quidem imperantibus etiam supra naturam erant crudeles; hoc verò iubente, etiam contra decorum molles & effeminati sunt. Ipsi siquidem iubebant filios occidi, & obtemperabant: hic verò iusserat vt Gentes disperderent, & contradicebant. Volebat autem hoc Deus, ne rursus haberent nequitiæ præceptores.

THEODORETI. Primum, inquit, peccatum eorum fuit in terra promissionis, quòd non exterminauerint Gentes quas dixerat Dominus illis: siquidem earum commistionem & impietatis communionem prohibuerat, vnà cum principio finem simul auferens, & cum radice fructum abolens, & minori malo id quod peius est restinguens. Verumtamen ipsi etiam in hoc Dei legem violantes, neque Gentes impias exterminarunt, neque earumdem communicationem euitarunt; sed in tantum prauam eorum societatem zelarunt, vt ne quidem ab omni impietatis excessu abstinerent.

35. ET COMMISTI SVNT INTER GENTES.] CHRYSOSTOMI. Obserua denuò intentam accusationem. Non solùm enim non eiecerant nec deleuerãt, sed ipsis etiam commixti erant, earumque malitiam fuerant æmulati, & ad impietatem ipsarum sponte fuerant prolapsi: & non solùm non reddiderant meliores, verùm etiam ex ipsis deteriores euaserant. Et Propheta declarans Deum nequaquam odium hominum docuisse, sed securos ipsos reddere voluisse, subiunxit: *Et factum est ipsis in scandalum*, scilicet coniugium & commixtio istiusmodi, & non in scandalum qualecumque: nam contra naturam ipsam insaniuerunt. quod subiungit di-

ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; Διαστολὴν δὲ ἐν τοῖς χείλεσιν οὐ τὴν τῶν ῥημάτων ἀμφιβολίαν λέγει, ἣν ὁ Μωσῆς ἀπὸ τῆς πέτρας θαυματουργῶν ὑπέμεινεν, ἀλλὰ τὸ συμβὰν εἰκότως, τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων λογίζεται· ἐπειδὴ συνεχῶς ἀπειθοῦντες καὶ πειράζοντες εἰς ὀλιγωρίαν αὐτὸν καταστῆναι ἐποίησαν.

λδ'. ΟΥΚ ΕΞΩΛΟΘΡΕΥΣΑΝ ΤΑ ΕΘΝΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν τὴν κακίαν ἀπεναντίας αὐτοῖς οὖσαν. Ὅτε μὲν γὰρ οἱ δαίμονες ἐκέλευον, οὐδὲ τῶν τέκνων ἐφείδοντο· ὅτε δὲ ὁ Θεὸς ἐπέταττεν, οὐδὲ τῶν πολεμίων ἥπτοντο· ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἐπιταττόντων καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἦσαν ὠμοί· τούτου δὲ κελεύοντος, καὶ παρὰ τὸ δέον μαλακοὶ καὶ ἄνανδροι. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον σφάξαι τέκνα, καὶ ὑπήκοον· ὁ δὲ ἔλεγεν ἀπολέσαι ἔθνη, καὶ ἀντέλεγον. ἐβούλετο δὲ τοῦτο ὁ Θεός, ἵνα μὴ πάλιν διδασκάλους ἔχωσι πονηρίας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πρῶτον ἁμάρτημα γέγονεν αὐτῶν, φησιν, ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, τὸ μὴ ἐξολοθρεῦσαι τὰ ἔθνη ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς· τὴν γὰρ ἐπιμιξίαν καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας ἐκώλυσε κοινωνίαν, τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος συναιρῶν, καὶ τῇ ῥίζῃ τὸν καρπὸν ἀφανίζων, καὶ τῷ ἐλάττονι κακῷ τὸ χεῖρον περιαποστέλλων. ἀλλ' ὅμως οὔτε καὶ τούτῳ τὸν θεῖον παραβαίνοντες νόμον, οὔτε τὰ δυσσεβῆ ἐξωλόθρευσαν ἔθνη, οὔτε τὴν πρὸς αὐτὰ ἔφυγον κοινωνίαν· ἀλλὰ τὴν πονηρὰν αὐτῶν κοινωνίαν ἐζήλωσαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὡς μὴ καταλιπεῖν πάσης ἀσεβείας ὑπερβολήν.

λε'. ΚΑΙ ΕΜΙΓΗΣΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν κατηγορίαν ἐπιτεταμένην. Οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐξωλόθρευσαν, οὐδὲ μόνον οὐκ ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ ἀνεμίγησαν αὐτοῖς, καὶ ἐζήλωσαν αὐτῶν τὴν πονηρίαν, καὶ πρὸς τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ηὐτομόλησαν· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐποίησαν βελτίους, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐξ ἐκείνων ἐγένοντο χείρους. Καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ὅτι οὐ μισανθρωπίαν ἐδίδασκεν ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν ἀσφαλείᾳ αὐτοὺς καταστῆσαι βουλόμενος, ἐπήγαγε· Καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον, ἡ ἐπιμιξία καὶ ἡ συνουσία ἡ τοιαύτη, καὶ σκάνδαλον οὐ τυχόν· κατὰ γὰρ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐμάνησαν. ὅπερ ἐπάγει λέγων·

Digitized by Google

γων· Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ησυχιου. Οὐ μόνον ἐφείσαντο τῶν ἀσεβῶν, ἀλλὰ καὶ ἀσεβῆ πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν εἰργάσαντο.

Χρυσοστομου. Διπλοῦν τὸ ἔγκλημα· ὅτι τε ἔθυσαν υἱοὺς, καὶ ὅτι ἀθῴους. μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ ὑπευθύνους ὄντας κολάζειν ἐχρῆν, νυνὶ δὲ καὶ ἀθῴους. καὶ τρίτον ἔτι τούτων χαλεπώτερον, ὅτι καὶ δαιμονίοις. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς· διὰ τοῦτο καὶ μεταξὺ ὁ θεὸς ἔχθραν ἔθηκεν ἀσφάλειαν, διὰ τοῦ μίσους κατασκευάζων. Ταῦτα δὲ αὐτὰ διηγεῖται νῦν οὐκ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀλλὰ τῶν τὴν παλαιστίνην κατειληφότων.

Θεοδωρητου. Ποίαν ἀσέβειαν οὐχ ὑπεραίρει, τὸ αἵμασιν υἱῶν καὶ θυγατέρων μολῦναι τὴν γῆν, καὶ τοῖς αἱμοβόροις δαίμοσι τὰς τούτων θυσίας προσενεγκεῖν; Τῷ θεῷ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ νενομισμένα προσέφερον, τοῖς δὲ εἰδώλοις καὶ τὰς τῶν παίδων σφαγάς.

λθ'. Και εποpνευσαν εν τοις επιτηδευμασιν.] Χρυσοστομου. Πορνείαν ἐνταῦθα οὐ τὴν σωμάτων λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς δυσσεβείας· καὶ συνεχῶς ταύτην μάλιστα καλεῖν εἰώθασιν οἱ προφῆται, ὁμοῦ τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενοι καὶ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην· ὅτι ὅσην ἀνὴρ περὶ τὴν γυναῖκα ἐνδείξαιτο πρόνοιαν, τοσαύτην ὁ θεὸς περὶ ἐκείνους. καὶ οὕτως ἀπεσκίρτησαν, καὶ ὑπὸ τὰ εἴδωλα ηὐτομόλησαν.

Θεοδωρητου. Πορνείαν δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀκολασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν καλεῖ. ἐπειδὴ γὰρ τῷ θεῷ συνημμένοι, τὴν ἐκείνων θεραπείαν ἠγάπησαν, τὴν δεισιδαιμονίαν εἰκότως πορνείαν ἐκάλεσεν.

Ησυχιου. Πορνείαν οὖν ἐνταῦθα τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποστασίαν καλεῖ.

μα'. Και παρεδωκεν αυτους εις χειρας εχθρων.] Ευσεβιου. Οὐ παραδίδωσι δὲ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον βδελύξηται αὐτόν· βδελύσσεται δὲ αὐτὸν διὰ τὰς προλελεγμένας πράξεις. Ἐπειδὰν δὲ ὁ κύριος παραδῷ, τίς οὐ δύναται τῶν αὐτοῦ κυριεῦσαι;

Χρυσοστομου. Οἱ θρασεῖς, οἱ ἀλαζόνες, οἱ τῆς φύσεως κατεξανιστάμενοι, πρὸς τὰ εἴδωλα κεχηνότες, ὥσπερ τινὰ χαλινὸν μέγιστον

ceris: *Et immolauerunt filios suos & filias suas*, &c.

Hesychii. Non solùm impijs pepercerunt, verùm etiam cum ipsis communionem impiam exercuerunt.

Chrysostomi. Duplex crimen eorum erat: quòd & filios, & quòd innoxios immolauerint. Siquidem ne reos quidem punire oportuerat, nunc verò etiam innoxios immolarunt. Et tertium hisce grauius, quòd etiam dæmonijs. Idcircò dixerat vt ipsos disperderent: ideoque Deus interposuerat inimicitiam, vt per odium præstaret securitatem. Hæc ipsa verò nunc enarrat non de ijs qui in deserto erant, sed qui Palæstinam occuparant.

Theodoreti. Qualem enim impietatem non superat, sanguinibus filiorum ac filiarum terram coinquinare, & sanguiniuoris dæmonijs horum sacrificia offerre? Nam Deo ne legitima quidem offerebant, idolis verò natorum etiam cædes.

39. Et fornicati svnt in adinventionibvs.] Chrysostomi. Fornicationem hoc loco non corporum solùm dicit, sed etiam religionis: atque hanc Prophetæ potissimùm solent sic appellare, simul Dei curam & eorum ingratitudinem ostendentes: quia quantam vir circa vxorem, tantam Deus circa ipsos exhibuit prouidentiam. Atque etiam sic resilierunt, & ad idola sponte defecerunt.

Theodoreti. Fornicationem autem hoc loco non modò incontinentiam, verùm etiam idolorum cultum vocat. Quoniam enim Deo copulati, illorum cultum adamarunt, dæmonum honorem meritò fornicationem appellauit.

Hesychii. Fornicationem igitur hîc vocat defectionem à Deo.

41. Et tradidit eos in manvs inimicorvm.] Evsebii. Non tradit autem Dominus populum suum, nisi priùs eum fuerit abominatus: abominatur autem ipsum propter actiones prædictas. Postquam autem Dominus tradiderit, quis non possit eorum dominari?

Chrysostomi. Truculenti, impostores, aduersus naturam erecti, ad idola propensi, cùm barbaricum timorem quasi frenum

CATENA PATRVM.

Fornicatio duplex.

Digitized by Google

quoddam maximum concepissent, cohibiti fuerunt; & humiliati à pristina insania resilierunt.

Exaggerat Dei clementiam & Israelitarum malitiam.

HESYCHII. Simul & Dei clementiam laudauit, & illorum malitiam tragicè deplorauit: siquidem ipse non destitit illis beneficia conferre, & à rebus tristibus eos liberare, ipsi verò similiter perseuerarunt illum irritare.

44. ET VIDIT DOMINVS CVM TRIBVLARENTVR.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus curam ipsius: non enim videbat illos malitiam deponere, sed dumtaxat tribulari, & seruauit eos. Sicut enim patri filiorum amanti satis est, ob suam erga filium clementiam, si ipsum videat coërcitum & humiliatum, ita quoque Deo. tantummodò vocabant eum, & illicò annuit: quod etiam in Ægypto fecerat.

Cyri in Iudaeos beneuolentia.

EVSEBII. Atque hoc impletum fuit, quando immisit Deus in cor Cyri Regis, & postmodum Darij & Artaxerxis, vt cum Gente Iudæorum benignè agerent; iuxta quæ in Scriptura Esdræ referuntur. Quin & etiamnum Romanorum Imperio seruientes miserationibus potiuntur, Deo hoc ipsis concedente: non quòd digni essent, sed rursus propter multitudinem misericordiarum suarum.

46. ET DEDIT EOS IN MISERICORDIAS.] ATHANASII. Hoc ait propter Cyrum, qui ipsos è captiuitate liberauit, & Darium & Xerxen, qui ipsis quoque facultates suppeditarunt ad templi ædificationem.

HESYCHII. Viden' quanta sit Dei beneuolentia; quandoquidem etiam inimicos nobis placabiles reddit, eosque non aliquos, sed omnes; & quidem illos qui tamquam hostes captiuos ceperant: hi nempe paterna viscera erga captos induunt, vt clarum sit illud quidem iræ diuinæ, hoc autem benignitatis esse: vtrisque enim ad correctionem opus habemus.

APOLINARII. Porrò captiuorum reditum per misericordiam minimè inconcussum fore hoc loco demonstrat, introducens orationem pro Gentium congregatione; atque in hac finiuit, vt stabilem & immutabilem apud Deum salutem reperirent, & Saluatori semper gratias agerent, in Deo gloriantes. Oportet enim Israëlem post eam in qua nunc est

λαβόντες τὸν φόβον τὸν βαρβαρικὸν συνεστάλησαν· καὶ ταπεινωθέντες ἐκ τῆς προτέρας κατεστάλησαν μανίας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁμοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ὕμνησε, καὶ τὴν ἐκείνων κακίαν ἐτραγῴδησεν· ὃ μὲν γὰρ εὐεργετῶν καὶ ῥυόμενος αὐτοὺς τῶν λυπηρῶν οὐκ ἐπαύετο, οἱ δὲ καὶ παροργίζοντες αὐτὸν, καὶ παραπικραίνοντες ὁμοίως ἐπέμενον.

μδʹ. ΚΑΙ ΕΙΔΕ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΘΛΙΒΕΣΘΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν· οὐ γὰρ εἶδεν ἀποθεμένους κακίαν, ἀλλὰ θλιβομένους μόνον, καὶ ἔσωσεν αὐτούς. Καθάπερ γὰρ πατὴρ φιλόστοργος συστελλόμενον, τὸν υἱὸν ὁρῶν καὶ ταπεινούμενον ἀρκεῖται, τοῦτο πρὸς φιλανθρωπίαν τὴν εἰς αὐτὸν, οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεός. μόνον ἐκάλεσαν αὐτὸν, καὶ εὐθέως ἐπένευσεν· ὅπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πεποίηκεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ τοῦτο ἐπληροῦτο, ὅτε ἐνέβαλεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν καρδίαν Κύρου τοῦ βασιλέως, καὶ μετὰ ταῦτα Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου, φιλανθρώπως χρήσασθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει κατὰ τὰ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ Ἔσδρα φερόμενα. Ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτι νῦν τῇ ἀρχῇ τῶν Ῥωμαίων δουλεύοντες ἐν οἰκτιρμοῖς τυγχάνουσι, τοῦ Θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς δεδωρημένου· οὐχ' ὅτι ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ πάλιν διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους.

μϛʹ. ΚΑΙ ΕΔΩΚΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΙΣ ΟΙΚΤΙΡΜΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτό φησι διὰ Κῦρον, τὸν ἀπολύσαντα αὐτοὺς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ Δαρεῖον καὶ Ξέρξην, τοὺς καὶ χρήματα δόντας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ἡλίκον ἐστὶν εὐμένεια Θεοῦ· ὅπως ἡμῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς εὐμενεῖς ἐργάζεται, καὶ οὐδέ τινας, ἀλλὰ πάντας· καὶ οἱ λαβόντες αἰχμαλώτους ὡς πολέμιοι οὗτοι σπλάγχνα πατέρων περὶ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ἀναλαμβάνουσιν, ὥστε δῆλον εἶναι τὸ μὲν ὀργῆς Θεοῦ, τὸ δὲ φιλανθρωπίας· ἀμφοῖν γὰρ εἰς διόρθωσιν χρήζομεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὴν δι' ἐλέους τῶν αἰχμαλωτισάντων ἐπάνοδον οὐκ ἀσάλευτον ἐσομένην ἐν τούτῳ δείκνυσιν εὐχὴν, ἐπαγαγὼν περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐπισυναξέως· καὶ εἰς ταύτην κατέληξεν, ἵνα βεβαίαν καὶ ἀμετακίνητον εὕρωνται τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίαν, καὶ διαπαντὸς εὐχαριστῶσι τῷ σεσωκότι, τὴν ἐν Θεῷ καύχησιν ἔχοντες. χρὴ γὰρ τὸν Ἰσραὴλ ἐκ-

δέχεσθαι

Digitized by Google

δέχεσθαι τὸν Ἰσραὴλ μετὰ τὴν νῦν ἀπείθειαν (ὡς ὁ Ἀπόστολός φησιν) ἵνα χορεύσωσι θεῷ πάσας τὰς ἡμέρας ἐλεηθέντες, ὡς Ζαχαρίας προαγορεύει.

λζ΄. ΣΩΣΟΝ ΗΜΑΣ ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διδάσκονται εὔχεσθαι τυχεῖν τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωγῆς, ἵν᾽ ἤδη ποτὲ τῆς διασπορᾶς ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῶσιν· ὅπερ Ἰουδαῖοι μὲν φαντάζονται μέλλειν ἔσεσθαι ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐπιστάντος αὐτοῖς τοῦ ἠλειμμένου. ἡμεῖς δὲ ἤδη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος ἀνθρώποις ὁρῶμεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τὸ πλῆθος τῶν ὁσημέραι ὑπὸ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐπισυναγομένων ψυχῶν, ἐντεῦθέν τε παρασκευαζομένων ἐπὶ τὴν κρείττονα ἐπισυναγωγὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἥντινα ἀληθῶς ἁγίαν ἐπαγγέλλεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὄντως σωθῆναι, τὸ ἐπισυναχθῆναι ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ μὴ διεσπάρθαι εἰς τὴν ἐκείνων πλάνην. λέγει γὰρ ἔθνη νῦν, τοὺς ἐν ἀσεβείᾳ πορευομένους ἥπερ τῶν ἐθνῶν ἐκράτει τὸ πρότερον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες τῆς αἰχμαλωσίας τὸν καρπόν; εἶδες τῆς ἐπανόδου τὸ κέρδος; τοσαύτην ἐδώκαμεν δίκην, φησὶν, ἀπάλλαξον τῶν πολεμίων· δὸς μετὰ τῶν πρεπόντων νόμων τοὺς εἰωθότας ὕμνους ἀναφέρειν τῷ ὀνόματι τῷ σῷ· δὸς καλλωπίζεσθαι ἐν τῇ λατρείᾳ τῇ σῇ· ἐν γὰρ τῇ βαρβάρῳ χώρᾳ ταῦτα ποιεῖν οὐκ ἐξῆν· διὸ καὶ ἔλεγον· πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; εἶδες, πῶς οἱ θύσαντες τὰ τέκνα αὐτῶν ἐπὶ τῆς οἰκείας, ἐπειδήπερ τῆς πατρίδος ἐξέπεσον, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ ταλαιπωρίας πεῖραν ἔλαβον, εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ τὸν θεὸν ὑμνοῦντος ἦλθον, τὴν ἐκ τῆς ῥαθυμίας γινομένην κακίαν τῇ ταλαιπωρίᾳ τῆς αἰχμαλωσίας ἀποθέμενοι, καὶ ἐπιζητοῦσι τὴν πατρίδα· οὐ διὰ τὸ ἔδαφος τῆς ἐνεγκούσης, οὐδὲ διὰ τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλὰ δι᾽ εὐχαριστίαν καὶ ὑμνῳδίαν καὶ τὴν περὶ θεὸν θεραπείαν.

μη΄. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΙΣΡΑΗΛ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκολούθως τῷ Ἀποστόλῳ φήσαντι, Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. καὶ νῦν ὁ λόγος διδάσκει, πάντοτε εὐλογεῖν τὸν κύριον καὶ ἐφ᾽ οἷς ἐλεεῖ, καὶ ἐφ᾽ οἷς παιδεύει, καὶ ἐφ᾽ οἷς σώζει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μέχρι τοῦ ἐνταῦθα τὴν τετάρτην βίβλον τῶν ψαλμῶν Ἑβραίων παῖδες ὁρίζον-

incredulitatem (vt ait Apostolus) misericordiam accipere, vt tripudient Deo omnibus diebus misericordiam consecuti, quemadmodum Zacharias prædicit.

CATENA PATRVM.

Rom. 11.

47. SALVOS NOS FAC DOMINE DEVS NOSTER.] EVSEBII. Docentur rogare vt de Gentibus congregentur, vt à pristina dispersione liberati in vnum conueniant: quod Iudæi in præsenti vita futurum imaginantur, cùm vnctus ipsis præfuerit. Nos autem iam pridem Saluatore nostro hominibus illucescente videmus ex omnibus Gentibus multitudinem animarum quotidie sub Dei Filio congregatarum, quæ hîc præparantur ad meliorem congregationem in cælorum Regno habendam, quam verè sanctam fore promittit.

Ecclesia ex Gentibus congregata in salutem.

HESYCHII. Hoc est enim reuerà saluari, scilicet congregari ex Gentibus, & earum errore minimè aspersum esse. Modò enim Gentes appellat illos, qui ambulant in impietate quæ Gentes priùs occupabat.

CHRYSOSTOMI. Vidisti fructum captiuitatis? vidisti reditus emolumentum? Tantam, inquit, pœnam dedimus, libera nunc ab inimicis: da vt cum decentibus legibus solitos nomini tuo hymnos offeramus: da vt in cultu tuo illustres euadamus: in barbara enim regione hæc præstare minimè licebat. Quapropter etiam dicebant: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Vidisti, quomodo hi qui filios suos in terra propria immolauerant, postquam à patria exularant, & in terra aliena miseriæ experimentum acceperant, Deum laudandi desiderium conceperint, malitiam ex vecordia ortam per captiuitatis miseriam depellentes, patriamque exquirant; non propterea solùm quòd ipsos tulerat, neque propter amicos & cognatos, sed propter gratiarum actionem & hymnodiam ac cultum Dei.

Psal. 136, 4.

48. BENEDICTVS DOMINVS DEVS ISRAEL.] EVSEBII. Conformiter Apostolo dicenti, *In omnibus gratias agite.* Iam etiam hic sermo docet, semper Domino benedicendum tam pro misericordijs quàm pro disciplinis, quàm pro salute.

1. Thess. 5, 18.

HESYCHII. Huc vsque quartum Psalmorum librum definiunt Hebræi: in quinque

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

que enim libros vniuersam Dauidis prophetiam diuidentes (vti priùs dicebamus) quemlibet Psalmum, cui finis est *Amen*, *amen*, vnius libri complementum esse arbitrantur.

ται· εἰς πέντε γὰρ τὴν τοῦ Δαβὶδ προφητείαν διελόντες (καθὰ καὶ πρότερον ἔφαμεν) ἕκαστον ψαλμὸν, ᾧ τοῦτο τέλος προσκεῖται Ἀμὴν, ἀμὴν, συμπλήρωσιν εἶναι μιᾶς βίβλου νομίζουσιν.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus etiam Dei laudem continet; quare & *Alleluia* inscribitur.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus.*] Græcè χρηστός: quod vocabulum notat S. Hieronymus ad Suniam *vtile* & *bonum* & *suaue* verti posse: quod etiam paulò pòst inferiùs in hoc eodem Psalmo notat S. Augustinus. Dignissimum sanè dilectionis Dei motiuum est ipsa eius bonitas, propter quam ipse omnino dignus est diligi ab ijs qui ad perfectionem adspirant sine vlla cogitatione præmij, sine vllo accipiendæ mercedis obtentu: non quia non sint accepturi mercedem, quibus abundantissima gloria parata est, sed quia non propter illam, sed ob Dei immensam pulchritudinem & intrinsecam eius bonitatem in ipsum amoris affectu feruntur. Nec solo cordis sui amore contenti alios quoque ad Deum amandum propter immensam eius bonitatem inuitant, hanc præcipuam amoris causam erga Deum, quam habent cordibus proprijs infixam, assignantes, quòd ipse bonus est; & propterea omni amore & laude & obsequio nostro dignissimus.

Deus potissimùm ob propriam suam bonitatem amandus & laudandus.

2. *Quis loquetur potentias Domini?*] In Chaldæo est: *Quis poterit eloqui fortitudines Domini?* Ita vocat opera mirabilia & gloriosa, ad quæ necessaria est immensa quædam potentia atque fortitudo, quam *brachij potentiam* Virgo-parens in Cantico suo nominauit. Eamdem potestatem præconio suo exornans Iudas Apostolus ita infit: *Soli Deo gloria*, *& magnificentia*, *& imperium*, &c. Quod ait *magnificentiam*, Græcè μεγαλωσύνην, Syrus Interpres reddit *potentiam*. Itaque ipsam magnificentiam Caietanus ait esse *factiuam magnorum operum*. Nihil certè potest homo vel Angelus mente concipere, & depingere cogitatione, quamlibet nouum, peregrinum, insolens, operosum, mirabile, quod Deus efficere non possit, si modò non inuoluat contradictionem; imò verò multò plura potest & maiora & perfectiora, atque pari facilitate, quâ totum hoc vniuersum perfecit verbo, nutu, voluntate. Posset etiam mundos innumerabiles condere inexplicabili creaturarum varietate, quæ ab his quas videmus infinitis rationibus discriminentur; alias inuenire species tum elementorum, tum animantium, tum etiam intelligentis naturæ: quæ species naturâ, perfectione & pulcherrimis dotibus cogitationem omnem nostram anteeant. Denique quanta est sapientia Dei, quæ exemplaria & ἰδέας possibilium rerum innumerabiles continet, tanta est illius vis & in efficiendo potentia, & amplam illam mentis intelligentiam exæquat. Hæc diuinæ potentiæ meditatio ad concipiendam diuini Numinis admirationem, iustissimum metum & reuerentiam potest quamplurimùm; quam proinde omnes Sancti adhibuerunt.

Immensa & inexplicabilis est Dei potentia. Lucæ 2. Iud. 25.

IBIDEM. *Auditas faciet omnes laudes eius?*] Id est: Quis loquendo faciet vt audiantur omnes laudes eius? Ineffabilis enim Deus est; quia nullis verbis, nullis sermonibus exprimi potest prout in seipso est, etiamsi tot libri scribantur, quot etiam mundus capere non posset: & non solùm nullis verbis externis repræsentari potest, sed etiam, quia nulla mens creata absque lumine gloriæ potest illum vt est in se concipere, ac proinde nec verbis internis illum sibi vel alijs repræsentare. Omnis enim conceptus mentis creatæ, quo illa Deum absque lumine gloriæ concipit, infinitè abest à genuina eius repræsentatione. Quinimò etiam adeò sublimis, infinitus & immensus est, vt neque à Beatis per lumen ipsum gloriæ adæquatè, seu comprehensiuè, vllo verbo mentis exprimi aut repræsentari possit, sed solùm à seipso. Sensus ergo Prophetæ est, neminem mortalium, vtcumque ad canendas Dei laudes studia omnia & conatus suos conferat, tam splendido argumento parem fore, cuius immensitas sensus omnes nostros & intelligentiam obruit. Quamquam non eo consilio in sublime attollit Dei potentias, vt nos ab illis prædicandis deterreat; sed hac potiùs ratione nos stimulat, vt supra vires nitamur. Nam (vt Leo ait) inde potiùs fandi tribuit potestatem, quòd numquam possit esse satis quod dicitur. Optimum ergo ad nos animandos solatium est, quòd scimus, vtcumque nos facultas deficiat, quas ex animo offerimus laudes Deo placere: tantùm ne frigeamus. Nam si strenuè currendo, longè tamen à perfectione semper distamus, quis iam pigritiæ locus restat? quia nimis absurdum esset, qui ad decimam partem non perueniunt, hac occasione in centesima torpere.

Deus planè ineffabilis non solùm verbis oris, sed etiam mentis.

Non idcircò tamen à Dei laude cessandum est.

3. *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam.*] Hoc loco S. Augustinus iudicij nomine vult aliud quid quàm iustitiæ voce intelligi: ait enim, Si iudicium & iustitia propriè dicantur, aliquid interesse non dubito, vt iudicium custodire dicatur qui rectè iudicat, iustitiam verò facere qui rectè agit. Nec absurdè existimo intelligi secundùm illud, *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.* Iustitia igitur significet virtutis opera quibus rectè viuimus; & iudicium, operum nostrorum discussionem quâ gesta nostra iudicamus. Quare beati erunt illi, qui non solùm iustitiam & sancta opera curant facere, sed etiam dum seipsos discutiunt, & Deo bona sibique ipsis mala tribuunt, iudicium nituntur custodire.

Quid intersit inter iudicium & iustitiam. Psal. 93. 15.

5. *Ad laudandum cum hereditate tua.*] Vbi S. Bernardus Serm. 5. in festo omnium Sanctorum: *Non ait*, inquit, *vt lauderis ab hereditate tua; vt communis intelligatur futura laudatio.* sed inquirit vlteriùs à quonam laudandi sint in cælesti patria qui in illa commorantur: *Neque*

Digitized by Google

Neque enim, inquit, *singuli se glorificant; quia scriptum est, Non te laudet os tuum. Non vicissim alter alterum laudat; quia in laudem Conditoris intenti & extenti, in quo nimirum tota eis reposita est beatitudo, muneris numquam vacare laudibus possunt.* Respondet igitur S. Bernardus: *Si ipsa laudat hereditas Dominum; hereditatem quis laudet ab Apostolo audiamus: Tunc*, inquit, *vnicuique laus erit à Deo. Magnus laudator, & vehementer ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, vbi & laudare beatum est & laudari.* Vbi vides humanas laudes non solùm in hac vita, sed etiam in futura diuino testimonio celebrari.

1. Cor. 4, 5.

7. *Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.*] Hæc animi ingrati labes in Hebræis maximè arguitur in sacrorum Vatum prædictionibus; quòd cùm esset in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & nubis tentorium, & manna, & scaturiens rupes, & alia innumerabilia Dei benefacta, omnium obliti, inexpiabili se crimine & perfidiosissimâ malitiâ ad impuri dæmonis cultum conferebant. S. Bernardus Serm. 11. in Cant. hanc ingratitudinem *Iudaicum opprobrium* nominat dicens: *Nolo vos Iudaico notari opprobrio, de quibus Scriptura testatur, quòd non fuerint memores benefactorum eius & mirabilium eius quæ ostendit eis.* Quod non obscurè ad summi sceleris impietatem reuocat. Moyses quoque hanc ingratæ mentis vecordiam ore magno & aculeatâ ratione increpat in hunc modum: *Hæccine reddis Domino popule stulte & insipiens?* Constabat enim gentem illam, obliteratâ diuinorum beneficiorum memoriâ, sæpè in facinus abominandum præcipiti audaciâ ruisse.

Ingratitudo est Iudaicum opprobrium.

Deut. 32, 6.

IBIDEM. *Et irritauerunt ascendentes in Mare rubrum.*] Hebræi de Ægypto egressi, & ad Mare rubrum delati, cùm viderent diuisum mare, & viam inter aquarum cumulos stratam; nec dubitarent tam insolentem viam in sui fauorem diuinitus apertam, tamen eam arripere trepidarunt; & suâ hac trepidatione irritauerunt Deum, de illius patrocinio diffidentes, qui se illis tam singularem patronum exhibebat. Imò nisi Moyses exemplo suo præiret, & incognita illa vada fidens animi tentaret, vt Iosephus lib. 2. Antiquitatum capite vltimo testatur; & post eum Naason eiusque filius Aminadab de Tribu Iuda intrepidi aggrederentur, vt Hebræi in hunc locum apud Genebradum arbitrantur; totus in littore hæreret exercitus pauore consternatus, à Pharaone eiusque militibus miserabiliter concidendus. Itaque vitæ periculum etiam pro vitæ remedio subire non audebant. Verùm Ægyptij, qui ponè sequebantur, idem periculum intuentes; nec existimantes tantum miraculum in sui gratiam diuinitus effectum; nihilominùs intrepidi irruerunt: & vt suum in Hebræos odium explerent, suum adire periculum non dubitarunt. Qua de re D. Augustinus Serm. 89 de tempore: *Ægyptiorum*, inquit, *turmæ inter maritimos fluctus alienum iter ingressæ aquâ vindice puniuntur: quos in medium marini alui sinum desperata traxit audacia.* Igitur efficaciùs mouit Ægyptios insana contumacia quàm germana obedientia Hebræos: hæc enim in mortis periculum Hebræos non omnino impellebat, in quod illa Ægyptios temerè præcipitabat.

Deum irritant de illius patrocinio diffidentes.

Ægyptios magis mouet contumacia quàm Hebræos diuina obedientia.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Et increpuit Mare rubrum*, &c.] At nusquam legitur reprehensum Mare rubrum; cùm filij Israël sicco vestigio hinc inde agglomeratis vndis perambularunt. Tantùm enim legitur: *Et ingressi sunt filij Israël per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua.* Sistuntur vndæ, & increpari dicuntur? Prohibentur cursus aquarum diuinâ omnipotentiâ, & dicuntur reprehendi? Audiendus Augustinus ad hunc locum: *Non legimus*, inquit, *vllam, quâ increparetur mare, emissam cælitus vocem; sed potentiam diuinam, quâ id factum est, increpationem appellauit: nisi fortè quis dicat latenter increpatum.* Quæ latens hæc increpatio, si nulla emissa est vox, quâ increpatum fuit mare? Porrò increpatio vocalis reprehensio est. Num prohibitio cursus increpatio est? & reprehenditur mare stitione fluentium vndarum? ita planè. Fluunt vndæ natiuâ vi fluxus seu refluxus: inhibetur à Dei potentia expetitus cursus aquarum, ne appetitum & debitum sibi cursum teneant. Hæc grauis reprehensio sic vndas exasperarat, vt ab eiusmodi increpatione siccentur? *Increpuit Mare rubrum, & exsiccatum est.* Scilicet vel ipsæ aquæ siccantur, quia stagnare imperantur, & fluere prohibentur? statio in eodem loco aut prohibitio ab expetito & debito cursu acris est reprehensio; scilicet tacitè increpat ingenium, & sistit studium, qui inhibet ne vlteriùs decurrat; ipsumque prohibet, vt Nazianzenum, ne vltrà philosophari audeat aut possit cum tanto Ecclesiæ fructu.

Exod. 14. 22.

Qui non promouetur tacitè reprehenditur.

13. *Festinauerunt.*] Græcè ἐτάχυναν: sic & Hebræa: Vulgata, *Citò fecerunt*: S. Hieronymus omisso verbo *fecerunt* reddit, *Citò obliti sunt operum illius.* Lindanus testatur legisse se in quibusdam Codicibus, licet corruptè, *Citò defecerunt.* Meminit quoque Ribera noster in Michææ 1. nu. 56. ac refellit: & Rupertus ait, *Citò fecerunt, imò citò defecerunt.* In Romano Psalterio & apud Cassiodorum inseritur & particula *&*: quod tollit vim phrasis Hebrææ, quâ ponútur duo verba absque coniunctione, ad celeritatem maiorem declarandam. Sed vt pulchrè Cassianus lib. 1. Epist. 7. *Omnia subita probantur incauta.* Porrò incautè audet qui subitò operatur: siquidem non admittit boni consilij suadelam, sed etiam respicit leuem cogitationem suadentem ad oppositum. Vnde temeritas omnis subita est; vel potiùs subita omnia temeraria sunt, & ex eo quod repentè fit, insolentia & temeritas facinoris valdè exaggeratur ad delictum. Hebræa gens tunc nobilis, valdè oppressa Ægyptiacâ seruitute, innumeris portentis asseritur in libertatem ingenuam. Verùm cùm Hebræi ob recèns expertam munificam Dei beneuolentiam debuissent esse grati & religiosi; tunc vel maximè execrando idololatriæ crimine deliquerunt, informem auri vitulum pro Numine adorantes. Barbarum hoc & immane flagitium referens Dauid sic illud taxat: *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius*, &c. Egregia planè delicti amplificatio; non enim satis ponderasset tam infame & execrabile flagitium, si illud notaret ignobilis ingratitudinis, scilicet post tot accepta beneficia; vel expenderet brutam ignorantiam, quâ belluæ inani-

Subita sunt incauta & temeraria.

Repentè nihil faciendum.

ANNOTATIONES CORDERII.

nanimatæ diuinos honores tribuerunt; vel proderet idololatriæ cæcam superstitionem, quâ creaturam è genu adorabant, nisi etiam addidisset *Citò fecerunt.* Quo vno verbo quidquid flagitiosum quidquid immane fuit in vituli adoratione eleganter expressit. Ecce tibi quàm incautum, quàm imprudens & flagitiosum est quod derepentè fit. Ergo consilium cunctetur sententiam, ne subita sententia incautum consilium damnet. Mora comit prudentiam, & elaborat consilium. Sic magni viri à prudentia, vel à sanctitate, diuturnâ attentione commendauerunt quæ cœpere consilia: ne quod commendatur, à diuturna attentione, à subita determinatione damnaretur. Porrò enim opus est in benè constitutis ac cœptis perseuerantiâ: Quoniam *incassum bonum agitur* (inquit S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. vlt.) *si ante terminum vita deseratur. Frustrà velociter currit, qui prinsquam ad metas veniat deficit.* Ceterùm putant quidam hìc notari crimen commissum in Marah; vbi post tertium diem ab egressu è Mari rubro murmurauerunt ob aquas amaras. Alij putant hìc Prophetam incipere describere crimen illud quod sequenti versu apertiùs exponitur: sed veriùs commune Iudæorum ingratitudinis ac contumaciæ vitium perstringit; quo benefactorum obliti, ad suas ineptias illicò resiliebant Dei voluntate contemptâ. Hunc lusum Hebræi millies luserunt cum Deo: quantam sæpiùs promiserunt obedientiam? mox ad ingenium redierunt, & ad iam notam perfidiam. Cùm hostis hæreret à tergo, cùm serpentes ignei morderent, cùm varia eos necessitas premeret, quantis clamoribus apud Deum egerunt, vt seruarentur? *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.* Nihilominùs *obliti sunt operum eius; & non sustinuerunt consilium eius:* tales post correctionem quales anteà. Ab hac tam flagitiosa inconstantia non multùm nos abludimus, nimiùm frequenter Iudæi sumus. In morbo, vitiorum omnium inimici videri possumus: at vbi morbus valedixit, nos sensim cum vitijs in gratiam redimus, & postliminio morbi, nouam iungimus amicitiam cum antiqua superbia, aut libidine, aut auaritia. Quando nimirum aduersis vrgemur, grande odium indicimus peccatis; cùm redit fortunæ serenitas, hilari cachinno peccatum resalutamus, & hostem toties eiectum largiore quàm antè beneuolentiâ recipimus. Et hoc est non tantùm parentum suorum aut sui nominis obliuisci, vt Messala Coruinus, sed sui ipsius: quæ est omnium damnosissima obliuio. Quamobrem hìc notandum, non alia de causa tam ingratos erga Deum esse homines, nisi quia spernunt eius beneficia: quorum si memoria animis nostris hæreret, freni loco esset ad nos in eius timore retinendos. Speciem porrò trangressionis designat Propheta cùm subdit:

Psal. 106, 13.

Bona proposita in tribulatione facta citò frangimus.

14. *Concupierunt concupiscentiam in deserto.*] Hoc igitur crimen populi fuit, non conijcere curas suas in Deum, non placidè eum inuocare, & patienter expectare dum precibus annueret, sed tumultuoso impetu ruere, ac suis concupiscentijs frena laxare. Est enim *concupiscentia* veluti quædam nutricula perturbationum omnium & scintilla fumans; vnde ardores libidinum & cupiditatum existunt: est putida & in malam perniciem affluens scaturigo; vnde gurgites oriuntur illi atque fluctuum in animo commotiones. Hinc sancti Patres pluribus eam nominibus donauerunt, vt meliùs concupiscentiæ vim intelligeremus: nam S. Hilarius in Psal. 118. vers. 29. *viam peccati* nuncupat, *quâ ad peccatum pergere promptum est*; S. Bernardus in Cant. *malignitatis machinam*, quâ videlicet vt tenso validoque scorpione innocentia petitur, & facilè cruentatur; alij passim labem, languorem, infirmitatem, morbum. Et qui primi apud Græcos nomina rebus indiderunt, ἐπιθυμίαν, hoc est *concupiscentiam*, vocauerunt à vi quadam ἐπὶ θυμὸν ἰὸν, *quæ in animum influat:* θυμὸς autem ἀπὸ θύσεως καὶ ζέσεως, id est, *ab ardore & ebullitione* animi nomen habuit; inquit Plato in Cratylo. Similia quoque ab alijs Sophis proferuntur, qui docto penicillo & coloribus suis hanc pestem animi delinearunt: aiunt enim esse in homine ἔριν σύμφυτον, *innatam quamdam pugnam*, & eam quidem λυγρὴν συνοπαδὸν, *exitiosam comitem*; quam nonnulli (teste Iamblicho in protreptico cap. 3.) nominabant πολυκέφαλον θηρίον, *belluam multorum capitum:* conandum autem nobis esse, vt eâ vinctâ atque perdomitâ, diuinus in nobis homo vigeat & dominetur. Præterea malum tam commune est tamque latè fusum, vt omnibus corporis membris insideat, atque aditus omnes ad animam vt præsidio militari occupare & tenere videatur. S. Iacobus, frater Domini, dixit eleganter concupiscentias *militare in membris nostris*, non videlicet in vno aut altero, sed planè in omnibus; quibus vt latronum manu vtuntur ad spoliandam mentem atque lacerandam. Quod idem S. Paulus significauit, cùm dixit more suo grauiter, easdem *operari in membris nostris.* In Græco est ἐνεργεῖν, hoc est potentissimè agere, vigere, dominari, & velut habere omnia in potestate. Est enim ingens concupiscentiæ vis ad permouendum animum & debilitandam constantiam: cui proinde Philo Iudæus iure tribuit ὁλκὸν δύναμιν, *vim attractoriam*, & quidem violentam; quæ, inquit, auctorem etiam fugientem sequi tamen impetu magno & validissimo cogit. Qua de re disputans Aristoteles in Ethnicis, & concupiscentiam cum mente componens, breue hoc dictum atque verissimum edidit: ὁ μὲν νοῦς λέγει, ἡ δὲ ἄγει, *Mens dictat, hæc agit.* In quo vim eius dominantem & propemodum opprimentem expressit; quòd tametsi mens consilij lumen explicet, & splendorem honestatis & virtutis ostendat, ipsa tamen furiosè conturbet & pessumdet omnia. Sed hanc concupiscentiæ violentiam nullus meo iudicio meliùs quàm Doctor Gentium ante oculos posuit, cùm sic ait, *Video aliam legem in membris meis* (concupiscentiam intelligit) *repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.*

Concupiscentia radix peccati & malorum omnium nutrix.

Ἐπιθυμία unde dicta.

Bellua est multorum capitum.

Iac. 4. 1.

Militat in membris nostris.

Rom. 7, 5.

Rom. 7, 23.

15. *Misit saturitatem in animas eorum.*] In Hebræo est, *Misit maciem.* Nam contraria pro contrarijs (teste Genebrardo) vt altum pro profundo, obesum pro macro, creditum pro debito, venditio pro emptione aliquando vsurpantur per antiphrasim. Per maciem autem aliqui hoc loco mortem intelligunt eis in vltionem sceleris immissam. Vnde vt ad hunc sen-

Antiphrasis Scriptura familiaris.

Digitized by Google

sum nostra littera accedat, oportet saturitatem non in bonum accipere de ea quæ à propitio Deo eis contigerit; sed in malum, de ea, quâ iratus illis Dominus fecit illis cibum verti in nauseam, eò quòd fastidio illis fuerit panis cælestis; aut de ea, quòd per mortem omnis eis cibi appetentia ablata sit.

23. *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione*, &c.] Benè hìc annotat S. Augustinus non ita dictum esse Moysen stetisse in confractione, quasi vt frangeret iram Dei; sed in confractione, hoc est in plaga quâ erant illi feriendi. Id enim Græca apertius significant, quæ habent ἐν τῇ θραύσει, hoc est *in quassatione & vulneratione*. Pulchrè S. Hieronymus ad Ieremię cap. 27. vers. 18. *Ostendit*, inquit, *verum Prophetam posse Domino precibus resistere; secundum quod & Moyses stetit in percussione contra Dominum, vt auerteret iram furoris eius. Samuel quoque idem fecit. Et Dominus ad Moysem: Dimitte me vt percutiam populum istum. Quando autem dicit Dimitte me, ostendit se precibus Sanctorum posse retineri.* Quippe qui suis moribus sanctitatem colunt, in suis etiam precibus efficacitatem habent: qualis fuit Moyses & Aaron, qui iræ Dei restiterunt. Itaque vt ministros diuinæ iræ auerteret Moyses, seseque opponeret irarum telis, & victor existeret, *Stetit in confractione*, contriuit se, humiliauit se, deiecit se, vt hostiles incursus auerteret. Chaldæus legit, *Nisi Moyses electus eius surrexisset, & sese roborasset.* A nostro dicitur Moyses stetisse in confractione, & dicitur se contriuisse, se deiecisse; hìc dicitur se roborasse. Quid commune habet deiectio & confractio cum robore? Numquam, mihi crede, fidelis magis roboratur, vt hostiles iras auertat, vt gloriosas de malo, imò de Deo reportet victorias, quàm vbi humiliatur, infirmatur, conteritur. Pulchrè Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 25. *Per nimiam*, inquit, *humilitatem significat Moysem Deum tenuisse dicendo in confractione. Confractio namque nimia cordis humilitas est: quæ sola coram omnipotente Deo & Domino, vniuersæ fortitudinis Principe, res est, & valida; ita vt illâ laborante quasi brachium suum ad percutiendum Deus extendere non valeat, reginâ virtutum vincente pro sua reuerentia.* Itaque confractio & humiliatio cordis validissimum & potentissimum reddit hominem, vt de omni aduersario incursu triumphet, imò & vincat Deum.

Sancti precibus Dei plagas auertunt.

Exod 32, 10.

Contritio & humilitas Dei iram auertit.

Nihil potentius humilitate.

24. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*] Hebræus populus nullius pænè frontis & ferreæ ceruicis plurima in Deum peccauerat; mitissimus tamen Deus plurima dissimulans, illud singulariter conquestus, quòd pro nihilo habuerint terram desiderabilem. Inter omnia desiderabilia nihil est in Orbe hoc desiderabilius cælo; attamen hoc grande vitium est humanæ mentis, vt quantumuis in hoc exilio pessimè habiti, cælum tamen rarissimè cogitemus, aut ad ipsum seriò aspiremus. Hinc iure diuina in nos sæuit indignatio, quòd ardentiùs à nobis terræ sordes quàm cæli deliciæ desiderentur.

Homines raro cogitant de cælo.

25. *Et murmurauerunt in tabernaculis suis.*] Nota murmurationem quasi hereditarium esse peccatum Iudæorum, vti docet Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioan. cap. 3. *Quasi paternam*, inquit, *hereditatem murmurationem de rebus bonis ad Iudæos descendisse comperio: murmurabant illi aduersus Deum ex ingratitudine in deserto: murmurant & isti de Christo; & Saluatorem suum inobedientiâ suâ vituperant.* Quasi paternam hereditatem venisse putat Cyrillus parentum vitia in filios, & meritò: rari enim sunt qui non patrissent in vitijs; quandoquidem vincula sunt & catenæ parentum vitia, quæ ægrè & difficulter euadit filius. Apud Ieremiam ait Dominus: *Inuenta est coniuratio in viris Iuda & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum*, &c. Quæ verba sic in rem præsentem legit Theodoretus: *Inuenta est colligatio in viris Iuda & in viris habitantibus Hierusalem, conuersi sunt ad iniquitatem patrum suorum.* Expende quid fuerit inuentum in viris qui reuersi sunt ad peccata patrum: nimirum *inuenta est colligatio.* Est nempe peccatum paternum ligamen quoddam; est laqueus, quo pænè necessum est filium implicari.

Murmuratio hereditarium peccatum Iudæorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Rari, qui non patrissent in vitijs.

Iere. 11.

26. *Et eleuauit manum suam super eos.*] Per eleuationem manuum Dei intelligunt quidam iuramentum Dei, quo iurauit in ira sua non ingressuros eos qui increduli fuerant in terram promissam: de quo iuramento agitur Numerorum 14. Nam mos iurantium est manus in cælum leuare. Verùm, quoniam in iuramento illo Dei non includebatur, quòd semen eorum deijceretur in nationibus, magis videtur amplectendus sensus Græci Commentarij superiùs allati; ita vt hoc dictum sit ad similitudinem eius, qui grauiter quempiam percussurus in altum manum eleuat, quò fortiùs feriat. Grauem enim vltionem eis inferre decreuerat; nempe prosternere eos in deserto.

Eleuatio manus quid designet.

30. *Et stetit Phinees*, &c.] Non ait, *Percussit Phinees*, sed *stetit*: quasi stetisset coram Deo orans, vt populo parceret: vtrumque enim fecit vir diuinus, & duos scortatores interemit, & pro reliqua multitudine similiter peccante intercessit apud Deum vt parceret. Psalmista autem non tam cantu celebrat interfectionem quàm misericordem stationem; quandoquidem misericordia in Principis laudibus primatum teneat. Hoc factum Phineæ nobis pulchrè describit Nazianzenus in Epistola 81. quæ Theodoro Tyanensi inscribitur: *Zelatoris*, inquit, *cognomentum hinc obtinuit Phinees, quòd Madianitidem vnà cum eo qui stuprum ipsi inferebat gladio transfixit, atque ex Israëlitica natione probrum exemit: at maiorem hoc nomine laudem tulit, quòd pro populo in scelus collapso preces fudit. Stemus igitur nos quoque, ac placemus, & cesset quassatio, nobisque istud ad iustitiam reputetur. Laudibus item affectus est Moyses, quòd ex illata Israëlitæ iniuria commotus Ægyptium obtruncarit; verùm maiorem hinc sui admirationem concitauit, quòd Mariam sororem leprâ, propter quod murmurauerat, laborantem precibus suis in sanitatem vindicauit.* Sic in omnium virtutum laude misericordia & benignitas tulit primas.

Phinees exemplum zeli & misericordiæ.

31. *Et reputatum est ei in iustitiam.*] Quidam hunc versum sic intelligunt: q. d. Per omnes generationes hoc factum imputatur ei ad iustitiam apud homines, qui per omnes generationes ipsum Phineem laudant tamquam iustum ob opus zeli ipsius. Verùm per illa verba, *In generatio-*

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

rationem, &c. (vt benè notat Iansenius) magis apparet Prophetam alludere ad verba Domini, quibus promisit ipsi Phineæ & semini eius sacerdotium sempiternum dicens: *Ecce do ei pacem fœderis; & erit ei & semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Dicitur itaque hoc opus reputatum ei apud Deum ad iustitiam vsque in sempiternum, quia Deus pro eo opere promisit ei sacerdotium sempiternum. Ita etiam in Græco commentario ferè exponitur. Nec huic promissioni obstat, quòd ad tempus modicum sacerdotium summum fuerit in familia Ithamar: nam quamuis ad tempus ob causam aliquam fuerit in ea, ius tamen summi sacerdotij mansit in familia Phineæ; vnde ad eam mox redijt, in Sadoch scilicet: quem, reiecto Abiathar, qui fuit ex filijs Heli, Salomon sacerdotem summum constituit: mansitque in eius semine sacerdotium summum vsque ad Christum. Rursum non obstat, quòd sacerdotium illud legale non solùm à semine Phineæ, sed etiam à toto populo Iudaico sublatum sit per Christum: nam quòd sacerdotium sempiternum illi promittebat, ad litteram quidem significabatur, sacerdotium in eius semine permansurum quamdiu duraret lex, in qua sacerdotium illud institutum erat; ita vt respectu legis sempiternum diceretur. Secundùm spiritum verò significabatur sacerdotium eius in Christo perseueraturum; cuius Phinees suo zelo typum gessit.

Num. 25. *Quomodo Phineæ promissum sit sacerdotium sempiternum.* *3. Reg. 2.*

33. *Quia exacerbauerunt spiritum eius.*] Hîc iterùm benè notat Iansenius primam partem versus sequentis, *Et distinxit in labijs suis*, non debere cum sequentibus coniungi; quemadmodum quidam faciunt, intelligentes iratum Deum promisisse & affirmasse, quòd non possent Israëlitæ vincere Gentes, quas promiserat Israëlitas superaturos: nam illis verbis, *Non disperdiderunt Gentes*, &c. describere vult Propheta aliud peccatum populi commissum in terra promissionis. Debet itaque cum præcedentibus ea pars coniungi, quemadmodum & in Hebræo coniungitur, & D. Augustinus distinguit. Porrò relatiuum *eius* & verbum *distinxit* quidam ad Moysem referunt; vt sit sensus, quòd filij Israël exacerbauerint spiritum Moysis, qui exacerbatus *distinxit*; hoc est, vt interpretatur Euthymius, flexiloquo & ambiguo sermone locutus fuit dicens: *Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere?* Verùm verbo illo διέστειλεν, pro quo hîc legimus *distinxit*, Septuaginta videntur vsi pro *affirmauit*, *asseruit*, *promisit*; vt alibi, *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.* Proinde magis videtur referendum ad Deum, qui Moysi ob diffidentiam eius iratus dira locutus sit, distinctè & apertè affirmans ipsum & Aaron non ingressuros terram promissionis.

Num. 20, 10. *Psal. 65, 14.*

36. *Et seruierunt sculptilibus eorum.*] In Hebræo est, *Et coluerunt fastidia eorum.* Idolo enim seruire est pactio periniquæ & acerbæ ac tetricæ conditionis. Quare Hebræi diuinitus edocti, cùm viderent in cultu idolorum tyrannidem & acerbitates, quibus hominum animi obruerentur, idola nominabant *fastidia*, hoc est meras molestias, vt Vatablus animaduertit.

Idola sunt mera fastidia.

37. *Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs.*] In quos proinde Ieremias: *Lamiæ*, inquit, *nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia autem populi mei crudelis quasi struthio in deserto.* Quasi diceret: Quid durius ac dirius? sua pignora feræ lactant, homines mactant: & tamquam struthio, qui vel ipso testimonio diuino *duratur ad filios suos, quasi non sint sui:* ita illi nullâ erga filios suos pietate afficiuntur. Immolabant autem idolo Moloch, de quo agitur Deuteronomij secundo capite, quarto Regum cap. 22. Ieremiæ 19. & 32. vbi vide Interpretes. At quo stimulo ad tam insolens sacrificium agebantur? Respondet Philo Hebræus libro de Abraham, *Cupidine*, inquit, *gloriæ in præsens, & famæ in posteros:* quasi non tam vellent falsorum Deorum gratiam demereri, quàm inanem sui nominis gloriam apud posteros aucupari.

Thren. 4, 3. *Crudelitas idololatrarum in proprios filios.* *Iob 39, 16.*

38. *Et interfecta est terra in sanguinibus.*] Ita plurimi Codices & Interpretes à Lorino citati: Græcè est ἐφονοκτονήθη: quod aliter verti nequit: ex Hebræo S. Hieronymus vertit *infecta* vel *polluta:* quæ lectio iam in Vulgata obtinuit, & clarior est: & Græcus Paraphrastes ita superiùs locum hunc explicat, vti & Euthymius.

41. *Et dominati sunt eorum qui oderunt eos.*] Vnde miserrima fuit Hebræorum seruitus. Nam, vt benè ad hunc locum Cassiodorus ait, *Graue est seruire offenso, qui nullo placatur obsequio.*

IN PSALMVM CVI. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Vetus Testamentum est vmbra noui.

In confesso est vmbram noui Testamenti esse vetus, vti etiam ex hoc Psalmo fit perspicuum; quandoquidem Iudæorum ex captiuitate liberationem præcinit, eas quas perpessi fuerant miserias referens, omnium quoque hominum salutem prædicit. Non sufficiebat autem hæc vaticinanti, vt vno modo hanc gratiam declararet; sed diuersimodè exaggerat calamitates, in quas

Ἀλληλούϊα.

Σκιὰ τῆς καινῆς διαθήκης ἡ παλαιὰ ἀνωμολόγηται, ὃ καὶ ἐκ τούτου τοῦ ψαλμοῦ δῆλον· τήν τε γὰρ Ἰουδαίων ἐλευθερίαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας προθεσπίζει, διήγησιν ἔχων ὧν πεπόνθασι χαλεπῶν, καὶ τὴν πάντων ἀνθρώπων σωτηρίαν προαγορεύει. Οὐκ ἠρκέσθη δὲ, δι' ἑνὸς τρόπου παραδηλῶσαι τὴν χάριν, ὁ ταῦτα θεσπίζων· ἀλλὰ ποικίλως μὲν διασκευάζει τὰς συμφορὰς, αἷς διὰ τὸ

κακὸν

Digitized by Google

κακὸν συμπεσόμενοι· πολυτρόπως δὲ τὴν ἐκ θεοῦ συμμαχίαν ἐκδιηγεῖται, ὡς ἂν τὰς εἰς τὸ εὐχαριστεῖν ἀφορμὰς πλεονάσειε. Τῆς γὰρ ἐξομολογήσεως ἐπὶ εὐχαριστίας νοουμένης, ἐπὶ τῇ ἀγαθότητι τὸν θεὸν δοξάζειν παρακελεύεται μόνῃ· χάριτι γὰρ πάντα τὰ εἰς ἡμᾶς γεγονότα, οὐδεμίαν ἡμῶν προσφερομένων αἰτίαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ κακὸν ἀποκλινόντων. ἐκεῖνος δὲ τῆς ἰδίας οὐκ ἐξίσταται φύσεως, ἀλλ' ὅπερ ἐστι, τοῦτο ποιεῖ. Οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν ἀγαθὸν τῇ φύσει ἀλλ' ὅτι παρ' ὃ πέφυκεν ἐνεργεῖν.

ob malitiam incidimus; variisque modis Dei subsidium enarrat, vt gratias agendi occasiones multiplicaret. Confessione enim pro gratiarum actione nunc intellectá, monet nos vt de sua bonitate Deum glorificemus: omniá enim nobis per gratiam eius acciderunt; cùm nos nullam boni causam attulerimus, sed è diuerso potiùs ad malum propensi simus. Ipse verò à propria natura numquam deficit, sed id quod est, hoc & agit. Haud enim par est eum qui naturâ bonus est quidquam agere præter id quod naturæ eius conforme sit.

PARAPHRASIS ANONYMI. *Multas causas habemus agendi Deo gratias.*

Deus naturâ bonus semper bona operatur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

β. Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ· καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς.

γ. Ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης.

Δηλονότι διεσπαρμένοι ἦσαν κατὰ τὰς οἰκίας ἐν Βαβυλῶνι· καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνατολικὸν ᾤκουν μέρος, οἱ δὲ τὸ δυτικὸν, ἄλλοι δὲ ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν· τὴν ἀκρίβειαν οὖν τῆς βοηθείας διηγούμενος, εἶπεν ὅτι πανταχόθεν αὐτοὺς συνήγαγεν.

δ. Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν ἀνύδρῳ· ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον.

Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι ἐπλανῶντο ὡς ἐν ἐρήμῳ, τὴν ἐπίτασιν βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπλανῶντο ὡς ἐν ἐρήμῳ οὐδὲ ἐχούσῃ πόλεις πλησίον ἢ καταφυγάς.

ε. Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν.

Τοῦ αὐτοῦ ἔχεται ὑποδείγματος. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἐν ἐρήμῳ οὐδὲ τροφῆς ηὐπόρουν οὐδὲ ποτοῦ· καὶ ὡς ἐν τοιούτοις ὄντες κακοῖς τί ἐποίησαν.

ϛ. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ

1. CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in sæculũ misericordia eius.

2. Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.

3. * Ab Oriente & Occasu,* & Aquilone & mari.

* *Vulgata A Solis ortu* * *ab*

In Babylonia nempe per domos dissipati erant; atque alij quidem Orientalem partem inhabitabant, alij autem Occidentalem, alij verò Septemtrionalem & Australem: auxilij ergo accurationem recensens, dixit ipsum vndique illos congregasse.

Deus vndique Israëlitas congregauit.

4. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Cùm dixisset ipsos quasi in solitudine errasse, vult addere exaggerationem, quòd nimirum errauerint in solitudine non habente vicinas ciuitates siue refugia.

5. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.

Eidem insistit argumento. Vult enim dicere, quòd in solitudine neque cibus neque potus ipsis suppeditasset; & quid in istiusmodi malis constituti egerint.

In quantis calamitatibus versati fuerint, & ex ijs à Deo liberati sint.

6. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI

de necessitatibus eorum eripuit eos.

ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.

7. Et deduxit eos in viam rectam; vt irent in ciuitatem habitationis.

ζ. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν· τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου.

Cùm illud argumentum de deserto commemorasset, aliud rursus argumentum auspicatur.

Εἰπὼν τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα τὸ κατὰ τὴν ἔρημον, ἄλλου πάλιν ἄρχεται ὑποδείγματος.

8. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

η. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Id est, Etiam hanc ob causam igitur gratias agant: qualem illam? subiungit:

Ἀντὶ τοῦ, Εὐχαριστησάτωσαν οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· ποίαν; ἐπάγει·

9. Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem * impleuit bonis.

* Vulgata satiauit

θ. Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν· καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθοῖς.

10. Sedentes in tenebris & vmbra mortis: * compeditos in mendicitate & ferro.

* Vulgata vinctos

ι. Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου· πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ.

Quoniam, inquit, quasi in tenebris sedebamus omni bono priuati. Cur autem hæc sustinemus?

Ἐπειδή, φησιν, ὡς ἐν σκότῳ ἐκαθεζόμεθα παντὸς ἐστερημένοι ἀγαθοῦ. Διὰ τί δὲ ταῦτα ὑπομένομεν;

11. Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.

ια. Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ· καὶ τὴν βουλὴν τοῦ ὑψίστου παρώξυναν.

Proprium est ingenuorum, vt peccata sua confiteantur: hoc enim Deum quoque ad reconciliationem & indulgentiam permouet.

Ἴδιον τῶν εὐγνωμονούντων, τὸ ὁμολογεῖν τὰ πλημμελήματα· τοῦτο γὰρ καὶ τὸν θεὸν προτρέπεται εἰς καταλλαγὴν καὶ συγχώρησιν.

12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum:

ιβ. Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν·

Idcircò, inquit, omni humilitate impleta fuit anima illorum.

Διὰ τοῦτο, φησι, πάσης ταπεινότητος ἐνεπίμπλατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν.

Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν.

Hæc enim,inquit,omnia tamquam in tenebris sedentes perpessi sunt. Et quid tum?

Ταῦτα γάρ, φησιν, ἅπαντα ὡς ἐπὶ σκότει καθήμενοι ὑπέμεναν. καὶ τί;

13. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum * saluauit eos.

* Vulgata liberauit

ιγ. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκαίων αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς.

14. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.

ιδ. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου· καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξεν.

Ἀνω-

Digitized by Google

Ἀνωτέρω γὰρ καὶ τούτου ἐμνημόνευσεν, ὅτι ἦμεν, φησι, δεδεμένοι· ἀλλὰ βουληθεὶς, φησιν, ὁ Θεὸς, ἔλυσεν ἡμῶν τὰ δεσμά.

ιε΄. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἄλλου γὰρ ὑποδείγματος μνημονεῦσαι βούλεται. ἐπιφέρει γάρ·

ιϛ΄. Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς· καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασε.

Ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας, ἐγκεκλεισμένους οὕτως ὑπὸ πύλαις χαλκαῖς καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς.

ιζ΄. Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν·

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἐβοήθησεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς παρανομοῦσι καὶ τὰ χείριστα πάσχουσιν.

Διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν.

Ἐπισυνάπτει πάλιν τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα ἔπαθον.

ιη΄. Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν·

Ἀντὶ τοῦ, πᾶσα δὲ αὐτοῖς τροφὴ ἀηδὴς ἦν καὶ ἀπρόσιτος.

Καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.

Ὥστε ὑπὸ ἐνδείας, φησὶ, τὰς πύλας τοῦ θανάτου κρούειν. καὶ τί μετὰ τοῦτο;

ιθ΄. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς.

κ΄. Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.

Καὶ ταύτην γὰρ πᾶσαν τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν ἐχαρίσατο προστάγματι μόνῳ, ὅτι ἠθέλησεν.

κα΄. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων·

Διὰ ταῦτα, φησιν, ἅπαντα παρὰ πάντων χαριστήριοι ἀναπεμπέσθωσαν ὕμνοι.

Superiùs enim huius quoque mentionem fecerat, quia, inquit, vincti eramus; sed Deus, inquit, cùm voluit, vincula nostra dissoluit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

15. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

Vult nimirum aliud argumentum commemorare. subdit enim:

16. Quia contriuit portas æreas; & vectes ferreos confregit.

Id est, Quoniam liberauit nos è captiuitate, hoc modo portis æreis & vectibus ferreis conclusos.

17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum:

Attamen, inquit, Deus ipsis quoque delinquentibus opem tulit & pessima perpetientibus.

Propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Subiungit iterùm causam ob quam hæc perpessi sint.

18. Omnem escam abominata est anima eorum:

Id est, Omnis verò cibus ipsis fastidiosus erat & captu difficilis.

Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Vt præ penuria, inquit, pulsarent portas mortis. Et quid posteà?

19. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorũ * saluos fecit eos.

* Vulgata liberauit

20. Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Etenim omnem hanc malorum liberationem solo mandato concessit, quia voluit.

21. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum:

Propter hæc omnia, inquit, ab omnibus hymni gratiarum actionis offerantur.

22. Et

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quid vocet labiorum distinctionem.

quid ex petra hac educemus vobis aquam? Distinctionem verò in labijs non dicit verborum ambiguitatem, quam Moyses è petra miraculum faciens sustinuit, sed id quod, vti par erat, Iudæorum populo contigerat expendit; quandoquidem assiduè inobedientes & tentantes fecerant vt ipse contemptui haberetur.

Quanta vesania Israelitarum, vt pro Deo nollent inimicos delere; & pro diabolo filios occiderent.

34. NON DISPERDIDERVNT GENTES.] CHRYSOSTOMI. Vide iterùm malitiam ipsis esse contrariam. Quando enim dæmones imperabant, neque filijs parcebant; quando verò Deus iubebat, neque inimicos attingebant: sed illis quidem imperantibus etiam supra naturam erant crudeles; hoc verò iubente, etiam contra decorum molles & effeminati sunt. Ipsi siquidem iubebant filios occidi, & obtemperabant: hic verò iusserat vt Gentes disperderent, & contradicebant. Volebat autem hoc Deus, ne rursus haberent nequitiæ præceptores.

THEODORETI. Primum, inquit, peccatum eorum fuit in terra promissionis, quòd non exterminauerint Gentes quas dixerat Dominus illis: siquidem earum commistionem & impietatis communionem prohibuerat, vnà cum principio finem simul auferens, & cum radice fructum abolens, & minori malò id quod peius est restinguens. Verumtamen ipsi etiam in hoc Dei legem violantes, neque Gentes impias exterminarunt, neque earumdem communicationem euitarunt; sed in tantum prauam eorum societatem zelarunt, vt ne quidem ab omni impietatis excessu abstinerent.

35. ET COMMISTI SVNT INTER GENTES.] CHRYSOSTOMI. Obserua denuò intentam accusationem. Non solùm enim non eiecerant nec deleuerãt, sed ipsis etiam commixti erant, earumque malitiam fuerant æmulati, & ad impietatem ipsarum sponte fuerant prolapsi: & non solùm non reddiderant meliores, verùm etiam ex ipsis deteriores euaserant. Et Propheta declarans Deum nequaquam odium hominum docuisse, sed securos ipsos reddere voluisse, subiunxit: *Et factum est ipsis in scandalum*, scilicet coniugium & commixtio istiusmodi, & non in scandalum qualecumque: nam contra naturam ipsam insaniuerunt. quod subiungit di-

ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; Διαστολὴν δὲ ἐν τοῖς χείλεσιν οὐ τὴν τῶν ῥημάτων ἀμφιβολίαν λέγει, ἣν ὁ Μωσῆς ἀπὸ τῆς πέτρας θαυματουργῶν ὑπέμεινεν, ἀλλὰ τὸ συμβὰν εἰκότως, τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων λογίζεται· ἐπειδὴ συνεχῶς ἀπειθοῦντες καὶ πειράζοντες εἰς ὀλιγωρίαν αὐτὸν καταστῆναι ἐποίησαν.

λδʹ. ΟΥΚ ΕΞΩΛΟΘΡΕΥΣΑΝ ΤΑ ΕΘΝΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν τὴν κακίαν ἀπεναντίας αὐτοῖς οὖσαν. Ὅτε μὲν γὰρ οἱ δαίμονες ἐκέλευον, οὐδὲ τῶν τέκνων ἐφείδοντο· ὅτε δὲ ὁ Θεὸς ἐπέταττεν, οὐδὲ τῶν πολεμίων ἥπτοντο· ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἐπιταττόντων καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἦσαν ὠμοί· τούτου δὲ κελεύοντος, καὶ παρὰ τὸ δέον μαλακοὶ καὶ ἄνανδροι. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον σφάξαι τέκνα, καὶ ὑπήκουον· ὁ δὲ ἔλεγεν ἀπολέσαι ἔθνη, καὶ ἀντέλεγον. ἐβούλετο δὲ τοῦτο ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ πάλιν διδασκάλους ἔχωσι πονηρίας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πρῶτον ἁμάρτημα γέγονεν αὐτῶν, φησὶν, ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, τὸ μὴ ἐξολοθρεῦσαι τὰ ἔθνη ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς· τὴν γὰρ ἐπιμιξίαν καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας ἐκώλυσε κοινωνίαν, τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος συναιρῶν, καὶ τῇ ῥίζῃ τὸν καρπὸν ἀφανίζων, καὶ τῷ ἐλάττονι κακῷ τὸ χεῖρον περιαναστέλλων. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ καὶ τοῦτον τὸν θεῖον παραβαίνοντες νόμον, οὔτε τὰ δυσσεβῆ ἐξωλόθρευσαν ἔθνη, οὔτε τὴν πρὸς αὐτὰ ἔφυγον κοινωνίαν· ἀλλὰ τὴν πονηρὰν αὐτῶν κοινωνίαν ἐζήλωσαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὡς μὴ καταλιπεῖν πάσης ἀσεβείας ὑπερβολήν.

λέ. ΚΑΙ ΕΜΙΓΗΣΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν κατηγορίαν ἐπιτεταμένην. Οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐξωλόθρευσαν, οὐδὲ μόνον οὐκ ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ ἀνεμίγησαν αὐτοῖς, καὶ ἐζήλωσαν αὐτῶν τὴν πονηρίαν, καὶ πρὸς τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ηὐτομόλησαν· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐποίησαν βελτίους, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐξ ἐκείνων ἐγένοντο χείρους. Καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ὅτι οὐ μισανθρωπίαν ἐδίδασκεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν ἀσφαλείᾳ αὐτοὺς καταστῆσαι βουλόμενος, ἐπήγαγε· Καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον, ἡ ἐπιμιξία καὶ ἡ συνουσία ἡ τοιαύτη, καὶ σκάνδαλον οὐ τυχόν· κατὰ γὰρ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐμάνησαν. ὅπερ ἐπάγει λέγων·

Digitized by Google

γων· Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ησυχιου. Οὐ μόνον ἐφείσαντο τῶν ἀσεβῶν, ἀλλὰ καὶ ἀσεβῆ πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν εἰργάσαντο.

Χρυσοστομου. Διπλοῦν τὸ ἔγκλημα· ὅτι τε ἔθυσαν υἱοὺς, καὶ ὅτι ἀθώους. μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ ὑπευθύνους ὄντας κολάζειν ἐχρῆν, νυνὶ δὲ καὶ ἀθώους. καὶ τρίτον ἔτι τούτων χαλεπώτερον, ὅτι καὶ δαιμονίοις. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς· διὰ τοῦτο καὶ μεταξὺ ὁ Θεὸς ἔχθραν ἔθηκεν ἀσφάλειαν, διὰ τοῦ μίσους κατασκευάζων. Ταῦτα δὲ αὐτὰ διηγεῖται νῦν οὐκ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀλλὰ τῶν τὴν παλαιστίνην κατειληφότων.

Θεοδωρητου. Ποίαν ἀσέβειαν οὐχ ὑπεραίρει, τὸ αἵμασιν υἱῶν καὶ θυγατέρων μολῦναι τὴν γῆν, καὶ τοῖς αἱμοβόροις δαίμοσι τὰς τούτων θυσίας προσενεγκεῖν; Τῷ Θεῷ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ νενομισμένα προσέφερον, τοῖς δὲ εἰδώλοις καὶ τὰς τῶν παίδων σφαγάς.

λθ΄. Και επορνευσαν εν τοις επιτηδευμασιν.] Χρυσοστομου. Πορνείαν ἐνταῦθα οὐ τὴν σωμάτων λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς δυσσεβείας· καὶ συνεχῶς ταύτην μάλιστα καλεῖν εἰώθασιν οἱ προφῆται, ὁμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενοι καὶ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην· ὅτι ὅσην ἀνὴρ περὶ τὴν γυναῖκα ἐνδείξαιτο πρόνοιαν, τοσαύτην ὁ Θεὸς περὶ ἐκείνους. καὶ οὕτως ἀπεσκίρτησαν, καὶ ὑπὸ τὰ εἴδωλα ηὐτομόλησαν.

Θεοδωρητου. Πορνείαν δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀκολασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς εἰδωλολατρείαν καλεῖ. ἐπειδὴ γὰρ τῷ Θεῷ συνημμένοι, τὴν ἐκείνων θεραπείαν ἠγάπησαν, τὴν δεισιδαιμονίαν εἰκότως πορνείαν ἐκάλεσεν.

Ησυχιου. Πορνείαν οὖν ἐνταῦθα τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποστασίαν καλεῖ.

μα΄. Και παρεδωκεν αυτους εις χειρας εχθρων.] Ευσεβιου. Οὐ παραδίδωσι δὲ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον βδελύξηται αὐτόν· βδελύσσεται δὲ αὐτὸν διὰ τὰς προλελεγμένας πράξεις. Ἐπειδὰν δὲ ὁ κύριος παραδῷ, τίς οὐ δύναται τῶν αὐτοῦ κυριεύσειν;

Χρυσοστομου. Οἱ θρασεῖς, οἱ ἀλαζόνες, οἱ τῆς φύσεως κατεξανιστάμενοι, πρὸς τὰ εἴδωλα κεχηνότες, ὥσπερ τινα χαλινὸν μέγιστον

cens: *Et immolauerunt filios suos & filias suas*, &c.

Hesychii. Non solùm impijs pepercerunt, verùm etiam cum ipsis communionem impiam exercuerunt.

Chrysostomi. Duplex crimen eorum erat: quòd & filios, & quòd innoxios immolauerint. Siquidem ne reos quidem punire oportuerat, nunc verò etiam innoxios immolarunt. Et tertium hisce grauius, quòd etiam dæmonijs. Idcircò dixerat vt ipsos disperderent: ideoque Deus interposuerat inimicitiam, vt per odium præstaret securitatem. Hæc ipsa verò nunc enarrat non de ijs qui in deserto erant, sed qui Palæstinam occuparant.

Theodoreti. Qualem enim impietatem non superat, sanguinibus filiorum ac filiarum terram coinquinare, & sanguiniuoris dæmonijs horum sacrificia offerre? Nam Deo ne legitima quidem offerebant, idolis verò natorum etiam cædes.

39. Et fornicati svnt in adinventionibvs.] Chrysostomi. Fornicationem hoc loco non corporum solùm dicit, sed etiam religionis: atque hanc Prophetæ potissimùm solent sic appellare, simul Dei curam & eorum ingratitudinem ostendentes: quia quantam vir circa vxorem, tantam Deus circa ipsos exhibuit prouidentiam. Atque etiam sic resilierunt, & ad idola sponte defecerunt.

Fornicatio duplex.

Theodoreti. Fornicationem autem hoc loco non modò incontinentiam, verùm etiam idolorum cultum vocat. Quoniam enim Deo copulati, illorum cultum adamarunt, dæmonum honorem meritò fornicationem appellauit.

Hesychii. Fornicationem igitur hîc vocat defectionem à Deo.

41. Et tradidit eos in manvs inimicorvm.] Evsebii. Non tradit autem Dominus populum suum, nisi priùs eum fuerit abominatus: abominatur autem ipsum propter actiones prædictas. Postquam autem Dominus tradiderit, quis non possit eorum dominari?

Chrysostomi. Truculenti, impostores, aduersus naturam erecti, ad idola propensi, cùm barbaricum timorem quasi frenum

Catena Patrvm.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quoddam maximum concepissent, cohibiti fuerunt; & humiliati à pristina insania resilierunt.

Exaggerat Dei clementiam & Israëlitarum malitiam.

HESYCHII. Simul & Dei clementiam laudauit, & illorum malitiam tragicè deplorauit: siquidem ipse non destitit illis beneficia conferre, & à rebus tristibus eos liberare, ipsi verò similiter perseuerarunt illum irritare.

44. ET VIDIT DOMINVS CVM TRIBVLARENTVR.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus curam ipsius: non enim videbat illos malitiam deponere, sed dumtaxat tribulari, & seruauit eos. Sicut enim patri filiorum amanti satis est, ob suam erga filium clementiam, si ipsum videat coërcitum & humiliatum, ita quoque Deo. tantummodò vocabant eum, & illicò annuit: quod etiam in Ægypto fecerat.

Cyri in Iudæos beneuolentia.

EVSEBII. Atque hoc impletum fuit, quando immisit Deus in cor Cyri Regis, & postmodum Darij & Artaxerxis, vt cum Gente Iudæorum benignè agerent; iuxta quæ in Scriptura Esdræ referuntur. Quin & etiamnum Romanorum Imperio seruientes miserationibus potiuntur, Deo hoc ipsis concedente: non quòd digni essent, sed rursus propter multitudinem misericordiarum suarum.

46. ET DEDIT EOS IN MISERICORDIAS.] ATHANASII. Hoc ait propter Cyrum, qui ipsos è captiuitate liberauit, & Darium & Xerxen, qui ipsis quoque facultates suppeditarunt ad templi ædificationem.

HESYCHII. Viden' quanta sit Dei beneuolentia; quandoquidem etiam inimicos nobis placabiles reddit, eosque non aliquos, sed omnes; & quidem illos qui tamquam hostes captiuos ceperant: hi nempe paterna viscera erga captos induunt, vt clarum sit illud quidem iræ diuinæ, hoc autem benignitatis esse: vtrisque enim ad correctionem opus habemus.

APOLINARII. Porrò captiuorum reditum per misericordiam minimè inconcussum fore hoc loco demonstrat, introducens orationem pro Gentium congregatione; atque in hac finiuit, vt stabilem & immutabilem apud Deum salutem reperirent, & Saluatori semper gratias agerent, in Deo gloriantes. Oportet enim Israëlem post eam in qua nunc est

λαβόντες τὸν φόβον τὸν βαρβαρικὸν συνεςάλησαν· καὶ ταπεινωθέντες ἐκ τῆς προτέρας κατεςάλησαν μανίας.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁμοῦ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ὕμνησε, καὶ τὴν ἐκείνων κακίαν ἐτραγώδησεν· ὁ μὲν γὰρ διετέλει εὐεργετῶν καὶ ῥυόμενος αὐτοὺς τῶν λυπηρῶν ἐκ ἐπαύετο, οἱ δὲ καὶ παροργίζοντες αὐτὸν, καὶ παραπικραίνοντες ὁμοίως ἐπέμενον.

μδ'. ΚΑΙ ΕΙΔΕ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΘΛΙΒΕΣΘΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν· οὐ γὰρ εἶδεν ἀποθεμένους κακίαν, ἀλλὰ θλιβομένους μόνον, καὶ ἔσωσεν αὐτούς. Καθάπερ γὰρ πατὴρ φιλόστοργος συσταλλόμενον, τὸν υἱὸν ὁρῶν καὶ ταπεινούμενον ἀρκεῖται, τούτῳ πρὸς φιλανθρωπίαν τὴν εἰς αὐτὸν, οὕτω δὴ καὶ ὁ θεός. μόνον ἐκάλεσαν αὐτὸν, καὶ εὐθέως ἐπένευσεν· ὅπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πεποίηκεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ τοῦτο ἐπληρώθη, ὅτε ἐνέβαλεν ὁ θεὸς εἰς τὴν καρδίαν Κύρου τοῦ βασιλέως, καὶ μετὰ ταῦτα Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου, φιλανθρώπως χρήσασθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει κατὰ τὰ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ Ἔσδρα φερόμενα. Ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτι νῦν τῇ ἀρχῇ τῶν Ῥωμαίων δουλεύοντες ἐν οἰκτιρμοῖς τυγχάνουσι, τοῦ θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς δεδωρημένου· οὐχ' ὅτι ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ πάλιν διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους.

μς'. ΚΑΙ ΕΔΩΚΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΙΣ ΟΙΚΤΙΡΜΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτό φησι διὰ Κῦρον, τὸν ἀπολύσαντα αὐτοὺς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ Δαρεῖον καὶ Ξέρξην, τοὺς καὶ χρήματα δόντας εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ἡλίκον ἐστὶν εὐμένεια θεοῦ· ὅπως ἡμῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς εὐμενεῖς ἐργάζεται, καὶ οὐδέ τινας, ἀλλὰ πάντας· καὶ οἱ λαβόντες αἰχμαλώτους ὡς πολέμιοι οὗτοι σπλάγχνα πατέρων περὶ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας ἀναλαμβάνουσιν, ὥστε δῆλον εἶναι τὸ μὲν ὀργῆς θεοῦ, τὸ δὲ φιλανθρωπίας· ἀμφοῖν γὰρ εἰς διόρθωσιν χρήζομεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὴν δι' ἐλέους τῶν αἰχμαλωτισάντων ἐπάνοδον οὐκ ἀσάλευτον ἐσομένην ἐν τούτῳ δείκνυσι εὐχὴν, ἐπαγαγὼν περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐπισυναγωγῆς· καὶ εἰς ταύτην κατέληξεν, ἵνα βεβαίαν καὶ ἀμετακίνητον εὕρωνται τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ σωτηρίαν, καὶ διαπαντὸς εὐχαριστῶσι τῷ σεσωκότι, τὴν ἐν θεῷ καύχησιν ἔχοντες. χρὴ γὰρ τὸν Ἰσραὴλ ἐκδέχεσθαι

δέχεσθαι τὸν Ἰσραὴλ μετὰ τὴν νῦν ἀπείθειαν (ὥς ὁ Ἀπόστολός φησιν) ἵνα χορεύσωσι θεῷ πάσας τὰς ἡμέρας ἐλεηθέντες, ὡς Ζαχαρίας προαγορεύει.

μζ΄. ΣΩ͂ΣΟΝ ΗΜΑΣ ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διδάσκονται εὔχεσθαι τυχεῖν τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωγῆς, ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς διασπορᾶς ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῶσιν· ὅπερ Ἰουδαῖοι μὲν φαντάζονται μέλλειν ἔσεσθαι ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐπιστάντος αὐτοῖς τοῦ ἠλειμμένου. ἡμεῖς δὲ ἤδη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος ἀνθρώποις ὁρῶμεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τὸ πλῆθος τῶν ὁσημέραι ὑπὸ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐπισυναγομένων ψυχῶν, ἐντεῦθέν τε παρασκευαζομένων ἐπὶ τὴν κρείττονα ἐπισυναγωγὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἥντινα ἀληθῶς ἁγίαν ἐπαγγέλλεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὄντως σωθῆναι, τὸ ἐπισυναχθῆναι ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ μὴ διεσπάρθαι εἰς τὴν ἐκείνων πλάνην. λέγει γὰρ ἔθνη νῦν, τοὺς ἐν ἀσεβείᾳ πορευομένους ἥτις τῶν ἐθνῶν ἐκράτει τὸ πρότερον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες τῆς αἰχμαλωσίας τὸν καρπόν; εἶδες τῆς ἐπανόδου τὸ κέρδος; τοσαύτην ἐδώκαμεν δίκην, φησίν, ἀπάλλαξον τῶν πολεμίων· δὸς μετὰ τῶν προσηκόντων νόμων τοὺς εἰωθότας ὕμνους ἀναφέρειν τῷ ὀνόματί σου· δὸς καλλωπίζεσθαι ἐν τῇ λατρείᾳ τῇ σῇ· ἐν γὰρ τῇ βαρβάρῳ χώρᾳ ταῦτα ποιεῖν οὐκ ἐξῆν· διὸ καὶ ἔλεγον· πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; εἶδες, πῶς οἱ θύσαντες τὰ τέκνα αὐτῶν ἐπὶ τῆς οἰκείας, ἐπειδήπερ τῆς πατρίδος ἐξέπεσον, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ ταλαιπωρίας πεῖραν ἔλαβον, εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ τὸν θεὸν ὑμνεῖν τῶν ἦλθον, τὴν ἐκ τῆς ῥαθυμίας γινομένην κακίαν τῇ ταλαιπωρίᾳ τῆς αἰχμαλωσίας ἀποθέμενοι, καὶ ἐπιζητοῦσι τὴν πατρίδα· οὐ διὰ τὸ ἔδαφος τῆς ἐνεγκούσης, οὐδὲ διὰ τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλὰ δι' εὐχαριστίαν καὶ ὑμνῳδίαν καὶ τὴν περὶ θεὸν θεραπείαν.

μη΄. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΙΣΡΑΗΛ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκολούθως τῷ Ἀποστόλῳ φήσαντι, Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. καὶ νῦν ὁ λόγος διδάσκει, πάντοτε εὐλογεῖν τὸν κύριον καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖ, καὶ ἐφ' οἷς παιδεύει, καὶ ἐφ' οἷς σώζει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μέχρι τοῦ ἐνταῦθα τὴν τετάρτην βίβλον τῶν ψαλμῶν Ἑβραίων παῖδες ὁρίζον-

incredulitatem (vt ait Apostolus) misericordiam accipere, vt tripudient Deo omnibus diebus misericordiam consecuti, quemadmodum Zacharias prædicit.

CATENA PATRVM. Rom. 11.

47. SALVOS NOS FAC DOMINE DEVS NOSTER.] EVSEBII. Docentur rogare vt de Gentibus congregentur, vt à pristina dispersione liberati in vnum conueniant: quod Iudæi in præsenti vita futurum imaginantur, cùm vnctus ipsis præfuerit. Nos autem iam pridem Saluatore nostro hominibus illucescente videmus ex omnibus Gentibus multitudinem animarum quotidie sub Dei Filio congregatarum, quæ hîc præparantur ad meliorem congregationem in cælorum Regno habendam, quam verè sanctam fore promittit.

Ecclesia ex Gentibus congregata in salutem.

HESYCHII. Hoc est enim reuerà saluari, scilicet congregari ex Gentibus, & earum errore minimè aspersum esse. Modò enim Gentes appellat illos, qui ambulant in impietate quæ Gentes priùs occupabat.

CHRYSOSTOMI. Vidisti fructum captiuitatis? vidisti reditus emolumentum? Tantam, inquit, pœnam dedimus, libera nunc ab inimicis: da vt cum decentibus legibus solitos nomini tuo hymnos offeramus: da vt in cultu tuo illustres euadamus: in barbara enim regione hæc præstare minimè licebat. Quapropter etiam dicebant: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Vidisti, quomodo hi qui filios suos in terra propria immolauerant, postquam à patria exularant, & in terra aliena miseriæ experimentum acceperant, Deum laudandi desiderium conceperint, malitiam ex vecordia ortam per captiuitatis miseriam depellentes, patriamque exquirant; non propterea solùm quòd ipsos tulerat, neque propter amicos & cognatos, sed propter gratiarum actionem & hymnodiam ac cultum Dei.

Psal. 136, 4.

48. BENEDICTVS DOMINVS DEVS ISRAEL.] EVSEBII. Conformiter Apostolo dicenti, *In omnibus gratias agite.* Iam etiam hic sermo docet, semper Domino benedicendum tam pro misericordijs quàm pro disciplinis, quàm pro salute.

1. Thess. 5, 18.

HESYCHII. Huc vsque quartum Psalmorum librum definiunt Hebræi: in quinque

ANNOTATIONES CORDERII.

que enim libros vniuersam Dauidis prophetiam diuidentes (vti priùs dicebamus) quemlibet Psalmum, cui finis est *Amen, amen*, vnius libri complementum esse arbitrantur.

ται· εἰς πέντε γὰρ τὴν τοῦ Δαβὶδ προφητείαν διελόντες (καθὰ καὶ προέφημεν) ἕκαστον ψαλμὸν, ᾧ τοῦτο τέλος πρόσκειται Ἀμὴν, ἀμὴν, συμπλήρωσιν εἶναι μιᾶς βίβλου νομίζουσι.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Psalmus etiam Dei laudem continet; quare & *Alleluia* inscribitur.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus.*] Græcè χρηστὸς: quod vocabulum notat S. Hieronymus ad Suniam *vtile* & *bonum* & *suaue* verti posse: quod etiam paulò pòst inferiùs in hoc eodem Psalmo notat S. Augustinus. Dignissimum sanè dilectionis Dei motiuum est ipsa eius bonitas, propter quam ipse omnino dignus est diligi ab ijs qui ad perfectionem adspirant sine vlla cogitatione præmij, sine vllo accipiendæ mercedis obtentu: non quia non sint accepturi mercedem, quibus abundantissima gloria parata est, sed quia non propter illam, sed ob Dei immensam pulchritudinem & intrinsecam eius bonitatem in ipsum amoris affectu feruntur. Nec solo cordis sui amore contenti alios quoque ad Deum amandum propter immensam eius bonitatem inuitant, hanc præcipuam amoris causam erga Deum, quam habent cordibus proprijs infixam, assignantes, quòd ipse bonus est; & propterea omni amore & laude & obsequio nostro dignissimus.

Deus potissimùm ob propriam suam bonitatem amandus & laudandus.

2. *Quis loquetur potentias Domini?*] In Chaldæo est: *Quis poterit eloqui fortitudines Domini?* Ita vocat opera mirabilia & gloriosa, ad quæ necessaria est immensa quædam potentia atque fortitudo, quam *brachij potentiam* Virgo-parens in Cantico suo nominauit. Eamdem potestatem præconio suo exornans Iudas Apostolus ita infit: *Soli Deo gloria, & magnificentia, & imperium*, &c. Quod ait *magnificentiam*, Græcè μεγαλωσύνην, Syrus Interpres reddit *potentiam*. Itaque ipsam magnificentiam Caietanus ait esse *factiuam magnorum operum*. Nihil certè potest homo vel Angelus mente concipere, & depingere cogitatione, quamlibet nouum, peregrinum, insolens, operosum, mirabile, quod Deus efficere non possit, si modò non inuoluat contradictionem; imò verò multò plura potest & maiora & perfectiora, atque pari facilitate, quâ totum hoc vniuersum perfecit verbo, nutu, voluntate. Posset etiam mundos innumerabiles condere inexplicabili creaturarum varietate, quæ ab his quas videmus infinitis rationibus discriminentur; alias inuenire species tum elementorum, tum animantium, tum etiam intelligentis naturæ: quæ species naturâ, perfectione & pulcherrimis dotibus cogitationem omnem nostram anteeant. Denique quanta est sapientia Dei, quæ exemplaria & ἰδέας possibilium rerum innumerabiles continet, tanta est illius vis & in efficiendo potentia, & amplam illam mentis intelligentiam exæquat. Hæc diuinæ potentiæ meditatio ad concipiendam diuini Numinis admirationem, iustissimum metum & reuerentiam potest quamplurimùm; quam proinde omnes Sancti adhibuerunt.

Immensa & inexplicabilis est Dei potentia.

Lucæ 1.

Iud. 25.

IBIDEM. *Auditas faciet omnes laudes eius?*] Id est: Quis loquendo faciet vt audiantur omnes laudes eius? Ineffabilis enim Deus est; quia nullis verbis, nullis sermonibus exprimi potest prout in seipso est, etiamsi tot libri scribantur, quot etiam mundus capere non posset: & non solùm nullis verbis externis repræsentari potest, sed etiam, quia nulla mens creata absque lumine gloriæ potest illum vt est in se concipere, ac proinde nec verbis internis illum sibi vel alijs repræsentare. Omnis enim conceptus mentis creatæ, quo illa Deum absque lumine gloriæ concipit, infinitè abest à genuina eius repræsentatione. Quin imò etiam adeò sublimis, infinitus & immensus est, vt neque à Beatis per lumen ipsum gloriæ adæquatè, seu comprehensiuè, vllo verbo mentis exprimi aut repræsentari possit, sed solùm à seipso. Sensus ergo Prophetæ est, neminem mortalium, vtcumque ad canendas Dei laudes studia omnia & conatus suos conferat, tam splendido argumento parem fore, cuius immensitas sensus omnes nostros & intelligentiam obruit. Quamquam non eo consilio in sublime attollit Dei potentias, vt nos ab illis prædicandis deterreat; sed hac potiùs ratione nos stimulat, vt supra vires nitamur. Nam (vt Leo ait) inde potiùs fandi tribuit potestatem, quòd numquam possit esse satis quod dicitur. Optimum ergo ad nos animandos solatium est, quòd scimus, vtcumque nos facultas deficiat, quas ex animo offerimus laudes Deo placere: tantùm ne frigeamus. Nam si strenuè currendo, longè tamen à perfectione semper distamus, quis iam pigritiæ locus restat? quia nimis absurdum esset, qui ad decimam partem non perueniunt, hac occasione in centesima torpere.

Deus planè ineffabilis non solùm verbis oris, sed etiam mentis.

Non idcircò tamen à Dei laude cessandum est.

3. *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam.*] Hoc loco S. Augustinus iudicij nomine vult aliud quid quàm iustitiæ voce intelligi: ait enim, Si iudicium & iustitia propriè dicantur, aliquid interesse non dubito, vt iudicium custodire dicatur qui rectè iudicat, iustitiam verò facere qui rectè agit. Nec absurdè existimo intelligi secundùm illud, *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.* Iustitia igitur significet virtutis opera quibus rectè viuimus; & iudicium, operum nostrorum discussionem quâ gesta nostra iudicamus. Quare beati erunt illi, qui non solùm iustitiam & sancta opera curant facere, sed etiam dum seipsos discutiunt, & Deo bona sibique ipsis mala tribuunt, iudicium nituntur custodire.

Quid interfit inter iudicium & iustitiam.

Psal. 93, 15.

5. *Ad laudandum cum hereditate tua.*] Vbi S. Bernardus Serm. 5. in festo omnium Sanctorum: *Non ait*, inquit, *vt lauderis ab hereditate tua; vt communis intelligatur futura laudatio.* sed inquirit vlteriùs à quonam laudandi sint in cælesti patria qui in illa commorantur:

Neque

Neque enim, inquit, *singuli se glorificant; quia scriptum est, Non te laudet os tuum. Non vicissim alter alterum laudat; quia in laudem Conditoris intenti & extenti, in quo nimirum tota eis reposita est beatitudo, mutuis numquam vacare laudibus possunt.* Respondet igitur S. Bernardus: *Si ipsa laudat hereditas Dominum; hereditatem quis laudet ab Apostolo audiamus: Tunc*, inquit, *vnicuique laus erit à Deo. Magnus laudator, & vehementer ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, vbi & laudare beatum est & laudari.* Vbi vides humanas laudes non solùm in hac vita, sed etiam in futura diuino testimonio celebrari.

1. Cor. 4, 5.

7. *Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.*] Hæc animi ingrati labes in Hebræis maximè arguitur in sacrorum Vatum prædictionibus; quòd cùm esset in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & nubis tentorium, & manna, & scaturiens rupes, & alia innumerabilia Dei benefacta, omnium obliti, inexpiabili se crimine & perfidiosissimâ malitiâ ad impuri dæmonis cultum conferebant. S. Bernardus Serm. 11. in Cant. hanc ingratitudinem *Iudaicum opprobrium* nominat dicens: *Nolo vos Iudaico notari opprobrio, de quibus Scriptura testatur, quòd non fuerint memores benefactorum eius & mirabilium eius quæ ostendit eis.* Quod non obscurè ad summi sceleris impietatem reuocat. Moyses quoque hanc ingratæ mentis vecordiam ore magno & aculeatâ ratione increpat in hunc modum: *Haccine reddis Domino popule stulte & insipiens?* Constabat enim gentem illam, obliteratâ diuinorum beneficiorum memoriâ, sæpè in facinus abominandum præcipiti audaciâ ruisse.

Ingratitudo est Iudaicum opprobrium.

Deut. 32, 6.

IBIDEM. *Et irritauerunt ascendentes in Mare rubrum.*] Hebræi de Ægypto egressi, & ad Mare rubrum delati, cùm viderent diuisum mare, & viam inter aquarum cumulos stratam; nec dubitarent tam insolentem viam in sui fauorem diuinitus apertam, tamen eam arripere trepidarunt; & suâ hac trepidatione irritauerunt Deum, de illius patrocinio diffidentes, qui se illis tam singularem patronum exhibebat. Imò nisi Moyses exemplo suo præiret, & incognita illa vada fidens animi tentaret, vt Iosephus lib. 2. Antiquitatum capite vltimo testatur; & post eum Naason eiusque filius Aminadab de Tribu Iuda intrepidi aggrederentur, vt Hebræi in hunc locum apud Genebradum arbitrantur; totus in littore hæreret exercitus pauore consternatus, à Pharaone eiusque militibus miserabiliter concidendus. Itaque vitæ periculum etiam pro vitæ remedio subire non audebant. Verùm Ægyptij, qui ponè sequebantur, idem periculum intuentes; nec existimantes tantum miraculum in sui gratiam diuinitus effectum; nihilominùs intrepidi irruerunt: & vt suum in Hebræos odium explerent, suum adire periculum non dubitarunt. Qua de re D. Augustinus Serm. 89. de tempore: *Ægyptiorum*, inquit, *turmæ inter maritimos fluctus alienum iter ingressæ aquâ vindice puniuntur: quos in medium marini alueì sinum desperata traxit audacia.* Igitur efficaciùs mouit Ægyptios insana contumacia quàm germana obedientia Hebræos: hæc enim in mortis periculum Hebræos non omnino impellebat, in quod illa Ægyptios temerè præcipitabat.

Deum irritant de illius patrocinio diffidentes.

Ægyptios magis mouet contumacia quàm Hebræos diuina obedientia.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Et increpuit Mare rubrum*, &c.] At nusquam legitur reprehensum Mare rubrum; cùm filij Israël sicco vestigio hinc inde agglomeratis vndis perambularunt. Tantùm enim legitur: *Et ingressi sunt filij Israël per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua.* Sistuntur vndæ, & increpari dicuntur? Prohibentur cursus aquarum diuinâ omnipotentiâ, & dicuntur reprehendi? Audiendus Augustinus ad hunc locum: *Non legimus*, inquit, *vllam, quâ increparetur mare, emissam cælitus vocem; sed potentiam diuinam, quâ id factum est, increpationem appellauit: nisi fortè quis dicat latenter increpatum.* Quæ latens hæc increpatio, si nulla emissa est vox, quâ increpatum fuit mare? Porrò increpatio vocalis reprehensio est. Num prohibitio cursus increpatio est? & reprehenditur mare stitione fluentium vndarum? ita planè. Fluunt vndæ natiuâ vi fluxus seu refluxus: inhibetur à Dei potentia expetitus cursus aquarum, ne appetitum & debitum sibi cursum teneant. Hæc grauis reprehensio sic vndas exasperarat, vt ab eiusmodi increpatione siccentur? *Increpuit Mare rubrum, & exsiccatum est.* Scilicet vel ipsæ aquæ siccantur, quia stagnare imperantur, & fluere prohibentur? statio in eodem loco aut prohibitio ab expetito & debito cursu acris est reprehensio; scilicet tacitè increpat ingenium, & sistit studium, qui inhibet ne vlteriùs decurrat; ipsumque prohibet, vt Nazianzenum, ne vltrà philosophari audeat aut possit cum tanto Ecclesiæ fructu.

Exod. 14, 22.

Qui non promouentur tacitè reprehenduntur.

13. *Festinauerunt.*] Græcè ἐτάχυναν: sic & Hebræa: Vulgata, *Citò fecerunt:* S. Hieronymus omisso verbo *fecerunt* reddit, *Citò obliti sunt operum illius.* Lindanus testatur legisse se in quibusdam Codicibus, licet corruptè, *Citò defecerunt.* Meminit quoque Ribera noster in Michææ 1. nu. 56. ac refellit: & Rupertus ait, *Citò fecerunt, imò citò defecerunt.* In Romano Psalterio & apud Cassiodorum inseritur & particula *&*: quod tollit vim phrasis Hebrææ, quâ ponuntur duo verba absque coniunctione, ad celeritatem maiorem declarandam. Sed vt pulchrè Cassianus lib. 1. Epist. 7. *Omnia subita probantur incauta.* Porrò incautè audet qui subitò operatur: siquidem non admittit boni consilij suadelam, sed etiam respicit leuem cogitationem suadentem ad oppositum. Vnde temeritas omnis subita est; vel potiùs subita omnia temeraria sunt; & ex eo quod repentè fit, insolentia & temeritas facinoris valdè exaggeratur ad delictum. Hebræa gens tunc nobilis, valdè oppressa Ægyptiacâ seruitute, innumeris portentis asseritur in libertatem ingenuam. Verùm cùm Hebræi ob recens expertam munificam Dei beneuolentiam debuissent esse grati & religiosi; tunc vel maximè execrando idololatriæ crimine deliquerunt, informem auri vitulum pro Numine adorantes. Barbarum hoc & immane flagitium referens Dauid sic illud taxat: *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius*, &c. Egregia planè delicti amplificatio: non enim satis ponderasset tam infame & execrabile flagitium, si illud notaret ignobilis ingratitudinis, scilicet post tot accepta beneficia; vel expenderet brutam ignorantiam, quâ belluæ inani-

Subita sunt incauta & temeraria.

Repentè nihil faciendum.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

nanimatæ diuinos honores tribuerunt; vel proderet idololatriæ cæcam superstitionem, quâ creaturam è genu adorabant, nisi etiam addidisset *Citò fecerunt*. Quo vno verbo quidquid flagitiosum quidquid immane fuit in vituli adoratione eleganter expressit. Ecce tibi quàm incautum, quàm imprudens & flagitiosum est quod derepentè fit. Ergo consilium cunctetur sententiam, ne subita sententia incautum consilium damnet. Mora comit prudentiam, & elaborat consilium. Sic magni viri à prudentia, vel à sanctitate, diuturnâ attentione commendauerunt quæ cœpere consilia: ne quod commendatur, à diuturna attentione, à subita determinatione damnaretur. Porrò enim opus est in benè constitutis ac cœptis perseuerantiâ: Quoniam *incassum bonum agitur* (inquit S.Gregorius lib. 2. Moral. cap. vlt.) *si ante terminum vitæ deseratur. Frustrà velociter currit, qui priusquam ad metas veniat deficit.* Ceterùm putant quidam hîc notari crimen commissum in Marah; vbi post tertium diem ab egressu è Mari rubro murmurauerunt ob aquas amaras. Alij putant hîc Prophetam incipere describere crimen illud quod sequenti versu apertiùs exponitur: sed veriùs commune Iudæorum ingratitudinis ac contumaciæ vitium perstringit; quo benefactorum obliti, ad suas ineptias illicò resiliebant Dei voluntate contemptâ. Hunc lusum Hebræi millies luserunt cum Deo: quantam sæpiùs promiserunt obedientiam? mox ad ingenium redierunt, & ad iam notam perfidiam. Cùm hostis hæreret à tergo, cùm serpentes ignei morderent, cùm varia eos necessitas premeret, quantis clamoribus apud Deum egerunt, vt seruarentur? *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.* Nihilominùs *obliti sunt operum eius; & non sustinuerunt consilium eius:* tales post correctionem quales anteà. Ab hac tam flagitiosa inconstantia non multùm nos abludimus, nimiùm frequenter Iudæi sumus. In morbo, vitiorum omnium inimici videri possumus: at vbi morbus valedixit, nos sensim cum vitijs in gratiam redimus, & postliminio morbi, nouam iungimus amicitiam cum antiqua superbia, aut libidine, aut auaritia. Quando nimirum aduersis vrgemur, grande odium indicimus peccatis; cùm redit fortunæ serenitas, hilari cachinno peccatum resalutamus, & hostem toties eiectum largiore quàm antè beneuolentiâ recipimus. Et hoc est non tantùm parentum suorum aut sui nominis obliuisci, vt Messala Coruinus, sed sui ipsius: quæ est omnium damnosissima obliuio. Quamobrem hîc notandum, non alia de causa tam ingratos erga Deum esse homines, nisi quia spernunt eius beneficia: quorum si memoria animis nostris hæreret, freni loco esset ad nos in eius timore retinendos. Speciem porrò trangressionis designat Propheta cùm subdit:

Psal. 106, 13.

Bona proposita in tribulatione facta citò frangimus.

14. *Concupierunt concupiscentiam in deserto.*] Hoc igitur crimen populi fuit, non conijcere curas suas in Deum, non placidè eum inuocare, & patienter expectare dum precibus annueret, sed tumultuoso impetu ruere, ac suis concupiscentijs frena laxare. Est enim *concupiscentia* veluti quædam nutricula perturbationum omnium & scintilla fumans; vnde ardores libidinum & cupiditatum existunt: est putida & in malam perniciem affluens scaturigo; vnde gurgites oriuntur illi atque fluctuum in animo commotiones. Hinc sancti Patres pluribus eam nominibus donauerunt, vt meliùs concupiscentiæ vim intelligeremus: nam S. Hilarius in Psal. 118. vers. 29. *viam peccati* nuncupat, *quâ ad peccatum pergere promptum est*; S. Bernardus in Cant. *malignitatis machinam*, quâ videlicet vt tenso validoque scorpione innocentia petitur, & facilè cruentatur; alij passim labem, languorem, infirmitatem, morbum. Et qui primi apud Græcos nomina rebus indiderunt, ἐπιθυμίαν, hoc est *concupiscentiam*, vocauerunt à vi quadam ἐπὶ θυμὸν ἰοῦσ, *quæ in animum insinuat:* θυμὸς autem ἀπὸ θύσεως καὶ ζέσεως, id est, *ab ardore & ebullitione* animi nomen habuit, inquit Plato in Cratylo. Similia quoque ab alijs Sophis proferuntur, qui docto penicillo & coloribus suis hanc pestem animi delinearunt: aiunt enim esse in homine ἔριν σύμφυτον, *innatam quamdam pugnam*, & eam quidem λυγρὴν συνοπαδὸν, *exitiosam comitem*; quam nonnulli (teste Iamblicho in protreptico cap. 3.) nominabant πολυκέφαλον θηρίον, *belluam multorum capitum:* conandum autem nobis esse, vt eâ vinctâ atque perdomitâ, diuinus in nobis homo vigeat & dominetur. Prætereà malum tam commune est tamque latè fusum, vt omnibus corporis membris insideat, atque aditus omnes ad animam vt præsidio militari occupare & tenere videatur. S. Iacobus, frater Domini, dixit eleganter concupiscentias *militare in membris nostris*, non videlicet in vno aut altero, sed planè in omnibus; quibus vt latronum manu vtuntur ad spoliandam mentem atque lacerandam. Quod idem S. Paulus significauit, cùm dixit more suo grauiter, easdem *operari in membris nostris*. In Græco est ἐνεργεῖν, hoc est potentissimè agere, vigere, dominari, & velut habere omnia in potestate. Est enim ingens concupiscentiæ vis ad permouendum animum & debilitandam constantiam: cui proinde Philo Iudæus iure tribuit ὁλκὸν δύναμιν, *vim attractoriam*, & quidem violentam; quæ, inquit, auctorem etiam fugientem sequi tamen impetu magno & validissimo cogit. Qua de re disputans Aristoteles in Ethnicis, & concupiscentiam cum mente componens, breue hoc dictum atque verissimum edidit: ὁ μὲν νοῦς λέγει, ἡ δὲ ἄγει, *Mens dictat, hæc agit*. In quo vim eius dominantem & propemodum opprimentem expressit; quòd tametsi mens consilij lumen explicet, & splendorem honestatis & virtutis ostendat, ipsa tamen furiosè conturbet & pessumdet omnia. Sed hanc concupiscentiæ violentiam nullus meo iudicio meliùs quàm Doctor Gentium ante oculos posuit, cùm sic ait, *Video aliam legem in membris meis* (concupiscentiam intelligit) *repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.*

Concupiscentia radix peccati & malorum omnium nutrix.

Ἐπιθυμία vnde dicta.

Bellua est multorum capitum.

Iac. 4. 1. Militat in membris nostris.

Rom. 7, 5.

Rom. 7, 23.

15. *Misit saturitatem in animas eorum.*] In Hebræo est, *Misit maciem*. Nam contraria pro contrarijs (teste Genebrardo) vt altum pro profundo, obesum pro macro, creditum pro debito, venditio pro emptione aliquando vsurpantur per antiphrasim. Per maciem autem aliqui hoc loco mortem intelligunt eis in vltionem sceleris immissam. Vnde vt ad hunc sensum

Antiphrasis Scripturæ familiaris.

Digitized by Google

sum nostra littera accedat, oportet saturitatem non in bonum accipere de ea quæ à propitio Deo eis contigerit; sed in malum, de ea, quâ iratus illis Dominus fecit illis cibum verti in nauseam, eò quòd fastidio illis fuerit panis cælestis; aut de ea, quòd per mortem omnis eis cibi appetentia ablata sit.

23. *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione, &c.*] Benè hîc annotat S. Augustinus non ita dictum esse Moysen stetisse in confractione, quasi vt frangeret iram Dei; sed in confractione, hoc est in plaga quâ erant illi feriendi. Id enim Græca apertius significant, quæ habent ἐν τῇ θραύσει, hoc est *in quassatione & vulneratione*. Pulchrè S. Hieronymus ad Ieremiæ cap. 27. vers. 18. *Ostendit*, inquit, *verum Prophetam posse Domino precibus resistere; secundum quod & Moyses stetit in percussione contra Dominum, vt auerteret iram furoris eius. Samuel quoque idem fecit. Et Dominus ad Moysem: Dimitte me vt percutiam populum istum. Quando autem dicit Dimitte me, ostendit se precibus Sanctorum posse retineri.* Quippe qui suis moribus sanctitatem colunt, in suis etiam precibus efficacitatem habent: qualis fuit Moyses & Aaron, qui iræ Dei restiterunt. Itaque vt ministros diuinæ iræ auerteret Moyses, seseque opponeret irarum telis, & victor existeret, *Stetit in confractione*, contriuit se, humiliauit se, deiecit se, vt hostiles incursus auerteret. Chaldæus legit, *Nisi Moyses electus eius surrexisset, & sese roborasset.* A nostro dicitur Moyses stetisse in confractione, & dicitur se contriuisse, se deiecisse; hîc dicitur se roborasse. Quid commune habet deiectio & confractio cum robore? Numquam, mihi crede, fidelis magis roboratur, vt hostiles iras auertat, vt gloriosas de malo, imò de Deo reportet victorias, quàm vbi humiliatur, infirmatur, conteritur. Pulchrè Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 25. *Per nimiam*, inquit, *humilitatem significat Moysem Deum tenuisse dicendo in confractione. Confractio namque nimia cordis humilitas est: quæ sola coram omnipotente Deo & Domino, vniuersæ fortitudinis Principe, res est, & valida; ita vt illâ laborante quasi brachium suum ad percutiendum Deus extendere non valeat, reginâ virtutum vincente pro sua reuerentia.* Itaque confractio & humiliatio cordis validissimum & potentissimum reddit hominem, vt de omni aduersario incursu triumphet, imò & vincat Deum.

Sancti precibus Dei plagas auertunt.

Exod 32, 10.

Contritio & humilitas Dei iram auertit.

Nihil potentius humilitate.

24. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*] Hebræus populus nullius pænè frontis & ferreæ ceruicis plurima in Deum peccauerat; mitissimus tamen Deus plurima dissimulans, illud singulariter conquestus, quòd pro nihilo habuerint terram desiderabilem. Inter omnia desiderabilia nihil est in Orbe hoc desiderabilius cælo; attamen hoc grande vitium est humanæ mentis, vt quantumuis in hoc exilio pessimè habiti, cælum tamen rarissimè cogitemus, aut ad ipsum seriò aspiremus. Hinc iure diuina in nos sæuit indignatio, quòd ardentiùs à nobis terræ sordes quàm cæli deliciæ desiderentur.

Homines raro cogitant de cælo.

25. *Et murmurauerunt in tabernaculis suis.*] Nota murmurationem quasi hereditarium esse peccatum Iudæorum, vti docet Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioan. cap. 3. *Quasi paternam*, inquit, *hereditatem murmurationem de rebus bonis ad Iudæos descendisse comperio: murmurabant illi aduersus Deum ex ingratitudine in deserto: murmurant & isti de Christo; & Salvatorem suum inobedientiâ suâ vituperant.* Quasi paternam hereditatem venisse putat Cyrillus parentum vitia in filios, & meritò: rari enim sunt qui non patrissent in vitijs; quandoquidem vincula sunt & catenæ parentum vitia, quæ ægrè & difficulter euadit filius. Apud Ieremiam ait Dominus: *Inuenta est coniuratio in viris Iuda & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum, &c.* Quæ verba sic in rem præsentem legit Theodoretus: *Inuenta est colligatio in viris Iuda & in viris habitantibus Hierusalem, conuersi sunt ad iniquitatem patrum suorum.* Expende quid fuerit inuentum in viris qui reuersi sunt ad peccata patrum: nimirum *inuenta est colligatio.* Est nempe peccatum paternum ligamen quoddam; est laqueus, quo pænè necessum est filium implicari.

Murmuratio hereditarium peccatum Iudæorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Rari, qui non patrissent in vitijs.

Iere. 11.

26. *Et eleuauit manum suam super eos.*] Per eleuationem manuum Dei intelligunt quidam iuramentum Dei, quo iurauit in ira sua non ingressuros eos qui increduli fuerant in terram promissam: de quo iuramento agitur Numerorum 14. Nam mos iurantium est manus in cælum leuare. Verùm, quoniam in iuramento illo Dei non includebatur, quòd semen eorum deijceretur in nationibus, magis videtur amplectendus sensus Græci Commentarij superiùs allati; ita vt hoc dictum sit ad similitudinem eius, qui grauiter quempiam percussurus in altum manum eleuat, quò fortiùs feriat. Grauem enim vltionem eis inferre decreuerat; nempe prosternere eos in deserto.

Eleuatio manus quid designet.

30. *Et stetit Phinees, &c.*] Non ait, *Percussit Phinees*, sed *stetit*: quasi stetisset coram Deo orans, vt populo parceret: vtrumque enim fecit vir diuinus, & duos scortatores interemit, & pro reliqua multitudine similiter peccante intercessit apud Deum vt parceret. Psalmista autem non tam cantu celebrat interfectionem quàm misericordem stationem; quandoquidem misericordia in Principis laudibus primatum teneat. Hoc factum Phineæ nobis pulchrè describit Nazianzenus in Epistola 81. quæ Theodoro Tyanensi inscribitur: *Zelatoris*, inquit, *cognomentum hinc obtinuit Phinees, quòd Madianitidem vnà cum eo qui stuprum ipsi inferebat gladio transfixit, atque ex Israelitica natione probrum exemit: at maiorem hoc nomine laudem tulit, quòd pro populo in scelus collapso preces fudit. Stemus igitur nos quoque, ac placemus, & cesset quassatio, nobisque istud ad iustitiam reputetur. Laudibus item affectus est Moyses, quod ex illata Israelita iniuria commotus Ægyptium obtruncarit; verùm maiorem hinc sui admirationem concitauit, quòd Mariam sororem leprâ, propter quod murmurauerat, laborantem precibus suis in sanitatem vindicauit.* Sic in omnium virtutum laude misericordia & benignitas tulit primas.

Phinees exemplum zeli & misericordiæ.

31. *Et reputatum est ei in iustitiam.*] Quidam hunc versum sic intelligunt: q. d. Per omnes generationes hoc factum imputatur ei ad iustitiam apud homines, qui per omnes generationes ipsum Phineem laudant tamquam iustum ob opus zeli ipsius. Verùm per illa verba, *In generatio-*

ANNOTATIONES CORDERII. Num. 25. *Quomodo Phineæ promissum sit sacerdotium sempiternum.*

rationem, &c. (vt benè notat Iansenius) magis apparet Prophetam alludere ad verba Domini, quibus promisit ipsi Phineæ & semini eius sacerdotium sempiternum dicens: *Ecce do ei pacem fœderis; & erit ei & semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* Dicitur itaque hoc opus reputatum ei apud Deum ad iustitiam vsque in sempiternum, quia Deus pro eo opere promisit ei sacerdotium sempiternum. Ita etiam in Græco commentario ferè exponitur. Nec huic promissioni obstat, quòd ad tempus modicum sacerdotium summum fuerit in familia Ithamar: nam quamuis ad tempus ob causam aliquam fuerit in ea, ius tamen summi sacerdotij mansit in familia Phineæ; vnde ad eam mox rediit, in Sadoch scilicet: quem, reiecto Abiathar, qui fuit ex filijs Heli, Salomon sacerdotem summum constituit: mansitque in eius semine sacerdotium summum vsque ad Christum. Rursum non obstat, quòd sacerdotium illud legale non solùm à semine Phineæ, sed etiam à toto populo Iudaico sublatum sit per Christum: nam quòd sacerdotium sempiternum illi promittebat, ad litteram quidem significabatur, sacerdotium in eius semine permansurum quamdiu duraret lex, in qua sacerdotium illud institutum erat; ita vt respectu legis sempiternum diceretur. Secundùm spiritum verò significabatur sacerdotium eius in Christo perseueraturum; cuius Phinees suo zelo typum gessit.

3. Reg 2.

33. *Quia exacerbauerunt spiritum eius.*] Hîc iterùm benè notat Iansenius primam partem versus sequentis, *Et distinxit in labijs suis*, non debere cum sequentibus coniungi; quemadmodum quidam faciunt, intelligentes iratum Deum promisisse & affirmasse, quòd non possent Israëlitæ vincere Gentes, quas promiserat Israëlitas superaturos: nam illis verbis, *Non disperdiderunt Gentes*, &c. describere vult Propheta aliud peccatum populi commissum in terra promissionis. Debet itaque cum præcedentibus ea pars coniungi, quemadmodum & in Hebræo coniungitur, & D. Augustinus distinguit. Porrò relatiuum *eius* & verbum *distinxit* quidam ad Moysem referunt; vt sit sensus, quòd filij Israël exacerbauerint spiritum Moysis, qui exacerbatus *distinxit*; hoc est, vt interpretatur Euthymius, flexiloquo & ambiguo sermone locutus fuit dicens: *Num de petra hac vobis*

Num. 20, 10.

aquam poterimus eijcere? Verùm verbo illo *διέστειλεν*, pro quo hîc legimus *distinxit*, Septuaginta videntur vsi pro *affirmauit*, *asseruit*, *promisit*; vt alibi, *Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.* Proinde magis videtur referendum ad Deum, qui Moysi ob diffidentiam eius iratus dira locutus sit, distinctè & apertè affirmans ipsum & Aaron non ingressuros terram promissionis.

Psal. 65, 14.

36. *Et seruierunt sculptilibus eorum.*] In Hebræo est, *Et coluerunt fastidia eorum.* Idolo enim seruire est pactio perniquæ & acerbæ ac tetricæ conditionis. Quare Hebræi diuinitus edocti, cùm viderent in cultu idolorum tyrannidem & acerbitates, quibus hominum animi obruerentur, idola nominabant *fastidia*, hoc est meras molestias, vt Vatablus animaduertit.

Idola sunt mera fastidia.

37. *Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs.*] In quos proinde Ieremias: *Lamiæ*, inquit, *nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia autem populi mei crudelis quasi struthio in deserto.* Quasi diceret: Quid durius ac dirius? sua pignora feræ lactant, homines mactant: & tamquam struthio, qui vel ipso testimonio diuino *duratur ad filios suos, quasi non sint sui:* ita illi nullâ erga filios suos pietate afficiuntur. Immolabant autem idolo Moloch, de quo agitur Deuteronomij secundo capite, quarto Regum cap. 22. Ieremiæ 19. & 32. vbi vide Interpretes. At quo stimulo ad tam insolens sacrificium agebantur? Respondet Philo Hebræus libro de Abraham, *Cupidine*, inquit, *gloriæ in præsens, & famæ in posteros:* quasi non tam vellent falsorum Deorum gratiam demereri, quàm inanem sui nominis gloriam apud posteros aucupari.

Thren. 4, 3. *Crudelitas idololatrarum in proprios filios.* Iob 39, 16.

38. *Et interfecta est terra in sanguinibus.*] Ita plurimi Codices & Interpretes à Lorino citati: Græcè est ἐφονοκτονήθη: quod aliter verti nequit: ex Hebræo S. Hieronymus vertit *infecta* vel *polluta:* quæ lectio iam in Vulgata obtinuit, & clarior est: & Græcus Paraphrastes ita superiùs locum hunc explicat, vti & Euthymius.

41. *Et dominati sunt eorum qui oderunt eos.*] Vnde misertima fuit Hebræorum seruitus. Nam, vt benè ad hunc locum Cassiodorus ait, *Graue est seruire offenso, qui nullo placatur obsequio.*

IN PSALMVM CVI. ARGVMENTVM.

Alleluia. | Ἀλληλούϊα.

Vetus Testamentum est umbra noui.

In confesso est umbram noui Testamenti esse vetus, vti etiam ex hoc Psalmo fit perspicuum; quandoquidem Iudæorum ex captiuitate liberationem præcinit, eas quas perpessi fuerant miserias referens, omnium quoque hominum salutem prædicit. Non sufficiebat autem hæc vaticinanti, vt vno modo hanc gratiam declararet; sed diuersimodè exaggerat calamitates, in quas

Σκιὰ τῆς καινῆς διαθήκης ἡ παλαιὰ ὁμολόγηται, ὃ καὶ ἐκ τούτου τοῦ ψαλμοῦ δῆλον· τὴν τε γὰρ Ἰουδαίων ἐλευθερίαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας προθεσπίζει, διηγούμενος ἣν ὑπομένουσι χαλεπότητα, καὶ τὴν πάντων ἀνθρώπων σωτηρίαν προαγορεύει. Οὐκ ἠρκέσθη δὲ, δι' ἑνὸς τρόπου παραδηλῶσαι τὴν χάριν, ὁ ταῦτα θεσπίζων· ἀλλὰ ποικίλως μὲν διασκευάζει τὰς συμφορὰς, αἷς διὰ τὸ

καινὸν

κακὸν συνεπέσαμεν· πολυτρόπως δὲ τὴν ἐκ θεοῦ συμμαχίαν ἐκδιηγεῖται, ὡς ἂν τὰς εἰς τὸ εὐχαριστεῖν ἀφορμὰς πλεονάσειε. Τῆς γὰρ ἐξομολογήσεως ἐπὶ εὐχαριστίας νοουμένης, ἐπὶ τῇ ἀγαθότητι τὸν θεὸν δοξάζειν παρακελεύεται μόνῃ· χάριτι γὰρ πάντα τὰ εἰς ἡμᾶς γεγονότα, οὐδεμίαν ἡμῶν προσενηνεγμένων αἰτίαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ κακὸν ἀποκλινόντων. ἐκεῖνος δὲ τῆς ἰδίας οὐκ ἐξίσταται φύσεως, ἀλλ' ὅπερ ἐστι, τοῦτο ποιεῖ. Οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν ἀγαθὸν τῇ φύσει ἀλλ' ὅτι παρ' ὃ πέφυκεν ἐνεργεῖν.

ob malitiam incidimus; varijsque modis Dei subsidium enarrat, vt gratias agendi occasiones multiplicaret. Confeßione enim pro gratiarum actione nunc intellectâ, monet nos vt de sua bonitate Deum glorificemus: omnia enim nobis per gratiam eius acciderunt; cùm nos nullam boni causam attulerimus, sed è diuerso potiùs ad malum propensi simus. Ipse verò à propria natura numquam deficit, sed id quod est, hoc & agit. Haud enim par est eum qui naturâ bonus est quidquam agere præter id quod naturæ eius conforme sit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Multas causas habemus agendi Deo gratias.

Deus naturâ bonus semper bona operatur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α΄. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

β΄. Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ· καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς.

γ΄. Ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ Βορρᾶ καὶ θαλάσσης.

Δηλονότι διεσπαρμένοι ἦσαν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἐν Βαβυλῶνι· καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνατολικὸν ᾤκουν μέρος, οἱ δὲ τὸ δυτικὸν, ἄλλοι δὲ ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν· τὴν ἀκρίβειαν οὖν τῆς βοηθείας διηγούμενος, εἶπεν ὅτι πανταχόθεν αὐτοὺς συνήγαγεν.

δ΄. Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν ἀνύδρῳ· ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον.

Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι ἐπλανῶντο ὡς ἐν ἐρήμῳ, τὴν ἐπίτασιν βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπλανῶντο ὡς ἐν ἐρήμῳ οὐδὲ ἐχούσῃ πόλεις πλησίον ἢ καταφυγάς.

έ. Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν.

Τοῦ αὐτοῦ ἔχεται ὑποδείγματος. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἐν ἐρήμῳ οὐδὲ τροφῆς ηὐπόρουν οὐδὲ ποτοῦ· καὶ ὡς ἐν τοιούτοις ὄντες κακοῖς τί ἐποίησαν.

ς΄. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ

1. CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in sæculũ misericordia eius.

2. Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.

3. * Ab Oriente & Occasu,* & Aquilone & mari.

** Vulgata A Solis ortu * ab*

In Babylonia nempe per domos dissipati erant; atque alij quidem Orientalem partem inhabitabant, alij autem Occidentalem, alij verò Septemtrionalem & Australem: auxilij ergo accurationem recensens, dixit ipsum vndique illos congregasse.

Deus vndique Israëlitas congregauit.

4. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Cùm dixisset ipsos quasi in solitudine errasse, vult addere exaggerationem, quòd nimirum errauerint in solitudine non habente vicinas ciuitates siue refugia.

5. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.

Eidem insistit argumento. Vult enim dicere, quòd in solitudine neque cibus neque potus ipsis suppeditasset; & quid in istiusmodi malis constituti egerint.

In quantis calamitatibus versati fuerint. & ex ijs à Deo liberati sint.

6. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI

de necessitatibus eorum eripuit eos.

ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.

7. Et deduxit eos in viam rectam; vt irent in ciuitatem habitationis.

ζ. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν· τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου.

Cùm illud argumentum de deserto commemorasset, aliud rursus argumentum auspicatur.

Εἰπὼν τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα τὸ κατὰ τὴν ἔρημον, ἄλλου πάλιν ἄρχεται ὑποδείγματος.

8. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

η. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Id est, Etiam hanc ob causam igitur gratias agant: qualem illam? subiungit:

Ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστησάτωσαν οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· ποίαν; ἐπάγει·

9. Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem * impleuit bonis.

* Vulgata satiauit

θ. Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν· καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθοῖς.

10. Sedentes in tenebris & vmbra mortis: * compeditos in mendicitate & ferro.

* Vulgata vinctos

ι. Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου· πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ.

Quoniam, inquit, quasi in tenebris sedebamus omni bono priuati. Cur autem hæc sustinemus?

Ἐπειδή, φησιν, ὡς ἐν σκότει ἐκαθεζόμεθα παντὸς ἐστερημένοι ἀγαθοῦ. Διὰ τί δὲ ταῦτα ὑπομένομεν;

11. Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.

ια. Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ· καὶ τὴν βουλὴν τοῦ ὑψίστου παρώξυναν.

Proprium est ingenuorum, vt peccata sua confiteantur: hoc enim Deum quoque ad reconciliationem & indulgentiam permouet.

Ἴδιον τῶν εὐγνωμονούντων, τὸ ὁμολογεῖν τὰ πλημμελήματα· τοῦτο γὰρ καὶ τὸν θεὸν προτρέπεται εἰς καταλλαγὴν καὶ συγχώρησιν.

12. Et humiliatum est in laboribus cor eorum:

ιβ. Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν·

Idcircò, inquit, omni humilitate impleta fuit anima illorum.

Διὰ τοῦτο, φησι, πάσης ταπεινότητος ἐνεπίμπλατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν.

Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν.

Hæc enim, inquit, omnia tamquam in tenebris sedentes perpessi sunt. Et quid tum?

Ταῦτα γάρ, φησιν, ἅπαντα ὡς ἐπὶ σκότει καθήμενοι ὑπέμειναν. καὶ τί;

13. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum * saluauit eos.

* Vulgata liberauit

ιγ. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκαίων αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς.

14. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.

ιδ. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου· καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξεν.

Ἀνα-

Digitized by Google

Ἀνωτέρω γὰρ καὶ τούτου ἐμνημόνευσεν, ὅτι ἦμεν, φησι, δεδεμένοι· ἀλλὰ βουληθεὶς, φησιν, ὁ Θεὸς, ἔλυσεν ἡμῶν τὰ δεσμά.

ιε. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἄλλου γὰρ ὑποδείγματος μνημονεῦσαι βούλεται. ἐπιφέρει γάρ·

ις. Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς· καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασε.

Ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας, ἐγκεκλεισμένους οὕτως ὑπὸ πύλαις χαλκαῖς καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς.

ιζ. Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν·

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἐβοήθησεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς παρανομοῦσι καὶ τὰ χείριστα πάσχουσιν.

Διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν.

Ἐπισυνάπτει πάλιν τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα ἔπαθον.

ιη. Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν·

Ἀντὶ τοῦ, πᾶσα δὲ αὐτοῖς τροφὴ ἀηδὴς ἦν καὶ ἀπρόσιτος.

Καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.

Ὥστε ὑπὸ ἐνδείας, φησὶ, τὰς πύλας τοῦ θανάτου κρούειν. καὶ τί μετὰ τοῦτο;

ιθ. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς.

κ. Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.

Καὶ ταύτην γὰρ πᾶσαν τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν ἐχαρίσατο προστάγματι μόνῳ, ὅτι ἠθέλησεν.

κα. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων·

Διὰ ταῦτα, φησιν, ἅπαντα παρὰ πάντων χαριστήριοι ἀναπεμπέσθωσαν ὕμνοι.

Superiùs enim huius quoque mentionem fecerat, quia, inquit, vincti eramus; sed Deus, inquit, cùm voluit, vincula nostra dissoluit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

15. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

Vult nimirum aliud argumentum commemorare. subdit enim:

16. Quia contriuit portas æreas; & vectes ferreos confregit.

Id est, Quoniam liberauit nos è captiuitate, hoc modo portis æreis & vectibus ferreis conclusos.

17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum:

Attamen, inquit, Deus ipsis quoque delinquentibus opem tulit & pessima perpetientibus.

Propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Subiungit iterùm causam ob quam hæc perpessi sint.

18. Omnem escam abominata est anima eorum:

Id est, Omnis verò cibus ipsis fastidiosus erat & captu difficilis.

Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Vt præ penuria, inquit, pulsarent portas mortis. Et quid posteà?

19. Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorũ * saluos fecit eos.

* Vulgata liberauit

20. Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Etenim omnem hanc malorum liberationem solo mandato concessit, quia voluit.

21. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum:

Propter hæc omnia, inquit, ab omnibus hymni gratiarum actionis offerantur.

22. Et

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Abest à Vulgata vox ei

22. Et sacrificent * ei sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.

Ceterùm, inquit, etiam gaudentes & lætantes liberationem suam confiteantur. Et cùm hoc dixisset, rursus aliam speciem subiungit molestiæ plenam. sic enim ait:

* Vulgata omittit in

Quanta sint maris pericula.

23. Qui descendunt * in mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

24. Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.

Id est, Sic eramus etiam nos in tempore calamitatum sicut nauigantes cùm tempestas præualet, & omnis ars nautica superatur. Sic enim subiungit:

25. Dixit, & stetit spiritus procellæ:

Præcepit, inquit, Deus, & surrexit ventus validus procellam imitatus.

Et exaltati sunt fluctus eius.

Necessariò vtique ventorum vehementiam fluctuum exaltatio subsecuta fuit.

26. Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos:

Et sic, inquit, fluctus attolluntur, vt ipsum quodammodò cælum spumâ aspergere, & iterùm ad fundum vsque excauari videantur.

Anima eorum in malis tabescebat.

Ex hac, inquit, causa nauigantium anima perplexis malis implicari videbatur.

* Vulgata addit &

27. Turbati sunt, * moti sunt sicut ebrius:

Nautæ, inquit, & qui marinam negotiationem exercebant nihil ab ebrijs differebant. vnde subdit:

* Vulgata deuorata

Et omnis sapientia eorum * absorpta est.

Sapientia scilicet nautarum & gubernatorum. Verùm quomodo perplexis malis liberati sint subiungit:

Deus inuocantes se liberat à naufragio.

28. Et clamauerunt ad Do-

κβ'. Καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως· καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.

Ἀλλ' καὶ χαίροντές, φησι, καὶ εὐφραινόμενοι τὰ τῆς ἀπαλλαγῆς ὁμολογήσωσαν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐπιφέρει πάλιν εἰκόνα ἄλλην χαλεπότητος πεπληρωμένην. λέγει γὰρ οὕτως·

κγ'. Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς.

κδ'. Οὗτοι εἶδον τὰ ἔργα κυρίου, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ.

Ἀντὶ τοῦ, οὕτως ἦμεν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ καιρῷ τῶν συμφορῶν ὡς οἱ ναυαγοῦντες τῆς τρικυμίας ὑπερισχυούσης, καὶ πάσης ἡττηθείσης τέχνης. ἐπάγει γὰρ οὕτως·

κε'. Εἶπε, καὶ ἔστη πνεῦμα καταιγίδος·

Προσέταξέ, φησιν, ὁ θεὸς, καὶ ἀνέστη ἄνεμος σφοδρὸς μιμούμενος καταιγίδα.

Καὶ ὑψώθη τὰ κύματα αὐτῆς.

Ἀναγκαίως οὖν εἵπετο τῇ τῶν ἀνέμων σφοδρότητι ἡ τῶν κυμάτων ὑπερύψωσις.

κς'. Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων·

Καὶ οὕτως, φησὶν, ὑψοῦται τὰ κύματα, ὥστε ῥαίνειν ἀφρῷ τρόπον τινὰ τὸν οὐρανὸν καὶ πάλιν ἄχρι τῶν πυθμένων κοιλαίνεσθαι.

Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο.

Ἐκ ταύτης, φησὶ, τῆς αἰτίας ἡ ψυχὴ τῶν πλεόντων ἐν ἀμηχάνοις ὁρᾶτο κακοῖς.

κζ'. Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων·

Οἱ ναῦται, φησι, καὶ οἱ τὴν ἐμπορείαν ἐπιδεικνύμενοι τὴν θαλασσίαν οὐδὲν διέφερον μεθυόντων. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη.

Ἡ σοφία αὐτῶν τῶν ναυτῶν, φησι, καὶ τῶν κυβερνητῶν. Ἀλλ' οὕτως ἐν ἀμηχάνοις κακοῖς πῶς ἐσώθησαν ἐπιφέρει·

κη'. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον

ειον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς· καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς.

Τί γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεός φησι.

κθ'. Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι· καὶ ἔστη εἰς αὔραν·

Πρῶτον μὲν, φησι, τὸν ἄνεμον τὸν πολὺν ἔστρεψεν εἰς αὔραν εὐπλοΐας.

Καὶ ἐσίγησε τὰ κύματα αὐτῆς.

Μετὰ τοῦτο, φησι, γαλήνη κατεῖχεν ἀκύμων παντελῶς.

λ'. Καὶ εὐφράνθησαν ὅτι ἡσύχασαν.

Εὐφροσύνη δέ, φησι, κατεῖχε παντοία τοὺς πλέοντας ἐπειδὴ τὰ κύματα ἡσύχασαν.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτῶν.

Θάλασσαν τὴν συμφορὰν ὀνομάσας, ἐνταῦθα λιμένα τὴν ἀπαλλαγὴν ἐκάλεσεν.

λα'. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, ἅπασιν ἀνυμνείσθω τὸ κρεῖττον.

λβ'. Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ λαῶν· καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνεσάτωσαν αὐτόν.

Ἀντὶ τοῦ, ἀναπεμπέτωσαν δὲ τοὺς ὕμνους ἐπὶ μάρτυρι πολλῷ λαῷ καὶ ἐπὶ πρεσβυτέροις ἐντίμοις, ὧν ἀξιόπιστος ὡς εἰκὸς ἡ μαρτυρία.

λγ'. Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον, καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν·

Οὗτός ἐστι, φησὶν, ὁ Θεὸς ὁ πάντα ποιῶν ὡς βούλεται καὶ μετασκευάζων· καὶ νῦν μὲν, εἰ βουληθείη, τὴν ἔρημον ποιῶν ἐπικλύζεσθαι ποταμοῖς, νῦν δὲ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων ξηραίνων· ὥστε εἶναι δίψας, ἔνθα πρὸ τούτου τὸ ῥεῖτον τοῦ ὕδατος ἐκ τῶν τόπων διαφόρως ἐξέπιπτεν.

λδ'. Τὴν καρποφόρον εἰς ἅλμην, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ.

Οὗτός ἐστι, φησὶν, ὁ γῆν ἀείρρυτον πολλάκις, καὶ πρὸς καρποφορίαν ἐπιτηδειοτά-

minum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ait enim quid Deus fecerit.

29. Et * imperauit procellæ: & stetit in auram:

* Vulgata statuit procellam eius in auram:

Primùm quidem, inquit, magnum ventum conuertit in auram commodæ nauigationis.

Et siluerunt fluctus eius.

Posteà, inquit, fluctuum expers tranquillitas obtinuit.

30. Et lætati sunt quia siluerunt.

Lætitia autem, inquit, omnigena nauigantes inuasit postquam fluctus cessauerant.

Et deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Cùm mare vocasset calamitatem, hoc loco portum appellauit liberationem.

31. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

In his, inquit, omnibus celebretur id quod præstantius est.

32. Et exaltent eum in Ecclesia * populorum; & in cathedra seniorum laudent eum.

* Vulgata plebis;

Id est, Emittant autem hymnos multo populo teste & coram venerandis senioribus, quorum vti par est fide dignum est testimonium.

33. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim;

Hic, inquit, est Deus qui omnia facit & ordinat prout vult; modo quidem, inquit, cùm voluerit, desertum fontibus inundari faciens, modò verò fontes aquarum exsiccans; ita vt sitis oriatur, vbi anteà redundans aqua ex locis diuersis elabebatur.

Deus pro meritis hominum diuersimodè res disponit.

34. Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.

Hic, inquit, est qui terram circumfluam, & ad fructus proferendos aptissimam,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

mam, sæpenumerò inutilem reddit propter malitiam incolarum. Propositus sermo etiam exemplum habuit Sodomæ.

35. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum.

Ceterùm idem, inquit, Dominus, etiam expulsis incolis, res quoque terræ euertit, & desertum quidem stagnare facit, terram verò aquæ expertem fontibus irriguam reddit.

36. Et collocauit illic esurientes:& constituerunt* ciuitates habitationis.

* Vulgata ciuitatem

Ita vt, inquit, loca illa spe omni destituta deinceps etiam inhabitentur, & pulcherrimis ciuitatibus ornentur.

37. Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas:

Ait autem terram deinceps ad frugum procreationem & vineæ sationem aptam euasisse. vnde subdit:

Et fecerunt fructum *geniminis.

* Vulgata natiuitatis.

38. Et benedixit * eos, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

* eis,

Ita vt inhabitantes, inquit, perceptâ benedictione etiam multiplicarentur. Et breuiter omnem fertilitatem intelligit. Verùm incolis aliquando iterùm peruersis, quid factum sit subiungit:

39. Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.

Quemadmodum, inquit, etiamnum nos perpessi sumus in peius animum mutantes, & intolerabilibus malis in captiuitate diuexati.

40. Effusa est contemptio super Principes * eorum: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

* Vulgata emittit eorum:

Non solùm autem, inquit, nos similibus tentati fuimus, sed etiam Principes ac Reges nostri; & in vasta, inquit, solitudine errauimus. Sed quando iterùm placuit ipsi nobis benignè facere, quid accidit?

την, ἄχρηστον ἐργαζόμενος διὰ τὴν τῶν κατοικούντων κακίαν. εἶχεν δὲ ὁ λόγος καὶ παράδειγμα τὰ Σόδομα.

λέ. Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων.

Ἀλλ᾽ ὁ αὐτός, φησι, κύριος, καὶ μεταβληθέντων τῶν ἐνοικούντων, μεταβάλλει καὶ τὰ τῆς γῆς πράγματα, καὶ τὴν μὲν ἔρημον λιμνάζεσθαι παρασκευάζει, τὴν δὲ ἄνυδρον πηγαῖς εὔυδρον ἀπεργάζεται.

λς΄. Καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ πεινῶντας· καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας.

Ὥστε, φησὶ, τοὺς ἀνελπίστους ἐκείνους τόπους καὶ οἰκεῖσθαι λοιπὸν, καὶ καλλίσταις πόλεσιν ἀβρύνεσθαι.

λζ΄. Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας·

Ἐπιτηδείαν δὲ λοιπὸν τὴν γῆν γενέσθαι φησὶ καὶ πρὸς καρπῶν γονὴν καὶ πρὸς ἀμπέλου ὑποδοχήν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἐποίησαν καρπὸν γεννήματος.

λή. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα· καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν οὐκ ἐσμικρύνθη.

Ὥστε τοὺς ἐνοικοῦντάς, φησι, καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδοῦναι τῆς εὐλογίας ἐπιτυχόντας. καὶ συντόμως τὴν καθόλου εὐθηνίαν λέγει. Ἀλλὰ πάλιν μεταβληθέντων ἐθόντε τῶν ἐνοικούντων, τί γίνεται ἐπιφέρει·

λθ΄. Καὶ ὠλιγώθησαν· καὶ ἐκακώθησαν, ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδύνης.

Ὥσπερ νῦν καὶ ἡμεῖς ἐπάθομεν, φησι, μεταβαλόντες ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰς γνώμας, καὶ πειρασθέντες τῶν ἀνηκέστων ἀνιαρῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

μ΄. Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ᾽ ἄρχοντας αὐτῶν· καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ οὐχ ὁδῷ.

Οὐ μόνον δὲ, φησιν, ἡμεῖς τῶν τοιούτων ἐπειράσθημεν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν καὶ οἱ βασιλεῖς· καὶ ἐπλανώμεθα, φησιν, ἐν ἐρημίᾳ πολλῇ. ἀλλ᾽ ὅτε ἔδοξεν αὐτῷ πάλιν φιλανθρωπεύσασθαι εἰς ἡμᾶς τί;

μα΄. Καὶ

Digitized by Google

μα´. Καὶ ἐβοήθησε πένητι ἐκ πτωχείας·

Λαῷ, φησι, πένητι ἐβοήθησεν ἐκ τῆς ἄγαν ταπεινώσεως.

Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς.

Καὶ ηὔξησέ, φησι, τὰς συγγενείας ἡμῶν πάλιν προβάτων δίκην.

μβ´. Ὄψονται εὐθεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται·

Πᾶς οὖν ὅστις, φησὶ, θεῷ ἀνάκειται, καὶ δικαίου ἐπιμελεῖται, ἐχέτω εὐφροσύνης ἀφορμὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς οὐκ ἀμεληθέντων ἡμῶν, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸν ἠλπίσαμεν.

Καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς.

Εἴ τις δέ, φησιν, ἢ ἀπρονόητα λέγει τὰ ὄντα, ἢ ὅτι οὐ μέλει τῷ θεῷ περὶ τοῦ ἰδίου λαοῦ, αἰσχυνέσθω ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀποφραττέτω τὸ στόμα ἐλεγχόμενος ἐκ τῶν πραγμάτων τὴν παράνοιαν.

μγ´. Τίς σοφὸς καὶ φυλάξει ταῦτα; καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου;

Ἀλλὰ μακάριοί, φησιν, οἱ σοφίαν ἀσκοῦντες, καὶ γινώσκοντες ταῦτα ὅτι τε μέλει τῷ θεῷ τῶν καθ' ἕκαστον, καὶ ὡς βούλεται διοικεῖ τὰ πάντα· εἰ καὶ ἡμεῖς, δι' ὀλιγότητα γνώμης, μὴ καταλαμβάνωμεν τοὺς ἀπορρήτους τῆς προνοίας λόγους.

41. Et adiuuit pauperem de inopia:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Populo, inquit, pauperi opem tulit de nimia humiliatione.

Et posuit sicut oues familias.

Et auxit, inquit, iterùm cognationes nostras instar ouium.

42. Videbunt recti, & lætabuntur:

Omnis igitur, inquit, qui Deo deuotus est, & iustitiæ curam gerit, ex rebus nostris lætandi ansam sumat, quia minimè neglecti sumus, quoniam in eum sperauimus.

Et omnis iniquitas oppilabit os suum.

Ceterùm, inquit, si quis dixerit non esse rerum prouidentiam, vel Deum non habere curam populi sui, ex rebus nostris confundatur, & os suum obstruat ex rebus ipsis vesaniæ conuictus.

43. Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?

Sed beati, inquit, qui sapientiam excolunt, & hæc cognoscunt, quòd nimirum Deo cura sit de vnoquoque, & omnia prout voluerit gubernet, tametsi nos, ob mentis exilitatem, ineffabiles prouidentiæ ipsius rationes minimè comprehendamus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΟΤΙ ΧΡΗΣΤΟΣ.] Ὑμνεῖν πάλιν τὸν εὐεργέτην θεὸν ὁ προφήτης παρακελεύεται· αἴτιον δὲ τῆς ὑμνῳδίας τὴν φιλανθρωπίαν φησὶ καὶ τὸν αἰώνιον ἔλεον. ἐν γὰρ ἐλέῳ, φησὶν, αἰωνίῳ δοξάσω σε. Τίσι δὲ μᾶλλον ὁ αἶνος ἁρμόδιος, ἢ τοῖς λελυτρωμένοις ὑπὸ κυρίου; Ἰουδαῖοί τε γὰρ ἐκ βαβυλῶνος καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς ἐπικρατείας τοῦ διαβόλου ἀπελυτρώθημεν τιμίῳ τοῦ σωτῆρος αἵματι. Τὸ ἐκ τῶν χωρῶν δὲ καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν πρὸς Ἰουδαίους μέν· ἐπεὶ διεσπαρμένοι ἦσαν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἐν βαβυλῶνι. καὶ οἱ μὲν τὸ ἀνατολικὸν μέρος ᾤκουν, οἱ δὲ τὸ δυτικὸν, οἱ δὲ πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν. πρὸς δὲ τὴν ἀλη-

1. CONFITEMINI DOMINO QVONIAM BONVS] Propheta rursus monet vt beneficum Deum laudemus: causam verò hymnodiæ dicit esse benignitatem & misericordiam sempiternam. In misericordia enim, inquit, æterna glorificabo te. Quibus autem laus magis congruat quàm à Domino liberatis? Iudæi siquidem ex Babylone, & nos de diaboli potestate liberati sumus pretioso sanguine Saluatoris. Illud autem *de regionibus & ab Oriente* ad Iudæos pertinet; quandoquidem in Babylone per domos dispersi fuerunt. Atque alij quidem Orientalem partem inhabitarunt, alij autem Occidentalem, alij verò ad Septemtrionem & Meridiem. Sed secundùm verum sensum

A Deo liberati ipsum laudare debent.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

sensum hoc magis congruet ijs qui ex Gentibus sunt per Saluatorem vbique terrarum collecti. Orbem enim vniuersum per quatuor illa climata designauit.

Omnes erramus in deserto virtutis.

4. ERRAVERVNT IN SOLITVDINE.] Id est: Errarunt enim tamquam in deserto & inaquoso. Vel quia Babylon erat etiam à Deo deserta, & spiritali irrigatione priuata. Et illi qui ex Gentibus sunt priùs erant deserti, vtpote non habentes spem; & in deserto virtutum versabantur sine duce errantes: nam deserentes viam, quæ Dominus est, extra Dei visitationem constituti aberrabant. Ceterùm cùm dixisset eos aberrasse, vult addere exaggerationem, illos tamquam in deserto errasse cibo potuque destitutos. Atqui in tantis malis constituti quid fecerunt? *Clamauerunt ad Dominum.* Et quid tantæ desperationis liberationem attulit? Vnica nimirum vox ad Deum ipsos conuertit.

Deus nos è tenebris in lucem adduxit.

8. CONFITEANTVR DOMINO.] Etiam, inquit, hanc ob caussam gratias agant: qualem illam? *Quoniam satiauit animam inanem.* Etenim Iudæos quoque seruitute ac fame obsessos bonis suis repleuit, & quasi in tenebris non secùs ac morte sedentes per reductionem in lucem adduxit, & vniuersam hominum naturam virtutibus ac diuinâ cognitione vacuam impleuit. Natura enim humana desciuerat à luce, & in peccatum exorbitauerat, & vmbrâ mortis, scilicet idolorum cultu, atque impijs actionibus, tamquam in obscura regione tenebatur compedita. Cur autem ista perpessi sunt? Quia, inquit, eloquia Dei exacerbauerant. Bonâ siquidem indole præditorum hoc est proprium vt delicta confiteantur: quod ipsum quoque Deum allicit ad reconciliationem. Verùm præuaricatio mandatorum tam Iudæis dolorum quàm omnibus hominibus calamitatum causa existit. Porrò defectio virtutum quid aliud est quàm infirmitas? Quodnam enim absque virtute præsidium reperiri possit? Ceterùm vnica rursus vox calamitates in lætitiam cóuertit, quæ item ad Dominum clamauit: etenim tam horum quàm illorum misertus, quasi de tenebris & vmbra mortis ipsos eduxit, ac compedes disrupit: superiùs enim dixerat esse compeditos. Itaque, inquit, hæc gratia per laudis celebrationem deprædicetur; quia nos quasi portis

Proba indolis est confiteri delicta.

Nostra infirmitas est virtutum defectio.

Christus nos propriè à portis mortis reuocauit.

θῆ διαφέρουσαν· τοῖς δὲ ἐξ ἐθνῶν μᾶλλον ἁρμόσει πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης διὰ τοῦ σωτῆρος συναγομένοις. πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν τεσσάρων κλιμάτων ἐδήλωσεν.

δ'. ΕΠΛΑΝΗΘΗΣΑΝ ΕΝ ΤΗ ΕΡΗΜΩ.] Ἀντὶ τοῦ· ἐπλανῶντο γὰρ ὡς ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ. ἢ ὅτι καὶ ἔρημος ἡ Βαβυλὼν θεοῦ, καὶ τῆς πνευματικῆς ἀρδείας. καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν ἔρημοι πρότερον, ὡς ἐλπίδα μὴ ἔχοντες· καὶ ἐν ἐρημίᾳ τῶν ἀρετῶν χωρὶς ὁδηγοῦντος πλανώμενοι· ἀφέντες γὰρ τὴν ὁδόν, ἥτις ἐστὶν ὁ κύριος, ἔξω τῆς τοῦ θεοῦ ἐπλανῶντο ἐπισκοπῆς. ἐπεὶ δὲ εἶπεν ὡς ἐπλανῶντο, τὴν ἐπίτασιν βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπλανῶντο ὡς ἐν ἐρήμῳ δὲ ὄντες οὐδὲ τροφῆς εὐποροῦν οὐδὲ ποτοῦ. καὶ ὡς ἐν τούτοις ὄντες κακοῖς τί ἐποίησαν; ἐκέκραξαν πρὸς κύριον. καὶ τί φησιν εὑρέθη τῆς τοιαύτης λύσις ἀμηχανίας; μία φωνὴ πρὸς θεὸν ἐπιστρεπτικῶς γενομένη.

ή. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Εὐχαριστείτωσαν οὖν, φησι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· ποίαν; Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενήν. Καὶ γὰρ καὶ Ἰουδαίους δουλείᾳ καὶ λιμῷ πιεζομένους τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν ἐνέπλησε, καὶ ὡς ἐν σκότει καθημένους θανάτῳ παραπλησίως διὰ τῆς ἐπαναγωγῆς εἰς φῶς ἤγαγε, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν κενὴν οὖσαν ἀρετῶν καὶ θείας γνώσεως ἐνεφόρησεν. Ἀπέστη γὰρ τοῦ φωτὸς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν συνώκλασε, καὶ σκιᾷ θανάτου, τῇ εἰδωλολατρείᾳ, καὶ ταῖς ἐν ἀθεότητι πράξεσιν, ὡς ἐν ἀφεγγεῖ χωρίῳ πεπέδητο. διὰ τί δὲ ταῦτα ὑπέμενον; ὅτι παρεπίκραναν, φησι, τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. ἴδιον μὲν γὰρ τῶν εὐγνωμόνων ὁμολογεῖν τὰ πεπλημμελημένα· ὃ δὲ καὶ τὸν θεὸν εἰς καταλλαγὴν ἐφέλκεται. ἀλλ' αἴτιον καὶ Ἰουδαίοις τῶν ἀλγεινῶν καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τῶν συμφορῶν ἡ τῶν ἐντολῶν παράβασις. Ὁ δὲ χωρισμὸς τῶν δυνάμεων τί ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀσθένεια; τίς γὰρ ἂν χωρὶς δυνάμεως εὑρεθείη βοήθεια; Ἀλλὰ πάλιν μία φωνὴ πρὸς εὐφροσύνην τὰς συμφορὰς μετεσκεύασεν, ἣ καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον· οἰκτείρας γὰρ καὶ τούτους κἀκείνους, ὡς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου ἐξήγαγε, καὶ τὰς πέδας διέρρηξεν· εἶπε γὰρ ἀνωτέρω πεπεδημένους εἶναι. οὐκοῦν ἀνακηρυττέσθω, φησί, δι' εὐφημίας ἡ χάρις· ὅτι ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας ἐγκε-

Digitized by Google

ἐγκεκλεισμένους οὕτως ὡς ὑπὸ πύλαις χαλκαῖς καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς. ἐπεὶ δὲ μηδαμοῦ τῆς ἱστορίας τοῦτο εὑρήκαμεν, δικαιότερον ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν τοῦτο λογίσασθαι, μεταξὺ τῶν παλαιῶν θαυμάτων τῆς κατὰ θανάτου νίκης μνημονευθείσης, ὅτε ἡ ἄφυκτος τοῦ θανάτου φρουρὰ διελύθη, ἡ χαλκαῖς πύλαις ἠσφαλίσθαι νομιζομένη διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἄφυκτον. Πᾶν γὰρ τὸ ἐντὸς τῆς τοσαύτης ἀσφαλείας ἀναπόδραστον ἔμενεν ἕως Χριστοῦ. καὶ ἀντελάβετο δὲ ἡμῶν ἔτι βαδιζόντων τὴν τῆς ἀνομίας ὁδὸν, ὥσπερ καὶ τοῦ λῃστοῦ ἔτι τὴν ἀνομίας ὁδεύοντος. Καὶ Ἰουδαίων δὲ τὰ χείριστα παθόντων ἀντελάβετο διὰ ἀνομίας ταπεινωθέντων, ὡς καὶ πᾶσαν αὐτοῖς τροφὴν ἀηδῆ εἶναι καὶ ἀπρόσιτον· ὡς ὑπὸ ἐνδείας ταῖς πύλαις τοῦ θανάτου ἐγγίζειν.

ιγ'. ΚΑΙ ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ.] Καὶ διδάσκων τῆς σωτηρίας τὸν τρόπον, ἀπέστειλε, φησι, τὸν λόγον αὐτοῦ· αὐτὶ τοῦ, καὶ ταύτην πᾶσαν τὴν ἀπαλλαγὴν ἐχαρίσατο προστάγματι μόνῳ ὅτε ἠθέλησεν. ᾧ πειθεὶς καὶ Κῦρος, καὶ γνοὺς διὰ τῶν προφητῶν τὸν τῆς νίκης αὐτοῦ παραίτιον, τοῦτον τὸν λαὸν ἐξαπέστειλεν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ἰουδαϊκόν. Ὁρᾷς δὲ ζῶντα καὶ ἔμψυχον λόγον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολλυμένων ἀποστελλόμενον, καὶ τῆς φθορᾶς τοὺς ἐν αὐτῇ γεγονότας ῥυόμενον. Τίς δὲ οὗτος; ἀλλ' ἢ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τοῦ ἰατροῦ ἡμᾶς ἰασάμενος. Ὡς εὐαγγελιστὴς δὲ γυμνῶς οὕτως ἐκβοᾷ τὸ μυστήριον. Οὐκοῦν ἀνθομολογείσθω, φησὶ, παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ἡ χάρις, καὶ ὕμνος ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἡ εὐφημία γινέσθω. Θυσάτωσαν γὰρ αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως· ὁ δὲ Ἀκύλας ἀκριβέστερον θυσίαν εὐχαριστίας· τὴν τῆς καινῆς διαθήκης παραδηλῶν τὴν λογικὴν καὶ ἀναίμακτον, ἣν καὶ εὐχαριστίαν καλεῖν εἰώθαμεν. Ἐπάγει δὲ τὴν ἀβουλίαν τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καταλιπόντες τὴν εὐσταθῆ καὶ ἀκλυδώνιστον ζωὴν πελάγιοι τῇ προαιρέσει ἐγένοντο.

κγ'. ΟΙ ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΝΤΕΣ ΕΙΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ.] Ἀντὶ τοῦ οὕτως ἦμεν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ καιρῷ τῶν συμφορῶν, ὡς οἱ ναυαγοῦντες τῆς ζυχυμίας (?) ἐπικρατησάσης καὶ πάσης ἡττηθείσης τέχνης. προσέταξε γάρ, φησι, καὶ ἀνέστη ἄνεμος σφοδρὸς καταιγίδα ποιούμενος. εἶπετο δὲ ἀναγκαίως τῇ τῶν ἀνέ-

æreis & vectibus ferreis conclusos è captiuitate liberauit. Cùm autem hoc nullibi in historia reperiamus, vtique potiori iure ad Christi gesta referendum sit, inter antiqua nempe miracula eius contra mortem victoriam commemorando, quando inextricabilis mortis custodia dissoluta fuit, quæ æreis portis munita censebatur propter firmitatem & ineluctabilitatem. Quidquid enim tanta custodia detinebatur vsque ad Christum inextricabile permansit. Ceterùm ille nos suscepit dum adhuc iniquitatis viam ingrederemur, vti & latronem adhuc iniquitatis iter ambulantem. Quin & Iudæos pessimè affectos suscepit propter iniquitatem adeò humiliatos, vt etiam omnis cibus ipsis fastidiosus captuque difficilis existeret; ita vt præ penuria ad portas mortis appropinquarent.

13. ET CLAMAVERVNT AD DOMINVM.] Et salutis modum edocens, *Misit*, inquit, *Verbum suum*: id est, Et omnem hanc liberationem quando voluit solo præcepto largitus fuit. Quo Cyrus quoque persuasus, & per Prophetas victoriæ suæ causam cognoscens, populum hunc dimisit. Verùm hoc Iudaicum est. Vides autem Verbum viuum & animatum pro salute eorum qui perierant emissum, eos quoque qui in corruptione versabantur liberare. Quodnam verò hoc? nisi Verbum Dei, quod secundùm artem medicam nos sanauit. Ceterùm tamquam Euangelista manifestè hoc mysterium explanat. Igitur, inquit, ab omnibus benè habentibus hæc gratia commendetur, & ipsa commendatio pro hisce beneficijs hymnus existat: *Sacrificent* enim ipsi *sacrificium laudis*: Aquila verò clarius exponit *sacrificium gratiarum actionis*; declarans illud noui Testamenti sacrificium rationale & incruentum, quod Eucharistiam appellare solemus. Subiungit autem hominum imprudentiam, quòd stabili & imperturbatâ vitâ relictâ facti sint animi proposito fluctuantes instar maris.

23. QVI DESCENDVNT IN MARE.] Id est: Tales etiam nos eramus in tempore calamitatum, sicut nauigantes procellâ præualente & omni arte superatâ. Præcepit enim, inquit, & surrexit ventus validus qui procellam excitauit. Ceterùm ventorum vehe-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus nos per Verbum suum liberauit.

Deo competit sacrificium laudis.

In quantis calamitatum fluctibus natura nostra versata fuerit.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

vehementiam necessariò etiam fluctuum elatio comitabatur: sic enim efferebantur, vt cælos ipsos attingere & ad fundum vsque iterùm excauari viderentur. Hoc autem per hyperbolen dictum est; sicut de quibusdam ciuitatibus dicitur, quòd ad cælum vsque ædificatæ fuerint, eò quòd sublimibus muris exstructæ essent. Simili quoque modo dictum est istud, *Et super niuem dealbabor*. Hanc itaque ob causam anima nauigantium in angustijs versabatur, nec quidquam discrepabat ab ebrijs, cùm omnis eorum scientia & sapientia esset absorpta. Porrò hi qui, ex eo quòd in fœculentam hanc vitam descendant, fluxam faciunt operationẽ tentationum ventis exagitati, & in malitiæ profundo pessima non rarò subeunt naufragia, viderũt opera benignitatis Domini, qui de profundis nos seruauit.

Psal. 50, 9.

Salus nostra ex solo Deo dependet.

ALIVS verò, errorem, & famem, & sitim, & tenebras, & vincula allegorizans de malis Iudæorum, vtitur etiam marinâ allegoriâ, eas quæ in mari sunt perturbationes, & omnem quæ his accidit mutationem tam tempestatum quàm salutis per portus ingressum, omnia hæc non absque Deo fieri dicens; quin & difficultates, quas per fluctuum inconstantiam designat, & salutem, quam in portum ingressus ipsi declarare cupit, omnia ex Deo pendere. Quando enim Deus iusserit, procella quoque, siue tentationum vehementia, in auram tranquillam immutatur, id est vitam pacatam nullisque miserijs infestam. Ceterùm non est hic sermo de ijs qui mare nauigant, sed qui peccatis exagitantur; ac deinde per pœnitentiam & confessionem tamquam in portu & loco quieto tranquillitatem consequuntur. Alij magis moraliter hæc de Apostolis dicta acceperunt, qui vocati vt fierent piscatores hominum, in vitæ huius mare descenderunt; vtpote qui cùm istiusmodi habuissent vitæ institutum, salutaribus quoque præceptoris præceptis quasi nauibus vsi, in instabili hac vita nostra quasi in aquis salutem nostram operati sunt: tempestatibus enim agitati Rectorem suum inuocabant, qui ferociam tentationum sedans tamquam in tranquillum voluntatis suæ portum subduxit eos qui in piscatoria ipsa nauigabant. Hanc enim ita fluctibus agitatam, cùm tranquillitate repleuissent, meritò in aquis multis

Per pœnitentiam & confessionem anima naufragium euadimus.

Apostoli ex mari & piscatu à Deo vocati.

μαν σφοδρότητι καὶ ἡ τῶν κυμάτων ὑπέρρίψασις· οὕτω γὰρ ὑψοῦντο, ὡς ψαύειν δοκεῖν τῶν οὐρανῶν καὶ πάλιν ἄχρι τῶν πυθμένων κοιλαίνεσθαι. καθ' ὑπερβολὴν γὰρ εἴρηται ὡς τὸ εἰρημένον περί τινων πόλεων, ὅτι τετειχισμέναι ἦσαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ὑψηλοῖς τετειχίσθαι τείχεσι. καὶ τὸ, ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι, τῷ αὐτῷ εἴρηται τρόπῳ. διὰ ταύτης αἰτίας ἡ ψυχὴ τῶν πλεόντων ἐν ἀμηχάνοις ἦν καὶ οὐδὲν διέφερεν μεθυόντων, πάσης αὐτῶν ἐπιστήμης καὶ σοφίας καταποθείσης. Οἱ δὲ, διὰ τοῦ καταβῆναι εἰς τὴν ὑλώδη ζωὴν, ὑποβρύχιον τὴν ἐργασίαν ποιούμενοι τοῖς τῶν πειρασμῶν ἀνέμοις ταρασσόμενοι, καὶ ἐν τῷ τῆς κακίας βυθῷ πολλάκις τὰ πονηρὰ παθόντες ναυάγια, εἶδον τοῦ κυρίου τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἔργα, τοῦ ἐκ τῶν βυθῶν ἡμᾶς ἀνασώζοντος.

Ἄλλος δὲ, πλάνην, καὶ λιμὸν, καὶ δίψαν, καὶ σκότος, καὶ δεσμοὺς ἀλληγορήσας τὰ Ἰουδαίων κακὰ, χρῆται καὶ θαλαττίῳ ἀλληγορίᾳ, τὰς ἐν ταύτῃ ταραχὰς, καὶ πᾶσαν τὴν ἐπισυμβαίνουσαν μεταβολὴν ἐν τούτοις τῶν τε κλυδώνων τῆς τε διὰ τῆς εἰς λιμένα εἰσόδου σωτηρίας, πάντα ταῦτα οὐκ ἄνευ θεοῦ λέγων γίνεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὰ δυσχερῆ, ἃ σημαίνει διὰ τῆς τῶν κυμάτων ἀκαταστασίας, καὶ τὰ σωτήρια, ἃ ἡ πρὸς τὸν λιμένα εἴσοδος βούλεται αὐτῷ παριστᾶν, πάντα θεοῦ ἐξηρτῆσθαι. Ἡνίκα γὰρ θεὸς ἐπιτάξῃ, καὶ ἡ καταιγὶς, ἤτοι τῶν πειρασμῶν τὸ σφοδρὸν, εἰς αὔραν πραεῖαν μεταποιεῖται, ἤτοι ζωὴν ἀνειμένην καὶ ἀταλαίπωρον. Οὐ περὶ τῶν τὴν θάλασσαν δὲ πλεόντων ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁμαρτίαις χειμαζομένων· εἶτα διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως τυγχανόντων γαλήνης ὡς ἐν λιμένι καὶ ἀναπαύλῃ. Ἕτεροι δὲ τροπικώτερον εἰς τοὺς Ἀποστόλους εἰρῆσθαι ταῦτα, ἐξέλαβον, οἱ ἁλιεῖς ἀνθρώπων γενέσθαι προσκεκλημένοι, κατέβησαν πρὸς τὸ τοῦ βίου τούτου θάλασσαν· ὡς ἄτε καὶ τοιούτου ὄντες ἐπιτηδεύματος, καὶ ὡς πλοίοις χρησάμενοι τοῖς σωτηρίοις τοῦ διδασκάλου προστάγμασιν, εἰργάσαντο τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐν τῷ ὡς ἐν ὕδασιν ἀστατοῦντι βίῳ ὑμῶν· ἐπεκαλέσαντο γὰρ τὸν ἐπιστάτην κλυδωνιζόμενοι, ὃς τὸ ἄγριαῖνον καταστορέσας τῶν πειρασμῶν ὡς εἰς ἔνδιον λιμένα τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐνκαθώρμισε τοὺς ἐμπλέοντας αὐτῇ ζωγρείᾳ. Ταύτην γὰρ τὴν οὕτω κυμαινομένην γαλήνης πληρώσαντες, εἰκότως

ἐν ὕδασι

Digitized by Google

ἐν ὕδασι πολλοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἐργασίαν ἐῤῥέθησαν. Καὶ ἄλλως δὲ προφητικῶς ἐπληρώθη ταῦτα ῥητῶς καὶ πρὸς λέξιν. οἱ γὰρ Ἀπόστολοι ἁλιεῖς τὸ πρότερον ὄντες εἰργάζοντο ἐν τοῖς ὕδασιν. εἶδον δὲ τὰ ἔργα κυρίου καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ, ὅτε καὶ ὑψώθη τὰ κύματα, ὅτε καὶ ἐβόησαν· Κύριε σῶσον, ἀπολλύμεθα· ὁ δὲ ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη· καὶ πάλιν ὅτε προσέταξε τὸν Πέτρον πεζεῦσαι διὰ τῶν κυμάτων. Ἐκέκραξαν γὰρ τότε οἱ μαθηταὶ πρὸς κύριον, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐπιτιμήσας τῷ κλύδωνι, ὅτε καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα· οἱ δὲ ηὐφράνθησαν, διότι τὰ κύματα ἡσύχασαν. εἰ δὲ κύματά εἰσιν οἱ πειρασμοὶ, τῶν δὲ πειρασμῶν οἱ μὲν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς βλασφημεῖν εἰς τὸ θεῖον, οἱ δὲ καὶ εἰς ζῶντας καὶ νεκροὺς ἁμαρτάνειν, καλῶς εἴρηκε τό, Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ ἑξῆς.

κϛʹ. Η ΨΥΧΗ ΑΥΤΩΝ ΕΝ ΚΑΚΟΙΣ ΕΤΗΚΕΤΟ.] Συνέβαινέ, φησιν, ἐπ' αὐτοὺς τῶν κυμάτων ἐγειρομένων ἀσυνετεῖν ὑπ' ἐκστάσεως, εὐφραίνεσθαι δὲ παυσαμένων, ἧς ὠρέγοντο τυχόντας καταγωγῆς. Οἱ γὰρ τῷ σάλῳ τῶν τοιούτων κυμάτων περιληφθέντες ἄφρονες γίνονται, καθάπερ ὑπὸ μέθης τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀηδίας καρηβαρήσαντες. Οἱ δὲ τοῦ φρονεῖν ἔξω γενόμενοι οὐδεμίας εὐποροῦσι πρὸς σωτηρίαν βουλῆς, ἀλλὰ προσναυαγεῖ αὐτῶν ἡ σοφία καὶ ἀπόλλυται. Ἀλλὰ καὶ τούτοις λύσις γίνεται τῆς ἀμηχανίας ἡ πρὸς τὸν κύριον ἔντευξις· ἣν γὰρ ἡ τοῦ ἀντικειμένου φορὰ καταιγίδα ὑπέστησεν αὕτη ἐγαλήνωσε καὶ κατεστόρεσε. Καταιγὶς δέ ἐστι βίαιος ἄνεμος, οὐκ ἐπ' εὐθείας προσπίπτων· ὃς ἐπὰν ἐμπέσῃ βιαίως τῷ ὕδατι, περισχίζεται κατ' ἀνάγκην τῇ βίᾳ τοῦ πνεύματος, διὸ προσίθησι τὰ φοβερά. τοῦτο σημαίνει τὸ Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν. τῷ ὄντι γὰρ τῶν κυμάτων τούτων ἡ ἔπαρσις (τῶν παθῶν λέγω) τῆς εἰς τὴν ἄβυσσον καταβάσεως αἰτία γίνεται. Ταύτην ἐπιτιμήσας εἰς αὔραν μετήγαγε, καὶ γαλήνη κατέσχεν ἀκύμων. διὸ καὶ εὐφράνθησαν, ὅτι ἡσύχασαν. Τάχα δὲ τῷ τῆς σιγῆς ὀνόματι προαιρετικάς τινας δυνάμεις εἶναι σημαίνει τὰ κύματα, δι' ὧν τὴν ἀποστατικὴν φύσιν ἐνδείκνυται, πρὸς ἣν εἶπε καὶ τό, Σιώπα, πεφίμωσο. αὔρα δὲ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, ἡ

operationem feciſſe dicti ſunt. Aliàs verò etiam hæc propheticè dicta ad litteram quoque impleta ſunt. Siquidem Apoſtoli cùm priùs eſſent piſcatores in aquis operam collocarunt. Viderunt autem opera Domini & mirabilia eius in profundo, quando item fluctus eleuati ſunt, & clamarunt: *Domine ſalua nos, perimus:* ipſe autem *imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas:* & rurſus quando præcepit Petro vt pedibus ſupra fluctus ambularet. Tunc enim diſcipuli clamauerunt ad Dominum, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos increpans tempeſtatem, quando item fluctus ſiluerunt: ipſi autem lætati ſunt, quia fluctus quieſcebant. Ceterùm cùm fluctus ſint tentationes, quædam autem tentationes cogant nos in Deum blaſphemare, quædam verò faciant vt in viuos ac mortuos peccemus, rectè dixit, *Aſcendunt vſque ad cælos*, &c.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

Matth. 8, 25.

Matth. 14, 29.

Christus Apoſtolis fluctuantibus tranquillitatem attulit.

26. ANIMA EORVM IN MALIS TABESCEBAT.] Contigit, inquit, vt fluctibus in ipſos excitatis mentis vſu deſtituerentur præ ſtupore, ijs verò ceſſantibus lætarentur, quiete quam expetierant potiti. Qui enim iſtiuſmodi fluctuum procellà inuoluuntur ſui impótes redduntur, ex nauigatione nauſeâ non ſecùs atque ex ebrietate crapulâ grauati. Qui autem mentis impotes effecti ſunt nullo ſalutari conſilio fulciuntur, ſed eorum ſapientia naufragium patitur & perit. Verumtamen etiam iſtis conſilij inopiam tollit ad Dominum deprecatio: ſiquidem hæc placat, & ſedat tempeſtatem ſeu procellam quam impetus aduerſarij concitauerat. Eſt autem procella ventus vehemens, minimè ex directo incidens; qui cùm violentè in aquam incubuerit, ipsâ vi ſpiritus neceſſariò diffinditur, quapropter terribilia intentat. Hoc ſignificat illud *Aſcendunt vſque ad cælos.* Reuerà enim fluctuum iſtorum elatio (paſſionum inquam) cauſa fit deſcenſus in abyſſum. Hanc increpans ad lenem auram reduxit, & ſerena tranquillitas ſucceſſit. Quapropter etiam lætati ſunt, quia quieuerunt. Fortaſſis verò ſilentij nomine inſinuat procellas iſtas eſſe liberas aliquas virtutes, quibus naturam apoſtaticam deſignet, ad quam dixit quoque illud, *Tace, obmuteſce.* Aura verò eſt ſpiritus gratia, quæ

Oratio mitigat tempeſtatem.

Mar. 4, 39.

per

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deo pro sedata tempestate in Ecclesia gratia referenda.

per vela spiritualia in diuinum portum animam adducit, Verbo gubernante ac nauim dirigente: quamobrem dictum est, *Et deduxit eos in portum voluntatis suæ.*

31. CONFITEANTVR DOMINO.] Simul enim vt voluit etiam mala soluta sunt. Notandum autem quomodo figuræ inhæreat. Cùm enim calamitatem mare nominasset, modò portum appellauit tranquillitatem. Propterea, inquit, *exaltent eum in Ecclesia populi*, & inter honoratos seniores hymnos ipsi offerant, vt testimonium fide dignum existat. Quemnam exaltent? Eum nempe qui ob peccata quidem Gentem fluctui tradidit, propter misericordiam verò eamdem in bonis restituit. Vel consequenter post Apostolos etiam presbyterij meminit. Siquidem bonorum promissionibus hæc etiam adijcienda erant: nam in Ecclesia Gentium honorare oportet Deum vniuersorum. Quoniam illi quidem & sacerdotio & Regno exuti sunt, ac legibus Gentium subiecti dispersionem subeuntes: Ecclesia verò Gentium, quæ priùs erat inaquosa & siticulosa, ciuitates ædificauit, atque diuinam viuendi rationem extulit.

Deus inducit rerum vicissitudines prout voluerit.

33. POSVIT FLVMINA IN DESERTVM.] Hic est, inquit, qui omnia prout vult facit: & nunc quidem desertum fluminibus irriguum reddit; nunc verò exitus aquarum exsiccat; ita vt ibi sitis existat, vbi priùs erat potus abundantia. Ipse est qui terram frugiferam propter malitiam inhabitantium inutilem reddit sicut Sodomam, & incolis eiectis, iterùm illam immutat, & contraria facit, atque inaquosam reddit irriguam, vt desperata illa loca deinceps iterùm incolantur, & pulcherrimis ciuitatibus exornentur, ac terra idonea fiat tum ad fruges producendas, tum ad Angelos suscipiendos; ita vt incolæ etiam benedictionem adepti multiplicentur, & omnimodam cùm pecorum tum rerum aliarum abundantiam adipiscantur.

Deus Gentes olim desertas fecit vberes & fructuosas.

ALITER. Fluuios in desertum posuit, quandoquidem ij qui olim Prophetarum riuulis irrigabantur nunc ne exili quidem stillâ fruantur; Gentes verò desertæ & extorres, pietatis ac doctrinæ fluuijs redundent, in quibus inhabitare fecit eos qui olim spiritalis

διὰ τῆς νοητῆς ἱστίων πρὸς θεῖον λιμένα τὴν ψυχὴν ἐνορμίζουσα, κυβερνῶντος τοῦ λόγου καὶ πρὸς τὸν πλοῦν κατευθύνοντος· διὸ εἴρηται, Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ.

λα'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Ἅμα γὰρ ἠθέλησε καὶ λύσις ἐγένετο τῶν κακῶν. ἐπισημαντέον δὲ ὅπως τῇ τροπῇ ἐπιμένει. Θάλασσαν γὰρ τὴν συμφορὰν ὀνομάσας, νῦν λιμένα τὴν ἀπαλλαγὴν ἐκάλεσε. διὰ ταῦτα ὑψωσάτωσαν αὐτόν, φησίν, ἐν ἐκκλησίᾳ λαοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ μάρτυσι πολλοῖς λαοῖς, καὶ ἐπὶ πρεσβυτέρων ἐντίμων τοὺς ὕμνους ἀναπεμπέτωσαν, ὡς ἀξιόπιστος εἴη ἡ μαρτυρία. Τίνα ὑψωσάτωσαν; Τὸν ἕνεκα μὲν ἁμαρτημάτων κλύδωνι παραδόντα, ἐλέει δὲ χάριν εἰς ἀγαθὰ τὸ ἔθνος μεταστήσαντα. ἢ ἀκολούθως μετὰ τοὺς Ἀποστόλους καὶ τοῦ πρεσβυτερίου ἐμνήσθη. ἔδει γὰρ τοῖς τῶν ἀγαθῶν εὐαγγελίοις προσθεῖναι καὶ ταῦτα· ἐν γὰρ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ δεῖ δοξάζειν τὸν πάντων θεόν. ὅτι οἱ μὲν καὶ ἱερωσύνης καὶ βασιλείας ἀπώσθησαν, καὶ νόμοις ἐθνῶν ὑπετέθησαν, διασποραῖς δυστυχοῦντες· ἡ δὲ πρὶν ἄνυδρος καὶ διψῶσα ἐκκλησία τῶν ἐθνῶν, καὶ πόλεις συνεστήσατο, καὶ ἐνθέους πολιτείας ἐπανῄρηται.

λγ'. ΕΘΕΤΟ ΠΟΤΑΜΟΥΣ ΕΙΣ ΕΡΗΜΟΝ.] Οὗτός ἐστι, φησίν, ὁ πάντα ὡς βούλεται μετασκευάζων· καὶ νῦν μὲν τὴν ἔρημον ποιῶν ἐπικλύζεσθαι ποταμοῖς· νῦν δὲ τὰς τῶν ὑδάτων διεξαγωγὰς ξηραίνων· ὡς δίψος ἐγγίνεσθαι ἔνθα, πρότερον ἦν ἀφθονία ποτοῦ. αὐτός ἐστιν ὁ γῆν καρποφόρον εἰς ἄχρηστον ἐργαζόμενος διὰ τὴν τῶν κατοικούντων κακίαν ὥσπερ τὰ σόδομα, καὶ μεταβληθέντων τῶν ἐνοικούντων, μεταβάλλων αὖθις, καὶ τἀναντία ποιῶν, καὶ τὴν ἄνυδρον περίρρυτον ἐργαζόμενος, ὥστε τοὺς ἀνελπίστους τόπους ἐκείνους καὶ οἰκεῖσθαι λοιπόν, καὶ καλλίσταις ἐναβρύνεσθαι πόλεσι, καὶ ἐπιτηδείαν τὴν γῆν γίνεσθαι εἴς τε καρπῶν φορὰν, καὶ ἀγγέλων ὑποδοχήν· ὥστε τοὺς ἐνοικοῦντας καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδοῦναι εὐλογίας ἐπιτυχόντας, καὶ τὴν καθόλου εὐθηνίαν τῶν τε κτηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔχειν.

ΑΛΛΩΣ. Ποταμοὺς εἰς ἔρημον ἔθετο, ἐπεὶ οἱ πάλαι προφητῶν ἀρδόμενοι νάμασι, νῦν οὐδὲ νοτίδος μικρᾶς ἀπολαύουσι· τὰ δὲ ἔρημα ἔθνη καὶ ἄνικμα, τοῖς τῆς εὐσεβείας καὶ διδασκαλίας περικλύζεται ποταμοῖς, ἐν οἷς τοὺς πάλαι λιμῷ πνευματικοῖς

ἀγροῖς τηκομένους τροφῆς ἐγκατῴκισε, καὶ τὴν εὐσεβῆ συνεστήσατο πολιτείαν· ἐν οἷς καὶ οἱ θεῖοι Ἀπόστολοι (οὓς καὶ ὁ κύριος ἔφησε γεωργοὺς) τοὺς λογικοὺς τοῦ θεοῦ κατεφύτευσαν παραδείσους, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης καρπὸν προσεκόμισαν· οἱ δὲ ἐπ' εὐλογίαις σπείραντες, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσουσι. Κτήνη δὲ καλεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῶν νεμομένους.

λθ'. ΚΑΙ ΩΛΙΓΩΘΗΣΑΝ, ΚΑΙ ΕΚΑΚΩΘΗΣΑΝ.] Μεταβληθέντων δὲ αὖθις τῶν ἐνοικούντων τί γίνεται; Ὅπερ καὶ νῦν ἡμεῖς ἐπάθομεν, φησι, μεταβαλόντες ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ πειρασθέντες ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τῶν ἀνηκέστων ἀνιαρῶν· καὶ οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἡμῶν ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς ἐξουδενώθησαν, καὶ ἐπλανώμεθα ὡς ἐν ἐρήμῳ πολλῇ. ἀλλ' ὅτε πάλιν ἔδοξεν αὐτῷ ἐβοήθησέ, φησι, λαῷ πένητι ἐκ τῆς ἄκρας ταπεινώσεως· καὶ ηὔξησε τὰς συγγενείας ἡμῶν πάλιν προβάτων δίκην.

ΑΛΛΩΣ. Εἰ γὰρ καὶ σωματικῶς, φησι, Ἰουδαῖοι πληθύνουσι ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἀλλὰ τὸ κατάλειμμα σώζεται. Οὐ γὰρ πάντας σωτηρίας ἀξιοῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ Ἡσαΐου φάσκον· Ἐὰν γένωνται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ ὑπόλειμμα αὐτῶν σωθήσεται· οὗ ὑπολείμματος χάριν εἴρηται, ὠλιγώθησαν, καὶ τὰ ἑξῆς. διὸ ὠλιγώθησαν καὶ κατεφθάρησαν ἀπὸ συνοχῆς κακίας καὶ ταλαιπωρίας, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ἀλλὰ καὶ οἱ προὔχοντες ἐν αὐτοῖς ἀξιώμασι καὶ γνώσει παρεδόθησαν ἐξουδενώσει, οὓς ὁ θεὸς ἐπλάνησεν ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐκ ὁδῷ· παρῃτήσαντο γὰρ τὴν ἐφ' ἣν ἐκλήθησαν εὐθεῖαν ὁδόν. Πλάνην μὲν γὰρ ὁ θεὸς οὐκ ἐπάγει, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους ἀκυβερνήτους ἐᾷ, καὶ πανταχοῦ πλανῶνται, τὸν ὁδηγοῦντα ἀποβαλόντες. ὁ δὲ Σύμμαχος μελλητικῶς οἷον, καὶ πλανήσει αὐτοὺς ἐν ματαιότητι διανοίας. Τίς δὲ ὁ βοηθηθεὶς πένης; ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός. Τῇ γὰρ τοῦ Χριστοῦ πτωχείᾳ ἡμεῖς ἐπλουτίσθημεν. Πατριὰν δὲ ὀνομάζει τὸ σύστημα τῶν εἰς τὸν θεῖον κατάλογον συντελούντων· ὁ δὲ Ἀκύλας, θήσει ὡς ποίμνιον συγγενείας· ὁ δὲ Σύμμαχος, τάξει ὡς ποίμνια τὰς συγγενείας, δηλαδὴ τὰς κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐκκλησίας, ἐκ διαφόρων συνεστώσας συγγενειῶν. Ταῦτα δὲ μέλλοντα ἔσεσθαι, καὶ οὔπω κατὰ τὸν ἐν ᾧ προεφητεύετο καιρὸν ὄντα προε-

cibi fame tabeſcebant, iiſque religioſam viuendi rationem conceſſit; in quibus etiam diuini Apoſtoli (quos Dominus agricolas appellauit) rationales Deo hortos plantarunt, & fructum iuſtitiæ protulerunt; qui cùm in benedictionibus ſeminauerint, de benedictionibus & metent. Pecora autem vocat eos qui ab ipſis paſcuntur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

39. ET PAVCI FACTI SVNT, ET VEXATI.] Ceterùm incolis denuò eiectis quid fit? Id quod, inquit, etiamnum nos perpeſſi ſumus cùm in peius mutaremur, & in captiuitate intolerandis moleſtijs vexaremur; & non ſolùm nos, verùm etiam Principes ac Reges noſtri ad nihilum redigerentur, atque in multa ſolitudine erraremus. Verumtamen quando iterùm ipſi placuit opem, inquit, tulit populo pauperi de ſumma humiliatione; & inſtar ouium rurſus cognationes noſtras auxit.

Quomodo Principes Iudæorum ad paucitatem & miſeriam redacti ſint.

ALITER. Nam etſi, inquit, Iudæi multiplicati fuerint ſicut arena maris, reliquiæ tamen ſaluæ fient. Non enim omnes ſalute dignos cenſet Spiritus ſanctus per Iſaiam dicens: *Quòd ſi fuerint filij Iſraël quaſi arena maris, reliquiæ eorum ſaluabuntur.* Propter has reliquias dictum eſt, *Pauci facti ſunt*, &c. Quocircà imminuti & corrupti ſunt à preſſura malitiæ & calamitatis, vt Symmachus ait. Sed & illi qui inter illos dignitatibus & ſcientiâ eminebant traditi ſunt in exterminium, quos Deus errare fecit in inuio & non in via: ſiquidem viam rectam ad quam vocati fuerant deſeruerunt. Deus enim non introducit errorem, ſed eos qui ipſi non obediunt ſuâ gubernatione deſtituit, & vbique errant, cùm viæ ducem reiecerint. Symmachus verò hæc per futurum expreſſit: q. d. *Et errare faciet eos in vanitate mentis.* Quis porrò pauper is qui adiutus eſt? vtique populus ex Gentibus. Chriſti enim paupertate nos diuites facti ſumus. Familiam autem vocat congregationem eorum qui in diuinum catalogum relati ſunt: Aquila autem, *Ponet ſicut gregem cognationes:* Symmachus verò ait, *Statuet ſicut greges cognationes*, ſcilicet Eccleſias per ciuitates ac regiones, ex diuerſis cognationibus conſtantes. Hæc autem futura vaticinatus eſt, & nondum exiſtentia eo tempore quo hæc prædicebantur: quapro-

Reliquiæ Iudæorum ſaluæ fient.

Iſaiæ 10, 22.

Pauper populus è Gentibus à Deo electus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Lucæ 10, 23.

pter ait, *Videbunt recti.* Quid videbunt? vtique in melius commutationem. Quare etiam Saluator ait: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis: quia multi Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.*

42. VIDEBVNT RECTI, ET LÆTABVNTVR.] Docet quomodo rectus timuerit ad hanc benignitatem respiciens. Timor enim haud exigua est bonorum custodia, dum per præteritorum memoriam futura corrigit. Quo vtique omnis quoque iniquitas obstruitur. Quàm beata est illius vita, à quo os iniquitatis tamquam fons sordium perpetuò obturatur, ne ampliùs fœtore suo hominem coinquinet. Deinde quasi signacula quædam apponit, dicens: *Quis sapiens, & custodiet hæc?* Quæ autem bonorum custodia est? Scilicet non imperitè diuinæ benignitati attendere. Qui enim intelligit quæ consecutus sit, nequaquam prodet bonum quo dignus est habitus: qui verò imprudenter attendit gratiæ, idem ipsi accidet quod cæcis, qui margaritam aliquam in manibus habentes, tamquam lapillum quempiam communem abijciunt, ex pulchritudinis ignoratione ipsius possessione priuati.

Timor bonorum custos.

Attendendum benè gratiæ.

θέσπισε· διὸ φησιν, ὄψονται εὐθεῖς. Τί ὄψονται; Τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν. διὸ καὶ ὁ σωτὴρ· Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε· ὅτι πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον.

μβʹ. ΟΨΟΝΤΑΙ ΕΥΘΕΙΣ, ΚΑΙ ΕΥΦΡΑΝΘΗΣΟΝΤΑΙ.] Διδάσκει ὡς πρὸς τὴν φιλανθρωπίαν ταύτην βλέπων ὁ εὐθὴς ἐφοβήθη. οὐ γὰρ μικρὸν ὁ φόβος τῶν ἀγαθῶν φυλακτήριον, τῇ μνήμῃ τῶν γεγενότων σωφρονίζων τὰ μέλλοντα. ᾧ δὴ καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράττεται. ὡς μακάριος ὁ βίος ἐκείνου, ὑφ᾽ οὗ τὸ τῆς ἀνομίας στόμα καθάπερ βορβόρου πηγὴ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐμφράττεται, οὐκέτι δυσωδίᾳ καταμολῦνον ἄνθρωπον. εἶτα ὥς τινας σφραγῖδας ἐπιτίθησι λέγων· τίς σοφὸς, καὶ φυλάξει ταῦτα; τίς δὲ ἡ τῶν ἀγαθῶν φυλακή; τὸ μὴ ἀσυνέτως τῆς θείας ἔχειν φιλανθρωπίας. Ὁ γὰρ συνιεὶς ὧν τετύχηκεν, οὐκ ἂν προοῖτο ἀγαθὸν οὗ ἠξίωται. Ὁ δὲ ἀσυνέτως ἔχων τῆς χάριτος, ταὐτὸν πείσεται τοῖς τυφλοῖς, οἳ μαργαρίτην ἐν χερσὶ λαβόντες, ὡς ψηφῖδά τινα τῶν εἰκαίων ἀπορρίπτουσιν, ἀγνοίᾳ τοῦ κάλλους ζημιωθέντες τοῦ κτήματος.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Eodem modo quo præcedentes hic etiam inscriptus est: eiusdem enim est argumenti, cùm enarret miracula quæ in parte Iudæis acciderunt.

DIDYMI. Propositus etiam Psalmus cùm Dei beneficia & misericordias hominibus exhibitas contineat, præfixum sibi habet Alleluia.

1. CONFITEMINI DOMINO.] EVSEBII. Domino confitendum est, cùm vt ipsi tamquam Medico delicta nostra patefaciamus; tum vt ipsi pro beneficijs in nos collatis gratias agamus; vtpote curationis eius pignus obtinentes; quoniam non solùm bonus est, verùm etiam in omne præsens sæculum misericordiam suam extendit.

Deo duplici de causa confitendum.

CHRYSOSTOMI. Si quis enim insen-

ΗΣΥΧΙΟΥ. Παραπλησίως τοῖς προτέροις καὶ οὗτος ἐπιγέγραπται· τῆς γὰρ αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχεται, ἱστορῶν ἐν μέρει τὰ γενόμενα τοῖς Ιουδαίοις θαύματα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ὁ προκείμενος ψαλμὸς περιέχων θεοῦ εὐεργεσίας καὶ ἐλεημοσύνας πρὸς τοὺς ἀνθρώπους γεγενημένας, προτεταγμένον ἔχει τὸ Ἀλληλούϊα.

αʹ. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῷ κυρίῳ ἐξομολογήσασθαι δεῖ κατά τε τὸ ὁμολογεῖν τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ὡς ἰατρῷ· κατά τε τὸ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ἐπὶ ταῖς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαις· τὸ ἐχέγγυον τῆς παρ᾽ αὐτοῦ θεραπείας ἔχοντας· ὅτι μὴ μόνον χρηστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ παρατείνει τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς πάντα τὸν παρόντα αἰῶνα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἂν γὰρ ἀπα-

στῇ τίς τὴν ἀναισθησίαν ἐν οἷς ἔπαθον οἱ ἐπανιόντες τὰς ἀποδείξεις περιφέρουσιν· οὐ γὰρ κατ' ἀξίαν τῆς ἀφέσεως ἔτυχον, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ χρηστότητα καὶ τὸν ἔλεον. Καὶ καλῶς εἶπεν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἐκκόπη, ἀλλ' ἀνθεῖ ἀεί. εἰ δὲ πρὸς βραχὺ γὰρ τῇ θαλάσσῃ καὶ τῇ ζάλῃ τῆς αἰχμαλωσίας παρεδόθησαν, πάλιν τοῦ ἐλέους ἀπήλαυσαν.

β'. ΕΙΠΑΘΩΣΑΝ ΟΙ ΛΕΛΥΤΡΩΜΕΝΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπεν οἱ σωθέντες ἁπλῶς, ἀλλ' οἱ λελυτρωμένοι· δεικνὺς ὅτι λύτρα κατέθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν. καὶ ποῖα λύτρα ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτῶν; ἐπὶ μὲν γὰρ ἡμῶν τὸ αἷμα ἐξέχεεν· ἐπὶ δὲ ἐκείνων ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· Δώσω ἀντὶ σοῦ σκηνὴν καὶ ἑτέρους πολλούς. τοὺς γὰρ αὐτοὺς κακώσαντας ἐξέδωκεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰκότως καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν, ἡ διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἔργον χωρήσασα προφητεύεται μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τὴν διὰ τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ δηλωθεῖσαν· ἐν ᾧ μετὰ τὸν μακρὸν κατάλογον τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἐλέγετο· Καὶ ὠργίσθη κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

ΕΚ ΤΩΝ ΧΩΡΩΝ ΣΥΝΗΓΑΓΕΝ ΑΥΤΟΥΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπισυνάγει δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν ἐκ παντὸς ἔθνους. πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν τεσσάρων ἐδήλωσε κλιμάτων. ἐκ τούτων γὰρ ἔθνος καινὸν καὶ κληρονομία τοῦ θεοῦ νέα συνέστη. εἰκὸς μὲν οὖν τινα νομίσαι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκ τῶν ἐθνῶν συναγωγὴν διὰ τοῦ παρόντος δηλοῦσθαι ψαλμοῦ, ὡς μελλόντων τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἰουδαίων ἀποχωρίζεσθαι τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλλοδαπὴν διατριβῆς ἀπαλλάττεσθαι, συνάγεσθαι δὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Τοιαῦτα γὰρ εἰς ἔτι καὶ νῦν παῖδες Ἰουδαίων φαντάζονται. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα περὶ αὐτοὺς τοῖς ἔργοις ὁρᾶται γεγενημένα, ἤδη που χιλίοις ἐγγὺς ἔτεσι τῆς ἀπὸ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας αὐτῶν μηδενὸς τοιούτου περὶ αὐτοὺς πραχθέντος· ὥρα τῇ τῶν πραγμάτων ἐκβάσει τοὺς λόγους ἐφαρμόττειν, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἀνάγειν τὴν προφητείαν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γὰρ ἐν ἑνὶ χωρίῳ ἦσαν μένοντες, ἀλλὰ πανταχοῦ

satorum non crediderit in ijs quæ negligentes perpessi sunt, argumenta circumferunt: non enim pro merito consecuti sunt remissionem, sed per eius misericordiam ac bonitatem. Et rectè dixit, *Quoniam in sæculum misericordia eius.* Non enim succisa est, sed semper pullulat. Nam etsi ad modicum mari ac tempestati captiuitatis traditi fuerint, rursus misericordiam consecuti sunt.

CATENA PATRVM.

Misericordia Dei perpetua.

2. DICANT QVI REDEMPTI SVNT.] CHRYSOSTOMI. Non dixit simpliciter *qui saluati sunt*, sed *qui redempti sunt*; ostendens quòd lytra pro ipsis deposuerit. Et qualia pro ipsis lytra dedit? Pro nobis siquidem suum sanguinem effudit; pro ipsis verò audi quid Propheta dicat: Dabo pro te tabernaculum & alios multos. Eosdem enim affligentes exposuit.

Christus nos propriè redemit.

EVSEBII. Fortassis etiam in præsentiarum vocatio Gentium prædicitur; quæ per Saluatorem nostrum in opus exijt post Gentis Iudæorum repudiationem, quæ per præcedentem Psalmum declarata fuit: in quo post longum catalogum impietatum ipsorum dictum est: *Et iratus est Dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.*

Gentes à Christo vocatæ Iudæis repudiatis.

Psal. 105, 40.

DE REGIONIBVS CONGREGAVIT EOS.] EVSEBII. Congregat autem ipsos in Ecclesiam suam ex omni Gente. Vniuersum enim orbem per quatuor climata designauit. Nam ex his Gens noua & hereditas Dei noua conflata est. Verosimile igitur erat nonneminem existimare Iudæorum ex Gentibus Synagogam per præsentem Psalmum demonstrari, quasi Iudæi per vniuersum orbem à Gentibus recessuri, & ab alienæ terræ incolatu liberandi, atque in Iudæa congregandi sint. Nam etiam vsque in hoc tempus Iudæi similia sibi imaginantur. Verùm cùm rebus ipsis nequaquam hæc circa ipsos contigisse videantur, quandoquidem iam inde ab ipsorum in Babylonia captiuitate mille circiter annorum spatio nihil istiusmodi circa illos actum sit; tempus est vt rerum euentui sermones istos accommodemus, & ad Gentium vocationem hoc vaticinium reducamus.

Gentes à quatuor mundi partibus congregatæ.

CHRYSOSTOMI. Non enim in vna aliqua regione morabantur, sed vbique terrarum

Quàm mira fuerit Iudæorum à Babylonia reductio.

CATENA PATRVM.

rarum diſperſi erant, vt omnes Dei iram & potentiam benignitatemq́ue agnoſcerent; iram quidem punientis, benignitatem verò ſaluantis, in vtriſque autem potentiam. Non ſolùm enim admirabile erat ipſos dimitti, verùm congregari diſperſos, & reduci denuò collectos. Etenim pueri in Babylonia nati, atque omnis iſtiuſmodi migrationis ignari, cum magna facilitate inermes & nudi atque Imperatoribus deſtituti per tot hoſtes reuerſi ſunt; ita vt illud haudquaquam minus eſſet eo quod in Mari rubro contigerat.

Gentes olim destitutæ nunc gratiâ Dei delibutæ.

ATHANASII. Et quinam illi qui ex quatuor orbis climatibus congregati ſunt niſi omnes Gentes? quæ olim Dei cultu deſtitutæ, ne diuino quidem rore delibutæ fuerant, ſed in maxima ſiti verſabantur.

4. ERRAVERVNT IN SOLITVDINE.] CHRYSOSTOMI. Hæc affinia ſunt illis de Ægypto; hæc cognata ſunt ijs quæ in deſerto contigerunt. Ceterùm qui tunc, is & nunc & in deſerto & in terra inhabitata præeſt: ac tunc quidem per manna, nunc verò etiam ſine manna diuerſimodè potentiam ſuam oſtendit.

EVSEBII. Nos quidem qui ante diuinum Saluatoris noſtri cultum in infrugifera & inaquoſa ſterilique vita priùs olim errabamus; quando eramus Gentes irrationales, idola muta ſectantes, nec vllibi viam ciuitatis habitaculi inuenientes; quando eramus alieni ab inſtituto Iſraëlis, ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo; qui olim eramus exoſi, in fame & ſiti animo deficientes, eò quòd rationali cæleſtique cibo ac potu ſpiritali priuati eſſemus; iuxta illud, *Emittam non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini*; idcircò in deſerto virtutum exiſtentes errabamus, ductorem ac ducem minimè habentes, quem ſequentes reperire poſſemus poſt viam ipſam ciuitatem ſacrâ lege ritè ordinatam, in qua habitare valeremus, ab ea minimè recedentes. Hæc autem eſt virtus & Dei ſapientia.

Amos 8, 11.

5. ESVRIENTES ET SITIENTES.] ATHANASII. Non enim habebant panem qui cor hominis confirmat, neque aquam viuam; de qua dicitur, *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.*

Pſal. 103, 15. Ioan 4, 14. *Anima diuino cibo destituta tabeſcit.*

χοῦ διεσπαρμένοι, ἵνα πάντες μάθωσι τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν φιλανθρωπίαν· ὀργὴν μὲν κολάζοντος, φιλανθρωπίαν δὲ σώζοντος, δύναμιν δὲ ἐν ἑκατέροις. Οὐ γὰρ δὴ τὸ ἀφεθῆναι μόνον ἦν τὸ θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ συναγαγεῖν αὐτοὺς, διεσπαρμένους, καὶ τὸ συναχθέντας ἐπαναγαγεῖν. Καὶ γὰρ παιδία τεχθέντα ἐν Βαβυλῶνι, καὶ πάσης ἄπειρα ὄντα τοιαύτης ἀποδημίας, μετὰ πολλῆς ἐπανῆεσαν τῆς εὐκολίας διὰ τοσούτων πολεμίων ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ καὶ τοὺς κρατοῦντας οὐκ ἔχοντες· ὥστε οὐδὲν ἔλαττον τοῦτο ἦν τοῦ κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν γενομένου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τίνες οἱ ἐκ τῶν τεσσάρων κλιμάτων τῆς οἰκουμένης συναχθέντες ἢ πάντα τὰ ἔθνη, τὰ πάλαι ἔρημα θεοσεβείας τυγχάνοντα, καὶ μηδὲ νοτίδος θείας μεταλαβόντα, ἀλλ᾽ ἐν πολλῷ δίψει τυγχάνοντα.

δ᾽. ΕΠΛΑΝΗΘΗΣΑΝ ΕΝ ΤΗ ΕΡΗΜΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα ἀδελφὰ τῶν ἐξ Αἰγύπτου· ταῦτα συγγενῆ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἀλλ᾽ ὁ τότε προστὰς, οὗτος καὶ νῦν καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀοικήτῳ γῇ· καὶ τότε μὲν διὰ τοῦ μάννα, νῦν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ μάννα ποικίλως τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐνδεικνύμενος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡμεῖς μὲν οἱ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοσεβείας καὶ ἐν ἀκάρπῳ ἀνύδρῳ τε καὶ ἀγόνῳ ζωῇ πάλαι πρότερον πεπλανημένοι· ὅτε ἦμεν ἔθνη ἄλογα, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀπαγόμενοι, οἱ μηδέποτε ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου εὑρόντες· ὅτε ἦμεν ἀλλότριοι τῆς πολιτείας τοῦ Ισραὴλ, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· οἱ μεμισημένοι πάλαι, ἐν λιμῷ καὶ δίψει τὴν ψυχὴν ἐκλείποντες, διὰ τὸ ἐστερῆσθαι λογικῆς καὶ ἐπουρανίου τροφῆς ποτοῦ τε πνευματικοῦ· κατὰ τὸ, ἐξαποστελῶ οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου· διὸ καὶ ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ὄντες ἐπλανώμεθα, ποδηγὸν καὶ ἡγεμόνα μὴ ἔχοντες, ᾧ ἑπόμενοι εὑρεῖν οἷοί τε ἦμεν μετὰ τὴν ὁδὸν πόλιν τὴν διατεταγμένην ἱερῷ νόμῳ, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἠδυνάμεθα, μὴ ἀναχωροῦντες· αὕτη δέ ἐστιν ἀρετὴ καὶ θεοῦ σοφία.

ε᾽. ΠΕΙΝΩΝΤΕΣ ΚΑΙ ΔΙΨΩΝΤΕΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ εἶχον ἄρτον τὸν στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου, οὐδὲ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν· περὶ οὗ λέλεκται, ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὅταν γὰρ ψυχὴ λιμώξῃ καὶ διψήσῃ ἀκοὴν λόγου τοῦ Θεοῦ, διδασκαλίας οὐκ ἔχουσα, ἀναγκαίως ἐκλείπει καὶ ἐλαττοῦται· ἐπειδὴ τροφὴ ψυχῆς ὁ τῆς θεογνωσίας ἄρτος.

ϛʹ. ΚΑΙ ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πάλιν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν· οὐδὲν πλέον ἐποίησαν, ἀλλ' ἐβόησαν μόνον, καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ μετὰ προθυμίας ἐκάλεσαν τὸν Θεόν, καὶ πάντα ἐλύθη τὰ δεινά. οὐ κατορθώματα ἐπεδείξαντο, ἀλλ' εὐχὴν μόνην γνησίαν· τὴν δὲ εὐχὴν ἡ θλίψις εἰργάσατο· διὸ καὶ προσέθηκε λέγων, ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πλανωμένων ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐκλειπούσης ἐξ ἀτροφίας σωτηρίων λόγων, ἐβόων πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες, κοινὸν ἅπασι καταπεμφθῆναι σωτῆρα. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. τοὺς ἐγκεχειρισμένους αὐτοὺς ὑπερπάσχοντες, καὶ ὑπεραλγοῦντες αὐτῶν καὶ διψώντων καὶ τὴν ψυχὴν ἤδη δι' ἀτροφίαν ἐκλειπόντων, ἐβόων αὐτοὶ καὶ ἔκραζον πρὸς κύριον, ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἕκαστος πρεσβεύοντες.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὰ ἔθνη ἐπέμενε ταῖς παντοδαπαῖς προσπαλαίοντα συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ οἰμωγαῖς καὶ θρήνοις ἐκέχρηντο, τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἔχοντα τὴν ἐλπίδα· οὐ μὴν τὴν λύσιν τῶν κατεχόντων δεινῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐζήτησαν. εἶδε δὲ ὅμως στένοντας ὁ φιλάνθρωπος, καὶ τὸν ἔλεον ὤρεξεν. Οὐ γὰρ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν ἃς ἐποιήσαμεν (φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος) ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως. Ἄλλοι περὶ τῶν Ἰουδαίων ταῦτα εἰρῆσθαι φασὶ, πάλαι μὲν ἐλευθερωθέντων ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγῆς ἐκ τοῦ κεκραγέναι πρὸς κύριον, νυνὶ δὲ τὸ αὐτὸ πεισομένων καὶ τῆς παντοδαπῆς πλάνης ἀπαλλαχθησομένων, εἰ πρὸς κύριον κεκράξοιντο, καὶ τῆς δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τελείας ἐλευθερίας ὀρεχθεῖσι τυχεῖν.

ζʹ. ΚΑΙ ΩΔΗΓΗΣΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΙΣ ΟΔΟΝ ΕΥΘΕΙΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οἱ μὲν γὰρ ἐπλανήθησαν ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ. Τοῦτο πρῶτον νόσημα νενοσηκότες τὸ τῆς πλάνης. Καὶ δευτέρῳ κακῷ περιπεσόντες, ὁδὸν

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Quando enim anima perpessa fuerit famem sitimque audiendi verbum Dei, cùm doctrinam non habeat, necessariò deficit & extenuatur; quandoquidem cibus animæ sit panis diuinæ cognitionis.

6. ET CLAMAVERVNT AD DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Considera rursum eius prouidentiam: nihil amplius fecerunt, sed solùm clamauerunt, sicut in Ægypto cum sedulitate Deum inuocauerant, & omnes molestiæ dissipatæ sunt. Nequaquam proba facinora exhibuerant, sed solam sinceram orationem: hanc autem orationem tribulatio expresserat; quare etiam adiunxit dicens, *cùm tribularentur*.

Sedula oratio omnes molestias dissipat.

EVSEBII. Cùm Gentes omnes errarent in terra deserta & inaquosa, atque ipsarum anima deficeret ex penuria salutarium verborum, clamabant ad Deum supplicantes, vt communem omnibus Saluatorem emitteret. *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur.* Captiuis illis compatientes, ipsique sitientibus & animo præ cibi penuria deficientibus condolentes, clamabant ipsi & vociferabantur ad Dominum, pro suis singuli deprecantes.

THEODORETI. Gentes permanebant cum omnis generis calamitatibus colluctantes, quin & eiulatibus fletibusque vtebantur resurrectionis spem non habentes; sed neque solutionem malorum quibus detinebantur, à Deo vniuersorum expetebant. Vidit tamen eas lugentes benignus Deus, & misericordiam porrexit: Non enim propter iustitias nostras quas fecimus (inquit diuinus Apostolus) sed secundùm multam suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis. Alij aiunt hæc dicta esse de Iudæis, olim quidem cùm clamarent ad Dominum ex Ægyptiaca seruitute liberatis, nunc autem cùm illud ipsum perpetiantur etiam ex omnigeno errore eripiendis, dummodò ad Dominum clamauerint, & per Christum perfectam libertatem consequi desiderauerint.

Sola misericordia Gentes respexit & saluauit.

Tit. 3, 5.

7. ET DEDVXIT EOS IN VIAM RECTAM.] EVSEBII. Illi siquidem errauerunt in terra deserta & inaquosa. Hic erroris morbus primus est quo laborarunt. In secundum autem malum incidentes, viam

Quomodo Deus Gentes in viam rectam reduxerit.

Digitized by Google

ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Tertium verò malum ipsos inuasit, quando erant esurientes & sitientes, ita vt anima eorum in ipsis deficeret. Benignus autem Deus ac Saluator bonus primùm quidem deduxit eos in viam rectam: deinde ostendit ijs quomodo oporteat ingredi viam quæ deducit in ciuitatem habitaculi.

EIVSDEM. Et quæ sit recta via nisi Euangelicus sermo salutaris, qui solus nos in cælestem ciuitatem adducit; in quâ constituti habitaculum nostrum reperiemus.

ATHANASII. Scilicet fidem in ipsum. Ipse enim dixit, *Ego sum via.*

Ioan. 14,6.

Quomodo nobis errantibus in viam rectam redeundum sit.

CHRYSOSTOMI. Et nos igitur quando è præsenti vita non corpore, sed moribus & viuendi instituto egressi fuerimus, ne turbemur, si per tentationes redituri simus. Nam si illi qui in Babylone tot annis fuerant, suam regionem recuperaturi in migrando difficultatem sustinuerunt, quantò magis nos per desertum proficiscentes, vbi non est ciuitas, neque via lata, sed arcta & angusta, oportet sobriè agere ac vigilare, atque assiduè Deum inuocare, vt nobis itineris molestiam reddat leuiorem, nosque celeriter in ciuitatem habitationis reducat. Illa enim est ciuitas habitationis, hæc verò accolatus & peregrinationis.

ATHANASII. Ciuitatem habitaculi vocat Ecclesiam vel Hierusalem cælestem.

8. CONFITEANTVR DOMINO.] CHRYSOSTOMI. Vide qualem mercedem exigat. Ab ijs quibus operum beneficia præstiterat verborum postulat remunerationem, idque non sui, sed causâ salutis offerentium: & iubet vt omnes ea quæ gesta fuerant enarrent. Cuius rei gratiâ, & ad quid? vt inde lucrum referant, vt ipsi grati appareant & existant, aliosque prouocent ad imitationem.

Qualem à nobis Deus exigat remunerationem.

EVSEBII. Prædicantes omnibus filijs hominum, vt omnes gratiam nobis præstitam & misericordias Domini agnoscentes, ad salutem eorum properemus.

HESYCHII. Misericordias & mirabilia appellauit ea quæ Dei sunt. Quæcumque enim miracula patrauit, non ad ostentationem aut gloriæ studio peregit, sed

πόλεως κατοικητηρίου αὐτῶν οὐχ εὗρον. Καὶ τρίτον δὲ αὐτοὺς περιέσχε κακὸν, ἐπείπερ ἦσαν πεινῶντες καὶ διψῶντες, ὡς τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκλείπειν ἐν αὐτοῖς. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος θεὸς καὶ ἀγαθὸς σωτὴρ πρῶτον μὲν ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν· ἔπειτα ἔδειξεν αὐτοῖς πῶς χρὴ βαδίζειν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν τοῦ κατοικητηρίου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τίς ἂν εἴη ἡ εὐθεῖα ὁδὸς ἢ ὁ σωτήριος λόγος ὁ εὐαγγελικὸς, ὁ μόνος ἡμᾶς ἄγων εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν· ἐν ᾗ γενόμενοι τὸ κατοικητήριον ἡμῶν εὑρήσομεν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν δηλαδή. Αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὅταν ἐξερχώμεθα τοῦ παρόντος βίου οὐ σώματι, ἀλλὰ τρόπῳ, καὶ πολιτείᾳ, καὶ βίῳ, μὴ θορυβώμεθα, εἰ διὰ πειρασμῶν μέλλοιμεν ἐπανιέναι. εἰ γὰρ οἱ τοσαῦτα γενόμενοι ἐν Βαβυλῶνι ἔτη, μέλλοντες τὴν αὐτῶν ἀπολαμβάνειν χώραν δυσκολίας ὑπέμειναν κατὰ τὴν ἀποδημίαν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς δι' ἐρήμου πορευομένους, ἔνθα οὐκ ἔστι πόλις, οὐκ ἔστιν ὁδὸς πλατεῖα, ἀλλὰ στενὴ καὶ τεθλιμμένη, νήφειν δεῖ καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ συνεχῶς τὸν θεὸν καλεῖν, ὥστε ἡμῖν ἐπικουφίζειν τὸ τῆς ὁδοιπορίας τὴν ταλαιπωρίαν, καὶ ταχέως ἡμᾶς εἰς τὴν πόλιν τοῦ κατοικητηρίου ἐπαναγαγεῖν. Ἐκείνη γὰρ ἡ πόλις τοῦ κατοικητηρίου, αὕτη δὲ παροικίας καὶ ξενισμοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν πόλιν κατοικητηρίου τὴν ἐκκλησίαν φησὶν ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ.

η. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα τίνα ἀπαιτεῖ τὸν μισθόν. δι' ἔργων εὐεργετουμένους διὰ λόγων τὴν ἀντίδοσιν ζητεῖ, οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν παρεχόντων· καὶ κελεύει πᾶσιν ἐξαγγέλλειν τὰ γεγενημένα. τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; ἵνα γένηται κέρδος, ἵνα αὐτοί τε εὐγνώμονες φαίνωνται καὶ γίνωνται, ἑτέρους τε εἰς τὸν αὐτὸν ἄγωσι ζῆλον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κηρύσσοντες εἰς πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅπως οἱ πάντες τὴν χάριν τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην καὶ τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ μαθόντες, σπεύσωμεν ἐπὶ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐλέη καὶ θαυμάσια τοῦ θεοῦ τὰ αὐτοῦ προσηγόρευσεν. ὅσα γὰρ ἐθαυματούργησεν, οὐκ ἐνδείξεως πρὸς ἢ φιλοτιμίας παρήγαγεν ἕνεκα, ἐλέους

δὲ

δὲ πάντως καὶ φιλανθρωπίας χάριν τὴν πρὸς ἐκείνους ὑφ᾽ ὧν ἐπράχθη τὰ θαύματα.

θʹ. Οτι εχορτασε ψυχην κενην.] Χρυσοστομου. Ο῾ μὲν οὖν προφήτης τοὺς λιμῷ καὶ δίψει κατεχομένους φησίν. εἰ δέ τις καὶ ὑψηλότερον νοεῖν βούλοιτο· ἐκείνη ἂν κυρίως λέγοιτο ψυχὴ κενὴ ἡ Ιουδαϊκὴ, ἡ τῆς πνευματικῆς ἐστερημένη τροφῆς. Ε᾽μὸν γάρ, φησι, βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου. ἄρα καὶ τοῦτο τροφή· καὶ τροφὴ ἀρίστη. διὸ ἔλεγε· Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, χορτάσας τὴν οἰκουμένην τῆς τροφῆς.

Ησυχιου. Καὶ μὴν τὴν αὐτὴν καὶ πεινῶσαν εἰπὼν, ἔδειξεν ὡς ἁμαρτωλοί τινες ἦσαν οἱ λιμώττοντες. τὸ γὰρ κενὸν ἀντὶ τοῦ ματαίου παρείληπται.

Ευσεβιου. Σκιὰν θανάτου οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὰς ἐν ἀθεότητι πράξεις· αὗται γάρ εἰσιν αἱ χωρίζουσαι ἡμᾶς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς. ἐν ταύταις δὲ ἦμεν πρότερον, διὰ τὸ παραπικραίνειν τὸν θεὸν, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ ὑψίστου παροξύνειν. δέον γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων θεωρεῖν, καὶ τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν καὶ θειότητα ἀπὸ κτίσεως κόσμου νοεῖν· ἡμεῖς δὲ οἷα τυφλοὶ ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου διάγοντες, καὶ τὰς λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πεπεδημένοι καὶ πεπηρωμένοι, ἐνηλλάττομεν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν.

Θεοδωρητου. Καὶ ταῦτα περὶ τῶν αὐτῶν σαφῶς ἀλληγορούμενα φαίνεται· κυριολογούμενα γὰρ οὐ συνάδει τὸ τοὺς αὐτοὺς ἐν ἐρήμῳ πλανᾶσθαι, καὶ ἐν σκοτεινῷ δεσμωτηρίῳ δεδέσθαι. Δῆλος δὲ κατὰ τὸν Η᾽σαΐαν ὁ λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν σκότει, ἀνακαλύφθητε. περὶ οὗ καὶ Ζαχαρίας, ὅτι αἵματι διαθήκης αὐτοῦ ἐξαπέστειλε δεσμίους ἐκ λάκκου οὐκ ἔχοντος ὕδωρ. Χριστὸς οὖν παρὰ πατρὸς σωτὴρ, καὶ πατὴρ διὰ Χριστοῦ. ὑπὸ θανάτου δὲ καλυπτόμενος ὁ Ισραὴλ καὶ ταπεινότητι δεδεμένος καὶ ἀνάγκῃ δουλείας. Σκιὰ μὲν γὰρ τὸ καλύπτον, πενία δὲ ἡ ταπεινό-

CATENA PATRVM.

omnino propter misericordiam & benignitatem suam in eos pro quibus hæc miracula patrata sunt.

9. Qvia satiavit animam inanem.] Chrysostomi. Propheta igitur dicit illos qui fami & siti premebantur. Si quis autem sublimiorem sensum voluerit intelligere: illa vtique anima Iudaica propriè inanis dici possit, quæ spiritali cibo destituta est. *Meus* enim, inquit, *cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* Ergo ille cibus est; & quidem cibus optimus. Quapropter dixit: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Hoc etiam Christus fecit, cùm orbem terrarum hoc cibo satiauit.

Iudæi cibo spiritali destituti.

Ioan. 4, 34.

Matth. 5, 6.

Hesychii. Etenim cùm eamdem quoque esurientem dixerit, ostendit quomodo peccatores aliqui sint famelici. Inanem enim pro vano accepit.

Evsebii. Non aberraueris si vmbram mortis dixeris esse idololatriam & impias actiones: hæ enim sunt quæ nos à vera vita separant. In his autem priùs versabamur, quia Deum exacerbabamus, & consilium Altissimi irritabamus. Oportuerat enim ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum Auctorem vniuersorum contemplari, & sempiternam eius virtutem ac diuinitatem ex creatione mundi intelligere; nos verò tamquam cæci in tenebris & vmbra mortis versantes, & secundùm rationales animæ virtutes compediti & excæcati mutauimus gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.

Impietas est vmbra mortis.

Rom. 1, 20.

Theodoreti. Etiam hæc de illis ipsis manifestè apparent esse per allegoriam dicta; quandoquidem in sensu proprio accepta ipsis minimè conueniant; vt quòd in deserto errauerint, & in obscuro carcere vincti fuerint. Per Isaiam autem manifestus fit qui dicit *his qui in vinculis sunt, Exite; & his qui in tenebris, Reuelamini.* De quo etiam Zacharias ait, quòd in sanguine testamenti sui emiserit vinctos suos de lacu qui non habet aquam. Christus igitur à Patre Saluator, & Pater per Christum. Israël verò est qui sub morte absconditus & humilitate ac seruitutis necessitate vinctus tenetur. Vmbra enim est quæ abscondit, paupertas autem est humili-

Isaie 49, 9.

Zach. 9, 11.

Christus vmbram mortis dissipauit.

tas,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

tas, ferrum verò est necessitas. Idem autem Gentibus exhibent ablegati in regionem Gentium, quæ ab initio pauperes erant: de quibus Psalmus vigesimus primus ait: *Edent pauperes, & saturabuntur.* Quin & vniuersam hominum naturam diuinis doctrinis sustentauit, & ab ignorantiæ caligine liberans diuinæ cognitionis luce collustrauit, & ingruentem mortis vmbram dissipauit, tribuens spem resurrectionis, & fortia peccati vincula disrumpens. Nam *catenis peccatorum suorum vnusquisque constringitur.*

Prou. 5, 22.

Anima humiliatur per peccatum.

EIVSDEM. Cor quoque nostrum in laboribus peccati humiliatum est, ita vt anima infirmetur, & insita nobis rationis vis pereat, quam nemo vmquam è sæculo poterit recuperare.

CHRYSOSTOMI. Vidisti quomodo è medicina morbi naturam tibi declaret. Dicendo enim *humiliatum in laboribus*, ostendit contemptum ex superbia extitisse.

13. ET CLAMAVERVNT AD DOMINVM.] EVSEBII. Quomodo enim non simus in necessitatibus, cùm prauis dæmonibus & spiritibus immundis seruiamus? Verumtamen benignus ac misericors Deus, sanctorum Prophetarum ac virorum Deo charorum pro nobis ad ipsum clamantium precibus attendens, non solùm nos ab illis eripuit, verùm etiam illorum vincula disrupit. Hoc autem declarat vberem peccatorum remissionem, quâ Saluatoris nostri Iesu Christi gratia nos dignata fuit.

Christus peccatorum vincula disrupit.

CHRYSOSTOMI. Viden' celerrimam liberationem? Quomodo hoc vnum solum quæsiuerit scire, à quo seruaretur; & quis velocissimam ipsis salutem adferret.

EIVSDEM. Rursus tenebras & vmbram mortis vocat Babyloniam. Et non soluit vincula, sed disrupit. id est, Cum magna potestate etiam de inimicis ipsos reduxit, ac vincula disrupit, ne alij iisdem rursus ligari possent. Nam tota Gens perijt, & deleta est.

ATHANASII. Istud verbum *disrupit* copiosam peccati deletionem designat.

15. CONFITEANTVR DOMINO.] CHRYSOSTOMI. Grata Prophetæ anima per singula quæ gesta sunt ad gratiarum actionem illos excitat, & iubet iterùm quæ

Pro singulis beneficijs noua gratia agenda.

της, σίδηρος δὲ ἡ ἀνάγκη. εἰς ταὐτὸ δὲ τοῖς ἔθνεσι καθιστᾶσιν ἀποβληθέντες εἰς χώραν ἐθνῶν, τῶν ἐξ ἀρχῆς πενήτων· περὶ ὧν ὁ κά ψαλμός· Τὸ φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται. Καὶ πᾶσαν δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ταῖς θείαις διδασκαλίαις διέθρεψε, καὶ τοῦ ζόφου τῆς ἀγνοίας ἐλευθερώσας τῷ φωτὶ τῆς θεογνωσίας κατηύγασε, καὶ τὴν ἐπικειμένην τοῦ θανάτου σκιὰν ἀπεσκέδασεν, ἀναστάσεως δεδωκὼς τὴν ἐλπίδα, καὶ διαρρήξας τὰ ἰσχυρὰ τῆς ἁμαρτίας δεσμά. σειραῖς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἤ τε καρδία ἡμῶν ἐν κόποις τοῖς τῆς ἁμαρτίας τεταπείνωτο, ὡς ἀσθενεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ παρεῖσθαι τὴν ἔμφυτον καὶ λογικὴν ἡμῶν δύναμιν, ἥντινα οὐδεὶς πώποτε ἐξ αἰῶνος ἀνεκτήσατο.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ἀπὸ τοῦ φαρμάκου πῶς δείκνυσί σοι τοῦ νοσήματος τὴν φύσιν. Τὸ γὰρ εἰπεῖν ἐταπεινώθη ἐν κόποις, ἔδειξεν ἐξ ἀλαζονείας οὖσαν τὴν καταφρόνησιν.

ιγʹ. ΚΑΙ ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πῶς γὰρ οὐκ ἦμεν ἐν ἀνάγκαις, πονηροῖς δαίμοσι καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις δεδουλωμένοι; ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων θεὸς, ταῖς τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν τε καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν εὐχαῖς ἐπακούσας βοώντων ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, οὐ μόνον ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰ δεσμὰ διέρρηξεν. δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν ἀθρόαν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, ἧς κατηξίωσεν ἡμᾶς ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάρις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς ταχίστην τὴν ἀπαλλαγήν; πῶς ἓν τοῦτο ἐζήτει μόνον μαθεῖν, παρὰ τίνος σώζεται· καὶ τίς ταχίστην αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν ἔδωκε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πάλιν σκότος καὶ σκιὰν θανάτου τὴν βαβυλῶνα καλεῖ. καὶ οὐκ ἔλυσε δεσμὰ, ἀλλὰ διέρρηξε. τουτέστι, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας καὶ ἀπὸ τῶν πολεμίων αὐτοὺς ἀνήγαγε, καὶ τὰ δεσμὰ διέρρηξεν, ὡς μηδὲ ἑτέρους δυνηθῆναι δεθῆναι πάλιν ἐν αὐτοῖς. τὸ γὰρ ἔθνος ἀπώλ[illegible] ἅπαν, καὶ διεφθάρη.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ διέρρηξε τὴν ἀθρόαν τῆς ἁμαρτίας καθαίρεσιν καταδείκνυσι.

ιέ. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εὐγνώμων τοῦ προφήτου ἡ ψυχὴ καθ' ἕκαστον τῶν γινομένων πρὸς εὐχαριστίαν αὐτοὺς διεγείρουσα, καὶ κελεύουσα πάλιν

Digitized by Google

πάλιν ἀπαγγέλλειν τὰ γενόμενα· ὅπερ μεγίστης κηδεμονίας ἦν, καὶ προνοοῦντος καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀνθρώπων γένους.

Ευσεβιου. Καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγεται ἐπὶ ταῖς δευτέραις ἐργασίαις αὐτοῦ. ἡγοῦμαι δὲ διὰ τούτων τὴν μέχρι θανάτου κατάπτωσιν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δηλοῦσθαι· δι' ἃς καὶ μέχρι θανάτου ἰδέησε τὸν λυτρωτὴν πάντων καὶ σωτῆρα κατελθεῖν· ἔνθα γενόμενος μόνος τῶν πώποτε ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, τὰς ἐξ αἰῶνος σιδηροδέτους πύλας, καὶ τὰς μηδενὶ θνητῷ ἀνοιχθείσας, καὶ διὰ τοῦτο χαλκᾶς γενομένας συνέτριψε, καὶ τοὺς τούτων ἀρρήκτους μοχλοὺς συνέκλασεν.

ιϛ'. Ότι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς.] Αθανασιου. Τὴν μέχρις ᾅδου τοῦ σωτῆρος κάθοδον σημαίνει· ἣν ποιησάμενος ἀνεπέτασε τοῦ ᾅδου τὰς πύλας πάλαι δεσμοῖς ἀρρήκτοις κεκλεισμένας πᾶσιν.

Χρυσοστομου. Ὥσπερ οὐκ ἔλυσεν ἐκεῖ, ἀλλ' ἔρρηξεν· οὕτως ἐνταῦθα οὐκ ἤνοιξεν, ἀλλὰ συνέτριψεν· οὐδὲ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ συνέθλασεν.

Διδυμου. Πύλαι δὲ θανάτου αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι· ταύταις ἐγγίζουσιν, οἱ πρὶν ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν ἔτι ζωτικὴν ἔχοντες πνοήν. πνοὴν δὲ καὶ δύναμιν λέγω δὴ περὶ θεοῦ ἔννοιαν.

ιζ'. Αντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας.] Χρυσοστομου. Οὐ κατορθωσάντων προέστη. ὅπερ δὲ ἀλλαχοῦ λέγει, ἐν ταῖς ἀνομίαις σου προέστην σου· τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν γέγονεν. ἔτι γὰρ ἁμαρτωλῶν ὄντων, ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν.

Διδυμου. Ἔτι βαδιζόντων τὴν τῆς ἀνομίας αὐτῶν ὁδὸν ἀντιλάβετο αὐτῶν ὁ θεὸς ἐλέῳ· ἐπείπερ διὰ πλῆθος ὧν εἶχον ἀσεβειῶν ταπεινωθέντες ἠνείχοντο τῶν ὑφ' ὧν αὐτοὺς ἐξήγαγε. Καὶ ὅρα, εἰ δύναται, ἐφαρμόσαι τούτοις τὸ περὶ τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μετανοήσαντος λῃστοῦ· ἔτι γὰρ ἐν ὁδῷ ἀνομίας ὄντος αὐτοῦ (διὰ λῃστείαν γὰρ κατακέκριτο) καὶ ταπεινωθέντος κολάσει διὰ τὰς ἀνομίας ἃς εἶχεν, ἀντιλάβετο αὐτοῦ εἰπὼν πρὸς αὐτόν· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

Ησυχιου. Ὁδὸν ἀνομίας ἀναγκαίως προσαγορεύει τὸν θάνατον. αἰτία γὰρ τοῦ θανάτου ἡ παράβασις τοῦ νόμου τοῦ δοθέντος ἐν παραδείσῳ

facta fuerant commemorare: quod erat maximè solliciti, & reliquo quoque hominum generi consulentis.

CATENA PATRVM.

Evsebii. Nunc etiam idem dicitur de posterioribus eius beneficijs. Existimo autem per hæc humanarum animarum vsque ad mortem casum declarari; propter quas oportuit etiam Redemptorem ac Saluatorem omnium ad mortem vsque descendere: vbi Christus Dei solus ex ijs qui vmquam fuerant existens, à sæculo portas ferro vinctas, & nulli mortalium apertas, atque idcircò æreas factas contriuit, & infractos eorum vectes confregit.

16. Qvia contrivit portas æreas.] Athanasii. Significat Saluatoris ad inferna descensum; quem facturus aperuit inferni portas olim infractis vinculis obseratas vniuersis.

Christus inferni portas æreas confregit.

Chrysostomi. Sicut ibi non soluit, sed disrupit, sic hîc non aperuit, sed contriuit; neque sustulit, sed confregit.

Didymi. Portæ autem mortis sunt peccata mortalia: quibus appropinquant, qui priusquam ad mortem veniant adhuc vitalem spiritum habent. Spiritum autem & virtutem intelligo cogitationem de Deo.

Portæ mortis sunt mortalia peccata.

17. Svscepit eos de via iniqvitatis.] Chrysostomi. Non emendatis præerat. Quod autem alibi dicit, *In iniquitatibus tuis præeram tibi;* hoc etiam contigit ijs qui de Gentibus erant. Nam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus fuit.

Didymi. Cùm ipsi adhuc iniquitatis viam ambularent suscepit eos Deus misericordiâ; quandoquidem propter multitudinem impietatum quas habebant humiliati sustinebant eos à quibus ipsos eduxit. Et vide, si potes, hoc quadrare illis quod est de latrone in cruce pœnitentiam agente: nam cùm ille adhuc in via iniquitatis existeret (propter latrocinium enim morti adiudicatus erat) & propter iniquitates quas habebat supplicio humiliatus esset, suscepit ipsum dicens ei: *Hodie mecum eris in paradiso.*

Deus Gentes suscepit de via iniquitatis.

Luc. 23. 43.

Hesychii. Viam iniquitatis necessariò appellat mortem. Causa enim mortis fuit præuaricatio legis datæ in paradiso.

Christus nos de portis mortis suscepit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

diſo. Verumtamen Chriſtus nos de morte ſuſcepit, factus vita in medio mortuorum, vt mortis tyrannidem diſſolueret.

18. OMNEM ESCAM ABOMINATA EST ANIMA.] CHRYSOSTOMI. Narrat exceſſum humiliationis, Medici ſapientiam demiratus, quòd ritè ipſos ſale condiens tunc conſeruauerit.

EVSEBII. Propter malam affectionem eorum qui omnem rationalem & ſalutarem animarum eſcam auerſabantur meritò miſſus vnigenitus Dei Filius vſque ad portas mortis peruenit, incarnatus, & humanitatem indutus, vt ijs qui hactenus corruerant, ipſumque inclamabant, ſalutis manum porrigeret.

DIDYMI. Iudæi quidem tantis malis obruti ipſum quoque cibum auerſabantur. Hoc enim & in alio Pſalmo veluti ex illorum perſona Vates dixit: *Quoniam oblitus ſum comedere panem meum.* Ceterùm Gentes nec ſuorum Philoſophorum doctrinas attendere volebant: quapropter hi quidem Socratem ad mortem condemnarunt: alij verò Anaxarchum inuſitato ſupplicio affecerunt: alij verò cùm Pythagoræ diſcipulos acerbè cruciaſſent, immaturam mortem ipſis attulerunt. Verumtamen & his vniuerſorum Deus immortalem cibum impertijt, & cum omni animi promptitudine ad hunc accurrere perſuaſit, eoſque à mortis ianuis vindicauit.

Pſal. 101.

HESYCHII. Eſcam hoc loco intelligemus cibum rationalem; de qua Dominus Apoſtolis dixit: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* Omnem huius ſpeciem homo abominabatur. Nam neque legem naturalem neque ſcriptam obſeruauerant, & idcircò appropinquauerant vſque ad portas mortis. Portæ autem mortis ſunt peccata à quibus oportuerat eos elongari. Quantum enim his appropinquauerunt, tantumdem neceſſariò à portis vitæ longè facti ſunt. Verùm Chriſtus ipſos etiam elongatos per ſanguinem ſuum propinquos reddidit.

Ioan. 6, 27.

Gentes omni cibo ſpirituali erant deſtituta.

19. ET CLAMAVERVNT AD DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Vide quomodo aſſiduè inculcet emolumentum tribulationis: idcircò enim ad ſingula dicit eos poſt clamo-

γεγονέν). Ἀλλ' ὅμως Χριστὸς ἡμᾶς ἐκ τοῦ θανάτου ἀντελάβετο, μέσον τῶν νεκρῶν ἡ ζωὴ, ἵνα λύσῃ τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα γενόμενος.

ιη'. ΠΑΝ ΒΡΩΜΑ ΕΒΔΕΛΥΞΑΤΟ Η ΨΥΧΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Λέγει τῆς ταπεινώσεως τὴν ὑπερβολὴν, τοῦ ἰατροῦ τὴν σοφίαν θαυμάζων, ὅτι καλῶς αὐτοὺς ταριχεύσας τότε διέσωσεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διὰ κακίαν ἀποστρεφομένων πᾶσαν λογικὴν καὶ ψυχῶν σωτήριον τροφὴν εἰκότως ἀποσταλεὶς ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς μέχρι τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἔφθασε, σαρκωθεὶς, καὶ ἐνανθρωπήσας, χεῖρα σωτηρίας ὀρέξας, καὶ τοῖς μέχρι τούτου καταπεπτωκόσι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναβοήσασι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἰουδαῖοι μὲν τῷ πλήθει συνεχόμενοι τῶν κακῶν καὶ αὐτὴν ἀπεστρέφοντο τὴν τροφήν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ὡς ἐξ ἐκείνων εἴρηκεν ὁ προφήτης· ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου. τὰ δὲ ἔθνη οὔτε ταῖς τῶν οἰκείων φιλοσόφων διδασκαλίαις προσέχειν ἠβούλοντο· οὗ δὴ χάριν οἱ μὲν Σωκράτους κατεψηφίσαντο θάνατον· οἱ δὲ Ἀνάξαρχον ξένῃ παρέδωκαν τιμωρίᾳ· ἄλλοι δὲ τοὺς Πυθαγόρου διαδόχους πικρῶς αἰκισάμενοι πρὸ ὥρας αὐτοῖς ἐπήγαγον θάνατον. Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτοις ὁ τῶν ὅλων θεὸς παρεσκεύασε μεταδοθῆναι τῆς ἀθανάτου τροφῆς, καὶ μετὰ πάσης τούτους προσδραμεῖν προθυμίας ἔπεισε, καὶ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἠλευθέρωσε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Βρῶμα τὴν τροφὴν ἐνταῦθα τὴν λογικὴν νοήσωμεν· περὶ ἧς ὁ κύριος τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. ταύτης πᾶν εἶδος ὁ ἄνθρωπος ἐβδελύξατο. οὔτε γὰρ φυσικὸν νόμον οὔτε γραπτὸν ἐφύλαξαν, καὶ διὰ τοῦτο ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. πύλαι δὲ θανάτου τὰ ἁμαρτήματα οἷς δέον αὐτοὺς μακρύνεσθαι. Ὅσον γὰρ ταύταις ἤγγισαν, τοσοῦτον πόρρω τῶν πυλῶν τῆς ζωῆς ἀναγκαίως ἐγένοντο. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς αὐτοὺς καὶ μακρὰν ὄντας ἐγγὺς διὰ τοῦ αἵματος τοῦ οἰκείου πεποίηκεν.

ιθ'. ΚΑΙ ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἴδε συνεχῶς πῶς τίθησι τῆς θλίψεως τὸ κέρδος· διὰ γὰρ τοῦτο καθ' ἕκαστον λέγει ὅτι μετὰ τὴν κραυ-

γὴν

Digitized by Google

γὴν ἐσώθησαν, καὶ ὅτι πιστεύσαντες πρὸς τὸν θεὸν κατέφυγον, ἵνα δείξῃ πολλὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας γενομένην τὴν ὠφέλειαν.

Ησυχιου. Κραυγὴν ὁ θεὸς οὐ τὴν διὰ φωνῆς γενομένην, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς διανοίας λογίζεται· ἐπεὶ καὶ Μωϋσέως σιωπῶντος ἔλεγε, τί βοᾷς πρός με;

Σεβηρου. Οὐ μόνον, φησὶ, νοσοῦντας ἰάσατο, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θανάτου ἀπέσπασεν.

κ'. Απεστειλε τον λογον αυτου.] Ησυχιου. Τί τούτου σαφέστερον πρὸς ἔνδειξιν τῆς τοῦ σωτῆρος σαρκώσεως; ἀποσταλέντα γὰρ λόγον τὸν σαρκωθέντα λέγει, τὸν λέγοντα· Ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ὅσπερ ἡμῶν τὸ γένος ἰασάμενος, ἐκ τῶν διαφθορῶν ἡμᾶς δηλαδὴ τῶν ἁμαρτημάτων ἐρρύσατο. Φθορὰ γὰρ παντὸς ἀνθρώπου τὰ ἁμαρτήματα. Ἐπειδὴ εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός.

Θεοδωρητου. Ὁ γὰρ θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας, καὶ ἀποσταλεὶς ὡς ἄνθρωπος (ὡς γὰρ θεὸς ἀπερίγραφος, καὶ πανταχοῦ πάρεστι, καὶ περιέχει τὰ σύμπαντα) παντοδαπῶν ψυχῶν ἰάσατο τραύματα, καὶ τοὺς διαφθαρέντας ἀνέῤῥωσε λογισμούς.

Διδυμου. Τίνας αὐτοὺς ἰάσατο ἢ τοὺς προκατειλεγμένους; τούτους γὰρ τοὺς τοσαῦτα πεπονθότας, καὶ ἐν τοσούτοις κακοῖς ἐξισταμένους, ἀποσταλεὶς ἄνωθεν παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς ἰάσατο, καὶ ἐρρύσατο ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν, ὡς μηκέτι κατὰ τὸ παλαιὸν πλανᾶσθαι, μηδὲ τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας καὶ τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ, ἐφ' ἣν σπεύδειν ὁ λόγος παρακελεύεται· ἀγνοεῖν δὲ μηδὲ πεῖναν καὶ δίψαν καὶ τὰς ψυχὰς λιμώττειν δι' ἔνδειαν καὶ σπάνιν λογικῶν τροφῶν, μηδὲ ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθέζεσθαι, μηδὲ πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ πεπεδῆσθαι, μηδὲ εἰλεῖσθαι περὶ τὰς τοῦ θανάτου πύλας, ἀλλὰ τούτων μὲν ἁπάντων ἀπηλλάχθαι. γνωρίζειν δὲ μὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁδεύειν, τὴν ὁδὸν τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὴν οὐράνιον πόλιν, καὶ σπεύδειν τυχεῖν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.

κβ'. Και θυσατωσαν αυτω θυσιαν αινεσεως.] Χρυσοστομου. Οὐκέτι μόσχων καὶ προβάτων, ἀλλ' αἰνέσεως θυσίαν ὁ προφήτης ἐπιζητεῖ· ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἴσχυσεν ἐκεῖνα, ταύτην ἀντ' ἐκείνης εἰσάγει τὴν λειτουργίαν, δεικνὺς ἄνωθεν τὴν πνευματικὴν διαλάμπουσαν λατρείαν.

rem seruatos esse, & credentes ad Deum confugisse, vt ostenderet ex captiuitate magnam extitisse vtilitatem.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Deus æstimat clamorem non qui per vocis, sed per mentis affectum emittitur; quandoquidem Moyse etiam silente dixerit, *Quid clamas ad me?*

Quem clamorem Deus exaudiat.

Exod. 14, 15.

SEVERI. Non solùm, inquit, ægrotos curauit, verùm etiam ex ipsis mortis faucibus extraxit.

20. MISIT VERBVM SVVM.] HESYCHII. Quid hoc manifestius ad demonstrandam Saluatoris incarnationem? Missum enim intelligit Verbum incarnatum, quod ait: *Qui me suscipit, suscipit eum qui me misit.* Hic dum genus nostrum curaret, de interitionibus scilicet peccatorum nos liberauit. Interitus enim vniuersi hominis sunt peccata. Quoniam si quis templum Dei violauerit, perdet eum Deus.

Mat. 9, 37.

Verbum Dei nos à peccati interitu liberauit.

THEODORETI. Nam cùm Deus Verbum humanitatem assumpsisset, cumque vt homo missus esset (in quantum enim Deus incircumscriptus, & vbique adest, & omnia continet) omnigenarum animarum vulnera sanauit, mentesque corruptas curauit.

DIDYMI. Quosnam illos sanauit nisi prædictos? Hos enim qui tanta perpessi fuerant, & in tantis malis defecerant, missus desuper à Patre vnigenitus Filius sanauit, & de interitionibus suis liberauit, ne amplius more antiquo aberrent, neque viam salutis & ciuitatem Dei ignorent, ad quam hic sermo iubet properare; neque fame sitique animæ vexentur præ penuria & raritate rationalium ciborum, neque in tenebris & vmbra mortis sedeant, neque mendicitate & ferro compediantur, neque circa mortis portas versentur, sed ab his omnibus liberentur. Neque solùm viam nouerint quæ ducit ad cælestem ciuitatem; verùm etiam per illam proficiscantur, & cælorum Regnum consequi conentur.

22. ET SACRIFICENT EI SACRIFICIVM LAVDIS.] CHRYSOSTOMI. Propheta non ampliùs vitulorum aut ouium, sed laudis sacrificium requirit: cùm enim illa nil valuerint, hunc cultum pro illo introducit, ostendens desuper spiritalem cultum elucescere.

Sacrificium laudis Deus exigit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Non sacrificia per Moysem denuntiata, sed per nouum Testamentum tradita. Aquila igitur exactissimè hoc interpretatus est dicens, *Et sacrificent sacrificium gratiarum actionis*; perspicuè per istiusmodi interpretationem declarans illa rationalia atque incruenta noui Testamenti sacrificia, quæ Eucharistias nuncupare solemus. Hæc autem sacrificantes iubet in omnes homines Dei Verbi beneficia ipsis exhibita annuntiare, atque hoc facere in exultatione.

ATHANASII. In sanctos Apostolos sermonem transfert: ipsi enim sunt qui noui Testamenti mysteria nobis tradiderunt.

Cum lætitia Deo seruiendum.

CHRYSOSTOMI. Pulchrè dixit *in exultatione*. Oportet enim cum gaudio & lætitia Dei prouidentiam deprædicare.

DIDYMI. Porrò annuntiat in exultatione opera eius, quisquis enarrat ea quæ sibi collata sunt, atque ipsius beneficentiæ experimentum cepit; non qui simpliciter commemorat ea quæ alijs acciderunt.

23. QVI DESCENDVNT IN MARE.] EVSEBII. Cùm hic sermo Redemptoris ac Saluatoris aduentum commemorasset, per quem omnia prædicta patrata sunt; adiungit deinde vaticinium de Apostolis ipsius: ipsi enim erant, qui descendebant in mare in nauibus; idque verbotenus & ad litteram; vti nimirum diuina Euangeliorum Scriptura testatur.

EIVSDEM. Etenim præsens hoc vaticinium valdè consequenter diuini Verbi ad homines aduentui Apostolorum ceterorumque discipulorum mentionem subiunxit: illis ipsis enim noua quoque noui Testamenti mysteria conficere iussit dicens: *Et sacrificent sacrificium laudis, & annuntient opera eius in exultatione.*

Calamitates marinis fluctibus comparata.

APOLINARII. Errorem, & famem, & sitim, & tenebras, vinculaque, quæ erant mala Iudæorum, allegoricè exponens, cum allegoria vtitur exemplis marinis dicens, perturbationes illas quæ in mari sunt, & earumdem in serenitatem commutationes (quibus mirabiliter insinuat quietem quæ post labores futura est) non sine Deo fieri. Etenim mare in tempestatem elatum diuino mandato rursus tranquillum est redditum.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ τὰς διὰ Μωσέως παρηγγελμένας, ἀλλὰ θυσίας τὰς διὰ καινῆς διαθήκης παραδεδομένας. ὁ γοῦν Ἀκύλας ἀκριβέστατα ἡρμήνευσεν εἰπών· καὶ θυσάτωσαν θυσίαν εὐχαριστίας· σαφῶς διὰ τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τὰς τῆς καινῆς διαθήκης, ἃς καὶ εὐχαριστίας ὀνομάζειν ἡμῖν ἔθος, παραστήσας τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους. θύοντας δὲ ταύτας ἐξαγγέλλειν παρακελεύεται εἰς πάντας ἀνθρώπους τὰ εἰς αὐτοὺς γεγενημένα τοῦ θεοῦ λόγου κατορθώματα, καὶ τοῦτο πράττειν ἐν ἀγαλλιάσει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπὶ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους μεταφέρει τὸν λόγον· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τὰ μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης παραδόντες ἡμῖν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καλῶς εἶπεν ἐν ἀγαλλιάσει. δεῖ γὰρ μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἀνακηρύττειν τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐξαγγέλλει δὲ ἐν ἀγαλλιάσει τὰ ἔργα αὐτοῦ, πᾶς ὁ τὰ εἰς ἑαυτὸν γενόμενα ἐξαγγέλλων, καὶ πεῖραν ἐσχηκὼς τῆς αὐτοῦ εὐεργεσίας· οὐχ ὁ ἁπλῶς τὰ εἰς ἑτέρους γενόμενα διηγούμενος.

κγ'. ΟΙ ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΝΤΕΣ ΕΙΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μνημονεύσας ὁ λόγος τῆς ἀφίξεως τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος, δι' οὗ τὰ προλεγόμενα πάντα κατώρθωται· ἑξῆς συνάπτει τὴν περὶ τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ προφητείαν· αὐτοὶ γὰρ ἦσαν, οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις· ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν· ὥσπερ οὖν ἡ θεία γραφὴ τῶν Εὐαγγελίων μαρτυρεῖ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοιγαροῦν τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν ἅμα αὐτοῖς ἡ παροῦσα προφητεία τὴν μνήμην σφόδρα ἀκολούθως συνῆψε τῇ τοῦ θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ· αὐτοῖς τοιγαροῦν τούτοις καὶ τὰ νέα μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης πράττειν παρεκελεύετο λέγων· Καὶ θυσάτωσαν θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πλάνην, καὶ λιμὸν, καὶ δίψαν, καὶ σκότος, καὶ δεσμοὺς, ἀλληγορήσας τὰ Ἰουδαίων κακὰ, χρῆται θαλαττίων ὑποδείγμασι, σὺν ἀλληγορίᾳ λέγων, τὰς ἐν θαλάττῃ ταραχὰς, καὶ τὰς ἐκ τούτων εἰς εὐδίαν μεταβολὰς (αἷς θαυμασίως ὑποδηλοῖ τὴν διὰ πόνων ἐσομένην ἀνάπαυλαν) οὐκ ἄνευ θεοῦ γίνεσθαι. Καὶ γὰρ εἰς κλύδωνα μετεωρισθεῖσα ἡ θάλασσα πάλιν γαληναία ἐγένετο θείῳ προστάγματι.

Digitized by Google

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐνταῦθα θάλασσαν νοῆσαι χρὴ τὸν βίον τὸν ἡμέτερον, πλοῖα τὰς ἐκκλησίας· περὶ ὧν ὁ θεὸς τοιαῦτα πρὸς τὸν Ἰὼβ διαλέγεται· πᾶν δὲ πλωτὸν συνελθὸν οὐ μὴ ἐνέγκωσι βύρσαν μίαν οὐρᾶς αὐτοῦ· καὶ ἐν πλοίοις ἁλιέων κεφαλὴ αὐτοῦ. λέγει δὲ τὸν διάβολον, ὡς πρὸς αὐτὸν πᾶσα μὲν ἀνθρώπων ἡττᾶται μηχανή, ὥστε μηδὲ βύρσαν οὐρᾶς αὐτοῦ βαστάζειν ἢ ὑφίστασθαι· ἀλλ᾽ ὅμως αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, δηλαδὴ τὴν εἰδωλολατρείαν, ἥτις πάσης αὐτοῦ τῆς πονηρίας ὑπῆρχε κεφάλαιον, ἐν τοῖς πλοίοις τῶν Ἐκκλησιῶν ἐνέκρωσαν οἱ Ἀπόστολοι. Οὗτοι ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, ἐν τῷ πλήθει δηλαδὴ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν πεποίηνται. Ἴδοσαν δὲ καὶ τοῦ θεοῦ τὰ ἔργα, τουτέστι τὰ δημιουργήματα καὶ τὰ θαυμάσια, δηλαδὴ τὰ σημεῖα, ὅσα τὴν σωτηρίαν οἰκονομῶν τὴν ἡμετέραν ἔθετο ἐν τῷ βυθῷ, τουτέστιν ἐν τῇ σοφίᾳ· μεθ᾽ ἧς ὁ θεὸς οἰκονομεῖ τὰ ἡμέτερα. Βάθος γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, διὰ τὸ ἀνείκαστον αὐτῆς καὶ ἀμέτρητον.

HESYCHII. Hoc loco mare intelligere oportet vitam nostram, naues Ecclesias: de quibus Deus talia ad Iob ait: *Omne autem nauigans conueniens non ferent pellem vnam caudæ eius: & in nauigijs piscatorum caput eius.* Intelligit autem diabolum, quomodo nimirum omnis hominum industria circa ipsum eludatur, ita vt neque pellem caudæ eius ferre vel sustinere valeant: verumtamen ipsum caput eius, scilicet idololatriam, quæ omnis nequitiæ ipsius caput extitit, in nauibus Ecclesiarum Apostoli interfecerunt. Hi operationem in aquis multis, id est in multitudine hominum salutem præstiterunt. Ceterùm Dei quoque opera viderunt, id est creaturas & mirabilia, id est signa, quæ salutem nostram dispensans posuit in profundo, hoc est in sapientia: cum qua Deus res nostras administrat. Profundum enim est Dei sapientia, propter suam incomprehensibilitatem & immensitatem.

CATENA PATRVM. Vita nostra mari similis. Iob 40, 26. Apostoli caput diaboli interfecerunt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοὺς πειρασμοὺς λέγει· (γέμει γὰρ αὐτῶν ὁ βίος ὁ ἀνθρώπινος·) ἐγείρει δὲ αὐτοὺς καὶ τὸ πνεῦμα τῆς καταιγίδος, δηλαδὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἀντικείμενον· οὐ μὴν ἀπὸ τῆς οἴκοθεν ἐξουσίας, ἐπιτρέψαντος δὲ τοῦ θεοῦ εἰς τὴν τῶν δικαίων γυμνασίαν καὶ φανέρωσιν. δηλοῖ δὲ αὐτὸς ὁ θεὸς ἡνίκα τῷ διαβόλῳ πειρᾶσαι τὸν Ἰὼβ ἐπιτρέψας. Καλῶς δὲ κύματα τοὺς πειρασμοὺς ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ καθάπερ γαλήνη τὰ κύματα, οὕτως καὶ τοὺς πειρασμοὺς εἰρήνη διαδέχεται.

EIVSDEM. Intelligit tentationes: (ijs enim scatet vita humana:) illas autem suscitat spiritus procellæ, scilicet spiritus aduersarius; non tamen ex priuata sua auctoritate, sed Deo hoc ad iustorum exercitationem ac manifestationem permittente. Ceterùm Deus ipsemet hoc declarat, quando permisit diabolo vt Iobum tentaret. Pulchrè autem tentationes vocauit fluctus; quandoquidem sicut tranquillitas post fluctus, ita post tentationes pax succedit.

Vita hæc tentationibus plena.

κς΄. ΑΝΑΒΑΙΝΟΥΣΙΝ ΕΩΣ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἂν ἴδῃς, φησὶ, σαυτὸν πρὸς τὰ ἔσχατα πράγματα ἥκοντα, μὴ καταπέσῃς, μηδὲ ἀπογνῷς· γίνεται γὰρ ταχίστη μεταβολή. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ συμβαίνει.

26. ASCENDVNT VSQVE AD CÆLOS.] CHRYSOSTOMI. Si videris, inquit, temetipsum ad extrema redactum, ne concidas animo, neque desperes: citissima enim fit mutatio. Hoc nempe etiam in mari accidit.

Numquam desperandum.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καθ᾽ ὑπερβολὴν εἴρηται· καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου τρόπου εὕροις ἂν μυρία παραδείγματα ἐν τῇ γραφῇ. περὶ γὰρ τῶν πόλεων τῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἐχθρῶν ὅτι τετειχισμέναι ἦσαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλοῖς τετειχίσθαι τείχεσι. καὶ τὸ, ὑπὲρ χιόνα δὲ λευκανθήσομαι, τῷ αὐτῷ εἴρηται τρόπῳ.

DIDYMI. Hoc dictum est per hyperbolen: etenim in Scriptura mille istiusmodi exempla reperies. Nam de ciuitatibus inimicorum Israël fertur quòd ædificatæ fuerint vsque ad cælum, quia nimirum præaltis mœnibus munitæ erant. Simili quoque modo dictum est illud, *Et super niuem dealbabor.*

Psal. 50.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὰ κακὰ δὲ ἐνταῦθα οὐ φαῦλα, ἀλλὰ τὰ κακωτικὰ λέγει. ὅθεν Ἀμὼς φησίν· εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε; τὰς παιδείας λέγων ἃς

HESYCHII. Mala autem hoc loco non vitia, sed afflictiones intelligit. Vnde Amos ait: *Si erit malitia in ciuitate quam Dominus non fecit?* intelligens castigationes quas

Amos 3, 6. Tentationibus homines probantur.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quas Dominus ad correctionem hominibus infligit. In his anima necessariò tabescebat. Quod enim est auro ignis, hoc animabus sunt tentationes, quæ ipsas tabescere faciunt, non vt corrumpantur, sed vt appareat quantum splendoris habeant.

EIVSDEM. Tentationes enim arguunt virtutes hominum. Quapropter Dominus dixit: *Orate vt non intretis in tentationem.* Quin & Petrus in tantum turbatus & conquassatus fuit tentatione negationis, vt de Domino diceret: *Non noui hominem hunc.* Ebrij autem proprium est non nouisse, etiam alioqui notum. Tunc etiam omnis eius sapientia absorpta fuit.

Math. 26, 41.

Math. 26, 72.

28. ET CLAMAVERVNT AD DOMINVM.] HESYCHII. Igitur quemadmodum nautæ in tempestate omnem ipsorum industriam & artem superante per inuocationem Dei saluantur; ita oportet eos qui tentantur propriæ quidem virtuti minimè fidere, sed solâ Dei fiduciâ niti.

In tentatione clamandum ad Deum.

30. ET LÆTATI SVNT, QVIA SILVERVNT.] EVSEBII. Deducti sunt in portum voluntatis eius; quapropter necessariò hic sermo quartùm præcipit vt Domino confiteantur, & misericordias eius in ore gerant: & inculcat omnibus filijs hominum vt annuntient mirabilia eius.

32. EXALTENT EVM IN ECCLESIA.] APOLINARII. Quemnam? vtique illum, qui quidem propter peccata, vti prædictum est, tempestati Gentem tradidit, sed per misericordiam ad bona transtulit.

HESYCHII. Quandoquidem, vti dicebamus, Euangelica prædicatio fuerat insinuata, necessariò etiam Ecclesias innuit, non *populi*, ne fortè putes Synagogã intelligi, sed *populorum*, id est Gentium, mentionem fecit: in quibus etiam est cathedra seniorum, linguis doctrinalibus laudantium Deum: de quibus Paulus ait: *Presbyteri duplici honore digni habeantur; maximè qui laborant in verbo & doctrina.*

1. Tim. 5, 17.

DIDYMI. Post dicta de Apostolis, etiam Ecclesiæ perspicuè meminit & senatus in ipsa constituti. Oportebat enim vt etiam in bonorum euangelijs horum memoria contineretur. Prædicti autem iubentur Deum exaltare in Ecclesia populorum, & in cathedra seniorum laudare eum.

Exaltatur Deus in Ecclesijs.

ἐπιφέρει τοῖς ἀνθρώποις εἰς διόρθωσιν. Ἐν τούτοις ἡ ψυχὴ ἀναγκαίως ἐτήκετο. Ὅπερ γάρ ἐστι τῷ χρυσίῳ τὸ πῦρ, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς οἱ πειρασμοὶ τυγχάνουσι, τήκοντες αὐτὰς, οὐχ ὥστε διαφθαρῆναι, ἀλλ' ὥστε φανερωθῆναι πόσης λαμπρότητος ἔχουσι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐλέγχουσι γὰρ οἱ πειρασμοὶ τὰς ἀνθρώπων δυνάμεις. διόπερ ὁ κύριος ἔλεγε· προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Ἀλλὰ μὴν καὶ Πέτρος εἰς τοσοῦτον ἐταράχθη καὶ ἐσαλεύθη τῷ πειρασμῷ τῆς ἀρνήσεως, ὥστε περὶ τοῦ κυρίου λέγειν· Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον. μεθύοντος δὲ ἴδιον οὐκ εἰδέναι καὶ τὸν τυχόντα γνώριμον. τότε καὶ πᾶσα αὐτοῦ σοφία κατεπόθη.

κή. ΚΑΙ ΕΚΕΚΡΑΞΑΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκοῦν καθάπερ οἱ ναῦται ὑπὸ χειμῶνος ἀπολειφθέντες πάσης τέχνης καὶ ἐπινοίας κρείττονος διὰ τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐπικλήσεως σώζονται· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς πειραζομένους οἰκείᾳ μὲν δυνάμει μὴ θαρρεῖν, μόνῃ δὲ τῇ πρὸς τὸν θεὸν πεποιθήσει χρῆσθαι.

λ΄. ΚΑΙ ΗΥΦΡΑΝΘΗΣΑΝ, ΟΤΙ ΗΣΥΧΑΣΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁδηγηθέντες ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ· ἐφ' οἷς ὁ λόγος ἀναγκαίως προστάττει τέταρτον τοῦτο τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ ἐλέη αὐτοῦ διὰ στόματος φέρειν· παρεγγυᾷ πᾶσί τε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀπαγγέλλειν τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.

λβ΄. ΥΨΩΣΑΤΩΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τίνα; τὸν ἕνεκα μὲν ἁμαρτημάτων, ὡς προείρηται, κλύδωνι παραδόντα τὸ ἔθνος, ἐλέῳ δὲ εἰς ἀγαθὰ μεταστήσαντα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸ Εὐαγγελικὸν, καθάπερ ἔφημεν, ᾐνίξατο κήρυγμα, ἀναγκαίως Ἐκκλησίας ᾐνίξατο, οὐ λαοῦ, μήποτε δόξῃς τὴν συναγωγὴν λέγεσθαι, λαῶν δὲ τῶν ἐθνῶν ἐμνημόνευσεν· ἐν οἷς καὶ καθέδρα πρεσβυτέρων, αἰνούντων τὸν θεὸν ταῖς διδασκαλικαῖς γλώσσαις· περὶ ὧν Παῦλος ἔλεγεν· οἱ πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν· μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μετὰ τὰ εἰρημένα περὶ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῆς Ἐκκλησίας σαφῶς μνημονεύει καὶ τοῦ τεθειμένου ἐν αὐτῇ πρεσβείου. ἔδει γὰρ ὡς ἐν ἀγαθῶν εὐαγγελίοις καὶ τούτων τὴν μνήμην παρειλῆφθαι. προστάττονται δὲ οἱ δηλωθέντες ὑψοῦν τὸν θεὸν ἐν Ἐκκλησίᾳ λαῶν, καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνεῖν αὐτόν.

λγ΄. ΕΘΕ.

Digitized by Google

λγʹ. ΕΘΕΤΟ ΠΟΤΑΜΟΥΣ ΕΙΣ ΕΡΗΜΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν παρ' ἕλλησιν ἐνταῦθα σοφίαν ᾐνίξατο. ἐζήλουν γὰρ ποταμοὺς διὰ τὴν ῥεῦσαν γλώττῃ φιλόσοφοι, καὶ σοφισταὶ, καὶ ῥήτορες· ἀλλ' ἔρημον τούτοις ἐλέγξας αὐτῶν τὸ ψεῦδος καὶ πεπλασμένον ἔθετο καὶ τὰς διεξόδους τῶν λόγων (τούτους γὰρ διὰ τὴν βιαίαν ὁρμὴν προσηγόρευσεν ὕδατα) εἰς δίψαν. ἀχρειώσας γὰρ αὐτῶν τὴν χρῆσιν μεταβέβληκεν.

λδʹ. ΓΗΝ ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΝ ΕΙΣ ΑΛΜΗΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν τῶν Ἰουδαίων φησὶ συναγωγήν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ. Ἡ γὰρ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ καίτοι καρποφοροῦσα τῷ θεῷ τὴν διὰ νόμου λατρείαν, γέγονεν ἄκαρπος, καὶ εἰς ἁλμάδα καὶ πικρὰν μετεβλήθη γῆν. Ἔσχηκε δὲ πλουσίαν τὴν διὰ Χριστοῦ παρουσίαν ἡ ἔρημος ποτὲ, τουτέστιν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία. ὡς οὖν ἔχοντες τὴν ἄνωθεν χάριν καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο σαφῶς εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν καρποφόρον γινομένην διὰ τοὺς ἐξ αὐτῆς προφήτας καὶ τοὺς δικαίους εἴρηται, ἥτις εἰς ἅλμην ἀπὸ κακίας τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ πάντων τῶν ἀσεβησάντων εἰς Χριστὸν μεταβέβληται. Οὐκέτι γὰρ ἐν αὐτοῖς ἱερεὺς, οὐ προφήτης· ἀλλ' οὐδὲ καρπὸς ἕτερος τῆς ἀρχαίας πολιτείας εὑρίσκεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τίνες οὗτοι; οἱ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τῆς περιτομῆς· μεγάλων γὰρ οὗτοι πρότερον ἀγαθῶν ἠξιωμένοι εἰς τοὐναντίον περιτετράπησαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλου τινὸς, καὶ πᾶν τὸ ἔθνος αὐτῶν πάντων ἐστέρηται τῶν πάλαι ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν· ὡς μηκέτι προφητῶν ἀξιοῦσθαι, μήτε ἀγγέλων ἐπιφανείας· καὶ πάντα δὲ αὐτῶν τὰ σεμνὰ καθῄρηται, ἡ μητρόπολις, τὸ ἱερὸν, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, τὸ βασίλειον, ἡ ἱερωσύνη. Ἀλλὰ καὶ δοῦλοι ἀντ' ἐλευθέρων γεγόνασι, καὶ νόμοις ἐθνῶν ὑπήκοοι, οἱ πρὶν αὐτόνομοι καθεστῶτες. Καὶ ταῦτα πάντα ὑπομεμενήκασι διὰ τὰς αὐτῶν κακίας καὶ πονηρίας.

λεʹ. ΕΘΕΤΟ ΕΡΗΜΟΝ ΕΙΣ ΛΙΜΝΑΣ ΥΔΑΤΩΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκ-

33. POSVIT FLVMINA IN DESERTVM.] HESYCHII. Græcorum hîc innuit sapientiam. Philosophi enim Sophistæque ac Rhetores ob linguæ affluentiam fluuios æmulabantur: sed ipsorum mendacium ac fictionem arguens desertum illis posuit & exitus sermonum (hos enim propter vehementem impetum aquas appellauit) in sitim. Illorum enim vsum abrogans immutauit.

CATENA PATRVM. *Philosophorum sapientia exanida.*

34. TERRAM FRVCTIFERAM IN SALSVGINEM.] ATHANASII. Iudæorum intelligit Synagogam.

CYRILLI ALEXANDRINI. Iudæorum enim Synagoga licet cultum legalem Deo protulisset, sterilis effecta est, & in salsuginem & acerbam terram conuersa fuit. Verùm illa quæ quondam sterilis erat, scilicet Ecclesia ex Gentibus, per Christi aduentum fecunditatem accepit. Itaque tamquam supernam gratiam habentes Deo fructus producamus: cui gloria in sæcula. Amen.

Iudæorum Synagoga sterilis effecta.

HESYCHII. Hoc perspicuè dictum est in terram Iudæam fructiferam propter Prophetas & iustos ex illa oriundos, quæ in salsuginem commutata est à malitia inhabitantium in ea Scribarum ac Pharisæorum, & omnium erga Christum impiorum. Non ampliùs enim in illis sacerdos, non Propheta; sed neque fructus alius antiquæ Reipublicæ reperitur.

DIDYMI. Qui porrò hi? vtique illi de populo priori & circumcisione: hi namque cùm maximis priùs bonis digni habiti fuissent in contrarium conuersi sunt.

ANONYMI. *A malitia inhabitantium in ea*, & non ex alio aliquo capite, omnis quoque Gens eorum bonis omnibus, quibus olim abundabat, priuata fuit. Itaque non ampliùs Prophetis honoratur, neque Angelorum apparitione; quin & omnia eorum decora sublata sunt, vt metropolis, templum, Sancta sanctorum, Regnum, Sacerdotium. Sed & serui pro liberis euaserunt, & legibus Gentium subiecti sunt, qui priùs lege propriâ viuebant. Atque hæc omnia perpessi sunt propter suas ipsorum malitias nequitiasque.

35. POSVIT DESERTVM IN STAGNA AQVARVM.] DIDYMI. Ecclesia ex Gentibus,

Digitized by Google

CATENA PATRVM. *Ecclesia Gentium prius deserta, nunc fructifera.*

bus, quæ prius erat à Deo deserta, & omnium bonorum sterilis atque infrugifera, conuersa est in stagna aquarum; & quæ prius inaquosa existebat, in exitus aquarum.

HESYCHII. Cùm dixisset illa quæ incredulis Gentibus & quæ insuper Iudæis euentura erant (illa enim spiritalibus oculis cernebat) ecce nunc ea quæ ad Ecclesiam pertinent conformiter cum Isaia exponit; nam & ille ait: *Ponam desertum in paludes, & sitientem terram in aquaductus.* Hic autem stagnum aquarum fontes baptismatis siue baptisteria intellexit; prout etiam Salomon in Canticis, quando Christum ad sponsam suam Ecclesiam introduxit dicentem; *Oculi tui tamquam stagna in Esebon in portis filiæ multorum*; filiam multorum Ecclesiam intelligens: siquidem non solorum Apostolorum, sed etiam Prophetarum filia extitit. Verùm non erat in ea prius Verbum Dei, sed nunc illud possidet; ita vt in omnem terrarum orbem eius dogmata penetrent; in quibus institutum esse beatum est. Talis enim reperitur lignum quod in tempore fructum facit, & cui numquam folium decidit, vt in principijs Psalmorum scriptum est.

Isaiæ 41, 18.

Cant. 7, 4.

36. ET COLLOCAVIT ILLIC ESVRIENTES.] DIDYMI. Et habitarunt in ea qui olim esurierant, & prius perditi, & multorum deorum errore inuoluti fuerant, ex longinquo errore turrim refugij & bonum portum doctrinam repererunt. de quibus Saluator ait: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam; quoniam ipsi saturabuntur.*

Esurientes in Ecclesia reficiuntur.

Matth. 5, 6.

ET CONSTITVERVNT CIVITATES HABITATIONIS.] HESYCHII. Non ciuitatem, sed ciuitates. Diuersas enim Respublicas habet populus ex Gentibus, in quibus possidet virtutum habitationes, quæ interiorem nostrum hominem protegunt.

DIDYMI. Sermone scilicet hoc modo diuinam viuendi rationem declarante illic habitarunt qui prius esurierant. Illi ipsi nimirum post Filij Dei ad ipsos missionem, auxilium & commodum ab eo consecuti, constituerunt ciuitatem habitationis, atque illic habitarunt qui olim esuriuerant; cessantes quidem à fame diuinorum ac rationalium ciborum quæ ipsos olim presserat, cælestis verò cibi fructu digni habiti.

κλησία, τὸ πρὶν οὖσα Θεοῦ ἔρημος, καὶ πάντων ἀγαθῶν ἄγονός τε καὶ ἄκαρπος, μεταβέβληται εἰς λίμνας ὑδάτων· καὶ ἡ πρότερον ἄνυδρος γέγονεν, εἰς διεξόδους ὑδάτων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰπὼν ὅσα τοῖς ἀπίστοις ἔθνεσιν ἔτι δὴ καὶ Ἰουδαίοις ἔμελλε συμβαίνειν (ἔβλεπε γὰρ αὐτὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ πνεύματος) ἰδοὺ νῦν τὰ περὶ τῆς Ἐκκλησίας συμφώνως τῷ Ἡσαΐᾳ ἐκτίθεται· φησὶ γὰρ κἀκεῖνος· Θήσω τὴν ἔρημον εἰς ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν εἰς ὑδραγωγούς. οὗτος δὲ λίμνην ὑδάτων τὰς κολυμβήθρας ἐνόησε τοῦ βαπτίσματος· ὥσπερ αὐτὰς καὶ Σολομὼν ἐν τοῖς Ἄσμασιν, ἡνίκα τὸν Χριστὸν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην εἰσήγαγε τὴν Ἐκκλησίαν λέγοντα· Οἱ ὀφθαλμοί σου ὡς λίμναι ἐν Ἐσεβὼν ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν· θυγατέρα πολλῶν τὴν Ἐκκλησίαν νοήσας· οὐ γὰρ μόνων τῶν Ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ προφητῶν θυγάτηρ ἐγένετο. Οὐκ ἦν δὲ ἐν αὐτῇ πρότερον λόγος Θεοῦ, νῦν δὲ τοσοῦτον πλουτεῖ· ὥστε εἰς πᾶσαν αὐτῆς τὴν οἰκουμένην διαβαίνειν τὰ δόγματα· ἐν οἷς φυτευθῆναι μακάριον. ξύλον γάρ τις εὑρίσκεται ἐν καιρῷ τὸν καρπὸν ποιοῦν, καὶ μήποτε τὸ φύλλον ἀποβάλλον, ὡς ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ψαλμῶν ἀναγέγραπται.

λϛʹ. ΚΑΙ ΚΑΤΩΚΙΣΕΝ ΕΚΕΙ ΠΕΙΝΩΝΤΑΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ κατῴκισεν ἐν αὐτῇ οἱ πάλαι πεινῶντες, καὶ οἱ πρὶν ἀπολλύμενοι, καὶ πάσῃ πολυθέῳ πλάνῃ καλινδούμενοι, ἀπὸ τῆς μακρᾶς πλάνης πύργον καταφυγῆς εὑρηκότες καὶ ἀγαθὸν λιμένα τὴν διδασκαλίαν. περὶ ὧν ὁ κύριος ἔλεγε· Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

ΚΑΙ ΣΥΝΕΣΤΗΣΑΝΤΟ ΠΟΛΕΙΣ ΚΑΤΟΙΚΗΣΙΑΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ πόλιν, ἀλλὰ πόλεις. Διαφόρους γὰρ πολιτείας ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς ἔχει, ἐν αἷς κατοικίαι τῶν ἀρετῶν, αἵτινες τὸν ἔσωθεν ἡμῶν ἄνθρωπον σκέπουσι, κέκτηται.

ΔΙΔΙΜΟΥ. Τὴν ἔνθεον πολιτείαν τοῦτον δηλοῦντος τοῦ λόγου τὸν τρόπον ἔνθα κατῳκίσθησαν οἱ πρὶν πεινῶντες. Αὐτοὶ δὴ οὖν οὗτοι μετὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀποστολὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τυχόντες καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας τε καὶ ὠφελείας, συνεστήσαντο πόλιν κατοικητηρίου, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ οἱ πάλαι πεινῶντες· παυσάμενοι μὲν τοῦ πάλαι πιέζοντος αὐτοὺς θείων καὶ λογικῶν τροφῶν λιμοῦ, τῆς δὲ οὐρανίου τροφῆς ἀπολαύειν κατηξιωμένοι.

λζʹ. ΚΑΙ

Digitized by Google

λζʹ. Καὶ ἔσπειραν ἀγρούς.] Ἀθανασίου. Νοήσεις τοὺς ἀγροὺς ἀπὸ τοῦ εἰρηκότος· Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· τοὺς δὲ ἀμπελῶνας τὰς ἐκκλησίας· καθὸ εἴρηται· αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν.

Διδύμου. Οἱ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβαλόντες, εἰς ἔτι δὲ ὕστερον τὸν ἐπουράνιον σπόρον ὡς υἱοὶ παρὰ πατρὸς διαδεξάμενοι, διὰ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων κατασπείρουσι ψυχαῖς, φυτεύουσί τε ἀμπελῶνας, τὰς ἁπανταχοῦ γῆς Ἐκκλησίας· καὶ εὐλογίας καὶ πληθυσμοῦ καταξιοῦνται.

Ἡσυχίου. Ἀγρὸς μὲν οὖν ἐστιν ἡ φιλοσοφία ἡ πρὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀπάγουσα. Φησὶ γὰρ οὕτως ὁ κύριος· Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ ἐν ἀγρῷ κεκρυμμένῳ· ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει καὶ πωλεῖ πάντα ὅσα ἔχει, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. τὴν αὐτὴν καὶ ἀμπελῶνα διὰ τῆς παραβολῆς τῶν ἐργατῶν τῶν μισθωθέντων ἔδειξε· καρπὸν δὲ γεννήματος τὸν ἐν τριάκοντα καὶ ἐν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν εὔδηλον ὡς γεωργοῦσιν οἱ τὴν ἐν Χριστῷ φιλοσοφίαν μελετήσαντες, καὶ ἀρετὰς ἐν αὐτῇ καταφυτεύσαντες.

Διδύμου. Ἀδελφὸν ἂν εἴη τοῦτο τῆς σωτηρίου φωνῆς ἥ φησιν ἀρθήσεσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ δοθήσεσθαι ἔθνει ποιοῦντι τὸν καρπὸν αὐτῆς.

λήʹ. Καὶ εὐλόγησεν αὐτούς, καὶ ἐπληθύνθησαν.] Ἡσυχίου. Ἀπὸ γὰρ δώδεκα ἢ τυχὸν ἑβδομήκοντα εἰς χιλιάδας τρεῖς, εἶτα πέντε, εἶτα μυριάδας ὅσας ὁρῶμεν προκόψαν· οὕς τινας κτήνη τῶν Ἀποστόλων εἰκότως, ὡς ὑπ' αὐτῶν μαθητευθέντας ἐκάλεσεν.

Ἀθανασίου. Κτήνη τοὺς ἀλογωτέρους τῶν τῆς Ἐκκλησίας φησί.

Θεοδωρήτου. Κτήνη ἂν εἴη τὰ καλούμενα πρόβατα, καὶ ἔξουσι πλῆθος καὶ μέγεθος, διὰ τὸ κατωρθωκέναι πραότητα καὶ εὐμάθειαν.

λθʹ. Καὶ ὠλιγώθησαν, καὶ ἐκακώθησαν.] Ἀθανασίου. Οἱ ἐν τῷ προτέρῳ δηλονότι λαῷ.

Χρυσοστόμου. Τουτέστι, καὶ τοὺς μεγάλους αὐτῶν κατήνεγκε, καὶ εὐτελεῖς καὶ εὐκαταφρονήτους πεποίηκε.

Εὐσεβίου. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος τοῦ

37. Et seminaverunt agros.] Athanasii. Intelliges agros ex eo qui dixit; *Exijt qui seminat seminare semen suum*; vineas verò Ecclesias; sicut dictum est: *Vites floruerunt, dederunt odorem.*

Catena Patrum. Lucæ 8, 5. Can. 2, 13.

Didymi. Qui à deterioribus ad meliora conuersi in posterum, deinde cæleste semen tamquam Filij à Patre excipientes, per Apostolicam traditionem in animabus hominum seminant, & plantant vineas, vbique terrarum Ecclesias; & benedictione & multiplicatione digni habentur.

Qualis sit sementis spiritualis.

Hesychii. Ager siquidem est philosophia illa quæ ad Regnum cælorum adducit. Sic enim ait Dominus: *Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Idem per parabolam operariorum mercede conductorum ostendit esse vineam; fructum verò geniminis tam trigesimum quàm sexagesimum & centesimum eos referre clarum est qui Christi Philosophiam excolunt, & virtutes in ea plantant.

Matth. 13, 44. Matth. 20, 1. Matth. 13, 8.

Didymi. Affine hoc est illi voci Saluatoris quæ ait auferendum Regnum Dei à priori populo, & dandum esse Genti facienti fructus eius.

Matth. 21, 43.

38. Et benedixit eos, et multiplicati sunt.] Hesychii. Scilicet ex duodecim vel fortè septuaginta in tria millia, deinde quinque, deinde in tot centena millia quot videmus profecerunt; quæ vti par est iumēta Apostolorum appellauit, vtpote ab ipsis instituta.

Qualis sit prouentus Euangelicus.

Athanasii. Iumenta vocat rudiores illos qui sunt in Ecclesia.

Theodoreti. Iumenta fuerint quæ oues appellantur, & multitudine magnitudineque præstabunt, quia mansuetudinem & disciplinam obseruarunt.

39. Et pauci facti sunt, et vexati.] Athanasii. Qui nimirum in priori populo sunt.

Chrysostomi. Id est, & magnos eos deposuit, & viles ac contemptibiles reddidit.

Evsebii. Siquidem Iudaicæ Gentis ampli-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Iudæi ad nihilum redacti sunt.

amplitudo ad tantam bonorum penuriam redacta est, vt inter ipsos pauci reperiantur qui Deo placeant.

EIVSDEM. Atque omnis quidem Gens eorum tantum sustinuit vaticinium: qui verò erant inter ipsos Principes, vt quidam Patriarchæ ac summi Sacerdotes, & legis Doctores, & Sadducæi, & Scribæ ac Pharisæi, pudore suffusi sunt, dati in exterminium.

40. EFFVSA EST CONTEMPTIO SVPER PRINCIPES EORVM.] ATHANASII. Scribas & Pharisæos intelligit.

HESYCHII. Qui nempe Martyres ad impietatem instigabant. Illis enim instantibus zelo fidei, Principum contemptio, id est despectio ac vilitas, effusa est, & exundauit.

Deus non inducit in errorem.

THEODORETI. Deus autem non inducit errorem, sed errorem respuit; eos autem qui minimè obtemperantes sunt suâ gubernatione destituit: illi verò sine gubernaculo huc & illuc vagantes errant. Hoc & Iudæi perpessi sunt; nam rectâ viâ derelictâ suas sequuntur cogitationes.

HESYCHII. Impiorum Principum propositum non erat via: neque enim per Christum ambulabant, qui erat reuerà via, & veritas, & vita. Quapropter scopus eorum erat inuius: siquidem spinis impietatis ac tribulis opplebatur: in quo Deus ipsos decepit. Existimantes enim se per Martyrum cædem iam dilatatam ac currentem fidem incisuros, aberrarunt; quandoquidem ipsi ad gloriam & incrementum mysterij zelus Martyrum extiterit.

Deus pauperum tutor.

41. ET ADIVVIT PAVPEREM DE INOPIA.] EVSEBII. Etiam in his more solito Symmachus exposuit dicens: *Et muniet pauperem ab afflictione.* Illis siquidem, inquit, erunt quæ prædicta sunt: pauperem verò populum muniet; illum scilicet qui ex Gentibus constat: quem etiam Saluator ac Dominus noster Iesus Christus beatum prædicans dixit: *Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est Regnum cælorum.*

Matth. 5.

HESYCHII. Pauperem, id est populum qui persecutionem patiebatur. Pauper enim erat qui nullum habebat in hominibus præsidiū: verùm ex hac paupertate ipsi opem tulit. Cùm

Ἰουδαίων ἔθνους εἰς τοσαύτην ἤλασεν ἀγαθῶν σπάνιν, ὡς ὀλίγους εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς τοὺς κατὰ θεὸν εὐδοκιμοῦντας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος αὐτῶν τοσαύτην ὑπέμεινε τὴν προῤῥησιν· οἱ δ' ἐν αὐτοῖς ἄρχοντες, πατριάρχαι τινὲς καὶ ἀρχιερεῖς, καὶ νομοδιδάσκαλοι, Σαδδουκαῖοί τε, καὶ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, αἰσχύνην κατηχύναντο, ἐξουδενώσει παραδοθέντες.

μ'. ΕΞΕΧΥΘΗ ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΙΣ ΕΠ' ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΑΥΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοὺς γραμματεῖς καὶ φαρισαίους φησίν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοὺς ἀσεβεῖν προτρεπομένους τοὺς μάρτυρας. Ἐνισταμένων γὰρ αὐτῶν τῷ ζήλῳ τῆς πίστεως, ἡ τῶν ἀρχόντων ἐξουδένωσις, τουτέστιν ὁ φαυλισμὸς καὶ ἡ εὐτέλεια, ἐξεχεῖτο, καὶ ἐπλεόναζεν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ θεὸς δὲ οὐκ ἐπάγει πλάνην, ἀλλ' ἀπαγορεύει τὴν πλάνην· τοὺς δὲ μὴ πειθομένους ἀκυβερνήτους ἐᾷ· οἱ δὲ ἀνερμάτιστοι περιφερόμενοι τῇ δὲ κἀκεῖσε περιπλανῶνται. τοῦτο καὶ οἱ Ἰουδαῖοι πεπόνθασι· τὴν εὐθεῖαν γὰρ καταλιπόντες ὁδὸν τοῖς οἰκείοις ἕπονται λογισμοῖς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ ἦν ὁδὸς ἡ τῶν ἀσεβῶν ἀρχόντων πρόθεσις· οὐδὲ γὰρ Χριστὸν, τὴν ὄντως ὁδὸν, καὶ ζωὴν, καὶ ἀλήθειαν, ὥδευον. διόπερ ἄβατος αὐτῶν ὁ σκοπὸς ὑπῆρχεν· ἀκανθῶν γὰρ τῶν ἐξ ἀσεβείας καὶ τριβόλων πεπλήρωτο· ἐν ᾗ ὁ θεὸς αὐτοὺς ἐπλάνησεν. οἰόμενοι γὰρ πλατυνομένην τὴν πίστιν καὶ τρέχουσαν ἀνακόπτειν διὰ τῆς τῶν μαρτύρων ἀναιρέσεως, ἐπλανῶντο· ἐπειδὴ πρὸς δόξης αὐτῇ καὶ προκοπῆς τοῦ μυστηρίου ὁ ζῆλος τῶν μαρτύρων ἐγένετο.

μα'. ΚΑΙ ΕΒΟΗΘΗΣΕΝ ΠΕΝΗΤΙ ΕΚ ΠΤΩΧΕΙΑΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ἐν τούτοις συνήθως ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· καὶ ὀχυρώσει πένητα ἀπὸ κακώσεως. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ἔσται τὰ προδηλωθέντα φησί· τὸν δὲ πένητα λαὸν ὀχυρώσει· τὸν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ συνιστάμενον· ὃν καὶ μακαρίζων ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔλεγε· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πένητι, τουτέστι τῷ διωκομένῳ λαῷ. Πένης γὰρ ἦν οὐδεμίαν ἔχων ἐν ἀνθρώποις ἐπικουρίας ὕπαρξιν· ἀλλ' ἐκ ταύτης αὐτὸν τῆς πτωχείας ἐβοήθησεν. Ἐπειδὴ

γὰρ

γὰρ ἀνθρώπων οὐκ εἶχε ῥοπὴν, πάντες δὲ αὐτὸν ἐπολέμουν, δῆμοι καὶ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, ὁ Θεὸς ἦν βοηθός· ἐφ' ᾧ καὶ πάντας τοὺς πολεμίους νενίκηκεν.

Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς.] Εὐσεβίου. Ὁ δὲ Ἀκύλας, Καὶ θήσει φησὶν ὡς ποίμνιον συγγενείας· ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ τάξει, φησὶν, ὡς ποίμνην συγγενείας, τὰς κατὰ πόλιν καὶ κατὰ χώραν Ἐκκλησίας ἐκ διαφόρων συγγενειῶν συνεστώσας.

Ἡσυχίου. Τὰ συστήματα τῶν μαρτύρων ἐκάλεσεν· ἐπειδήπερ ἐκ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων ἢ ἀξιωμάτων ἐτύγχανον. τούτους ὡς πρόβατα ἔθετο, τὸν θάνατον αὐτῶν ἀντὶ θυσίας δεξάμενος.

μβ'. Ὄψονται εὐθεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται.] Εὐσεβίου. Τί δὲ ὄψονται, ἀλλ' ἢ τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολήν; διὸ τοῖς τὰ τέλη τῶν προφητειῶν τεθεαμένους ἔλεγεν ὁ σωτήρ· Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι. καὶ πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἀνομίαν δὲ νόησις τὸν διάβολον, καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὴν πεποιημένον· κατὰ τὸ, Ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα.

μγ'. Τίς σοφὸς, καὶ φυλάξει ταῦτα;] Χρυσοστόμου. Ὁρᾷς ὅτι συνέσεως χρεία καὶ σοφίας δεῖ ὥστε καταμανθάνειν τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν; Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν ὁρωμένων ὃ μὴ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, τὴν κηδεμονίαν, τὴν ἐπὶ τοῦ παντὸς πρόνοιαν ἐπιδείκνυται.

Θεοδωρήτου. Ἐπειδὴ τὸ πολὺ αὐτῶν ἀνάκειται τῇ πνευματικῇ διανοίᾳ, σοφῶν καὶ συνετῶν ἐστι τὸ συνιέναι ταῦτα.

Ἡσυχίου. Ἑνὸς σοφοῦ ταῦτα φυλάττοντος πολλὴ σύνεσις δι' αὐτοῦ καὶ ἐπίγνωσις γίνεται. Σὺ τοίνυν μαθὼν ὅτι σοφὸν τὸν φύλακα τοῦ νόμου προσηγόρευσεν, εἰ σοφίας ἐπιθυμεῖς, ἐργάζου τὸν νόμον· προκοπὴ γὰρ τοῖς συνετοῖς ἡ πρᾶξις. τὸ κέρδος δὲ οὐ μικρὸν, ἐπειδὴ σοῦ τὸν νόμον φυλάττοντος ἕτεροι τὰ ἐλέη τοῦ Θεοῦ συνήσουσιν.

hominum fauorem minimè haberet, sed omnes, tam populi quàm Reges & Principes, ipsum oppugnarent, Deus erat ei adiutor: in quo etiam omnes inimicos superauit.

CATENA PATRVM.

Et posvit sicvt oves familias.] Evsebii. Aquila verò ait, *Et ponet sicut gregem cognationis*; Symmachus verò, *Et statuet*, inquit, *sicut gregem cognationes*, id est Ecclesias quæ per ciuitatem & per regionem ex diuersis cognationibus constant.

Hesychii. Congregationes Martyrum appellauit; quandoquidem ex varijs facinoribus generosis vel meritis extiterint. Hos tamquam oues posuit, mortem ipsorum pro sacrificio suscipiens.

42. Videbvnt recti, et lætabvntvr.] Evsebii. Quid porrò videbunt, nisi rerum ex deterioribus in meliora commutationem? Idcircò ijs qui vaticiniorum fines conspexerunt Saluator dixit: *Vestri autem beati oculi, quia vident. Quia multi Prophetæ cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.*

Matth. 13, 16.

Eivsdem. Iniquitatem intelliges diabolum, & omnem qui secundùm illam factus est; iuxta illud, *Obstructum est os loquentium iniqua.*

Psal. 62, 12.

43. Qvis sapiens, et cvstodiet hæc?] Chrysostomi. Viden' vt scientiâ & sapientiâ opus sit ad Dei benignitatem cognoscendam? Nihil enim est in rebus quæ cernuntur quod non clarâ voce sapientiam, curam ac prouidentiam eius in omnes declaret.

Ad benignitatem Dei cognoscendam opus est sapientiâ.

Theodoreti. Cùm plurima illorum ad spiritalem sensum spectent, sapientum & intelligentium est hæc intelligere.

Hesychii. Vno sapiente ista custodiente multa per ipsum scientia cognitioque existit. Tu igitur cùm scias ipsum legis custodem appellasse sapientem, si sapientiam desideres, legem operare: actio enim proficua est intelligentibus. Haud paruum autem hinc emanat emolumentum, quandoquidem te legem custodiente reliqui misericordias Domini intellecturi sint.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS & argumentum cum duobus præcedentibus consentit: continet enim exhortationem ad laudandum Deum, qui ex itinerum errore, carcere, morbo, nauigationum discriminibus & periculis omnibus liberat eos qui ipsum inuocant.

Mundus est desertum spiritale.

4. *Errauerunt in solitudine, in inaquoso*, &c.] Hæc solitudo & inaquosum moraliter mundus intelligitur: in hoc enim omnia deserti incommoda sunt comprehensa. Quis enim neget mundum locum esse sterilem; siquidem nec aratro compunctionis proscinditur, nec semina doctrinæ recipit, nec fructus operum bonorum producit? Quod si quando semen ei diuini verbi committitur, natum aret, quia non habet humorem, aut à spinis solicitudinum suffocatur, aut à volucribus aëris huius, id est ab aduersarijs nostris, comeditur. Quis ambigat locum esse spinis tribulisque refertum? nam & curæ, & tribulationes assiduæ, spinæ sunt, quæ miseram animam pungunt atque dilacerant. Quis non videat frigori ac æstui patere? Æstus quippe est ardens amor temporalium; quem Ioël ignem vocat consumentem speciosa deserti; & frigus inordinata tristitia, quæ homines non assequentes quæ volunt contrahit, & vi mœroris consumit. An non habitaculum bestiarum est, quod est domicilium peccatorum, & eorum hominum, qui more bestiarum passionibus raptantur, & in miseros crudeliter desæuiunt? An non locus meticulosus & inaquosus; in quo, vt dicitur in Deuteronomio, est serpens flatu adurens, id est immoderata cupiditas; & scorpio, id est caro nostra blandiens; ac dipsas, id est diabolus latenter percutiens; & nullæ omninò aquæ, quia res temporales haudquaquam sitim nostri cordis extinguunt. An denique non locus deuius, vbi mundani viam ciuitatis habitaculi minimè inueniunt? *Vtinam vel viam haberet ipsum desertum* (inquit S. Augustinus in Psal. 62.) *vtinam illuc homo incurrens vel nosset quà inde exiret! Non videt hominem ad solatium: non videt viam, quà caret desertum. Ergo vbi diuertit? vtinam vel esset aqua vnde reficeretur, qui inde non potest exire.* In hoc igitur spirituali deserto tam solitario, tam hominibus vacuo, tam periculis pleno, tam omnibus bonis destituto, non mirum si ciuitas habitaculi cælestis, minimè reperiatur.

Lucæ 8,7.

Ioël. 1,19.

Deut. 8, 15.

Perfectio non nisi illam esurientibus obuenit.

9. *Animam esurientem satiauit bonis.*] Hinc liquet (inquit noster Aluarez de Paz Tom. 1. lib. 5. part. 1. cap. 4.) quàm feruidis desiderijs perfectio exoptanda est, quæ omnia alia rerum humanarum desideria post se relinquant, imò ex corde viri spiritualis expellant. Nam iustitiæ perfectionisque satietas non tepidis desiderijs, quæ etiam sæculares Sanctorum Vitas legentes aut audientes solent concipere, sed fami & siti, id est ardenti & efficaci desiderio promittitur. Efficax autem desiderium est id quod nos incitat, vt media ad assequendam perfectionem adhibeamus, & sollicitè bonis operibus insudemus: quæ tamen opera numquam nos satient; sed quò maiora fuerint, eò maiorem sitim perfectionis exsuscitent. Audiamus vnum sanctitatis desiderio æstuantem, & semper pro ea laborantem, & post multos labores & magnum profectum acquisitum, semper adhuc cupientem: hic verò sit Bernardus ad eximiam sanctitatem euocatus, & in magistrum sanctitatis assumptus, qui Serm. 9. in Cant. *En*, inquit, *gratiâ Domini multis iam annis castè sobrieque viuere curo, lectioni insisto, resisto vitijs, orationi incumbo frequenter: vigilo contra tentationes, recogito annos meos in amaritudine animæ meæ: sine querela me arbitror, quantum in me est, conuersari inter fratres: superioribus potestatibus subditus sum, ingrediens & egrediens ad imperium seniores: aliena non cupio, mea potius & me pariter dedi: in sudore vultus mei comedo panem meum: sed vt holocaustum meum pingue fiat, osculetur me osculo oris sui.* Desiderium his Bernardi verbis expressum assecutione perfectionis impletur; quia primùm æstuat, & in flammigeris cordis motibus ardet: deinde non in corde se continet, sed ad virtutis actiones, & illas magnas & perfectas progreditur: tandem nullo profectu, nullâ vitæ emendatione quiescit, sed semper osculum appetit, consortium sponsi suspirat, & perfectam charitatem exquirit.

Cant. 1.

Consilium Dei irritat qui decalogum contemnit.

11. *Et consilium Altissimi irritauerunt.*] Hoc est, Dei legem honesta omnia iubentis, & consulentis hominum generi, pro nihilo habuerunt: notas illas in mentibus à Deo inscriptas iustissimæ suæ voluntatis cum indignissima Numinis contumelia delere atque extinguere voluerunt, vt effrænatam suam cupiditatem sequerentur. Nam Hebræi per *consilium Dei* intelligunt Decalogum inscriptum in cordibus hominum. Qui sacrilegè atque impiè hunc contemnit, vt vitio suo blandiatur, inductus ambitione gloriosâ, aut auaritiæ sordibus, aut libidine, aut alio genere fœdæ & indignæ cupiditatis; is Altissimi consilium irritat, & æneâ veluti fronte arietat in Deum, voluntatem eius oppugnat, infringit auctoritatem, & nostræ salutis amantem in iustissimam iram accendit.

Consuetudines peccandi sunt quasi portæ æreæ & vectes ferrei.

16. *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.*] Cassiodorus hîc per portas æreas & vectes ferreos intelligit peccandi consuetudines, quæ homines arctissimè constringunt, nec exire patiuntur, vt non immeritò & ipsi ferreo esse animo videantur: adde & plusquam ferreo; nam ferrum cùm ictibus tunditur, attenuatur ac dilatatur; horum autem corda nullis supplicijs emolliuntur, nullis pœnis ad pietatem reuocantur. Cùm itaque Deus obstinatos istiusmodi peccatores ab inueteratis culpis euocat, tunc vtique portas æreas conterit, & vectes ferreos confringit.

Quando esca spiritalis fastidium generat, nisi spiritus feruor suscitetur.

18. *Omnem escam abominata est anima eorum*, &c.] Omnem escam, vt fatetur Lorinus noster, vocat omne spirituale exercitium, & Sacramentorum vsum, & verbi diuini studium. Sed quomodo hæc in tantum fastidium impellere

lere possint homines, vt ad portas mortis adigantur? Qualiter tam pretiosæ dapes possint occasionem tanto fastidio & tam letali præstare? Certè dum in hac vita sumus etiam præstantissimarum virtutum assiduitas fastidijs letalibus occasionem dabit, nisi ad Deum clamores renoues, vt tibi nouum suggerat condimentum, quo fastidia ableges. Monebat S. Bernardus Serm. 33. in Cant. *Me oportet interim Sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, velamine fidei: & hac talia sunt, quæ gustata adferunt mortem, si non de primitijs spiritus quantulumcumque accipiant condimentum.* Caue igitur tibi, quisquis diuinam frequentas mensam, diuinas virtutum dapes gustas: nisi enim de Dei sinapi, id est spiritus feruore, noua tibi suppetant condimenta, quibus fames acuatur, in letale fastidium cades. Ea nempe sunt virtutum omnium exercitia, *quæ gustata adferunt mortem:* hoc est, quibus si te inerter assuescas, letalia inde fastidia nanciscaris, nisi de primitijs spiritus, de Dei sinapi condimenta flagites. Ita Baëza noster lib. 16. cap. 4. de grano sinapis meditatur.

20. *Misit Verbum suum, & sanauit eos,* &c.] Quasi nempe hoc vnum sit panchrestum omnium ægritudinum medicamen. Quare nullius ita est desperata ægritudo, vt si ad Dei verbum seu sacram Scripturam confugiat, medicamentum non inueniat, quo facilè conualescat. Quod D. Basilius in Epist. 1. ad Gregorium Theologum expressit: *A Scriptura,* inquit, *vnusquisque tamquam ab officina medicinæ oppositum suæ infirmitati medicamentum inuenire poterit.* Sicut enim in myropolio omnia corporalium morborum medicamenta reperiuntur, ita planè in Scriptura omnia spiritualium. Vnde Sapiens locutus de Hebræis, qui inter Ægyptios multis plagis sauciatos incolumes consistebant: *Neque herba,* inquit, *neque malagma sanauit, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia:* quasi ab hoc myrothecio omnia morborum remedia depromantur. Quod exemplis illustrat Basilius suprà citatus. Nam si quis morbo incontinentiæ laborat, eximiam Iosephi castitatem recognoscat: si laborum pondere frangitur, infractum Iobi animum contempletur: si iniurijs lacessitus stomachatur, Dauidis clementiam intuitus detumescat: si prouocatus suorum rebellionibus in vindictam exardescit, Moysis singulari mansuetudine admonitus iras ponat, ac toto animo tranquilletur. Ita ferè D. Basilius de hac re philosophatur. Cui non dissimilia tradit S. Athanasius, qui de libris diuinis loquens sapienter eos nominat ποικίλην τῶν ἰατρικῶν βιβλίων σοφίαν, *variam medicinalium librorum sapientiam;* adeoque ducit necessarios, vt absque illis nec vita nec salus vlla satis possit consistere. Itaque non possum non primorum Christianorum mirari prudentiam, qui cùm multi è fluctibus, & iactatione huius mundi, in quietis se portum conferrent ad sacros libros meditandos, eos dixere Θεραπευτὰς, *Curatores,* Medicos pios & religiosos, qui ex illo penu sapientiæ sibi & alijs medicinam haurirent.

Scriptura singulare myrothecium ad animi morbos curandos.

Sap. 16, 12.

Potest etiam hic locus optimè exponi de V. Eucharistia: *Hæc enim,* inquit S. Ambrosius, *medicina spiritualis est, quæ cum reuerentia degustata purificat sibi deuotum:* illa panacea est & medicamentum quo veneni vis omnis eijcitur. Fusus ille Agni immaculati cruor, qui vim medicam omnibus Sacramentis confert, dextrè & sapienter vulneribus appositus, & languenti animæ contemperatus, nihil est quod efficere non possit ad sanitatem, ad valentiam & salutem: eodem lita, atque, vt ita loquar, delibuta peccatorum exomologesis, quot & quanta efficit in populo Christiano quotidie, quàm mirandas & suspiciendas mutationes.

Eucharistia & confessio medicina animæ.

ANNOTATIONES CORDERII.

23. *Qui descendunt in mare in nauibus,* &c.] Mysticè per naues viri Apostolici, & per mare mundus iste intelligitur. Sed vndenam naues istæ tot procellis expositæ potuerunt tantam trahere securitatem, vt & diuinis operibus profundisque Dei mirabilibus appropinquarent? Sanè ex quo viri Apostolici, per naues significati, operationes faciunt in aquis multis, hoc est in populis multis, nullam operationem, quantumuis temporalem & fluxam, fastidientes, quâ possint animas lucrari, & Dei operibus sese interserunt, & ab ira protecti profundissima Dei mysteria speculantur. Ad hæc sapienter & verissimè Procopius in illud Isaiæ, *Dies Domini exercituum super omnem superbum, & super omnes naues Tharsis,* sic ait: *Neque ijs nauibus metuenda Domini dies esse potest, quæ sensus facultate destituuntur; sed ijs, qui in corporibus huius vitæ tamquam maris tempestatibus agitantur; quas facilè contemnunt, qui in carne viuentes eius imperantis castra non sequuntur, sed in aquis multis operationes faciunt; ideoque ad vitæ commoda sese demittunt, vt eorum qui in profundo demersi sunt aliquos lucrentur: vnde opera Domini vidisse, id est rei gestæ mercedem, diuinorum operum rerumque in profundo mirabilium cognitionem percepisse dicuntur.* Pulchrè igitur S. Bernardus hoc loco intelligi ait *Prælatos,* Cassiodorus *Sacerdotes,* siue sanctorum Pontificum beatam collectionem: qui sæculi, inquit, procellosa in nauibus Ecclesiarum ligno crucis enauigant. *Ipsi,* quod subdit Regius Vates, *viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Quæ mirabilia? Elationes maris mirabiles, furentem æstum, horribiliùs intonantes procellas, noctem nimbis tumentibus illunem, decumanos fluctus, vim Typhonis violentam, nigramque tempestatem, scopulos hinc inde tentationum, prædonum impetus, mortis pericula, diuinorum iudiciorum abyssum; iactari viles algas, perire quosdam, elaborare naucleros, lucere Dei prouidentiam, cantantes celeusma remiges, & inter pericula triumphantem coronatamque nauim in portum succedere. Cuius rei laus omnis & gloria secundùm Deum est penes sanctos & vigilantissimos Ecclesiæ gubernatores, *facientes operationem in aquis multis.* In quos intuens quoque Zacharias, *Et pertransibunt,* inquit, *in mari angusto.* Quem locum de Apostolis & Præsidibus Ecclesiarum D. Hieronymus exponit in hunc modum: *Hi sunt qui descendunt in mare, & in Ecclesiarum nauibus faciunt opera multa, & Dei cernunt mirabilia in profundo diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius.* Mare angustum vocat Zacharias, non fretum quodpiam Gaditanum, aut Chalcidicum Euripum mirabili modo reciprocantem; sed nauigationem periculis plenam designat, vbi non maris, sed animorum sint angustiæ, & plurima mortis

Viri Apostolici summâ securitate in periculis fruuntur, & Dei mysteria contemplantur.

Isaiæ 2.

Prælati & Sacerdotes Ecclesiæ nauarchæ.

Zach. 10.

mortis

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

mortis imago. Hinc Syrtes occurrunt volantes, hinc Sirenes melleam mortem accinentes, hinc Circe cum voluptatibus obscœnis, hinc saxa latentia, Behemot, monstra. Et quidem superandæ Propontidis angustiæ, inter Symplegades nauigandum; &, vt dicam cum ingenioso Poëta Phocylide, Ἔπλους ἐστὶν ἄδηλος, *Quoniam anceps & dubia est nauigatio.* Sanè eorum vita qui salutem aliorum procurant nauigatio est dubia & procellosa; quam Iuo Carnotensis Epist. 17. *naufragosam tempestatem* appellat. Quâ certè miserrimum in modum Rectores affligi, & variarum difficultatum occursu vt vndarum commotione iactari necesse est; quos ait Dauid in malis tabescere; addítque ad cumulum miseriarum, prudentiæ luce destitui, quâ malorum vis superetur: *Et omnis sapientia eorum deuorata est.* Atque vt hanc ipsam difficultatem semper ante oculos haberent positam, sapienter omnino constituerunt Apostoli, vt sacra templa in nauis similitudinem extruerentur. Et S. Petrus diuinè solebat Ecclesiam cum naue componere, cuius foret gubernator Episcopus, nautæ Presbyteri, epibatæ vectorésque populi, vt S. Clemens eius auditor Epist. 2. scriptum reliquit, vt nimirum intelligeremus, sacris hominibus, qui hanc nauem moderantur, esse perpetuò cum Typhonibus, cum procellis turbinibusque luctandum.

Laboriosum & periculosum est regimen animarum.

24. *Et mirabilia eius in profundo.*] Expende vbinam Dei mirabilia percipiantur; nimirum in maris profundo. Hoc pulchro exemplo illustrat S. Macarius Hom. 25. dicens: *Sicuti mercatores nudi in profundum maris descendunt, vt illic margaritas reperiant, quæ prosint ad coronam & purpuram regiam; ita qui solitariè viuunt in profundum maris vitiorum descendunt; vnde sumunt & referunt pretiosos lapides, qui valeant ad coronam Christi, ad nouum seculum, ad ciuitatem splendidam, & populum Angelorum.* Sanè qui margaritas quærit non capitur crystallino æquoris aspectu; sed vndas splendentes prætertiens, intima penetrat, ad profundum accedit; dumque limum & fæculenta maris excrementa scrutatur, margaritas metit: sic felix assecla veritatis minimè tenetur extrinsecus splendenti vitiorum nitore; interna eorum rimatur, vsque ad profundum descendit; ibique dum contemplatur voluptatum cœnum, honorum squallentes vacuitates, mundi fœtores, rerum inconstantiam terrenarum, tamquam prudens mercator pretiosas inde gemmas colligit, coronæ cælesti inserendas; & mundanis rebus spretis, totus Christi effectus, nihil animo suo non cupit cæleste & angelicum.

Margarita in maris fundo capiuntur, non in superficie.

29. *Et imperauit procellæ, & stetit in auram.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium, & Græci Codices; quamuis S. Hieronymus ad Suniam aliquid in ijs verbis superflui agnoscat: Aquila, Ἀναστήσει λαίλαπα εἰς αὔραν, *Restituet turbinem in auram:* Symmachus, Στήσαντος αὐτοῦ τὴν καταιγίδα αὐτῶν εἰς γαλήνην, *Statuente eo tempestatem in tranquillitatem:* Theodotion, Καὶ ἔστησε τὴν καταιγίδα αὐτῶν εἰς αὔραν, *Et statuit procellam eorum in auram:* Vulgata & Romanum eodem modo habent, nisi quod Vulgata (vt etiam S. Hieronymus ad Suniam) pro *eorum* habet *eius*, Romanum verò neutrum. & respondet Hebræo. Hoc ad litteram Christus fecit, cùm simul vt Apostoli preces adhibuerunt in horribili vndarum agitatione & minantibus ventis, supra Æolos poëticosque Neptunos dicto citiùs tumida æquora placauit, *& facta est tranquillitas magna.* Hinc animus Gubernatoribus sacris additur, quòd Dominum vniuersitatis propitium habeant & præsentem; cuius nutu & amico præsidio fiunt ægide & procellâ omni superiores.

Matth. 8.

Christo mare & venti obediunt.

> Σὺν τῷ θεῷ πλεῖν κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις,
> *Cum Deo vel tenui nauigaris vimine,*

ait diuinè Græcorum Adagium. Quod eximium & Christiano ore dignum est acroama: cui fidenter apponas eos titulos, quos antiqui in nauibus suis ad augurium beatissimæ nauigationis inscribere solebant, Εὔπλοια, *felix nauigatio,* πρόνοια σώζουσα, *prouidentia seruans* & sospitatrix. Hoc in nauigio qui vehuntur, ad æternæ salutis portum bonis omnibus opulenti felicissimè appellunt; vbi festâ omnium lætitiâ excipiuntur. Talem esse obedientium cymbam Patres aiunt, qui meritis vt mercibus onusti, vel etiam dormientes in beatæ vitæ sinum feruntur nullo periculo, nullo damno; vt non immeritò Climacus illam appellet tutam nauigationem & confectum dormiendo iter.

Obedientium tuta nauigatio.

Ceterùm pollet hic Psalmi locus etiam moraliter sic explicari, vt per procellas profana Philosophorum doctrina intelligatur, quæ argumentorum fluctibus & procellis in gymnasijs traditur, & quasi debacchatur; per lenem verò auram eruditio cælestis: quasi nimirum illa tempestas concertationum, quæ in humana Philosophia acquirenda sæuiebat, sedaretur, & verteretur in placidam quamdam diuini spiritus leniter afflantis serenitatem, quâ diuinarum Scripturarum notitia comparatur. Huc spectat etiam illud quod superiùs vers. 25. dictum est: *Dixit, & stetit spiritus procellæ.* & paulò pòst: *Et omnis sapientia eorum deuorata est.* Deo enim nos per Scripturam aut internam inspirationem alloquente, necesse est vt omnis illa veluti procella Philosophorum inani loquacitate perstrepentium conticescat. Quis non videt illam benignam auram hisce sæuis turbinibus præferendam? Idcircò Ecclesia precabunda exclamabat: *Surge Aquilo, & veni Auster; perfla hortum meum, & fluant aromata eius.* q. d. Turbulentus ille humanæ sapientiæ flatus, siue fastus, quo perflante & tumultuante omnia pietatis germina exarescunt, procul facessat; & lenis ille diuinæ Scripturæ spiritus, quo fauente & adspirante omnes virtutum propagines feliciter nutriuntur, tandem nostris animis blandiatur.

Sæcularis doctrina in tumultu diuinâ tranquillitate plena est.

Cant. 4, 16.

33. *Posuit flumina in desertum,* &c.] S. Augustinus exponit hoc de Synagoga, quæ olim diuinis gratijs irrigua, nunc planè ijsdem destituta est: è contra verò Ecclesia olim sterilis & deserta, modò fertilis & fecunda euasit. *Quæris* (inquit de Synagoga) *ibi fidem Christi? non inuenis. Quæris Prophetam? non inuenis. Quæris sacrificium? non inuenis. Quæris templum? non inuenis. Quare hoc? vnde? quo merito? A malitia inhabitantium in ea.* Et paulò pòst: *Quæris,* inquit, *sacerdotem & sacrificium apud Iudæos? non habes, nec inuenis secundùm ordinem Aaron, quia posuit flumina in desertum. Quæris secundùm ordinem Melchisedech? apud illos non inuenis;*

Iudæi ob malitiam exaruerunt, & Gentes virent gratiâ.

Digitized by Google

uenis; sed per totum orbem celebratur in Ecclesia. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Vbi erant immunda sacrificia, quando desertum erant, quando squallebant, quando salina erant omnes Gentes; ibi nunc fontes, ibi nunc flumina, ibi nunc stagna aquarum. Ita S. Augustinus.

Malach. 1. 11.

40. *Effusa est contemptio super Principes.*] Hoc Eusebius de Ecclesiæ sanctæ Principibus, id est Episcopis & Sacerdotibus, intelligit, qui passim à populo despiciuntur, quòd plurimùm ab ea dignitate auctoritateque desciuerint, quâ maiores præstantibus vitæ meritis gloriaque ornati Ecclesiam diuinè gubernauerant. Magnam autem hanc esse pœnam in commune omnibus animaduertit Cardinalis Bellarminus, & grandium scelerum indicium, quando Deus effundit contemptionem in Principes; id est, prouidentiâ suâ facit, vt Ecclesiastici Principes sint valdè contemptibiles. Illud enim verbum *effundit* significat abundantiam siue magnitudinem contemptionis. Tum enim necesse est ruere omnia in peius, exolescere virtutem, impunitâ licentiâ volitare noxam atenque, sanctitudinem illudi, sacra funestari, Numen contemni. Et effusæ quidem illius contemptionis licet exempla hoc etiam tempore cognoscere, quo videmus, siue ob sordes turpitudinemque aliquorum Ecclesiasticorum, seu propter insusitatam hæreticorum malitiam, insitumque in Ecclesiam odium, in quibusdam orbis Christiani prouincijs nihil esse hominibus initiatis contemptius. Quamquam non propria huius temporis ea tantùm est labes. De æuo suo loquens D. Greg. Nazianzenus Orat. 1. vitio quorumdam Sacerdotum ait factum ὄνομα κενὸν, *nomen inane*, omnium contemptioni expositum. De suo quoque memorans Laurentius Iustinianus lib. de Complanct. *Sacerdotes tamquam purgamentum sæculi habitos* refert. Qui status cùm calamitosissimus sit, atque omni ratione fugiendus, iure merito Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. obtestatur sacros Pontifices, vt pristinam Ecclesiæ gloriam & ordinis sui dignitatem innocentiâ vitæ & clarissimis virtutibus conseruent, atque in animum suum inducant, ad suam & sui gregis felicitatem id plurimùm valiturum: siquidem *integritas præsidentium salus est subditorum*; vti S. Leo Epist. 85. diuinitus anteà pronuntiauerat.

Contemptio Sacerdotum magna punitio est & labes Ecclesiæ.

ANNOTATIONES CORDERII.

Moraliter Aluarez de Paz Tom. 2. lib. 1. Partis 3. cap. 9. locum hunc sic exponit, vt Principes isti nunc sint internæ mentis cogitationes ac deliberationes, quæ nostris affectibus dominantur, & virtutum aciem aduersus hostilem vitiorum exercitum instruunt & ducunt. Contemptio autem super Principes istos effunditur, cùm deficiente lumine in varias sententias distracti, quid faciendum sit non inueniunt: & dum isti sententiam aliorum impugnant, inuicem se contemnunt: qui priùs errant in via, dum rationem exercendæ virtutis inuenire nesciunt; & posteà errant in inuio, quia peccata quibus illigantur non aduertunt.

Principes cogitationes nostra fiunt contemptibiles per peccatum.

41. *Et adiuuit pauperem de inopia,* &c.] Quisnam pauper est nisi peccator? & quæ eius inopia nisi delictum? Dum autem hanc inopiam animo humili & compuncto confitetur, mirum in modum vt ditescat meritis adiuuatur. Horum pauperum, qui ex corde inopiam suam detestantur, familias ponit Dominus sicut greges ouium; quia eos custodit vt gregem suum, & bonorum operum prole fecundat.

Deus adiuuat pœnitentes de peccato.

IN PSALMVM CVII. ARGVMENTVM.

α. Ωδὴ ψαλμοῦ τῷ Δαβίδ.

Καὶ οὗτος τὴν Ἰουδαίων προθεσπίζει ἐπάνοδον καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν· ἔχει δὲ συγγένειαν πρός τε τὸν νϛ′ καὶ τὸν νθ′· τοῦ μὲν γὰρ ἔχει τὰ πρῶτα, τοῦ δὲ τὰ τελευταῖα. ἀμφότεροι δὲ Μακκαβαϊκοί. οὗτος δὲ ἐπινίκιος μᾶλλον ἢ συμφορῶν διηγηματικός.

1. Canticum Psalmi ipsi Dauid.

Etiam hic Psalmus & Iudæorum reditum vaticinatur & Gentium salutem: habet verò cognationem cum quinquagesimo sexto & quinquagesimo nono: prima siquidem illius, alterius verò postrema continet. Vtrique autem sunt Macchabaici. Hic autem potiùs est triumphalis quàm calamitatum expositorius.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β. ΕΤΟΙΜΗ ἡ καρδία μου ὁ θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου· ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου.

Ἕτοιμός, φησιν, εἰμὶ ἐν παντὶ καιρῷ ὑμνεῖν σε καὶ ψάλλειν σοι τῷ θεῷ μου.

2. PARATVM cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea.

Excitat se ad psallendum victorias Dei de hostibus.

Paratus, inquit, sum in omni tempore laudare te & psallere tibi Deo meo.

3. Exur-

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Faciam, inquit, hymnos cum organis per vnumquodque diluculum, id est per quodlibet tempus idoneum.

γ΄. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα· ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.

Ποιήσομαί, φησι, τοὺς ὕμνους μετὰ τῶν ὀργάνων καθ᾽ ἕκαστον ὄρθρον, τουτέστι καθ᾽ ἕκαστον ἐπιτήδειον καιρόν.

4. Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in* Gentibus.

* Vulgata Nationibus.

Continebunt autem, inquit, hymni gratiarum actionem & bonas narrationes pro nobis qui multi sumus.

δ΄. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε· καὶ ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσι.

Ἕξουσι δέ, φησιν, οἱ ὕμνοι εὐχαριστίαν καὶ διηγήματα χρηστὰ ὑπὲρ ἡμῶν πολλῶν ὄντων.

5. Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Misericordia & veritas iterùm ponitur pro, Vera tua benignitas nubibus & cælis apparuit sublimior, desuper obtegens delicta nostra.

ε΄. Ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου· καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.

Τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια πάλιν ἀντὶ τοῦ, ἡ φιλανθρωπία σου ἡ ἀληθινὴ ὑψηλοτέρα τῶν νεφελῶν ἐφάνη καὶ τῶν οὐρανῶν, καλύψασα τὰ πλημμελήματα ἡμῶν ἄνωθεν.

6. Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua:

Meritò igitur, inquit, omnes sublimia de te dicunt, tam virtutes supercælestes quàm quotquot terram incolunt.

ϛ΄. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.

Εἰκότως οὖν, φησιν, ὑψηλὰ πάντες περὶ σοῦ φθέγξονται, αἵτε ἐπουράνιοι δυνάμεις καὶ ἅπαντες ὅσοι τὴν γῆν οἰκοῦσιν.

7. Vt liberentur dilecti tui.

Omnes autem referunt sublimia de te cogitantes, quomodo mirabiliter nos dilectos tuos liberaueris.

ζ΄. Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου.

Φθέγξονται δὲ πάντες ὑψηλὰ περὶ σοῦ λογιζόμενοι, ὅπως παραδόξως ἡμᾶς ἐρρύσω τοὺς ἀγαπητούς σου.

Saluum fac dexterâ tuâ, & exaudi me:

Vtque, inquit, nos dexterâ manu tuâ seruaueris, & preces nostras exaudiueris.

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου·

Ὅπως τε, φησι, τῇ δεξιᾷ σου χειρὶ σώσας ἡμᾶς, καὶ ἐπακούσας ἡμῶν τῆς δεήσεως.

8. Deus locutus est in sancto suo:

* Exaltabor, & diuidam Sicima, & conuallem tabernaculorum dimetiar.

* Vulgata Exultabo, & diuidam Sichimam,

Decreuit, inquit, superior fieri inimicis, & ab ipsis auferre terram quam iniustè possident, eamque nobis denuo restituere.

η΄. Ὁ θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ·

Ὑψωθήσομαι, καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω.

Ἀπεφήνατό, φησιν, ὑψηλότερος γενέσθαι τῶν πολεμίων, καὶ ἀποσπᾶν αὐτῶν τὴν ἀδίκως κατεχομένην γῆν, καὶ ἡμῖν ἀποδιδόναι πάλιν.

9. Meus est Galaad, & meus est Manasses:

Non solùm autem, inquit, Sicima vobis restituam, sed etiam Galaaditidem Regio-

θ΄. Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς·

Οὐ μόνον δέ, φησι, τὰ Σίκιμα ὑμῖν ἀποκαταστήσω, ἀλλὰ καὶ τὴν Γαλααδῖτιν

χώραν,

Digitized by Google

χώραν, ἣν ᾤκει ὁ Μανασσῆς· ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ ἐμόν ἐστι κτῆμα.

Καὶ Ἐφραῒμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου.

Τὸν δὲ Ἐφραῒμ πάλιν, φησὶν, ἰσχυρὸν ἀποδείξω, ἵνα πάλιν ἀντιλαμβάνηται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς, τουτέστι τῶν ὑπ' ἐμοῦ ἀρχομένων.

Ἰούδας βασιλεύς μου·

Ἀποκαταστήσω δὲ, φησι, καὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τὴν βασιλείαν, ὥστε ἀκωλύτως ἐκ τῆς φυλῆς ἐκείνης πάλιν τοὺς βασιλέας ἐπιδίδοσθαι.

ι. Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.

Ἐλπίδα δὲ ἔχω, φησὶ, καὶ τὸν Μωὰβ ὡς ἐν λεκάνῃ καταπατῆσαι. οἰκειοῦται γὰρ τὰ τοῦ λαοῦ ὁ Θεός.

Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου·

Μετὰ τὸ ἀποκαταστῆσαι οὖν τῷ λαῷ μου τὴν γῆν καὶ τὴν βασιλείαν, ὁρμήσω καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν.

Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.

Καὶ ὑποτάξω, φησὶν, ὁμοῦ καὶ τὰς πέντε σατραπίας τῶν ἀλλοφύλων καὶ τὴν Ἰδουμαίαν. Εἶτα θαῤῥήσας ὁ λαὸς τῇ ἀποφάσει τοῦ Θεοῦ αὐτὸς ἐπάγει λοιπόν·

ια. Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς; ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας;

ιβ. Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς;

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν;

Τίς γάρ με, φησὶν, ἄλλος ποιήσει τῆς Ἰδουμαίας ἐπικρατῆσαι, εἰ μὴ σὺ ὁ ἀποφηνάμενος Θεός· ὃν οὐκ ἐγχωρεῖ μὴ συνεξελθεῖν εἰς πόλεμον μετὰ τῶν ἡμετέρων δυνάμεων.

Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως· καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου.

Ἀγαπητὴ γὰρ ἡμῖν, φησιν, ἡ μετὰ θλίψιν βοήθειά σου, καὶ ἡ μετὰ τὴν παίδευσιν καταλλαγὴ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας· ἐπείπερ ἡ μὲν διαπίπτει καὶ ἀπορρεῖ, κἂν ᾖ πλοῦτος, κἂν ἡ πολεμικὴ ἐμπειρία, κἂν ἡ δύναμις, κἂν ἡ βασιλεία. ἡ δὲ θλίψις ἡ παρὰ σοῦ τοῖς σωφρονισθεῖσι δι-

nem, quam Manasses incoluit; quandoquidem hæc etiam mea est possessio.

Et * Ephraëm susceptio capitis mei.

Ephraëm verò, inquit, iterùm potentem demonstrabo, vt rursus recipiat meum Principatum, id est eos qui sub meo Principatu sunt.

Iuda Rex meus:

Tribui verò Iudæ, inquit, etiam Regnum restituam, vt ex illa Tribu rursus consequenter Reges constituantur.

10. Moab lebes spei meæ.

Ceterùm, inquit, spem quoque habeo tamquam in pelui Moabum conculcandi. Deus enim ea quę populi sunt sibi appropriat.

In Idumæam * proijciam calceamentum meum:

Postquam igitur populo meo terram Regnumque restituero, etiam in Idumæam perrumpam.

Mihi alienigenæ * subditi sunt.

Simul etiam, inquit, quinque alienigenarum Satrapias & Idumæam subiugabo. Deinde populus decreto Dei fretus ipsemet deinceps subiungit:

11. Quis* adducet me in ciuitatem * circumstantiæ? * aut quis deducet me vsque in Idumæam?

12. Nónne tu Deus, qui repulisti nos?

Et non exibis Deus in virtutibus nostris?

Quis enim, inquit, alius me faciet Idumæis imperare, nisi tu qui declaratus es Deus: quem non contingit simul egredi ad bellum cum virtutibus nostris.

13. Da nobis auxilium de tribulatione: * & vana salus hominis.

Post tribulationem enim, inquit, nobis gratum est auxilium tuum, & post correptionem immutatio præsidij quæ erat ex Principatu humano: siquidem hoc caducum est & fluxum, etsi fuerint diuitiæ, etsi experientia militaris, etsi potentia, etsi Regnum. Verùm tribulatio tua per illam castigatis be-

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata Ephraim

* Vulgata extendam

* Vulgata amici facti

* Vulgata deducet

* munitam?

* Abest à Vulgata vox aut

* Vulgata quia

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

neuolentiam præsidiumque maximum conciliat propter correctionem. vnde subiungunt:

14. In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Per ipsum igitur, inquit, Deum victoriam consequemur, & deletionem inimicorum post nostras tribulationes.

γνωμοσύνης γίνεται πρόξενος καὶ βοηθείας μεγίστης διὰ τὴν σωφροσύνην. ὅθεν ἐπιφέρουσι·

Ἐν τῷ θεῷ ποιήσομεν δύναμιν· καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν.

Δι' αὐτοῦ οὖν τοῦ θεοῦ, φησιν, αἰρόμεθα τὴν νίκην, καὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐξουδένωσιν μετὰ τὰς θλίψεις ἡμῶν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. PARATVM COR MEVM DEVS.] Vult dicere: Quoniam constans ac firmum est cor meum semper ad te laudandum, & psallendum tibi in gloria mea, id est Deo meo. Vel gloriam suam vocat vaticinandi gratiam. Cantabo igitur & psallam, si cor meum propheticâ gratiâ repleueris. Deinde semetipsum quodammodò & instrumenta sua alloquendo excitat. q. d. Quoniam hymnos cum organis faciam manè excitatus & gratias agens. Vel per organa semetipsum præparat ad diuinam inspirationem. Per citharam quidem membra corporis ac sensus, quibus mens quidlibet vult, pulsantur. Per psalterium verò rationales animæ potentias declarans, matutina illa prima lucis tempora assumit tamquam reliquæ diei aptiora, & tamquam vitæ suæ primitias Deo offerens.

Et corpore & mente psallendum.

β'. ΕΤΟΙΜΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ Ο ΘΕΟΣ.] Βούλεται εἰπεῖν· ὅτι βεβαία καὶ ἑδραία ἐστὶν ἡ καρδία μου πάντοτε εἰς τὸ ὑμνεῖν σε, καὶ ψάλλειν σοι ἐν τῇ δόξῃ μου, τουτέστι τῷ θεῷ μου. ἢ δόξαν οἰκείαν τὴν προφητικὴν καλεῖ χάριν. ᾄσομαι οὖν καὶ ψαλῶ, εἰ μου πληρώσεις τὴν καρδίαν τῆς προφητικῆς χάριτος. εἶτα οἷον ἐγκελεύεται ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ὀργάνοις. ἵνα ᾖ· ὅτι τοὺς ὕμνους μετὰ τῶν ὀργάνων ποιήσομαι ὄρθρου ἐγειρόμενος καὶ εὐχαριστῶν. ἢ διὰ τῶν ὀργάνων ἑαυτὸν εὐτρεπίζει πρὸς τὴν θείαν ἐπίνοιαν. Διὰ μὲν τῆς κιθάρας τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν ὁ νοῦς πᾶν ὅτι βούλεται, ἀνακρούεται. διὰ δὲ τοῦ ψαλτηρίου τὰς λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις δηλῶν, τοὺς ὄρθρους δὲ ὑπολαμβάνει καὶ τοὺς πρώτους καιροὺς τοῦ φωτὸς ὡς τῆς ἄλλης ἡμέρας ἐπιτηδειοτέρους, καὶ ὡς τὰς τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀπαρχὰς ἀνατιθεὶς τῷ θεῷ.

5. QVIA MAGNA EST SVPER CÆLOS.] Vera, inquit, clementia tua sublimior apparuit ipsis nubibus ac cælis, nostra delicta desuper obtegens. Vel ac si dicat: Benignitas enim tua cælorum latitudinem superat; misericordia verò à terra inchoans ad cælum vsque magnificatur. *Misericordiâ enim Domini plena est terra.* Finis enim inchoantium est à terra misericordiam consequi, ad cælum peruenire, & Regnum hereditare. Ceterùm nubes vocat Prophetas & Apostolos; quandoquidem per hosce veluti per quasdam nubes spiritalem irrigationem hominibus affert. Illud autem *Exaltare*; id est, Ostendaris altus, & omnibus superior: & omnis terra gloriam tuam agnoscat. Aliter verò etiam, cùm Deus exaltatur in ijs qui gerunt imaginem cælestis, atque idcircò cæli nuncupantur, gloria eius in omnem

Clementia Dei cælos superat.

Psal. 32, 5.

Nubes sunt Prophetæ & Apostoli.

Quomodo Deus in nobis exaltetur.

ε'. ΟΤΙ ΜΕΓΑ ΕΠΑΝΩ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] Ἡ φιλανθρωπία σου, φησίν, ἡ ἀληθὴς ὑψηλοτέρα ἐφάνη τῶν νεφελῶν καὶ οὐρανῶν, ἐπικαλύψασα τὰ ἡμῶν πλημμελήματα ἄνωθεν. ἢ ἀντὶ τοῦ· Νικᾷ γὰρ τὸ εὖρος τῶν οὐρανῶν ἡ σὴ χρηστότης· μεγαλύνεται δὲ ἕως τοῦ οὐρανοῦ τὸ ἔλεος ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς γῆς. τοῦ γὰρ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ. τὸ γὰρ τέλος ἐστὶ τῶν ἀρξαμένων ἀπὸ τῆς γῆς ἐλεεῖσθαι, ἐπὶ τὸν οὐρανὸν φθάσαι, καὶ τὴν βασιλείαν κληρονομῆσαι. Νεφέλας δὲ τοὺς προφήτας καὶ τοὺς Ἀποστόλους φησί· διὰ τούτων γὰρ ὥσπερ διά τινων νεφελῶν τὴν πνευματικὴν ἄρδειαν τοῖς ἀνθρώποις προσφέρει. τὸ δὲ ὑψώθητι ἀντὶ τοῦ, δείχθητι ὑψηλὸς, καὶ πάντων ἀνώτερος· καὶ πᾶσα ἡ γῆ τὴν σὴν γνώτω δόξαν. Καὶ ἄλλως δὲ, ὑψουμένου τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦσι, καὶ διὰ τοῦτο οὐρανοῖς καλουμένοις, ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ πᾶσαν

ὀκτει-

Digitized by Google

ἐκτείνεται γῆν, τὴν δυναμένην καρποφορεῖν ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα. πῶς δ' ἂν, οἱ ὑπὸ σοῦ ἀγαπᾶσθαι ἄξιοι, ῥυσθεῖεν ἐξ ἐχθρῶν ἢ περιστάσεων, ἀλλ' ἢ δεξαμένου σου τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἐξ ἐμοῦ ἱκεσίαν; δεξιὰν δὲ τὴν ἀγαθὴν ἐνέργειαν κέκληκεν.

η'. Ο ΘΕΟΣ ΕΛΑΛΗΣΕΝ ΕΝ ΤΩ ΑΓΙΩ ΑΥΤΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ ἀπεφήνατο. τὸ δὲ ἐν τῷ ἁγίῳ, ἀντὶ τοῦ ἡ ἁγιότης αὐτοῦ. ἀπεφήνατό, φησιν, ἡ ἁγιότης αὐτοῦ ταῦτα ἃ μέλλει καταλέγειν. ἢ ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ· ἢ ἅγιος αὐτοῦ ὁ μονογενής. διὸ τὴν ἀπόκρισιν αὐτοῦ ἐποίησε πρὸς τὴν ἀποδοθεῖσαν εὐχὴν ὁ θεὸς ὑψώθητι (τοῦτο γὰρ δεξαμένου) εἶπεν, ὑψωθήσομαι. πρὸς δὲ τὸ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἀποκρίνεται τὰ ἀκόλουθα· ἀπὸ τοῦ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδ' ἂν, φησιν, ὑψωθῶ τὰ καὶ τὰ ποιήσω. ἀπεφήνατό, φησιν, ὑψηλότερος γενέσθαι τῶν πολεμίων, καὶ ἀποσπᾶν αὐτῶν τὴν ἀδίκως κατεχομένην γῆν, καὶ ἡμῖν διδόναι τὰ Σίκιμα, ἤτοι τοὺς ὀρεινοτέρους τόπους καὶ τὰς πεδιάδας. Μαθὼν οὖν ὁ προφήτης τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπίκλησιν, καὶ πλησθεὶς ἡδονῆς τῇ τῶν ἀγαθῶν προῤῥήσει, ἱμείρεται ἰδεῖν τὰ γενησόμενα. ὅτι διαμερίζεται μὲν Σίκιμα, ἡ λέγεται Συχέμ, καὶ ἀλλοφύλοις ἐκδίδοται ἔθνεσι τοῖς πεπιστευκόσι· χορομετρεῖται δὲ ἡ τῶν σκηνῶν κοιλάς. οἰκειοῦται δὲ ὁ τοῦ Μανασσῆ κατοικούμενος Γαλαάδ, καὶ Ἰούδας τὰ τοῦ Ἐφραῒμ κληροδοτεῖται. Ἐξ Ἰούδα γὰρ ὁ Χριστὸς ἀνατέταλκε. Μωὰβ δὲ, ὁ ἀπειρημένος εἰς ἐκκλησίαν κυρίου παραβάλλειν, προσλαμβάνεται, καὶ τῆς ἐλπίδος λέβης γίνεται, ἢ τοῦ λουτροῦ, ὡς ἡ πέμπτη ἔκδοσις λευκότερον ἀπεφήνατο· δηλῶν διὰ τῶν προκειμένων τὴν διὰ Βαπτίσματος κάθαρσιν· ἢ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν Χριστοῦ, διὰ τὴν Μωαβῖτιν Ῥοὺθ· ἀφ' ἧς ὁ Δαβίδ· ὅτι καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἤτοι τὰ ἔθνη τὸ θεῖον ἴχνος ἐμπεριπατεῖ. ὑποτάσσονται δὲ καὶ οἱ ἀλλόφυλοι, ἢ φιλιοῦνται, ἢ, ὡς Ἀκύλας, συνεταιρίζονται. γνώσεως δὲ θεοῦ σημεῖον, τὸ τοὺς πάλαι ἀνυποτάκτους ὑποταγῆναι. τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν φορὰν ἰδεῖν ἐφιέμενος, τίς ἀπάξει με, φησὶν, εἰς πόλιν περιοχῆς; ἣν τετειχισμένην ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Ἔστι δὲ ἡ Ἐκκλησία. Εὔχεται δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰδουμαίαν ἐλθεῖν τὴν δοθησομένην χάριν τοῖς ἔθνεσιν. Οὐδεὶς ἕτερος, φησι, δυνατὸς ταῦτα παρασχεῖν ἢ σὺ, ὁ

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

terram extenditur, quæ possit ferre fructum centesimum, sexagesimum, trigesimum. Ceterùm quomodo hi, qui tuâ dilectione digni sunt habiti, ab inimicis vel periculis liberentur, nisi tu meam pro ipsis deprecationem susceperis? Dexteram porrò nominauit bonam operationem.

8. DEVS LOCVTVS EST IN SANCTO SVO.] Id est *declarauit*. Illud autem *in sancto*; id est sanctitas eius. Declarauit, inquit, sanctitas sua hæc quæ locutura est. Vel *in Sancto suo*; id est per Spiritum suum: vel Sanctus eius est vnigenitus. Quapropter Deus ad dictam orationem *Exaltare* (hoc enim deprecantis est) respondit, *Exaltabor*. Ad illud verò *super omnem terram* respondet consimilia; Ab inde *diuidam Sicima*, &c. Cùm, inquit, exaltatus fuero hæc & illa faciam. Declarauit, inquit, se hostibus superiorem fore, & terram ab ipsis iniustè occupatam ablaturum, nobisque daturum Sicima, siue loca magis montosa & campestria. Cùm igitur Propheta vocationem Gentium intellexisset, & ex bonorum prædictione voluptatis plenus esset, optat videre illa quæ euentura erant. Quoniam diuiditur quidem Sicima, quæ dicitur Sychem, & alienigenis Gentibus fidelibus traditur; Vallis verò tabernaculorum mensuratur. Proprius autem Manasse incola fit Galaad, & Iudas sorte accipit ea quæ erant Ephraëmi. Ex Iuda enim ortus est Christus. Moab verò, cui in Ecclesiam Domini ingredi vetitum erat, assumitur, & spei lebes fit, vel lauacri, vt Quinta editio apertiùs declarauit; per ea quæ proposita sunt Baptismi emundationem demonstrans; vel Christi secundùm carnem generationem, propter Moabitidem Ruth; ex qua Dauid: quandoquidem etiam in Idumæam siue in Gentes diuinum vestigium perambulat. Quin & alienigenæ subijciuntur, siue amici fiunt, vel, vt Aquila, consociantur. Notitiæ verò Dei signum est, quòd qui olim indomiti erant subigantur. Horum bonorum prouentum videre desiderans, *Quis*, inquit, *adducet me in ciuitatem circumstantiæ*? quam Symmachus *munitam* exposuit. Est autem Ecclesia. Ceterùm optat quoque in Idumæam venire gratiam quæ Gentibus danda erat. Nemo, inquit, alius hæc præbere potest nisi tu, qui

Quomodo Deus loquatur in sancto suo.

Moab spei lebes.

CATENA PATRVM.

repulisti nos, ne amplius nobis suppetias ferres: da igitur fauorem tuum, quia te non præcedente vanum est auxilium hominum, in te & per te faciemus virtutem.

ἀπωσάμενος, ὡς μηκέτι συμμαχεῖν ἡμῖν· δὸς οὖν τὴν ῥοπήν σου. ὅτι σου μὴ προηγουμένου, ἡ παρὰ ἀνθρώπων συμμαχία κενή ἐστιν, ἐν σοὶ καὶ διὰ σοῦ ποιήσομεν δύναμιν.

CATENA PATRVM.

Quid sit Canticum Psalmi.

HESYCHII. Canticum Psalmi vocat collaudationem in scientia: hoc enim etiam per sequentia demonstrabitur.

ATHANASII. Etiam in hoc Psalmo prædicatur aduentus Domini qui ad Gentes factus est. Iam pridem autem versiculorum horum interpretationem in Psalmo quinquagesimo nono posuimus.

2. PARATVM COR MEVM DEVS.] EVSEBII. Qui salutari illâ beatitudine dignus est habitus, propter quam dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Is propriâ suâ puritate fretus dicere possit: *Paratum cor meum Deus.* Propheta igitur cùm sancto Spiritui amica & cognata virtutum opera perfecisset, eorumdem largitori Deo præsentem offert orationem.

Matth. 5. Mundus corde paratus est ad psallendum.

Cor Deo præparandum.

HESYCHII. Beatum est præparare cor Deo: nam qui hoc parat habebit ipsum incolam. Cùm autem Propheta Verbum hoc seruauerit, vtique duplicem ei præparationem adferre debemus. Et quemadmodum illi qui Regem hospitio excepturi sunt domum parant, primùm quidem eam expurgantes, deinde verò vasa ad vsum necessaria in eadem collocantes; sic etiam nos duplicem præparationem Deo exhibere debemus: vnam quidem templum cordis emundando; alteram verò virtutes ac probas actiones illi inferendo. Sic enim Deus non solùm ad nos diuersabitur, verùm etiam in nobis commorabitur.

ATHANASII. Gloria verò eius est contemplatiuus & actiuus status, secundùm quem ad moralem & intellectualem virtutem afficitur.

Gloria nostra Christus.

HESYCHII. Gloriam suam hic Propheta Christum appellauit; quandoquidem cùm nostra assumpsit, conformes nos gloriæ suæ reddidit. In eo igitur cantandum & psallendum ait, id est, cum laude celebrandum. Quid porrò in Christo cele-

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὠδὴν ψαλμοῦ τὴν ἐν συνέσει δοξολογίαν λέγει· τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς ἑξῆς δειχθήσεται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ἡ παρουσία τοῦ κυρίου ἡ εἰς τὰ ἔθνη γενομένη κηρύττεται. ἤδη δὲ τῶν στίχων τούτων τὴν ἑρμηνείαν ἐν τῷ νθ ψαλμῷ τεθείκαμεν.

β'. ΕΤΟΙΜΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ Ο ΘΕΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ τοῦ σωτηρίου μακαρισμοῦ γενόμενος ἄξιος, δι' οὗ εἴρηται· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. εἴποι ἂν θαῤῥῶν τῇ ἑαυτοῦ καθαρότητι· ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ θεός. Ὁ προφήτης οὖν τὰ φίλα καὶ συγγενῆ τῷ ἁγίῳ πνεύματι δι' ἐναρέτων ἔργων ἐπιτελέσας, τῷ τούτων δοτῆρι θεῷ τὴν προκειμένην εὐχὴν ἀναπέμπει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μακάριον ἑτοιμάζειν θεῷ τὴν καρδίαν· ἕξει γὰρ αὐτὸν ὁ ἑτοιμάζων ἔνοικον. ἐπειδὴ δὲ τὸν λόγον ὁ προφήτης δισσοῖ, ἄρα διπλῆν αὐτῷ τὴν ἑτοιμασίαν προσφέρειν ὀφείλομεν. Καὶ καθάπερ οἱ βασιλέα μέλλοντες ὑποδέχεσθαι ἑτοιμάζουσι τὸν οἶκον, πρῶτον μὲν ἐκκαθαίροντες, δεύτερον δὲ σκεύη ἐν αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀποτιθέμενοι· οὕτω καὶ ἡμεῖς διπλῆν ἑτοιμασίαν τῷ θεῷ παρασκευάζειν χρήζομεν· μίαν μὲν καθαίροντες τὸν τῆς καρδίας ναόν· δεύτερον δὲ ἀρετὰς αὐτῇ καὶ πράξεις ἀγαθὰς ἐπεισφέροντες. οὕτω γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς οὐκ ἐνδημήσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγχρονίσει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δόξα δὲ αὐτοῦ ἡ θεωρητικὴ καὶ πρακτικὴ ἕξις, καθ' ἣν διάκειται πρὸς τὴν ἠθικὴν καὶ διανοητικὴν ἀρετήν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δόξαν ἑαυτοῦ ὁ προφήτης τὸν Χριστὸν προσηγόρευσεν· ἐπειδὴ, συμμόρφους ἡμᾶς τῆς δόξης τῆς οἰκείας, ἀναλαβὼν τὰ ἡμέτερα πεποίηκεν. Ἐν τούτῳ τοίνυν ᾄδειν καὶ ψάλλειν φησὶ, τουτέστι, σὺν αἰνέσει δοξολογεῖν. τί δὲ ἐν τῷ Χριστῷ δοξολογεῖν

Digitized by Google

λογεῖν καὶ ψάλλειν; τὰ περὶ αὐτοῦ δηλονότι μυστήρια.

γ΄. ΕΞΕΓΕΡΘΗΤΙ Η ΔΟΞΑ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πόθεν; ἐκ τῶν ταπεινῶν τῆς ἀνθρωπότητος μυστηρίων, ἐκ τῶν νεκρῶν οὓς κατελθὼν ὁ Χριστὸς ἐπεσκέψατο· ἐκεῖθεν αὐτὸν ἐξαναστῆσαι, ἵνα καὶ ἀναληφθῇ, ὡς μελλόντων ἡμῶν κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς δόξης τῆς εἰς οὐρανοὺς βούλεται. Οὐδὲ γὰρ μόνον συνήγειρεν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ συνεκάθισεν ἐν δεξιᾷ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Παλαιὰν ἐνταῦθα καὶ καινὴν διαθήκην ἐξεγερθῆναι, εἰς τὰς περὶ θεοῦ μαρτυρίας παρακαλεῖ, ὥστε δι᾽ αὐτῶν πιστωθῆναι τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν. ἡ μὲν γὰρ προλέγει τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς τόπους· ἡ δὲ ἐπὶ τῆς ἱστορίας τὰ προλεχθέντα δείκνυσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μήποτε τὰς δυνάμεις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος διεγείρει διὰ τὴν μέλλουσαν εἰς αὐτὸν γίνεσθαι τοῦ θείου πνεύματος ἐπίπνοιαν. Καὶ κατὰ διάνοιαν μὲν ἐκλαμβανόντων ἡμῶν, τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι᾽ ὧν ὁ νοῦς ἀνακρούεται ὅτε δ᾽ ἂν βούληται. ψαλτήριον δὲ τὰς ἀσωμάτους καὶ λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις· ἃς δὴ παρασκευάζων εἰς τὴν τοῦ πνεύματος ὑποδοχήν φησιν· ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα.

ΕΞΕΓΕΡΘΗΣΟΜΑΙ ΟΡΘΡΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἷς ἀνέτειλε τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, πρὸς κύριον ὀρθρίσαντες, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες, πλήττοντες τὸ ψαλτήριον, καὶ κρούοντες τὴν κιθάραν, μελῳδοῦσι τῷ πανσόφῳ θεῷ, εὐρύθμως καὶ ἐναρμονίως τοὺς ὕμνους ἀναπέμποντες.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὄρθρον καλεῖ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐνανθρώπησιν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων στόμασιν ὁ μακάριος ᾄδει Δαβίδ, καὶ τὰς θείας εὐεργεσίας ὑμνεῖ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀπόκρισιν εἰσήγαγε τοῦ Χριστοῦ τῇ δεήσει τοῦ προφήτου συμβαίνουσαν· ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξεγερθῆναι ἱκέτευσεν εἰπὼν, ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου. ὁ δὲ καὶ τὸν καιρὸν, καθ᾽ ὃν οἰκονομεῖν μέλλει τοῦτο, κατήγγειλεν· Ἐξεγερθήσομαι γάρ, φησιν, ὄρθρου. ἐξ αὐτῆς λέξεως τὸ τῷ Λουκᾷ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἱστορημένον φθεγξάμενος· ὄρθρου βαθέος ἦλθον γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοί-

brandum & psallendum? vtique mysteria ipsius.

CATENA PATRVM.

3. EXVRGE GLORIA MEA.] HESYCHII. Vnde? Ex humilibus humanitatis mysterijs, ex ipsis mortuis quos descendens Christus visitauerat: inde vult ipsum exurgere, vt etiam ascendat, quò & nos quoque cælestis eius gloriæ participes euadamus. Non solùm enim nos consuscitauit, sed etiam consedere fecit in dextera sua in cælestibus.

EIVSDEM. Prouocat hoc loco vetus ac nouum Testamentum, vt exurgat ad testimonia de Deo proferenda, vt per ea Christi resurrectio confirmetur. Illud enim prædicit tempora & loca; hoc verò in historia quæ prædicta fuerant ostendit.

Vtrumque testamentum Deo testimonium prabet.

EVSEBII. Fortassis animæ corporisque sui vires excitat propter diuini spiritus adspirationem ipsi adfuturam. Ac nobis quidem hæc secundùm intelligentiam sumentibus, membra corporis ac sensuum instrumenta sunt illa, quibus mens quandocumque voluerit pulsatur. Psalterium verò intelligit incorporeas ac rationales animæ facultates; quas vtique præparans ad spiritus susceptionem ait: *Exurge psalterium & cithara.*

Psalterium mentis, citharacorporis instrumenta designat.

EXVRGAM DILVCVLO.] DIDYMI. Hi quibus lux vera exorta est, ad Dominum diluculo vigilantes, tamquam in die honestè ambulantes, psalterium ferientes, & citharam pulsantes, sapientissimo Deo dulciter canunt, ordinatè ac concinnè hymnos offerentes.

Diluculo psallendum.

THEODORETI. Diluculum vocat Dei ac Saluatoris nostri incarnationem. Ex illo enim per totum terrarum orbem in omnium hominum linguis beatus Dauid canit; diuinaque beneficia laudibus celebrat.

Diluculum vocat tempus incarnationis Christi.

HESYCHII. Responsionem Christi introduxit Prophetæ petitioni congruentem: hic enim illum rogauerat vt exurgeret dicens, *Exurge gloria mea.* Ipse autem etiam tempus annuntiauit, quo istud erat dispensaturus: *Exurgam* enim, inquit, *diluculo.* Iisdem ferè verbis quibus Lucas historiam resurrectionis commemorat dicens: *Valdè diluculo venerunt mulieres ad monumentum, portantes quæ parauerant*

Luc. 24, 1.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

uerant aromata : quibus etiam reliqua de resurrectione Saluatoris subiunxit.

5. QVIA MAGNA EST SVPER CÆLOS.] THEODORETI. Cælorum, inquit, sinus pleni sunt misericordiæ tuæ, & vsque ad nubes pertingit veritas tua, & omnia cum gratijs tuis sunt ô Domine; quandoquidem veritatis tuæ radij vbique penetrarunt.

Misericordia Dei super cælos.

HESYCHII. Misericordia & veritas sunt dispensationis Christi mysterium; ita vt Propheta etiam alibi dicat: *Misericordia & veritas obuiauerunt.* Per Verbi enim incarnationem Christi diuinitas & humanitas in vnum conuenerunt. Verumtamen misericordia quidem incarnati Verbi diuinitati congruit (ipsa enim figmenti sui miserta fuit) veritas verò carni. (Siquidem non secundùm imaginationem, vt quidam hæretici sentiunt, sed secundùm veritatem Deus Verbum carnem assumpsit.) Hoc enim ad explicationem & confirmationem Dauid iterùm dixit, *Veritas de terra orta est*, humanitatem Domini intelligens; quæ de terra nostra, scilicet humanæ naturæ, orta est. Magna igitur supra cælos est Christi diuinitas propter gloriam, quâ à proprijs virtutibus glorificatus fuit: in terra enim minimè noscebatur, & carne obumbrabatur.

Psal. 84, 11.

Misericordia & veritas obuiauerunt in Christi Incarnatione.

Psal. 84, 12.

6. EXALTARE SVPER CÆLOS DEVS.] EVSEBII. Obsecro precorque hanc citò adesse gratiam quâ & te altissimum Deum in cælis celebratum noscamus, & tuam gloriam super omnem terram reddas manifestam: hoc enim facto liberabuntur dilecti tui à dura seruitute, atque captiuitate quam perpessi sunt subacti.

HESYCHII. Viden' vt Dauid Christi ascensionem prædicens, priùs nubium fecerit mentionem? Ecce enim etiam nunc quid simile proponitur, nempe vt exaltetur Deus super cælos celebratus; licet semper in sublimibus existat, vti ait Isaias: *Sanctus Dominus qui in altis habitat.* Dauid verò sic: *Tu solus Altissimus super omnem terram.* Verumtamen exaltationem vocat vnigeniti cum carne in cælos ascensum.

Isaiæ 33, 5.

Psal. 82, 19.

7. VT LIBERENTVR DILECTI TVI.] DIDYMI. Non aliter hi qui dilectione tuâ digni sunt à possidentibus vel etiam circumstantibus ipsos inimicis liberari

μασαι ἀρώματα· οἷς καὶ τὰ ἄλλα τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἐπήγαγεν.

ε. ΟΤΙ ΜΕΓΑ ΕΠΑΝΩ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὰ κύτη, φησὶ, πλήρη τῶν οὐρανῶν τοῦ σοῦ ἐλέους, καὶ μέχρι τῶν νεφελῶν ἥκει σου ἡ ἀλήθεια, καὶ πάντα μετὰ τῶν σῶν χαρίτων ὦ δέσποτα· ἐπεὶ καὶ τῆς ἀληθείας σου αἱ ἀκτῖνες πανταχόσε διέδραμον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔλεος καὶ ἀλήθεια τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον· ὥστε τὸν προφήτην τοῦτον ἀλλαχόσε λέγειν· Ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν. εἰς ἓν γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ θεότης καὶ ἀνθρωπότης τῇ τοῦ λόγου σαρκώσει κατέστησαν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἔλεος ἁρμόττει τῇ τοῦ σαρκωθέντος λόγου θεότητι (αὐτὴ γὰρ τὸ πλάσμα τὸ οἰκεῖον ἐλέησεν) ἡ ἀλήθεια δὲ τῇ σαρκί. (Οὐ δὲ γὰρ κατὰ φαντασίαν, ὥς τινες τῶν αἱρετικῶν δοκοῦσιν, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν ὁ θεὸς Λόγος σεσάρκωται.) Τοῦτο γὰρ εἰς ἑρμηνείαν καὶ σύστασιν ὁ Δαβὶδ πάλιν ἔλεγεν, ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε, τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ κυρίου λέγων· τὴν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γῆς, δηλαδὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀνατείλασαν. μέγα τοίνυν ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ θεότης διὰ τὴν δόξαν, ἣν παρὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων ἐδοξάζετο· ἐπὶ γῆς γὰρ ἠγνοεῖτο, καὶ τῇ σαρκὶ συνεσκιάζετο.

ϛ'. ΥΨΩΘΗΤΙ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ Ο ΘΕΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἱκετεύω καὶ δέομαι τάχος ἐπιστῆναι τὴν χάριν καὶ σὲ τὸν ὕψιστον θεὸν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑμνούμενον γνωσθῆναι, καὶ τὴν σαυτοῦ δόξαν φανερὰν ποιῆσαι ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· τούτου γὰρ γινομένου ῥυσθήσονται οἱ ἀγαπητοί σου ἀπὸ τῆς πικρᾶς δουλείας, καὶ αἰχμαλωσίας ἣν πεπόνθασιν ὑποχείριοι γενόμενοι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεωρεῖς ὅτι τὴν Χριστοῦ τὴν ἀνάληψιν ὁ Δαβὶδ προφητεύων, τῶν νεφελῶν ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσεν; Ἰδοὺ γὰρ καὶ νῦν ὅμοιον ὑποτίθεται, ὑψωθῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς πρεσβευόμενος· καίτοι διαπαντὸς ἐν ὑψηλοῖς ὄντα, κατά φησιν ὁ Ἡσαΐας· Ἅγιος κύριος ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν. καὶ Δαβὶδ δὲ οὕτως· Σὺ μόνος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. ἀλλ' ὕψωσιν ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς τοῦ θεοῦ καλεῖ τὴν εἰς οὐρανὸν τοῦ μονογενοῦς μετὰ σαρκὸς ἄνοδον.

ζ'. ΟΠΩΣ ΑΝ ΡΥΣΘΩΣΙΝ ΟΙ ΑΓΑΠΗΤΟΙ ΣΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐκ ἄλλως οἱ ἄξιοι τοῦ ὑπὸ σοῦ ἀγαπᾶσθαι ῥυσθεῖεν ἀπὸ τῶν κατεχόντων πολεμίων ἢ καὶ τῶν περιεστώτων αὐτοὺς,

αὐτοὺς, ἢ σοῦ σώσαντος τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπακούσαντος ἐμοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβευομένου.

Ἡσυχίου. Ἀγαπητοὶ τοῦ Θεοῦ οἱ σωθέντες αὐτοῦ διὰ τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸ γένος τὸ ἡμέτερον ἄνθρωποι· οὕσπερ καὶ ἀνυψωθεὶς εἰς οὐρανὸν ἀπὸ τῆς ἀρχαίας αἰχμαλωσίας ἐῤῥύσατο· καθά φησιν ὁ Παῦλος, ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις. Δεξιὰν δὲ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὸ πνεῦμα προσαγορεύων τὸ ἅγιον· ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ δάκτυλος ὀνομάζεται, ὡς τῆς Τριάδος μίαν ἐχούσης οὐσίαν δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν. Σωθῆναι τοίνυν ἡμᾶς ὁ προφήτης καὶ ἐπακουσθῆναι παρακαλεῖ τῷ πνεύματι, ἵνα πνευματικοὶ γενώμεθα καὶ τῆς χάριτος τῆς ἐκεῖθεν κατερχομένης μέτοχοι. Ἀπὸ γὰρ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων προσώπου τὰ εἰρημένα προσάγεται.

η. Ο ΘΕΟΣ ΕΛΑΛΗΣΕΝ ΕΝ ΤΩ ΑΓΙΩ ΑΥΤΟΥ.] Εὐσεβίου. Τίς ἦν ὁ ἅγιος αὐτοῦ ἢ ὁ μονογενὴς παῖς, ὁ ὢν ἀληθῶς ἅγιος καὶ ἀγαπητός· δι' οὗ τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἀποδοθεῖσαν εὐχὴν αὐτοῖς ὁ Θεός. Πρὸς μὲν οὖν τὴν εὐχὴν τὴν φήσασαν, ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός, ἀποκρίνεται λέγων, ὑψωθήσομαι. πρὸς δὲ τὸ, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, πάλιν ἀποκρίνεται τὰ ἀκόλουθα ἀπὸ τοῦ, καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἡσυχίου. Ὁ Χριστὸς ἐν τῷ χορῷ τῶν Ἀποστόλων δῆλον. Δηλοῖ δὲ τὰ ἑπόμενα, ἐν οἷς τὸν κύριον περὶ πόδα τῆς τοῦ προφήτου δεήσεως ἀποκρινόμενον ἔγραψεν.

Διδύμου. Ὠμίασις ἑρμηνεύεται Σίκιμα, ἔργων σύμβολον οὖσα. Ὑψωθεὶς οὖν ὁ κύριος (ὡς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀναβεβηκὼς) διεμέρισε τῶν ἀνθρώπων τὰ ἔργα, ὡς τὰ μὲν δικαιῶσαι τὰ δὲ ἀποδοκιμάσαι· κριτὴς γὰρ δίκαιός ἐστιν.

Ἡσυχίου. Τούτοις τοῖς ὀνόμασι τὴν δωρεὰν χαρακτηρίζει τοῦ πνεύματος· κοιλάδα μὲν τῶν σκηνῶν, τῶν ἐκκλησιῶν δηλονότι, τυγχάνουσαν· ἐπειδὴ τὴν τῶν νοητῶν ὑδάτων συναγωγὴν, φημὶ δὴ τοῦ Βαπτίσματος, ἐν τῇ κοιλάδι ταύτῃ τῇ χορηγίᾳ τῇ τοῦ πνεύματος κέκτηνται· περὶ οὗ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Δαβίδ, καὶ αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον· ἐπειδὴ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὁ καρπός. Σίκιμα δὲ ὠμίασις ἑρμηνεύεται, τουτέστιν ἐξοχή· τοῦτο γὰρ ὁ ὦμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ δηλοῖ· ὅθεν περὶ τοῦ Σαοὺλ φησίν, Ὑψηλὸς ὑπερωμίαν καὶ ἐπάνω.

possunt, nisi te per dexteram tuam seruante, & me pro ipsis rogantem exaudiente.

HESYCHII. Dilecti Dei sunt illi homines qui per eius in genus nostrum dilectionem seruati sunt, quos etiam in cælum exaltatus ab antiqua captiuitate liberauit; quemadmodum Paulus ait, *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Dexteram verò Dei non quis aberrauerit Spiritum sanctum intelligens; quandoquidem hic quoque Dei digitus nominatur, quippe Trinitate vnam substantiam & virtutem & operationem habente. Rogat igitur Propheta vt nos saluemur & à Spiritu exaudiamur, quo spiritales gratiæque inde promanantis participes euadamus. Prædicta enim rogat ex communi hominum persona.

Ephes. 4, 8.

Spiritus sanctus dextera & digitus Dei dictus.

8. DEVS LOCVTVS EST IN SANCTO SVO.] EVSEBII. Quis erat Sanctus eius nisi Filius vnigenitus, qui est reuerà Sanctus ac dilectus; per quem Deus ipsis ad dictam orationem responsum dedit. Itaque ad orationem illam quâ dicit, *Exaltare super cælos Deus*, respondet dicens, *Exaltabor.* Ad illud autem, *Et super omnem terram gloria eius*, rursus conformia reponit ab illo versu, *Et diuidam Sicima*, &c.

Christus est Sanctus Dei.

HESYCHII. Christus nempe in choro Apostolorum. Hoc verò sequentia declarant, in quibus descripsit Dominum ex tempore petitioni Prophetæ respondentem.

DIDYMI. Sicima interpretatur humeratio, cùm sit symbolum operis. Dominus igitur exaltatus (vtpote qui in crucem ascenderit) diuisit opera hominum, ita vt alia quidem iustificentur, alia verò reprobentur: iustus enim iudex est.

Sicima quid interpretetur.

HESYCHII. Hisce nominibus designat donum Spiritus: quod quidem vallis est tabernaculorum, scilicet Ecclesiarum; quandoquidem spiritalium aquarum congregationem, Baptismatis inquam, in valle hac Spiritu suppeditante possideant. De quo alibi Dauid ait, *Et valles abundabunt frumento*; cùm hic sit salutis nostræ fructus. Ceterùm *Sicima* interpretatur *humeratio*, id est excellentia: hoc enim humerus in diuina Scriptura significat; vnde de Saüle ait, *Ab humero & supra excelsus.*

Psal. 64, 14.

1. Reg. 9, 2.

Quid

CATENA PATRVM.

Quid autem Spiritu sublimiùs? vel qualis celsitudo par aut æqualis reperiri possit muneri isti, quod Christus exaltatus distribuit? Sed & metitur, id est, ad mensuram diuidit. Nam vnicuique manifestatio Spiritus tribuitur prout conducit.

Evsebii. Hanc igitur, inquit, vallem, id est vniuersum orbem humanum, in tabernacula dimetiar. Tamquam Geometra describens eos, dimetiar in tabernacula secundùm omnem ciuitatem, & regionem, & villam: & rursus tabernacula mihi ipsi dimetiens, & regionem mensurans, id est eas quæ vbique sunt Ecclesias.

Quid Galaad, Manasses & Ephraëm interpretentur.

Didymi. *Galaad* transmigratio, *Manasses* autem obliuio, *Ephraëm* fertilitas interpretatur. Dixerit itaque Saluator, *Meus est Galaad, & meus est Manasses*, à prauitate ad veritatem, vel à malitia ad virtutem, vel à terra in cælum transmigrans: meus est etiam is qui omnem bonorum memoriam transgreditur, & ab hac natus est. Qui enim post obliuionem in memoriam redit, Manasses existit; id est, ab obliuione abstinet, & obliuionem deserit, per quam bonorum Dei oblitus fuerat. Porrò Iudam ait esse Regem suum. Manifestum est autem secundùm Apostolum, ex Iuda Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum exortum fuisse, à quo genus regium constitutum fuit. Ceterùm hic sermo in his etiam recenset Ephraëm & Iudam; quandoquidem omne genus Iudæorum in duo Regna distribuebatur; vaticinans non ampliùs fore hoc dissidium, sed vniuersæ Gentis vnionem exturam. Hæc autem impleta fuerunt sub aduentum Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi. Istis enim temporibus vniuersa Gens Iudæorum non ampliùs in duo Regna diuisa erat. Quapropter etiam similiter Saluator prædicabat Euangelium Regni; & ad omnes Tribus eorum discipulos suos emisit.

Eivsdem. Ceterùm Iudas quoque Rex eius est; non quòd ipsi imperet, sed quòd, cùm Rex esset, eum sibi ipsi appropriauit. Talis autem est Dauid, vel fortè omnis confitens beneficia. *Iudas* enim confessio interpretatur.

Iudas confessio interpretatur.

10. Moab lebes spei meæ.]

Τί δὲ τοῦ πνεύματος ὑψηλότερον; ἢ ποία τίς ὑπεροχὴ κατὰ τὴν δωρεὰν τὴν ἐκεῖθεν εὑρίσκεται, ἣν ὑψούμενος ὁ Χριστὸς διαμερίζει; Ἀλλὰ μὴν καὶ διαμετρεῖ, τουτέστι, πρὸς μέτρον διαιρεῖ. Ἑκάστῳ γὰρ ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον δίδοται.

Εὐσεβίου. Ταύτην τοίνυν, φησὶ, τὴν κοιλάδα, τουτέστι πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην, εἰς σκηνὰς διαμετρήσω. ὥσπερ χωρομετρῶν καὶ καταγράφων αὐτοὺς, διαμετρήσω εἰς σκηνὰς κατὰ πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν, καὶ κώμην· καὶ πάλιν σκηνὰς ἐμαυτῷ διαμετρῶν, καὶ χωρομετρῶν, τουτέστι τὰς ἁπανταχῆ ἐκκλησίας.

Διδύμου. Γαλαὰδ μετοικισμὸς, Μανασσῆς δὲ ἀπὸ λήθης, Ἐφραὶμ καρποφορία ἑρμηνεύονται. Ἐρεῖ οὖν ὁ σωτὴρ, Ἐμός ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς, ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, ἢ γῆς εἰς οὐρανὸν μετοικιζόμενος· ἐμός ἐστι καὶ ὁ λήθην τῶν καλῶν πᾶσαν ὑπερβὰς, καὶ ἀπὸ ταύτης γεγενημένος. Ὁ γὰρ μετὰ λήθην εἰς μνήμην ἐρχόμενος, Μανασσῆς ἐστι· τουτέστι, ἀπὸ λήθης ἀφεὶς, καὶ καταλιπὼν τὴν λήθην, καθ' ἣν ἐπελέληστο θεοῦ τῶν ἀγαθῶν. Τὸν Ἰούδαν δὲ βασιλέα ἑαυτοῦ εἶναι λέγει. πρόδηλον δὲ ὅτι κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐξ οὗ συνέστη τὸ βασίλειον γένος. Συνάγει δὲ ἐν τούτοις ὁ λόγος τὸν Ἐφραὶμ καὶ τὸν Ἰούδαν· ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν διῃρεῖτο τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος εἰς δύο βασιλείας· προφητεύων μηκέτι ἔσεσθαι τὴν διάστασιν ταύτην, ἀλλ' ἕνωσιν τοῦ παντὸς ἔθνους. Ἐπληροῦντο δὲ καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἦν γοῦν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τὸ πᾶν ἔθνος τῶν Ἰουδαίων οὐκέτι εἰς δύο βασιλείας διῃρημένον. διὸ καὶ ὁμοίως ἐκήρυττεν ὁ σωτὴρ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας· καὶ εἰς πάσας τὰς φυλὰς αὐτῶν τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἐξαπέστειλε.

Τοῦ αὐτοῦ. Καὶ Ἰούδας δὲ βασιλεύς αὐτοῦ ἐστιν· οὐ τῷ βασιλεύειν αὐτοῦ, ἀλλὰ τῷ, βασιλέα ὄντα, προσοικειώσασθαι ἑαυτῷ. τοιοῦτος δὲ ὁ Δαβὶδ, ἢ τάχα πᾶς ἐξομολογούμενος ἐφ' οἷς κατώρθωσεν. Ἰούδας δέ ἐστιν ἐξομολόγησις ἑρμηνευόμενος.

ι. Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.]

Διδυ-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ μὲν οὖν Μωάβ, διὰ τὸ κολαστικὸς εἶναι τῶνδε τῶν παραδεδομένων ὑπὸ τοῦ κυρίου, τῆς ἐλπίδος λέβης ἐστίν. ὁ δὲ λέβης τῶν προφητῶν πολλαχοῦ σημαίνει κόλασιν. Ἐπεὶ οὖν χρηστῇ προθέσει αἱ κολάσεις ἐπάγονται, ἐλπίδα ἀγαθὴν διαδεχομένην ἔχουσαι, λέβης ἐλπίδος καὶ προσδοκία ἀγαθῶν ἐστιν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Διὰ τοῦ Μωὰβ τὰ ἔθνη αἰνίττεται· λέβητα δὲ ἐλπίδος αὐτὰ καλεῖ, τουτέστι θερμαίνοντας καὶ ἀναζωπυροῦντας τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα. πῶς δὲ θερμαίνοντας; τῷ νοητῷ πυρὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος. πυρὶ γὰρ ὁρᾷς τὸν λέβητα θερμαινόμενον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σαφέστερον δὲ τὴν διάνοιαν ἡρμήνευσεν ὁ Ακύλας καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· παρ' οἷς εἴρηται, Μωὰβ λέβης τοῦ λουτροῦ μου· τουτέστι, δοχεῖον τοῦ λουτροῦ μου· ὁ δὲ Σύμμαχος· ἔσται, φησὶν, ὁ Μωὰβ λέβης ἀμεριμνίας μου. Οἶδα δὲ ἐγὼ ἀκούσας λόγον ἐν ἀπορρήτῳ παραδεδομένον ὑπό τινος ἑβραίου εἰς τοὺς τόπους· μυστικῶς γὰρ ἔφασκε δηλοῦσθαι διὰ τῶν προκειμένων τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γένεσιν ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Μωὰβ παραληφθεῖσαν διὰ τὴν Μωαβῖτιν Ῥούθ, ἀφ' ἧς γίνεται καὶ Δαβὶδ ὁ βασιλεύς· οὗ ἐκ σπέρματος τὸ κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ γεγένηται, ὁ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα καὶ τὸ λουτρὸν, τὸ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, παρεληλυθώς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δοκεῖ μοι ὁ θεὸς διὰ τούτων καὶ τῷ Μωὰβ ἐπαγγέλλεσθαι τὴν χάριν τῆς κλήσεως, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Ἐπειδὰν δὲ τῷ Μωὰβ τοιαῦτα ἐπαγγέλληται, ἡμῖν καταλιμπάνει νοεῖν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν τὰ ὅμοια. Ὅτε γὰρ ἡ προφητεία τοὺς Μωαβίτας προσίεται, τοὺς πάλαι ἀπηγορευμένους, δῆλον ὅτι, δι' ἐκείνων καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφει.

ΕΠΙ ΤΗΝ ΙΔΟΥΜΑΙΑΝ ΕΚΤΕΝΩ ΤΟ ΥΠΟΔΗΜΑ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τουτέστιν, ἐπιβήσομαι καὶ ἐμπεριπατήσω τοῖς ἔθνεσιν. Ἰδουμαῖοι γὰρ ἦσαν οἱ ἀπὸ τοῦ μεμισημένου Ἠσαῦ· περὶ οὗ λέλεκται, Οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἠσαῦ τοῦ Ἰακώβ, λέγει κύριος; καὶ τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα· Ἐπιβαλῶ οὖν, φησι, τὸ ὑπόδημά μου, οὐκέτι ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν, οὐδὲ ἐπὶ μόνα τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀλλ' ἐπ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν τοῦ μεμισημένου χώραν. Ἐπιβήσομαι οὖν τοῖς

CATENA PATRVM.

Moab lebes spei.

DIDYMI. Moab igitur, eò quòd vindex esset eorum qui traditi sunt à Domino; spei lebes est. Lebes autem Prophetarum sæpenumerò vindictam significat. Cùm igitur bono affectu pœnæ infligantur, spem bonam habentes subsequentem, lebes spei quoque est expectatio bonorum.

Moab quid designet.

HESYCHII. Per Moab Gentes insinuat: lebetem verò spei ipsas vocat; id est calefacientes & resuscitantes spem in ipsum. Quomodo autem calefacientes? vtique spiritali igne inoperationis Spiritus sancti. Lebetem enim vides igne calefieri.

EVSEBII. Manifestiùs autem hunc sensum interpretatus est Aquila & Quinta editio; à quibus dicitur, *Moab lebes lauacri mei*; id est, receptaculum lauacri mei: Symmachus verò, *Erit*, inquit, *Moab lebes tranquillitatis meæ.* Ceterùm scio me audiuisse sermonem in arcano traditum à quodam Hebræo ad hæc loca: mysticè enim dicebat per proposita declarari generationem Christi secundùm carnem ex genere Moab assumptam per Moabitidem Ruth, ex qua etiam Dauid Rex genitus est: ex cuius semine secundùm carnem oriundus est Christus Dei, qui etiam ad Ioannis Baptisma & lauacrum, quod in Iordane erat, accessit.

EIVSDEM. Videtur mihi Deus per hæc etiam Moabo annuntiare gratiam vocationis, non aliter quàm per lauacrum regenerationis. Cùm autem de Moab istiusmodi annuntiet, nobis relinquit etiam similia de ceteris Gentibus cogitanda. Quando enim Vaticinium admittit Moabitas, qui olim erant repudiati, manifestum fit, quòd per illos etiam ceteris Gentibus spes bonas tribuat.

IN IDVMÆAM EXTENDAM CALCEAMENTVM.] EVSEBII. Id est, Ascendam & ambulabo inter Gentes. Idumęi enim erant ex Esau illo exoso; de quo dictum est, *Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus?* Et: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Proijciam* igitur, inquit, *calceamentum meum*, non amplius in Israël, neque in Iudæam terram, neque in solam Hierosolymam, verùm etiam in illam ipsam exosi regionem. Superueniam igitur ijs qui olim

Idumæi ex Esau oriundi.

Rom. 9, 13.

CATENA PATRVM.

inimici erant, collocans illos in regione amicorum.

Idumaea quid designet.

DIDYMI. Si persona Saluatoris fuerit quæ hæc dicit; cùm *Idumæa* sumatur pro *terrena*; dicet se super terram & res terrenas iter facturum. Calceamentum enim symbolum est itineris occulti. Olim siquidem aperto itinere vtebatur creando, prouidendo; nunc autem cum carne quâ amictus est; quæ & calceamentum ipsius existit.

HESYCHII. Christus ostendit quomodo Gentium Ecclesiam coram Israël sibi subiectam fecerit, vsque ad illas quoque calceamentum suum extendens, id est Euangelium: quod insinuans Ioannes Baptista dixit, *Venit post me, cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti*. Nondum enim aderat tempus enuntiandi Euangelium. Sic verò etiam Paulus illud appellat: ait enim: *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis*. Idcircò igitur alienigenas, scilicet eos qui sunt ex Gentibus, Iesus sibi subiecit, & tamquam subditos in Israëlis hereditatem introduxit.

Ioan. 1, 27.

Ephes. 6, 15.

Alienigenæ Christo subiecti.

MIHI ALIENIGENÆ SVBDITI SVNT.] EVSEBII. Pro quo Aquila quidem ait, *Super Phylistæos consociabor*; Quinta verò editio, *Super alienigenas honorabor*; Psalmus verò quinquagesimus nonus, *Mihi alieni subditi sunt*. Notitiæ autem Dei & amicitiæ & societatis & dilectionis signum est, ipsi subijci illos qui olim intractabiles, & alieni quidem à Deo, subditi verò erant prauis dæmonibus.

Ecclesia ciuitas circumstantiæ.

11. QVIS ADDVCET ME IN CIVITATEM CIRCVMSTANTIÆ?] HESYCHII. Ciuitatem circumstantiæ vocat Ecclesiam: in illa enim continentur vniuersa Christi mysteria; & lex & Prophetæ in eadem quoque politia comprehenduntur. Eamdem verò etiam appellat Idumæam.

DIDYMI. Cùm hic Propheta de Gentium vocatione talia inaudiuisset, quin imò etiam didicisset illa quæ de Iudaica Gente dicta sunt in Psalmo quinquagesimo nono, & cognouisset alienigenas & allophylos Deo subijciendos, eique amicos fore; beatos quidem prædicat eos qui horum experimentum capere digni fuerint; optat autem etiam ipse ex illis esse. Quis igitur, inquit, adducet

πάλαι ἐχθροὺς, ἐν χώρᾳ φίλων κατατάξας αὐτούς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ πρόσωπον εἴη τοῦ σωτῆρος τὸ ταῦτα λέγον· ἐπεὶ μεταλαμβάνεται Ἰδουμαία εἰς τὸ γήϊνον· ἐρεῖ ὅτι ἐπὶ τὴν γῆν καὶ τὰ γήϊνα πορείαν ποιήσεται. Σύμβολον γὰρ κεκαλυμμένης πορείας τὸ ὑπόδημα. Πάλαι μὲν ἐν γυμνῇ τῇ πορείᾳ ἐχρῆτο κτίζων, προνοούμενος· νῦν δὲ μετὰ σαρκὸς ἧς περιέχεται· ἣ καὶ ὑπόδημα αὐτοῦ τυγχάνει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δείκνυσιν ὁ Χριστὸς ὅπως τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ἔμπροσθεν τοῦ Ἰσραὴλ ὑποταγεῖσαν ἐποίησεν, ἐκτείνας καὶ μέχρις αὐτῶν τὸ ὑπόδημα, δηλαδὴ τὸ Εὐαγγέλιον· ὅπερ αἰνιττόμενος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἔλεγεν, Ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ. Οὔπω γὰρ εἶχε καιρὸν ἐκφωνηθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον. Οὕτω δὲ αὐτὸ καλεῖ καὶ Παῦλος· φησὶ γάρ· Ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. διὰ τοῦτο τοίνυν αὐτῷ τοὺς ἀλλοφύλους, δηλαδὴ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὁ Ἰησοῦς ὑπέταξε, καὶ ὡς ὑποταγέντας εἰς τὴν τοῦ Ἰσραὴλ κληρονομίαν συνήγαγεν.

ΕΜΟΙ ΑΛΛΟΦΥΛΟΙ ΥΠΕΤΑΓΗΣΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, Ἐπὶ Φυλιστιαίους συνεταιρισθήσομαι· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, Ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐντιμωθήσομαι· ὁ δὲ νθ' ψαλμὸς, Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν. γνώσεως δὲ Θεοῦ καὶ φιλίας καὶ ἑταιρείας καὶ ἀγάπης σημεῖον, τὸ ὑποταγῆναι αὐτῷ τοὺς πάλαι ἀνυποτάκτους, καὶ ἀλλοτρίους μὲν τοῦ Θεοῦ ὑποχειρίους δὲ δαίμοσι πονηροῖς.

ια'. ΤΙΣ ΑΠΑΞΕΙ ΜΕ ΕΙΣ ΠΟΛΙΝ ΠΕΡΙΟΧΗΣ;] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πόλιν περιοχῆς τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ· ἐν ταύτῃ γὰρ ὅλα περιέχεται τοῦ Χριστοῦ τὰ μυστήρια· καὶ νόμος καὶ προφῆται διὰ τῆς αὐτῆς πολιτείας περιέχονται. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ Ἰδουμαίαν καλεῖ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀκούσας ὁ Προφήτης τὰ τοσαῦτα περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, ἀλλὰ καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ νθ' ψαλμοῦ τὰ περὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εἰρημένα, γνοὺς τε ὅτι οἱ ἀλλόφυλοι καὶ ἀλλογενεῖς ὑποταγήσονται καὶ φιλιάσουσι τῷ Θεῷ· μακαρίζει μὲν τοὺς τῆς τούτων πείρας καταξιωθησομένους· εὔχεται δὲ εἶναι καὶ αὐτὸς αὐτῶν. Τίς τοίνυν, φησὶν, ὁδηγήσει με

με ἐπὶ τὴν χάριν τὴν δοθησομένην τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ σὺ ὁ θεός; οὕτω γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών, ἢ μὴ σὺ ὁ θεὸς ὁ ἀποβαλόμενος ἡμᾶς.

Ησυχιου. Μόνου τοῦ Χριστοῦ τὸν Ἰσραὴλ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ὁδηγῆσαι καθέστηκεν, ὃς ἀπώσατο τοὺς Ἰουδαίους ὡς εἰς αὐτὸν μὴ πιστεύσαντας· ἀλλ' οὐ πάντας· οὐδὲ ἐξῆλθεν αὐτῶν ἐν ταῖς δυνάμεσιν· τουτέστι, τοὺς ἐν αὐτοῖς δυνατούς, δηλαδὴ τοὺς μὴ πιστεύσαντας, οὐκ ἀπέβαλε διὰ τοὺς πιστεύσαντας.

ιγ'. ΔΟΣ ΗΜΙΝ ΒΟΗΘΕΙΑΝ ΕΚ ΘΛΙΨΕΩΣ.] Διδυμου. Οὐ γὰρ διὰ παρατάξεως ὁπλιτικῆς οὐδὲ ἀνθρωπίνης. Σύμμαχος δέ, ἐλπὶς ἡμῶν στῆναι πρὸς τοὺς μελλούσας ἐπανίστασθαι ἡμῖν θλίψεις.

Ησυχιου. Βοήθειαν ἐκ θλίψεως τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων πίστιν ἐξ ἀπιστίας προσβάλλεται. Σωτηρίαν δὲ ἀνθρώπου τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης διδασκαλίας προσδοκωμένην νόησον· οἷά τις ἦν ἡ τῶν Ἰουδαίων διδασκαλία· πρὸς γὰρ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν ἐγένετο.

ιδ'. ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΠΟΙΗΣΟΜΕΝ ΔΥΝΑΜΙΝ.] Διδυμου. Ἡμεῖς, φησίν, ἐσμὲν οἷς ἐπηγγείλω ἐπιβῆναι τοῦ σοῦ αὐτοῦ ὑποδήματι, καὶ καταξιώσειν τῆς ἑαυτοῦ ὑποταγῆς τε καὶ φιλίας. οἱ γὰρ τούτων ἀπόβλητοι γενόμενοι ὡμολόγησαν ἀπῶσθαι, διὰ τὸ μηκέτι ἐξιέναι τὸν θεὸν ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Σὺ δέ, φησίν, ὁ αὐτὸς ὢν θεός, ἀοράτῳ καὶ κρυφίᾳ χειρὶ ἐξουδενώσεις τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς.

me ad gratiam quæ danda eſt Gentibus, niſi tu Deus? ſic enim Symmachus interpretatus eſt dicens, *Niſi tu Deus qui repuliſti nos.*

CATENA PATRVM.

Hesychii. Conſtituit ſolius Chriſti eſſe Iſraëlem adducere ad Eccleſiam, qui Iudæos repulit tamquam non credentes in eum; verùm non omnes: neque egreſſus fuit in virtutibus eorum: id eſt, eos qui inter ipſos potentes erant, ſcilicet infideles, non repulit propter fideles.

13. Da nobis avxilivm de tribvlatione.] Didymi. Non enim per exercitum armatum neque humanum. Symmachus verò ait, Spes noſtra eſt conſiſtere aduerſus eos qui tribulationes nobis excitaturi ſunt.

Hesychii. Auxilium de tribulatione populo Iudæorum fidem ex infidelitate annuntiat. Salutem verò hominis intellige illam quæ ex humana doctrina expectatur: qualis erat illa doctrina Iudæorum: ad placitum enim ipſorum fiebat.

14. In Deo faciemvs virtvtem.] Didymi. Nos, inquit, ſumus quibus promiſiſti te calceamentum tuum porrecturum, & ſubiectionem atque amicitiam tuam conceſſurum. Nam illi qui repulſi ſunt confitebantur ſe ideò repelli, quia non egrediebatur Deus ampliùs in virtutibus noſtris. Tu autem, inquit, cùm idem ſis Deus, inuiſibili & occultâ manu ad nihilum rediges tribulantes nos.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Pſalmus nil noui adfert, præter ea quæ Pſalmo 96. & 99. dicta ſunt: conſtat enim ex vtriuſque partibus. Cur autem additus ſit ad alios, cùm nil noui contineat, ratio videtur fuiſſe, vt compleretur numerus centum & quinquaginta Pſalmorum; niſi ſubſit fortè aliqua ratio magis recondita, quam Bellarminus fatetur ſibi notam non eſſe.

Seruus Dei ad omnia paratus eſſe debet.

2. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*] Cur bis paratum eſſe cor ſuum dixit, niſi quocumque eum Deus vertiſſet, voluiſſetque vitam ſuam, ſiue in aduerſis ſiue in proſperis, omnia æquo animo ferre paratus erat, ad omnia flexibilis ac volubilis. Rectè S. Bernardus apud Vgonem Carenſem hîc: *Paratum*, inquit, *cor meum ad aduerſa, paratum ad proſpera; paratum ad humilia, paratum ad ſublimia; paratum tibi Domine vacare, paratum proximis miniſtrare; paratum ad omnia quæcumque præcipis: unde non ſemel, ſed ſecundò dicitur paratum.* Pergit, expendens rectè ſubjici: *Cantabo & pſallam in gloria mea: exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo.* Quia qui ita ad omnia paratus eſt, & ad modum rotæ quocumque volui poteſt, cordis pacem quietemque obtinet, veroque gaudio perfunditur; cuius indicium cantus eſt. Verba Vgonis hæc ſunt: *Qui autem habet cor ita paratum ad omnia, talis poteſt habere pacem cordis & gaudium; vnde benè poſt hæc ſubdit, Cantabo.* Sic ille. Ab hoc cantu, ab hac lætitia omninò exules ſunt qui ad omnia non ſunt parati, ſed propriæ voluntatis amatores obedientiam iugulant. Vgo quoque Victorinus lib. 2. de Clauſtro animæ cap. 21. hæc verba & hanc eiuſdem verbi repetitionem ſic expendit: *Bis*, inquit, *dicit paratum, id eſt, intus ad cogitandum recta, foris ad faciendum vtilia,*

Digitized by Google

ANNOTATIONIS CORDERII.

vtilia, interiùs in mente, & exteriùs in operatione. Sic ille. Ceterùm hæc geminatio summam animi promptitudinem declarat. Gratissima sunt obsequia parata, facilè occurrentia, vbi nulla mora est. Proprium est libenter facientis citò facere. Bonæ voluntati tantum gratiæ demitur, quantum moræ adijcitur.]

3. *Exurge gloria mea.*] Ita Psalterium Vetus & Romanum: Græcè, ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου: quod in octo facilè Codicibus M. S. reperi; in Sixtina tamen editione Septuaginta abest, nec in fonte reperitur; & S. Hieronymus ad Suniam ait apud nullum Interpretum reperiri, sed ex Psalmo 56. huc esse ab aliquo translata. Ceterùm gloriam suam vocat animam, quæ pretium hominis facit atque eximiam dignitatem: ipsa enim dat motum artubus, sensum corpori, actionibus censum & valorem, vitam & felicitatem: ipsa propriè immortalis, & vt Christi sponsa, dotali Regno beanda est, vt filia heres pronuntianda, vt Regina omni felicitate cumulanda: ipsa beatarum mentium est socia, cum Seraphinis olim & Cherubinis ante fulgens Numinis solium tripudiatura, si sponsi, si parentis optimi retinet gratiam & charitatem.

Anima est gloria hominis.

5. *Magna est super cælos misericordia.*] Sic alibi ait eam esse super omnia opera Dei; quòd præcipua sit, quòd excellat, quòd inter alia Numinis attributa mirificum splendorem vibret, quòd superemineat omnibus, & quodammodò vna dominetur. *Superexaltat misericordia iudicium,* inquit Christi frater Iacobus. In Græco est κατακαυχᾶται: hoc est, Victrix exultat, & trophæa ponit de iustitia, Deum placat, reos homines & omni supplicio dignos eripit è seueritate, in spem erigit, ad pœnitendum inflammat. Occupat quidem iustitia montes; ita enim disciplina militaris suadet, vt impetu inde maiori in certamen redeat: quod Regius quoque Vates earum rerum intelligens alibi prodidit: *Iustitia tua sicut montes Dei:* quo dicto iustitiæ diuinæ magnitudinem vimque propè inuictam & insuperabilem potentiam significare voluit: sed misericordia blandè ridens sororis suæ conatus, cum prætoria cohorte sua montes & nubes notâ celeritate præteruolat, & contendit in cælum: inde pugnat, inde iustitiam obruit, inde amoris tela promit, inde copias miserationum.

Psal. 144, 9. Iac. 2, 13. Psal. 35, 7.

8. *Exaltabor.*] Græcè, ὑψωθήσομαι: S. Augustinus legit *Exaltabo:* Vulgata, *Exultabo:* Romanum & Vetus, *Lætabor*, vt in Psalmo 59.

10. *Lebes spei meæ.*] Aquila, λουτῆρός μου: quod S. Hieronymus *peluis mea*; Symmachus, ἀμεριμνίας μου, *tranquillitatis meæ.* Vide quæ annotauimus ad Psal. 59.

IBIDEM. *In Idumæam proijciam calceamentum meum.*] Græcè, ἐκβαλῶ: Vulgata, *In Idumæam extendam calceamentum:* id est, eam mihi subijciam. Est prouerbialis locutio. Aliqui interim allusum putant ad consuetudinem olim in commutationibus & contractibus vsitatam Ruth 4. nam per calceum contrahebant, dum dabatur calceus dicis causâ, siue pro forma, vt loquuntur. *Super Idumæam igitur proijciam meum calceum:* id est, Faciam Idumæam mei iuris, redigam in meam ditionem, dominium, possessionem. Ita Genebrardus.

Calceus olim in contractibus solitus adhiberi.

IBIDEM. *Mihi alienigenæ subditi sunt.*] Græcè est ὑπετάγησαν: sic habent plerique Codices: & Apollinarius in Metaphrasi sic reddit:

Ποσὶν ὑφ' ἡμετέροις ἀλλότρια φῦλα δαμάσθη,

Pedibus sub nostris aliena Tribus subacta sunt. In libro quodam M. S. ad marginem est appositum ἐφιλίασαν: S. Hieronymus ad Suniam scribit illud quidem esse in Psalmo 59. sed in hoc apud omnes translatores reperiri ἐφιλίωσαν: aliter, ἐφιλίασαν: & Vulgata, *Amici facti sunt.* Quasi diceret: Mecum Philisthini (quos per alienigenas intelligit) in gratiam redierunt: & qui mihi tamquam victo paulò antè insultabant, nunc tamquam victori famulantur vt subditi, & vt amici gratulantur. Ex Hebræo legunt aliqui, *Super Philisthæam iubilabo*; dum scilicet Philisthini meas vires testari, & meas laudes modulari vel inuiti compelluntur. Quod si ad mores transferre velis; iubilat Deus, quoties peccatores ad se conuersos intuetur.

11. *Ciuitatem circumstantiæ.*] Ita Vetus Psalterium & Hieronymus ex Hebræo: Vulgata & Romanum, *munitam:* Symmachus, περιτετειχισμένην, *circumseptam, circummunitam.* Plura vide in Annotationibus ad Psal. 56. & 59.

IN PSALMVM CVIII. ARGVMENTVM.

1. In finem Psalmus * ipsi Dauid.

* *Abest à Vulgata vox ipsi*

α. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Psalmus hic secundùm quosdam Macchabaicus.

Nonnulli dixerunt hunc Psalmum pronuntiatum fuisse ex persona quorumdam inter Macchabæos virtutis amatorum, exulantium & eiectorum; v. g. Oniæ & ceterorum, quos à sacerdotio dimouerant, ipsum alijs vendentes. Ceterùm sanctorum virorum imprecationes vaticinia potiùs sunt & decreta: vti illud, Dispergam eos in Israël. *Videtur quidem increpatio, sed apparuit prophetia in bonum in Basa. Nam*

Gen. 49, 7.

Ἐκ προσώπου εἰρῆσθαί τὸν ψαλμὸν τινες εἶπον τῶν ἐν τοῖς Μακκαβαίοις φιλαρέτων, φευγόντων καὶ ἐλαυνομένων· οἷον Ονίου καὶ τῶν λοιπῶν ὡς τῆς ἱερωσύνης ἀπήλασαν, ἑτέροις ταύτην ἀπεμπολήσαντες. αἱ δὲ ἀραὶ τῶν ἁγίων προφητεῖαι μᾶλλόν εἰσι καὶ ἀποφάσεις· ὡς τὸ, διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ. Δοκεῖ μὲν ἀρὰ, ὤφθη δὲ προφητεία ἐπὶ καλῷ ἐν Βάσα. Αποπάρη-

Digitized by Google

παρῆσαν γὰρ οἱ ἐκ Λευῒ εἰς ἱερέας, κατὰ τὴν τοῦ δικαίου ἀπόφασιν. Ἅπας δὲ εἰς τὸν Χριστὸν ἀναφέρεται, τὸ πάθος ὑποσημαίνων, τὴν Ἰουδαίων μανίαν, τὴν Ἰούδα προδοσίαν, ὡς καὶ ὁ μέγας Πέτρος μαρτυρεῖ ἐν ταῖς πράξεσιν. Οὐκ ἐπαρώμενος δὲ ὁ Προφήτης τοιαῦτα διέξεισιν, ἀλλὰ τὰς ἐσομένας Ἰουδαίοις καὶ Ἰούδα τιμωρίας προθεσπίζων. Ἐσχημάτισαι μέντοι ὡς εὐκτικὸν τὸ προαγορευτικὸν, ὥσπερ συνήθες. Καὶ ὁ μὲν Ἀκύλας τῷ νικοποιῷ, ὁ δὲ Σύμμαχος ἐπινίκιος ἐπέγραψεν. ἐπὶ γὰρ τοῖς κατὰ τοῦ θανάτου τοῦ σωτῆρος τροπαίοις ταῖς παρούσαις κεχρῆσθαι φωναῖς διδασκόμεθα. προαποδοθήσεται δὲ ἡ κατὰ τὸ γράμμα ἀνάπτυξις, ἔπειτα ἡ ἀναγωγή.

qui ex Leui erant dispersi sunt inter sacerdotes, secundùm viri iusti oraculum. Totus autem hic Psalmus ad Christum refertur, cùm insinuet passionem, Iudæorum insaniam, Iudæ proditionem, sicut etiam magnus Petrus in Actis testatur. Ceterùm Propheta non narrat talia imprecando, sed futura Iudæis ac Iudæ supplicia prædicendo. Formatur autem hæc prædictio per modum precationis, vti mos est Scripturæ. Et Aquila quidem Victoriæ auctori, *Symmachus verò* Epinicium *inscripsit. Ipsum enim de Saluatoris aduersus mortem trophæis hisce vocibus vsum fuisse docemur. Primùm autem tradetur explicatio litteralis, deinde anagogica.*

PARAPHRASIS ANONYMI. *Psalmus hic Christi passionem & Iudæ proditionem præcinit.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

β′. Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς·

Ἀντὶ τοῦ, δέσποτα τῶν ὅλων τὸν αἶνον ἡμῶν καὶ τὴν δέησιν μὴ παρακρούσῃς, ἀλλ' εἰσάκουσον, ὡς ἔθος ἐστί σοι τῶν ἀδικουμένων ἀκούειν.

Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη.

Οὐδὲ γὰρ ἀγνοεῖς δέσποτα ὁ ποῖα ὑπὸ τῶν διαβόλων τῶν δοκούντων ὑπομένομεν οἰκείων.

γ′. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με·

Πρῶτον μὲν γάρ, φησι, δολίως μοι πάντα ἐφθέγγοντο· καὶ τῷ μίσει αὐτῶν περιετοίχισάν με, οὐκ εἰδότα οὐδὲν οὐδὲ προορώμενον.

Καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν.

Καὶ πόλεμον ἐμελέτων κατ' ἐμοῦ οὐδὲν ἀδικοῦντος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον εὐεργετοῦντος. ὅθεν ἐπιφέρει·

δ′. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με ἐνδιέβαλλόν με·

Τὰ γὰρ ἐμοῦ, φησιν, εἰς αὐτοὺς γινόμενα ἀγάπης ἦν ἄξια, οὐ μίσους καὶ διαβολῆς.

Ἐγὼ δὲ προσηυχόμην.

Ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν. τοσαύτη δέ, φησιν,

2. DEVS laudem meam ne tacueris:

Id est, Domine vniuersorum laudem ac deprecationem nostram ne repuleris, sed exaudi, sicut iniurijs affectos audire soles.

Petit à Deo exaudiri.

Quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est.

Non enim ignoras Domine qualia perpetiamur à diabolis illis qui videntur familiares.

3. Locuti sunt aduersum me linguâ dolosâ, & sermonibus odij circumdederunt me:

Contra calumniantes agit.

Primùm siquidem, inquit, dolosè mihi cuncta loquebantur; & odio suo me circumdederunt, nil scientem neque quidquam præuidentem.

Et expugnauerunt me gratis.

Et bellum meditati sunt aduersum me qui nil iniuriæ intuleram, sed è contra benefeceram. vnde subdit:

4. Pro eo vt* diligerent me detrahebant mihi:

* Vulgata me diligerent

Illa enim, inquit, quæ ipsis præstiteram amore digna erant, non odio & detractione.

Ego autem orabam.

Id est pro ipsis. Tanta autem, inquit,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

erat mea erga ipsos simplicitas, vt ipsis istiusmodi machinantibus, ego è contra pro illis rogarem. Clarum est autem id quod dicit, & minimè mentitur. Pontifex enim necessitatem habet pro omnibus deprecandi, & potissimùm pro domesticis suis.

5. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis; & odium pro dilectione mea.

Rogat aduersarijs suis vicem rependi.

Verumtamen, inquit, dum ego pro illis orabam, ipsi è contra mihi insidias & odium & mala machinabantur, pro eo quòd me diligere debuissent. Quid igitur perpetiantur? Similia inquit; quandoquidem iustæ legis tuæ ratio postulat; *Oculum pro oculo, & dentem pro dente:* & quodcumque tandem quis peccauerit, id similiter in auctorem retorqueatur. Quocircà subiungit:

Exod. 21.

In forma imprecationis futura prædicit.

6. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.

Habeant igitur, inquit, & ipsi calumniantes, & ipsos vexare & accusare minimè desistant.

7. Cum iudicatur exeat condemnatus:

Si verò, inquit, cum calumniatoribus in iudicium descenderint, causâ cadant, & condemnentur.

Et oratio eius fiat in peccatum.

Sed etsi te inuocauerint, inquit, in tempore necessitatis, res hæc in peccatum ipsis reputetur, recordando, inquit, Domine quæ anteà in nos peccauerint.

8. Fiant dies eius pauci: & Episcopatum eius accipiat alter.

Et cùm, inquit, omne peccatum adhibuerint ad consequendum Pontificatum, succide tunc potissimùm dies eorum, vt ipsis adhuc viuentibus & aspicientibus alter auferat dignitatem. Posteà verò, inquit, etiam ipsos è medio tolle, vt calamitas in posteros eorum deriuetur. Subdit enim:

9. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.

ἡ ἁπλότης ἐμοῦ περὶ αὐτοὺς, ὥστε ἐκείνων τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων, ἐμὲ ἐπὶ τοὐναντίον καὶ προσεύχεσθαι περὶ αὐτῶν. δῆλον δὲ ἐστὶν ὃ λέγει, καὶ οὐ ψεύδεται. Ἀνάγκην γὰρ ὁ ἀρχιερεὺς ἔχει ὑπὲρ πάντων προσεύχεσθαι, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων.

έ. Καὶ ἔθεντο κατ᾽ ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν· καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου.

Ἀλλ᾽ ἐμοῦ, φησι, προσευχομένου ὑπὲρ αὐτῶν, ἐξ ἴσου ἐκεῖνοι καὶ ἐπεβούλευον καὶ ἐμίσουν καὶ κακὰ ἐτεκταίνοντο, ἀντ᾽ ὧν ἀγαπᾶν ἔδει. Τί οὖν πάθοιεν; τὰ ὅμοιά φησιν· ἐπείπερ ὁ τῆς δικαίας ἐντολῆς σου λόγος τοῦτο βούλεται· ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· καὶ ἕκαστον ὅλως ἁμάρτημα, εἰς τὸν ποιοῦντα ὁμοίως ἀναστρέφειν. διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

ϛ΄. Κατάστησον ἐπ᾽ αὐτὸν ἁμαρτωλόν· καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.

Ἔχοιεν οὖν, φησι, καὶ αὐτοὶ τοὺς διαβάλλοντας, καὶ μὴ ἀποσταῖεν αὐτῶν οἱ κακοῦντες καὶ κατηγοροῦντες.

ζ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος·

Εἰ δὲ, φησι, καὶ κρίνοιντο πρὸς τοὺς διαβάλλοντας, καταδίκῃ συναφθεῖεν, καὶ κατακριθεῖεν.

Καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γινέσθω εἰς ἁμαρτίαν.

Ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἐπικαλέσαιντό σε, φησὶν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνάγκης, εἰς ἁμαρτίαν αὐτοῖς λογισθείη τὸ πρᾶγμα, μνήμης γινομένης παρὰ σοί, φησι, δέσποτα ὧν προημάρτον εἰς ἡμᾶς.

ή. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι· καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.

Καὶ ἐπειδὴ πᾶσαν ἁμαρτίαν, φησὶν, εἵλοντο διὰ τὸ ἐπιτυχεῖν τῆς ἀρχιερωσύνης, συντέμνε μάλιστα τὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἵνα ζώντων καὶ ὁρώντων αὐτῶν τὴν ἀξίαν ἕτερος ἀφαρπάσῃ. Μετὰ δὲ τοῦτό, φησι, καὶ αὐτοὺς ἄνελε, ὥστε διαβῆναι τὴν συμφορὰν εἰς τοὺς ἐξ ἐκείνων. ἐπιφέρει γάρ·

θ΄. Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοὶ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ χήρα.

Ἀντὶ

Digitized by Google

Ἀντὶ τοῦ, μετὰ δὲ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀξίαν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ θανάτῳ παραδοθεῖεν, ὥστε ὀρφανωθῆναι μὲν αὐτῶν τοὺς υἱοὺς, χηρείᾳ δὲ ἐκδοθῆναι τὴν γυναῖκα.

ι. Σαλευόμενοι μεταναστήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπαιτησάτωσαν·

Ὥστε, φησὶ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, βιαζομένους καὶ συνεχομένους ὑπὸ πατρῴων ἀδικημάτων, εἰς τὸ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρ᾽ ἄλλων καταστῆναι.

Ἐκβληθήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν.

Ἐκπέσοιεν δὲ καὶ πάσης, φησὶ, πατρῴας βάσεως.

ια. Ἐξερευνησάτω δανειστὴς πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ·

Μηδὲν δὲ τὸ παράπαν, φησὶν, αὐτοῖς ἐναπομείνοι πατρῷον, ἐκστῶσιν δὲ πάντων ὑπὸ πατρῴων ὀφλημάτων.

Καὶ διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τοὺς πόνους αὐτοῦ.

Εἰ δέ, φησι, καὶ ἐπὶ γῆς πόνους κατέλιπον, οἱ τοιοῦτοι πολεμίων γένοιντο κτῆμα.

ιβ. Μὴ ὑπαρξάτω αὐτῷ ἀντιλήπτωρ· μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ.

Τούτων δέ, φησιν, ἁπάντων γενομένων μὴ ἔστω ὁ οἰκτείρων, ἢ ὁ ἀντιλαμβανόμενος. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιγ. Γενηθήτω τὰ τέκνα αὐτοῦ εἰς ἐξολόθρευσιν· ἐν γενεᾷ μιᾷ ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Τὰς συμφορὰς δέ, φησιν, οὕτως ἰσχυρὰς εἶναι καὶ βαρείας, ὥστε εὐθέως ἐπὶ θάνατον ἐξαρπάσαι τοὺς ἐμπεσόντας, μὴ συγχωρῆσαι δὲ προβῆναι τῇ γενεᾷ τὴν τέκνων διαδοχήν.

ιδ. Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι κυρίου· καὶ ἡ ἁμαρτία μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη.

Ταῦτα δέ, φησι, πάντα πάθοιεν μνήμῃ τῶν προγονικῶν πλημμελημάτων.

ιε. Γενηθήτωσαν ἐναντίον κυρίου διαπαντός·

Ἀντὶ τοῦ, μηδαμῶς δὲ αὐτῶν ὁ θεὸς

Id est, Postquam autem dignitate Pontificali sublatâ ipsi quoque morti traditi fuerint, ita vt filij quidem eorum orphani, vxores verò viduæ fiant.

PARAPHRASIS ANONYMI.

10. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent:

Ita vt, inquit, filij eorum, paternarum vinculis iniquitatum constricti, ab alijs cogantur mendicatò eleëmosynam postulare.

* Eijciantur de * parietinis suis.

* Vulgata addit Et

* Vulgata habitationibus

Ceterùm, inquit, excidant etiam omni solo paterno.

11. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius:

Nihil autem omnino, inquit, paternum ipsis remaneat, sed pro debitis paternis rebus omnibus spolientur.

Et diripiant alieni labores eius.

Si verò, inquit, etiam supra terram labores reliquerint, etiam illi inimicis in prædam cedant.

12. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

His autem, inquit, omnibus factis non sit qui misereatur, vel qui suscipiat. vnde subdit:

13. Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

Calamitates autem ait tam potentes ac graues esse, vt statim ad mortem traherent incidentes in eas, neque permitterent filiorum succedere generationem.

14. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

Hæc autem, inquit, omnia perpetiantur ob memoriam delictorum maiorum suorum.

15. Fiant contra Dominum semper:

Id est, Nequaquam Deus obliuiscatur malo-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

malorum ipsorum, sed ea semper ob oculos habeat, nil condonans eorum propter quæ supplicijs affici debent.

Et dispereat de terra memoriale eorum:

Ita vt, inquit, nulla penitus memoria illorum in terra remaneat.

16. Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.

17. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.

Cùm enim, inquit, illi destinato animo contra nos vsi sint omni crudelitate atque inhumanitate, neque modestiam nostram animique religionem reueriti fuerint (hoc enim per *compunctum* intelligit) in eadem incidant, & proprijs malis inuoluantur.

18. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Illi enim, inquit, tantum supra se supplicium pertraxerunt, cùm omnem boni memoriam neglexerint, & eam quæ beneficos sequitur benedictionem.

Et induit maledictionem sicut vestimentum;

Omnem enim, inquit, hanc pœnam viuentes ipsi sibi consciuerant, ita vt ex illa dignoscerentur sicut homines ex vestibus.

Et intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Ita, inquit, indiuulsam sibi accersiuerunt calamitatem, vt incommutabiliter ipsis mala adhærerent.

19. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur; & sicut zona quâ semper præcingitur.

Constringantur igitur, inquit, à proprijs malis, iuxta exempla quæ dicta sunt.

20. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum;

Id est, Hæc omnia sustineant qui me affligunt, & eijciunt à facie Domini, id est à Pontificatu.

ποιήσαιτο λήθην τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐχέτω αὐτὰς ὑπ' ὄψιν, μηδὲν συγχωρῶν ὑπὲρ ὧν ὄφειλον δοῦναι δίκας.

Καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν·

Ὥστε, φησὶ, παντελῶς μηδὲ μνήμην αὐτῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀπομεῖναι.

ις'. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος.

ιζ'. Καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα, καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι προλαβόντες, φησὶ, πάσῃ ὠμότητι ἐχρήσαντο καθ' ἡμῶν καὶ ἀπανθρωπίᾳ, καὶ οὐδὲ τὴν ἐπιείκειαν ἡμῶν ᾐδέσθησαν οὐδὲ τὴν τῆς ψυχῆς εὐλάβειαν (τοῦτο γὰρ λέγει κατανενυγμένον) τοῖς αὐτοῖς περιπέσοιεν, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐγκυλισθεῖεν κακοῖς.

ιη'. Καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Αὐτοὶ γάρ, φησι, τοιαύτην ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπεσπάσαντο τιμωρίαν, πάσης μνήμης ἀγαθῆς ἀμελήσαντες, καὶ τῆς ἀκολουθούσης εὐλογίας τοῖς εὖ ποιοῦσι.

Καὶ ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον·

Πᾶσαν γάρ, φησι, ταύτην τὴν τιμωρίαν ζῶντες αὐτοὶ ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν, ὥστε ἐκ ταύτης δείκνυσθαι, ὡς οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι ἐκ τῶν ἱματίων.

Καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατα αὐτοῦ, καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτοῦ.

Οὕτως, φησὶν, ἀχώριστον ἑαυτῶν τὴν συμφορὰν κατεσκεύασαν, ὥστε ἔχεσθαι αὐτῶν ἀναπαλλάκτως τὰ κακά.

ιθ'. Γενηθήτω αὐτῷ ὡς ἱμάτιον ὃ περιβάλλεται· καὶ ὡσεὶ ζώνην ἣν διαπαντὸς περιζώννυται.

Συσφιγγεῖεν οὖν, φησιν, ὑπὸ τῶν ἰδίων κακῶν, κατὰ τὰ εἰρημένα ὑποδείγματα.

κ'. Τοῦτο τὸ ἔργον τῶν ἐνδιαβαλλόντων με παρὰ κυρίου·

Ἀντὶ τοῦ, ταῦτα πάντα ὑπομείνειαν οἱ κακοποιήσαντές με, καὶ ἐκβάλλοντες ἀπὸ προσώπου κυρίου, τουτέστι τῆς ἀρχιερωσύνης.

Καὶ

Καὶ τῶν λαλούντων πονηρὰ κατὰ τῆς ψυχῆς μου.

Καὶ ὅσοι, φησὶ, διέβαλλόν με παρὰ Ἀντιόχῳ, καὶ ἐκάκωσαν, τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἀπολαύσαιεν. Ταύτας εἰπὼν τὰς ἀποφάσεις κατὰ τῶν ἀσεβησάντων, δέεται λοιπὸν τοῦ θεοῦ τυχεῖν φιλανθρωπίας. Αὕτη γὰρ ἦν τῶν ἀδικηθέντων ἡ τέλεια εὐπραγία, ἰδεῖν τοὺς ἐχθροὺς δίκας διδόντας, καὶ ἑαυτοὺς ἀπηλλαγμένους τῶν συμφορῶν. ἐπάγουσιν οὖν εἰπόντες·

κα΄. Καὶ σὺ κύριε, κύριε, ποίησον μετ᾽ ἐμοῦ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου· ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεος σου.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησιν, οὕτως, ἐμοὶ δὲ τὴν συνήθη φιλανθρωπίαν ἐπιδαψίλευσαι.

κβ΄. Ῥῦσαί με, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ· καὶ ἡ καρδία μου τετάρακται ἐντός μου.

Αἱ γὰρ συμφοραί, φησι, καὶ εἰς ταπείνωσιν ἤγαγον παντελῆ, καὶ τοὺς λογισμοὺς σάλῳ καὶ ταράχῳ παρέδωκαν.

κγ΄. Ὡσεὶ σκιὰ ἐν τῷ ἐκκλῖναι αὐτὴν ἀντανηρέθην·

Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, φησιν, ἠσθένησα, ὥστε, φησὶ, μηδὲν διαφέρειν τὴν ζωήν μου σκιᾶς αὐτίκα ἀποκλινούσης.

Ἐξετινάχθην ὡσεὶ ἀκρίδες.

Τοσαύτη γάρ με φυγή, φησιν, ἔλαβε τῶν ἐχθρῶν καταδιωκόντων, ὥστε πηδᾶν καὶ ἄλλεσθαι τόπον ἐκ τόπου διὰ τὴν ἔπειξιν, καὶ βαδίζειν σχολαίως μὴ δύνασθαι.

κδ΄. Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας· καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι᾽ ἔλαιον.

Ἔνδεια δέ με, φησὶ, παντὸς ἀγαθοῦ τοσαύτη κατείληφεν, ὥστε μηδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐπορεῖν θεραπείας.

κε΄. Κἀγὼ ἐγενήθην ὄνειδος αὐτοῖς· ἴδοσάν με, ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν.

Οὐκ ἀπέσχοντο γοῦν, φησιν, οὐδενὸς ὀνειδισμοῦ κατ᾽ ἐμοῦ ἐπισείοντές μοι τὰς κεφαλάς ὡσανεὶ ἔτι ὀργιζόμενοι.

κϛ΄. Βοήθησόν μοι κύριε ὁ

PARAPHRASIS ANONYMI.

Et qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Et qui, inquit, detraxerunt mihi apud Antiochum, meque afflixerunt, hæc & similia recipiant. Cùm decreta ista contra impios pronuntiasset, deinceps rogat Deum vt clementiam consequantur. Hæc enim erat iniuriam passorum perfecta felicitas, si videlicet viderent inimicos suos pœnas luentes, seque à calamitatibus liberatos. Sic igitur subiungunt:

Sibi misericordiam Dei implorat.

21. Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.

Illi igitur, inquit, quidem sic, mihi autem solitam clementiam vbertim tribue.

22. Libera me, quia egenus & pauper * sum ego: & cor meum conturbatum est intra me.

* *Vulgata ego sum:*

Calamitates enim, inquit, & ad omnimodam humilitatem me adduxerunt, & cogitationes meas tumultui ac perturbationi tradiderunt.

23. Sicut vmbra cùm declinat ablatus sum:

Et in tantum, inquit, infirmatus sum, ita vt, inquit, vita mea nil differat ab vmbra illicò declinante.

* Excussus sum sicut locustæ.

* *Vulgata addit Et*

Tanta enim, inquit, fuga me tenuit inimicorum persequentium, ita vt saltarent, & de loco in locum transilirent præ festinatione, & lentè incedere non valerent.

24. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

Tanta autem, inquit, omnis boni penuria me cœpit, vt neque cultus necessarius suppeditaret.

25. Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, * mouerunt capita sua.

* *Vulgata addit &*

A nullo igitur, inquit, opprobrio aduersus me abstinuerunt, mouentes capita sua quasi mihi adhuc irati.

26. Adiuua me Domine Deus

 meus:

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

meus: * & saluum me fac secundùm misericordiam tuam.

θεός μου· καὶ σῶσόν με κατὰ τὸ ἔλεός σου.

* Vulgata omittit &

Pro hac, inquit, benignitate deprecor.

Ὑπὲρ τούτου, φησὶ, δέομαι φιλανθρωπίας.

27. Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam.

κζ΄. Καὶ γνώτωσαν ὅτι ἡ χείρ σου αὕτη· καὶ σὺ κύριε ἐποίησας αὐτήν.

Manum eius appellat eius operationem. Vult igitur dicere: q. d. Ex rebus ipsis puniti discant se hæc virtute tuâ perpeti, teque hoc supplicium ipsis inflixisse.

Χεῖρα αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ καλεῖ. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι· μάθωσιν ἐκ τῶν πραγμάτων τιμωρούμενοι, ὅτι τῇ σῇ δυνάμει ταῦτα ὑπομένουσι, καὶ ὅτι αὐτὸς εἰργάσω ταύτην ἐπ' αὐτοὺς τὴν τιμωρίαν.

28. Maledicent illi, & tu benedices:

κη΄. Καταράσονται αὐτοὶ, καὶ σὺ εὐλογήσεις·

Per interrogationem dicunt istud *maledicent:* q. d. Numquid æquum est, vt illi dum mala nobis irrogant à te beneficijs afficiantur? Hoc, inquit, fieri nequit: sed quandoquidem illi mala inferant, pari vtique mensurâ ipsis remetieris.

Κατ' ἐρώτησιν λέγει τὸ καταράσονται· ἀντὶ τοῦ· Μὴ δίκαιόν ἐστιν, ἐκείνων κακῶς ποιούντων ἡμᾶς εὖ πάσχειν αὐτοὺς παρὰ σοῦ; οὐκ ἐγχωρεῖ, φησι, τοῦτο· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι κακοποιοῦσι, χρήσῃ αὐτοῖς καὶ αὐτὸς καταλλήλως πάντως.

* Vulgata in

Qui insurgunt * aduersus me confundantur: seruus autem tuus lætabitur.

Οἱ ἐπανιστάμενοί μοι αἰσχυνθήτωσαν· ὁ δὲ δοῦλός σου εὐφρανθήσεται.

Hoc enim, inquit, modo Domine soles cum iusto agere, iniuriosos quidem humiliando, iniuriam verò passos liberando.

Οὕτω γάρ σοι, φησὶ, δέσποτα ἔθος χρῆσθαι τῷ δικαίῳ, τοὺς μὲν ἀδικοῦντας ταπεινοῦν, τοὺς δὲ ἀδικουμένους ἐλευθεροῦν.

29. Induantur qui detrahunt mihi pudore: & operiantur sicut diploide confusione suâ.

κθ΄. Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με ἐντροπὴν· καὶ περιβαλλέσθωσαν ὡς διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν.

Quod autem, inquit, iustè hæc postulem super eos, tu ipse non ignoras Domine. Detrahentes autem rursus vocat malefacientes.

Ἀλλ' ὅτι δικαίως, φησὶ, ταῦτα αἰτῶ ἐπ' αὐτοῖς, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοεῖς δέσποτα. ἐνδιαβάλλοντας δὲ πάλιν τοὺς κακοποιοῦντας λέγει.

30. Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

λ΄. Ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ σφόδρα ἐν τῷ στόματί μου· καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν.

Ceterùm, inquit, cùm hæc omnia facta fuerint, ego in laudibus tuis & gratiarum actionibus coram multis testibus versabor. Qua de causa?

Τούτων δέ, φησι, γενομένων ἁπάντων, ἔσομαι ἐγὼ ἐν ὕμνοις καὶ εὐχαριστίαις ταῖς πρός σε μαρτύρων πολλῶν παρόντων. τίνος ἕνεκα;

31. Quia adstitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

λα΄. Ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου.

Quoniam, inquit, non despexit pauperem opis egentem, sed mirabiliter ipsum ex persequentibus eripuit.

Ἐπείπερ, φησιν, οὐ παρεῖδε πτωχὸν βοηθείας ἐπιδεόμενον, ἀλλὰ παραδόξως αὐτὸν ἐκ τῶν καταδιωκόντων ἐξήρπασεν.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. Ο ΘΕΟΣ ΤΗΝ ΑΙΝΕΣΙΝ ΜΟΥ.] Ἀκύλας, Θεὲ ὑμνήσεώς μου. αἴνεσιν δὲ τὴν σωτήριον ἀνθρώποις πραγματείαν λέγει· ἣν ἧκεν ἐργασόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, καὶ παύσων πλάνης καὶ εἰδωλολατρείας ἀνθρώπους. ἀνθρωπίνως δὲ ταῦτα λέγει καὶ εὔχεται ὁ σωτὴρ, μὴ κατορθῶσαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῇ σπουδῇ αὐτοῦ· ἡ δὲ ἦν τὴν εἰδωλολατρείαν σβέσαι, καὶ αἴνεσιν τῷ πατρὶ ἐπὶ τῆς γῆς καταστῆσαι. στόμα δὲ ἁμαρτωλοῦ τὸν Ἰούδαν ὠνόμασεν. ἢ ἁμαρτωλὸς μὲν κατὰ ἀλήθειαν ὁ διάβολος, δόλιος δὲ ὁ Ἰούδας· ἄμφω δὲ κατὰ Χριστοῦ ἐλάλησαν. Λόγους δὲ μίσους τοὺς ἀπὸ μίσους προσφερομένους. Ἐκύκλωσαν δέ· ἐπεὶ ἀπὸ Ἰούδα πρὸς τὸ τῶν Ἰουδαίων μετέστη συνέδριον· οἳ φθόνῳ βαλλόμενοι τὸν ἄδικον ἐπεκταίνοντο θάνατον· καὶ ὑπὲρ ὧν ἀγαπᾶν ὤφειλον, τὰ δυσμενῆ ἐπεδείκνυον. ὁ δὲ ὅτι μὲν προσηύχετο εἶπε, τίνα δὲ προσευχὴν οὐκ εἶπε· πάντως δὲ ἃ καὶ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· τὸ, Πάτερ ἄφες αὐτοῖς· καὶ ἃ σύμφωνα ἦν τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς.

ϛ'. ΚΑΤΑΣΤΗΣΟΝ ΕΠ' ΑΥΤΟΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟΝ.] Οὐ κατάρας τὰ παρόντα, ἀλλὰ τῶν ἐκβησομένων δήλωσις. Τὸν γὰρ εὐλογεῖν τοὺς διώκοντας ἐντειλάμενον πολλοῦ ἂν δέοι λελυκότα τὸν νόμον ἐπαρᾶσθαι. Ἁμαρτωλὸν δὲ τὸν διάβολόν φησιν, ὡς φιλαμαρτήμονα. τὸ δὲ κατάστησον ἀντὶ τοῦ καταστήσεις. Ἔμελλε γὰρ καθιστᾶν αὐτὸν ὁ διάβολος προδότην. ὧν δὲ ἐκκόπτει ὁ σατανᾶς τὰ ἔργα τὰ δεξιὰ, τούτων ἕστηκεν ἐκ δεξιῶν. Καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς δὲ μετὰ τὸ ψωμίον φησὶ τὸν σατανᾶν εἰς αὐτὸν εἰσελθεῖν· διὸ καὶ ὡς ἀπολογίας ἔρημος ἐν τῷ κρίνεσθαι καταδικασθήσεται. ἐγένετο δὲ καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ εἰς ἁμαρτίαν, ἀποτυχόντος ὧν ηὔξατο· ηὔξατο δὲ ἀφανισθῆναι τὸν διδάσκαλον, καὶ σκορπισθῆναι τοὺς μαθητάς· ὃ δὴ καὶ τὴν κατηγορίαν αὔξει· οὐ γὰρ ἠγνόει ὃν προδιδόναι ὑπέσχετο. Ἐγενήθησαν δὲ αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι πραγματικῶς, ὡς ἡ τῶν πράξεων βίβλος διασαφεῖ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸν δι' ἀγχόνης ἐκέρδησε θάνατον· ὁ δὲ Ματθίας

2. DEVS LAVDEM MEAM.] Aquila, *Deus laudationis meæ.* Laudationem verò dicit hominibus esse negotium salutare: ad quod perficiendum venit Filius Dei, vt homines ab idolatriæ errore liberaret. Ceterùm humano more hæc dicit & orat Saluator, ne insidiatores conatui suo quidquam officiant: hic autem erat, idololatriam extinguendi, & Patri laudem in terra offerendi. Os autem peccatoris Iudam nominauit. Vel peccator quidem secundùm veritatem diabolus est, dolosus verò Iudas: vterque autem aduersus Christum locutus est. Sermones verò odij intelligit eos qui ex odio proferuntur. *Circumdederunt* verò; quoniam à Iuda ad cœtum Iudæorum translatus fuit; qui inuidiâ stimulati iniustam mortem machinati sunt: & pro eo quòd ipsum diligere debuissent, hostilia omnia demonstrarunt. Ceterùm dixit eum orasse, sed quam orationem non expressit; vtique illa quæ sacrum refert Euangelium; v. g. *Pater dimitte illis*; & quæ consona erant doctrinæ ipsius, *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.*

Negotium salutare est laudare Deum.

Agit contra diabolum & Iudam.

Lucæ 23, 34. Matth. 5, 44.

6. CONSTITVE SVPER EVM PECCATOREM.] Hæc non sunt imprecationis, sed rerum euenturarum declaratio. Eum enim qui præcepit benedicere persequentibus multò magis par est vt soluerit legem imprecandi. Peccatorem autem diabolum vocat, vtpote peccatorum amatorem. Illud autem *constitue* dixit pro *constitues.* Diabolus enim erat ipsum cõstituturus proditorem. Quorum autem dextera opera satanas exscindit, ex eorumdem dexteris stetit. Quin & Euangelista tradit satanam post buccellam in eum introisse: idcircò etiam velut excusatione priuatus in iudicio condemnabitur. Oratio verò eius facta est ei in peccatum, frustrato ijs quæ rogauerat: rogauerat autem vt præceptor extingueretur, & discipuli dissiparentur: quod vtique etiam auxit accusationem: nam minimè ignorabat quem prodere constituerat. Porrò re ipsâ facti sunt dies eius pauci, vti liber Actuum declarat: siquidem ipse laqueo sibi mortem conciuit: Matthias

In forma imprecationis futura prædicit mala Iudæ euentura.

Ioan. 13.

Act. 1, 16.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

verò Episcopatum eius sortitò accepit. Filij autem orphani sunt eius cogitationes diuinâ gratiâ orbatæ. Vidua verò anima, siquidem Deo viduata erat. Quòd si verò etiam carnales filios habuerit, intellige & hos id ipsum perpessos esse. Non soli Iudæ, verùm etiam Iudæis hæc contigerunt per captiuitatem, quando etiam parietinis combustis & captâ ciuitate facti sunt exules. Vel Iudas est sermo is qui de Christo est inter Iudæos. Vxor verò Synagoga. Filij sunt singuli de populo qui Iesum odio prosequebantur. Quapropter etiam exinde potiùs digni sint vt Iudæi nominentur quàm à progenitore suo Iuda. *Nutantes* autem: id est, Cum tumultu & turbatione fiat migratio eorum.

Eadem quæ Iudas etiam Iudæi passi sunt.

11. SCRVTETVR FOENERATOR.] Symmachus sic legit: *Concutiat exactor substantiam ipsius.* Exactores enim etiam sunt Romani qui censum impositum exigebant, & Iudæorum omnia diripiebant; ita perscrutantes, vt & abscondita reperirent. Quæ dum fierent, nemo repertus est auxiliator, neque misericordiâ digni sunt habiti, sed exterminati sunt: nondum enim quadraginta annis elapsis exterminium perpessi sunt. Iniquitatem autem patrum ait illorum qui in deserto impiè se gesserant, vt ad proprias impietates paternorum quoque delictorum reatus accederet. Matrem verò Hierosolymam appellat, in qua contra Christum scelus perpetratum fuit. Fiant autem contra Dominum, vt nimirum pœnas soluant. De quibus autem hæc dicit? vtique de Iudæis; quos Iudæ patrem ac matrem nominat, vtpote cognatos eius. Porrò iniquitatem ipsorum in memoriam redire dicit; quia ipsi Iudam ad proditionem pellexerant argenteos auaro porrigentes. Memoriale autem ait illorum omnium Principum inobedientum qui aduersus Christum insurrexerunt, vel etiam ipsiusmet Iudæ.

Iudæi à Romanis extrema perpessi sunt.

16. PRO EO QVOD NON EST RECORDATVS FACERE MISERICORDIAM.] Hæc, inquit, sustineant; quandoquidem ferino vsi sunt parricidio, cumque qui omni moderatione vtebatur, ad necem vsque fuerint insecuti. Compunctum verò vel percussum dicit propter iniquitates ipsorum quas videbat. Quapropter etiam ad

τὴν τούτου ἐπισκοπὴν ἐκληρώσατο. υἱοὶ δὲ ὀρφανισθέντες αὐτοῦ οἱ λογισμοὶ, τῆς θείας χάριτος ἀπορφανισθέντες. χήρα δὲ ἡ ψυχὴ, ἐχήρευσε γὰρ ἀπὸ θεοῦ. Εἰ δὲ καὶ σαρκικοὺς εἶχεν υἱοὺς, νόει καὶ τούτους τὸ αὐτὸ πεπονθέναι. Οὐκ Ἰούδᾳ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις ταῦτα συνέβη διὰ τῆς αἰχμαλωσίας, ὅτε καὶ τῶν ἐρειπίων καυθέντων καὶ τῆς πόλεως ἁλούσης μετανάσται γεγόνασιν. ἢ Ἰούδας μὲν ἐστὶν ὁ παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ Χριστοῦ λόγος. γυνὴ δὲ ἡ συναγωγή. τέκνα ὁ καθεὶς τῶν μισούντων τὸν Ἰησοῦν ἐκ τοῦ λαοῦ. διὸ καὶ ἐκ τούτου μᾶλλον Ἰουδαῖοι ἢ τοῦ προπάτορος Ἰούδα δίκαιοι ὀνομάζεσθαι. σαλευόμενοι δὲ ἀντὶ τοῦ, μετὰ θορύβου καὶ σάλου γινέσθω ἡ μετάστασις αὐτῶν.

ιά. ΕΞΕΡΕΥΝΗΣΑΤΩ ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ.] Ὁ Σύμμαχος οὕτως· Συγκρούσαι πράκτωρ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. πράκτορες γὰρ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐπικείμενον εἰσπραττόμενοι φόρον, οἳ τὰ Ἰουδαίων διήρπασαν ἅπαντα· οὕτως ἐρευνήσαντες, ὡς καὶ τὰ κεκρυμμένα εὑρεῖν. ὧν γινομένων, οὐδεὶς ἐπίκουρος εὑρέθη, οὐδὲ φειδοῦς ἠξιώθησαν, εἰς ἐξολόθρευσιν δὲ ἐγένοντο· οὔπω γὰρ τεσσαράκοντα διελθόντων ἐτῶν τὴν πανωλεθρίαν ὑπέμειναν. Ἀνομίαν δὲ πατέρων τῶν ἐν ἐρήμῳ δυσσεβησάντων φησὶν, ἵνα πρὸς ταῖς οἰκείαις ἀσεβείαις καὶ ταῖς πατρῴαις ἐνέχοιντο πλημμελείαις. Μητέρα δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ τὸ κατὰ Χριστοῦ ἄγος τετόλμηται. Ἐναντίον δὲ κυρίου γενηθήτωσαν, εἰς τὸ ἀποτίσαι δηλονότι ποινάς. Τίνας δὲ λέγει; τοὺς Ἰουδαίους· οὓς πατέρα καὶ μητέρα καλεῖ τοῦ Ἰούδα, ὡς συγγενεῖς αὐτοῦ. Ἀναμνησθῆναι δὲ τὴν τούτων ἀνομίαν λέγει· ἐπείπερ αὐτοὶ τὸν Ἰούδαν ἐπὶ τὴν προδοσίαν ἐξέμηναν τὰ ἀργύρια τῷ φιλαργύρῳ προτείναντες. Μνημόσυνον δὲ αὐτῶν τῶν ἀπειθησάντων πάντων τῶν κατὰ Χριστοῦ συστάντων ἀρχόντων, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα.

ις΄. ΑΝΘ᾿ ΩΝ ΟΥΚ ΕΜΝΗΣΘΗ ΠΟΙΗΣΑΙ ΕΛΕΟΣ.] Ταῦτα, φησὶ, ὑποσταίεν· θηριώδους τῇ μιαιφονίᾳ χρησάμενοι, καὶ τὸν πάσῃ χρησάμενον μετριότητι, μέχρι θανάτου διώξαντες. Κατανενυγμένον δὲ ἢ πεπληγμένον λέγει δι᾿ ἃς αὐτῶν ἑώρα παρανομίας. Διὸ καὶ πρὸς τὴν

Ἱερου-

Ἱερουσαλὴμ ἔλεγεν, εἰ ἔγνως καὶ σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην σου. Ἐθανάτωσε δὲ αἴτιος γενόμενος τοῦ θανάτῳ παραδοθῆναι. Ἀγαπᾷ δὲ κατάραν ὁ εὐλογίαν μὴ θέλων. οὐ θέλει δὲ εὐλογίαν, ὁ μὴ πράττων τὰ τῆς εὐλογίας. Ταύτην, φησὶν, ἐνδύσατο πανταχόθεν τοῦτον περιστοιχίζουσαν, καὶ διὰ τῶν ἐγκάτων εἰσδυομένην ὡς ὕδωρ. Οὐ γὰρ μόνον ἔξωθεν, ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν περιέχονται τὰ κακὰ, καὶ δίκην ὕδατος περικλύζονται. Ἐπεὶ δὲ τὸ ὕδωρ βρέχει μὲν τὸ σῶμα, οὐκ ἔχει δὲ μόνιμον τὴν ὑγρότητα, ἐπήγαγε· καὶ ὡσεὶ ἔλαιον. Τὸ γὰρ ἔλαιον ἐπιπλεῖστον ἐπιμένει τῷ σώματι. Ἐπενεχθήσονται οὖν αὐτῷ, φησι, φορὰ κακῶν· τοῦ μὲν ὕδατος τὴν σφοδρότητα, τοῦ δὲ ἐλαίου μιμουμένη τὸ μόνιμον. Καὶ τοῖς τοιούτοις κακοῖς καὶ ὡς ἱματίῳ περιστελλέσθω, καὶ ὡς ζώνῃ σφιγγέσθω. Ἀντὶ δὲ τῶν ἐνδιαβαλλόντων, ἕτερος τῶν ἀντικειμένων. Ἐν ὑπερβάτῳ δὲ ἀκουστέον. οἷον· τοῦτο τὸ ἔργον παρὰ κυρίου τῶν ἐνδιαβαλλόντων με. ἀντὶ τοῦ· τούτους, φησὶ, τρυγήσουσι τοὺς καρποὺς καὶ οἱ τὸ πρός με μῖσος ἀναδεξάμενοι, καὶ ὁ τούτοις ὑπουργήσας προδότης.

κά. Καὶ σὺ κύριε, κύριε ποίησον μετ' ἐμοῦ.] Ἀνθρωπίνως ὁ Χριστὸς ἐπικαλεῖται τὴν θείαν βοήθειαν. ἢ καὶ ἄλλως, ὁ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν περικείμενος ὡς πρὸς κύριον τὸν πατέρα λέγει, ὅπως ποιήσῃ μετ' αὐτοῦ ἔλεος, εὐεργετῶν τοὺς πιστεύοντας ὄντας αὐτοῦ σῶμα· διὸ καὶ εἰς ἑαυτὸν εἶναι λέγει τὸν ἔλεον. Ἕνεκεν δὲ τοῦ ὀνόματός σου· ἐπείπερ ἐν τούτῳ ἐλήλυθεν. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἐλήλυθα. χρηστὸν οὖν τὸ ἔλεός σου, καὶ εὐεργετικὸν, καὶ πλῆρές ἐστιν ἀγαθότητος. Καρδίαν δὲ ταραχθεῖσαν τοὺς Ἀποστόλους λέγει, σῶμα ὄντων αὐτοῦ τῶν ὑστέρων πεπιστευκότων. Ἐπεὶ οὖν πάντες ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἐσκανδαλίσθησαν, καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον· τοῦτο προφητεύει διὰ μὲν τῆς ταραχῆς τὸ σκανδαλισθῆναι δηλῶν· διὰ δὲ τοῦ ἐκτιναχθῆναι ὡς ἀκρίδας τὴν ἐγκατάλειψιν παριστῶν· ἐπεὶ κἀκεῖναι ἀνέμου πνεύσαντος ἐκτινάσσονται τῇδε κἀκεῖσε φερόμεναι· ὡς καὶ οἱ μαθηταὶ περιστάσεως καταλαβούσης. Ὅτι δὲ ὁ πειρασμὸς ἀνέμῳ παρείκασται ἡ παραβολὴ τῆς οἰκίας δηλώσει, ἣν οἱ ἄνεμοι πνεύσαντες κατέβαλον. Καὶ ἄλλως δὲ ἐγγίζων τῷ πάθει· Νῦν, φησιν, ἡ ψυχή μου τετάρακται

Hierosolymam dixit, *Si cognouisses & tu quæ ad pacem tibi.* Mortificauit autem reus factus traditionis in mortem. Diligit verò maledictionem qui non cupit benedictionem. Non cupit autem benedictionem, qui non facit ea quæ benedictionis sunt. Hanc, inquit, induit, cùm vndique ipsum circumdet, & instar aquæ interiora eius subingrediatur. Non solùm enim deforis, sed intrinsecus quoque mala imminent, & instar aquæ inundant. Ceterùm cùm aqua quidem corpus irriget, non habeat verò stabilem humorem, subiunxit: *Et sicut oleum.* Nam oleum diutiùs in corpore permanet. Ipsi igitur, inquit, malorum copia ingruet: quæ aquæ quidem vehementiam, olei verò constantiam imitabitur. Atque vndique [inquit] istiusmodi malis sicut vestimento operiatur, & veluti cingulo stringatur. Ceterùm pro *Qui detrahunt* alius posuit, *Qui aduersantur.* Hoc autem per hyperbaton intelligendum. q. d. Illud opus à Domino eorum qui me calumniantur. Id est: Hos, inquit, fructus vindemiabunt tam qui contra me odium susceperunt, quàm ipse proditor qui illis subseruiuit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Lucæ 19, 41.

Diligit maledictionem qui non cupit benedictionem.

21. Et tv Domine, Domine fac mecvm.] Humano more Christus diuinam opem implorat. Vel etiam aliter, is qui formam serui assumpsit ad Patrem tamquam ad Dominum dicit, vt faciat secum misericordiam, benefaciendo fidelibus qui sunt corpus eius: quare etiam ait illam misericordiam in se deriuari. *Propter nomen autem tuum*; quandoquidem in hoc venit. Ego enim, inquit, in nomine Patris veni. Bona igitur est misericordia tua, & benefica, & plena bonitatis. Cor autem conturbatum vocat Apostolos, cùm inferiores credentes sint corpus eius. Cùm igitur omnes passionis tempore fuerint scandalizati, & dimisso eo fugerint; hoc ipsum vaticinatur per turbationem quidem scandalum declarans; per excussionem verò tamquam locustarum desertionem demonstrans; quandoquidem etiam illæ vento flante excutiantur hac & illac delatæ; sicut etiam discipuli periculo ingruente. Ceterùm tentationem cum vento comparari declarabit parabola domus illius, quam venti flantes prostrauerunt. Quin & aliàs ad passionem accedens ait: *Nunc anima mea turbata est*

Christus vt homo sibi suisq; diuinā opem implorat.

Cor Christi sunt Apostoli.

Tentationes vento comparantur.

Matth. 7, 27.

Ioan. 12, 27.

cùm

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Christus inopem asperamque vitã duxit.

cùm propter mortem, tum propter totius Gentis interitum. Ipsum enim tantorum ruina, vti par est, affligebat. Per vmbram verò declinantem mortem insinuauit. Instar vmbræ enim, inquit, vitæ finem suscepi: quin imò more locustarum hinc inde vento impulsarum vitam transegi, domum nullam habens, sed aliò atque aliò commigrans. Ceterùm infirmatus est à ieiunio; quandoquidem minimè delicatam ac dissolutam vitam duxit, sed incultam & squalidam, vti testantur panes hordeacei ipsi oblati, & spicæ euulsæ. Pro verbis autem istis, *Caro mea immutata est propter oleum*, Symmachus ait, *Et caro mea immutata est ab omissione vnctionis:* squalorem enim per hoc indicauit. Mouerunt autem capita sua, quando in cruce ipsum videntes eadem commouebant, & eum subsannabant.

Christus volens morti traditus.

26. ADIVVA ME DOMINE DEVS MEVS.] Ex auxilio, inquit, tuo discant, quòd non inuitum me cruci tradiderint; sed tuâ dispensatione hoc ita volente, vt per meam passionem salus hominibus concederetur. Manum enim appellat Dei operationem. Vel manus eius est vnigenitus, qui post resurrectionem innotuit. Illud *maledicent illi* etiamnum impletur. Nam vsque in hodiernum diem Iudæis Christi prædicationem execrantibus hæc magis augetur, & illustrior euadit; illi autem qui in eam insurgunt confunduntur. Atque ille quidem in forma serui apparens in Ecclesia per ipsum vbique terrarum constituta exaltatur: ipsi verò in continua versantur ignominia, eaque veluti indumento amiciuntur. Qualis enim non erit Iudæis ignominia, sanctis quidem quibus gloriabantur, & templo & ciuitate sublatis, ipsis verò dispersis, & penitus contemptis & despectis. Confessio autem gratiarum actionem significat, quam facit in medio multorum, scilicet credentium in ipsum & Patrem Gentium. Cùm enim sit caput Ecclesiæ, hymnum eius sibi appropriat. Assistit autem Pater à dextris Filij pauperis, & omnia dextrè agentis, propriam per Filium cum humanitate vnionem faciens inseparabilem; tametsi permiserit passionem; quandoquidem per ipsum mundi salus futura erat.

καὶ διὰ τὸν θάνατον, καὶ διὰ τὴν τοῦ ὅλου ἔθνους ἀπώλειαν. Ἐλύπει γὰρ, ὡς εἰκὸς, αὐτὸν ἡ τῶν τοσούτων ἀπώλεια. Διὰ δὲ τῆς ἐκκλινούσης σκιᾶς τὸν θάνατον ᾐνίξατο. σκιᾷ γὰρ παραπλησίως, φησὶ, τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδεξάμην· ἀλλὰ καὶ δίκην περιφερομένων ἀνέμῳ ἀκρίδων διετέλουν, μηδὲ οἰκίαν ἔχων, ἀλλὰ μεταβαίνων ἄλλοτε ἀλλαχοῦ. ἠσθένησε δὲ ἀπὸ νηστείας· ἐπείπερ οὐ τὸν ἁβροδίαιτον καὶ ἀνειμένον βίον ἠσπάζετο, ἀλλὰ τὸν κατεσκληκότα καὶ αὐχμηρὸν, καὶ μαρτυροῦσιν οἱ κρίθινοι ἄρτοι ἐπιφερόμενοι, καὶ οἱ τιλλόμενοι στάχυες. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι᾽ ἔλαιον, ὁ Σύμμαχος, Καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη ἀπὸ ἀναλειψίας· τὸ αὐχμηρὸν γὰρ διὰ τούτου ἐδήλωσεν. ἐσάλευσαν δὲ κεφαλὰς, ὅτε ἐπὶ σταυροῦ αὐτὸν βλέποντες ἐκίνουν ταύτας, καὶ ἐμυκτήριζον.

κϛ´. ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] Μαθέτωσαν, φησὶν, ἐκ τῆς βοηθείας, ὡς οὐκ ἄκοντά με παρέδωκαν τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ τῆς σῆς τοῦτο οἰκονομίας βουληθείσης, ἐν τῷ ἐμῷ πάθει τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίαν δωρήσασθαι. χεῖρα γὰρ καλεῖ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν. ἢ χεὶρ αὐτοῦ ὁ μονογενὴς, ὃς ἐγνώσθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Τὸ καταράσονται αὐτοὶ καὶ νῦν πληροῦται. μέχρι γὰρ σήμερον Ἰουδαίων βλασφημούντων τὸ κήρυγμα μᾶλλον αὐξάνει, καὶ ἐπιδίδωσιν· ἐκεῖνοι δὲ οἱ ἐπαναστάντες αἰσχύνονται. Καὶ ὁ μὲν ἐν μορφῇ δούλου φανεὶς ἐπὶ τῇ πανταχοῦ συνεστώσῃ δι᾽ αὐτὸν ἐπευφραίνεται Ἐκκλησίᾳ· ἐκεῖνοι δὲ ἐν αἰσχύνῃ εἰσὶ διηνεκεῖ, καὶ ταύτην ἀμπέχονται ὥς τι εἰδεχθὲς περιβόλαιον. Ποία γὰρ οὐκ ἔσται Ἰουδαίοις αἰσχύνη, τῶν ἁγίων μὲν ἐφ᾽ οἷς μέγα ἐφρόνουν, καὶ τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως ἀνῃρημένων, αὐτῶν δὲ διεσπαρμένων, καὶ πάντα ὑποπτησσόντων καὶ ἐγκαλυπτομένων. Ἡ ἐξομολόγησις δὲ τὴν εὐχαριστίαν σημαίνει, ἣν ποιεῖται ἐν μέσῳ πολλῶν, ἤτοι τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων καὶ τὸν πατέρα ἐθνῶν. Κεφαλὴ γὰρ τῆς ἐκκλησίας τυγχάνων, τὸν αὐτῆς οἰκειοῦται ὕμνον. Παρίστη δὲ ὁ πατὴρ ἐκ δεξιῶν υἱοῦ τοῦ πτωχεύσαντος, καὶ πάντα δεξιῶς πράττοντος, ἀχώριστον τὴν οἰκείαν διὰ τοῦ υἱοῦ ποιησάμενος πρὸς τὴν ἐν ἀνθρωπότητι ἕνωσιν· κἂν συνεχώρει τὸ πάθος· ἐπειδὴ δι᾽ αὐτοῦ τὸ τοῦ κόσμου σωτήριον γίνεσθαι ἔμελλεν.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Συνήθως ἐστὶν ἐν τούτῳ ἀντὶ τοῦ εἰς τέλος ὁ μὲν Ἀκύλας τῷ νικοποιῷ ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐπινίκιον εἴρηκε· μονονουχὶ διδάσκοντος ἡμᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὅτι δὴ ἐπὶ τοῖς ἐπινικίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τοῖς κατὰ τοῦ θανάτου τροπαίοις καὶ τὰς παρούσας φωνὰς ἐγκαταλέγειν προσήκει, ἐν αἷς ὁ ἀνθρώπινος αὐτοῦ παρίσταται βίος καὶ ἡ ὑπομονὴ τῶν παθημάτων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀναγκαίως τὸν ψαλμὸν εἰς τὸ τέλος τὸν παρόντα ἐπέγραψεν· ἔχει γὰρ ὅσα τῷ τέλει τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, δηλαδὴ πρὸς αὐτῷ τῷ πάθει τῷ δεσποτικῷ πέπρακται· διόπερ καὶ τὸν ψαλμὸν ἐμελῴδησεν. εἰκόνα γὰρ φέρειν τοῦ Χριστοῦ τὸν Δαβὶδ εἰρήκαμεν φθάσαντες.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὗτος ὁ ψαλμὸς τὰ πάθη τοῦ κυρίου κατασημαίνει, τάς τε ἐσομένας τιμωρίας κατά τε τοῦ Ἰούδα καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. ὅσα δὲ εὐκτικῶς λέλεκται· οἷον ὅταν λέγῃ, Διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, στήσεται λέγει. Οὐ γὰρ εὔχεται τοῦτο γενέσθαι, ἀλλ' ὃ μέλλει συμβῆναι διὰ τὴν ἐκείνου κακίαν τοῦτο προαγορεύει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως.

β'. Ὁ ΘΕΟΣ ΤΗΝ ΑΙΝΕΣΙΝ ΜΟΥ ΜΗ ΠΑΡΑΣΙΩΠΗΣΗΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ παρὼν ψαλμὸς ἀναφέρεται εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, τὰ πάθη περιέχων αὐτοῦ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ γραφὴ τῶν πράξεων τῶν Ἀποστόλων, ἔνθα ὁ Πέτρος τῆς τοῦ προδότου Ἰούδα ἐκπτώσεως μνημονεύσας, καὶ παραινέσας ἕτερον δεῖν παραληφθῆναι εἰς τὸν τῶν δώδεκα Ἀποστόλων ἀριθμόν, μαρτυρίᾳ κέχρηται προφητικῇ ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ φασκούσῃ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος· ὥστε κατὰ τὴν Πέτρου διδασκαλίαν περὶ τοῦ Ἰούδα αὐτὴν ταύτην εἰρῆσθαι τὴν φωνήν, καὶ τὰς λοιπὰς ἐν τῷ ψαλμῷ φερομένας. Ὁ τοίνυν σωτὴρ διὰ τῶν προκειμένων ἀρχόμενος ἀνθρωπίνως (ὡς γενόμενος ἄνθρωπος μείνας δὲ θεὸς ὅπερ ἦν) ἱκετεύει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, μὴ καταρθῶσαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῇ ἑαυτοῦ σπουδῇ· σπουδὴ δὲ αὐτοῦ πᾶσα ἦν, σβέσαι μὲν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν εἰδωλολατρείαν, αἶνον δὲ τῷ Πατρὶ καταστήσασθαι ἐπὶ τῆς γῆς· ὃ δὴ ἐν ἑτέροις διδάσκει λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ δὲ εἰς θεί-

De titulo Psalmi.

EVSEBII. More solito etiam in hoc pro *In finem* Aquila quidem *Victoria auctori* edidit; Symmachus verò *Epinicium* dixit; Spiritu sancto tantùm non docente nos; quòd nempe in epinicijs Saluatoris nostri & de morte trophæis has etiam voces proferre debeamus, in quibus vita eius humana exhibetur ac tolerantia passionum.

Cur In finem inscribatur.

HESYCHII. Necessariò præsentem Psalmum inscripsit *In finem*: continet enim quæcumque Saluatoris nostri incarnationis fini acciderunt, scilicet ea quæ in ipsa Dominica passione gesta sunt: propter quam etiam hunc Psalmum cecinit. Dauidem enim Christi imaginem referre superiùs diximus.

Argumentum huius Psalmi est de passione.

ATHANASII. Hic Psalmus passiones Domini significat, & supplicia tam ipsi Iudæ quàm Iudæorum populo irroganda. Id quod autem optatiuè dictum est; vt cùm ait, *Diabolus stet à dextris eius*; id est, *stabit* inquit. Non enim optat vt hoc fiat, sed id quod ob malitiam ipsius euenturum erat prædicit, & similiter in alijs.

2. DEVS LAVDEM MEAM NE TACVERIS.] EVSEBII. Præsens Psalmus refertur ad personam Christi, cuius passiones continet. Testatur hoc Scriptura Actuum Apostolorum, vbi Petrus proditoris Iudæ casum memorans, & alium duodecim Apostolorum numero aggregandum esse monens, testimonio prophetico vsus est in hoc Psalmo dicente, *Et Episcopatum eius accipiat alter*; ita vt secundùm Petri doctrinam hoc vaticinium, vti & cetera in hoc Psalmo expressa, de Iuda dicta sint. Saluator igitur ab hisce quæ proposita sunt humano more incipiens (vtpote homo factus, manens autem Deus quod erat) obsecrat Patrem suum, ne insidiatores conatui suo officiant: studium autem eius erat, vt ex hominibus quidem idololatriam omnem extingueret, Patri verò laudem in terra constitueret: quod vtique alibi docet dicens: *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.* Qui autem insidijs

Act. 1, 20.

Hic Psalmus est oratio Christi ad Patrem.

Psal. 21, 23.

CATENA PATRVM.

sidijs suis ad mortem eum vrgebant, omni studio satagebant vt hæc ipsa laus eius sileretur ac taceretur. Sed tu, inquit, ô Pater minimè permittes silentio premi laudem meam, quæ ad tuum honorem & gloriam adornatur.

Quid per os peccatoris & dolosi intelligat.

Eivsdem. Os autem peccatoris & os dolosi potissimùm quidem ac vt plurimùm erat os Pharisæorum & Scribarum, qui per simulationem vocabant eum Magistrum & Rabbi; singulariter autem Iudæ, qui Saluatorem ac Dominum osculo prodidit.

Iuda in Christum dolus.

Hesychii. Iudam insinuat; de ipso enim maxima pars huius Psalmi scripta est; cuius os priùs tamquam peccatoris, deinde verò tamquam dolosi contra Dominum apertum fuisse reperiemus: nam tamquam peccator & iniquus Iudæis dixerat: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* tamquam dolosus *Aue Rabbi* ad Iesum dixit, *& osculatus est eum,* osculum in signum proditionis donans capientibus eum.

Matth. 26, 15. Ibid. 49.

3. Locvti svnt adversvm me lingva.] Hesychii. Cùm enim nullum haberent inimicitiæ vel odij argumentum, oderunt tamen ipsum morti tradere volentes: & sermonibus odij circumdederunt, quando in synedrio aulæ Caiaphæ adstantes falsos testes concitarunt. Locuti sunt autem aduersus ipsum linguâ dolosâ, quando summus sacerdos surgens dixit ad eum: *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei.* Non enim vt discerent, sed vt blasphemiæ crimen ipsi impingerent, istiusmodi sciscitabantur.

Iudæi Christum dolis circumuenerunt.

Matth. 26, 63.

4. Pro eo vt diligerent me detrahebant mihi.] Evsebii. Oportuerat enim ipsum diligere vt benefactorem & Medicum non solùm corporum, sed etiam animarum; ipsi verò calumnias aduersus eum contexebant.

Hesychii. Æquum enim erat vt ipsum diligerent, eò quòd morbos eorum curasset, esurientes sæpenumerò cibasset; verumtamen illa ipsa beneficentiæ pignora quæ exhibuerat ipsimet apud Pilatum traduxerunt.

6. Constitve svper evm

νατον αὐτῷ ἐπιβουλεύοντες, κατασιγάσαι ταύτην αὐτὴν τὴν αἴνεσιν καὶ κατασιωπῆσαι σπουδὴν ἐποιοῦντο. Ἀλλὰ σύ, φησιν, ὦ Πάτερ μὴ συγχωρήσῃς ἀποσιωπηθῆναι τὴν αἴνεσίν μου, τὴν εἰς τὴν σὴν τιμὴν καὶ δόξαν σπουδαζομένην.

Τοῦ αὐτοῦ. Στόμα δὲ ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου μάλιστα μὲν καὶ πᾶν τὸ τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων ἐτύγχανε, τῶν μεθ' ὑποκρίσεως αὐτὸν διδάσκαλον καὶ ῥαββὶ ἀποκαλούντων· ἐξαιρέτως δὲ τοῦ Ἰούδα, ὃς τὸν ἑαυτοῦ σωτῆρα καὶ κύριον φιλήματι προδίδου.

Ἡσυχίου. Τὸν Ἰούδαν αἰνίττεται· περὶ γὰρ αὐτοῦ τῆς ψαλμῳδίας τὸ πλεῖστον τῶν προκειμένης γέγραπται· οὗ τὸ στόμα πρότερον ὡς ἁμαρτωλοῦ, δεύτερον δὲ ὡς δολίου κατὰ τοῦ κυρίου ἀνοιγῆναι εὑρήσομεν· ὡς γὰρ ἁμαρτωλὸς καὶ παράνομος τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγε· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ὡς δόλιος Χαῖρε ῥαββὶ πρὸς Ἰησοῦν εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· ἀρραβῶνα τοῖς λαμβάνουσι διδοὺς τῆς προδοσίας τὸ φίλημα.

γ'. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ.] Ἡσυχίου. Οὐδεμίαν γὰρ ἔχοντες ἔχθρας ἢ μίσους ὑπόθεσιν, ἐμίσουν ὅμως αὐτὸν θανατῶσαι βουλόμενοι· καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσαν, ἡνίκα ἐν τῷ συνεδρίῳ τῆς αὐλῆς τοῦ Καϊάφα παραστάντες ἤγειραν ψευδομαρτυρίας. Ἐλάλησαν δὲ κατ' αὐτοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, ὅτε ὁ ἀρχιερεὺς ἀναστὰς ἔλεγε πρὸς αὐτόν· ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. οὐδὲ γὰρ βουλόμενοι μαθεῖν, ἀλλὰ βλασφημίας ὡς ἰδόκουν ἔγκλημα πλέξαι, τοιαῦτα ἐπυνθάνοντο.

δ'. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με.] Εὐσεβίου. Δέον γὰρ ἀγαπᾶν ὡς εὐεργέτην, καὶ μὴ μόνον τῶν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἰατρόν· οἱ δὲ διαβολὰς ἔρραπτον κατ' αὐτοῦ.

Ἡσυχίου. Δίκαιον γὰρ αὐτὸν ἀγαπᾶν, ὑφ' ὧν αὐτῶν τὰς νόσους ἰάσατο, πεινῶντας πολλάκις ἔτρεψεν· ἀλλὰ τὰ παρέχειν εὐεργεσίας ἐνέχυρα αὐτοὶ πρὸς τὸν Πιλᾶτον διέβαλον.

ς'. Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρ-

ΑΜΑΡΤΩΛΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μηδεὶς ἀκούων τοῦ κυρίου νομοθετοῦντος εὐλογεῖν τοὺς διώκοντας, ἐναντίαν ἡγείσθω τοῦ νομοθέτου τὴν προφητείαν. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ὁ προφητικὸς λόγος ἐπαρώμενος διέξεισι τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰς ἐσομένας καὶ Ἰουδαίοις καὶ τῷ Ἰούδᾳ τιμωρίας προλέγων. Ἐσχημάτισται μέντοι ὡς εὐκτικὸν τὸ προαγορευτικόν. Τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ σύνηθες πανταχοῦ τῇ θείᾳ γραφῇ. Τὸ οὖν κατάστησον ἀντὶ τοῦ σταθήσεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὥσπερ ὁ θεὸς δίκαιος προσηγόρευται, καὶ χαίρειν δικαιοσύνῃ λέγεται (δίκαιος γὰρ κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν·) οὕτως ἁμαρτωλὸς ὁ διάβολος, ὡς φιλαμαρτήμων· καὶ οὐ μόνον αὐτὸς ἁμαρτάνων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνεχομένοις εἰσηγούμενος. Τοῦτον ἐπὶ τὸν Ἰούδαν καταστῆναι βούλεται, ὥστε ἄρχειν αὐτοῦ καθάπερ καὶ τῶν δαιμόνων· ἐπειδὴ τῆς αὐτοῦ μερίδος καθάπερ ἐκείνων ὁ προδότης ἐγίνετο.

ΚΑΙ ΔΙΑΒΟΛΟΣ ΣΤΗΤΩ ΕΚ ΔΕΞΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ καὶ σκυλίσας αὐτὸν, πάντα, ἃ πρότερον ἐδόκει κεκτῆσθαι δεξιὰ, τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἀποσυλήσας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ πᾶσι τὰ αὐτὰ δεξιά· ἀλλὰ τῷ μὲν σπουδαίῳ τὰ νοητὰ καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς· τῷ δὲ φαύλῳ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ τῆς κακίας. Ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς τοῦ ἁγίου θεὸς ἵσταται· ἐν δὲ τοῖς τοῦ ἁμαρτωλοῦ διάβολος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μόνον μαθητὴς ὢν προδέδωκε τὸν διδάσκαλον, ἀλλ' οὐδὲ τῆς φιλαργυρίας προβαλέσθαι τὸ πάθος ἠδύνατο· αὐτῷ γὰρ τὸ γλωσσόκομον ὁ Χριστὸς συγκαταβαίνων αὐτοῦ τῇ ἀσθενείᾳ ἐπίστευσεν, ὥστε οὔτε ἐνδεὴς χρημάτων ὁ προδότης ἐτύγχανε.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Γενέσθω ἀντὶ τοῦ γενήσεταί φησι. Πάσης γὰρ ἀπολογίας ἔρημος ὁ προδότης· διὸ κρινόμενος κατακρίνεται, καὶ ἡ προσφερομένη κατ' αὐτοῦ προσευχὴ τὴν κατηγορίαν αὔξει. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν εὐεργέτην, ἀλλὰ καὶ τῶν θείων ἀπήλαυσε λόγων· καὶ θαυμάτων μεγίστων οὐ μόνον γὰρ αὐτόπτης, ἀλλὰ καὶ αὐτουργὸς ἐγένετο, παρ' αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν λαβών.

η. ΓΕΝΗΘΗΤΩΣΑΝ ΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΑΥΤΟΥ ΟΛΙΓΑΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Παντὸς γὰρ προδότου τῆς ἀληθείας γίνονται αἱ ἡμέραι ὀλίγαι, ἃς εἶχε φω-

PECCATOREM.] THEODORETI. Nemo audiens Dominum Legislatorem docentem benedicere persequentes, hanc prophetiam Legislatori contrariam arbitretur. Non enim hîc sermo propheticus execrando narrat istiusmodi, sed supplicia Iudæis ac Iudæ euentura prædicens. Verumtamen hæc prædictio per modum optatiuum formata est. Hoc autem vtplurimùm vbique in Scriptura diuina vsitatum est. *Constitue* igitur dixit pro *constitues*.

CATENA PATRVM. Matth. 5, 44. *Prædictio sæpè per modum imprecationis formatur in Scripturis.*

HESYCHII. Quemadmodum Deus appellatus est iustus, & iustitiâ gaudere perhibetur (*Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit*;) ita diabolus peccator est, vtpote amans peccatum;& non solùm ipse peccans, sed etiam peccatum admittentibus ducatum præbens. Hunc vult Iudæ præficere, vt ipsi non secùs atque dæmonibus imperet; quandoquidem proditor ipsius æquè ac illorum partis fuerit.

Psal. 10, 8. *Diabolus per antonomasiam peccator appellatur.*

ET DIABOLVS STET A DEXTRIS EIVS.] EVSEBII. Qui etiam ipsum eneruauit, omnibus, quæ priùs dextera possidere videbatur, animam eius spolians.

DIDYMI. Non omnibus res eædem dexteræ sunt: sed probo quidem res spirituales ac virtutes; improbo verò res sensibiles & malæ. In dexteris quidem viri sancti Deus; à dextris verò peccatoris diabolus constituitur.

Sanctis Deus, improbis diabolus dexter est.

HESYCHII. Non solùm cùm discipulus esset præceptorem prodidit, sed neque affectum pecuniæ prætexere potuit: nam Christus infirmitati eius condescendens marsupium ipsi concrediderat, ita vt proditor nequaquam pecuniæ penuriâ laboraret.

Iudæ proditio nullum habet verum prætextum.

THEODORETI. *Fiat* pro *Fiet* ait. Omni namque excusatione orbatus est proditor: idcircò cùm iudicatur condemnatur, & precatio ab ipso allata criminationem adauget. Non enim beneficij auctorem ignorabat, sed etiam diuinis perfruitus est colloquijs; maximorumque miraculorum non modò spectator ipse fuit, verùm etiam opifex, cùm ab ipso potestatem accepisset.

Iudas prorsus inexcusabilis.

8. FIANT DIES EIVS PAVCI.] DIDYMI. Omnis enim proditoris veritatis dies pauci fiunt, quos habebat illumi-

Proditoris dies pauci fiunt.

CATENA PATRVM.

natus priusquam proderet veritatem, à vera luce illustratus.

Hesychii. Cùm enim inauguratus esset vt in sæculum Apostolus foret sicut & ceteri Apostoli, paucis diebus vsque ad proditionem seruauit dignitatem.

Quæ hoc Psalmo prædicuntur, ad litteram in Iuda & Iudæis impleta sunt.

Evsebii. Par est etiam verbotenus secundùm nudam litteram hæc omnia post proditoris è medio sublationem fuisse adimpleta; ita vt simul quidem liberi eius orphani extiterint, vxor verò vidua, & reliqua quæ ibidem recensentur omnia ad litteram finem sortita fuerint: adeò vt verificata sit prædictio Saluatoris, hæc per Psalmum futura prædicentis. Ceterùm hæc quoque omnia ad litteram in populo Gentis Iudæorum post eorum in Christum insidias adimpleta fuisse intelliges. Paucis enim annis post crucem elapsis tota Gens vastata fuit; atque illi quidem interfecti sunt, mulieres verò cum liberis seruitutem subiuerunt.

Iudæi toto orbe dispersi.

10. Nvtantes transferantvr.] Hesychii. A diuina enim cognitione nutantes, ab antiqua sua patria Hierosolymis exules facti sunt; & vbique terrarum mendicant, locum habitationis minimè reperientes: quod proprium est mendicorum.

11. Scrvtetvr foenerator omnia.] Evsebii. Symmachus autem sic: *Collidat exactor omnia quæ sunt ipsi.* Exactores autem Romanorum Reges sunt exigentes impositum tributum: hi autem vniuersam Iudæorum substantiam diripuerunt, omnia diligenter scrutantes, vt & occulta inuenirent, sibique vendicarent. His verò perfectis, & rebus quæ ad illos pertinebant hostibus diuisis, nemo ijs adiutor erit, neque eorum liberi misericordiâ digni censebuntur. Deinde nondum quadraginta annis elapsis Iudæorum populus extremam internecionem perpessus fuit.

Romani totam Iudæorum substantiam absumpserunt.

12. Nec sit qvi misereatvr.] Hesychii. Deo enim miseratore ipsos auersante & dicente: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Quis ipsorum ampliùs misereri, quis ijs compati poterit?

Matth. 23, 37.

τιζόμενος πρὶν προδοῦναι τὴν ἀλήθειαν, ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς φωτιζόμενος.

Ησυχιου. Χειροτονηθεὶς γὰρ δι' αἰῶνος Ἀπόστολος ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ Ἀπόστολοι, ἡμέρας ὀλίγας τὰς μέχρι τῆς προδοσίας ἐφύλαξε τὸ ἀξίωμα.

Ευσεβιου. Εἰκὸς καὶ ῥητῶς κατὰ ψιλὴν τὴν λέξιν ταῦτα πάντα πεπληρῶσθαι κατὰ τὴν προδότου μετὰ τὴν ἀνάρτησιν αὐτοῦ· ἅμα μὲν ὀρφανῶν γενομένων αὐτοῦ τῶν παίδων, ἅμα δὲ καὶ τῆς γυναικὸς ἐν χηρείᾳ καταστάσης, καὶ τῶν ἑξῆς καταλεχθέντων ἁπάντων πρὸς λέξιν τέλος εἰληφότων· ὡς ἐπαληθεῦσαι τὴν πρόῤῥησιν τοῦ σωτῆρος, ἡμῖν διὰ τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα θεσπίσαντος. Νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Ιουδαίων ἔθνους κατὰ λέξιν πεπληρωμένα πάντα μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐπιβουλήν. Ὀλίγων γὰρ μετὰ τὸν σταυρὸν διελθόντων ἐτῶν ἀνάστατον ἅπαν τὸ ἔθνος ἐγένετο· καὶ οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, αἱ δὲ τούτων γυναῖκες μετὰ τῶν παίδων ἐξηνδραποδίσθησαν.

ι'. Σαλευομενοι μεταναστητωσαν.] Ησυχιου. Σαλευθέντες γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως, μετανάσται τῆς ἀρχαίας Ἱερουσαλὴμ τῆς ἑαυτῶν πατρίδος ἐγένοντο· καὶ πανταχοῦ γῆς ἐπαιτοῦσι, τόπον οὐδαμοῦ κατοικίας εὑρίσκοντες· ὅπερ ἐπαιτῶν ἴδιον.

ια'. Εξερευνησατω δανειστης παντα.] Ευσεβιου. Ὁ δὲ Σύμμαχος εἶπε· Συγκρούσαι πράκτωρ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ. πράκτορες δὲ καὶ οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς τὸν ἐπικείμενον εἰσπραττόμενοι φόρον· οὗτοι δὲ τὰ Ιουδαίων διήρπασαν, ἅπαντα ἀκριβῶς ἐρευνήσαντες, ὡς καὶ τὰ κεκρυμμένα εὑρεῖν, τε καὶ σφετερίσαι. Τούτων δὲ γενομένων, καὶ τῶν πολεμίων τὰ τούτοις προσήκοντα διανεμομένων, οὐδεὶς αὐτοῖς ἐπίκουρος ἔσται, οὐδὲ φειδοῦς αὐτῶν οἱ παῖδες ἀξιωθήσονται. εἶτα τεσσαράκοντα οὐ διελθόντων ἐτῶν πανωλεθρίαν ὑπέμεινεν ὁ Ιουδαίων λαός.

ιβ'. Μηδε γενηθητω οικτιρμων.] Ησυχιου. Θεοῦ γὰρ αὐτοὺς ἀποστραφέντος τοῦ οἰκτίρμονος καὶ εἰπόντος· Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. τίς αὐτοὺς οἰκτείρειν ἔτι, τίς συμπάσχειν ἔμελλεν;

ιδ'. Ανα-

Digitized by Google

ιδ'. ΑΝΑΜΝΗΣΘΕΙΗ Η ΑΝΟΜΙΑ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πατέρων ἀρετὴ πολλάκις καὶ πλημμελήσαντας ὤνησε παῖδας, ὡς τοὺς Ἰουδαίους τοῦ Ἀβραὰμ ἡ πίστις, ὡς τὸν Σολομῶντα τοῦ Δαβὶδ ἡ εὐσέβεια· πονηρία δὲ πατέρων τοῖς ὁμοίοις παισὶν ἐπαύξει τὴν τιμωρίαν· οὐδεμία γὰρ οὐδαμόθεν εὑρίσκεται φειδοῦς ἀφορμή.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πατέρας δὲ αὐτῶν καλεῖ τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ δυσσεβείᾳ χρησαμένους, τοὺς ἐπὶ τῶν κριτῶν, τοὺς ἐπὶ τῶν βασιλειῶν, τοὺς μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον παρανομίᾳ συζήσαντας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πατέρες τοῦ Ἰούδα οἱ κατὰ προδοσίαν γεννήσαντες αὐτὸν εἶναι δύνανται, οἵτε διὰ τῆς δόσεως τῶν ἀργυρίων εἰς τοῦτο αὐτὸν παρορμήσαντες· καὶ ἔτι ὁ βαλὼν εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ σατανᾶς προδοῦναι τὸν κύριον· καὶ οἱ ἔχοντες σοφίαν τούτου τοῦ αἰῶνος ἄρχοντες· περὶ ὧν ὁ Παῦλος· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

ιε'. ΓΕΝΗΘΗΤΩΣΑΝ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΑΠΑΝΤΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πάντα, φησὶ, τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα παράνομα ἀεὶ θεώμενος ὁ θεὸς, οὐδεμίας αὐτοὺς ἀξιώσει φειδοῦς, ἀλλὰ πανωλεθρίᾳ παραδώσει. Καὶ ἐντεῦθεν μέντοι δῆλον, ὡς οὐ περὶ μόνου τοῦ Ἰούδα, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν ἠπιστηκότων Ἰουδαίων λέγει· ἀπὸ γὰρ ἑνικοῦ προσώπου ἐπὶ τὸ πληθυντικὸν τὸν λόγον μετήνεγκεν. Οὐκέτι γὰρ εἶπεν αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτῶν.

ΚΑΙ ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΘΕΙΗ ΕΚ ΓΗΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ποίας γῆς; τῆς τῶν ζώντων· περὶ ἧς αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν γῇ ζώντων.

ιϛ'. ΑΝΘ' ΩΝ ΟΥΚ ΕΜΝΗΣΘΗ ΠΟΙΗΣΑΙ ΕΛΕΟΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνι; δῆλον ὡς ἑαυτῷ· οὐδὲ γὰρ εἰς μετάνοιαν εἶδεν, ὅθεν ἐλέους τυχεῖν καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι ἠδύνατο. ὁ δὲ ἑαυτὸν μὴ ἐλεήσας, πῶς παρὰ τοῦ κριτοῦ ἐλεηθῆναι δύναται;

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ταῦτα δὲ πείσονται, ἀπηνῶς καὶ θηριωδῶς τῇ μιαιφονίᾳ χρησάμενοι, καὶ τὸν πάσῃ χρησάμενον μετριότητι μέχρι θανάτου διώξαντες.

ιζ'. ΚΑΙ ΚΑΤΕΔΙΩΞΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΠΕΝΗΤΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτόν, φησι, τὸν κύριον, ὃς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν· ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν.

14. IN MEMORIAM REDEAT INIQVITAS PATRVM.] EVSEBII. Paterna virtus sæpenumerò etiam filijs peccantibus profuit, vt fides Abrahæ Iudæis, & Dauidis pietas Salomoni; sed prauitas parentum filijs similibus pœnam adauget; quandoquidem ex nullo loco vlla miserendi occasio reperitur.

Catena patrum. *Malitia parentum filiorum pœnam aggrauat.*

EIVSDEM. Patres autem eorum vocat illos qui in solitudine impiè se gesserunt, & eos qui tempore Iudicum & Regum, quique post reditum è Babylonia iniquè vixerunt.

DIDYMI. Patres Iudæ esse possint illi qui secundùm proditionem ipsum genuerunt, quique per argenteorum donationem ad hoc ipsum incitarunt; atque insuper satanas, qui immisit ei in cor vt Dominum traderet; tum etiam Principes qui habent sapientiam huius sæculi: de quibus Paulus ait: *Si enim cognouissent, numquam Dominũ gloriæ crucifixissent.*

Qui sint patres Iudæ proditoris. 1. Cor. 2, 8.

15. FIANT CONTRA DOMINVM SEMPER.] EVSEBII. Cùm omnes, inquit, iniquitates ab eis audacter commissas Deus intueatur, nullâ misericordiâ illos dignabitur, sed internecioni tradet. Atqui hinc patet, quòd non de solo Iuda, sed de omnibus infidelibus Iudæis hæc dicat; quandoquidem à singulari persona ad multos transferat orationem. Non ampliùs enim dixit *eius*, sed *eorum*.

ET DISPEREAT DE TERRA.] HESYCHII. Quali terrâ? vtique viuentium: de qua Dauid ipse dixit: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*

Psal. 26, 13.

16. PRO EO QVOD NON EST RECORDATVS FACERE MISERICORDIAM.] HESYCHII. Cui? vtique manifestum quòd sibi ipsi: neque enim ad pœnitentiam respexit, vnde misericordiam atque clementiam consequi potuisset. Quem autem sui ipsius non miseret, quomodo à Iudice misericordiam consequi possit?

DIDYMI. Hæc autem patientur, quòd crudeliter & ferinè parricidium commiserint, eumque qui omni moderatione vsus fuerat ad necem persecuti sint.

17. ET PERSECVTVS EST HOMINEM INOPEM.] ATHANASII. Ipsum, inquit, Dominum, *qui propter nos egenus factus est, cùm esset diues; vt illius inopiâ nos diuites essemus.*

2. Cor. 8, 9. *Christus propter nos egenus factus.*

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Egenus & inops Dominus; quia cùm esset diues, pro nobis egenus factus est: & non solùm pauper fuit, verùm etiam propter Iudæorum contumaciam ad tantam redactus est egestatem, vt diceret: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; Filius verò hominis non habet vbi caput reclinet.* quod signum est extremæ egestatis.

Matth. 8. & Lucæ 9.

ET COMPVNCTVM CORDE.] ATHANASII. Id est afflictum: affligebatur enim videns eorum perditionem.

EVSEBII. Id est exulceratum propter iniquitates quas in ipsis videbat. Vnde etiam ad Hierusalem deflens eam dixit: *Si cognouisses & tu quæ ad pacem tibi.* Mortificauit autem ipsum, auctor effectus cur ad mortem traderetur.

Lucæ 19, 42.

HESYCHII. Idem autem propter nos quoque corde compunctus fuit; quapropter dixit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Matt. 26, 38.

18. ET DILEXIT MALEDICTIONEM.] THEODORETI. Hoc in loco manifestè modum optandi permutauit, & vaticinationis more vtraque posuit: quoniam & maledictionem quam adamauit accipiet; & benedictione, quam accipere noluit, priuabitur.

Iudas maledictus.

HESYCHII. Qualem nempe audiuit, quando ipsi proditionem meditanti Vnigenitus dixit, *Filius quidem hominis traditur: bonum autem erat ei, si natus non fuisset homo ille.*

Matth. 26, 24.

ET NOLVIT BENEDICTIONEM.] EVSEBII. Oraculo in personam Saluatoris dicente: Qui benedixerint te, benedicti sunt; & qui maledixerint te, maledicti existunt. Quomodo quidem illi qui Deum toto orbe per ipsum cognouerunt, atque in ipsum crediderunt, Dei benedictione digni sunt habiti, ita vt multiplicentur & augeantur, & vniuersam Christi Ecclesiam impleant, omnibus existit manifestum. Quomodo autem Iudæi qui ipsum è medio sustulerunt, & quotidie ipsi maledicunt, Dei maledictionem sibi ipsis consciuerint, etiàm hoc manifestum ex eo quòd caput minimè attollant, neque emergant ex ijs temporibus quibus Saluatori nostro insidias struxerunt.

Gen. 27, 29. *Qui Christo benedicunt, benedicti sunt, qui verò ei maledicūt, maledicti.*

HESYCHII. Benedictionem intelligit Apostolorum, quam Christus ipsis promisit:

Matth. 19, 28.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πένης καὶ πτωχὸς ὁ κύριος· ἐπειδὴ πλούσιος ὢν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐπτώχευσεν· οὐ μόνον δὲ ἐπτώχευσεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοσοῦτον διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀνηκοΐαν πένης ἐγένετο, ὥστε λέγειν· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. ὅπερ ἐστὶ πενίας ὑπερβαλλούσης ἀπόδειξις.

ΚΑΙ ΚΑΤΑΝΕΝΥΓΜΕΝΟΝ ΤΗ ΚΑΡΔΙΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ λυπούμενον· ἐλυπεῖτο γὰρ ὁρῶν αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τουτέστι πεπληγμένον δι' ἃς ἑώρα ἐν αὐτοῖς παρανομίας. ὅθεν καὶ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔλεγε κλαίων αὐτήν· εἰ ἔγνως καὶ σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην σοί. Ἐθανάτωσε δὲ αὐτόν, αἴτιος γενόμενος τοῦ εἰς θάνατον παραδοθῆναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τῇ καρδίᾳ δι' ἡμᾶς κατανενυγμένος· διόπερ ἔλεγε· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου.

ιη'. ΚΑΙ ΗΓΑΠΗΣΕ ΚΑΤΑΡΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα σαφῶς τὸ εὐκτικὸν μεταβέβληκε σχῆμα, καὶ προαγορευτικῶς ἀμφότερα τέθεικεν· ὅτι καὶ τὴν κατάραν ἣν ἠγάπησε λήψεται· καὶ τῆς εὐλογίας, ἣν λαβεῖν οὐκ ἠθέλησε, στερηθήσεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ποίαν τὴν τοῦ μονογενοῦς ἤκουσεν, ἡνίκα τὴν προδοσίαν ἐμελέτησε λέγοντος· ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

ΚΑΙ ΟΥΚ ΗΘΕΛΗΣΕΝ ΕΥΛΟΓΙΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῆς προφητείας λεγούσης εἰς πρόσωπον τοῦ σωτῆρος· οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλόγηνται· καὶ οἱ καταρώμενοί σε, κεκατήρανται. Ὅπως μὲν οἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ ἐπιγνόντες, καὶ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν, τῆς ἐκ θεοῦ καταξιοῦνται εὐλογίας, ὡς πληθύνεσθαι καὶ αὔξειν, καὶ τὰ σύμπαντα πληροῦν τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν, τοῖς πᾶσι τυγχάνει πρόδηλον. Ὅπως δὲ Ἰουδαῖοι ἀράμενοι αὐτόν, καὶ βλασφημοῦντες ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, τὴν ἐκ θεοῦ κατάραν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπῶνται, καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ μὴ ἆραι κεφαλήν, μηδὲ ἀνανεῦσαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εὐλογίαν τὴν τῶν Ἀποστόλων λέγει, ἣν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ἐξεφώνησεν·

Ἀμὴν

Digitized by Google

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὑμεῖς οἱ, ἀκολουθήσαντές μοι, καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

ΚΑΙ ΕΝΕΔΥΣΑΤΟ ΚΑΤΑΡΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ γὰρ μόνον ἔξωθεν, ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν περίκεινται τὰ κακὰ, καὶ ὑπὸ τούτων δίκην ὕδατος περικλύζονται. εἶτ' ἐπειδὴ τὸ ὕδωρ δεύει μὲν τὸ σῶμα, καὶ βρέχει, οὐκ ἔχει δὲ μόνιμον τὴν ὑγρότητα, ἐπήγαγε· καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταῦτα γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τυγχάνει τὰ ἐνδόθια· ὥστε καὶ δυνάμεις τῆς ψυχῆς εἰσι τὰ μὲν ἔγκατα τὰς λογικὰς, ἐπειδὴ τὰ ἔγκατα οὐ τὴν αὐτὴν κατέχει τροφὴν, ἀλλὰ καὶ νῦν μὲν δέχεται, νῦν δὲ ἐκβάλλει· ὥσπερ καὶ οἱ λογισμοὶ οὐκ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστήκασι, συνεχῶς γὰρ μεταβάλλονται. Τὰ δὲ ὀστᾶ, τὰς πρακτικὰς, ὡς ἰσχυρὰ, νοήσωμεν. ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν ὕδωρ τοῖς ἐγκάτοις (ὡς ἐν ὑγρότητι τρεφομένοις) κατάλληλον· τὸ δὲ ἔλαιον τοῖς ὀστέοις (σφόδρα γὰρ χαίρει τῇ δι' ἐλαίου ἀλοιφῇ) εἰκότως τὸ ὕδωρ τοῖς ἐγκάτοις, τὸ ἔλαιον τοῖς ὀστέοις ἀποδέδωκεν, ὡς δεῖξαι ὅπερ αὐτῷ τὰ τῆς κατάρας ἥρμοσεν, ὡς κατάλληλον αὐτῇ πονηρίαν μεταδιώξαντι.

κα'. ΚΑΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΠΟΙΗΣΟΝ ΜΕΤ' ΕΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ταῦτα ἀνθρωπίνως εἴρηκεν ὁ δεσπότης Χριστός· πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπινα πλὴν ἁμαρτίας πεπλήρωκεν· ἐτέχθη γὰρ καὶ κατὰ νόμον φύσεως. καὶ γὰρ ἐκ γυναικὸς τεχθῆναι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν, ὑπὲρ ταύτην δὲ, τὸ ἐκ παρθένου. Ἐδέξατο σπάργανα, καὶ περιτομὴν, καὶ τὴν ἐκ γάλακτος τροφὴν, καὶ θυσίας προσήνεγκεν, ἐνήστευσε καὶ ἐπείνησεν, ἐδίψησε καὶ ἐκοπίασεν. Οὕτω καὶ προσευχόμενος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις, συνεχῶς ἀναγέγραπται. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἀνθρωπίνως τὴν θείαν ἐπικαλεῖται βοήθειαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν περικείμενος, ὡς πρὸς κύριον τὸν πατέρα λέγει· λέγει δὲ τῷ κυρίῳ, ὅπως ποιήσῃ μετ' αὐτοῦ ἔλεος, εὐεργετῶν τοὺς πιστεύοντας, ὄντας αὐτοῦ σῶμα. Τὰ γὰρ εἰς τὸ σῶμα αὐτοῦ γινόμενα ἑαυτῷ λογίζεται· διὸ φησι· ποίησον μετ' ἐμοῦ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Ἐπείπερ ἐν τούτῳ ἐλήλυθα πρὸς οὓς ἀπέστειλάς με φάσκων· ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός. ἕνεκεν οὖν τούτου τοῦ ὀνόματος ποίησον.

Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.

CATENA PATRVM.

ET INDVIT MALEDICTIONEM.] THEODORETI. Non solùm enim foris, verùm etiam intus circumdantur malis, & ab hisce aquæ instar circumfunduntur. Deinde quoniam aqua irrigat quidem corpus, & aspergit, sed non habet humorem inhærentem, subiunxit: *Et tamquam oleum in ossibus eius.*

Interiora animæ sunt virtutes.

HESYCHII. Hæc enim hominis interiora sunt; ita vt intestina quidem sint rationales animæ virtutes, quandoquidem intestina non eumdem cibum retinent, sed modò quidem illum suscipiunt, modò verò eijciunt; sicut etiam cogitationes ijsdem rebus minimè insistunt, sed assiduè mutantur. Ossa verò, vtpote quæ firma sint, virtutes practicas intelligemus. Quoniam aqua quidem intestinis (vt quæ humore nutriantur) oleum verò ossibus quadrat; (hæc enim olei vnctione plurimùm gaudent;) meritò aquam intestinis, oleum verò ossibus attribuit, ad ostendendum ipsi competere execrationes, vtpote hisce conuenientem malitiam consectanti.

Christus humana omnia assumpsit, præter peccatum.

21. ET TV DOMINE FAC MECVM.] THEODORETI. Etiam hæc Dominus Christus humano more dixit: quandoquidem humana omnia præter peccatum impleuit: genitus est enim secundùm legem naturæ. Nam ex muliere nasci humanæ naturæ est, sed ex virgine, est supra naturam. Pannis inuolutus est, & circumcisus fuit, nutrimentumque ex lacte accepit, & sacrificia obtulit, ieiunauit & esuriuit, sitiuit & laborauit. Similiter in sacris Euangelijs scriptum est, assiduè ipsum orasse. Atque hoc in loco etiam humano more diuinum implorat auxilium.

Lucæ 2. Matth. 4. Ioan. 19. Lucæ 11. Lucæ 22.

Christus quæ suis fiunt sibi facta reputat.

DIDYMI. Is qui serui formam indutus est, ad Patrem tamquam ad Dominum loquitur: dicit autem Domino, vt faciat cum ipso misericordiam, benefaciens credentibus, qui sunt corpus eius. Ea enim quæ corpori ipsius fiunt sibi facta reputat; quapropter ait: *Fac mecum propter nomen tuum.* Quoniam in hoc veni ad quos me misisti dicens: *Ego veni in nomine Patris mei.* Fac igitur propter nomen hoc.

Ioan. 5, 43.

APO-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

APOLINARII. Misericordiam in homines pro hominibus postulat, cùm pro semetipso minimè indigus sit misericordiæ, qui merentibus mitigat difficultates, cùm sit benignus.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἔλεος τὸ εἰς ἀνθρώπους ὁ ὑπὲρ ἀνθρώπων αἰτεῖ, οὐκ ὢν καθάπερ ἑαυτὸν ἐν χρείᾳ ἐλέου, ὃς τοῖς ἀξίοις ἐπικουφίζει τὰ δεινά, χρηστὸς ὤν.

Christus vt homo pro nobis orat.

HESYCHII. Sæpenumerò dictum est, personæ Christi humilia congruere propter humanitatem; verumtamen vt sic etiam sublimia cum humilibus coniuncta sunt. Nam cùm dixisset *Fac mecum*, adiunxit *propter nomen tuum*, propter meam dignitatem. Nomen enim Patris est Filius; quapropter etiam dicitur, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, vtpote ipsi æqualis & incommutabilis existens, atque idcircò Patris nomen assumens. Atqui si tantæ dignitatis sit, cur orat? *Quia*, inquit, *suauis est misericordia tua:* rursus semetipsum Patris misericordiam appellans; misericordiam quidem, quia per eius præsentiam consecuti sumus misericordiam; Patris autem misericordiam, quia nimirum eius voluntate salus nostra peracta est. Cùm igitur tam benignus sim, vt etiam propter hominum commiserationem homo factus fuerim, fac mecum. Decet enim incarnatum quodammodò orare, & auxilium à Deo postulare, atque humilia assumere, quæ competunt humanitati.

Matth. 23, 34.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἴρηται πολλάκις, ὅτι τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ ἁρμόττει τὰ ταπεινὰ διὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἀλλὰ καὶ οὕτω τὰ ὑψηλὰ τοῖς ταπεινοῖς συνέζευκται. Εἰπὼν γὰρ ποίησον μετ' ἐμοῦ, προσέθηκεν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ἕνεκεν τῆς ἐμῆς ἀξίας. Ὄνομα γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· διόπερ καὶ εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου λέγεται, ὡς ἴσος αὐτῷ τυγχάνων καὶ ἀπαράλλακτος, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τοῦ Πατρὸς ἀναλαμβάνων τὸ ὄνομα. καὶ εἰ οὕτως ἀξίας ἔχεται, τίνος χάριν προσεύχεται; ὅτι χρηστόν, φησι, τὸ ἔλεός σου· ἔλεος πάλιν τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν καλῶν· ἔλεος μὲν, ἐπειδὴ διὰ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἠλεήθημεν· ἔλεος δὲ τοῦ πατρὸς εἰκότως, γνώμῃ γὰρ αὐτοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν πέπρακται. Ἐπειδὴ τοίνυν οὕτω χρηστός εἰμι, ὥστε καὶ ἄνθρωπος διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους γενομένην συμπάθειαν, ποίησον μετ' ἐμοῦ. Πρέπει γάρ πως σαρκωθέντι καὶ προσεύχεσθαι, καὶ βοήθειαν αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ, καὶ τὰ ταπεινὰ ἀναλαμβάνειν, ὅσα τῇ ἀνθρωπότητι πρέποντα.

Quid Christus suam vocet egestatem.

22. LIBERA ME, QVIA EGENVS ET PAVPER SVM.] HESYCHII. Egestatem suam voluntariam appellat, scilicet humiliationem; paupertatem rursus propriam, Iudæorum inobedientiam. Cùm enim ipsius figmentum essent propter carnem ex ijs assumptam, necessariò illorum errorem suam reputat paupertatem.

κβ'. ΡΥΣΑΙ ΜΕ, ΟΤΙ ΠΤΩΧΟΣ ΚΑΙ ΠΕΝΗΣ ΕΙΜΙ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πτωχείαν αὐτοῦ τὴν ἑκούσιον προσαγορεύει, δηλονότι ταπείνωσιν· πενίαν πάλιν ἰδίαν, τὴν τῶν Ἰουδαίων παρακοήν. εἰ γὰρ αὐτοῦ πλάσμα ἦσαν διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ληφθεῖσαν σάρκα, ἀναγκαίως αὐτοῦ πενίαν τὴν ἐκείνων πλάνην λογίζεται.

Christus ante passionem conturbatus fuit.

ET COR MEVM CONTVRBATVM EST.] THEODORI. Hoc etiam ab ipso in sacris Euangelijs dictum reperimus: cùm enim ad passionem accessurus esset dixit: *Nunc anima mea turbata est; & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora: sed propterea veni in horam hanc.*

Ioan. 12.

ΚΑΙ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΤΕΤΑΡΑΚΤΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις εἰρημένον εὑρίσκομεν· μέλλων γὰρ προσιέναι τῷ πάθει εἶπεν· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί εἴπω; πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὴν ὥραν ταύτην.

EVSEBII. Cùm de animarum tam ipsiusmet proditoris quàm ceterorum ipsi insidiantium perditione, nec non de totius Gentis Iudaicæ proiectione & ruina recogitaret, tamquam hominum amator se pro ipsis turbari profitetur: idcircò inquit, *Et cor meum turbatum est intra me.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Φροντίζων περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ψυχῶν αὐτῶν αὐτοῦ τε ἐκείνου τοῦ προδότου καὶ τῶν τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ συσκευασαμένων, περί τε τῆς ἀποβολῆς καὶ τῆς ἀποπτώσεως τοῦ παντὸς Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, ταράττεσθαι ὡς φιλάνθρωπος ὑπὲρ αὐτῶν ὁμολογεῖ· διό φησι, καὶ ἡ καρδία μου τετάρακται ἐντός μου.

Cor Christi sunt Apostoli.

DIDYMI. Ceterùm cor etiam esse

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λέγοις δ' ἂν καρδίαν καὶ ἰσοψυ-

Digitized by Google

ἰσοψύχους αὐτοῦ τοὺς Ἀποστόλους εἶναι, τῶν ὑποδεεστέρων πεπιστευκότων τυγχανόντων αὐτοῦ σῶμα. ἐπεὶ οὖν ἐσκορπίσθησαν οἱ μαθηταὶ σκανδαλισθέντες ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, ὅτε ἐπέστησαν ἐπὶ τὸ κρατῆσαι αὐτὸν Ἰούδας καὶ ὁ τῶν Φαρισαίων ὄχλος, ταραχθῆναι αὐτοὺς καρδίαν αὐτοῦ τυγχάνοντας συνέβη.

κγ΄. ΩΣΕΙ ΣΚΙΑ ΕΝ ΤΩ ΕΚΚΛΙΝΑΙ ΑΥΤΗΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡ τοῦ ἡλίου σκιὰ πρὸς δυσμαῖς αὐτοῦ γεγονότος, ἐπὶ πολὺ κλίνεται· δύναντος δὲ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ συναπέρχεται. Ὅτε τοίνυν ἡ κακία ἐπλεόνασεν, ὥστε καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, χεῖρας ἐπᾶραι τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, τότε ἀνταναιρεῖται ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπομένει θάνατον, ἵνα ἡ κακία καὶ ἡ ἁμαρτία νεκρωθῇ, καθάπερ Παῦλός φησιν· ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο ἐρεῖ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὁ κύριος, οὐ μονίμου οὐδ' ἑστηκυίας οὔσης.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ τούτων τὸν θάνατον παρεδήλωσε. σκιᾷ γάρ, φησι, κλιθείσῃ καὶ ἀναιρεθείσῃ παραπλησίως ἐδεξάμην τοῦ βίου τὸ τέλος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀλλὰ καὶ δίκην ἀκρίδων, φησὶν, ὑπὸ ἀνέμων ῥιπιζομένων καὶ τῇδε κἀκεῖσε ἀεὶ περιφερομένων διετέλεσα, οὐ πόλιν ἔχων, οὐ κώμην, οὐκ οἰκίαν· ἀλλὰ ποτὲ μὲν εἰς ταύτην, ποτὲ δὲ εἰς ἐκείνην, ἄλλοτε δὲ εἰς ὄρη μεταβαίνων, καὶ εἰς τὴν ἔρημον τρέχων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αἱ ἀκρίδες δι' ἀσθένειαν φύσεως θᾶττον ἐκτινάσσονται σοβούμεναι· οὕτω κἀγώ, φησιν, ἀσθενῆ ζωὴν δι' ἀνθρώπους ἀναλαβὼν, ἐπὶ τὸ σταυρωθῆναι ἐξ ἀσθενείας, ταχέως ἐξεδιώχθην, μετ' ἀνάστασιν ἀναληφθείς. δύναται καὶ περὶ πάντων τῶν μαθητῶν τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν· ἐξετινάχθην ὡσεὶ ἀκρίδες· ἐπείπερ διωκόμενοι, καὶ ἐκτινασσόμενοι πρὸς τῶν κακοῦν ἐθελόντων οὐ ταπεινοῦνται, ἀλλ' ἐπαιρόμενοι μετάρσιοι φέρονται. Καὶ πάντες οὖν οἱ μάρτυρες ἐκτιναχθέντες ὡσεὶ ἀκρίδες, ἐάσαντες τὰ κάτω, διώκουσι τὰ βραβεῖα τῆς ἄνω κλήσεως.

κδ΄. ΤΑ ΓΟΝΑΤΑ ΜΟΥ ΗΣΘΕΝΗΣΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ γὰρ ἀνειμένον καὶ ἁβροδίαιτον ἐβιότευσε βίον, ἀλλ' ἀπέριττον καὶ κατεσκληκότα καὶ αὐχμηρόν· καὶ μάρτυρες οἱ

dixeris vnanimes eius Apostolos, cùm subditi fideles sint corpus eius. Quandoquidem igitur discipuli scandalum passi in nocte ista dissipati fuerint, quando ad capiendum Iesum Iudas cum turbis Pharisæorum ingruebant, contigit tunc illos qui cor ipsius erant conturbari.

CATENA PATRVM.

23. SICVT VMBRA CVM DECLINAT.] HESYCHII. Sole ad occasum vergente, vmbra eius plurimùm declinat; ipso autem occumbente, hæc etiam simul abit. Quando igitur malitia redundauit, ita vt genus humanum etiam aduersus ipsum Deum, scilicet Christum, manus eleuaret, tunc Christus è medio tollitur, & mortem sustinet, vt malitia & peccatum mortificaretur, vt Paulus ait; *Quia vetus homo noster simul crucifixus est*, &c.

Christus sicut vmbra declinauit in morte.

Rom. 6, 6.

DIDYMI. Hoc dicet de humana vita Dominus, cùm minimè permanens nec stabilis sit.

THEODORETI. Per hæc mortem demonstrauit. Instar enim vmbræ, inquit, vergentis & deficientis finem vitæ obiui.

EIVSDEM. Quin etiam, inquit, more locustarum à ventis agitatarum & huc illucque impulsarum vitam duxi, non habens ciuitatem, non castellum, non domum; sed modò quidem in hanc, modò verò in illam, aliàs autem in montes transiens, & in solitudinem currens.

Christus instar locustæ vagam & inopem vitam duxit.

ANONYMI. Locustæ ob naturæ imbecillitatem quassatæ illicò excutiuntur; sic & ego, inquit, cùm infirmam vitam propter homines assumpserim, eò quòd crucifixus sim ex infirmitate, citò expulsus fui, post resurrectionem iterùm assumptus. Posset etiam de omnibus discipulis quod de se dicere: *Excussus sum sicut locusta*: quandoquidem persecutionem perpessi, & excussi ab ijs qui ipsos lædere & humiliare cupiebant, nihilominùs auolantes in sublime feruntur. Omnes igitur Martyres excussi sicut locustæ, ea quæ deorsum sunt deserentes, insequuntur præmia supernæ vocationis.

Discipuli & Martyres Christi excutiuntur sicut locusta.

24. GENVA MEA INFIRMATA SVNT.] THEODORETI. Non enim dissolutam & delicatam vitam duxit, sed simplicem & incultam squalidamque; vt testes sunt hi quos

Christus laboriosam vitam duxit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quos sacro suo discipulatu dignos censuit, & panes hordeacei quos afferebant, & spicæ quas vellebant, manibusque terebant propter famem.

Ioan. 4. 6.

HESYCHII. Cùm fatigatus ex itinere, vt inquit Ioannes, sederit Christus, nil mirum, si etiam ex ieiunio genua eius infirmentur: ad carnis enim quam assumpserat probationem humana sustinuit absque peccato.

Hebr. 5. 15.

Christus factus opprobrium Iudæis.

25. ET EGO FACTVS SVM OPPROBRIVM ILLIS.] APOLINARII. Atque hoc sortitum est finem: videntes enim ipsum in cruce, mouentes capita sua dicebant: *Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus excitas illud, descende de cruce. Alij verò dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

Matth. 27. 40. Marc. 15. 29.

HESYCHII. Hæc ad litteram accidisse Matthæus tradidit: *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud readificas, salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce, vt videamus, & credamus.*

Matth. 27. 39.

ATHANASII. Hoc autem dicit, quia ipsi in cruce existenti capita obuertebant.

26. ADIVVA ME DOMINE DEVS MEVS.] HESYCHII. Nostram opem ac salutem suam reputat, vtpote Mediator & Pontifex noster ad Patrem factus: quapropter Patrem vocat etiam Dominum ac Deum suum: quod nostris etiam personis congruit. Hoc autem mediatoris atque Pontificis proprium est, vt assumat personas eorum pro quibus sacrificat & intercedit.

27. ET SCIANT QVIA MANVS TVA HÆC.] ATHANASII. Manus hoc loco vocat operationem, quam operatus est, semetipsum à mortuis resuscitando.

Christus minimè inuitus morti traditus.

APOLINARII. Discant, inquit, quòd non inuitum me cruci tradiderint, sed hoc esse opus tuæ dispensationis: per meam enim passionem voluisti hominibus largiri impatibilitatem. Manum verò vocat Dei operationem.

In resurrectione virtus Christi innotuit.

EVSEBII. In resurrectione à mortuis manus Dei, id est vnigenitum eius Verbum, innotuit; & quod hactenus plurimos latue-

τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ μαθητείας ἀξιωθέντες, καὶ οἱ κρίθινοι ἄρτοι οὓς ἐπεφέροντο, καὶ οἱ τιλλόμενοι στάχυες, καὶ ταῖς χερσὶ τριβόμενοι διὰ πεῖναν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰ κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορείας, ὥς φησι Ἰωάννης, κάθηται ὁ Χριστὸς, οὐδὲν θαυμαστὸν, καὶ ὑπὸ νηστείας αὐτοῦ ἀσθενῆσαι τὰ γόνατα· εἰς βεβαίωσιν γὰρ τῆς σαρκὸς ἣν ἐσαρκώθη ὑπέμεινε χωρὶς ἁμαρτίας τὰ ἀνθρώπινα.

κε΄. ΚΑΓΩ ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΟΝΕΙΔΟΣ ΑΥΤΟΙΣ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Καὶ τοῦτο τέλους τετύχηκεν· ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς ἔλεγον· Οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτὸν, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταῦτα τῇ λέξει γεγονότα Ματθαῖος παραδέδωκεν· οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν αὐτὸν, σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν, καὶ πιστεύσωμεν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτο δέ, φησι, διὰ τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὄντι αὐτῷ κινεῖν τὰς κεφαλάς.

κϛ΄. ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἑαυτοῦ βοήθειαν καὶ σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν τίθεται, ὡς μεσίτης ἡμῶν καὶ ἀρχιερεὺς πρὸς τὸν πατέρα γενόμενος· διόπερ φησὶν ἑαυτοῦ καὶ κύριον καὶ θεὸν τὸν πατέρα· ὃ τοῖς προσώποις ἁρμόττει τοῖς ἡμετέροις. Τοῦτο δὲ μεσίτου καὶ ἀρχιερέως οἰκεῖον ἀναλαμβάνειν, τούτων ὑπὲρ ὧν ἱερουργεῖ καὶ μεσιτεύει τὰ πρόσωπα.

κζ΄. ΚΑΙ ΓΝΩΤΩΣΑΝ ΟΤΙ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ ΑΥΤΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Χεῖρας ἐνταῦθα τὴν πρᾶξιν φησιν, ἣν εἰργάσατο, ἀναστήσας ἑαυτὸν ἐκ νεκρῶν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Μαθέτωσαν, φησιν, ὡς οὐκ ἄκοντά με παρέδωσαν τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ τῆς σῆς τοῦτο ἔργον οἰκονομίας· διὰ γὰρ τοῦ ἐμοῦ πάθους ἠβουλήθης τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἀπάθειαν δωρήσασθαι. χεῖρα δὲ καλεῖ τοῦ θεοῦ τὴν ἐνέργειαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐν τῇ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει γνωστὴ γέγονεν ἡ χεὶρ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος· καὶ ὁ τέως τοὺς πολλοὺς λανθάνων,

Digitized by Google

θάνατον, ἐφανερώθη, ὡς αὐτὸς ἑκὼν ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ ἀνέστησε σῶμα, δεξιὰ καὶ δύναμις ὢν τοῦ πατρός. γνώτωσαν τοίνυν, φησὶν, ὅτι ἡ χείρ σου αὕτη, ἣν ὀνειδίζουσι καὶ χλευάζουσι, καὶ σὺ κύριε ἐποίησας αὐτήν.

Ησυχιου. Ποίαν δὲ χεῖρα λέγει; δῆλον ὅτι τὴν οἰκονομίαν τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως διὰ τῆς χειρὸς ἐνταῦθα σημαίνει. ἐπειδὴ γὰρ τὰ μεγάλα τῶν θαυμάτων ἔθος δάκτυλον θεοῦ προσαγορεύεσθαι, ἀναγκαίως πρὸς σύγκρισιν τῶν εἰρημένων, ἐπειδὴ μέγιστον ὑπῆρχε τὸ θαῦμα τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως, χεῖρα αὐτὴν καλεῖ. Ὃ δὴ καὶ γνῶναι τοὺς ἀνθρώπους βούλεται, καὶ ὅτι αὐτὸς αὐτὴν ἐποίησε· τουτέστιν, αὐτοῦ γνώμῃ καὶ εὐδοκίᾳ πέπρακται, ἵνα συμφωνίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ μαθόντες, τὸ τῆς θεογνωσίας παιδευθῶσι μυστήριον.

| CATENA PATRVM. Hebr. 12, 2.

rat, apparuit, quomodo ipse volens *sustinuit crucem confusione contemptâ*, atque idem corpus suum resuscitauit, cùm sit dextera & virtus Patris. *Sciant* igitur, inquit, *quia manus tua hæc* quam contumelijs & opprobrijs affecerunt, & *tu Domine fecisti eam.*

Hesychii. Qualem verò manum dicit? Vtique dispensationem crucis ac resurrectionis per manum hoc loco significat. Cùm enim magna miracula soleat appellare digitum Dei, & comparatione eorum quæ dicta sunt, cùm maximum sit miraculum crucis ac resurrectionis, necessariò illud manum ipsam vocat. Hoc vtique vult etiam homines agnoscere, vt sciant quoniam ipse fecit eam: id est, quòd voluntate & beneplacito eius facta sit, vt Patris Filijque consentionem discentes, diuinæ cognitionis mysterium percipiant.

κή. Καταρασονται αυτοι.] Ευσεβιου. Μέχρι καὶ σήμερον διέμειναν οἱ Ἰουδαῖοι ταῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος χρώμενοι βλασφημίαις· ἀλλ᾽ ἐκείνων βλασφημούντων, περιφανέστερον ὁσημέραι τὸ κήρυγμα γίνεται.

28. Maledicent illi.] Evsebii. Iudæi quoque in hodiernum vsque diem pergunt contra Saluatorem vti maledictis: verumtamen dum illi maledicunt, in dies magis inclarescit prædicatio.

Ησυχιου. Κατάραν ἐνταῦθα τὸν σταυρὸν καλεῖ· ἐπειδὴ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον ἦν· ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Διόπερ αὐτὸν οὐδὲ ἄλλως ἀναιρεθῆναι ἀλλὰ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐζήτησαν, ὑβρίσαι τῇ κατάρᾳ τῇ γεγραμμένῃ ἐν τῷ νόμῳ βουλόμενοι· ἀλλ᾽ ὅμως ὁ πατὴρ αὐτὸ εἰς εὐλογίαν ἐξέλαβεν. οὐδὲ γὰρ ἄλλως εἰ μὴ διὰ σταυροῦ ἀνέχεται προσκυνεῖσθαι, ἢ ὅλως πιστεύεσθαι.

Hesychii. Maledictum hoc loco appellat crucem; quandoquidem in lege scriptum erat: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Idcircò ipsum non aliter quàm per lignum interimere quærebant, maledicto in lege scripto ipsum afficere volentes: verumtamen Pater illud in benedictionem ordinauit. Neque enim aliter quàm per crucem sustinet adorari, vel omnino credi.

Crux Iudæis maledicta. Deut. 21, 23.

Οἱ επανισταμενοι μοι αισχυνθητωσαν.] Ευσεβιου. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ ἐπιβουλὴν, ἔρημοι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπισκοπῆς γενόμενοι, αἰσχύνην περιεβάλοντο. ὁ δὲ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν εὐφροσύνης εἰς ἔτι καὶ νῦν πληροῦται διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, καὶ ὅλης τῆς οἰκουμένης συστάσης ἐκκλησίας.

Qvi insvrgvnt adversvs me confvndantvr.] Evsebii. Iudæi namque post insidias aduersus Christum, diuinâ visitatione destituti, pudore circumfusi sunt. Saluator autem & Dominus noster etiamnum vsque modo lætitiâ impletur propter nomen suum, & Ecclesiam toto terrarum orbe stabilitam.

Ησυχιου. Αἰσχυνθήτωσαν, φησὶν, οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν παρ᾽ αὐτῶν σταυρωθέντα παρὰ πάντων ὁρῶντες προσκυνούμενον. αὐτὸς δὲ οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων αἰσχύνην, ὅσον διὰ τὴν σωτηρίαν τῆς οἰκουμένης εὐφραίνεται.

Hesychii. Confundantur, inquit, Iudæi, cum qui ab ipsis crucifixus fuerat ab omnibus adoratum cernentes. Ipse autem non tantùm propter Iudæorum confusionem, quantum ob totius orbis salutem lætatur.

κθ΄. Ενδυσασθωσαν οι ενδιαβαλλοντες με εντροπην.] Ευσεβιου. Καὶ τοῦτο μαθὼν, ἂν ἐπιστήσῃς ποίας

29. Indvantvr qvi detrahvnt mihi pvdore.] Evsebii. Atque hoc disces, si attenderis quâ mente præditi

Iudæi ob iniuriam in Christum pudore suffusi sunt.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

diti sint Iudæi, videntes quidem sua decora & sancta funditus abolita; illius verò qui ab ipsis ignominiâ circumfusus, & in crucem actus ac morti traditus fuerat, memoriale quidem mortis studijs & honoribus celebrari; Ecclesias verò per ipsius virtutem toto orbe fundatas quotidie amplificari ac multiplicari, atque insuper cum gloria promoueri. Hæc enim cùm oculis suis cernant Iudæi, quomodo non iure merito pudore & ignominiâ suffundantur?

HESYCHII. Pudorem ait Iudæorum detrahentium & maledicentium Christo, quòd nimirum ipsum cruci affixerint, qui ex illis erat secundùm carnem, & ad ipsos seruandos aduenerat. Verumtamen hunc pudorem induunt; non enim factum negant, sed crucis facinus sibi proprium vendicant. Dictum itaque pudorem tamquam diploidem induunt: nam supra facinus crucis, quod vestis nuncupatur, negant illum per propriam resurrectionem vniuersum orbem excitasse. Hoc autem tamquam duplex pudor iure merito ipsis diploidis indumentum existit.

30. CONFITEBOR DOMINO NIMIS IN ORE MEO.] HESYCHII Os Christi est Ecclesia; quandoquidem ipse quoque necessariò eius caput constitutus est: per hanc igitur Patri confiteri perhibetur. Hoc enim id quod sequitur declarauit.

IN MEDIO MVLTORVM LAVDABO EVM.] EVSEBII. *Multorum:* quorum? nisi omnium Gentium quæ in ipsum crediderunt, & Ecclesiarum quæ per totum orbem existunt. Ipse enim est qui dixit: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum medio eorum.* Idcircò toto orbe in medio Ecclesiarum à Domino Patri maxima prouenit actio gratiarum.

Deus in medio Ecclesiæ laudatur.
Matth. 18, 20.

HESYCHII. Nostram igitur glorificationem, propriam confessionem, id est gratiarum actionem, iuxta sermonem hunc necessariò ponit tamquam pastor gregis, & tamquam primitiæ conspersionis.

31. QVIA ADSTITIT A DEXTRIS PAVPERIS.] DIDYMI. Mei scilicet, qui pro omnibus egenus factus sum, vt meâ inopiâ ditarentur. Stat autem à dextris eius qui omnia dexterè peragit & sapit. Rursus

2. Cor. 8, 9.

ἄρα Ἰουδαίων παῖδες κέκτηνται διανοίας, ὁρῶντες τὰ μὲν ἑαυτῶν σεμνὰ καὶ ἅγια ἐκ βάθρων ἠφανισμένα· τοῦ δὲ πρὸς αὐτῶν ἀτιμίᾳ περιβληθέντος, σταυρῷ τε καὶ θανάτῳ παραδοθέντος, τὸ μὲν τοῦ θανάτου μνῆμα σπουδαῖς τε καὶ φιλοτιμίαις τετιμημένον· τὰς δὲ διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθείσας ἐκκλησίας, αὐξούσας ὁσημέραι καὶ πληθυνούσας, καὶ ἔτι μετὰ δόξης προϊούσας. ταῦτα γὰρ ὁρῶντες ὀφθαλμοῖς Ἰουδαίων παῖδες, πῶς οὐκ ἐντροπὴν καὶ αἰσχύνην εἰκότως περιβάλλονται;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐντροπὴν λέγει τῶν Ἰουδαίων τῶν διαβαλλόντων καὶ βλασφημούντων τὸν Χριστὸν, ὅτι τὸν ἐξ αὐτῶν ὄντα κατὰ σάρκα, καὶ σῶσαι αὐτοὺς ἐλθόντα ἐσταύρωσαν. ἀλλ' ὅμως ταύτην τὴν ἐντροπὴν ἐνδύονται· οὐδὲ γὰρ ἀρνοῦνται τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα οἰκειοῦνται τοῦ σταυροῦ τὸ τόλμημα. Τὴν γοῦν εἰρημένην αἰσχύνην ὡς διπλοΐδα περιβάλλονται· ἐπὶ γὰρ τῷ τολμήματι τοῦ σταυροῦ, ὅπερ ἱμάτιον κέκληται, ἀρνοῦνται τὸν διὰ τῆς οἰκείας ἐγέρσεως τὴν οἰκουμένην ἐγείραντα. τοῦτο δὲ αὐτοῖς ὡς αἰσχύνη διπλῆ διπλοΐδος αὐτοῖς εἰκότως περιβόλαιον γίνεται.

λ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΣΦΟΔΡΑ ΕΝ ΤΩ ΣΤΟΜΑΤΙ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Στόμα τοῦ Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς αὐτῆς κεφαλὴ ἀναγκαίως καθέστηκε· διὰ ταύτης τοίνυν ἐξομολογήσασθαι τῷ πατρὶ ἐπαγγέλλεται. Τοῦτο γὰρ εἰς σαφήνειαν ἐπήγαγε τὸ ἑπόμενον.

ΕΝ ΜΕΣΩ ΠΟΛΛΩΝ ΑΙΝΕΣΩ ΑΥΤΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πολλῶν· τίνων; ἢ πάντων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ἐθνῶν, καὶ τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησιῶν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ εἰπών· ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. διὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν μέσῳ τῶν ἐκκλησιῶν παρὰ τοῦ κυρίου τῷ Πατρὶ μεγίστη πρόεισιν εὐχαριστία.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκοῦν τὴν ἡμετέραν δοξολογίαν, οἰκείαν ἐξομολόγησιν, τουτέστιν εὐχαριστίαν, ἀναγκαίως κατὰ λόγον ὡς ποιμὴν ποίμνης, καὶ ὡς ἀπαρχὴ φυράματος τίθεται.

λα'. ΟΤΙ ΠΑΡΕΣΤΗ ΕΚ ΔΕΞΙΩΝ ΠΕΝΗΤΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐμοῦ δηλονότι, τοῦ ὑπὲρ πάντων πτωχεύσαντος, ὅπως τῇ ἐμῇ πτωχείᾳ πλουτήσωσι. παρίσταται δὲ ἐκ δεξιῶν τοῦ πάντα δεξιῶς πράττοντός τε καὶ φρονοῦντος. πάλιν

δὲ τοῦ ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ παρεστάναι τὸν Θεὸν τὴν πρόφασιν τιθεὶς, λέγει, τοῦ σῶσαι τὴν ψυχήν μου.

Ησυχιου. Ἐν γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις αὐτὸν διὰ τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν πενόμενον πλουτεῖν πεποίηκεν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ παραστάς· ὅπερ σὺ μὲν δοκεῖς εἶναι ταπεινὸν, ἔστι δὲ σφόδρα ὑψηλὸν, καὶ περὶ μόνου υἱοῦ ὡς Θεοῦ καὶ ὁμοουσίου δυνάμενον λέγεσθαι. ὥσπερ γὰρ Υἱὸς οὐ μόνον ἐκ δεξιῶν κάθηται τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ δεξιῶν ἵσταται. Φησὶ γὰρ ὁ Στέφανος· ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ ἐκ δεξιῶν ἵστασθαι λέγεται τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μίαν ἡμεῖς ἀξίαν Υἱοῦ καὶ Πατρὸς μάθωμεν.

verò causam reddens cur Deus à dextris suis assistat, ait, *Vt saluam faceret animam meam.*

Hesychii. Ipsum enim inter Iudæos ob illorum incredulitatem penuriâ laborantem abundare fecit inter Gentes, à dextris ipsius assistens: quod tu quidem humile esse arbitraris, sed est valdè sublime, & de solo Filio tamquam Deo & consubstantiali dici potest. Quemadmodum enim Filius non solùm sedet à dextris Patris, verùm etiam à dextris stat. Ait enim Stephanus: *Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis.* Sic etiam Pater à dextris Filij stare dicitur, vt nos discamus vnam eamdemque esse Patris Filijque dignitatem.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

2. Devs *laudem meam ne tacueris.*] S. Hieronymus vertit, *Deus laudabilis mihi ne taceas:* Aquila, Θεὲ ὑμνήσεώς μου, *Deus laudationis meæ:* Symmachus, Ὁ θεὸς ὑμνήσεώς μου. Hisce similia sunt apud Ioannem illa verba Christi, *Clarifica me tu Pater.* q. d. Deus assere meum honorem, quem inimici mei falsis calumnijs impugnant.

Ioan. 17.

3. *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa,* &c.] Narrat quantis calumnijs & mendacijs circumuentus sit; quibus nulla magis lubrica inter homines sunt vitia: nam, vt rectè animaduertit Gregorius Nazianzenus, eò per se fertur natura vitiosa; nihilque est hominibus οὕτως ἡδὺ, *adeò dulce & iucundum,* ὡς λαλεῖν τὰ ἀλλότρια, *vt de rebus alienis sermonem habere*; idque præsertim si vel beneuolentiâ quadam vel odio trahantur, à quibus veritas plerumque surripi solet. Id ipsum notat Sidonius Apollinarius lib. 4. Epist. 18. *Efficaciùs, citiùs, ardentiùs natura mortalium culpat aliqua quàm laudet.* Ad hanc verò propensionem cùm inuidia, cùm odium, cùm ceteræ animi pestes accesserint, difficile dictu est, quantum bacchetur, & impunitâ licentiâ triumphet detractio. Quasi effractis modestiæ & conscientiæ repagulis prono cursu itur in calumnias; & beneuolentia Christiana humanitasque violatur. Eloquenter S. Chrysostomus in Psalmum centesimum exponit quæ & quanta mala à detractione oriantur, quam eâ causâ nominat διαβολικὴν, *diabolicam*, à principe & parente suo nactam nomen: quare hinc concludit, eum qui detractioni studet δουλεύειν τῷ διαβόλῳ, *seruire dæmoni*, auctoramento diabolicæ seruitutis teneri. Quod satanam dicit esse progenitorem satoremque maledicentiæ, est verissimum; cuius in lumbis & malefico ingenio figurata primùm est. De matre autem si quæratur, quæ propudiosâ illâ geniturâ digna sit, respondent omnes, & profitentur esse κακίαν, *malitiam*, improbitatem, vitiositatem. Nestorius apud Nicephorum lib. 14 cap. 36. in Epistola quadam illud eleganter & verè δεύτερος τῶν διαβολῶν παντοδαπῶν ἡ κακία, *secunda omnis generis calumniarum est malitia.* Itaque non mirum si ex tam fœdo patre & tam deformi matre tam detestabile monstrum existat; nec immeritò Dauid & omnes Sancti vsque adeò illud vitium abominantur, & verbis grauissimis perstringunt.

Lingua vitia maximè lubrica.

Detractio vitium diabolicum.

Maledicentia pater diabolus, mater improbitas.

4. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi.*] Id est, Cùm me debuissent diligere, è contra mihi detrahebant. Vel etiam sic: q. d. Pro mea erga eos dilectione, siue, pro eo quòd ego eos diligebam odium reportaui. Hebræa & Græca ambigua sunt propter infinitiuum & affixum: & tam actiuè quàm passiuè exponi possunt. Ceterùm, quâ ratione te aduersus hostes muniebas expone nobis ô Propheta: An delectum militum habebas? an oppida muniebas? an custodiam & præsidium regijs arcibus adhibebas? Minimè gentium. Quid ergo agis in tanto discrimine constitutus? *Ego autem orabam.* Id est, Deum pulsabam precibus, vt me à criminibus & peccatis tutum redderet: quia hoc vnum est quod malum mihi infert, hoc vnum quod expauesco, ne scilicet in peccata & crimina incidam. Quisquis ergo virtutem amat, & ad perfectionem adspirat, maleuolorum odia & detractiones oratione superet, ac Prophetam Regium imitetur, detractionibus hostium suorum hoc scutum opponentem, & semetipsum à telis inimicorum precatione obuelantem. Eadem sanè religiosi viri & Dauidis causa est: nam si hic ob optimè gesta & laude dignissima vituperationem accepit; ita & ille ob vitæ sanctæ propositum, & regulæ diligentem exactamque custodiam, quæ laudem & amorem meretur, ex ore stultorum non laudem, sed contemptum & contumeliam ac dedecoris verba reportat: quæ omnia piæ precationis vmbone retundenda sunt. Ceterùm hic & præcedentes versus ad litteram quoque in Christum quadrant, quem linguâ omnino dolosâ & hostili oppugnarunt Iudæi: verùm in innocentem cadere crimen non poterat.

Cùm maledictis imperimur orandum est.

Iudæi Christum grauiter oppugnarunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

terat. Oppugnabant verò gratis, cùm causam oppugnationis nullam Dominus dedisset, qui innumeris illos beneficijs affecisset in tam varia morborum curatione; singularique beneuolentiâ & amore præuenisset amore & beneuolentiâ suâ indignos. Quò maius beneficium elucebat, quod in hostes profundebatur. At illi omnium immemores, pro benefactis mala reponebant, & communi studio dignum aliquid accusatione & damnatione quærebant.

Summa impietas eò homines trahit, vt etiam eorum orationes, vota & sacrificia sint peccata.

7. *Et oratio eius fiat in peccatum.*] Id est, Precatio eius ducatur peccato non per se, sed propter indignitatem personæ, & detestationem precantis, orationem suam peruerso affectu vitiantis. q. d. Non magis exaudiatur eius oratio, quàm si esset peccatum & scelus, & ex ea potiùs augeat peccata, quàm peccatorum supplicium depellat. Notatur hoc loco Iudas Iscariotes, qui *pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum*, &c. Ecce tibi in Iuda pœnitentia, ecce pecuniarum malè acquisitarum restitutio: sed hominis impietas fecit, vt hæc pœnitentia & restitutio essent noua crimina cum supplicio coniuncta. Et meritò deploratam Iudæ impietatem notans D. Leo Serm. 5. de Passione ait: *Tam peruersa impij conuersio fuit, vt etiam pœnitendo peccaret.* Quid peius de homine dici potest, quàm quòd tam peruersus sit, vt etiam vouendo, sacrificando, pœnitendo, orando peccet? adeò vt nemo distinguere possit inter eius victimas & peccata; iuxta illud Isaiæ, *Qui immolat bouem, quasi qui interficit virum.* Quod vt summum malorum est, sic à Dauide in summum peccatorem hoc loco dicitur, *Et oratio eius fiat in peccatum.* Id quod ponderans D. Ambrosius lib. 1. de Abel & Cain cap. 9. ait: *Nescis quàm graue sit in oratione contrahere peccatum, vbi speras remedium? Certè Dominus per Prophetam docuit hoc graue esse maledictum dicens: Et oratio eius fiat in peccatis.* Fallar, si maius aliquod maledictum iactari possit in homine, quàm vt taliter fiant eius vota, & sacrificia, & orationes, vt nequeat distingui inter illa & crimina. Nónne summum malum est sic infectos habere fontes salutis, vt vnde sperabas vitam, mortem incurras? Numquam sanè Deus seuerior in peccatores ostenditur, quàm vbi eos eò deuenire permittit, vt offendant ipsis placationis muneribus.

Matth. 27, 4.

Isaiæ 66.

Iudas in cælibatu vixit.

9. *Fiant filij eius orphani & vxor eius vidua.*] Nota hoc non potuisse in Iuda, prout verba sonant, impleri: siquidem ille vxore caruit, & in cælibatu vixit, vt Patres communiùs, D. Hieronymus, Chrysostomus, Basilius, Theodoretus, Euthymius & alij innuere videntur, nullos Iudæ liberos propriè recognoscentes. Solùm igitur accumulantur hîc imprecationes, non quòd omnes illi aduenerint; sed vt figuratè ac Poëticè summa eius miseria significetur, vt Genebrardus aduertit.

Ad quantam paupertatem & miseriam redacti sint Iudæi.

10. *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent*, &c.] Hæc verba, inquit Theodoretus, non Iudæ modò, verùm etiam omnibus perfidis Iudæis congruunt. Igitur quæ maior potest miseria excogitari, quàm quæ his verbis continetur? Nam in patria adhuc constituti vix habebant tuguriola in quibus reciperentur. *Eijciantur*, inquit, *de habitationibus suis:* Græcè est, Ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν: quod propriè est *de parietinis suis*, hoc est, de tugurijs, de casulis ruinosis, de ruderibus seu ruinis, vt legit Theodoretus. Quia domibus per Romanos incensis, cùm non haberent quo alias ædificarent, inter murorum ruinas habitare cogebantur. A patria in exilium abducti, non habebant quo vitam nisi mendicando sustentarent. *Transferantur*, inquit, *filij eius, & mendicent.* Quod erat miserrimum paupertatis genus: quod proinde Salomon omnino deprecabatur: *Mendicitatem ne dederis mihi.* Ad pinguiorem fortunam si aliquando extra patriam exurgebant, statim per exactores Romanos emungebantur. *Scrutetur*, inquit, *fænerator omnem substantiam ipsius:* Symmachus, Συγκρούσαι φράκτωρ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, *Concutiat exactor omnem substantiam ipsius:* Chaldæus, *Colligat exactor omnia quæ ipsius sunt:* quamuis Genebrardus ex eodem Chaldæo refert, *Colligat fiscus omnia quæ ipsius sunt:* & citat illud ex D. Bernardo: *Quæ non capit Christus, rapit fiscus.* Itaque Iudæi eò paupertatis deuenerant, vt vel nihil proprium, vel si quid haberent, illud in regium fiscum soluere cogerentur. Significanter autem ait, *Nutantes transferantur, & mendicent.* Quasi mendicitas sit proprius affectus mobilitatis. Quippe, vt ait S. Ambrosius in Psal. 61. *Eget semper & mendicat qui mouetur.* Vnde benè monet Paulus, *vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia:* ablatâ scilicet fluctuatione & palearum leuitate veritatem facientes; hoc est, iuxta D. Anselmum, veris & firmis rationibus nixi, quid inde sibi compararent pulchrè ait. *Crescamus per omnia.* Vt enim semina omnem terræ succum in proprium augmentum trahunt, sic firmi & constantis animi virtus ad se vniuersos alliciens crescit per omnia. Vbi autem non soliditas grani, non pondus constantiæ, sed leuitatis fluctuatio & palearum mutabilitas in nequitia hominum est, ibi nulla fructificatio, sed sterilitas, & solitudo & paupertas manet.

Prou. 30, 9.

Mendicitas est proprius affectus mobilitatis.

Ephes. 4, 14.

Ad proficiendum opus est constantiâ.

Quomodo Iudas dilexerit maledictionem.

18. *Dilexit maledictionem*, &c.] Mira ad desiderium hominis etiam in plectente Iudice obedientia! Pondera repetitionem illam, *Dilexit, & veniet; noluit, & elongabitur.* Sanè qui maledictionem diligit, vtique & benedictionem fastidit: qui odit benedictionem, maledictionem amare dignoscitur. Quid est, quod vtrumque repetitionis periculo præscribatur? An vt satiùs Iudæ colluctatio aduersus propriam salutem promatur, & vsque ad vnguem adhuc in dictionibus ipsis supplicium desiderio respondeat, vt maledictionem inueniat qui quærit; perdat benedictionem qui odit? sed quis tam excors sibique inuidus, qui sui maledictionem diligat, benedictionem repellat; malum appetat, bonum execretur; cùm potiùs, quò deliciosiùs à desiderijs homo pellicitur, semper bono, licet fucato, inhiet; nec malum possit amare, nisi quà bonum? Sed qui pomum, cuius medulla venenum est, benè sibi cognitum appetit; venenum amauisse quis abneget, licet sub cute rosea deceptos

Digitized by Google

ceptos oculos illi præbeat? Iustè igitur in eodem plectitur pomo, quod blanditias coloris ab interiori inficit veneno, vt totum pomum tota pœna sit, & castigetur homo in concupitis. Genebrardus locum hunc sic expendit: *Dilexit maledictionem non sub ratione maledictionis, sed boni; quoniam ea dilexit & egit, ob quæ sequitur maledictio: è contrario benedictionem noluit, quatenus illis abstinuit à quibus consequitur benedictio.* Quasi eò vsque Iudas impietatum & omnium scelerum fuerit studiosus, vt optare infelicitatem Deique execrationem videretur; adeò addictus prauitati, vt nullum scelus refugerit, quo Dei maledictionem in se prouocaret. vnde subdit Psalmista:

Maligni imbuuntur maledictione.

IBIDEM. *Induit maledictionem sicut vestimentum,* &c.] Vestis corpus amicit tegitque, aqua per os immissa stomachum & viscera occupat, oleum, quia subtilissimum, non carnes solum, venas & neruos, sed ipsa quoque ossa penetrat; sic maledictio corpus, animum, sensus omnes, voluntatem ac intelligentiam occupabit. *Dilexit maledictionem, & veniet ei:* quandoquidem ipse alios, etiam ipsum alij, imò Deus ipse abominabitur. Talis vtique æternæ maledictionis habet principium, quem malitia non affligit, sed suauiat & implet delicijs. *Ostendit* (inquit D. Augustinus) *eum cum maledictione malefacere, & comparare sibi maledictionem, hoc est pœnam æternam. Modò quippe maledicta delectant sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Sed ideò maledictio vocatur, quia talibus Deus tormenta prædixit. Tamquam in ossibus autem oleum est maledictio, cùm homines inde fortes se putant, quia licet eis mala tamquam impunè committere.* Cui malitia in corde est velut aqua in ore sitiente; quem nequitia delinit, & suauiat vt oleum, vt balsamum odoriferum, nec minimam sentit in sceleribus amaritudinem, nec dolorem vllum, hic æternis reseruatur maledictis.

Quem hic malitia non affligit, æternis reseruatur maledictis.

24. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.*] Quasi diceret: Quamuis per ieiunium infirmitatem contraxerim; tamen per diuinas consolationes, perpetuas ieiunij comites, ad maiorem integritatem perfectionemque euasi. Quare D. Hieronymus, aut quisquis ille est Auctor Commentariorum in Psalmos, qui in septimo D. Hieronymi Tomo circumfertur: *Et nos ergo,* inquit, *quando ieiunamus, quando facies nostra pallida sunt, quando fœdi videmur; cognoscamus nosmetipsos tunc pulchriores apparere Christo. Tales diligit milites Christus, qui ieiunijs vacent. Annona nostra & esca ieiunium est.* Tantus verò decor, tanta pulchritudo per ieiunium confertur, vt homines Angelis exæquare videatur. Vnde D. Chrysostomus Serm. 2. de Ieiunio: *Ieiunium,* inquit, *est Angelorum imitatio.* Et Hom. 1. de Pœnitentia: *Ieiunium,* inquit, *ex hominibus Angelos facit.* Certè D. Athanasius Serm. de Virginitate: *Angelorum,* inquit, *cibus est ieiunium.* S. Ambrosius lib. de Elia & Ieiunio cap. 3. testatur Ioannem Baptistam propter ieiunium in sacris Litteris Angelum appellari: *Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto Angelum meum.* Et inter alia ieiunij præconia: *Quid est,* inquit, *ieiunium nisi substantia & imago cælestis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis est: ieiunium vita est Angelorum: ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis.*

Ad maiorem corporis integritatem per ieiunium peruenitur.

Annona animi ieiunium.

Ieiunium ex hominibus Angelos facit.

Matth. 11, 10.

ANNOTATIONES CORDERII.

27. *Et sciant quia manus tua hæc,* &c.] Hæc verissima propriæ vilitatis & diuinæ bonitatis cognitio perfectos viros erudit, vt inter abundantiam spiritualium diuitiarum humiles sint, seipsos despiciant, & in solo Deo tamquam in omnium bonorum principio confidant: ipsum vt auctorem sanctitatis, & seipsos vt vilia instrumenta ab ipso mota & eleuata conspiciunt, & indignum putant, præcipuâ & verâ caussâ sanctitatis omissâ, sibi ipsis, qui à Deo vocantur & mouentur, & quodammodò impelluntur, hoc opus gloriosum adscribere.

Viri perfecti nil sibi, sed omnia Deo adscribunt.

28. *Maledicent illi, & tu benedices.*] Quippe per hominum maledictiones diuinæ benedictiones comparantur; & qui illas patiuntur, has assequuntur. Vnde rectè D. Ambrosius in Psal. 118. *Non potest,* inquit, *maledicto noceri, qui maledicta hominum diuina munere benedictionis excludit.* Quid enim triste & austerum in maledictione humana apparebit, quod statim diuinæ spe benedictionis non compensetur? Quare Apostoli nouam in Deum spem concipiebant, quoties nouas ab hominibus contumelias patiebantur. *Ibant,* inquit Textus, *Apostoli gaudentes.* Quò verò ibant? Planè ad conspectum Dei. Nam statim ibi dicuntur se ad templum contulisse. Vnde, quæso, tanta lætitia accedentium ad Deum erumpebat? Sequitur: *Quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Ac si ex illa contumeliarum patientia ingens lætitia ac fiducia in Deum pullularet, quæ illos à carcere in templum oraturos transferret.

Per hominum maledictiones diuinæ benedictiones comparantur.

Act. 5, 41.

29. *Operiantur sicut diploide confusione sua.*] Diplois, inquit Euthymius, est vestis duplex. Petit itaque Dauid, vel potiùs prædicit fore, vt duplex pœna impijs inferatur, quâ & nunc funiculis peccatorum constringantur, & tenebris interioribus mancipentur; postmodum verò vltricibus flammis affligantur, & in tenebras exteriores detrudantur.

Diplois peccatorum qualis.

30. *In medio multorum laudabo eum.*] Paraphrastes Chaldæus habet, *In medio sapientũ:* ita in Hebræo est רבים *Rabbim*; & inde fortè Rabbinos intelligit vt diuinæ legis Interpretes, vt religionis Mystagogos. Est ille populus grauis, de quo in alio Psalmo dicitur: *In populo graui laudabo te.* Appellat *grauem* non pondere plumbeo, sed aureo libramine; cuius mens & voluntas non titubet leuitate, sed in bono & honesto fixa, in virtute & deuotione stabilita sit.

Psal. 34, 18.

31. *Adstitit à dextris pauperis.*] Floridè ad hunc locum Cresollius noster Mystagogi lib. 3. cap. 47. Pictura, inquit, est Dauidico penicillo digna; facit pauperem tutò & beatè gradientem, adstare autem à dextris Deum vt hyperaspistem, fidum armigerum, fortissimum inuictúmque lateronem, qui opposito scuto amoris prouidentiæque suæ defendat pauperem. Vel adstare à dextris vt οἰωνὸν δεξιὸν, felix augurium, omen salutare, certum auspicium secuturæ felicitatis, qui pede dextro, vt alexi-

Quantam Deus curam gerat pauperis.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

alexicacus quidam Hercules & sospitator accedat. Vel adstare à dextris, vt qui manus habet aureas plenas hyacinthis, in dexteram inopis dona sua & copiæ cornu inijciat. Vel denique adstare à dextris, vt pauper per se nudus, spoliatus, & egens, qui imbecillitate suâ corruat, impositâ velut in humeros manu, illo ipso nitatur qui portat orbem.

IN PSALMVM CIX. ARGVMENTVM.

Psalmus * ipsi Dauid.

* Abest à Vulgata vox ipsi

Arriani quidem & Eunomiani ad Deum Verbum referunt hunc Psalmum, idque priusquam incarnaretur; Pauli verò Samosateni, & Photini Sabellijque assecle ad merum hominem; Iudæi autem, quod magis ridiculum est, ad Abrahamum; cui tribuunt sessionem à dextris Dei. Verùm hæreticis Iudaicisque nugis omissis, proferenda veritas est, nempe in Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum & primogenitum dictatum esse: primogenitum quidem secundùm carnem, vnigenitum verò secundùm diuinitatem. Vnus enim vtraque est, scilicet & Filius, & Dominus. Iubetur autem sedere non tamquam vnigenitus, secundùm hoc enim coæternus existit, sed tamquam primogenitus & heres. Cùm enim in præcedenti Psalmo passionem declarasset, in præsentiarum prædicit quæ post ascensionem contigerunt. Hoc etiam Petrus de Domino exposuit, atque ipsemet Saluator, non inficiando quin Christus Filius esset Dauidis, sed adiungendo id quod ignorabatur ei, quod in aperto erat. Christum namque Filium esse Dauidis sciebant etiam Pharisæi, sed eumdem Dauidis esse Dominum ignorabant.

Christus vnigenitus & primogenitus.

Act. 2.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Οἱ μὲν περὶ Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον εἰς τὸν θεὸν Λόγον εἰρῆσθαι λέγουσι τὸν Ψαλμὸν, καὶ πρὶν σαρκωθῆναι· οἱ δὲ περὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Φωτεινὸν καὶ Σαβέλλιον εἰς ψιλὸν ἄνθρωπον· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, τὸ γελοιότερον, εἰς τὸν Ἀβραάμ· καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. Ἀλλὰ τὰς μὲν αἱρετικὰς καὶ Ἰουδαϊκὰς φλυαρίας παρελθόντας, εἰπεῖν χρὴ τὸ ἀληθὲς, ὅτι εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἴρηται τὸν μονογενῆ καὶ πρωτότοκον· πρωτότοκον μὲν κατὰ σάρκα, μονογενῆ δὲ κατὰ θεότητα. εἷς γὰρ τὰ συναμφότερα, καὶ υἱὸς, καὶ κύριος. Ἐπιτρέπεται δὲ καθίσαι οὐχ ὡς μονογενὴς, κατὰ τοῦτο γὰρ συναΐδιος, ἀλλ' ὡς πρωτότοκος καὶ κληρονόμος. Δηλωθέντος γὰρ διὰ τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ τοῦ πάθους, νῦν τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ὁ παρὼν προθεσπίζει. Τοῦτο καὶ Πέτρος εἰς τὸν κύριον ἐξελάβετο, καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ, οὐκ ἐκβάλλων τοῦ εἶναι υἱὸν τοῦ Δαβὶδ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ τῷ ὁμολογουμένῳ τὸ ἀγνοούμενον προστιθείς. Τὸ μὲν γὰρ εἶναι υἱὸν τοῦ Δαβὶδ τὸν Χριστὸν οἱ Φαρισαῖοι ἐγίνωσκον, ὅτι δὲ κύριος ἦν τοῦ Δαβὶδ ἠγνόουν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. DIXIT Dominus Domino meo: Sede à dextris meis: Completâ dispensatione Christo Domino ascendenti dixit Dominus, id est Pater, Sede à dextris meis, scilicet secundùm humanitatem: nam vt Deus thronum habet sempiternum; iuxta illud, *Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* Sedes itaque regiam dignitatem significat, sessio autem constantiam ac firmitatem mansionis in Regno. Illud verò *à dextris* declarat ipsum participem esse bonorum Patris ac munerum dexterorum.

Christus homo sedet à dextris Dei Patris.

Psal. 44. 7.

α. ΕΙΠΕΝ ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου· Πληρώσαντι τὴν οἰκονομίαν καὶ ἀναληφθέντι Χριστῷ κυρίῳ ὄντι εἶπεν ὁ κύριος, τουτέστιν ὁ Πατὴρ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἀνθρωπίνως· ὡς γὰρ θεὸς αἰώνιον ἔχει τὸν θρόνον· κατὰ τὸ, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ὁ μὲν οὖν θρόνος τὴν βασιλικὴν ἀξίαν σημαίνει, ἡ δὲ κάθισις τὸ ἑδραῖον καὶ βέβαιον τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ διαμονῆς. Τὸ δὲ ἐκ δεξιῶν τὸ τῶν ἀγαθῶν εἶναι καὶ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς δωρημάτων κοινωνόν.

Ἕως

Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Ἐχθροὶ δὲ ἂν εἶεν αὐτοῦ, οὓς ὁ Ἀπόστολός φησιν· Ὅταν καταργήσῃ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.

β΄. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος ἐκ Σιών·

Ῥάβδον δυνάμεως καλεῖ τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἐκ Σιὼν τῆς ἄνωθεν δηλονότι· διὰ τοῦτο καὶ ἐπουράνιος ὀνομάζεται.

Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου.

Ἀντὶ τοῦ, κυριεύσεις τῶν ἀπιστούντων καὶ ἀσεβούντων, οἵτινες ἐχθροὶ θεοῦ ὀνομάζονται.

γ΄. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου

Τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως διὰ τούτων σημαίνει, ἐν ᾧ δυνάμει θείᾳ πάντας κρινεῖ, ἐλθὼν μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.

Βούλεται εἰπεῖν, πρὸ τοῦ ἢ τὰ κτίσματα ἐγέννησά σε, κατὰ τὴν θεότητα δηλονότι, ἢ κατὰ τὸν προορισμὸν τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως. ὅθεν ἐπιφέρει·

δ΄. Ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

Λοιπὸν οὖν περὶ τοῦ θεανθρώπου Χριστοῦ λέγει ὅτι ὤμοσεν τῷ κυρίῳ ἡμῶν ὁ κύριος θεὸς Πατὴρ, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ποιεῖν αὐτὸν ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών. Ὅτι δὲ τὰ κατὰ τὴν σάρκα τοῦ κυρίου αἰνίττεται, ἔτι σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ καὶ τὸ ἑξῆς. ἐπιφέρει γάρ·

ε΄. Κύριος ἐκ δεξιῶν σου

Ἀντὶ τοῦ, δύναμίς σου καὶ ἰσχύς σου ἔσται ὁ κύριος. ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας τί γίνεται ἐπιφέρει.

Συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς.

Διὰ τοῦτό, φησι, δύναται βασιλέων συντρίβειν ἐξουσίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Inimici autem eius fuerunt, quos Apostolus ait: *Cùm euacuauerit Principatus, etiam nouissima inimica destruetur mors.*

1. Cor. 15, 26.

2. Virgam virtutis tuæ emittet * tibi Dominus ex Sion:

* Abest à Vulgata vox tibi

Virgam virtutis appellat Christum, qui est ex Sion scilicet superna: quapropter etiam cælestis nominatur.

Christus virga virtutis.

Dominare in medio inimicorum tuorum.

Id est, Dominaberis infidelibus & impijs, qui inimici Dei nuncupantur.

3. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum * tuorum:

* Vulgata omittit.

Tempus iudicij per hæc declarat, in quo virtute diuinâ omnes iudicabit, veniens cum sanctis Angelis.

Ex vtero ante luciferum genui te.

Vult dicere, Antequam essent creaturæ genui te, secundùm diuinitatem scilicet, vel secundùm prædefinitionem natiuitatis ex virgine. vnde subdit:

4. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.

Deinceps igitur de Christo vt homine Deo agit; quòd nimirum Dominus Deus Pater iurauerit Domino nostro, se facturum ipsum Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech, & non secundùm ordinem Aaron. Quòd hoc autem secundùm carnem Domini intelligatur, adhuc magis manifestat id quod sequitur. subdit enim:

Christus Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech.

5. Dominus à dextris tuis

Id est, Virtus & fortitudo mea erit Dominus. Ex hac causa quid fiat subiungit.

Confregit in die iræ suæ Reges.

Idcircò, inquit, potest Regum potentias conterere in tempore iracundiæ.

6. Iudi-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

6. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:

Non solùm autem, inquit, Regum Principatus dissoluet, verùm etiam in populis iustum iudicium declarabit.

Conquassabit capita in terra multorum.

Ceterùm, inquit, ostendet se magnâ pollere potentiâ ad illos qui id merentur puniendos. Innuit autem Iudæos tamquam sibi valdè aduersantes.

7. De torrente in via bibet:

Describit omne eius viuendi institutum, quomodo minimè delicatum aut dissolutum futurum sit, sed serium, sicut erat Heliæ, qui voluit de torrente bibere, & à coruis nutriri, ne condescenderet impietati. Vult itaque breuiter dicere, quòd asperam & seriam vitam ducturus sit.

Propterea exaltabit caput.

Id est, Exaltabitur, & honorabitur.

ϛ´. Κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα·

Οὐ μόνον δέ, φησι, βασιλέων καταλύσει τὰς ἀρχάς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πλήθεσιν ἐπιδείξεται κρίσιν τὴν δικαίαν.

Συνθλάσει κεφαλὰς ἐπὶ γῆς πολλῶν.

Δείξει δέ, φησι, πολλὴν δύναμιν ἔχων εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀξίους. αἰνίττεται δὲ τοὺς Ἰουδαίους ὡς ἄγαν ἀντιπράττοντας.

ζ´. Ἐκ χειμάρρου ἐν ὁδῷ πίεται·

Τὴν πολιτείαν αὐτοῦ διαγράφει πᾶσαν, ὡς ἔσται οὐ τρυφηλὴ οὐδὲ ἀνειμένη, ἀλλ᾽ ἀκριβής, καθάπερ ἡ τοῦ Ἠλιοῦ ἐγένετο, ἑλομένου καὶ ἐκ χειμάρρου πιεῖν, καὶ ὑπὸ κοράκων τραφῆναι, διὰ τὸ μὴ συνελθεῖν τῇ ἀσεβείᾳ. βούλεται οὖν εἰπεῖν συντόμως, ὅτι σκληρὸν καὶ ἀκριβέστερον ἀναδέξεται βίον.

Διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.

Τουτέστιν, ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quomodo Deus Christi humanitatem honorauerit.

1. DIXIT DOMINVS DOMINO MEO.] Id est, Communicauit Dominus Domino meo sessionem à dextris suis: communicauit autem propter carnem, quæ hoc anteà non habebat, non propter diuinitatem, quæ hoc ex natura possidebat. Nemo enim habenti dat ea quæ habet. Etenim Iudæis ipsum exilem hominem opinantibus, vtpote ex Dauide, ostendit in Euangelijs se Dominum esse per diuinitatem. Illud autem *Donec ponam* non secundùm limitationem, sed secundùm potestatem dicit. Non enim vsque dum sedet, donec ei positi fuerint inimici scabellum, posteà verò honore isto excidit. Nam bello ingruente potiùs oportuerat ipsum stare & dimicare, vt etiam humano more loquar, post victoriam verò sedere. Verumtamen, vti dicebam, hoc secundùm abundantiam & excessum dicit; sicut & illud, *Ego sum, ego sum: & donec senio confecti eritis ego sum.* Neque enim post Iudæorum senium futurum erat vt non esset.

Τὸ ex donec quid importet.

Exod. 3.

2. VIRGAM VIRTVTIS TVÆ EMITTET.] *Virgam* appellat Regnum. Virtutis

α´. ΕΙΠΕΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΜΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, μετέδωκε τῷ κυρίῳ μου ὁ κύριος τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας· μετέδωκε δὲ διὰ τὴν σάρκα, τὴν μὴ ἔχουσαν τοῦτο πρὸ τούτου, οὐ διὰ τὴν θεότητα, τὴν ἐκ φύσεως τοῦτο κεκτημένην. οὐδεὶς γὰρ τῷ ἔχοντι δίδωσιν ἃ ἔχει. Καὶ Ἰουδαίων γὰρ ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ὑπολαμβανόντων, ὡς ἐκ Δαβίδ, ἔδειξεν αὐτὸς κύριος ὢν διὰ τὴν θεότητα ἐν Εὐαγγελίοις. Τὸ δὲ ἕως ἂν θῶ οὐ κατὰ περιορισμόν, ἀλλὰ κατὰ περιουσίαν λέγει. Οὐ γὰρ ἕως τότε κάθηται, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ ὑποπόδιον, μετὰ δὲ τοῦτο τῆς τιμῆς ἐξίσταται. ἔδει γὰρ μᾶλλον αὐτὸν τοῦ πολέμου ἐνεστῶτος ἵστασθαι καὶ ἀγωνιᾶν, ἵνα καὶ ἀνθρωπίνως εἴπω, μετὰ δὲ τὴν νίκην καθῆσθαι. ἀλλ᾽, ὅπερ εἶπον, κατὰ περιουσίαν τοῦτο καὶ ἐπίτασιν λέγει· ὡς καὶ τό, Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι· καὶ ἕως οὗ γηράσητε ἐγώ εἰμι. οὐ γὰρ μετὰ τὸ γηράσαι Ἰουδαίους οὐκ ἔμελλεν ἔσεσθαι.

β´. ΡΑΒΔΟΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΕΙ]. Ῥάβδον καλεῖ τὴν βασιλείαν. δυνάμεως δὲ

Digitized by Google

δὲ. ἀντὶ τοῦ βασιλείας δυνάμεως. Τὸ δὲ ἐκ Σιὼν τὸν τόπον λέγει ὅθεν ἤρξατο βασιλεύειν. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. ἡ ῥάβδος μὲν τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ὁ Χριστός· ἐκ δὲ Σιὼν ὁ σταυρός· ἐκ Σιὼν γὰρ ἐτεκτονήθη, καὶ δι᾽ αὐτοῦ δαίμονας καὶ τοὺς σεβομένους αὐτοὺς κατηγωνίσατο. Δυνατῆς δέ, φησι, βασιλείας ἐπιλαβόμενος (διὰ γὰρ τῆς ῥάβδου τὸ κράτος δηλοῖ) κυρίευε τῶν ἐχθρῶν. καλῶς δὲ εἶπεν ἐν μέσῳ· ἀπειθούντων γὰρ καὶ ἀντιλεγόντων καὶ μαινομένων ἐβασίλευσε. Καὶ οἱ αὐτοῦ δὲ μαθηταὶ κυκλούμενοι ὑπὸ ἀσεβῶν, οὕτως αὐτοὺς προσηγάγοντο καὶ ὑπέταττον. Τὸ δὲ μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ οὕτως ἀρχὴν τὸν σταυρόν φησιν ὡς Ἡσαΐας· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· τὸ ἰσχυρὸν σημαίνων. Σύμβολον γὰρ τῆς βασιλείας Χριστοῦ ὁ σταυρός. ἡμέραν δὲ δυνάμεως τὴν δευτέραν καλεῖ ἐπιφάνειαν. Ἐπεὶ οὖν τότε ὁ σταυρὸς παραγίνεται μετὰ τοῦ σωτῆρος, εἰκότως εἴρηται μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή· ἀντὶ τοῦ μετὰ τοῦ βασιλέως. καὶ τὸ γνώρισμα τῆς βασιλείας τότε, φησίν, ἡ ἀρχή σου, καὶ τὸ κράτος δειχθήσεται, ὅτε καὶ οἱ ἅγιοι ὡς ὁ ἥλιος λάμψουσιν· ὃ νῦν λαμπρότητα εἴρηκεν. ἢ μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἀντὶ τοῦ, ἀνώλεθρον ἔχεις τὸ κράτος ἀναφαίρετον.

γʹ. Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου.] Καλῶς ἐνταῦθα περιέλαβεν ἑκατέραν φύσιν ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ, καὶ τὴν σάρκα, καὶ τὴν θεότητα· τὸ μὲν γὰρ ἐκ γαστρὸς λέγει· ὅπερ ἁρμόζει τῇ σαρκί· τὸ δὲ πρὸ ἑωσφόρου· ἐπὶ τῆς θεότητος· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑωσφόρου τὴν πᾶσαν κτίσιν αἰνίττεται. Ἄλλως δὲ τὸ ἐκ γαστρὸς τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας σημαίνει παραβολικῶς· καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωποι ἀπὸ γαστρὸς τίκτουσι τὰ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἔχοντα φύσιν. Ἀκύλας δέ, ἀπὸ μήτρας ἐξορθριζομένης σοι δρόσος παιδιότητός σου· ὁ Σύμμαχος, κατ᾽ ὄρθρον σου δρόσος νεότητός σου· ἡ πέμπτη ἔκδοσις, Ἐκ μήτρας ἀπὸ ὄρθρου σοι δρόσος νεότητός σου. τὴν οἰκονομίαν ἔοικε ταῦτα σημαίνειν. μήτραν γὰρ ἐξορθριζομένην τὴν καθαρὰν καὶ ἁγνὴν βούλεται σημαίνειν, τὴν ὑπηρετησαμένην τῇ τοῦ κυρίου οἰκονομίᾳ· καὶ τὸ μὴ ἐκ σπέρματος αὐτὸν ὑπάρξαι ἀνδρός, δρόσον εἶπε παιδιότητός σου. Οἷα γὰρ δρόσος ἀπ᾽ οὐρανοῦ φερομένη, οὕτω πως ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς κυοφορούσης αὐτὸν μητρὸς ἡ τῆς σαρκὸς ὑπέστη σύστασις ἐν τῇ παιδιότητι αὐτοῦ. τὸ δὲ ἑβραϊκὸν ἀντὶ τοῦ ἐκ γαστρὸς Μαριὰμ ἔχει·

verò. Idem est ac si dicat Regnum virtutis. Porrò illud *ex Sion* locum designat vnde cœpit regnare. Hæc autem omnia secundùm humanitatem dicta sunt. Virga siquidem radicis Iesse Christus est: ex Sion verò crux est: exinde enim fabricata fuit, & per illam dæmones eorumque cultores expugnauit. Potenti autem, inquit, Regno potitus (per virgam enim imperium designat) dominare inimicorum tuorum. Pulchrè autem dixit *in medio*; quandoquidem inobedientibus & contradicentibus & furentibus imperauit. Quin & discipuli eius ab impijs circumdati, ipsos adduxerunt & subegerunt. Illud verò *Tecum principium* sic ait sicut Isaias de cruce; *Cuius Principatus super humerum eius*, fortitudinem designans. Crux enim symbolum est Regni Christi. Diem verò virtutis appellat secundum aduentum. Cùm itaque crux tunc Saluatorem comitatura sit, meritò dicitur *Tecum principium*; id est cum Rege. Tunc, inquit, etiam Regni initium & Principatus & Imperium tuum demonstrabitur, quando Sancti quoque sicut Sol fulgebunt: quod modò splendorem dixit. Vel *Tecum principium* idem est ac si dicat, Imperium habes incorruptum, quod auferri nequeat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Christus virga de radice Iesse.

Isaiæ 9, 6.

Crux symbolum Regni Christi.

3. Ex vtero ante lvciferum.] Pulchrè hîc vtramque naturam, scilicet carnem & diuinitatē, in vna persona complexus est: illam quidem *ex vtero* dicit: quod conuenit carni: hanc verò *ante luciferum*: quod competit diuinitati. Per luciferum enim omnem creaturam insinuat. Aliter verò illud *ex vtero* parabolicè designat substantiæ identitatem: siquidem homines ex vtero pariunt ea quæ eamdem cum ipsis naturam habent. Aquila autem ait, *De vulua è diluculo tibi ros pueritiæ tuæ:* Symmachus, *Iuxta diluculum tibi ros adolescentiæ tuæ:* Quinta deditio, *De vulua super auroram tibi ros adolescentia tua.* Hæc dispensationem significare videntur. Vuluam autem è diluculo puram & castam vult declarare, quæ Dominicæ dispensationi subseruiuit; quodque non ex semine viri existeret, rorem dixit pueritiæ tuæ. Sicut enim ros cælitus delapsus, ita quodammodò in vulua matris ipsum vtero gestantis caro eius extitit in pueritia sua. Hebraicus autem textus pro *ex vtero* habet *Mariam*:

Quomodo ex vtero Christus ante luciferum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Sacerdotium Christi sempiternum.

quod nonnulli dixerunt nominatim sanctam Virginem significare. Ceterùm nemo dicat eum, dum Deum Verbum ante omnia sæcula genuit, iuraſſe se ipsum Sacerdotem facturum iuxta Melchisedech; sed postquam propriam habuit ex Virgine natiuitatem, tamquam homini deinde iurat se ipsum Sacerdotem ordinaturum. Ceterùm etiam illud *Non pœnitebit eum* humano more dictum est. Diuinum enim numen expers est passionis: pœnitentia autem passio est. Verùm cùm sæpenumerò nonnulla dispensans permiserit ea mutationibus esse obnoxia, hoc Sacerdotium dixit sempiternum & interminabile futurum. Pulchrè autem & hoc *secundùm ordinem Melchisedech*. Hic enim solus ante Legem & Abrahamum vtraque habuit, scilicet Regnum & Sacerdotium. Sed & Gentium Sacerdos erat: sicut etiam Dominus Christus pro omnibus hominibus semetipsum obtulit Deo. Aliter verò etiam, quia hic non obtulit victimas irrationales, sed panes & vinum, in eodem actu & Rex & Sacerdos existens. Siquidem figura erat veri Regis ac Sacerdotis, qui Sacerdotium suum auspicatus est, quando noui Testamenti mysterium discipulis tradidit.

Quale fuerit Regnum & Sacerdotium Melchisedech.

5. DOMINVS A DEXTRIS TVIS.] Id est, Virtus & fortitudo tua erit Dominus. Quid porrò exinde fiat subiungit: *Confregit*, &c. Idcircò, inquit, in tempore iræ potest potentias Regum conterere: & non solùm Regum Principatus dissoluet; verùm etiam populis iustum iudicium exhibebit. Quin imò ostendet se magnam habere potentiam in puniendis illis qui merentur: insinuat autem Iudæos; vtpote valdè contraria committentes. Aliàs etiam cùm Pater dixerit Filio, *Sede à dextris meis*; nunc dicitur, *Dominus à dextris tuis*; vt demonstretur Filius haudquaquam localiter esse à dextris Patris. Quemadmodum igitur Pater in Filio, & Filius in Patre est, sic etiam Filius Patri & Pater Filio dexter existit. Confringens in die iræ non alios quàm intellectuales Reges, scilicet diabolum dæmonesque. Non solùm autem tunc, sed etiam in præsenti vita, multis sæpè correptionibus multos subiecit. Dies autem iræ est illa iudicij.

Quomodo Filius dexter sit Patri, & contrà.

7. DE TORRENTE IN VIA BIBET.]

ὅ τινες ἔφασαν ὀνομαστὶ τὴν ἁγίαν σημαίνειν παρθένον. οὐκ ἂν δέ τινες εἴποιεν, ὅτι τὸν Θεὸν λόγον γεννήσας πρὸ πάντων αἰώνων, ὤμοσεν ἱερέα ποιήσειν κατὰ Μελχισεδὲκ, ἀλλ' ἐπεὶ οἰκειοῦται τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, ὡς ἀνθρώπῳ λοιπὸν ὄμνυσι θήσειν αὐτὸν ἱερέα. ἀνθρωπίνως δὲ καὶ τὸ οὐ μεταμεληθήσεται. Πάθους γὰρ τὸ θεῖον ἀμέτοχον· πάθος δὲ καὶ ἡ μεταμέλεια. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις οἰκονομήσας τινὰ μεταβολαῖς ταῦτα περιπεσεῖν συνεχώρησεν, αἰώνιον εἶπε ταύτην καὶ ἀτελεύτητον. Καλῶς δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Οὗτος γὰρ μόνος πρὸ τοῦ νόμου καὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἀμφότερα εἶχε καὶ βασιλείαν καὶ ἱερωσύνην. Ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν ἦν ἱερεύς· καθὰ καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ Θεῷ. Ἄλλως τε καὶ, ὅτι προσέφερεν οὗτος οὐκ ἄλογα θύματα, ἀλλ' ἄρτους καὶ οἶνον, καὶ βασιλεὺς ὢν ἐν ταυτῷ καὶ ἱερεύς. τύπος γὰρ ἦν τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως καὶ ἱερέως, ὃς τῆς ἱερωσύνης ἀπήρξατο, ὅτε τὸ τῆς καινῆς διαθήκης μυστήριον παρεδίδου τοῖς μαθηταῖς.

έ. ΚΥΡΙΟΣ ΕΚ ΔΕΞΙΩΝ ΣΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, δύναμίς σου ἔσται καὶ ἰσχὺς ὁ κύριος. ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας τί γίνεται ἐπιφέρει· Συνέθλασε, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ τοῦτό, φησι, δύναται βασιλέων συντρίβειν ἐξουσίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς· καὶ οὐ μόνον βασιλέων καταλύσει ἀρχὰς· ἀλλὰ καὶ τοῖς πλήθεσι κρίσιν ἐπιδείξεται τὴν δικαίαν. Δείξει δὲ καὶ πολλὴν δύναμιν ἔχων εἰς τὸ τιμωρήσασθαι τοὺς ἀξίους· αἰνίττεται δὲ Ἰουδαίους· ὡς ἄγαν τὰ ἐναντία πράττοντας. Καὶ ἄλλως τοῦ Πατρὸς εἰπόντος, κάθου ἐκ δεξιῶν, τῷ Υἱῷ· νῦν λέγεται, κύριος ἐκ δεξιῶν σου· ὡς φανερῶσαι μὴ τοπικῶς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν. Ὡς οὖν ὁ Πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, οὕτως ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς δεξιὸς καὶ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ. συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς οὐκ ἄλλους ἀλλὰ τοὺς νοητοὺς βασιλεῖς, τὸν διάβολον καὶ τοὺς δαίμονας. Οὐ μόνον δὲ τότε, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον, πολλαῖς πολλοὺς πολλάκις παιδείαις ὑπέβαλεν. Ἡμέρα δὲ ὀργῆς ἡ τῆς κρίσεως.

ζ'. ΕΚ ΧΕΙΜΑΡΡΟΥ ΕΝ ΟΔΩ ΠΙΕΤΑΙ.]

Τὴν

Digitized by Google

Τὴν πολιτείαν αὐτοῦ διαγράφει, ὡς ἔσται οὐ τρυφῇ καλὴ, ἀλλ' ἀκριβής· ὡς ἡ τοῦ Ἠλία, ἑλομένου καὶ ἐκ χειμάῤῥου πιεῖν, καὶ ἐκ κόρακος τραφῆναι, διὰ τὸ μὴ συνελθεῖν τῇ ἀσεβείᾳ. Βούλεται οὖν εἰπεῖν ὅτι σκληρὸν ἀναδέξεται βίον. ἢ ταπεινότητος σύμβολον ὁδοιπορίαι καὶ ποτὸν ποταμοῦ. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τὸν κύριον ὕδωρ αἰτήσαντα τὴν Σαμαρεῖτιν. ἢ χειμάῤῥουν τοὺς πειρασμοὺς καλεῖ· ὡς ἐν τῷ, χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ὁδὸν δὲ τὴν κατὰ γῆν πορείαν. Ἐπεὶ οὖν ὁ κύριος τοὺς πειρασμοὺς ὑπέστη ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας, τοῦτο νῦν ὁ Προφήτης δηλοῖ, ὅτι ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ὃν ὁδῷ ἀπεικάζει, πειρασμοὺς ἀναδεξάμενος ὁ κύριος, ὑψώσει κεφαλὴν, ἤτοι βασιλεύσει πάντων, καὶ κατακυριεύσει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. ὡς περὶ ἀνθρώπου δὲ ταῦτα εἴρηται. Διὰ τὸν ἐπίμοχθον δὲ βίον, καὶ τὴν ὑπομονὴν ἣν ἐνεδείξατο, δοξασθήσεται, καὶ τὸ πάντων ἀναδήσεται κράτος, ὑπερυψωθεὶς ἄχρι τῶν θρόνων τῶν οἰκείων. ἢ χείμαῤῥον μὲν ὀνομάζει τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ὡς μὴ ἀέναον ἔχον τὴν ἐπιῤῥοὴν, ἀλλὰ ξηρανθέν· πότον δὲ τὸ πάθος· ὅπερ ἀλλαχοῦ ποτήριον εἴρηται. ἵνα εἴπῃ τοιοῦτον, ὅτι ἐν τῇ κατ' ἀνθρώπους διατριβῇ ἐξ Ἰουδαίων τὸ πάθος ὑπομένει· ἐκεῖνοι γὰρ τὸν σταυρὸν ἐπεκτήσαντο.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Christus sobriè vixit.

Describit eius viuendi institutum, quomodo minimè deliciosum futurum sit, sed serium & rigidum: quale fuit Heliæ, qui de torrente bibere, & à coruo nutriri cupiebat, ne condescenderet impietati. Vult igitur dicere ipsum rigidam vitam assumpturum. Vel via & fluuialis potus symbolum sunt humilitatis. Videmus autem Dominum à Samaritana quoque aquam postulasse. Vel torrentem appellat tentationes; vt in illo, *Torrentem pertransiuit anima nostra*; viam verò iter per terram. Cùm igitur Dominus pro salute nostra tentationes sustinuerit, hoc nunc Propheta declarat, quòd cùm in præsenti vita, quam viæ assimilat, Dominus tentationes perpessus fuerit, caput quoque exaltaturus sit, siue regnaturus super omnes, & dominium habiturus in cælestia, terrestria & inferna. Hæc autem quasi de homine dicta sunt. Ceterùm propter laboriosam vitam, & patientiam quam ostendit, honorabitur, & omnium imperium obtinebit, vsque ad sedes proprias superexaltatus. Vel torrentem quidem nominat Gentem Iudæorum, vt quæ minimè perennem fluxum habeat, sed exsiccata sit: potum verò intelligit passionem: quæ alibi calix appellatur. Ac si quid simile dicat, quòd nimirum in sua cum hominibus conuersatione à Iudæis passionem toleraturus esset: illi enim crucem fabricauerunt.

Ioan. 4.

Psal. 123, 4.

Christus torrentem tentationum transijt.

CATENA PATRVM.

ά. ΕἸΠΕΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ κυρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ λόγον, τὸν πάντων κατακυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν· καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον, ἧς κατάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τί οὖν; ἐκ δεξιῶν καθήμενος ἐντιμότερός ἐστιν; Ἀλλ' εἰ μὲν δι' ἑαυτοῦ τὴν τιμὴν εἶχεν ἐντιμότερος· εἰ δὲ λαβὼν παρὰ τοῦ γεννήσαντος, τοῦ δεδωκότος ἡ χάρις.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κύριος τῷ κυρίῳ λέγει, καὶ οὐ κύριος κτίσματι· κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Μέγα γοῦν καὶ τοῦτο οὐ μόνον

De argumento Psalmi.

I. DIXIT DOMINVS DOMINO MEO.] ATHANASII. Per præsentia significat natiuitatem Christi secundùm carnem, & Euangelicum sermonem, qui omnibus Gentibus dominatur; & eius in cælos ascensum, quem auspicatur hic Psalmus dicens, *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.*

BASILII. Quid igitur? Is qui à dextris sedet honoratior est? Vtique. Si quidem à semetipso hunc honorem habuisset, honoratior foret: cùm verò à Genitore hoc acceperit, donantis gratia est.

ANONYMI. Dominus Domino, & nequaquam Dominus creaturæ dicit: *Sede à dextris meis.* Magnum vtique & hoc non solùm

CATENA PATRVM.

propter naturam humanam, sed etiam super omnem creaturam. Verumtamen etiam hoc humano more dictum est: nam tamquam Filius Dei thronum habet sempiternum: *Sedes enim tua Deus in sæculum sæculi.* Non enim post crucem & passionem hoc honore in quantum Deus dignus effectus est; sed vt homo accepit id quod vt Deus habebat. Neque enim cùm humilis esset sublimis effectus est, sed cùm altissimus esset, & in forma Dei existeret, *humiliauit semetipsum formam serui accipiens.* Idcircò etiam Euangelista exclamat: *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Et ipse Dominus ait: *Ego in Patre, & Pater in me est.* Et alibi: *Clarifica me tu Pater claritate, quam habui apud te priusquam mundus esset.* Vt homo igitur audit, *Sede à dextris meis:* nam vt Deus sempiternum habet imperium. Illa autem particula *donec* non tempus significat, sed est modus loquendi diuinæ Scripturæ. Sic enim etiam per Vatem Deus ait: *Ego sum, Ego sum; & donec senio confecti eritis ego sum.* Patet quippe substantiam Dei minimè simul cum hominum senectute terminari: nam si de cælo & terra Vates ait, *Ipsi peribunt, tu autem permanebis:* & iterùm, *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient:* multò magis, licet homines senescant, & moriantur, vniuersitatis Creator permanebit. Hoc simile est isti dicto Apostolico: *Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius.* Nec sanè ista particula *donec* hoc in loco tempus indicat. Quam enim haberet rationem, adhuc aliquibus repugnantibus ipsum regnare, post omnium autem subiectionem Regno priuari?

Psal. 44. — *Christus homo humilitate sua meruit sessionem à dextris Dei Patris, quam habebat vt Deus.* — Philip. 2. — Ioan. 1. — Ioan. 14. — Ioan. 17. 5. — *Particula donec quid significet.* — Exod. 3. — Psal. 101. — Ibidem. — 1. Cor. 15, 25.

EVSEBII. Hunc sermonem valdè accuratum & verum esse ipse Saluator nobis significauit dicens: *Si ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum:* (neque enim sine Spiritu sancto potuisset Dauid dicere illud:) *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:* vnde enim in humanam cogitationem venisset notitia rationis, quâ Pater se communicat illi qui noster Dominus nominatur. Thronus itaque regalem eius dignitatem designat, sessio autem stabilitatem ac firmitatem, & immobilitatem perseuerantiæ in Regno. Illud autem *à dextris* declarat ipsum

Matth. 24, 45. — *Quid per thronum & sessionem & dexteram significetur.*

διὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἅπασαν τὴν κτίσιν. πλὴν ἀνθρωπίνως καὶ τοῦτο εἴρηται· ὡς γὰρ Θεοῦ υἱὸς αἰώνιον ἔχει τὸν θρόνον· ὁ θρόνος γάρ σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. οὐ γὰρ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος ταύτης τῆς τιμῆς ὡς Θεὸς ἠξιώθη· ἀλλ' ἔλαβεν ὡς ἄνθρωπος ὅπερ εἶχεν ὡς Θεός. Οὐ γὰρ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλ' ὕψιστος ὤν, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. Διὸ καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς βοᾷ· Ὁ μονογενής, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριός φησιν· Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Καὶ ἀλλαχοῦ· Δόξασόν με σὺ Πάτερ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι. ὡς ἄνθρωπος τοίνυν ἀκούει, κάθου ἐκ δεξιῶν μου· ὡς γὰρ Θεὸς αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος. τὸ δὲ ἕως οὐ χρόνου σημαντικόν, ἀλλ' ἰδίωμα τῆς θείας γραφῆς. οὕτω γὰρ καὶ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι· καὶ ἕως ἂν καταγηράσητε ἐγώ εἰμι. Δῆλον δὲ ὅτι οὐ συμπεριορίζεται τῷ εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ γῆρας τῶν ἀνθρώπων· εἰ γὰρ περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς φησιν ὁ προφήτης, Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς· καὶ πάλιν, Σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι· πολλῷ μᾶλλον, ἀνθρώπων καὶ γηρώντων, καὶ τελευτώντων, διαμενεῖ τῶν ὅλων ὁ ποιητής. Τοῦτο ἔοικε τῷ Ἀποστολικῷ ἐκείνῳ ῥητῷ· Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὸ ἄχρι χρόνου δηλωτικόν. ποῖον γὰρ ἔχοι λόγον, ἔτι μὲν τινῶν ἀντιλεγόντων βασιλεύειν αὐτόν, μετὰ δὲ τὴν πάντων ὑποταγὴν ἀφαιρεῖσθαι τὴν βασιλείαν;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σφόδρα ἀκριβῆ καὶ ἀληθῆ λόγον ἐπισημήνατο ὁ σωτὴρ ἡμῶν εἰρηκώς· εἰ οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι καλεῖ αὐτὸν κύριον· (οὐ γὰρ ἐκτὸς πνεύματος ἁγίου οἷός τε ἦν εἰπεῖν ὁ Δαβὶδ τό·) Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου· πόθεν γὰρ παρῆν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἡ γνῶσις, ἢ τοῦ Πατρὸς τῆς πρὸς τὸν ὀνομασμένον αὐτοῦ κύριον κοινολογίας. Ὁ μὲν οὖν θρόνος τὴν βασιλικὴν αὐτοῦ ἀξίαν κατασημαίνει, ἡ δὲ κάθισις τὸ βέβαιον καὶ ἑδραῖον, καὶ ἀσάλευτον τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ διαμονῆς. τὸ δὲ ἐκ δεξιῶν τῶν ἀγαθῶν

Digitized by Google

ἀγαθῶν, εἶναι καὶ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς δωρημάτων κοινωνόν. Πάντα γὰρ τὰ δεξιὰ, φαιδρά τε, καὶ ἀγαθὰ καὶ σωτήρια χορηγεῖ ὁ Υἱὸς ὡς παρὰ Πατρός. Ἐχθροὺς δέ φησι τοὺς διὰ τοῦ προτεταγμένου ψαλμοῦ δεδηλωμένους· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις. πάντας γὰρ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ θήσειν ὁ Πατὴρ διαγγέλλεται διὰ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ.

Ησυχιου. Ἵνα δειχθῇ τὸ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἐν πᾶσιν ὁμότιμον, καὶ ὅτι οὐκ αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ υἱὸς ἁρπάζει βασιλείας ἢ θεότητος ἀξίαν (Διό φησιν ὁ Παῦλος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ) ἀλλ' εὐδοκοῦντος τοῦ Πατρὸς καὶ χαίροντος τῇ τοῦ Υἱοῦ ἀξίᾳ τὴν βασιλείαν τὴν ὁμότιμον πρὸς τὸν Πατέρα κέκτηται. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐκ δεξιῶν τῆς πρὸς ἡμᾶς ἕνεκα συγκαταβάσεως λέγεται (εἰ γὰρ ἔχει δεξιὰ ὁ Θεὸς, ἔχει καὶ ἀριστερά·) ταῦτα δὲ ἐπὶ τοῦ ἀμεροῦς καὶ ἀσχηματίστου καὶ πάντα πληροῦντος καιρὸν οὐκ ἔχει λέγεσθαι· λέγεται δὲ, ἐπειδήπερ νῦν ἡμεῖς ἄλλως ἀκούειν καὶ παιδεύεσθαι τὴν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δοξολογίαν οὐ δυνάμεθα, ἀναγκαίως προσέθηκεν· Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Τουτέστι, μέχρις ἂν ὁ παρὼν συντελεσθῇ βίος. Ἐν γὰρ τῷ παρόντι βίῳ καὶ ὁ Πατὴρ ὑποτάττει τῷ Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ὑποτάττει τῷ Πατρὶ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐπὰν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν συντελεσθῇ, καὶ ὁ θεὸς πάντα ἐν πᾶσι προκόπτουσι γένηται, τότε εἰς τέλειον θεωρίας ἀνελθόντες καὶ γνώσεως, τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρὶ ὀψόμεθα. διόπερ καὶ τότε ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς ἥξειν ἑαυτὸν ὁ κύριος ἔλεγεν.

Σευηρου. Τὸ ἰσότιμον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς διὰ τούτου νοοῦμεν. Ἐπὶ γὰρ τῆς ἀσωμάτου οὐσίας οὐ δυνατὸν νοῆσαι δεξιὸν ἢ ἀριστερόν.

Διδυμου. Πληρώσαντι τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθέντι τῷ Υἱῷ κυρίῳ ὄντι εἶπεν ὁ κύριος, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Παῦλος γοῦν οἶδεν μετὰ τὴν ἀνάληψιν ταύτην εἰρῆσθαι τὴν φωνὴν, διὰ τοῦ φάναι, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Αθανασιου. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ ἐχθροὶ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ βοῶν· Ὅταν καταργήσῃ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας

bonorum Patris & munerum dextrorum esse participem. Omnia enim dextera, & illustria, & bona & salutaria præbet Filius tamquam à Patre. Inimicos verò dicit illos qui in præcedenti Psalmo declarati sunt; neque illos solos, sed etiam aduersarias virtutes. Patrem enim omnem sub pedes eius prostratum esse per Psalmum præsentem annunciatur.

CATENA PATRVM.

Hesychii. Vt Patris Filijque in omnibus æqualitas ostenderetur, & vt non ipse sibi ipsi Filius Regni aut diuinitatis rapiat dignitatem (propter quod Paulus ait, *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo)* sed Patris de Filij dignitate gaudentis beneplacito æquale cum Patre Regnum obtineat. Ceterùm cùm istud *à dextris* propter eius ad nos condescensionem dicatur; (nam si Deus dextra haberet, haberet & sinistra;) hæc autem de indiuiduo & infigurabili omniaque replente opportunè dici nequeant; dicantur autem, quia nos modò aliter de Patris Filijque gloria erudiri minimè possumus, necessariò adiunxit: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Id est, Donec præsens hæc vita fuerit consummata. Nam in præsenti vita & Pater subijcit Filio, & Filius subijcit Patri humanitatem. Cùm autem præsens hoc sæculum fuerit terminatum, & Deus in omnibus proficientibus omnia factus fuerit, tunc ad perfectam contemplationem & notitiam peruenientes, Patrem in Filio, & Filium in Patre videbimus. Quapropter etiam Dominus dixit se tunc in gloria Patris venturum esse.

Phil. 2, 6.

Quomodo in Deo dexterum & sinistrum intelligendum.

Severi. Per hoc Filij & Patris æqualitatem cognoscimus. De incorporea enim natura non potest dexterum vel sinistrum intelligi.

Didymi. Dispensationem suam implenti, & à mortuis resurgenti, atque in cælos ascendenti Filio vero Domino dixit Dominus, *Sede à dextris meis*, &c. Paulus vtique sciebat hanc vocem post ascensionem editam fuisse, dum ait, *Purgationem peccatorum faciens, sedit ad dexteram maiestatis in excelsis*, &c.

Hebr. 1, 3.

Athanasii. Quales porrò fuerint hi inimici Apostolus declarat exclamans: *Cùm euacuauerit principatus & potestates &*

1. Cor. 15, 24.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

& mundi rectores; nouissima autem destruetur mors.

2. VIRGAM VIRTVTIS EMITTET.] ATHANASII. Dicit sermonem Euangelicum qui missus est, & omnibus Gentibus imperauit.

Quid per virgam virtutis intelligatur.

CHRYSOSTOMI. Virgam virtutis vocat ipsam virtutem eius. Nec non Sionis meminit, quia quæ præclarè gesta sunt inde sumpserunt initium: illic enim Legem dedit: illic fecit miracula: illic cœpta prædicatio per vniuersum orbem terræ diffusa est.

EIVSDEM. Neque verò quis aberrauerit, qui crucem quoque virgam virtutis appellauerit. Hæc enim virga terram mareque conuertit, & magnâ potestate repleuit. Cum hac virga egressi Apostoli per vniuersum orbem terræ omnia illa fecere: hanc gestantes omnia perficiebant, sumpto principio ab Hierosolymis.

SEVERI. Cùm virga sit Christus; vti etiam Isaias dixit: *Egredietur virga de radice Iesse:* illam Moyses continens Mare rubrum diuisit.

Isa. 11, 1.

EVSEBII. Virgam virtutis arbitror hoc loco Euangelicum sermonem dictum esse. Obserua verò, num fortè secundùm aliam rationem virga virtutis hoc loco dicta sit illa, quæ in secundo Psalmo virga ferrea vocata fuit. Sermo igitur Euangelicus, qui virtutem Saluatoris nostri & dispensationem eius annuntiat, fuerit virga doctrinalis ac salutaris: quæ autem inimicos eius & Ecclesiæ hostes interimit ferrea nuncupatur, quâ tamquam vasa figuli inimicos suos contriturus dicitur. Cùm igitur Christus Ecclesias suas in medijs ciuitatibus & in medijs Gentibus inter inimicos & hostes constituerit, necessariò dictum est: Quoniam virgam virtutis suæ emittet Dominus, vt dominetur in medio inimicorum suorum.

Psal. 2.

THEODORETI. Virga quidem Iesse est in Bethlehem. *Egredietur enim virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & requiescet super eum spiritus Dei,* &c. Per virgam autem salutaris crucis imperium declarat: per illam enim totam inimicorum aciem subegit: in Sione autem hæc fixa fuit.

Isaiæ 11, 1.

καὶ τοὺς κοσμοκράτορας· ἔσχατος γὰρ ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.

β'. ΡΑΒΔΟΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΕΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸν Εὐαγγελικόν φησι λόγον τὸν ἀποσταλμένον, ὃς καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν κατακυριεύσειν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ῥάβδον δυνάμεως τὴν δύναμιν αὐτοῦ φησι. καὶ τῆς Σιὼν μέμνηται, ἐπειδὴ ἐκεῖθεν ἔλαβεν ἀρχὴν τὰ κατορθώματα· ἐκεῖ καὶ τὸν νόμον ἔδωκεν· ἐκεῖ καὶ τὰ θαύματα εἰργάσατο· ἐκεῖ καὶ ἀρξάμενον τὸ κήρυγμα πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐξετάθη.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐκ ἂν δέ τις ἁμάρτοι, καὶ τὸν σταυρὸν ῥάβδον δυνάμεως εἰπών. αὕτη γὰρ ῥάβδος γῆν καὶ θάλασσαν ἐπέστρεψε, καὶ δυνάμεως πολλῆς ἐνέπλησε. μετὰ ταύτης ἐξελθόντες τῆς ῥάβδου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης οἱ Ἀπόστολοι πάντα ἐκεῖνα εἰργάσαντο· ταύτην ἐπιφερόμενοι πάντα ἤνυον, λαβόντες τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἐπειδὴ ῥάβδος ἐστὶν ὁ Χριστός· ὡς καὶ Ἡσαΐας εἶπεν· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· αὐτὸν κατέχων ὁ Μωϋσῆς διεῖλε τὴν ἐρυθράν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ῥάβδον δυνάμεως ἐν τούτοις ἡγοῦμαι τὸν εὐαγγελικὸν λόγον εἰρῆσθαι. ἐπίστησον δὲ, μήποτε καθ' ἕτερον τρόπον ῥάβδος δυνάμεως εἴρηται ἐνταῦθα, ἡ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ κεκλημένη ῥάβδος σιδηρᾶ. Ὁ μὲν οὖν Εὐαγγελικὸς λόγος, ὁ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δυνάμεως καὶ τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας ἀπαγγελτικὸς, ἡ παιδευτικὴ καὶ σωτήριος εἴη ἂν ῥάβδος· ἡ δὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ πολεμίων τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας καθαιρετικὴ λεγομένη σιδηρᾶ, δι' ἧς ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψειν λέγεται τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. ἐπεὶ τοίνυν ὁ Χριστὸς τὰς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι καὶ ἐν αὐτοῖς μέσοις ἔθνεσι μεταξὺ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων συνεστήσατο, ἀναγκαίως λέλεκται· Ὅτι ῥάβδον δυνάμεως σου ἐξαποστελεῖ κύριος, ἵνα κατακυριεύσῃς ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἡ μὲν ἐξ Ἰεσσαὶ ῥάβδος ἐν Βηθλεέμ. Ἐξελεύσεται γὰρ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Δηλοῖ δὲ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ τὸ κράτος διὰ τῆς ῥάβδου· δι' ἐκείνου γὰρ πᾶσαν ὑπέταξε τῶν ἀντιπάλων τὴν φάλαγγα· ἐν δὲ τῇ Σιὼν οὗτος ἐπάγη.

ΗΣΥ-

Ησυχιου. Ῥάβδος δυνάμεως ὁ σωτὴρ περὶ οὗ καὶ ἀλλαχοῦ ἐπάγει· ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ῥάβδος διπλῆν ἐνέργειαν κέκτηται· καὶ γὰρ μαστίζει καὶ χειραγωγεῖ· καὶ ὁ σταυρὸς δὲ ἡμᾶς χειραγωγεῖ καὶ μαστίζει τοὺς δαίμονας, ἀναγκαίως καὶ ῥάβδος δυνάμεως, ὡς τοιαῦτα ἐνεργήσασα εἴρηται. Ταύτην δὲ τῷ Χριστῷ πόθεν ἐξαπέστειλεν; Ἐκ τῆς Σιών φησιν. ἐκεῖ γὰρ ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς ἔθυσεν· ἐκεῖ τῷ πάθει δέδωκεν ἀρχήν· ἐκεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους παραδοθέντα μυστήρια.

Κατακυριευε εν μεσω των εχθρων.] Χρυσοστομου. Ὅρα προφητείαν ὑπὲρ τὸν ἥλιον διαλάμπουσαν. τί γάρ ἐστι τὸ, κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου; ἀντὶ τοῦ, ἐν μέσοις Ἕλλησι, καὶ ἐν μέσοις Ἰουδαίοις. Οὕτω γὰρ αἱ Ἐκκλησίαι κατεφυτεύθησαν ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν, οὕτως ἐκράτησαν, καὶ περιεγένοντο. τοῦτο τεκμήριον τῆς λαμπρᾶς νίκης, τὸ ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἀναστῆσαι τὰ θυσιαστήρια· τὸ καθάπερ πρόβατα ἐν μέσῳ θηρίων, καὶ ἄρνας μεταξὺ λύκων. τοῦτο γὰρ καὶ πέμπων αὐτοὺς ἔλεγεν· ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων.

Του αυτου. Οὐκ εἶπε νίκα ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου, ἀλλὰ κυρίευε· ἵνα δείξῃ οὐδὲ ἐκ παρατάξεως τὸ τρόπαιον γινόμενον, ἀλλ' ἐξ ἐπιταγῆς τὴν δεσποτείαν. οὕτω γοῦν ἐκράτουν οἱ Ἀπόστολοι τὸν Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς.

γ'. Μετα σου η αρχη εν ημερα της δυναμεως.] Κυριλλου. Ἡμέραν δυνάμεως τοῦ θεοῦ λέγει καθ' ἣν ὅλην κρινεῖ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἥξει δὲ πάντως καὶ τότε αὐτός τε ὢν ἐν πατρὶ, καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, τὴν ἄναρχον τῆς οἰκείας φύσεως οἱονεὶ πως ἀρχὴν, κατὰ μόνον τὸ ἐξ οὗ· διὰ τὸ ὑπάρχειν ἐκ πατρός.

Θεοδωρητου. Ἡμέραν δυνάμεως τὴν δευτέραν τοῦ σωτῆρος ἐκάλεσεν ἐπιφάνειαν, καθ' ἣν ἥξει μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. τότε δὲ καὶ οἱ ἅγιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου φωνήν.

Χρυσοστομου. Τί ἐστι μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή; ἐν σοὶ ἡ ἀρχὴ, οὐχ ὕστερον ἐπιγενομένη, ἀλλ' ἐν σοὶ οὖσα διαπαντός· ὅπερ καὶ ὁ Ἡσαΐας δηλῶν ὁμοίως ἔλεγεν· ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐ-

Hesychii. Virga virtutis est Saluator: de quo etiam alibi subiungit: *Reges eos in virga ferrea.* Cùm autem virga duplex munus obeat, siquidem & castigat & manu ducit; crux verò nos quoque manu ducat, & dæmones plectat, necessariò etiam virga virtutis dicta est, vtpote istiusmodi perficiens. Hanc autem vnde Christo emisit? Ex Sion inquit. Illic enim semetipsum vnigenitus immolauit: illic passioni initium dedit: illic ab ipso in rememorationem passionis tradita sunt mysteria.

CATENA PATRVM. Psal. 2. *Virga duplex officium.*

Dominare in medio inimicorvm.] Chrysostomi. Vide Prophetiam ipso Sole clariorem. Quid enim est istud, *Dominare in medio inimicorum tuorum*? id est, in medijs Gentibus, & in medijs Iudæis. Ita enim plantatæ sunt Ecclesiæ in medijs vrbibus, ita vicerunt, & superiores euaserunt. Hoc est præclaræ victoriæ argumentum, quòd in medijs hostibus altaria erexerint; quòd tamquam oues essent in medio ferarum, & vt agni in medio luporum. Hoc enim eos quoque mittens dicebat: *Ecce mitto vos tamquam oues in medio luporum.*

Argumentum victricis fidei. Matth. 10.

Eivsdem. Non dixit Vince in medio inimicorum tuorum, sed Dominare; vt ostenderet non erigi trophæum fusis in acie hostibus, sed ex iussu significari dominium: ita enim vincebant Apostoli Christum in se habentes.

3. Tecvm principivm in die virtvtis.] Cyrilli. Diem virtutis Dei appellat illam quâ vniuersum orbem iudicabit, & *reddet vnicuique secundùm opera eius.* Veniet autem omnino etiam tum ipse qui est in Patre, & habet in semetipso Patrem, qui propriæ naturæ quodammodò principij expers principium existit, secundùm solum illud *ex quo*; eò quòd ex Patre existat.

Dies virtutis est dies iudicij. Matth. 16, 27.

Theodoreti. Diem virtutis secundum Saluatoris aduentum vocauit, in quo veniet cum Angelis in gloria Patris. Tunc autem & Sancti sicut Sol fulgebunt, secundùm ipsius Domini vocem.

Chrysostomi. Quid est *Tecum principium* seu principatus? In te [inquit] est principatus, qui non posteà accessit, sed in te est perpetuò: quod etiam Isaias similiter significans dicebat: *Principatus eius super humerum eius:*

Isaiæ 9, 6. *Principatus Christi qualis.*

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

eius: hoc est, in ipso, in substantia eius, in natura eius: quod quidem non inest in Regibus: Principatus enim eorum est in multitudine exercitus: quod non erat in Apostolis: nam ipsorum quoque Principatus fuit ex operatione eis inspirata extrinsecus. Ipse autem habuit Principatum in natura, in substantia; vt qui non eam acceperit posteaquam fuit genitus, nec extrinsecus importatam aut aduentitiam possederit, sed ita sit genitus. Et ideò de Regno quoque interrogatus dicebat: *Ego in hoc natus sum.*

Ioan. 18, 37.

Quis sit dies virtutis.

EIVSDEM. Diem virtutis possis dicere & diem qui iam fuit, & diem qui futurus est. In vtroque enim maxima ostenditur potentia. An non tibi videtur esse maximum potentiæ argumentum, quando per mortem mors deletur? quando portæ æreæ confringuntur, quando peccatum aboletur, quando maledictum soluitur, quando vetera omnia mala euertuntur, & alia noua bona introducuntur? Quid enim potest cum hac conferri potentia, siue consideres miracula, siue pulcherrima facinora? mortui excitabantur, leprosi mundabantur, dæmones expellebantur, & his similia.

Hebr. 2.

DIDYMI. Nomen *principij* seu *Principatus* significat hoc loco Regnum quod est cum Saluatore in die virtutis eius; nempe post resurrectionem quâ se à mortuis suscitauit: *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate; sed viuit ex virtute Dei.* Vel significat Regnum ipsi à natura insitum, quo cunctis imperat & dominatur.

2. Cor. 13, 4.

Crux est Christi Principatus.

HESYCHII. Principatum quidem Christi hoc loco appellat crucem; vtpote in qua Princeps & Rex huius mundi superatus fuit: diem verò virtutis eius meritò intelligit diem crucis; idque propter signa in ea peracta, vt motum terræ, Solis recessum, tenebras ab hora sexta vsque ad nonam: deinde quòd in ea diabolo debellato obumbratum sit peccatum. In hac igitur die Principatum, id est crucem, secum habuit, non solùm vt in ea suffixus, verùm etiam tamquam illam humeris gestans. Hoc enim clariùs exponens Isaias dixit: *Cuius Principatus super humerum eius.*

Splendor Sanctorum qualis.

CHRYSOSTOMI. Splendorem hic dicit Sanctorum pulchritudinem. Quid est

τοῦ· τουτέστιν, ἐν ἑαυτῷ, ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, ἐν τῇ φύσει αὐτοῦ· ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων οὐκ ἔνι· ἡ γὰρ ἀρχὴ αὐτῶν ἐν τῷ πλήθει τῶν στρατοπέδων· ὅπερ ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων οὐκ ἦν· ἡ γὰρ ἀρχὴ αὐτῶν ἐνεργείας ἔξωθεν εἰσαγομένης αὐτοῖς ἐγίνετο. Αὐτὸς δὲ ἐν τῇ φύσει τὴν ἀρχὴν εἶχεν, ἐν τῇ οὐσίᾳ· οὐ μετὰ τὸ γεννηθῆναι προσλαβών, ὕστερον οὐδὲ ἐπείσακτον κτησάμενος, ἀλλ' οὕτω γεννηθείς. διὸ καὶ περὶ βασιλείας ἐρωτώμενος ἔλεγεν· Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἡμέραν δυνάμεως εἴποι τις ἂν τήν τε ἤδη γενομένην, τήν τε ἐσομένην ἡμέραν. Ἑκατέρα γὰρ μεγίστης δυνάμεως ἀπόδειξις. ἢ οὐ δοκεῖ σοι δυνάμεως μέγιστον εἶναι τεκμήριον, ὅταν διὰ θανάτου ὁ θάνατος καταργῆται; ὅταν χαλκαῖ πύλαι συντρίβονται, ὅταν ἁμαρτία ἀφανίζηται, ὅταν κατάρα λύηται, ὅταν τὰ παλαιὰ πάντα ἀνατρέπηται κακά, καὶ ἕτερα ἐπεισάγηται νέα καλά; τί γὰρ τῆς δυνάμεως ταύτης ἴσον, ἄντε τὰ θαύματα ἐξετάσῃς, ἄντε τὰ κατορθώματα; νεκροὶ ἠγείροντο, λεπροὶ ἐκαθαίροντο, δαίμονες ἠλαύνοντο, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ ἀρχῆς ὄνομα βασιλείαν ἐνταῦθα σημαίνει οὖσαν μετὰ τοῦ σωτῆρος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· δηλαδὴ μετὰ ἀνάστασιν ἣν ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν· εἰ γὰρ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας· ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ. ἢ σημαίνει τὴν προσοῦσαν αὐτῷ σύμφυτον ἀρχήν, καθ' ἣν κρατεῖ καὶ δυναστεύει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀρχὴν μὲν ἐνταῦθα τοῦ Χριστοῦ τὸν σταυρὸν καλεῖ· ὡς ἐν αὐτῷ τῆς οἰκουμένης ἄρχοντος καὶ βασιλεύοντος ἡττηθέντος· ἡμέραν δὲ δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ἡμέραν εἰκότως τοῦ σταυροῦ· τοῦτο δὲ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα σημεῖα, τὸν σάλον τῆς γῆς, τὴν ἀναχώρησιν τοῦ ἡλίου, τὸ ἀπὸ ὥρας ἕκτης μέχρις ἐννάτης σκότος· ἔπειτα ὡς ἐν αὐτῇ τῆς ἁμαρτίας σκιασθείσης τοῦ διαβόλου καταγωνισθέντος. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τὴν ἀρχήν, τουτέστι τὸν σταυρόν, μεθ' ἑαυτοῦ εἶχεν, οὐ μόνον ὡς ἐν αὐτῷ καταπαγείς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσας. Τοῦτο γὰρ σαφέστερον Ἡσαΐας ἐκθέμενος ἔλεγεν· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Λαμπρότητα δὲ ἐνταῦθά φησι τὸ κάλλος τῶν ἁγίων. τί γὰρ

λαμπρό-

Digitized by Google

λαμπρότερον Παύλου; τί δὲ περιφανέστερον Πέτρου; οἱ τὴν οἰκουμένην περιέτρεχον ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντες, τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας καταβάλλοντες· ὡς γὰρ ἐξ οὐρανῶν ἄγγελοι καταβάντες, οὕτως ἦσαν ἅπασιν ἀπρόσιτοι. οὐδεὶς γὰρ ἐτόλμα, φησὶ, κολλᾶσθαι αὐτοῖς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ δὲ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου οὐδὲν ἕτερον ἢ τὰς χορείας ἐκείνας τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἡμῖν κατασημαίνει, τὰς παρὰ τὴν νύκτα ἐκείνην καθ' ἣν ἐγεννήθη Χριστὸς βοώσας· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη.

ΕΚ ΓΑΣΤΡΟΣ ΠΡΟ ΕΩΣΦΟΡΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Πάντες οἱ ἐκκλησιαστικοὶ οὐ νῦν πρότερον, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ πρὸς τοῦ Πατρὸς τὴν προκειμένην λέγουσι φωνὴν εἰρῆσθαι, συναπτομένην τῇ ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ οὕτως· Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· τῶν ἄλλων ἡμῖν στοιχείων διὰ μέσου εἰρημένων. καὶ ἔοικέ γε καὶ ὁ Ἀπόστολος ταύτῃ τῇ διανοίᾳ ἠκολουθηκὼς εἰρηκέναι· Τίνι γὰρ τῶν ἀγγέλων εἴρηκε ποτὲ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; μονονουχὶ λέγων οὐδενὶ τῶν γεννητῶν, ἀλλὰ τῷ μονογενεῖ υἱῷ ἑαυτοῦ μόνῳ εἶπε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου· ἐπεὶ καὶ μόνος αὐτὸς μονογενής ἐστιν ὢν ἐν κόλποις τοῦ Πατρός.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Γνησίας γονῆς ὅταν λόγον ποιώμεθα, γαστέρα ὀνομάζομεν. ἐπεὶ γάρ εἰσι κυρίως τινῶν υἱοὶ, ἄλλοι δὲ εἰσποιητοὶ καὶ θετοὶ, ὅταν μὴ τοὺς θετοὺς, ἀλλὰ τοὺς κυρίους σημαίνωμεν, λέγομεν γεννήματα γαστρὸς αὐτοὺς τῶν τεκόντων. Καὶ Θεὸς οὖν γνήσιον υἱὸν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ τὸν μονογενῆ παραστῆσαι θέλων, γαστρὸς μνημονεύει.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Βουλόμενος τὸ γνήσιον παραστῆσαι, καὶ ταύτης ἐμνημόνευσε τῆς ῥήσεως. καὶ καθάπερ λέγει χεῖρα, οὐχ ἵνα ὑποπτεύσωμεν χεῖρα, ἀλλὰ τὴν δημιουργικὴν δύναμιν· οὕτω καὶ γαστρὸς ἐμνημόνευσεν, ἵνα τὸ γνήσιον τῆς γεννήσεως παραστήσῃ.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τὸ ἐκ γαστρὸς καὶ ἐγέννησα σημαίνει τὸ ὁμοούσιον· τὸ δὲ πρὸ ἑωσφόρου, τὸ πρὸ τῶν αἰώνων, ἀντὶ τοῦ τῶν ἄνω δυνάμεων· τῶν ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας τῆς ἄνω καὶ ἀσωμάτου φύσεως καὶ φωτιζομένας καὶ λεγομένας φῶς.

enim Paulo splendidius? quid Petro illustrius? qui vniuersum orbem terrarum percurrerunt ipso Sole clariores, pietatis semina proijcientes: perinde enim ac si fuissent Angeli cælitus delapsi, ita omnibus erant inaccessi. *Nemo* enim, inquit, *audebat se coniungere eis.*

CATENA PATRVM.

Act. 5.

ATHANASII. Illud autem *in splendoribus Sanctorum tuorum* nil aliud nobis significat quàm choreas illas sanctorum Angelorum, quæ nocte istâ quâ Christus nascebatur exclamabant: *Gloria in altißimis Deo, & in terra pax.*

Lucæ 2.

EX VTERO ANTE LVCIFERVM.] DIDYMI. Omnes Ecclesiastici non nunc primùm, sed & semper ex persona Patris tradunt propositam vocem esse prolatam, principio Psalmi hoc modo connexam; *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: ex vtero ante luciferum genui te*; ceteris versiculis in medio interiectis. Et videtur etiam Apostolus conformiter huic sensui dixisse: *Cui enim Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis?* tantum non dicens nemini natorum, sed soli vnigenito Filio suo dixit, *Sede à dextris meis:* quandoquidem etiam solus ipse vnigenitus est existens in sinu Patris.

Hebr. 1, 13.

EIVSDEM. Cùm genuinæ prolis mentionem facimus, vterùm nominamus. Nam cùm sint aliqui propriè quorumdam filij, alij verò adscititij & adoptati, quando non adoptiuos, sed proprios filios significamus, dicimus ipsos esse genimina vteri parentum. Deus itaque cùm Filium genuinum & ex se vnigenitum declarare vellet, vteri mentionem fecit.

Genuini filij quis.

CHRYSOSTOMI. Volens ipsum genuinum ostendere, huius quoque dictionis meminit. Et quemadmodum cùm dicit manum, non id dicit vt manum suspicemur, sed vt intelligamus faciendi operis potestatem; ita etiam vteri meminit, vt genuinam esse generationem ostendat.

Quid vterus in Deo significet.

SEVERI. Illud *ex vtero* & *genui te* significant consubstantialitatem; illud verò *ante luciferum*, id est ante sæcula, scilicet ante supernas virtutes: quæ ex supernæ & incorporeæ naturæ effluentia & illuminatæ & lux appellantur.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Etenim vterus alienus ab incorporea & omni substantia eminentiore naturâ; verumtamen illa vox declarat atque significat quodammodò genuinam & secundùm naturam esse generationem. Diuina enim Scriptura nostrorum penuriâ vocabulorum vsa est, volens, quantum fas est, terrenam mentis nostræ humilitatem ad diuinarum sublimitatem adducere intelligentiarum.

Iuramentum quid in Deo.

4. IVRAVIT DOMINVS, ET NON POENITEBIT EVM.] ATHANASII. Iuramentum Dei est sermo eius, qui certiores reddit auditores, & vnicuique persuadet omnino fore id quod promisit & adstruit. Non enim adinstar hominis iurat Deus, sed sermo eius ad adstruendam veritatem nobis pro iuramento est, ita vt prorsus irreuocabiliter fiat id quod iureiurando promissum est.

Melchisedech figura æterni Sacerdotij.

APOLINARII. Æternus Sacerdos est qui viuit in æternum. Stabile Sacerdotium, quod quasi iureiurando firmatum est. Huius typus est Melchisedech: cuius mors minimè manifestatur, in signum mortis non existentis. Ceterùm is qui modò Rex declaratus fuit, etiam Sacerdos demonstratur: quod in Israël fieri non posse etiam lege expressum est.

DIDYMI. Quemadmodum Saluator nobis definit iuramentum esse *ita, ita,* & *non, non*; sic vtique multò magis veritatem adstruens iurare perhibetur, non ad abiurandum vel adiurandum vtens iuramento. *Iurauit* itaque *Dominus, & non pœnitebit eum,* quia dona eius sunt sine pœnitentia. Sacerdotium autem non secundùm ordinem Aaronis, sed secundùm Melchisedech in æternum manet.

Iuramentum declarat certitudinem.

CHRYSOSTOMI. Iuramentum autem quando audieris, ne putes esse iusiurandum. Quemadmodum enim ira in Deo ira non est, sed vis puniendi, & non perturbatio animi, ita etiam iusiurandum. Deus enim non iurat, sed id dicit quod omnino futurum est.

Hebr. 7.

THEODORETI. Accuratè hæc diuinus Apostolus interpretatus est in Epistola ad Hebræos, & Sacerdotij huius æternitatem ostendit; eò quòd Leuiticum Sacerdotium non cum iureiurando promissiones acceperit; hoc autem iureiurando confirmatum sit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ γὰρ ἡ γαστὴρ ἀλλότριον τῆς ἀσωμάτου καὶ ἐπέκεινα πάντων οὐσίας· πλὴν παραστατικὸν καὶ σημαντικὸν τῆς γνησίας καὶ κατὰ φύσιν ὥσπερ γεννήσεως. τῇ γὰρ πενίᾳ κέχρηται τῶν παρ' ἡμῖν λέξεων ἡ θεία γραφή, τὸ τῆς ἡμετέρας διανοίας χθαμαλὸν, ὡς ἔνεστι, βουλομένη πρὸς τὸ ὕψος τῶν θείων νοημάτων ἀναγαγεῖν.

δ'. ΩΜΟΣΕ ΚΥΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΟΥ ΜΕΤΑΜΕΛΗΘΗΣΕΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅρκος τοῦ θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστι, πληροφορῶν τοὺς ἀκούοντας, καὶ πίστιν ἑκάστῳ παρέχων ὅτι ὃ ἐπήγγελται καὶ λαλεῖ πάντως γενήσεται. Οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὀμνύει θεὸς, ἀλλ' ἡμῖν ὁ λόγος αὐτοῦ ἀντὶ ὅρκου πρὸς ἀλήθειαν γίνεται, ὡς τοῦ ἀμεταμελήτου πάντως καὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ ὅρκου τυγχάνοντος.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Αἰώνιος ἱερεὺς ὁ ζῶν αἰωνίως. βέβαιος ἱερωσύνη, καθάπερ ὅρκῳ βεβαιωθεῖσα. ἧς τύπος ὁ Μελχισεδὲκ· οὗ μὴ δηλοῦται θάνατος, εἰς σημεῖον τοῦ μηδὲ ὄντος θανάτου. ἄρτι δὲ βασιλεὺς νυνὶ δηλωθεὶς, καὶ ἱερεὺς ἐπιδείκνυται· ὅπερ ἀδύνατον ἐν Ἰσραὴλ καὶ νόμῳ ὑποτετύπωτο.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὥσπερ ἡμῖν ὁ σωτὴρ ὅρκον ὁρίζει εἶναι τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ· οὕτω μᾶλλον δὲ πολλῷ πλέον θεὸς ἀληθεύων ὀμνύναι λέγεται, οὐκ ἀπωμοτικῶς ἢ κατωμοτικῶς τῷ ὅρκῳ χρησάμενος. ὤμοσε τοίνυν κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, ἐπείπερ ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα. ἡ ἱερωσύνη δὲ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ τοῦ Μελχισεδὲκ εἰς τὸν αἰῶνα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρκον δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ ὅρκον νόμιζε. ὥσπερ γὰρ θυμὸς οὐ θυμὸς ἐπὶ θεοῦ, ἀλλὰ τὸ τιμωρητικὸν, καὶ οὐ πάθος ἐστὶν· οὕτως οὐδὲ ὅρκος. Οὐ γὰρ ὄμνυσι θεὸς, ἀλλὰ τὸ πάντως ἐσόμενον λέγει.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀκριβῶς ταῦτα ὁ θεῖος ἡρμήνευσεν Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ, καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ταύτης ἀπέραντον ἔδειξε· τῷ τὴν μὲν λευιτικὴν ἱερωσύνην οὐ μεθ' ὅρκου τὰς ἐπαγγελίας δέχεσθαι· ταύτην δὲ ὅρκῳ βεβαιωθῆναι.

ΧΡΥ-

Digitized by Google

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί δέ ἐστι κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; διὰ μυστήρια τοῦτο λέγει· ὅτι κἀκεῖνος ἄρτον καὶ οἶνον προσήνεγκεν τῷ Ἀβραάμ· καὶ διὰ τὸ ἐλεύθερον εἶναι τοῦ νόμου τὴν ἱερωσύνην· καὶ διὰ τὸ ἀτελεύτητον (καθάπερ καὶ Παῦλός φησι) καὶ ἄναρχον. ὅπερ γὰρ ἐκεῖνος εἶχεν ἐν ταῖς σκιαῖς, τοῦτο ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ.

ε. ΚΥΡΙΟΣ ΕΚ ΔΕΞΙΩΝ ΣΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ὅτι τὸ κάθου ἐκ δεξιῶν μου οὐ τόπου τινός ἐστι δηλωτικόν, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ ἑνώσεως, καὶ κατὰ πάντα ἰσότητος. εἰ γὰρ ὁ Υἱὸς ἐκ δεξιῶν καθέζεται, πῶς αὐτοῦ πάλιν ὁ Πατὴρ εἶναι ἐκ τῶν δεξιῶν λέγεται; ὃς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ συνθλάσει βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τοὺς ἄρχοντας οἳ συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· Ἡρώδην καὶ Πιλάτον, Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς βασιλεῖς λέγων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σημαίνει τοὺς νοητοὺς βασιλεῖς οὐκ ἄλλους τυγχάνοντας ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν καὶ κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους. οἱ αὐτοὶ δέ εἰσιν οὗτοι οἱ ὑπὸ πόδας τοῦ σωτῆρος τιθέμενοι, ὄντες διὰ τὴν κακίαν καὶ πονηρίαν ἣν εἵλοντο ἐχθροὶ αὐτοῦ. πλὴν συνθλασθέντες παύσονται τοῦ εἶναι πολέμιοι, καταργουμένης ὑπὸ τοῦ κυρίου πάσης ἀρχῆς καὶ πάσης ἐξουσίας τοιαύτης. ἡμέρα δὲ ὀργῆς ὁ καιρὸς τῆς ἅμα πάντων κρίσεως ἐν ταῖς γραφαῖς λέγεται.

ς. ΚΡΙΝΕΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστι, δικάσει καὶ κατακρινεῖ τοὺς δαίμονας, ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον, καὶ ἠσέβησαν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Σαφέστερον ἐνταῦθα τὴν κρίσιν ἐδήλωσε· καὶ ὅτι κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν παντοδαπαῖς παραδώσει τιμωρίαις τοὺς δυσσεβείᾳ συνεζηκότας. Καὶ κατὰ τὸν παρόντα μέντοι βίον πολλαῖς αὐτοὺς πολλάκις παιδείαις ὑπέβαλε, τὴν οἰκείαν δύναμιν τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ εἶπε, κρινεῖ τὰ ἔθνη, ἀλλὰ, κρινεῖ (τουτέστι κατακρινεῖ) ἐν τοῖς ἔθνεσι, δηλαδὴ τὸν διάβολον· περὶ οὗ αὐτὸς ὁ κύριος μέλλων σταυροῦσθαι τοῖς Ἀποστόλοις ἔλεγεν· ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. κατέκρινε τοίνυν αὐτὸν ἐλέγξας αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐπλήρωσε πτώματα τῶν δαιμόνων· σὺν αὐτῷ γὰρ καὶ τὴν αὐτοῦ

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Quid autem est *secundùm ordinem Melchisedech?* Propter Sacramenta hoc dicit; eò quòd ille quoque panem & vinum Abrahæ obtulerit; & quòd hoc sacerdotium sit à lege liberum; & quòd neque finem (sicut Paulus ait) neque principium habeat. Quod enim ille in vmbra habuit, hoc reuerà fuit in Iesu.

Sacrificium Melchisedech figura Eucharistiæ.

5. DOMINVS A DEXTRIS TVIS.] HESYCHII. Vides illud *Sede à dextris meis* non locum aliquem demonstrare, sed Filij cum Patre vnitatem, & secundùm omnia æqualitatem. Si enim Filius à dextris sedeat, quomodo rursus Pater dicitur esse à dextris ipsius? Hic in die iræ suæ confringet Reges terræ, & Principes qui conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius; Herodem & Pilatum, Annam & Caiapham, & eos qui cum ipsis erant Reges appellans.

Quos reges Christus confracturus. Psal. 2, 2.

DIDYMI. Significat Reges intellectuales: qui non sunt alij quàm principes & potestates ac mundi rectores tenebrarum. Illi ipsi autem sunt qui substrati sunt pedibus Saluatoris, propter malitiam & nequitiam quam elegerunt inimici eius effecti. Verumtamen confracti desinent esse inimici, cùm à Domino talis omnis principatus ac potestas deleta fuerint. Dies autem iræ dicitur in Scripturis esse tempus iudicij vniuersalis.

6. IVDICABIT IN NATIONIBVS.] CHRYSOSTOMI. Id est, Iudicabit & condemnabit dæmones, eò quòd peccauerint, & impiè egerint.

APOLINARII. Manifestiùs hîc iudicium declarauit; & quòd in illa die eos qui impiè vixerint supplicijs traditurus sit. Etenim in præsenti quoque vita sæpè plurimis ipsos castigationibus subiecit, potentiam suam ignorantes erudiens.

Quos iudicaturus sit Christus.

HESYCHII. Non dixit, Iudicabit Gentes, sed, Iudicabit (id est condemnabit) in Gentibus, scilicet diabolum: de quo ipse Dominus cùm cruci affigendus erat Apostolis dicebat; *Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Ipsum itaque condemnauit arguens potentiam eius in Gentibus: & dæmonum ruinas impleuit: nam cum ipso exercitum

Ioan. 16, 11.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quoque ipsius deiecit. Cùm enim in terra esset per propriam mortem, mortem ipsam delens spiritualium draconum capita confregit.

7. De torrente in via bibet.]

Torrens symbolum tentationum.

Didymi. Torrens vbique, sicut etiam hoc loco, tentationem significat: ex ea autem bibere, est illam admittere. Tentatus est autem Iesus pro salute nostra in via hominum existens (vt ait Apostolus de hoc scribens:) *In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potest etiam ijs qui tentantur auxiliari.* Quorum etiam Rex demonstratus est, datâ ipsi potestate in cælo & in terra. Exaltauit autem caput, à Patre inauguratus Princeps non solùm eorum qui in terra, sed etiam in cælis sunt, *vt ipsi omne genu flectatur, calestium, & terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris.* Huius exaltationis symbolum fert ipsa crux.

Hebr. 2, 18.

Phil. 2, 10.

Theodoreti. Calicem solet appellare passionem. *Pater*, inquit, *si possibile est, transeat à me calix iste.* Torrentes verò Iudæos vocat: qui quidem diuinam gratiam nacti sunt, non semper autem hac perfruiti sunt. Quemadmodum enim torrens minimè perennem aquarum fluxum habet, sed ex imbribus, qui ex nubibus gignuntur, existit: sic Iudæi ad tempus legis gratiam habuerunt, à sacris Prophetis veluti à quibusdam nubibus suppeditatam; posteà verò æstate apparente, secundùm Domini vocem (*Leuate*, inquit, *oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem*) necessariò torrens priori aquarum copiâ destitutus permansit, & siccus videtur omni humore priuatus. Cùm igitur Iudæi crucem fabricauerint (calicem enim appellat Dominus passionem) meritò Propheta hæc præuidens dixit.

Matth. 27.

Iudæi cum torrente comparati.

Ioan. 4, 35.

Eivsdem. Patet autem quòd hoc etiam humano more posuerit. Nam vt Deus non quòd humilis esset exaltatus fuit, sed cùm altissimus existeret, semetipsum humiliauit; vt homo autem quam non habebat accepit sublimitatem.

στρατιὰν καταβέβληκεν. γενόμενος γὰρ εἰς γῆν διὰ τοῦ οἰκείου θανάτου, καὶ καταργήσας τὸν θάνατον τῶν νοητῶν δρακόντων τὰς κεφαλὰς συνέθλασεν.

ζ΄. Εκ χειμαρρου εν οδω πιεται.]

Διδυμου. Ὁ χείμαῤῥος πανταχοῦ, ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα, πειρασμὸν σημαίνει· πιεῖν δὲ ἐξ αὐτοῦ, ἐστὶ τὸ ἀναδέξασθαι αὐτόν. Πεπείρασται δὲ Ἰησοῦς ὑπὲρ σωτηρίας γενόμενος ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ὁδῷ (ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος γράφων ὧδε·) ἐν ᾧ γὰρ αὐτὸς πέπονθε πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. ὧν καὶ βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς, δοθείσης αὐτῷ ἐξουσίας ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. ὕψωσε δὲ κεφαλὴν, ἄρχων οὐ μόνον τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ἐπὶ τῷ πᾶν γόνυ κάμψαι, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πάσης γλώσσης ἐξομολογουμένης, ὅτι κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν θεοῦ Πατρός. ταύτης τῆς ὑψώσεως σύμβολον ὁ σταυρὸς φέρει.

Θεοδωρητου. Ποτήριον ἔθος αὐτῷ τὸ πάθος καλεῖν. Πάτερ, φησὶν, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. χειμάῤῥους δὲ τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ· θείας μὲν χάριτος τετυχηκότας, οὐκ ἀεὶ δὲ ταύτης ἀπολαύσαντας. Καθάπερ γὰρ ὁ χείμαῤῥος οὐκ ἀέναον ἔχει τὴν τῶν ὑδάτων φορὰν, ἀλλ' ἐκ τῶν πιπτομένων ἐκ τῶν νεφελῶν συνίσταται ὑετῶν· οὕτως Ἰουδαῖοι πρόσκαιρον ἔχον τοῦ νόμου τὴν χάριν, οἷον ἀπό τινων νεφελῶν τῶν Προφητῶν χορηγουμένην· μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ θέρους φανέντος, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν (ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, φησὶ, καὶ βλέπετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη) ἀναγκαίως ὁ χειμάῤῥους τῆς προτέρας ἔρημος εὐπορίας μεμένηκε, καὶ ξηρὸς ὁρᾶται πάσης ἰκμάδος ἐστερημένος. ἐπειδὴ τοίνυν Ἰουδαῖοι τὸν σταυρὸν ἐτεκτήναντο (ποτήριον γὰρ καλεῖ τὸ πάθος ὁ κύριος) εἰκότως ὁ προφήτης ταῦτα προθεωρῶν εἴρηκε.

Του αυτου. Δῆλον δὲ ὅτι ἀνθρωπίνως καὶ τοῦτο τέθεικεν. ὡς γὰρ θεὸς οὐ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλ' ὕψιστος ὢν, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· ὡς δὲ ἄνθρωπος ὃ μὴ εἶχεν ἔλαβεν ὕψος.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ETSI de hoc Psalmo multa fabulentur Iudæi, Christianis tamen certum est, ipsum de Christi Regno ac Sacerdotio intelligendum esse, sic explicante Spiritu sancto Matth. 22. Act. 2. 1. Cor. 15. ad Hebræos 1. 5. 7. & 10.

1. *Dixit Dominus Domino meo.*] Notandum, pro dictionibus *Dominus* & *Domino* non esse apud Hebræos eamdem dictionem: nam pro *Dominus* Hebræis est nomen tetragrammaton יְהֹוָה *Iehouah:* quod quamuis *existentem* propriè significet, vertitur tamen per nomen *Dominus*; eò quòd pro nomine illo ineffabili legatur nomen *Adonai*. Pro dictione autem *Domino* ponitur nomen אֲדֹנִי *Adoni:* quod propriè *Dominum meum* significat: quo nomine semper Christum Paulus appellat. Et conuenienter hîc Christum nomine Domini nominat, eò quòd de Regno eius & dominio hîc agat. Dominum autem suum Dauid vocat non solùm secundùm diuinitatem, sed etiam secundùm humanitatem; sicut secundùm eam noster Dominus est & caput Ecclesiæ. Nec obstat, quòd Christus in Euangelio colligit Messiam Deum esse, ex eo quòd Dauid eum Dominum suum vocat: nam Messias quatenus homo non est Dominus Dauid, nisi quia homo ille simul etiam Deus est. Respexisse ad hunc Psalmum videtur Ecclesiasticus, cùm capite vltimo dicit, *Inuocaui Dominum Patrem Domini mei*; Dominum suum vocans Messiam Filium Domini Dei. Ita Iansenius.

Quomodo Dauid Christum suum Dominum vocet.

Eccli. 51, 14.

IBIDEM. *Sede à dextris meis.*] Id est (vt Genebrardus exponit) Iuxta me quiesce, præside, mecumque regna, fruere meâ gloriâ, esto mihi proximus, particeps esto bonorum meorum, potentiæ & maiestatis: esto supra omnem virtutem & principatum: esto superior rebus omnibus creatis: esto prope me in loco celsissimo, potissimo, honoratissimo: regna æquali potentiâ mecum, si ad diuinitatem; simili & proximâ, si ad humanitatem, potestatem exercendo super omnia in cælo & in terra. Nam vt Deus sempiternum habet imperium Christus; verùm vt homo accepit id quod vt Deus habebat. Sedere autem à dextris (quod metaphoricè dictum, cùm in Deo, vtpote incorporeo, nil dextrum vel sinistrum sit) idem est quod esse prope Deum, ante omnia, & super omnia, siue proximè accedere ad ipsius potestatem & gloriam. Quare aliqui de æqualitate Dei interpretantur; alij rectiùs de potioribus bonis Patris. Cùm enim Christus propriè ratione humanitatis, secundùm quam minor est Patre, sedet ad dexteram eius, illud sedere ad dexteram idem est quod versari in potioribus bonis eius, non tamen in omnibus, ne homo æquetur Deo. Ita quantâ quidem potuit excellentiâ, maiestate, potentiâ, perfectione, humanitatem Filij absoluit; at ipsam semper vno diuinæ essentiæ solio præcedit, quòd illa transire non possit in diuinam substantiam & maiestatem, semperque intra naturæ creatæ metas permaneat. Vnde qui hac loquendi formulâ Filium Patri prælatum significari volunt, impropriè loquuntur, cùm in Diuinis nulla sit prælatio aut postpositio; humanitas autem Christi Patre semper minor sit, licet quoad nos omne illi iudicium tradiderit. Sicut Prætor aut supremus Iudex Regni alicuius semper Rege minor manet, à quo iudicandi potestatem accepit.

Quid sessio à dextris Dei significet.

IBIDEM. *Donec ponam*, &c.] Benè hîc notat Genebrardus particulam *donec* emphaticè sumi pro *etiam donec*, & continuitatem significare, siue consecutionem, non exceptionem vel exclusionem futuri temporis: ei enim minimè opponitur. q.d. Regna mecum etiam donec inimicos tuos pedibus tuis subijciam; etiam tempore quod Regno tuo videtur oppositum & contrarium; etiam quando illi videbuntur regnare; etiam antequam hostes tuos tuis pedibus substernam, diabolo, morte, peccato vnà cum impijs funditus euersis & extirpatis. Nempe inter medias cruces, persecutiones, impietates, motus & turbas satanæ ac ministrorum eius regna: nam de alio tempore non est dubium quin regnet Christus. Obserua ergo hac particulâ & similibus Scripturam atque adeò linguam Hebraicam affirmare id quod in dubitationem posset incidere: vt in alio Psalmo: *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Id est: Etiam donec misereatur, siue antequam misereatur, nempe tempore difficili & alieno. Vide quæ etiam superiùs in Græco Commentario & in Catena hac de re dicta sunt. Vt igitur hinc etiam aliquid ad nostram institutionem hauriamus, expendendum quamdiu Verbum potiatur tam illustri sede: Vtique *donec ponam* (inquit ad Christum Pater) *inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* q. d. Sede ad dexteram meam, quæ potior sedes videtur apud homines, donec te supersedente ab vltione propria ego te vindicem ab inimicis tuis, illos ponens sub scabello pedum tuorum. Id est: Dum tu, ô Fili, tametsi potes, non vindicas tuas iniurias, nec vlcisceris te de inimicis tuis, ego tibi concedo dexteram meam, & potieris loco illustriori, saltem in opinione hominum. Tanta nimirum dignitas accrescit Christo omittenti vltionem inimicorum suorum, vt (si fieri possit) sedem Patre Deo potiorem obtineret; at quia augustior sedes esse nequit, saltem in hominum æstimatione augustiorem tunc obtinebit. Hinc collige quantum mereatur homo, & ad quantam eleuetur dignitatem, qui cùm possit non vlciscitur proprias iniurias. Multum sanè meretur dilectio inimicorum, sed multum etiam assequitur, quando supra humanum fastigium se attollit: parum id est piæ ambitioni tantæ charitatis, sedere affectat à dextris Dei Patris, donec ipsa iniuriarum oblita alij faciendam vltionem permittit, nec se, cùm possit, vlciscitur: charitas certè in hac parte piè ambitiosa est, sedere ad dexteram Dei præsumit, & in Christo obtinet quod affectat.

Quomodo particula donec hic accipienda sit.

Psal. 122, 3.

Christus sedere dicitur à dextris donec Pater ipsum vlciscatur.

Dilectio inimicorum nos ad Dei dexteram eleuat.

2. *Virgam virtutis tuæ emittet tibi Dominus ex Sion.*] Hoc est, Pater mittet Filium suum tam-

Christi potestas Regalis in virga significatur.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

tamquam virgam quamdam potentissimam ex Sion; quia ex Hierusalem cœpit propagari Imperium Christi: ibi enim cœpta est Euangelij prædicatio. Atque hic est huius loci litteralis sensus, non ille quem volunt Hebræi, hunc locum ad Dauidis Regnum detorquentes, qui arce Sion exædificatâ cœpit esse potentior & fortior. Aduerte autem nomen Hebraicum מַטֵּה *matteh* non solùm significare virgam & sceptrum, sed etiam baculum; tum quia regale sceptrum debet esse baculus & fulcimentum subditorum; tum quia præstat Regem amari quàm timeri: quam ob causam baculum tamquam pastor dicitur gestare: & Græcorum Princeps Agamemnon ab Homero ποιμὴν λαῶν, *pastor populorum* sæpè dicitur. Vnde Psalmo vigesimo secundo loquens Regius Vates de Imperio & Principatu Dei sic ait: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Vbi pro *regit* habetur Græcè ποιμαίνει, id est *pascit*. Cui concinit id quod sequitur: *In loco pascua ibi me collocauit.* Et ibidem baculum simul & virgam coniunxit illis verbis, *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*; vt lenitas Imperij Christi monstraretur. Imò propterea etiam in arca virga simul erat cum manna, vt dulcedo mannæ seueritatem virgæ temperaret. Vtrumque enim in Principe necessarium est, virga & manna: illa potissimùm propter malos, hoc præcipuè propter bonos. Quò pertinet illud Cantici, *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* Quo loco per hortum significatur Ecclesia, in qua sunt nuces, id est mali; ad quos colligendos & excutiendos opus est virgâ: sunt etiam poma, id est boni; qui non percussione virgæ, sed leni manu carpendi sunt. Porrò virgæ huius potentia & virtus declaratur, cùm subiungitur, *Dominare in medio inimicorum tuorum.* In medio nimirum Gentilium, qui inimici antè erant, dominatus est Dominus, factus Rex Gentium & Pater. Facti sunt etiam siue Iudæi scabellum pedum Christi, calcati nimirum pedibus illius, quorum vocibus cruci suffixus fuerat; siue reliqui increduli, quos prostrauit, pedibusque suis, potestati nimirum suæ, subiecit hîc, & in altera vita etiam fortiùs.

Regem amari quàm timeri præstat.

Cant. 6, 10.

Iudæi & increduli Christo substrati.

3. *Tecum principium.*] Ita quidem noster vertit Interpres & Septuaginta; sed linguâ Dauidis atque stylo est: *Tecum* נְדָבוֹת *nedaboth*, hoc est *liberalitates* seu munificentiæ; nimirum qui fons est & principium rerum omnium, benignitatis suæ riuos vbique fundit, atque vt magnus & Regali mente Princeps summusque Dominator, est magnificentissimè liberalis. Radix Hebræi vocabuli est נָדַב *nadab*: quæ significat esse voluntarium, munificum, donatorem. Hinc נָדִיב *Nadib* significat Principem: quòd sit Regum & Dynastarum proprium, esse munificos. Quare locum Dauidis quidam vertunt, *Tecum principatus*, vel, *Tecum principantes liberales*: vt tu videlicet liberalis quoque es Princeps: at diuinè S. Hieronymus, *Populi tui duces spontanei*: alij, *Populus tuus voluntarius*, vel *Populus tuus spontaneus.* Quo loco periti cælestium Oraculorum interpretes aiunt innui Euangelicæ legis atque imperij conditionem, vt amore ac pronâ subditorum constet voluntate, vigeatque in eo spiritus non seruorum, sed amicorum atque filiorum, qui maximâ suâ sponte suo Duci amabilissimo obediant. Hoc autem modo seruire Christo, reuerà regnare est. Est igitur Christus Princeps Regum terræ, id est iustorum, qui liberales in diuino cultu esse debent, & in omnibus actionibus suis principes & generosi. Cur verò iusti Reges appellentur duplex est potissima ratio: Prima est D. Gregorij lib. 11. Moral. cap. 9. super illud Iobi, *Balteum Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum*: vbi vult iustos appellari Reges propter castitatem & continentiam: quæ maxima est castitatis laus: & in hunc sensum locum citatum interpretatur: *Qui membrorum*, inquit, *suorum motus benè gerere sciunt, non immeritò Reges vocantur; sed cùm de ipsa continentia mens elatione tangitur, plerùmque omnipotens Deus eius superbiam deserens in immunditiam operis cadere permittit.* Itaque Regum balteum dissoluit, quando propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Posterior ratio est D. Ambrosij lib. 2. de Abraham cap. 10. super illud Geneseos, *Faciam te crescere, & ponam te in Gentem magnam, Regesque ex te egredientur.* Ad quem locum sic ait Ambrosius: *Ex genere Abrahæ non solùm Reges erant dignitate, verùm etiam illi Reges, qui peccato non seruiant, nec vincat eos malitia.* Quæ ratio etiam est D. Gregorij lib. 26. Moralium cap. 26. *Quia*, inquit, *tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse nouerunt.* Horum vtique Regum Princeps Christus.

Christus est Princeps liberalissimus.

Iusti cur Reges appellentur.

Iob 12, 18.

Castitas virtus Regia.

Gen. 17, 6.

Reges ex genere Abrahæ sunt, qui peccato non seruiunt.

IBIDEM. *In die virtutis tuæ.*] Siue, vt alij vertunt, *In die Regni*, vel *triumphi*, vel *exercitus tui*: & intelligunt diem, quo Messias humanitatem induit, vel natus est, vel à mortuis excitatus: quo tempore vexillum hominibus sustulit ad beatam vitam, vt clarissimus ductor fidelium ad verissimam terram promissionis. Theodoretus hoc de secundo Christi aduentu cum gloria & splendore interpretatur; quia additur, *in splendoribus Sanctorum*, vel vt aliqui legunt, *in splendoribus sanctitatum*: Caietanus vertit *in decoribus sanctitatis*: quòd Sancti omnes, qui Filij Dei vitam, quantum fas homini est, æmulari contendunt, decore modestiæ pulchri & ornati esse videantur. Audi S. Ambrosium in Psal. 40. locum hunc explicantem: *Christus*, inquit, *immaculatus ad Patrem rediit, à quo immaculatus exiuit: vnde dicit ei Pater, Filius meus es tu; ego hodie genui te. hoc est, Generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem tua fit. nulla macula potuit inquinare peccati: ita inter peccatores versatus es, quasi inter Angelos versareris.* Vbi expende postrema verba, in quibus priuilegium æternæ generationis recognouit, scilicet quòd Christus non acceperit nequam peccatorũ exemplum; quia in splendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genitus est. Æternus enim Pater (vt vulgatior in Scholis Theologorum fert opinio) contemplans & se & creaturas peragit generationem Verbi; in qua tamen peculiariter ad splendores Sanctorum reflexisse dicitur, non quasi auerterit cogitationem suam à sceleratis hominibus, & tantùm intenderit animum ad pia exempla: ne videlicet à malo improborum exemplo velut aliquid vitij caueret, quod

Quæ sit dies virtutis Christi.

Quo sensu Christus in splendoribus Sanctorum genitus sit.

Digitized by Google

quod mutuaret diuinum Verbum, absit. Sed agit Propheta modo concipiendi nostro; qui libenter aspicimus ad illa quæ diligimus & probamus, oculos autem auertimus ab ijs quæ auersamur ac detestamur. Quo sensu Pater æternus spectans ad homines sanctos, & quasi deflectens oculos ab improbis, ait: *In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Redeo ad Ambrosium profundè locutum: *Inter peccatores versatus es, quasi inter Angelos versareris.* Tunc ait Pater æternus: *Priuilegium generationis meæ in te recognosco.* Quodnam priuilegium? *In splendoribus Sanctorum genui te:* hoc est intuens sanctos homines, vt ait Bellarminus; tamquam non aduerteret ad improbos, mentem auersans à nequam eorum exemplo. Ita Celada noster in cap. 11. Iudith, §. 31.

Aurora est vterus B. Virginis, cuius ros est corpus Christi.

Ibidem. *Ex vtero ante luciferum genui te.*] Hebræus vertit, *Ex vtero auroræ ros natiuitatis tuæ:* S. Hieronymus, *De vulua orietur tibi ros:* alij, *Ab aurora rorem genui.* Quod Lyranus cum alijs de concepto Christi corpore intelligit, dicitque vterum Virginis *auroram*, denotari autem per *rorem* corpus Seruatoris formatum virtute Spiritus sancti, vt ros in materia humida vi quadam cælesti generatur. Est enim roris velut mater aurora; vnde à Poëtis δροσοβόλος, *roscida & rorifera* dicitur. Caietanus existimat describi tantùm generationem fidelium prædicatione Apostolorum, dicique similem eam generationi roris in aurora, propter multitudinem eorum qui per Apostolorum prædicationem ad fidem conuersi sunt; vt sit sensus: Generatio fidelium non erit sicut generatio, quâ vna mulier vnum aut duos edit liberos; sed erit sicut generatio, quâ aurora generat rorem. Sicut enim aurora innumerabiles roris guttas simul producit; ita erit fidelium generatio per conuersionem ad fidem. Simul enim multa hominum millia vnius Apostoli prædicatione ad fidem conuertentur, sicut accidit in die Pentecostes. Deinde Rabbi Salomon de Abraham interpretatur, vt ros adolescentiæ Abraham sit eius probitas & æquitas: sed more suo facit, quia omnia ferè loca Scripturæ, quæ ad Messiam pertinent, ad alienos sensus detorquet. Etenim omnes tum nostri tum veteres Hebræi hunc locum ad generationem Messiæ spectare docent, etsi inter eos sit aliqua interpretationum varietas. Plerique enim Hebræorum illud dumtaxat significari putant, Messiam à die quo fuit conceptus fuisse omnium donorum & gratiarum cælestium rore perfusum; iuxta illud Psalmi, *Diffusa est gratia in labijs tuis,* &c. vt sit ea verborum sententia: A vulua, seu ab vtero, siue ab aurora, hoc est, ab ipso initio tuæ conceptionis, fuit ros natiuitas siue conceptio tua. hoc est, Ros diuinæ gratiæ in te copiosè descendit. Alij de æterna Messiæ secundùm naturam diuinam generatione accipiunt, vt ante auroram & ante matrem genitus secundùm diuinitatem dicatur: in quibus est Rabbi Isaac Arama super Genesin: *Non inuenimus*, inquit, *hominem etiam Prophetam, cuius prophetata sit natiuitas ante natiuitatem patris & matris, nisi tantummodò Messiam iustum nostrum; & propterea dicit Dauid: A vulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ. hoc est: Antequam crearetur vulua genitricis tuæ, prophetata fuit natiuitas tua. Et huic conuenit illud, Ante Solem propagatur nomen eius; vel Filius nomen eius: quoniam antequam crearetur Sol, subsistens firmumque erat nomen Messiæ nostri, eratque sedens ad dexteram Dei.* Cum qua expositione consentiunt omnes Patres, qui sequentes editionem Septuaginta, *Ex vtero ante luciferum genui te*, interpretantur de æterna Christi generatione: qui à Patre secundùm diuinitatem fuit ante luciferum, hoc est, ex æternitate generatus. Sic enim intellexerunt Irenæus lib. 3. Contra hæreses cap. 6. D. Hilarius lib. 12. de Trinitate, S. Athanasius lib. 1. de Fide sua, S. Ambrosius lib. 4. de Fide cap. 4. Theodoretus lib. 2. de Curandis affectionibus Græcorum, & alij. Quæ expositio haud dubiè litteralis est & germana, traditaque ab Apostolo ad Hebræos 1. verùm ea non obstat, quo minùs iuxta citatam translationem ex Hebræo & alijs, alia quoque eius loci interpretatio litteralis afferri possit, de temporali nimirum Messiæ generatione, seruatâ omnino matris integritate; ita vt Virgo sanctissima appelletur hoc loco aurora, & ex huius pulcherrimæ & purissimæ auroræ vtero absque vlla viri opera Messias tamquam ros quidam cælestis summa cum totius orbis lætitia, imò & fecunditate prodierit. hæc enim duo ros secum adfert cùm in terram labitur. Hanc expositionem tradidere antiquissimi Hebræorum: in quibus est Rabbi Barachias in Genesim, quem citant Augustinus, Eugubinus, Lyranus & Cornelius Iansenius in commentario huius Psalmi, & Adrianus Finus lib. 2. Flagelli contra Iudæos cap. 9. Quam expositionem Barachiæ etiam commemorat Rabbi Moyses Hadarsan, vt ipsemet testatur in 25. cap. Geneseos: vbi ita scribit: *Dixit Rabbi Barachias, Deus sanctus & benedictus ait Israëli: Vos dixistis coram me, Pupilli facti sumus absque Patre; Redemptor, quem suscitabo vobis, absque Patre erit, sicut dictum est: Ecce vir germen nomen eius, & de subter germinabit: & ascendet vt virgultum coram eo, & sicut radix de terra sicca. De ipso quoque ait Dauid: De matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ.* Hæc ille. Itaque iuxta hanc expositionem confirmatur ex hoc loco sanctissimæ Deiparæ in conceptu & partu Christi intemerata virginitas. Quoniam sicut aurora rorem generat virtute cælesti absque vlla terræ permixtione, ita ex Virgine tamquam ex aurora Messias vt ros quidam cælestis absque vlla viri opera conceptus natusque est. Quò etiam spectat illud Isaiæ, *Rorate cæli desuper.* Quibus verbis Propheta Messiæ aduentum postulat, eiusque conceptum atque ortum descensui roris similem dicit; quoniam virtute cælesti in Virginis vterum descendit. Ita pulchrè Viegas noster in Apocalypsin cap. 12. sect. 9.

Generatio fidelium rori auroræ comparatur.

Act. 2.

Christi generatio diuina cum rore auroræ comparatur.

Psal. 44, 3.

Annotationes Corderii. Psal. 71, 17.

Quomodo Christus ante luciferum genitus.

Eiusdem generatio ex Virgine rori auroræ assimilatur.

Zach. 6, 12. Isaiæ 53, 2. Psal. 109.

Isaiæ 45, 8.

4. *Tu es Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech.*] Vbi notandum, quòd non dixerit secundùm ordinem Aaron, cuius Sacerdotium per familias propinquorum deferebatur, sed secundùm ordinem Melchisedech: qui, vt notat Paulus ad Hebræos, *est sine patre, & sine matre, & sine genealogia.* Quod Christo Domino accommodans Nazianzenus Orat. 36. circa finem ait: *Melchisedech est vt matris expers: quod ad naturam illam nostrâ excelsiorem attinet: patre autem carens quantum ad nostram: tum*

Melchisedech Christi typus.

Hebr. 7.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

tum etiam quia sublimiùs absque genealogia est; ac prætereà vt Salem Rex, hoc est pacis, & Rex iustitiæ, ac denique vt à Patriarchis aduersus pestiferas potestates strenuè rem gerentibus decimas accipiens. Consule cap. 14. Geneseos; ibi videbis Melchisedechum introduci sine patre, sine matre, sine genealogia, simulque Regem Salem dici: cui Abraham post insignem victoriam, quâ quinque Reges subiecit, illorumque dominatus est, decimas obtulit. Benè igitur in Melchisedech repræsentatur Filius Dei, vt qui non habeat patrem in terris, nec in cælis matrem; & qui talis sit qui acceptet decimas, illasque sibi gratissimas ostendat, quando illas offert, non qui seruit mundanis potestatibus aut carnis concupiscentijs, sed qui illas strenuè subijcit, & earum dominatur, & in illas imperium tenet. Hinc quoque pulchrè S. Leo Serm. 2. in Anniuersario assumptionis suæ infert apud S. Petri heredes non valere aliquod ius familiaritatis, & Ecclesiæ dignitates non conferendas esse iure consanguinitatis, sic dicens: *Denique huius diuini Sacerdotij Sacramentum non per generationum tramitem currit, nec quod caro & sanguis creauit eligitur; sed cessante priuilegio patrum, & familiarum ordine prætermisso, eos rectores Ecclesia accipit, quos Spiritus sanctus præparauit.* Quàm pulcher igitur erit Sacerdotum ordo, in quo nullus appareat sanguinis electus suffragio, sed diuino Spiritu præparatus in doctrina & virtute!

Ecclesiæ dignitates non dandæ iure consanguinitatis.

6. *Indicabit in nationibus, implebit ruinas.*] Hinc aliqui inferunt, tot omnino homines assumendos esse in gloriam, quot Angeli ceciderunt; eò quòd his verbis videatur indicari illos tantùm homines esse prædestinatos, qui ruinas Angelorum supplere possint: cuius sententiæ videtur fuisse D. Bernardus Serm. 68. in Cant. & Auctor libri de Diligendo Deo. Alij volunt plures esse prædestinatos ex hominibus quàm sint reprobati ex Angelis: sic enim existimauit D. Anselmus lib. 1. Cur Deus homo cap. 18. Ad quam sententiam accedit S. Augustinus in Enchiridio cap. 29. & lib. 21. de Ciuit. cap. 1. Alij denique putarunt tot esse homines prædestinatos, quot Angeli remanserunt: quod disertis verbis affirmat D. Gregorius Hom. 34. in Euangelia: *Suprema*, inquit, *illa ciuitas ex Angelis & hominibus constat: ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse.* Verùm hac in re nihil certi definiri potest; meliusque est cum D. Thoma 1. parte quæst. 23. art. 7. & ipsa etiam Ecclesia confiteri, soli Deo cognitum esse numerum electorum.

Sintne tot homines saluandi quot Angeli ceciderunt, aut remanserunt, incertum est.

7. *De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.*] Vbi cum D. Hieronymo & Augustino Primò obseruanda est illa consecutio: *Propterea exaltabit caput.* Verè enim Christus, quia de passionis torrente bibit, caput exaltauit; iuxta illud, *Propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. vnde & à S. Petro gloria corporis Christi & ipsius nominis celebritas *posteriores gloriæ* appellantur, quòd eas ignominia crucis antecesserit. Deus videlicet, vt veteres aiebant, laboribus gloriam vendit, ijsque tamquam pretio cælum mercamur: quam ob causam Ioannes in Apocalypsi ait: *Ego Ioannes particeps in tribulatione & Regno:* nec enim in Regno esset particeps, nisi & in tribulatione esset.

Philip. 2. 9. 1. Pet. 1.

Laboribus Deus gloriam vendit.

Apoc. 1, 9.

Secundò obseruandum cum D. Hieronymo, priusquam Regius Vates diceret, *De torrente in via bibet*, præmisisse Christi dignitatem & magnitudinem, vt spectatâ eius altitudine commendabilior nobis eius humilitas videretur.

Tertiò aduertendum bibisse Christum de torrente passionis, vt laborum aquas amarissimas suo contactu suaues redderet: quo etiam sensu, vt annotauit D. Chrysostomus Hom. 66. in Matth. dixit filijs Zebedæi: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* & paulò pòst: *Calicem quidem meum bibetis.* Idcircò enim addit *meum*, & *quem bibiturus sum*; vt moneret discipulos non esse propter amaritudinem formidandum illum calicem, quem ipse labijs suis pulcherrimis plenisque gratiarum admouisset, atque ita suauissimum & maximè appetendum reddidisset.

Laborum aquas amarissimas Christus suaues reddidit.

Matth. 20.

Quartò annotandum dici Christum cùm passus est bibisse de torrente in via, non solùm quia citò desijt eius passio, sed quia summo cum desiderio passus est. Enimuerò videtur Regius Vates hoc in loco Christum Dominum quasi viatorem æstu laborantem considerasse; qui cùm in torrentem incidit, non potest præ siti sibi temperare, quin auidissimè bibat. Eam igitur ob causam Christus, quia maximè optabat pati pro hominibus, dicitur in via instar viatoris bibisse de torrente passionis, quasi labores & dolores tamquam aquam, amore videlicet exæstuans, sitibundus appeteret, ijsque quasi frigidâ ardentem patiendi sitim restingueret.

Christus passus cum summo desiderio.

IN PSALMVM CX. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Beatus Dauid componit gratiarum actionem, vt doceat quomodo agendæ sint gratiæ. Alij autem ex persona Iosaphat hunc Psalmum dictum tradunt; qui à plurimis inimicis circumdatus, formidans multitudinem, cum vniuerso populo ad Dominum accessit: atque inimici diuinâ prouidentiâ

Ἀλληλούϊα.

Εὐχαριστίαν συντίθησιν ὁ μακάριος Δαβίδ, ἵνα διδάξῃ πῶς δεῖ εὐχαριστεῖν. Ἄλλοι δὲ ἐκ προσώπου τοῦτον εἰρῆσθαί φασι Ἰωσαφάτ· ὃς ὑπ' ἐχθρῶν κεκυκλωμένος πολλῶν, ὀῤῥωδῶν τὸ πλῆθος, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ προσῆλθε κυρίῳ· καὶ θείᾳ προνοίᾳ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειραν οἱ πολέμιοι,

Digitized by Google

λέμιοι, ὡς εἰς ἕτοιμον θήραμα τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐπελθεῖν· οὓς καὶ σκυλεύσας, τὸν τῆς νίκης αἴτιον ἀνυμνῶν ταῦτά φησι·

semetipsos interfecerunt, ita vt Rex cum suis ad prædam paratam superueniret: quibus etiam spoliatis, victoriæ auctorem laudans hæc ait:

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ σοὶ κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου·

Ἀντὶ τοῦ· χρὴ αὐτῷ εὐχαριστεῖν ἐξ ὅλης τῆς διανοίας.

1. CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo;

Id est: Oportet ipsi gratias agere ex tota mente.

Quomodo gratiæ sint agendæ Deo.

Ἐν βουλῇ εὐθέων, καὶ συναγωγῇ.

Ὀφείλει δέ, φησι, γίνεσθαι ἡ εὐχαριστία πολλῶν συνηγμένων λαῶν· οἱ διὰ τὸ εὐσεβεῖν εὐθεῖα πάντως βουλόμενοι διηγήσονται τὰ θαύματα.

In concilio iustorum, & congregatione.

Ceterùm, inquit, hæc gratiarum actio debet fieri multis populis congregatis; qui propter pietatem diuina miracula omnino volentes enarrabunt.

β. Μεγάλα τὰ ἔργα κυρίου· ἐξεζητημένα εἰς πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ.

Διηγούμενοι δέ, φησι, καὶ τοῦτο ἀπαγγελλοῦσιν, ὅτι ἕκαστον αὐτοῦ ἔργον, ὃ ἐβουλήθη ποιῆσαι, ἐξηκρίβωται, οὐδὲ περιττόν τι ἔχον οὐδὲ ἐλλεῖπον.

2. Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.

Narrantes autem, inquit, hoc etiam annuntiabunt, quòd quodlibet eius opus, quod perficere voluit, accuratè expleuerit, nil superuacaneum nil defectuosum habens.

Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ·

Δῆλον γάρ, ὅτι πᾶν ὃ πεποίηκε καὶ εὐχαριστίας πεπλήρωται καὶ μεγαλοπρεπείας· μεγαλοπρεπείας μὲν διὰ τὸ θαῦμα, εὐχαριστίας δὲ διὰ τὴν ἡμετέραν χρείαν.

3. Confessio & magnificentia opus eius:

Manifestum enim est, omne id quod fecit & gratiarum actione & magnificentiâ repletum esse: magnificentiâ quidem propter miraculum, gratiarum verò actione propter nostram vtilitatem.

Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Εἰργάσατο δέ, φησι, τὰ καθ' ἡμῶν θαύματα οὕτω μεγάλα, ὥστε μὴ ἀμαυροῦσθαι τῷ χρόνῳ, διαμένειν δὲ εἰς τὸ διηνεκὲς τούτων τὴν μνήμην. ὅθεν ἐπιφέρει·

Et iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tam magna verò, inquit, miracula pro nobis operatus est, vt tempore minimè obfuscanda sint, sed perpetua eorum memoria remansura sit. vnde subdit:

δ. Μνείαν ἐποιήσατο τῶν θαυμασίων αὐτοῦ,

Ἀντὶ τοῦ· πάντα δὲ αὐτοῦ τὰ θαυμάσια μνήμης ἄξια εἰργάσατο, οὐδὲ ἀθετοῦντα, ἀλλὰ συνδιαιωνίζοντα τῷ παντί.

4. Memoriam fecit mirabilium suorum,

Id est: Omnia autem mirabilia sua memoratu digna fecit, numquam deficientia, sed cum vniuerso perennatura.

Opera Dei memoratu digna.

Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ κύριος·

Misericors & miserator Dominus:

ε. Τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

5. Escam dedit timentibus se.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ceterùm, inquit, etiam propter hoc gratitudine dignus eſt, quòd omnes Deo deuotos in bonorum omnium affluentia conſtituerit.

Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui:

Non enim obliuiſcetur, inquit, teſtamenti ſui, quo ſtatuit ſuis benefacere.

6. Virtutem operum ſuorum * annuntiauit populo ſuo:

* Vulgata annuntiabit

Annuntiauit, id eſt *dedit*. Maximè enim, inquit, oſtendit nobis potentiam ſuam, quando inimicorum diuitias nobis donauit. vnde ſubdit:

7. Vt det illis hereditatem Gentium:

Conceſſit enim populo ſuo vt Palæſtinam hereditaret, Gentes inde eijciens.

Opera manuum eius veritas & iudicium.

Id eſt; Omnia verò opera eius firma ſunt, & iudicio ſtabilita, nil iniuſti ſecum trahentia.

8. Fidelia omnia mandata eius:

Id eſt, Et omnia præcepta ſtabilia ſunt. vnde ſubdit:

Confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.

Id eſt, Scatent iuſto iudicio & firmitate.

9. Redemptionem miſit populo ſuo:

Hic, inquit, eſt Deus, qui ex Ægypto nos redemit.

Mandauit in æternum teſtamentum ſuum.

Et definiuit, inquit, vt in locis quibus volebat habitaremus.

Sanctum & terribile nomen eius:

Propter hæc omnia, inquit, oportet nos ipſum timere, & ſi quid eximium ſit de illo prædicare.

10. Initium ſapientiæ timor Domini.

Εὐχαριστεῖσθαι δέ, φησι, καὶ κατὰ τοῦτο ἄξιος, ὅτι τοὺς ἀνακειμένους θεῷ πάντας ἐν εὐθηνίᾳ πολλῶν ἀγαθῶν καθίστησιν.

Μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ·

Οὐδὲ γὰρ ἐπιλήσεται, φησι, τῆς οἰκείας διαθήκης, καθ' ἣν ἔκρινε τοὺς οἰκείους εὐεργετεῖν.

ϛ΄. Ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ ἀνήγγειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ·

Ἀνήγγειλεν, ἀντὶ τοῦ παρέσχε· μάλιστα γάρ, φησιν, ἡμῖν τὴν οἰκείαν ἔδειξε δύναμιν, τὸν τῶν ἐχθρῶν ἡμῖν δωρησάμενος πλοῦτον. ὅθεν ἐπιφέρει·

ζ΄. Τοῦ δοῦναι αὐτοῖς κληρονομίαν ἐθνῶν·

Δέδωκε γὰρ τῷ οἰκείῳ λαῷ κληρονομῆσαι τὴν Παλαιστίνην, ἔθνη ἐκβαλὼν ἐκεῖθεν.

Ἔργα χειρῶν αὐτοῦ ἀλήθεια καὶ κρίσις.

Ἀντὶ τοῦ· τὰ πάντα δὲ αὐτοῦ τὰ ἔργα βέβαιά ἐστι, καὶ κεκριμένα, οὐδὲν ἄδικον ἐφελκόμενα.

η΄. Πισταὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ·

Ἀντὶ τοῦ, καὶ πάντα τὰ προστάγματα βέβαια. ὅθεν ἐπάγει·

Ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πεποιημέναι ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτητι.

Ἀντὶ τοῦ, γέμουσι δικαιοκρισίας καὶ βεβαιότητος.

θ΄. Λύτρωσιν ἀπέστειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ·

Οὗτός ἐστι, φησίν, ὁ θεὸς ὁ καὶ ἐξ Αἰγύπτου ἡμᾶς λυτρωσάμενος.

Ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην αὐτοῦ.

Καὶ ὥρισε, φησιν, ἡμᾶς οἰκεῖν ἐν οἷσπερ ἠβουλήθη τόποις.

Ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ·

Διὰ ταῦτα πάντα, φησί, φοβεῖσθαι ἡμᾶς αὐτὸν προσήκει, καὶ εἴ τι ἐξαίρετον περὶ αὐτοῦ φθέγγεσθαι.

ι΄. Ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου.

Ἔσται

Digitized by Google

Ἔσται δέ, φησι, τούτων πάντων ἀρχὴ τῶν ἀγαθῶν ὁ φόβος κυρίου.

Σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν·

Οὐδὲ γάρ, φησι, τοῦτο ἀκερδὲς ἂν εἴη τοῖς χρωμένοις. αὕτη γὰρ ἡ σύνεσις ὠφελεῖ τοὺς ἔχοντας αὐτήν.

Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Καὶ διὰ ταύτην, φησί, τὴν αἰτίαν ἐν ὕμνοις ὀφείλει διηνεκέσιν ὑπάρχειν καὶ δοξολογίαις.

Erit autem, inquit, timor Domini horum omnium bonorum principium.

Intellectus * autem bonus omnibus facientibus eum:

Neque enim hoc, inquit, vtentibus infructuosum erit. Hic namque intellectus prodest habentibus eum.

Laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Et propter hanc, inquit, causam debet perpetuis hymnis & laudibus celebrari.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Abest à Vulgata vox autem

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Εὐχαριστίαν δὲ νῦν ἡ ἐξομολόγησις σημαίνει. ἐν ὅλῃ δὲ καρδίᾳ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ πάσης διανοίας. Εὐθέων δέ, τῶν διὰ τὸ εὐσεβεῖν εὐθῆ βουλευομένων. τούτων εὐσεβῶν ἀθροίσματος οἷον ἐν μέσῳ πολλῶν ἀγαθῶν ὀφείλει γίνεσθαι ἡ εὐχαριστία. οἳ καὶ διηγήσονται ὅτι ἐξηκριβωμένα πάντα τὰ γεγενημένα πρὸς τὴν ἁρμονίαν τῶν θελημάτων αὐτοῦ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς περιττόν. ἢ βουλὴν εὐθέων εἶπεν τὸ πρῶτον τάγμα τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἁγίων· συναγωγὴν δὲ τὸ δεύτερον ἄθροισμα τὸ τοῦ λαοῦ. χρὴ δὲ αὐτόν, φησιν, ἀνυμνεῖν, ἐπεὶ ἀξιάγαστα τὰ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐνηργημένα· καὶ τῶν γινομένων ἕκαστον σοφίας ὑπάρχει μεστόν. πᾶν γὰρ ὃ πεποίηκε καὶ εὐχαριστίας πεπλήρωται καὶ μεγαλοπρεπείας. Πάντα δὲ γεγενημένα, φησί, τῷ δικαίῳ κοσμεῖται· καὶ οὕτω κοσμεῖται, ὡς μὴ ἀμαυροῦσθαι τῷ χρόνῳ. ὅθεν ἐπιφέρει·

δ'. ΜΝΕΙΑΝ ΕΠΟΙΗΣΑΤΟ ΤΩΝ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, πάντα μνήμης ἄξια εἰργάσατο. ἢ μνείαν ἐποιήσατο ὁ Χριστὸς τῶν θαυμασίων, ἔργοις ἐπιτελῶν τὰ τοῖς Προφήταις προηγορευμένα. Φησὶ γὰρ ὁ Ἡσαΐας· Καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. καὶ πάλιν· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

ε'. ΕΛΕΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] Ὁ οἰκτίρμων Θεός, φησι, τροφὴν δέδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν τὸν ἐπουράνιον ἄρτον τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ

1. CONFITEBOR TIBI DOMINE.] Confessio etiam hoc loco gratiarum actionem significat. In *toto* autem *corde* idem est quod ex tota mente. *Rectorum* autem, propter pietatem recta consulentium. In cœtu horum piorum hominum quasi in medio plurimorum bonorum debet fieri gratiarum actio. Ipsique enarrabunt quàm exactè omnia facta sint ad concordiam voluntatum eius, & nihil in ipsis redundet. Vel *concilium iustorum* vocauit primum ordinem eorum qui sunt in Ecclesia sanctorum; *congregationem* verò alterum cœtum populi. Oportet autem, inquit, ipsum collaudare, quia admiratione digna sunt quæ ab ipsius potentia perfecta sunt: & vnumquodque eorum quæ facta sunt sapientiâ est refertum. Quidquid enim fecit & gratiarum actione & magnificentiâ plenum est. Omnia autem quæ facta sunt, inquit, iustitiâ exornantur; atque ita exornantur, vt tempore non obfuscentur. vnde subdit:

Toto corde in cœtu piorum Deo gratiæ agendæ.

Opera Dei admiratione & sapientiâ sunt plena.

4. MEMORIAM FECIT MIRABILIVM SVORVM.] Id est, Omnia memoratu digna fecit. Vel memoriam fecit Christus mirabilium suorum, operibus implens quæ à Prophetis prædicta fuerant. Ait enim Isaias: *Et erunt signa & prodigia in domo Israël.* Et iterùm: *Tunc saliet sicut ceruus claudus, & diserta erit lingua balborum*, & quæ sunt istiusmodi.

Isaiæ 8, 18.

Isaiæ 35, 6.

5. MISERICORS ET MISERATOR DOMINVS.] Deus, inquit, miserator timentibus eum cibum dedit cælestem panem Christum suum. Quin & ipse

Quomodo Deus suos pascat.

Salua-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Saluator pauit multitudinem in solitudine; sed & discipulos suos mystico pane corporis sui: quibus dedit etiam hoc testamentum in sæcula; memor eorum quæ per Prophetas promissa erant de Gentium vocatione. Illis dedit quoque virtutem operum suorum, id est sermones virtutis, quibus opera perficit.

Redemptio nostra Christus est.

9. REDEMPTIONEM MISIT POPVLO SVO.] Redemptio, inquit, ab ipso nobis missa firmitatem & perennitatem obtinuit, quia testamentum eius erat ad patres. Veriùs autem redemptio erat Vnigenitus nobis missus, qui ait: *Venit enim Filius hominis dare animam suam redemptionem pro multis.* ipsius enim sanguine redempti sumus. Mandauit autem nobis testamentum non sicut prius temporale, sed æternum, cui attendentes immortalem recipimus hereditatem. Propter hæc, inquit, omnia ipsum quoque timere oportet, & si quid sanctum & eximium sit de ipso enuntiare. Vel quia nomen eius, inquit, sanctis quidem sanctum, non sanctis verò terribile existit. Cùm autem dixisset, *Terribile nomen eius*, quodque ipsum timere oporteat; idem confirmans ait, *Initium sapientiæ timor Domini*. Timor enim bonorum omnium principium & elementum est. Sapientiam autem hîc non vocat eloquentiam, sed rerum cognitionem diuinarum. Atque hæc minimè infructuosa est vtentibus illâ. Sic autem interpungendum, *Intellectus autem bonus facientibus*; consequenter verò & illud, *Laudatio eius*. Qui enim virtutem amat, ipse lucrum inde refert. Deus namque, licet nullus eum laudare vellet, perpetuam laudem obtinet, vtpote & ipse æternus & laudabilis. Beatorum autem hic finis est, vt diuinæ locutioni ac laudi vacent.

Matth. 20, 28.

Timor Dei initium est sapientiæ.

σωτὴρ ἔθρεψε τὰ πλήθη ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἔθρεψε δὲ καὶ τοὺς μαθητὰς τῷ μυστικῷ ἄρτῳ τοῦ σώματος αὐτοῦ· οἷς ἔδωκε καὶ διαθήκην εἰς αἰῶνας· μνησθεὶς τῶν διὰ τῶν προφητῶν ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως. τούτοις ἔδωκε καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν ἔργων αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς λόγους τῆς δυνάμεως, δι' ὧν ἀποτελεῖ τὰ ἔργα.

θ'. ΛΥΤΡΩΣΙΝ ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΤΩ ΛΑΩ ΑΥΤΟΥ.] Ἡ ἀποσταλεῖσα, φησί, παρ' αὐτοῦ ἡμῖν λύτρωσις τὸ βέβαιον ἔσχε καὶ διαρκές, ἐπεὶ διαθήκη αὐτοῦ ἦν πρὸς τοὺς πατέρας. λύτρωσις δὲ ἀληθέστερον ὁ ἀποσταλεὶς μονογενής, ὁ εἰπών· Ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δοῦναι τὴν ψυχὴν λύτρωσιν ἀντὶ πολλῶν. τῷ γὰρ αὐτοῦ αἵματι ἐλυτρώθημεν. Ἐνετείλατο δὲ διαθήκην ἡμῖν οὐ κατὰ τὴν προτέραν πρόσκαιρον, ἀλλ' αἰώνιον, ἧς ἐχόμενοι κληρονομίαν ἀθάνατον ἀπολαμβάνομεν. διὰ ταῦτα, φησί, πάντα καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν προσήκει, καὶ εἴ τι ἅγιον καὶ ἐξαίρετον περὶ αὐτοῦ φθέγγεσθαι. ἢ ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, φησί, τοῖς μὲν ἁγίοις ἅγιον, τοῖς δὲ μὴ ἁγίοις φοβερόν. εἰπὼν δὲ ὅτι, φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ὅτι προσήκει φοβεῖσθαι αὐτόν· βεβαιῶν τοῦτό φησιν, Ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου. πάντων γὰρ ἀρχὴ τῶν ἀγαθῶν ὁ φόβος καὶ στοιχεῖον. Σοφίαν δὲ οὐ τὴν εὐγλωττίαν λέγει, ἀλλὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῶν θείων. Καὶ οὐκ ἀκερδὲς ἂν εἴη τοῦτο τοῖς χρωμένοις. οὕτω δὲ στικτέον, Σύνεσις δὲ ἀγαθὴ τοῖς ποιοῦσιν· ἀκολούθως δὲ καὶ τὸ, Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ. Ὁ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἐρῶν, αὐτὸς τὸ ἐντεῦθεν πορίζεται κέρδος. ὁ γὰρ Θεός, κἂν μηδεὶς ὑμνεῖν ἐθέλοι, αἰώνιον ἔχει τὸν ὕμνον, ἅτε καὶ αὐτὸς αἰώνιος ὢν ὁ ὑμνούμενος. τῶν δὲ μακαρίων τέλος, τὸ τῇ θεολογίᾳ αὐτοῦ καὶ αἰνέσει σχολάζειν.

CATENA PATRVM.

De titulo & argumento.

ATHANASII. Hic Psalmus introducitur ex persona Apostolorum, enarrantium quanta qualiáque fuerint Saluatoris nostri opera dispensationis. Hæc autem nouum populum edocent, simul gratias agentes pro salute ipsorum; quapropter etiam *Alleluia* inscriptus est.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκ προσώπου τῶν Ἀποστόλων ὁ παρὼν εἰσφέρεται ψαλμός, διηγουμένων ὅσα τοῦ σωτῆρος καὶ οἷα γέγονε τῆς οἰκονομίας τὰ ἔργα. διδάσκουσι δὲ ταῦτα τὸν νέον λαόν, ἅμα εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ· διὸ καὶ ἀλληλούϊα γέγραπται.

Digitized by Google

ΗΣΥΧΙΟΥ. Λαμπρὰ μὲν καὶ ἡ τοῦ ψαλμοῦ ἐπιγραφή. τὸ γὰρ ἀλληλούϊα Θεοῦ αἶνος ἑρμηνεύεται. ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο λαμπρότερον, ὅτι κατὰ στοιχεῖα τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἑβραίοις συγγέγραπται· τοσαύτους εἴκοσι καὶ δύο στίχοι τοῦ ψαλμοῦ, ὅσα Ἑβραῖοι στοιχεῖα, παραδεδώκασιν.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκολούθως μετὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, προφητείαν εὐχαριστήριος ὕμνος διὰ τῶν προκειμένων συνάπτεται ἐκ προσώπου λελεγμένος αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, εὐχαριστοῦντος τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ ἐπὶ τῇ πάντων τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. ἡ γὰρ ἐξομολόγησις ἔστι μὲν ὅτε κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς ἁμαρτιῶν ὁμολογίαν σημαίνει· ἔστι δὲ ὅτε εὐχαριστίαν παρίστησιν. αὐτίκα δ' οὖν ἐν Εὐαγγελίοις αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν λέγει· Ἐξομολογοῦμαί σοι Πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐν ὅλῃ δὲ καρδίᾳ ἐξομολογεῖται πᾶς καὶ μόνος, ὁ ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ διανοίας τὸν Θεὸν ἀγαπήσας· καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἀγαπητικὴν αὐτοῦ δύναμιν εἰς Θεὸν ἀποτείνας, ὡς ἐξ ὅλης καρδίας τὸν θεὸν ἀγαπῶν, πᾶσαν δὲ τὴν ὑμνητικὴν καὶ εὐχαριστικὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θεὸν ἀναλώσας. ἐξομολογεῖται γὰρ οὗτος αὐτῷ ἐξ ὅλης καρδίας, ἐν τῇ τῶν σπουδαίων συναγωγῇ, οὐκ ἐν τῷ τυχόντι τόπῳ, ἢ μετὰ τῶν τυχόντων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς νομοθετῶν ἔλεγεν· Ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου. Ἐνταῦθα δέ μοι τὴν ἐξομολόγησιν τὴν εὐχαριστίαν δοκεῖ λέγειν. ὑμνήσω, φησὶν, εὐχαριστήσω. Καὶ γὰρ ἅπαντα τὸν βίον εἰς τοῦτο ἀνήλωσε· καὶ ἐνταῦθα προοιμιάζεται, καὶ εἰς τοῦτο καταλήγει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἵνα μὴ πάντως τὸ μὲν ἡμῶν ἐξομολογῆται, τὸ δὲ ῥέπῃ πρὸς ἁμαρτίαν, ἀφ' ἧς ἐξομολογούμεθα, μηδὲ τὸν ἕνα πόδα τῆς ψυχῆς πρὸς δικαιοσύνην κινήσαντες, τὸν ἕτερον ἐν τῷ βορβόρῳ τῆς ἁμαρτίας ἐάσωμεν· ὅλην δὲ τὴν καρδίαν αὐτῷ ἀναθῶμεν ὅλης δημιουργῷ καὶ ποιητῇ τυγχάνοντι, καὶ δῶρον ἡμιτελὲς οὐκ ἀξιοῦντι δέξασθαι.

ΕΝ ΒΟΥΛΗ ΕΥΘΕΩΝ ΚΑΙ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκέτι σκολιῶν ἀνδρῶν

HESYCHII. Illustris quidem & hæc Psalmi inscriptio. Nam vox *Alleluia* Dei laus interpretatur. Habet verò etiam aliud aliquid illustrius, quòd nimirum secundùm elementa ab hominibus Hebræis conscriptus sit: siquidem viginti & duos versiculos, quot apud Hebræos litterarum elementa sunt, huic Psalmo assignarunt.

CATENA PATRVM. Hic Psalmus Hebræis est elementarius.

1. CONFITEBOR TIBI DOMINE.] EVSEBII. Post datum de Saluatore nostro vaticinium, per ea quæ hîc proponuntur consequenter subiungitur hymnus gratiarum actionis recitatus ex persona ipsius Saluatoris, Patri pro omnium hominum salute gratias agentis. Nam confessio quandoque quidem secundùm Scripturæ consuetudinem significat confessionem peccatorum; quandoque verò etiam designat gratiarum actionem. Statim enim in Euangelijs ipse Saluator noster ait: *Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

Confessio duplex in Scripturis.

Matth. 11, 25.

APOLINARII. In toto autem corde confitetur omnis & solus, qui ex toto corde & anima & mente Deum diligit: atque omnem quidem dilectionis suæ vim in Deum intendens, quasi ex toto corde Deum diligit, omnem verò laudandi & gratias agendi potentiam in Deum insumit. Hic nempe confitetur ei ex toto corde, & in congregatione iustorum, non in quouis loco, vel cum quibuslibet.

Confitendum Deo ex toto corde.

Lucæ 10, 27.

CHRYSOSTOMI. Ita Moyses quoque legem ferens dicebat: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua.* Confessionem autem hîc mihi videtur dicere gratiarum actionem. Laudabo, inquit, gratias agam. Totam enim vitam in hoc consumpsit: & hinc exorditur & in hoc desinit.

Deut. 6, 5.

HESYCHII. Ne omnino pars quidem nostra confiteatur, pars verò vergat ad peccatum, dum confitemur, ne vnum pedem animæ ad iustitiam mouentes, alium in cœno peccati relinquamus; sed totum cor ipsi offeramus qui totius conditor & creator est, & munus mutilum non dignatur acceptare.

IN CONCILIO IVSTORVM ET CONGREGATIONE.] EVSEBII. Non ampliùs obliquorum

CATENA PATRVM.

rum peruerſorumque virorum, ſed probarum & rectarum animarum hymnum gratiarum actionis offeram tibi Patri meo. Significat autem per hæc Eccleſiam quæ per gratiam ipſius toto terrarum orbe fundata eſt. Concilium autem iuſtorum appellauit ordines qui in Eccleſia ſunt ſanctorum eius. Congregationem verò alterum ordinem poſt concilium iuſtorum ſignificat: qui in Eccleſia eius conſtituit alterum cœtum multitudinis.

In concilio iuſtorum laudandus Deus.

οὐδὲ διεστραμμένων, ἀλλ' ἀγαθῶν καὶ εὐθειῶν ψυχῶν τὸν εὐχαριστήριον ὕμνον ἀποδώσω σοι τῷ ἐμαυτοῦ Πατρί. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαν διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος Ἐκκλησίαν. βουλὴν δὲ εὐθειῶν ὠνόμασε τὰ τάγματα τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἁγίων. Συναγωγὴν δὲ δεύτερον τάγμα μετὰ τὴν βουλὴν τῶν εὐθειῶν σημαίνει· τὸ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ δεύτερον τοῦ πλήθους ἄθροισμα.

CHRYSOSTOMI. Hoc dixit, oſtendens opus eſſe iudice integro & conuentu minimè corrupto ad iudicium. Et clara erunt opera Dei, multo miraculo plena: ſiquidem ſunt per ſe magna; non videntur autem eſſe magna niſi rectum iudicem habeant; quandoquidem etiam Sol per ſe clarus eſt & lucidus, & vniuerſum orbem terræ illuſtrat, ſed ijs quorum oculi laborant non eſt talis: atqui Sol non eſt in culpa, ſed vitium illorum imbecillitatis. Quando igitur videris aliquem Dei opera accuſantem, ne propter illius improbitatem opera Dei calumnieris, ſed ipſius dementiæ maximum indicium accipe ex Dei prouidentia.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο εἶπε, δεικνὺς ὅτι δικαστοῦ χρεία ἀδεκάστου καὶ συλλόγου οὐ διεφθαρμένου. καὶ δῆλα ἔσται τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, πολλοῦ θαύματος ἀνάμεστα· ἔστι μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὰ μεγάλα, οὐ δείκνυται δὲ μεγάλα ἐὰν μὴ κριτὴν ὀρθὸν ἔχῃ· ἐπεὶ καὶ ὁ ἥλιος καθ' ἑαυτὸν φαιδρὸς καὶ διαυγὴς, καὶ τὴν οἰκουμένην διαλάμπει πᾶσαν, ἀλλὰ τοῖς τὰς ὄψεις νοσοῦσιν οὐκ ἔστι τοιοῦτος· ἀλλ' οὐ τοῦ ἡλίου τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀσθενείας τὸ ἐλάττωμα. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς τινὰ κατηγοροῦντα τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ, μὴ τὰ ἔργα διάβαλλε διὰ τὴν ἐκείνου κακίαν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου ἀνοίας λάμβανε μεγίστην ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας.

APOLINARII. De operibus exquiſitis nemo dixerit, Ad quid hoc? ad quid illud? Omnia enim ad vtilitatem eorum condita ſunt. Quapropter Dei opera ſunt omnia bona valdè. Quòd ſi quis Dei opera illa acceperit quæ prodigioſè ac portentoſè perfecta ſunt partim quidem per Moyſen & Prophetas, partim verò per Ieſum Saluatorem noſtrum, hæc verba propoſita de ipſis quoque dici poſſint. Siquidem mortuorum reſuſcitationes, & leproſorum mundationes, & cæcorum illuminationes, & his ſimilia dum Ieſus faceret, per illa interioris hominis curationes ſymbolicè declarauit. Quæ omnia præcipuè Dei voluntate fiunt. Si quis verò etiam virtutes velit dici Dei voluntates, propter illud, *Qui faciet omnes voluntates meas*, dicet opera magna exquiſita in omnes voluntates Dei eſſe operationes ex virtute.

Opera Dei perfecta ſunt.

Gen. 1.

Act. 13, 22.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τῶν ἔργων ἐξεζητημένων μὴ λεγέτω τίς, εἰς τί τοῦτο; εἰς τί ἐκεῖνο; πάντα γὰρ εἰς χρείαν αὐτῶν ἐκτίσθη. διὸ πάντα καλὰ λίαν ἐστὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἔργα. εἰ δὲ ἔργα θεοῦ λάβοι τίς τὰ παραδόξως καὶ τερατίως ἐπιτελούμενα τοῦτο μὲν διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν Προφητῶν, τοῦτο δὲ διὰ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ῥηθείη καὶ περὶ τούτων τὰ προκείμενα ῥητά. τὰς γὰρ ἀναστάσεις τῶν νεκρῶν, καὶ τὰς τῶν λεπρῶν καθάρσεις, καὶ ἀναβλέψεις τυφλῶν, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις Ἰησοῦς ἐπιτελῶν, συμβολικῶς ἐδήλου δι' αὐτῶν τὰς τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἰάσεις. ἅπερ πάντα προηγουμένως θελήματι θεοῦ. εἰ δὲ καὶ τὰς ἀρετὰς λάβοι τίς θελήματα θεοῦ λέγεσθαι, διὰ τὸ, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου, ἐρεῖ ἔργα μεγάλα ἐξεζητημένα εἰς πάντα τὰ θελήματα τοῦ θεοῦ εἶναι τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας.

3. CONFESSIO ET MAGNIFICENTIA.] APOLINARII. Omnia quæ ab ipſo fiunt, & creatio, & diſpenſatio, & magnifica, & eximia, & omnium hominum celebratione digna ſunt. (Confeſſionem enim gratiarum actionem vocat.) Et nihil ab eo

γ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΙΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, καὶ ἡ δημιουργία, καὶ ἡ οἰκονομία, καὶ μεγαλοφυῆ, καὶ ὑπερφυῆ, καὶ τῆς παρὰ πάντων ἀνθρώπων ὑμνῳδίας ἄξια. (ἐξομολόγησιν γὰρ τὴν εὐχαριστίαν καλεῖ.) καὶ οὐδὲν ἄδικον

τῶν

τῶν γινομένων, ἀλλὰ πάντα τῷ δικαίῳ κοσμεῖται· δι' αἰῶνος γὰρ ταύτῃ χρώμενος, πρυτανεύει τὰ σύμπαντα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔργον τοῦ Θεοῦ ἡ ἡμετέρα σωτηρία καθέστηκε. περὶ οὗ ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν Πατέρα ἔλεγεν· Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ ἔδωκάς μοι ἵνα ποιήσω. τοῦτο τὸ ἔργον διπλῆν τινα τὴν κατασκευὴν, τὴν μὲν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας προθέσεως, τὴν δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας κέκτηται· ἡμῶν γὰρ τὸ αἰτῆσαι, αὐτοῦ δὲ τὸ δοῦναι· ἡμῶν τὸ κροῦσαι, αὐτοῦ δὲ τὸ ἀνοῖξαι. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἐξομολόγησις ἡμῶν. τῷ γὰρ ἐξομολογεῖσθαι ἀναχώρησιν τῆς πονηρᾶς πολιτείας, ἐπιθυμίαν δὲ τῆς ἀγαθῆς ἐνδεικνύμεθα· ἡ μεγαλοπρέπεια δὲ τοῦ Θεοῦ. μεγάλῳ γὰρ ὄντι πρέπει τοὺς μικροὺς οἰκτεῖραι, καὶ τοὺς ταπεινοὺς ὑψῶσαι, καὶ τοὺς πλανηθέντας προσδέξασθαι· ὥστε ἐξ ἑκατέρου τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ μεγαλοπρεπείας δηλαδὴ, καὶ τῆς ἐξομολογήσεως τῆς ἡμετέρας γίνεται.

ΚΑΙ Η ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΑΥΤΟΥ ΜΕΝΕΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ τοίνυν θορυβοῦ, συκοφαντουμένους ἀνθρώπους ὁρῶν, ἐπηρεαζομένους, παρὰ τὴν ἀξίαν κακῶς πάσχοντας. μένει γὰρ δικαστήριον ἀδέκαστον· μένει ψῆφος καθαρὰ, τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ παρέχουσα. εἰ δὲ νῦν τὴν αὐτὴν ἐπιζητεῖς, ὅρα μὴ κατὰ σαυτοῦ πρώτου τὴν ψῆφον ἐξενέγκῃς.

δ'. ΜΝΕΙΑΝ ΕΠΟΙΗΣΑΤΟ ΤΩΝ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τῶν γὰρ πάλαι διὰ προφητῶν προηγορευμένων μνείαν ἐποιήσατο ὁ Χριστὸς, καὶ ἔργοις ἐπλήρου τὰ προρρηθέντα· οὗτοι γὰρ θείῳ πνεύματι προύλεγον, θεσπίζοντες τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, προορῶντες αὐτοῦ τὰ θαυμάσια. Αὐτίκα γοῦν φησιν Ἡσαΐας· Καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. καὶ πάλιν· τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν ταῖς προφητείαις μὲν εἴρηται, μνείαν δὲ τούτων ὁ Χριστὸς ἐποιήσατο τῶν θαυμασίων, ἔργοις ἐπιτελῶν τὰ προηγορευμένα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τροφὴν δὲ ἐξαιρέτως δίδωσι τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν μετά τινος παραδόξου ποιΐας· ὡς τῷ Δανιὴλ τὸ ἄριστον τυγχάνοντι ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων. Καὶ γὰρ ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸν Ἀμβακοὺμ μετάρσιον ἄρας ἤγαγεν εἰς

iniquè factum, sed omnia exornantur iustitiâ: hac enim ab æterno vsus, cuncta moderatur.

Opus Dei salus nostra.

HESYCHII. Opus Dei erat salus nostra: de quo Christus ad Patrem dicebat: *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.* Hoc opus duplicem quamdam compagem habet, vnam quidem à nostro proposito, alteram verò à clementia Dei. Nostrum enim est postulare, ipsius autem est dare: nostrum est pulsare, ipsius verò aperire. Itaque confessio quidem nostra est. Nam dum confitemur recessum quidem à prauo viuendi instituto, probæ verò vitæ desiderium demonstramus; magnificentia verò Dei est. Reuerà enim magnum decet paruorum misereri, & humiles exaltare, & errabundos suscipere. Itaque ex vtroque Dei opus existit, scilicet ex ipsius magnificentia & ex nostra confessione.

Ioan. 17, 4.

Quid nostrum sit; & quid Dei.

Iustitia Dei incorrupta.

ET IVSTITIA EIVS MANET.] CHRYSOSTOMI. Ne igitur conturberis, si videas homines per calumniam delatos, probris & contumelijs affectos, & mala indignè patientes. Manet enim incorruptum iudicium: manet pura & integra sententia, quæ pro meritis vnicuique tribuit. Quòd si eam nunc postules, vide ne in teipsum primù sententiam proferas.

4. MEMORIAM FECIT MIRABILIVM.] APOLINARII. Eorum enim quæ olim per Prophetas prædicta fuerant memoriam Christus fecit, & operibus ea quæ prædicta fuerant compleuit: illi namque diuino Spiritu prædicebant, vaticinantes ea quæ ab ipso futura erant, mirabilia eius præuidentes. Statim igitur inquit Isaias: *Et erunt signa & portenta in domo Israël.* & iterùm: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc saliet sicut ceruus claudus, & diserta erit lingua balborum.* & quæcumque similia in Prophetijs quidem dicta sunt. Horum autem memoriam mirabilium Christus fecit, operibus ea quæ prædicta fuerant adimplendo.

Isa. 8, 18.

Isaiæ 35, 5.

Deus cibum dat timentibus eum.

DIDYMI. Excellenter autem, idque cum aliqua prodigij patratione, cibum dat timentibus eum; vt Danieli in lacu leonum prandium adipiscenti. Etenim ex Hierusalem Habacuc in sublime tollens deduxit in

Dan. 14, 33.

Baby-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

3. Reg. 17, 4.

Babylonem, vt Danieli illic cibum ferret. Sed & coruis præcepit vt Eliæ panes manè & vesperi carnes ferrent: cùm enim magna fames esset, nutriuit ipsum, quòd timeret Dominum. Vbi autem vetus Testamentum, quod ad tempus vsque reparationis datum erat, finem acceperit, *memor erit in sæculum Testamenti sui*, scilicet noui secundùm Euangelium sine successione permanentis.

Deus semper memor est testamenti sui.

5. MEMOR ERIT IN SÆCVLVM TESTAMENTI.] APOLINARII. Qualis porrò huius, nisi scilicet illius quod per Prophetas suos promiserat, nempe Apostolis suis, de Gentium vocatione? Testamentum enim dedit timentibus eum.

Rom. 11, 25.

DIDYMI. Quando cæcitas ex parte contigit in Israël, tunc plenitudo Gentium intrauit in incorruptibilem & gloriosam hereditatem. Ceterùm memor est in sæculum testamenti ad filios Israël propter patres eorum concessi.

6. VIRTVTEM OPERVM SVORVM ANNVNTIAVIT POPVLO.] ATHANASII. Apostolicus, inquit, chorus populo ad fidem vocato virtutem operum Christi annuntiauit, id est, ipsa opera quæ semper operatur in propria virtute.

Virtus operum Christi per Apostolos innotuit.

DIDYMI. Erudiens illos vt cognoscant sermones potentiæ, quibus semper opera sua perficit, tam cetera quàm quæ ad Gentium vocationem spectant.

HESYCHII. Hac vtique virtute freti Apostoli, ad omnes Gentes prædicando profecti sunt, atque vniuersam terram acceperunt in hereditatem, ipsorum sermonibus laboribusque conuersam.

7. OPERA MANVVM EIVS VERITAS.] DIDYMI. Etiam hæc noui Testamenti propria sunt institutioni Euangelicæ doctrinæ consentanea. Quæ porrò hæc, nisi vt sciamus & discamus noui Testamenti opera minimè esse in figuris & vmbris ac symbolis; qualia illa Moysis; sed opera eius fuisse veritatem. Quamobrem etiam dictum est: *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Ceterùm præter veritatem etiam iudicium Saluatoris nostri opera continebant: vnde in Isaia de ipso dictum est; *In veritate proferet iudicium.*

Isaiæ 42, 3.

8. FIDELIA OMNIA MANDATA EIVS.]

Βαβυλῶνα, κομίζοντα τὴν τροφὴν αὐτοῦ τῷ Δανιήλ. Ἀλλὰ καὶ κόραξιν ἐντειλάμενος ἄρτους τὸ πρωῒ καὶ κρέας τῇ δείλῃ φέρειν τῷ Ἡλίᾳ· λιμοῦ γὰρ μεγάλου τυγχάνοντος, ἔθρεψεν αὐτὸν, φοβούμενον τὸν κύριον. τῆς δὲ παλαιᾶς διαθήκης αὐτοῦ, ἕως καιροῦ διορθώσεως δοθείσης, τέλος ἀπολαβούσης, μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, τῆς καινῆς τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἀδιαδόχως διαμενούσης.

έ. ΜΝΗΣΘΗΣΕΤΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΔΙΑΘΗΚΗΣ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ποίας δὲ ταύτης, ἢ δηλαδὴ ἧς ἐπηγγείλατο διὰ τῶν Προφητῶν αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῦ, περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως; διαθήκην γὰρ δέδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὅτε πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονε, τότε τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀκήρατον καὶ δεδοξασμένην κληρονομίαν. μνησθήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα τῆς πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν διαθήκης.

ς'. ΙΣΧΥΝ ΕΡΓΩΝ ΑΥΤΟΥ ΑΝΗΓΓΕΙΛΕ ΤΩ ΛΑΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ Ἀποστολικὸς, φησὶ, χορὸς τῷ κληθέντι πρὸς πίστιν λαῷ τὴν ἰσχὺν τῶν ἔργων ἀνήγγειλε τοῦ Χριστοῦ, ἀντὶ τοῦ, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ἀεὶ ἐργάζεται ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Παιδεύων αὐτοὺς εἰς τὸ γινώσκειν τοὺς λόγους τῆς δυνάμεως, δι' ὧν ἀεὶ ἐπιτελεῖ τὰ ἔργα, τά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταύτῃ δὴ τῇ ἰσχύϊ θαῤῥήσαντες οἱ Ἀπόστολοι, εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρύττοντες ἐπορεύοντο, καὶ κληρονομίαν τὴν γῆν ὅλην ἐπιστρέψασαν, λόγοις τοῖς αὐτῶν καὶ πόνοις ἐδέξαντο.

ζ'. ΕΡΓΑ ΧΕΙΡΩΝ ΑΥΤΟΥ ΑΛΗΘΕΙΑ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ταῦτα τῆς καινῆς διαθήκης οἰκεῖα τυγχάνει ἁρμόζοντα τῇ στοιχειώσει τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. τίνα δὲ ταῦτα, ἀλλ' ἢ τὸ γνῶναι ἡμᾶς καὶ μαθεῖν ὅτι τὰ καινῆς διαθήκης ἔργα οὐκ ἦσαν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς καὶ συμβόλοις· οἷα τὰ παρὰ Μωυσῇ· ἀλλ' ἀλήθεια ἦν τὰ ἔργα αὐτοῦ. Διὸ καὶ λέλεκται· ἡ χάρις καὶ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. πρὸς δὲ τῇ ἀληθείᾳ καὶ κρίσις ἦν τὰ ἔργα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· διὸ εἴρηται ἐν Ἡσαΐᾳ περὶ αὐτοῦ· εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν.

ή. ΠΙΣΤΑΙ ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΕΝΤΟΛΑΙ ΑΥΤΟΥ.]

ΧΡΥ-

Digitized by Google

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστι πισαὶ; βέβαιαι, μένουσαι. Κἂν γὰρ παραβαθῶσιν, αἱ τιμωρίαι ἕπονται, καὶ αὗται οὐ σαλεύονται· εἰ καὶ ἄνθρωποι παραβαῶσιν, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὰς ἐκδικεῖ. Μὴ γάρ μοι λέγε ὅτι πρὸς ἀπειλὴν εἴρηται τὰ εἰρημένα ἢ ὑπερβολικῶς. Οὐδεὶς νομοθετῶν πρὸς ἀπειλὴν λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σωφρονισμόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διὰ τί δὲ ἐστηριγμέναι; Ὅτι αἱ Μωσέως μὲν ἐντολαὶ πρόσκαιροι γεγόνασιν, αἱ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου διαρκεῖς, οὐκ εἰς τὸν παρόντα μόνον αἰῶνα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα διαμένουσαι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτητι; οὐδὲν ἐν αὐταῖς, φησι, σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, οὐδὲν ἀσαφὲς, οὐδὲ πρὸς χάριν τινὰ ἢ πρὸς ἀπέχθειαν, ἀλλὰ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον καὶ λυσιτελές.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Γίνονται γὰρ ἐν ἀληθείᾳ νενομισμέναι κατὰ τὰ δόγματα τῆς θεοσεβείας· ἀλλὰ καὶ ἐν εὐθύτητι ἐπιτελοῦνται, σὺν βελτίστῃ ἕξει φυλαττόμεναι ὡς ἔργα χειρῶν κυρίου. καὶ ταύτας εἰκότως ἑκάστῳ θεοσεβεῖ ἐπιτελεῖσθαι, τυγχάνοντα ἀλήθεια καὶ κρίσις.

θ. ΛΥΤΡΩΣΙΝ ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΤΩ ΛΑΩ ΑΥΤΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐχ ἑτέρα ἐστὶ τοῦ εἰπόντος· ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. τῷ αὐτοῦ γοῦν τιμίῳ αἵματι, χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γευσαμένου θανάτου, ἐλυτρώθημεν ἐκ τῆς πατροπαραδότου ἀναστροφῆς ἡμῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὴν διὰ τοῦ σωτῆρος γενομένην δηλονότι. περὶ ἧς καὶ Ζαχαρίας, ἤδη τοῦ Χριστοῦ συλληφθέντος, προφητεύων αὐτοῦ τὴν γέννησιν ἔλεγεν· Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπισκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

ΑΓΙΟΝ ΚΑΙ ΦΟΒΕΡΟΝ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ φοβερὸν, πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; πῶς δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἅγιον καὶ φοβερόν; δαίμονες αὐτὸ τρέμουσι, νοσήματα δέδοικε. τούτῳ κεχρημένοι τῷ ὀνόματι οἱ Ἀπόστολοι τὴν οἰκουμένην κατώρθωσαν ἅπασαν· τούτῳ Δαβὶδ ἀντὶ ὅπλου χρησάμενος τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον κατέβαλε· τούτῳ τὰ μυρία κατωρθώθη πράγματα· τούτῳ τὴν ἱερὰν μυσταγωγούμεθα μυσταγωγίαν.

CHRYSOSTOMI. Quid est *fidelia*? firma, manentia. Etsi enim transiliantur, sequuntur supplicia, & ea minimè labefactantur, etsi homines ea transgrediantur; Deus tamen ea vindicat. Ne ergo ea dixeris dicta esse minaciter aut hyperbolicè. Nemo legem ferens dicit tantùm vt minetur, sed etiam vt castiget & corrigat.

CATENA PATRVM. *Mandata Dei permanent fidelia & iusta.*

DIDYMI. Ad quid autem *confirmata*? Quia Moysis quidem mandata temporaria erant, Euangelij verò perennia, non in præsens dumtaxat sæculum, verùm etiam in futurum permanentia.

CHRYSOSTOMI. Quid est *in veritate & æquitate?* Nihil est, inquit, in eis obliquum, nihil contortum, nihil obscurum, nihil ad gratiam vllam aut odium, sed omnia ad bonum & vtilitatem.

APOLINARII. Fiunt enim in veritate excogitata secundùm doctrinas pietatis: ceterùm etiam in æquitate perficiuntur, cum optimo affectu custodita tamquam opera manuum Domini. Atque hæc iure merito cuilibet diuino cultori perficienda, cùm sint veritas & iudicium.

9. REDEMPTIONEM MISIT POPVLO SVO.] DIDYMI. Hæc non sunt aliena ab eo qui dicit: *Venit Filius hominis dare animam suam redemptionem pro multis.* Eius igitur pretioso Sanguine, dum gratiâ Dei pro vniuerso mortem degustauit, redempti sumus à subuersione nostra paternæ traditionis.

Matth. 20, 28. *Christus est nostra redemptio.*

HESYCHII. Illam nempe quæ per Saluatorem facta est: de qua etiam Zacharias, Christo iam pridem concepto, natiuitatem eius vaticinans dixit: *Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebi sua.*

Lucæ 1, 68.

SANCTVM ET TERRIBILE NOMEN EIVS.] CHRYSOSTOMI. Quòd si nomen eius terribile sit, quantò magis substantia? Quomodo autem est nomen eius sanctum & terribile? Dæmones illud contremiscunt, id morbi formidant. Eo nomine vsi Apostoli vniuersum orbem terrę correxerunt: eo Dauid armorum loco vsus barbarum illum prostrauit: eo res innumerabiles rectè & præclarè gestæ sunt: in eo sacris initiamur mysterijs.

Nomen Dei terribile est & sanctũ. Matth. 8. 1. Reg. 17.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Sanctum quidem, quia vnctus nominatur. Ista autem Domini vnctio est omnis sanctimoniæ consummatio. de quo Ioannes ait: *Et vos vnctionem habetis à Sancto.* Terribile autem, quia etiam Iudex dicitur, ait enim: *Pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit Filio.*

1. Ioan. 2. 20.

Ioan. 5, 22.

Timor Dei initium sapientiæ.

10. INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI.] CHRYSOSTOMI. Quid est *initium*? fons, radix, fundamentum. Quoniam enim tot & tanta dixit de Domino orbis terræ, & tantâ repletus est admiratione; hoc subiungit consequenter, ostendens deinceps, quòd qui eum timet impletur omni sapientiâ, & prudentissimus euadit.

EVSEBII. Introductio quidem fit per timorem, consummatio verò per dilectionem. Nam *perfecta charitas foras mittit timorem.* Istiusmodi sanè est is, qui ex toto corde, & anima & virtute Dominum Deum diligit.

1. Ioan. 4. 18.

INTELLECTVS BONVS OMNIBVS FACIENTIBVS.] EVSEBII. Atqui intellectus tunc bonus existit, quando operibus impletur. Idcircò intellectum non simpliciter bonum dixit, sed omnibus facientibus eum.

DIDYMI. Non ijs qui sine factis intelligunt, sed facientibus eum. Nam ijs qui faciunt intellectum (qui non est aliud quàm virtus) vtilitas obueniet: ex qua vtilitate discunt eius bonitatem.

Laus Dei æterna est.

LAVDATIO EIVS MANET IN SÆCVLVM.] CHRYSOSTOMI. Quænam, dic amabo, ea laus? Gratiarum actio, glorificatio, quæ fit per opera.

DIDYMI. Hæc enim conclusio consentanea est ijs qui de Deo verba faciunt, vt dicant, Laus eius, scilicet Dei, manet in æternum. Cùm enim is qui laudatur immortalis sit, necesse est vt etiam laus eius sit interminabilis, ita vt in omnia sæcula sufficiat.

EVSEBII. Finis enim Beatorum est, vt apud Deum sint, ipsique adsistant, & soli eius Theologiæ ac laudi vacent.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἅγιον μὲν, ὅτι Χριστὸς ὀνομάζεται. τὸ δὲ τοῦ κυρίου χρίσμα πάσης ἐστὶν ἁγιωσύνης πλήρωμα. περὶ οὗ φησιν Ἰωάννης· Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Φοβερὸν δὲ, ὅτι καὶ κριτὴς λέγεται. φησὶ γάρ· ὁ Πατὴρ οὐδένα κρίνει· ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ.

ί. ΑΡΧΗ ΣΟΦΙΑΣ ΦΟΒΟΣ ΚΥΡΙΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν ἀρχή; πηγὴ, ῥίζα, ὑπόθεσις. Ἐπειδὴ γὰρ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα εἶπε περὶ τοῦ τῆς οἰκουμένης δεσπότου, καὶ τοσαύτης ἐκπλήξεως ἐπλήσθη· ἐπάγει τούτῳ ἀκολούθως, λοιπὸν δεικνὺς, ὅτι ὁ τοῦτον φοβούμενος πάσης ἐμπίπλαται σοφίας, καὶ συνετώτατος γίνεται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡ μὲν εἰσαγωγὴ διὰ φόβου κατορθοῦται, τὸ δὲ τέλος δι' ἀγάπης. ἡ γὰρ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. τοιοῦτος δὴ ἂν εἴη, ὁ ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως ἀγαπῶν κύριον τὸν Θεόν.

ΣΥΝΕΣΙΣ ΔΕ ΑΓΑΘΗ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΠΟΙΟΥΣΙΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ἡ σύνεσις τότε ἀγαθὴ τυγχάνει, ὅτε ἔργοις ἐπιτελεῖται. διὸ τὴν σύνεσιν οὐχ ἁπλῶς ἀγαθὴν εἶπεν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ τοῖς ἄνευ τοῦ ποιεῖν νενοηκόσιν, ἀλλὰ τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν. τοῖς γὰρ ποιοῦσι τὴν σύνεσιν (οὐχ ἑτέραν οὖσαν τῆς ἀρετῆς) ὠφελείας ἔσται· ἐξ ἧς ὠφελείας μανθάνουσι τὸ ἀγαθὸν αὐτῆς.

Η ΑΙΝΕΣΙΣ ΑΥΤΟΥ ΜΕΝΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποία αἴνεσις, εἰπέ μοι; ἡ εὐχαριστία, ἡ δοξολογία, ἡ διὰ τῶν ἔργων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο γὰρ κατάλληλον πέρας τοῖς θεολογοῦσι, τὸ λέγειν, ἡ αἴνεσις αὐτοῦ, θεολογηθέντος δηλονότι, μένει ἐπ' ἄπειρον. ἐπεὶ γὰρ ὁ ὑμνούμενος ἀθάνατος, ἀνάγκη καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ ἀτελεύτητον εἶναι, ὡς διαρκεῖν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τέλος γὰρ τῶν μακαρίων, τὸ πρὸς Θεὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι αὐτῷ, καὶ μόνῃ τῇ αὐτοῦ θεολογίᾳ καὶ αἰνέσει σχολάζειν.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Psalmus, vti & multi sequentes, nil habent in titulo præter *Alleluia:* quod significat *Laudate Dominum:* vnde intelligitur argumentum esse laudem Dei. Est autem hic Psalmus apud Hebræos Alphabeticus, tot præcisè paruos versiculos continens, quot illi litteras numerant. Septuaginta verò Interpretes magis ad sensum quàm ad litteras respicientes, eum more aliorum Psalmorum in versus decem diuiserunt.

1. *In toto corde meo.*] Vbi illud *meo* superfluum esse dicit S. Hieronymus: nec id Apolinarius habet.

IBIDEM. *In concilio iustorum.*] Neque ex Græca dictione βουλὴ neque ex Hebræa voce סוד *sod* (quæ propriè *secretum* significat) satis constat an *consilio* scribendum sit, an *concilio*; cùm vtraque dictio vtroque modo accipi possit: ex sensu tamen & dictione sequenti patet potiùs per c scribendum; quemadmodum & Ieremiæ 15. *Non sedi in concilio ludentium:* vbi est eadem dictio.

Quomodo dicantur exquisita opera Domini.

2. *Exquisita in omnes voluntates eius.*] Græcè, ἐξεζητημένα: apud Chrysostomum alius legit ἠκριβωμένα, *accurata:* alius, παρεσκευασμένα, *parata, instructa.* Porrò in Latino & Græco relatiuum *eius* referendum videtur ad vocem *Domini* quæ præcessit: & exponitur hæc pars à quibusdam hoc sensu. q. d. Opera Domini sunt exquisitè & eximiè facta iuxta omnes voluntates suas; quia scilicet omnia quæcumque voluit fecit. Euthymius verò sic interpretatur: Opera Domini exquisitè facta sunt, vt fideles ea opera aduertentes adimpleant omnes voluntates & mandata Domini. Excitant enim Dei opera ad implendum Dei præcepta. Hebræa autem pro *eius* habent pluralem numerum *eorum:* & vertunt quidam hoc modo, *Exquisita omnibus volentibus ea:* ita vt sit sensus, quòd opera Domini exquirantur, & diligenter peruestigentur ab omnibus his, quibus complacitum est in eis, quique ea amant. Alius verò vertit, *Exquisita ad omnia beneplacita eorum*; & interpretatur significari, opera Dei esse huiusmodi, vt si exquisita fuerint ab aliquibus, faciant ad satisfaciendum omnibus eorum desiderijs: ita vt relatiuum *eorum* referatur ad id quod subaudiendum est, ad participium *exquisita:* atque in eumdem modum etiam littera nostra accipi potest. Nescio enim, si participium *exquisita* apud Hebræos accipi possit pro exquisitè factis. Ita Iansenius.

Operis Dei quanta sit magnificentia.

3. *Confessio & magnificentia opus eius.*] Alius apud Chrysostomum legit, Ἔπαινος καὶ ἀξίωμα ἡ ἐργασία αὐτοῦ, *Laus & dignitas operatio eius.* Quasi nimirum magni Messiæ vita nihil fuerit aliud quàm miranda velut catena magnificorum operum serie nexa ornatu mirifico & continuato. Quod idem alijs quoque in locis & consimili splendore verborum Dauid asseruit, cùm Deum in hunc modum affatur: *Eleuata est magnificentia tua super cælos.* Quod de opere Incarnationis intelligi auctor est Hesychius: *In quo,* vt ait S. Augustinus in Enchiridio cap. 36. *Dei gratia nobis granditer & euidenter commendatur.* Magnum sanè & magnificum opus, quod transcendit cælestium orbium molem, cælo maius, inexplicabilis dignitatis: quod exuperat omnium mentium cogitationem, etiam earum, quæ in sublimi paradiso luce purâ fruentes totæ oculi sunt, totæ mentes; neque tamen ad hanc magnitudinem comprehendendam satis animi atque lucis habent. Quam ob causam Dei magnificentiam eleuatam esse super cælos dici putat Euthymius. In opere verò illo Dei corporati omnia certè magna sunt & splendida; vt negari non possit, quin meritò Emmanuelis magni à Poëta pio magnificentia celebretur. Neque desunt magni in eo sumptus, vti optimè animaduertit D. Paulus, cùm reuerens Dei humanissimam & munificentissimam bonitatem, ait nos emptos *pretio magno.* Itaque non dubitauit Caietanus dicere, in Christo fuisse magnificentiam propriè dictam circa sumptus; eminentiùs tamen, inquit, quàm sumptus externarum rerum quas possidemus, quæque vulgò nomine pecuniæ comprehenduntur: magnificum ergo sumptum fuisse diuinum Sanguinem largissimè fusum, qui pretio & dignitate mundi omnes diuitias antecellat. Quot & quantos impendit labores? quot sudores profudit? quot thesauros meritorum aperuit in ijs multis atque magnis operibus vitæ suæ, quibus splendidam & honoratam nobis immortalitatem comparauit? Tanta verò fuit bonorum excellentium magnitudo, tam copiosi & exuberantes sumptus, vt immensâ liberalitate suâ cogitationem propè nostram obruat, & illius *nimiam charitatem* prædicet Apostolus; vel, vt Regius canit Vates, fuerit apud eum *copiosa redemptio.*

Psal. 8, 2.

Incarnatio Christi opus est magnificentia Dei.

1. Cor. 6, 20.

Qualis magnificentia fuerit in Christo.

Ephes. 2, 4.

Psal. 129, 7.

4. *Memoriam fecit mirabilium suorum.*] Hanc memoriam mirabilium Hebræi referunt ad miracula in Ægypto edita dum eos potenter eduxit. Quasi descendat ab admirandis Dei operibus toto mundo exhibitis ad Synagogæ propria. Per *escam* autem manna intelligunt; nos verò V. Eucharistiam intelligimus, in qua est μνημόσυνον mirabilium Dei. Primùm; quoniam in ea ipsius omnia pro salute humani generis mirabilia reuocantur in memoriam vsque in sæculum: vti Apostolis præcepit dicens, *Hoc facite in meam commemorationem.* Deinde, quoniam in ea sunt multa miracula, scilicet Corpus Christi sub tantilla panis specie, accidentia sine substantia, vnum Corpus in multis locis, &c. Denique, quoniam diuinorum beneficiorum est compendium & epitome, nempe illorum quæ nobis ipse vel per sese in creatione, vel per assumptam humanam carnem in recreatione siue redemptione præstitit. Hinc patet, quorsum manna tam celebris Eucharistiæ typus habeatur: nempe, quemadmodum illud in veteri lege epitoma quædam fuit stupendorum operum diuinæ potentiæ, in quo & diuitiæ, & fortitudo pariter visque excelsi brachij resplenduit; sic & in noua iuniorique Ecclesia Eucharistiæ Sacramentum illud est, in quo & diuinæ largitatis thesau-

V. Eucharistia est memoriale mirabilium Dei.

Lucæ 22, 19.

1. Cor. 11, 24.

Cur manna sit tam celebris typus Eucharistiæ.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

thesauri & potestas infinitæ virtutis maximè relucet. Quare aptè ad hunc locum Lyranus: *Hic ponitur*, inquit, *ratio diuinæ laudis ex beneficio Eucharistiæ specialiter: Memoriam fecit mirabilium suorum: escam dedit timentibus se, scilicet Corpus suum in Sacramento Eucharistiæ; per quod reducuntur ad memoriam mirabilia Dei quæ fecit filys Israël in manna.* Verè Eucharistia etiam supra ipsum manna mirabilium diuinorum mnemosynon Nam & ipsum manna tandem vsu & frequentia inoleuit, nauseam & fastidium peperit Hebræis: cetera quoque portenta consuetudine viluere apud homines: tantùm istud Sacramentum semper nouum est: & quò plus considerant mortales, stupescunt magis: illique concessum, vt neque tempora, neque vsus admirationem imminuant: propterea etiam apicem inter stupenda sibi vendicat. Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus: *Tot*, inquit, *per vniuersam terram creat arbores; & nemo miratur; arefecit verbo vnam, & stupefacta sunt corda mortalium: sed memoriam fecit mirabilium suorum. Hoc enim miraculum maximè attentis cordibus inhærebit, quod assiduitas non vilefecerit.*

V. Eucharistia est miraculum semper nouum.

5. *Escam dedit timentibus se.*] In Hebræo est, *Prædam dedit*; nec sine mysterio. Vt enim præda ex bello non nisi victoribus confertur; ita & hic Panis cælestis ijs tantùm tribui debet, qui de suis vitijs prauisque affectionibus triumphant. Vnde Abimelech non nisi victori Abrahamo, seu, vt loquitur Apostolus, *regresso de cæde Regum, panem & vinum obtulit.* Quod D. Ambrosius libro de Ijs qui initiantur obseruans: *Victis hostibus*, inquit, *& nepote proprio recepto cùm potiretur victoriâ, tunc illi occurrit Melchisedech*, &c. Absit igitur, vt quis à proprijs victus captiuusque concupiscentijs hoc triumphale conuiuium ingrediatur.

De vitijs victori Panis vitæ datur vt præda.

Hebr. 7, 1. Gen. 14, 18.

9. *Sanctum & terribile nomen eius.*] Hominibus quidem & Angelis sanctum & venerabile, dæmonibus verò terribile ac formidandum; vt qui in hoc nomine, iuxta Domini promissum Marci vltimo, eijciantur. Pulchrè Iustinus Martyr contra Tryphonem: *Per nomen*, inquit, *ipsius Filij Dei & primogeniti omnis creaturæ dæmonium omne adiuratum vincitur, & in ditionem redigitur. Eius nominis potentiam dæmones tremunt & formidant.* Arnobius quoque lib. 1. contra Gentes: *Iesu*, inquit, *nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium Vatibus, Haruspices inconsultos reddit, arrogantium Magorum frustrari efficit actiones.* Quâ de re consule Serarium nostrum lib. 1. Iosue cap. 2. quæst. 13. copiosè & eruditè disserentem.

Nomen Dei dæmonibus formidabile.

10. *Initium sapientiæ timor Domini.*] Iam cùm sine initio perueniri ad finem non possit; perfacilè quisque videat, quo loco timor esse debeat, quamque vtilis ac necessarius ad salutem sit, cùm tam necessarius ad sapientiam sit; cuius felici manu ducimur ad Deum, & ad beatam vitam nullo æuo finiendam, abducimurque ab inferorum pœnis numquam morituris, cum abducamur à peccatis. Nam licet amor validissimum aduersus peccata remedium sit, vsitatissimum tamen inter homines timor est: qui etiam via quædam ad amorem est, ad quem paulatim hominem ducit non filialis tantùm, qui indiuiduus amoris socius est, sed etiam seruilis; qui auocando à peccatis, hominemque terrendo, semitam ad virtutem sternit, inde ad amorem. Hinc S. Basilius in Psal. 32. ait timorem diuinum esse εἰσαγωγικὸν, *introductorium*, videlicet auream quamdam portam aditumque ad omne genus honestatis & beatissimæ vitæ: quo ductore, & veluti admissionali, vsi omnes qui beatitudine potiuntur. In ea tamen significatione non videtur Cresollio Dauid hîc asseruisse, timorem Domini esse *initium sapientiæ:* quasi inchoatio sit quædam & introductio ad sapientiam. In arcano enim sermone *initium* est sæpè idem quod rei flos delibatus atque perfectio; vt initium sapientiæ dicatur timor, quasi apex & colophon sapientiæ Christianæ, pulcherrimus oculus gemmaque illius virtutis, denique velut anima, & quod præcipuum & præstabilissimum est in sapientia. Auctor Ecclesiastici vocat *plenitudinem sapientiæ:* qui etiam alio loco *initium* eodem planè sensu adhibuit, cùm de ape loquitur; cuius fructum, hoc est mel, prædicat in hunc modum: *Initium dulcoris habet fructus eius*: in Græco est, Ἀρχὴ γλυκασμάτων: Iansenius vertit, *Principatus dulcedinem*; & sic illustrat: Fructus eius habet initium dulcoris; hoc est, Obtinet primas partes in dulcedine: inter omnia dulcia dulcissimus est: quòd nihil melle sit dulcius. Sic apud Iobum insignis bellua dicitur *principium viarum Dei*; & homo apud D. Iacobum *initium creaturæ*. Constat ergo timorem Dei esse cognatum sapientiæ, atque adeò initium ipsius, hoc est plenam & consummatam sapientiam. De multiplici autem timoris diuisione ac natura vide Cresollium nostrum Anthologiæ cap. 7. copiosè atque eruditè hoc argumentum pertractantem.

Quomodo timor Domini sit initium sapientiæ.

Eccli. 1.

Eccli. 11, 3.

Iob 40, 14.

Iacobi 1, 18.

IBIDEM. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.*] Viuentibus, inquam, iuxta præscriptum timoris Domini; de quo immediatè dixerat: *Initium sapientiæ timor Domini.* Et mandata seruantibus dabitur intellectus sanus, iudicium integrum ac syncerum, quo possint diaboli versutias internoscere, & se à laqueo venantium liberare. *His* (inquit Chrysostomus ad hunc locum) *qui faciunt sapientiam, & eam factis ostendunt, bonus est intellectus.* Intellectus bonus, inquit, quoniam est etiam malus intellectus; vt quando dicit: *Sapientes sunt vt malè faciant; bonum autem facere non nouerunt.* Ipse autem quærit eum intellectum, qui in virtute situs est.

Quis intellectus bonus sit.

Iere. 4, 22.

IN

Digitized by Google

IN PSALMVM CXI. ARGVMENTVM.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ἀλληλούϊα.

Προτρεπτικὴν μὲν ἔχει οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐπ' ἀρετήν· ὡμοίωται δὲ τῷ πρώτῳ. πλατύτερον δὲ οὗτος ποιεῖται τὴν προτροπὴν καὶ συγκαταβατικώτερον.

Alleluia *.

* Vulgata addit, Reuersionis Aggæi & Zachariæ.

Hic Psalmus quidem continet adhortationem ad virtutem; assimilatur autem primo. Verùm hic nonnihil fusiorem & ad captum magis accommodatam monitionem facit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν κύριον· ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα.

Τὸ θελήσει· ἀντὶ τοῦ, σπουδάσει τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ποιεῖν.

β'. Δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ· γενεὰ εὐθέων εὐλογηθήσεται.

Ἔσται δέ, φησιν, αὐτοῦ μισθὸς, τῆς εὐσεβείας ταύτης ἡ εὐπαιδία, καὶ τὸ ἐν δυνάμει καὶ εὐλογίᾳ εἶναι τοὺς ἐξ αὐτοῦ. ἐπάγει γάρ·

γ'. Δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Δικαιοσύνην αὐτοῦ καλεῖ ταύτην αὐτὴν τὴν εὐλογίαν, ὡς δικαίως αὐτῷ παρασχεθεῖσαν παρὰ θεοῦ.

δ'. Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσιν· ἐλεήμων, καὶ οἰκτίρμων, καὶ δίκαιος.

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ἐν εὐθηνίᾳ τοὺς τοιούτους καθίστησιν, ἀλλὰ καὶ συμφορῶν ἀπαλλάττει. Ἔστι γάρ, φησιν, ὁ θεὸς φιλάνθρωπος καὶ οἰκτίρμων· χρῆται δὲ ὅμως καὶ τῷ δικαίῳ ἐν χρείᾳ. εἶτα λέγει ὁποῖον ὀφείλει εἶναι ὁ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογίας τυχών· ἐπάγει γάρ·

ε'. Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτίρμων καὶ κιχρῶν, οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει·

ς'. Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ σαλευθήσεται.

Φροντιζέτω δέ, φησιν, ὁ τοιοῦτος

1. BEATVS vir qui timet Dominum; in mandatis eius volet nimis.

Istud *volet*, id est, Satagет facere mandata Dei.

Fructus viri timentis Dominum.

2. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

Hæc autem, inquit, erit merces eius, vt felix sit liberis, & posteri eius potentes sint & benedicti. subiungit enim:

3. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Iustitiam eius appellat hanc eamdem benedictionem, vtpote quæ iustè ipsi à Deo concessa sit.

4. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus.

Non solùm verò, inquit, tales cumulat felicitate, sed etiam liberat ab ærumnis. Deus enim, inquit, benignus & misericors est; attamen iustitiâ quoque cùm opus est vtitur. Deinde tradit qualem esse oporteat eum qui à Deo benedictionem consequitur. subdit enim:

5. * Suauis vir qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio:

* Vulgata Iucundus homo

Qualis esse debeat, qui à Deo benedictionem consequitur.

6. Quia in æternum non commouebitur.

Istiusmodi autem, inquit, ante omnia curam

PARAPHRASIS ANONYMI.

curam habeat iustitiæ; posteà verò etiam caueat ne vel labijs in Deum impingat, & hoc modo semper maneat, immutatus in bono consistens.

περὶ πάντων δικαιοσύνης· μετὰ δὲ τοῦτο ἄρχει καὶ τῶν χειλέων φυλάξεται μὴ προσκρούειν τῷ Θεῷ, καὶ οὕτως ἀπαράτρεπτος μένει, διηνεκῶς ἑστὼς ἐν τῷ ἀγαθῷ.

7. In memoria æterna erit iustus:

ζ΄. Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος·

Istiusmodi verò, inquit, memoriam succedens quoque tempus excipiet.

Διαδέξεται δέ, φησι, τὴν μνήμην τοῦ τοιούτου καὶ ὁ ἐπιγινόμενος χρόνος.

Ab auditione mala non timebit.

Ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται.

Talem autem, inquit, nulla sinistra fama turbabit.

Ταράξει δέ, φησι, τὸν τοιοῦτον οὐδεμία φαῦλος ἀκοή.

Paratum cor eius sperare in Domino:

Ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον·

8. Confirmatum est cor eius: non * timebit, donec videat super inimicos suos.

* Vulgata commouebitur, donec despiciat inimicos suos.

η΄. Ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ· οὐ μὴ φοβηθῇ, ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Nam cor, inquit, istiusmodi erit constans & spe Dei confirmatum. Et non solùm ipse non patietur vllum malum, verùm etiam despiciet inimicos suos, calamitatibus in hostes conuersis.

Βεβαία γάρ ἐστι, φησιν, ἡ καρδία τοῦ τοιούτου καὶ ἐστηριγμένη τῇ ἐλπίδι τοῦ Θεοῦ. καὶ οὐ μόνον αὐτὸς οὐ πείσεται φαῦλον οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐπόψεται, ξενομένων τῶν συμφορῶν ἐπὶ τοὺς ἐναντίους.

9. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

θ΄. Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ.

Vt ostenderet Deo magnam curam esse benignitatis & misericordiæ. Talis, inquit, erit etiam gloriosus in terra. Cornu enim ipsius potentiam eius vocat.

Ὡς ἂν δείξειεν ὅτι πολλὴ φροντίς ἐστι τῷ Θεῷ τῆς φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης. ἔσται, φησί, καὶ τοιοῦτος ἔνδοξος ἐπὶ τῆς γῆς. Κέρας γὰρ αὐτοῦ τὴν δυναστείαν αὐτοῦ λέγει.

10. Peccator videbit, & irascetur; dentibus suis fremet & tabescet: desiderium * peccatoris peribit.

* Vulgata peccatorum

ι΄. Ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται· τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ τακήσεται· ἐπιθυμία ἁμαρτωλοῦ ἀπολεῖται.

Impius verò, inquit, iusti felicitate cruciabitur, ea quæ non vult videns. Talis autem omnia componet ad insidias; sed nihil efficiet. Non enim desiderium peccatoris iusto prædominabitur, sed cum possessore suo abolebitur.

Ὁ ἀσεβὴς δέ, φησιν, ἀντὶ τιμωρίας ἕξει τὴν τοῦ δικαίου εὐπραγίαν, ὁρῶν ἃ μὴ βούλεται. ποιήσει δὲ πάντα φησὶν ὁ τοιοῦτος πρὸς ἐπιβουλήν· οὐκ ἰσχύσει δὲ οὐδέν. οὐ γὰρ κυριεύσει κατὰ τοῦ δικαίου ἡ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἐπιθυμία, σὺν αὐτῷ δὲ τῷ ἔχοντι ἀφανισθήσεται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. BEATVS VIR QVI TIMET DOMINVM.] Per hoc docemur, quomodo expletio mandatorum, factores suos beatos declarans, bonas

α΄. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ Ο ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Διδασκόμεθα διὰ τούτου, ὡς ἡ τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσις, μακαρίους ἀποφαίνουσα τοὺς

Digitized by Google

τοὺς ἐργαζομένους, ἀγαθὰς προσδοκίας εἰς τὸ μέλλον παρέχεται. Οὐκ ἀρκεῖ δὲ ὁ φόβος μακαρίους ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ τὸ θέλειν προσῇ ἀνάγκης ἐκτὸς ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, ὡς ἂν μὴ ἐπάναγκες μηδὲ παρὰ προαίρεσιν φυλάττοι τις τὰς ἐντολὰς, ἀλλ' ἐθελοντὴς, καὶ μετὰ τοῦ στέργειν, καὶ σὺν προθυμίᾳ ἀγαπᾷν τὴν τῶν θείων ἐντολῶν φυλακήν. Ἀσφαλῶς γὰρ εἴρηται τὸ θελήσει· ἀντὶ τοῦ, σπουδάσει τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ποιεῖν. μισθὸς δὲ τῆς εὐσεβείας ἔσται καὶ εὐπαιδία, καὶ τὸ ἐν δυνάμει εἶναι τοὺς ἐξ αὐτῆς. Τοῦτο γὰρ ἐπέραστον ἐδόκει τοῖς τότε. Κατὰ δὲ διάνοιαν τὸ τῶν Ἀποστόλων σπέρμα καὶ ἡ διδαχὴ τοσαύτης μετέχει δυνάμεως, ὡς καρποφορῆσαι εἰς ἑκατὸν, καὶ μυριάνδρους ἐκκλησίας συστήσασθαι. Καθόλου δέ, φησιν, ὁ Θεὸς τῶν δικαίων τὸ γένος, τὸ εὐθύτητος καὶ δικαιοσύνης ἐπιμελούμενον εὐλογεῖ· εὐλογίαν λέγων τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν, δόξαν, καὶ πλοῦτον. Ἀλλὰ ταῦτα ἐπὶ τοῖς ἁγίοις μὴ λογιζέσθω, ὡς παρερχόμενα· τούτων μὲν γὰρ οὐδὲν εἶχον, πάντα δὲ κατεῖχον, ὡς ὁ Παῦλος. Δικαιοσύνην δὲ καλεῖ ταύτην τὴν εὐλογίαν, ὡς δικαίως αὐτοῖς παρεχθεῖσαν. ἡ δὲ τῶν ἁγίων δικαιοσύνη οὐ μέχρι τοῦ παρόντος στήσεται.

δ'. Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς.] Σκότος τὴν ἄγνοιαν καὶ τὰς συμφορὰς σημαίνει. οἷον· καὶ ἀγνοοῦσιν ὑποδείξει τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐν τῇ τῶν λυπηρῶν προσβολῇ τὴν οἰκείαν παρέξει ἐπικουρίαν, καὶ τῶν λυπηρῶν ἀπαλλάξει. Ἔστι γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος καὶ οἰκτίρμων· χρῆται δὲ ὅμως καὶ τῷ δικαίῳ ἐν χρείᾳ. εἶτα λέγει, καὶ ὁποῖος ὀφείλει εἶναι ὁ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας τυχών. ἐπάγει γάρ· Χρηστὸς ὁ ἀνὴρ ὁ οἰκτίρμων καὶ κιχρῶν. δεῖγμα πρῶτον τῆς ἀγαθότητος τίθησι τὸ οἰκτείρειν, ἵν' ἐν πρώτοις ᾖ μιμητὴς τοῦ δεδωκότος τὴν χάριν. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· ἀγαθὸς, χαριστικὸς, καὶ κιχρῶν, οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως. ἀντὶ τοῦ· οἰκτίρμων μὲν ὡς τῆς φύσεως κοινωνὸς· κιχρῶν δὲ ὡς προσμένων τὴν ἔκτισιν ἐκ Θεοῦ. Οὐδὲν δὲ ἀδιακρίτως ὁ τοιοῦτος ἐργάζεται. ἢ ὡς ἕτερος. ἀντὶ τοῦ· ἄχρι καὶ χειλέων καὶ λόγων φυλάξεται τοῦ προσκροῦσαι Θεῷ· ἐὰν δὲ καὶ ἐλεήμων ᾖ, καὶ περὶ τὰς πράξεις ἀσφαλὴς, ἀπε-

ijs expectationes in futurum præbeat. Non sufficit autem timor ad beatos efficiendos, nisi adsit etiam voluntas absque necessitate in præceptis eius, ne quis coactus vel citra liberam voluntatem mandata custodiat, sed voluntariè, & cum amore, & cum alacritate diuinorum diligat obseruationem mandatorum. Disertè enim dixit *volet*: id est, Satagет vt faciat mandata Dei. Merces porrò pietatis erit fecunditas liberorum, & potentia posterorum. Hoc enim istius temporis hominibus perquàm optabile videbatur. Secundùm intelligentiam verò semen Apostolorum atque doctrina istiusmodi virtutem habuit, vt centesimum fructum referret, & decem millium virorum Ecclesias constitueret. Vniuersim autem, inquit, Deus genus iustorum benedicit, quòd rectitudinis atque iustitiæ curam gerit; benedictionem vocans humanam felicitatem, gloriam, & diuitias. Verùm hæc, vtpote transitoria, in Sanctis non magni fiant: siquidem nil horum habuerunt, tamen omnia possederunt, vt Paulus ait. Iustitiam autem appellat hanc benedictionem, vt quæ iustè ipsis attributa sit. Iustitia verò Sanctorum nequaquam præsenti tempore terminabitur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Qualis voluntas necessaria sit ad mandata Dei seruanda.

Pietatis merces qualis.

1 Cor. 6, 10.

4. Exortvm est in tenebris lvmen.] Tenebræ hoc loco ignorantiam & ærumnas significant. q. d. Et ignorantibus ostendet veritatem, & in rerum tristium incursu auxilium suum præbebit, & à molestijs liberabit. Deus enim, inquit, & humanus & misericors est: verumtamen cùm opus est adhibet etiam iustitiam. Deinde tradit, qualis esse debeat qui à Deo benedictionem consequitur. subdit enim: *Suauis vir qui miseretur & commodat*. Primum argumentum probitatis ponit illud *Qui miseretur*, vt in primis imitator sit eius qui hanc gratiam concessit. Symmachus autem sic legit: *Bonus, munificus, & commodans, qui dispensat res suas cum iudicio*. q. d. *Qui miseretur* quidem tamquam naturæ eiusdem particeps; *commodat* verò tamquam à Deo expectans solutionem. Talis autem nil indiscretè peragit. Vel vt alius. q. d. Etiam labijs aut verbis tenus cauebit in Deum impingere: si porrò etiam misericors fuerit, & circa res agendas securus, manebit

Quæ sint argumenta probitatis.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

nebit inuariabilis semper in bono consistens.

7. IN MEMORIA ÆTERNA ERIT.] Istiusmodi, inquit, memoriam etiam subsequens tempus excipiet; sed neque mala auditio siue fama conturbabit eum, neque minas formidabit, neque annuntiationes quæ metum incutiant. Huius autem causa est; *quia paratum* siue firmum est *cor eius* propter spem in Deum; & quoniam confirmatum est, non solùm ipse nil mali patietur, verùm etiam despiciet inimicos suos, calamitatibus in hostes conuersis. Symmachus verò ait: *Firmum cor eius, expers sollicitudinis in Domino.* Præterquam autem quòd non metuat, etiam inimicorum suorum subiectionem præstolabitur. Illud autem *Donec videat* non eò dicit, quòd postquam viderit concutiendus sit: (nam qui à minitantibus minimè fuit commotus, quomodo ijs è medio sublatis conquassaretur?) sed illud *donec* more scripturistico dictum est.

Viri iusti cor in Deo fixum.

9. DISPERSIT, DEDIT PAVPERIBVS.] Magnam ostendit mandati huius vim; quapropter etiam à principio adhortans ab eleëmosyna exorsus est, & mercede quæ illam sequitur in medio propositâ, in eamdem rursus desijt, ostendens Deum magnam habere curam humanitatis. Ceterùm vberem & liberalem mandati huius executionem proponit dum ait, *Dispersit.* Qui enim parcus est etiam colliget manipulos. Qui autem pauperi fœneratur, constituit se in partem eius qui propter nos egenus factus est. Copiosâ igitur, inquit, manu semina dissipanda sunt spe manipulorum. Porrò talis, inquit, erit etiam potens in terra & conspicuus. Cornu enim potentiam designat [desumpta locutione] ab animalibus quæ se cornibus vlciscuntur. Vel cornu eius idem est quod Regnum, quo dignus habebitur in sæculo futuro.

Cornu potentia symbolum.

10. PECCATOR VIDEBIT, ET IRASCETVR.] Impius verò, inquit, & qui malè viuit, videns iusti splendorem, ipsius felicitatem pro suo supplicio habebit, & quaslibet insidias machinabitur, sed nil præualebit. Non enim dominabitur iusto desiderium peccatoris, sed cum possessore suo delebitur. Vel ac si dicat: Desiderium peccatorum, diuitiæ, & res omnes terrenæ imposturæ sunt.

Desiderium peccatorum perit.

εἴρηπτος μθμ' διηνεκῶς ἑςὼς ἐν τῷ ἀγαθῷ.

ζ'. ΕΙΣ ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ ΑΙΩΝΙΟΝ ΕΣΤΑΙ.] Διαδέξεται δέ, φησι, τὴν μνήμην τῦ τοιύτυ καὶ ὁ ἐπιγινόμενος χρόνος· ἀλλ' ὐδὲ φαύλη ἀκοὴ ἤτοι φήμη ταράξει αὐτὸν, καὶ ὔτε ἀπειλὰς δείσει, ὔτε ἀγγελίας φόβον ἐμποιύσας. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ἑτοίμη ἤτοι βεβαία ἐςὶν ἡ καρδία αὐτῦ διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα· καὶ διὰ τὸ ἐςηρίχθαι, ὐ μόνον αὐτὸς ὐδὲν πείσεται φαῦλον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐπόψεται, τρεπομένων τῶν συμφορῶν ἐπὶ τὺς ἐναντίυς. ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἑδραία ἡ καρδία αὐτῦ, ἀμέριμνος ἐν κυρίῳ. πρὸς δὲ τῷ μὴ δεδοικέναι, καὶ τῶν ἐχθρῶν προσμενεῖ τὴν ἧτταν. Τὸ δὲ ἕως ὐ ἐπίδῃ ὐχ', ὅτι μετὰ τὸ ἐπιδεῖν σαλευθήσεται· (ὁ γὰρ ἀπειλύντων μὴ σαλευθεὶς, πῶς καθῃρημένων σαλευθήσεται;) ἀλλ' ἔθει γραφικῷ τὸ ἕως ὐ εἴρηται.

θ'. ΕΣΚΟΡΠΙΣΕΝ, ΕΔΩΚΕ ΤΟΙΣ ΠΕΝΗΣΙΝ.] Πολλὴν δείκνυσι τῆς ἐντολῆς τὴν ἰσχύν· διὸ καὶ προτρεπόμενος ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ ἐλεημοσύνης ἤρξατο, καὶ τὸν ἀκολουθῦντα μισθὸν ἐν μέσῳ θεὶς, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν κατέληξε, δεικνὺς ὡς πολλή ἐςι φροντὶς τῷ Θεῷ φιλανθρωπίας. Τὴν μετὰ δαψιλείας δὲ καὶ φιλοτιμίας τῆς ἐντολῆς ἐνέργειαν παρίςησι διὰ τῦ, ἐσκόρπισεν. Ὁ γὰρ φειδόμενος καὶ συλλέξει τὰ δράγματα. ὁ δὲ τῷ πτωχῷ δανείσας, εἰς τὴν μερίδα τῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος ἑαυτὸν κατεςήσατο. Ἀφθόνῳ ὖν, φησι, χειρὶ σκεδαςέον τὰ σπέρματα τῇ τῶν δραγμάτων ἐλπίδι. Ἔςαι δέ, φησιν, ὁ τοιῦτος καὶ δυνατὸς ἐπὶ γῆς καὶ περίβλεπτος. Κέρας γὰρ ἡ ἰσχὺς ἀπὸ τῶν κέρασιν ἀμυνομένων ζώων. ἢ τὸ κέρας αὐτῦ ἤτοι ἡ βασιλεία, ἧς ἀξιωθήσεται ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

ι'. ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ ΟΨΕΤΑΙ, ΚΑΙ ΟΡΓΙΣΘΗΣΕΤΑΙ.] Ὁ δὲ ἀσεβὴς, φησι, καὶ κακίᾳ συζῶν, τῦ δικαίυ βλέπων τὴν περιφάνειαν, ἀντὶ τιμωρίας ἕξει τὴν ἐκείνυ εὐπραγίαν, καὶ πάντα μὲν ποιήσει πρὸς ἐπιβυλὴν, ἰσχύσει δὲ ὐδέν. Οὐ γὰρ κυριεύσει κατὰ τῦ δικαίυ ἡ τῦ ἁμαρτωλῦ ἐπιθυμία, σὺν αὐτῷ δὲ τῷ ἔχοντι ἀφανισθήσεται. ἢ ἀντὶ τῦ· ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπιθυμία, ὁ πλῦτος, καὶ πᾶσα ἡ περίγειος ἀπάτη ἐςίν.

ἡ διὰ

Digitized by Google

ἢ διὰ τοῦτο καὶ ἀφανίζεται, ὡς οὐδὲν ἔχουσα μόνιμον ἢ ἑδραῖον. Καὶ κατὰ τὸ μέλλον δὲ τυχόντων τῶν δικαίων τῶν ἐλπιζομένων, ὁ ἄδικος εἰς κόλασιν ἐμπεσὼν, ἣν ἐπορίσατο, δίκαιον, ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται καθ' ἑαυτοῦ, καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας ἐν μεταμελείᾳ γινόμενος. Ἄλλως δὲ ὁ ἁμαρτωλὸς Ἰουδαῖος, ὁ ἐκπεσὼν, ὄψεται τὴν προκοπὴν τῶν ἐθνῶν, καὶ ὀργισθήσεται, καὶ τακήσεται, ἀποβαλὼν τὸν ὄγκον τῆς ὑλικῆς ἕξεως καὶ προαιρέσεως.

Vel idcircò etiam deletur, quòd nil permanens stabileque habeat. Quin etiam in futuro, cùm iusti ea quæ sperauerant adepti fuerint, impius in supplicium quod sibi consciuit incidens, videbit iustum, & irascetur sibi ipsi, ac pœnitentiâ ductus dentibus stridebit. Aliàs verò peccator est Iudæus, qui cùm exciderit, videbit profectum Gentium, & irascetur, & tabescet, materialis habitus & affectus pondere abiecto.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς κατὰ στοιχεῖον γέγραπται. ἀλλ' ὁ μὲν φθάσας δοξολογίας, ἔχει στοιχείωσιν πολιτείας δὲ οὗτος· ὥσπερ τι ἀναγκαίως ἑκατέρῳ παῖδες Ἑβραίων τὰ στοιχεῖα ἐνήρμοσαν.

Hesychii. Etiam hic Psalmus secundùm alphabetum elementare conscriptus est. Sed præcedens quidem doxologiæ, hic verò politiæ elementationem continet; sic vt Hebræi necessariò vtrique elementa accommodauerint.

Psalmus hic elementaris est.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὡς Θεοδώρητος συνήθως πλαττόμενος ὑποθέσεις, ἢ ἑτέροις τοῦτο ποιοῦσιν ἐξακολουθῶν, ἐπινίκιον ὕμνον ἔφη τὸν παρόντα ψαλμὸν, κατὰ προφητείας εἰρημένον ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰωσαφὰτ βασιλέως Ἰούδα νίκῃ, ὁπηνίκα Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, πλῆθος ὅτι μάλιστα συναγαγόντες, ἐπεστράτευσαν τῇ Ἰούδα φυλῇ, καὶ τηνικαῦτα θείᾳ χάριτι κατὰ κράτος εἷλε τοὺς πολεμίους.

Anonymi. Sciendum autem, quomodo Theodoretus more solito argumenta concinnans, vel alios id facientes sequens, hunc Psalmum dixerit esse hymnum victorialem, secundùm Prophetiam dictatum pro victoria Iosaphat Regis Iudæ, quando Moabitæ, & Ammanitæ, & Idumæi, maximâ multitudine congregatâ exercitum mouebant contra Tribum Iuda, & quando diuinâ opitulante gratiâ validè hostes è medio sustulit.

Quale sit huius Psalmi argumentum.

α. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ Ο ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὕτως εἴωθε καλεῖν πάντα τὸν ἐξ ἐθνῶν προσιόντα τῷ Θεῷ. Παρίσταται δὲ τοῦτο, ἀπὸ τοῦ διεσταλμένως μετὰ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ μετὰ τὸν οἶκον Ἀαρὼν, καὶ μετὰ τὸν οἶκον Λευὶ, τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον ἐπὶ τὸν ὕμνον τοῦ Θεοῦ καλεῖσθαι, ὡς ἐν ἑτέροις εἴρηται. Τίνες γὰρ ἂν εἶεν μετὰ τούτους οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἀλλ' οἱ ἐξ ἐθνῶν ἀλλόφυλοι καὶ ἀλλογενεῖς. Οὐκοῦν ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ, οὐκ ἄλλος τις ἂν εἴη ὁ μακαριζόμενος τοῦ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότος τῷ Θεῷ λαοῦ ὅντινα ὀνομάζει φοβούμενον τὸν κύριον. Οὐ μὴν ἤδη τοῦ μακάριος ὁ τοιοῦτος, εἰ μὴ καὶ τὸ ἑξῆς αὐτῷ ἐποιεῖτο· τουτέστι, τὸ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θέλειν σφόδρα. Ἀσφαλὲς δὲ τὸ θέλειν κέκτηται, ὡς ἂν μὴ ἐπάναγκες μηδὲ παρὰ προαίρεσιν φυλάττοιτό τις τὰς ἐντολὰς, ἀλλ' ἐθελοντὴς, καὶ μετὰ τὸ στέργειν, σὺν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ γνησίως ἀγαπᾷν τὴν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ φυλακήν.

1. Beatvs vir qvi timet Dominvm.] Evsebii. Ita solet appellare quemlibet qui ex Gentibus ad Deum accedebat. Demonstratur hoc ex eo, quòd distinctè post Israël, & post domum Aaron, & post domum Leui, timentes Dominum ad hymnum seu laudem Dei inuitare soleat, vt in alijs dictum est. Quinam enim post illos fuerint hi qui timent Dominum, nisi ex Gentibus peregrini & alienigenæ. Itaque in hoc Psalmo qui præ manibus est, nullus alius beatus pronuntiatur nisi populus qui ex Gentibus ad Deum accessit: quem appellat timentem Dominum. Verumtamen haudquaquam talis beatus fuisset, nisi ea quæ subiunguntur fecisset; id est, in mandatis eius valdè cupiuisset. Solidam autem voluntatem habuit, ne quis coactus aut præter animi affectum mandata custodiat, sed volens, & cum amore, atque omni alacritate & sincerè mandatorum Dei obseruationem diligat.

Per timentes Dominum intelliguntur Gentes.

CATENA PATRVM.

Qui timet Deum cauet malum.

HESYCHII. Quia qui Deum timet omnem exercet malorum abstinentiam, non subijcitur mammonæ, amicitiam cum mundo minimè amplectitur, iudicem quasi sibi præsentem habet. Ac meritò beatus inuenitur qui Deo gubernante totam vitam suam dirigit.

Mandata Dei alacri animo peragenda.

CHRYSOSTOMI. Non dixit, *Mandata eius faciet*, sed *Volet*, aliquid amplius requirens. Quidnam autem hoc est? Ea facere cum studio & animi alacritate; esse vehementes eorum amatores, iussa eorum prosequi; amare ea non propter mercedem quæ est pro ipsis proposita, sed propter eum qui illa statuit; virtutem cum voluptate persequi, non propter metum gehennæ, nec propter minas supplicij, nec propter promissionem Regni, sed propter eum qui leges tulit.

Bonum solius Dei causâ agendum.

DIDYMI. Qui ea non alterius alicuius gratiâ quàm propter illa ipsa facit; v. g. non propter gloriam humanam, vel vt non incidat in supplicium quod peccatoribus infligendum est; vel ob mercedem; sed bonum ipsum solius Dei causâ facit, hic erit reuerà istiusmodi beatus.

2. POTENS IN TERRA ERIT SEMEN EIVS.] HESYCHII. Semen iustorum sunt hi qui disciplinas eorum suscipiunt, siue secundùm carnem proprij sint, siue alieni.

Quale semen viri probi potens fiat.

DIDYMI. Si quis obuio sensu & Iudaicè voluerit huius beati semen accipere, hic sermo eorum minimè cohærebit. Innumerabilium enim sanctorum virorum amicorumque Dei ac Prophetarum semen in terra nullum apparuit. Nemo vtique ostendere potest, v. g. Melchisedechi, aut Iesu Naue, aut Eliæ, aut Ieremiæ, aut ceterorum Prophetarum semen in terra potens extitisse. Secundùm intelligentiam verò sermonem hunc impletum intelliges cuiuslibet Apostolorum rationale semen considerando, quod in animas hominum velut in vberes fertilesque regiones iniectum, quantæ potentiæ extiterit, explicari non potest. Exemplo sit Paulus Apostolus, qui ab Hierosolymis vsque ad Illyricum millenorum virorum Ecclesias Deo erigens, potens in terra semen possedit: similiter quoque quilibet ceterorum discipulorum. Hoc igitur semen Sanctorum, cum

ΗΣΥΧΙΟΥ. Επειδὴ τὸν Θεὸν ὁ φοβούμενος πᾶσαν ἀσκεῖ κακῶν ἀποχὴν, οὐχ ὑποτάττεται τῷ μαμμωνᾷ, φιλίαν πρὸς τὸν κόσμον οὐκ ἀσπάζεται, ὡς παρόντα τὸν κριτὴν ἔχει. καὶ μακάριος εἰκότως ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον τοῦ Θεοῦ διοικοῦντος εὑρίσκεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπε, τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιήσει, ἀλλὰ θελήσει, ἐπεῖσόν τι πλέον ἐπιζητῶν. ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ μετὰ προθυμίας αὐτὰς ποιεῖν· τὸ ἐραστὰς αὐτοῦ εἶναι σφοδροὺς, τὸ μεταδιώκειν αὐτῶν τὰ ἐπιτάγματα· τὸ φιλεῖν αὐτὰς μὴ διὰ τὸν μισθὸν τὸν ὑπὲρ αὐτῶν κείμενον, ἀλλὰ διὰ τὸν θέντα αὐτάς· τὸ μεθ' ἡδονῆς μετιέναι τὴν ἀρετὴν, μὴ φόβῳ γεέννης, μηδὲ ἀπειλῇ κολάσεως, μηδὲ ἐπαγγελίᾳ βασιλείας, ἀλλὰ διὰ τὸν νομοθετήσαντα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ μὴ ἄλλου τοῦ χάριν ἢ αὐτῶν ἕνεκα ἐνεργῶν αὐτάς· οἷον, οὐ διὰ δόξαν ἀνθρωπίνην, ἢ διὰ τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπαγομένῃ κολάσει· ἢ διὰ μισθόν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν αἱρούμενος καὶ ἐνεργῶν ἕνεκα τοῦ Θεοῦ μόνου, οὗτος ἔσται ἀληθῶς ὁ τοιοῦτος μακάριος.

β'. ΔΥΝΑΤΟΝ ΕΝ ΤΗ ΓΗ ΕΣΤΑΙ ΤΟ ΣΠΕΡΜΑ ΑΥΤΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Σπέρμα τῶν δικαίων οἱ τὰς αὐτῶν μαθητείας λαμβάνοντες, κἂν οἰκεῖοί τινες ὦσι τὴν σάρκα, κἂν ἀλλότριοι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ μὲν προχείρως τὶς καὶ Ἰουδαϊκῶς ἐθέλοι σπέρμα ἐκλαβεῖν τοῦ μακαριζομένου, ἀσύστατος γένοιτ' ἂν αὐτῶν ὁ λόγος. μυρίων γὰρ ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν καὶ προφητῶν οὐκ ἐφάνη ἐν τῇ γῇ τὸ σπέρμα. Οὐ γάρ τις δύναται δεῖξαι, φέρε τοῦ Μελχισεδὲκ, ἢ Ἰησοῦ τοῦ Ναυὶ, ἢ τοῦ Ἠλία, ἢ τοῦ Ἱερεμία, ἢ τῶν λοιπῶν Προφητῶν σπέρμα δυνατὸν ἐν τῇ γῇ γεγενημένον. Κατὰ δὲ διάνοιαν νοήσεις τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα ἐπιστήσας ἑκάστῳ τῶν Ἀποστόλων ὧν τὸ λογικὸν σπέρμα ὅσης μετέσχε δυνάμεως, καταβληθὲν ὥσπερ εἰς χώρας εὐγείους καὶ καρποφόρους τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. οἷον Παῦλος ὁ Ἀπόστολος, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ συστησάμενος τῷ Θεῷ μυριάνδρους ἐκκλησίας, δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἐκτήσατο σπέρμα· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν μαθητῶν ἕκαστος. Τοῦτο τοίνυν τὸ σπέρμα τῶν ἁγίων, σὺν

αὐτοῖς

αὐτοῖς τοῖς τὰ τοιαῦτα καταπειρουσιν εὐλογεῖται, οὐκ ἐν τῇ τυχούσῃ γενεᾷ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τῶν εὐθέων.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοὺς μακαριζομένους ἄνδρας ἐπὶ τῷ τὸν τοῦ κυρίου φόβον ἔχειν τὸ σπέρμα, ὃ σπείρει εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν, τὴν σπουδαίαν καὶ καλὴν καρδίαν αὐτοῦ, δυνατόν ἐστιν, ὡς ἑκατονταπλασίονα καρπὸν ἐνεγκεῖν. Τῶν μὲν γὰρ φαύλων τὰ σπέρματα, ἃ σπείρουσιν εἰς τὴν σάρκα, τὴν ὑλικὴν καὶ γεώδη ἕξιν, αὐτῶν ἀσθενεῖ· διὸ καὶ θερίζουσιν ἐκ τῆς σαρκὸς φθοράν. τῶν δὲ σπειρόντων εἰς τὸ πνεῦμα δυνατὸν τὸ σπέρμα· ὅθεν καὶ θερίσουσιν εἰς ζωὴν αἰώνιον.

γ´. ΔΟΞΑ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΟΣ ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ἡ δόξα καὶ ὁ πλοῦτος μὴ τῶν παρερχομένων λογιζέσθω· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον παρὰ τοῖς ἁγίοις εὑρίσκεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο νοήσεις ἀκούσας Παύλου λέγοντος· Ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς πλουτίζοντες· καὶ ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. τίς δ᾽ ἂν γένοιτο πλουσιώτερος τοῦ κληρονόμου θεοῦ, συγκληρονόμου δὲ Χριστοῦ;

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ τοὺς Ἰησοῦ λόγους οὓς ἤκουσεν εἰς ἔργον μεταβαλὼν, οἰκοδομεῖ ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ἐπὶ τὸν ἀρραγῆ τοῦ θεοῦ λόγον τὰς κρηπῖδας τοῦ θεωρητικοῦ καὶ πρακτικοῦ βίου ἑαυτοῦ καταβαλόμενος. Ταύτην οὖν ἣν ᾠκοδόμησεν οἰκίαν ἕκαστος τῶν φοβουμένων τὸν κύριον τῷ ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου τεθεληκέναι, τουτέστι τοῖς Ἰησοῦ λόγοις σφόδρα τεθεληκέναι, πληροῖ δόξης νοημάτων τῆς ἀληθείας, καὶ πλούτου συγκειμένου ἐκ παντὸς λόγου, καὶ πάσης γνώσεως καὶ ἔργων ἀγαθῶν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Καὶ ταύτας ὡς πρὸς ἀτελεῖς, καὶ τῶν τελείων ἐπαΐειν οὐ δυναμένους, ποιεῖται τὰς ὑποσχέσεις. οὕτω τῷ Σολομῶντι καὶ δόξαν καὶ πλοῦτον προσέθηκεν· οὕτω τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὸν τῶν Αἰγυπτίων ἐδωρήσατο πλοῦτον.

ΚΑΙ Η ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΑΥΤΟΥ ΜΕΝΕΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερός φησιν ἑρμηνευτὴς, ἡ ἐλεημοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ἤτοι τὴν ἀρετὴν τὴν καθόλου φησὶν ἐνταῦθα, ἤτοι τὴν ἀντικειμένην τῇ ἀδικίᾳ. ἢ, καθὼς ἕτερος ἑρμηνευτὴς, ἐδήλωσε τὴν φιλανθρωπίαν τὸν ἔλεον. ἡ γὰρ τῆς ἐλεημοσύνης δύναμις ἀθάνατον πρᾶγμα καὶ ἀκήρατον καὶ οὐδέποτε σβεσθῆναι δυναμένον. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀνθρώπινα ἅπαντα διασύρεται, ὁ δὲ τῆς ἐλεημοσύνης

ijs qui istiusmodi seminarunt, non in qualicumque, sed in rectorum generatione benedicitur.

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Viri propter Domini timorem beati dicti semen, quod in terram bonam [id est] probum bonumque cor suum seminat, potens existit, ita vt centesimum fructum adferat. Etenim improborum semina, quæ seminant in carne [id est] materiali & terrestri affectu suo, infirma sunt: quamobrem etiam de carne metunt corruptionem. Eorum verò qui in spiritu seminant potens est semen; vnde etiam metent in vitam æternam.

Gal. 6, 8.

3. GLORIA ET DIVITIÆ IN DOMO EIVS.] ATHANASII. Tam gloria quàm diuitiæ ne de rebus transitorijs intelligantur: nihil enim istiusmodi apud Sanctos reperitur.

Quales sint diuitiæ viri probi.

DIDYMI. Hoc intelliges audiendo Paulum dicentem: *Sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Quis enim possit esse ditior herede Dei, coherede autem Christi?

2. Cor. 6, 10.

EIVSDEM. Is qui sermones Iesu quos audiuit in opus deducit, ædificat supra petram domum suam, super inconcussum Dei verbum contemplatiuæ atque actiuæ vitæ suæ fundamenta collocans. Hanc igitur domum quam vnusquisque timentium Dominum in mandatis eius cupiendo, id est Iesu sermones auidè amplectendo, ædificauit, eamdem gloriâ intelligentiarum veritatis, & diuitijs ex omni verbo, & omni scientia probisque operibus collectis adimplet.

APOLINARII. Etiam has veluti imperfectis, & perfectiora capere non valentibus, facit promissiones. Sic Salomoni quoque gloriam & diuitias proposuit: ita filijs Israël Ægyptiorum opes concessit.

ET IVSTITIA EIVS MANET.] CHRYSOSTOMI. Alius interpres dicit, *Et misericordia eius manet in sæculum sæculi.* Vel hic dicit virtutem in genere, vel iustitiam quæ opponitur iniustitiæ. Vel, quemadmodum alius interpres, clementiam dixit misericordiam. Virtus enim eleemosynæ res est immortalis & incorruptibilis: nec vnquam extingui potest. Atqui humana quidem omnia conuelluntur, fructus autem eleemosynæ immar-

Fructus iustitiæ perennis est.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

immarcescibilis semper permanet, nullâ difficultate temporum reprobatus.

Rom. 3. 20. Rom. 10, 5. Rom. 4, 3.

DIDYMI. Ceterùm hoc etiam intelliges, sciens, *quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo*, secundùm Apostolum; sed qui fecerit ea, viuet in eis. Ex auditu autem fidei primus quidem *credidit Abraham Deo; & reputatum est illi ad iustitiam.* Deinde verò illi qui vt ipse similiter Christi Euangelium ex fide perfecerunt.

Quale sit lumen viri probi.

4. EXORTVM EST IN TENEBRIS LVMEN.] EVSEBII. Is qui beatus dictus est proprium lumen non deserit, doctrinam suam non omnibus, sed rectis exoriri faciens, ac lumen cognitionis intus in rectorum generatione præbens, ac rectos illuminans.

Malach. 4.

CHRYSOSTOMI. Cùm enim tenebræ mare & terram occuparent, & error vbique esset diffusus, Sol iustitiæ deorsùm exortus est. Quoniam enim homines cælo relicto Deum in terris quærebant, ibidem ijs apparuit, se ad eorum imbecillitatem demittens, vt illos ad altitudinem infinitam eueheret.

THEODORETI. Tenebras modò quidem ignorantiam, modò verò calamitates nominat. Sed & lumen similiter nunc quidem cognitionem, nunc verò malorum liberationem appellat. Dicit igitur ignorantibus se veritatem demonstraturum, & in molestiarum impetu suam opem ijs allaturum. Sic Iosephum à fratrum cæde eripuit: sic eumdem calumniâ reddidit illustriorem. Sic ereptâ Sarrâ fauorem suum Abrahæ porrexit. Sic Laban perterruit, & fugientem insequente potentiorem ostendit.

Ioan. 3, 20.

HESYCHII. Ad quid autem *rectis*? quia qui malè agunt oderunt lucem, eò quòd ab illa arguantur, nec illi oculos suos præstare velint.

Ephes. 4. 28.

5. SVAVIS VIR QVI MISERETVR ET COMMODAT.] EVSEBII. Non occludit viscera sua, sed ex ijs quæ illi suppetunt tribuit necessitatem patientibus.

Qui pauperi commodat, Deo fœneratur.

Prou. 19, 17.

HESYCHII. Non eum qui simpliciter commodat, sed in miserendo benignum meritò Propheta exposuit. Siquidem ille lucri spe, hic verò lege commiserationis commodat tribuitque. Perspicuè igitur hoc loco describit pauperum amatorem. Hic Deo

καρπὸς ἀμάραντος μένει διηνεκῶς, οὐδεμιᾷ δυσκολίᾳ καιρῶν ἐλεγχόμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο, ἐπιςήσας, ὅτι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Ἐξ δὲ ἀκοῆς πίστεως πρῶτος μὲν ἐπίστευσε τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ· καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ὁμοίως αὐτῷ τὸ τοῦ Χριςοῦ Εὐαγγέλιον διὰ πίστεως κατορθοῦντες.

δ'. ΕΞΑΝΕΤΕΙΛΕΝ ΕΝ ΣΚΟΤΕΙ ΦΩΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μακαριζόμενος τὸ οἰκεῖον φῶς οὐ διαλείπει, ἐξανατέλλων οὐ πᾶσι τὴν διδασκαλίαν δὲ τοῖς εὐθέσιν αὐτοῦ, καὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς ἔνδον ἐν τῇ τῶν εὐθέων γενεᾷ παρέχων, καὶ τοὺς εὐθεῖς φωτίζων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Κατέχοντος γὰρ σκότους γῆν καὶ θάλατταν, καὶ πλάνης πανταχοῦ κεχυμένης, κάτωθεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος. Ἐπειδὴ γὰρ οὐρανὸν ἀφέντες οἱ τότε ἄνθρωποι θεὸν ἐπὶ γῆς ἐζήτουν, ἐκεῖθεν αὐτοῖς ἐφάνη, συγκαταβὰς τοῖς ἀσθενοῦσιν, ἵνα ἀναγάγῃ πρὸς ὕψος ἄπειρον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σκότος ποτὲ μὲν τὴν ἄγνοιαν, ποτὲ δὲ τὰς συμφορὰς ὀνομάζει. καὶ φῶς δὲ ὡσαύτως νῦν μὲν τὴν γνῶσιν, νῦν δὲ τὴν κακῶν τὴν ἀπαλλαγὴν προσαγορεύει. Λέγει τοίνυν ὅτι ἀγνοοῦσιν ὑποδείξει τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐν τῇ τῶν λυπηρῶν προσβολῇ οἰκείαν ἐπικουρίαν ὀρέξει. Οὕτω τὸν Ἰωσὴφ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν μιαιφονίας ἐξήρπασεν· οὕτως αὐτὸν τῆς συκοφαντίας ἀπέφηνε κρείττονα. οὕτω τῆς Σάῤῥας ἁρπαγείσης ὤρεξε τῷ Ἀβραὰμ τὴν οἰκείαν ῥοπήν. Οὕτω τὸν Λάβαν ἐξεδειμάτωσε, καὶ τὸν φεύγοντα τοῦ διώκοντος δυνατώτερον ἔδειξεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Διὰ τί δὲ τοῖς εὐθέσιν; ἐπειδὴ οἱ τὰ φαῦλα πράττοντες μισοῦσι τὸ φῶς, ὡς ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενοι, καὶ παρέχειν αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ βούλονται.

ε'. ΧΡΗΣΤΟΣ ΑΝΗΡ Ο ΟΙΚΤΕΙΡΩΝ ΚΑΙ ΚΙΧΡΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ἀποκλείει τὰ ἑαυτοῦ σπλάγχνα, ἀλλὰ μεταδίδωσι τῶν ὑπαρχόντων τοῖς δεομένοις.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ τὸν ἁπλῶς κιχρῶντα, ἀλλ' ἐν τῷ οἰκτείρειν χρηςὸν εἰκότως ὁ προφήτης ἐξέθετο. Ὁ μὲν γὰρ ἐλπίδι κέρδους, ὁ δὲ νόμῳ συμπαθείας κιχρᾷ καὶ μεταδίδωσι. σαφῶς τοίνυν ἐνταῦθα ὑπογράφει τὸν φιλόπτωχον. Οὗτος δανείζει Θεῷ, οἰκτεί-

οἰκτείρων τὸν πτωχὸν· ὡς Σολομὼν ἐν παροιμίαις λέγει.

Ἀπολιναρίου. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Ἀγαθὸς ἄνθρωπος χαριστικὸς καὶ κιχρῶν, οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως. ὁ γὰρ τὸν οἰκεῖον δεσπότην μιμούμενος, φιλοτίμως θεραπεύει τοὺς ὁμοδούλους, οἰκτείρων μὲν ὡς τῆς φύσεως κοινωνὸς, κιχρῶν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ προσδοκῶν δεσπότου. οὐδὲν δὲ ὁ τοιοῦτος ἀδιακρίτως ἐργάζεται, ἀλλ' ὀρθῷ χρώμενος λογισμῷ, καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα κοσμεῖ.

Χρυσοστόμου. Ὅρα πόσα τίθησι τὰ ἔπαθλα τῷ φιλανθρώπῳ· ὅτι μένει διηνεκῶς ὁ καρπός· ὅτι πειρασμῶν ἀπαλλαγήσεται· ὅτι τὸν θεὸν ζηλώσει· (καὶ γὰρ ὁ θεὸς οἰκτίρμων·) ὅτι τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων λήψεται συγγνώμην. τοῦτο γάρ ἐστιν, οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. τουτέστι, τεύξεται συνηγορίας, τεύξεται ἀπολογίας, οὐκ ἔσται αὐτῷ κατάκρισις, ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης διαπλεκούσης αὐτῷ τὴν ἀπολογίαν καλῶς.

Εὐσεβίου. Ὁ τοιοῦτός, φησι, καὶ τοιαῦτα πράττων, οὐ πεσεῖται, οὐ σαλευθήσεται τῆς ἐπὶ τὴν πέτραν στάσεως.

Χρυσοστόμου. Οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἐπιβουλευθήσονται, ἀλλ', ὅτι οὐ σαλευθήσονται. ὃ δὴ καὶ ἐπ' ἐκείνου ἔλεγεν ὁ Χριστὸς τοῦ τὴν οἰκίαν οἰκοδομοῦντος ἐπὶ τῆς πέτρας· οὐχ ὅτι οὐχ ὑποστήσεται χειμῶνα, ἀλλὰ τὸ οὐ περιτραπήσεται. τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅταν μὴ ἐν ἐρημίᾳ τῶν πειρασμῶν τὸ ἀσφαλὲς αὐτῷ ᾖ, ἀλλὰ πυκνότητι τῶν μηχανημάτων ἀπερίτρεπτος μένῃ διηνεκῶς.

ζ'. Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται.] Ἡσυχίου. Ἐπειδὴ τῶν ἐνταῦθα πλουτούντων, ἢ βασιλευόντων, ἢ καὶ ἄλλην κτησαμένων τοῦ βίου περιφάνειαν πρόσκαιροί τινες αἱ μνεῖαι τυγχάνουσιν· ἐδήλωσεν ὅτι τῶν δικαίων οὐχ οὕτως, ἀλλ' αἰώνιοι.

Χρυσοστόμου. Ἵνα μάθωσι καὶ οἱ σφόδρα ἄπιστοι, ὅτι ἀθάνατος αὐτοῦ ὁ καρπὸς καὶ ἐν οὐρανοῖς μένει, ἐνταῦθα δίδωσι τὴν πεῖραν. καὶ γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ κατακρυβέντος καὶ τῇ γῇ παραδοθέντος ἡ μνήμη πανταχοῦ περιφέρεται. τοιαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ δύναμις, οὐκ εἴκει τῷ χρόνῳ, οὐ μαραίνεται τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν.

fœneratur, dum pauperis miseretur; vti Salomon in Prouerbijs ait.

CATENA PATRVM.

Apolinarii. Symmachus autem sic: *Bonus homo beneficus & commodans, dispensans res suas cum iudicio.* Qui enim proprium Dominum imitatur, largè conseruos colit, miserans quidem vt eiusdem naturæ participum, commodans verò tamquam à communi Domino remunerationem expectans. Nihil sanè talis indiscretè efficit, sed rectâ cogitatione vsus, & verba & opera exornat.

Misericordia fructus æternus est.

Chrysostomi. Vide quot præmia proponit homini clementi & misericordi: quoniam fructus eius manet perpetuò: quoniam liberabitur à tentationibus: quoniam Deum imitabitur: (est enim Deus misericors:) quoniam peccatorum suorum veniam accipiet. Hoc enim sibi vult illud, *Disponet sermones suos in iudicio.* Hoc est, Patrocinium consequetur, non deerit ei defensio, non erit ei condemnatio, cùm eleëmosyna defensionem ei pulchrè comparet.

Evsebii. Talis, inquit, & qui talia facit, minimè cadet, neque commouebitur à statione sua supra petram.

Chrysostomi. Non dixit, Insidijs non appetentur, sed, Non commouebuntur. Hoc nempe Christus dixit etiam de illo qui ædificat domum supra petram: non quòd non sit tempestatem passura, sed quòd minimè sit euertenda. Hoc est enim admirabile, non quòd cessantibus tentationibus omnibus in tuto fuerit, sed quòd frequentissimis machinis impetita perpetuò manserit inconcussa.

7. In memoria æterna erit.] Hesychii. Cùm diuitum, vel Regum, vel aliam quampiam in hac vita dignitatem habentium memoriæ hîc sint temporariæ; declarauit non ita esse iustorum memorias, sed has æternas existere.

Iusti memoria æterna.

Chrysostomi. Vt sciant etiam illi qui sunt maximè increduli, fructum eius manere immortalem in cælis, hinc dat eius rei experientiam. Defosso enim corpore terræque mandato, memoria eius vbique circumfertur. Talis est enim virtutis potentia, non cedit tempori, non marcescit longitudine dierum.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Quomodo Sancti sint in Dei memoria.

PACHYMERÆ. Non solùm itaque nos Sanctorum mentionem facimus, verùm etiam hos diuinæ memoriæ exhibemus. Quod autem in Prophetis dicitur meminisse coram Domino, non ita intelligendum est, quasi Dei memoria renouetur in phantasia memoratiua; quod mentibus carni alligatis, id est nobis, vsu venit; sed quòd memoria Dei rectè dicatur Dei scientia, quâ cognoscit eos qui perfecti sunt deiformes in se factos per vitam virtutibus illustrem, dignosque habitos vt perennis eorum memoria seu notitia haberetur, quemadmodum diuina quoque Oracula testantur: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum*; non in quantum simpliciter mors est, & animæ à corpore separatio, sed quatenus diuini viri in sanctitate consummantur.

Psal. 115, 6.

AB AVDITIONE MALA NON TIMEBIT.] ATHANASII. Nihil enim ad Sanctos timor eorum qui puniuntur.

EVSEBII. Non enim percelletur minis Principum, neque eorum qui illos temporibus aduersis turbare & confundere conantur.

Iustus non timet mortem.

CHRYSOSTOMI. Suas enim opes anteà deposuit in loco tutissimo; & imminente morte non modò non metuit, sed etiam festinat quamprimùm in ea loca concedere, vbi sunt eius merces. Vbi est enim thesaurus hominis, illic & cor eius.

Matth. 6, 21.

HESYCHII. Siue de morte dixeris, siue cognatorum aut liberorum perditione, siue facultatum iactura, nihil, inquit, horum pertimescet. Testabitur hoc Iob, qui in omnibus dicebat: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*, &c.

Iob 1, 21.

PARATVM COR EIVS SPERARE.] EVSEBII. Propter hæc, inquit, non commouebitur, sed neque ab auditione mala pertimescet, quia paratum cor eius sperare in Domino. Pro quo Symmachus ait: *Firmum cor eius, expers sollicitudinis in Domino; idcircò istiusmodi perturbationes contemnit.* Et non solùm hostes non timet, verùm etiam eorum stragem, ob spem in Deo collocatam, expectat.

Iusti animus in Deo firmus.

CHRYSOSTOMI. Quid est *paratum?* [Id est] *firmum.* Nihil est quod eum labefactet, aut eius animum ad res præsentes affligat: sed

ΠΑΧΥΜΕΡΟΥ. Μὴ μόνον γοῦν ἡμεῖς τῶν ὁσίων μνημονεύομεν, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μνημοσύνῃ τούτους ἀνατίθεμεν. Τὸ δὲ λεγόμενον ἐν Προφήταις ἀναμνῆσαι ἐνώπιον κυρίου, οὐχ οὕτως δεῖ νοεῖν, ὡς τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ ἀνανεουμένης ἐν τῇ φαντασίᾳ τοῦ μνημονικοῦ. ὅπερ ἐπὶ τῶν σαρκὶ προσδεδεμένων νοερῶν, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡμῶν, συμβαίνει· ἀλλὰ μνήμη Θεοῦ λέγοιτο ἂν εἰκότως ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, καθ᾽ ἣν γνώσκει τοὺς τελείους θεοειδεῖς ἐν αὐτῷ γενομένους δι᾽ ἐναρέτου βίου, καὶ ἀξιωθέντας τῆς ἀνεπιλήστου περὶ αὐτῶν γνώσεως, καθὼς παριστῶσι καὶ τὰ παραδοθέντα θεῖα ῥητά· Τίμιος δὲ ἐναντίον κυρίου ὁ τῶν ὁσίων θάνατος· οὐ καθ᾽ ὃ ἁπλῶς θάνατος, καὶ διάζευξις ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἀλλὰ καθότι οἱ θεῖοι ἄνδρες τελειοῦνται ἐν ὁσιότητι.

ΑΠΟ ΑΚΟΗΣ ΠΟΝΗΡΑΣ ΟΥ ΦΟΒΗΘΗΣΕΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐδὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἁγίους τῶν κολαζομένων ὁ φόβος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὔτε γὰρ ἀπειλαῖς ἀρχόντων πλήξει, οὔτε τῶν θορυβεῖν καὶ ταράττειν αὐτοὺς πειρωμένων ἐν καιροῖς περιστατικοῖς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Προαπέθετο γὰρ αὐτοῦ τὸν πλοῦτον ἐν ἀσύλῳ χωρίῳ καὶ οὐ μόνον οὐ τρέμει τῆς τελευτῆς ἐπιούσης, ἀλλὰ καὶ ἐπείγεται ταχέως ἀποδημῆσαι, ἔνθα τὰ τῆς ἐμπορείας αὐτοῦ. ὅπου γὰρ ὁ θησαυρὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἴτε περὶ θανάτου λέγοις, εἴτε συγγενῶν ἢ τέκνων ἀπωλείας, εἴτε χρημάτων ἐκπτώσεως, οὐδέν, φησι, τῶν εἰρημένων φοβηθήσεται. Μαρτυρήσει δὲ Ἰώβ, ἐπὶ πᾶσιν εἰπών· γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΤΟΙΜΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ ΕΛΠΙΖΕΙΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διὰ ταῦτα, φησίν, οὐ σαλευθήσεται, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς φοβηθήσεται, ἐπειδὴ ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον. ἀνθ᾽ οὗ ὁ Σύμμαχος ἐποίησεν· ἑδραία ἡ καρδία αὐτοῦ, ἀμέριμνος ἐν κυρίῳ· διὰ τοῦτο τῶν τοιούτων θορύβων καταφρονεῖ. καὶ οὐ μόνον οὐ δέδιε τοὺς δυσμενεῖς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνων ἧτταν, διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, περιμένει.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν ἑτοίμη; ἑδραία. οὐδέν ἐστι τὸ παρασαλεῦον αὐτόν, καὶ τοῖς παροῦσι προσηλοῦν· ἀλλ᾽

ὅλος

ὅλος πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατάττεται, καὶ τὴν ἐλπίδα ἀναμένει μόνην ἐκείνην, καὶ πέπηγε τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ διηνεκῶς ἐρηρεισμένος, καὶ οὐδενὶ τῶν παρόντων μαλακιζόμενος, οὐδὲ περιελκόμενος, καὶ περισπώμενος. Τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν πραγμάτων φροντίδες· σχίζουσι τὴν διάνοιαν, καὶ διατέμνουσι τὴν γνώμην.

θ'. ΕΣΚΟΡΠΙΣΕΝ, ΕΔΩΚΕ ΤΟΙΣ ΠΕΝΗΣΙΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πένητας κἀνταῦθα τοὺς ἐνδεεῖς νοήσεις τοῦ θείου λόγου, τὰ ἔθνη δηλονότι, οἷς οἱ Ἀπόστολοι γεωργῶν δίκην τὸν νοητὸν κατέσπειραν λόγον. Οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ ἱστορικῶς αὐτὸ δέξασθαι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ εἶπε δέδωκε, διένειμεν, ἀλλ' ἐσκόρπισεν, ὁμοῦ καὶ τὴν δαψίλειαν τοῦ παρέχοντος δηλῶν, καὶ σπόρον τὸ πρᾶγμα ὀνομάζων. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ σπείροντες, σκορπίζουσι τὰ ἀποκείμενα, καὶ τὰ δῆλα προδιδόασιν, ἵνα τὰ μέλλοντα λάβωσι. τοῦτο συλλογῆς βέλτιον. καὶ γὰρ οὕτω σκορπίζειν πολλῷ τοῦ συλλέγειν βέλτιον. Σκορπίζεται χρήματα, καὶ συνάγεται δικαιοσύνη· σκορπίζεται τὰ μὴ μένοντα, ἵνα πορισθῇ τὰ μένοντα. Τοῦτο γε καὶ γηπόνοι ποιοῦσι· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐπ' ἀδήλοις (γῆ γάρ ἐστιν ἡ ὑποδεχομένη) σὺ δὲ εἰς τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ· ὅθεν οὐδέν ἐστιν ἀπολέσαι.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὁ τῇ εὐλαβείᾳ καὶ τῷ θείῳ φόβῳ κοσμούμενος, οὐχ ἁπλῶς τοῖς δεομένοις ὀρέγει τὸν ἔλεον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας τοῦτο ποιεῖ, καὶ μιμεῖται τοὺς σπείροντας· ἀφειδῶς τὰ σπέρματα σκεδαννύντας διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἐλπίδα. Παραπλησίως γὰρ καὶ οὗτος τῆς δικαιοσύνης προσμένει τὸ κέρδος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σπόρον εἶναι τὴν ἐλεημοσύνην αἰνίττεται· καὶ διὰ τοῦτό φησι σκορπίσαι τὸν ἔλεον, ἵνα τὴν συναγωγὴν τοῦ θέρους ἀναλόγως τῷ σπόρῳ δεχώμεθα. Ὁ γὰρ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Ὅστις καὶ σκορπίζειν εἰκότως λέγεται, τῆς δεξιᾶς φιλοτίμως προϊεμένης τὸν ἔλεον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κέρας δὲ τὸν Θεόν φησι· πάντες γὰρ οἱ δίκαιοι τούτῳ θαῤῥοῦντές φασιν· Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. Καὶ ὁ μακαριζόμενος τοίνυν τοὺς ἐχθροὺς ἑαυτοῦ ἐν κυρίῳ κερατίσας τὸ κέρας, ᾧ αὐτοὺς καθεῖλεν ἐν δόξῃ, ὑψούμενον ἔχει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κέρας τῶν δικαίων ἡ εἰς

totus quantus ad Deum afficitur, & solam spem illam expectat, & in illa expectatione perpetuò defigitur, nec vllâ re præsenti mollescit, abducitur, aut distrahitur. Tales enim sunt rerum præsentium sollicitudines, mentem diuidunt, & distrahunt cogitationem.

CATENA PATRVM.

9. DISPERSIT, DEDIT PAVPERIBVS.] HESYCHII. Pauperes hoc loco etiam intelliges eos qui diuini verbi penuriâ laborant, scilicet Gentes, quibus Apostoli agricolarum instar spiritale verbum disseminarunt. Nihil enim prohibet hoc etiam historicè accipere.

CHRYSOSTOMI. Non dixit *dedit, distribuit*, sed *dispersit*, simul & eius qui præbet largitatem ostendens, & rem sementem nominans. Tales enim sunt qui seminant, dispergunt ea quæ sunt reposita, & quæ sunt manifesta dimittunt, vt futura accipiant. Hoc est collectione melius. Ita enim dispergere multò melius est quàm colligere. Disperguntur pecuniæ, & colligitur iustitia: disperguntur quæ non manent, vt acquirantur manentia. Hoc ipsum faciunt etiam agricolæ: sed illi quidem propter incerta (est enim terra quæ suscipit) tu autem in manu Dei; vnde nil perdi potest.

Eleëmosyna sementis qualis.

APOLINARII. Is qui religione ac diuino timore ornatur, non simplici ratione indigentibus præbet misericordiam, sed cum magna sedulitate hoc facit, & seminatores imitatur; qui propter spem prouentuum profusè semina dispergunt. Similiter nempe & hic iustitiæ lucrum expectat.

HESYCHII. Eleëmosynam insinuat esse sementem; & idcircò dicit misericordiam dispergi, vt messis collectionem sementi respondentem accipiamus. Nam *qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*. Qui etiam meritò dicitur dispergere, cùm eius dextera liberaliter misericordiam porrigat.

2. Cor. 9, 6.

DIDYMI. Cornu autem appellat Deum: omnes enim iusti huic confidentes dicunt: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu*. Itaque etiam hic beatus qui inimicos in Domino cornu ventilat: cornu, quo illos è medio sustulit, habet exaltatum.

Cornu iustorũ quale sit.

Psal. 43, 6.

HESYCHII. Cornu iustorum est fiducia

in

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

in Deum: hac enim insurgentes hostes cornu ventilamus. Illud quidem etiamnum sublime est, sed plurimos latet. Exaltatur igitur in gloria, quando nimirum in futuro sæculo quantæ magnitudinis gloriæque fuerit manifestabitur.

10. PECCATOR VIDEBIT, ET IRASCETVR.] CHRYSOSTOMI. Vsque adeò virtus vitio grauis est & molesta. Quemadmodum enim ignis accendit spinas; ita etiam benignitas inhumanos & efferatos homines irritat: ea enim illorum improbitatem arguit & accusat. Sed vide eum, cùm inuidiâ extabescat, non audere accusare, & clarum virtutis aspectum intueri, sed mente quidem liquescere, & dentibus dolorem ostendere, non audere autem verbum proferre, sed tantùm angi & excruciari. Tale est enim vitium.

Virtus prauis molesta est.

ATHANASII. Peccatorem vocat diabolum, qui Gentibus etiam saluatis indignabitur, vtpote omnium sitiens interitum.

EVSEBII. Cùm totus hic sermo dictus sit de ijs qui fide initiati sunt, & de populo ex Gentibus, qui per diuinam doctrinam Dei cultum susceperat, consequenter etiam mentionem facit eorum qui ex circumcisione ob profectum Gentium furebant. Quocircà dictum est: *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Ita vt iniquus quidem legem acceperit, sed eam transgressus sit. Istiusmodi autem est omnis de circumcisione, qui ob salutem nostram dentibus suis fremit. Quin & idem vsu venit Gentibus infidelibus, propter profectum eorum qui ex ipsis ad diuinam viuendi rationem conuersi sunt. Verumtamen vtrique ordines contra eos qui in Christo perfecti sunt furentes tabescunt, dum desiderium ipsorum perit.

Diabolus iustis indignatur.

SEVERI. Diabolus inuidens ijs qui hac dignitate digni sunt habiti, irâ concitatus quærit illos inuadere.

HESYCHII. Diabolus fremit dentibus: ipsius enim proprium est fremere, vtpote leonis truculenti: verumtamen ipse etiam colliquescet igne gehennæ; cui deputatus est tabescens. *Vbi erit stridor dentium,* vt Dominus ait.

Matth. 8, 12.

θεὸν πεποίθησις· ταύτῃ γὰρ ἐπιόντας τοὺς ἐχθροὺς κερατίζομεν. Τοῦτο δὲ νῦν μὲν ἐστὶν ὑψηλὸν, ἀλλὰ τοὺς πολλοὺς λέληθεν. ὑψοῦται τοίνυν ἐν δόξῃ, κατὰ τὸν αἰῶνα δηλονότι τὸν μέλλοντα πόσον ἔχει μεγέθους καὶ δόξης φανερούμενον.

ί. ΑΜΑΡΤΩΛΟΣ ΟΨΕΤΑΙ, ΚΑΙ ΟΡΓΙΣΘΗΣΕΤΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοιοῦτον ἡ ἀρετὴ ἐπαχθὲς καὶ φορτικὸν τῇ κακίᾳ. Καὶ γὰρ καθάπερ τὸ πῦρ ἐκκαίει τὰς ἀκάνθας· οὕτω δὴ καὶ ἡ φιλανθρωπία τοὺς ἀπανθρώπους καὶ ὠμοὺς παροξύνει· ἔλεγχος γὰρ αὐτῶν ἐστι καὶ κατηγορία τῆς κακίας. Ἀλλ' ὅρα αὐτὸν, οὐδὲ ἐν τῇ τηκεδόνι, τολμῶντα κατηγορῆσαι, καὶ ἀντιβλέψαι τῷ φαιδρῷ τῆς ἀρετῆς ὄμματι, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν τηκόμενον, καὶ τὴν ὀδύνην διὰ τῶν ὀδόντων ἐπιδεικνύμενον, ῥῆμα δὲ ἐξενεγκεῖν οὐ τολμῶντα, ἀλλὰ τηκόμενον καὶ κατατεινόμενον. τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἁμαρτωλὸν τὸν διάβολόν φησιν, ὃς καὶ σωζομένων τῶν ἐθνῶν ἀγανακτήσει, ἅτε τὴν πάντων διψήσας ἀπώλειαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ περὶ τῶν διὰ πίστεως τελειουμένων ὁ πᾶς λόγος, καὶ περὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, τοῦ κατὰ τὴν θείαν διδασκαλίαν θεοσεβοῦντος εἴρηται, ἀκολούθως μνημονεύει καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς διαπριομένων ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῶν ἐξ ἐθνῶν. διὸ λέλεκται· Ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ τακήσεται, ὡς τοῦ παρανόμου μὲν εἰληφότος νόμον, παραβεβηκότος δὲ αὐτόν. Τοιοῦτος δὲ πᾶς ὁ ἐκ περιτομῆς, ὃς ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύχει. ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἐθνῶν ἄπιστοι, ταὐτὸν πάσχουσιν ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῶν ἐξ αὐτῶν μεταβεβηκότων ἐπὶ τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν. πλὴν ἀμφότερα τὰ τάγματα διαπριόμενα κατὰ τῶν ἐν Χριστῷ τελειουμένων ἐκτακήσεται, τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἀπολλυμένης.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ὁ διάβολος φθονῶν τοῖς ἀξιωθεῖσι τῆς ἀξίας, ὀργιζόμενος ἐπιπηδῆσαι αὐτοῖς ζητεῖ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Βρύχει τοὺς ὀδόντας ὁ διάβολος· αὐτοῦ γὰρ τὸ βρύχειν ἴδιον, ὡς ἀνημέρου λέοντος· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τακήσεται τῷ πυρὶ τῆς γεέννης, ὥσπερ ἀποκληρωθῇ τηκόμενος. ἔνθα ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὡς ὁ κύριος ἔλεγε.

ΧΡΥ-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν, ἐπιθυμία ἁμαρτωλῶν ἀπολεῖται; Οὐδαμοῦ, φησὶν, ἵσταται. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐπιθυμήματα αὐτοῦ τοιαῦτα ῥευστὰ καὶ παρατρέχοντα· καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ μιμεῖται τὰ πράγματα, σβεννυμένη καὶ ἀπολλυμένη, καὶ ῥίζαν οὐδεμίαν ἔχουσα. εἰ δὲ ἐνταῦθα τοιαῦτα τὰ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἐννόησον, τὰ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἡλίκα.

CHRYSOSTOMI. Quid est, *Desiderium peccatorum peribit?* Numquam, inquit, sistitur. Quoniam enim ea quæ desiderat sunt istiusmodi fluxa & prætercurrentia: desiderium quoque res imitatur, vt quod extinguatur & pereat, & nullam radicem habeat. Quòd si hîc res peccatoris ita se habeant, cogita, quonam modo se habebunt in futuro sæculo.

ANNOTATIONES CORDERII. Desiderium impiorum perit.

ANNOTATIONES CORDERII.

HVIVS Psalmi titulus Græcis & Hebræis est *Alleluia:* sed apud Latinos, teste Augustino, adduntur hæc verba, *Reuersionis Aggæi & Zachariæ.* Videtur enim Dauid (inquit Bellarminus) in spiritu præuidisse Aggæum & Zachariam post expletum tempus captiuitatis rediisse ad populum, cumque admonuisse, quanta sit felicitas viri iusti & timentis Deum, vt hoc exemplo exhortetur alios ad probitatem, vt non incidant in similem captiuitatem.

Qui timentes Dominum sint beati.

1. *Beatus vir qui timet Dominum,* &c.] Ille videlicet, qui non vt vile mancipium trepidat, sed qui vt filius timet, & mandata Domini non segniter, sed *nimis*, id est, perfectè custodit. Sic alio loco ait: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:* qui scilicet ita timent, vt ex hoc timore filiorum, & charitatis perfectæ comite, ad diuinorum præceptorum exactam obseruationem procedant. Et rursus apud Ecclesiasten dicitur: *Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo.* ac si apertiùs dixisset: Hoc est vniuersa hominis beatitudo: hoc est quod sinus mentis humanæ replet, famem sedat, sitim exsatiat: vltra quod nihil manet, cui homo debeat adhærere, aut in quo deceat amorem constituere. vnde subdit:

Psal. 127, 1.

Eccle. 12, 13.

IBIDEM. *In mandatis eius volet nimis.*] Psalterium Romanum, *cupit nimis:* S. Hieronymus & Cassiodorus, *cupiet nimis.* Vbi cum coloribus præsentis temporis *cupit*, & cum luminibus futuri *cupiet*, variam figuram depingit, variamque describit voluntatem beati; qui dum immaculatus ambulat in via, & possidet, & cupit mandata legis. Cùm enim non possit legem totam simul possidere, hinc fit, vt possidendo desideret, & desiderando possideat, & in possessionem addat desiderium, addat & *nimis.* Nec mirum; nam, sicut docet D. Thomas 1. parte quæst. 12. art. 6. in corpore, *Vbi est maior ignis amoris, ibi & maius ardet incendium desiderij: & desiderij maior flamma magis facit desiderantem aptum, magis reddit possidentem paratum ad maiorem susceptionem desiderati.* Pari ergo incedunt passu, & pede currunt pari, hinc amor desiderans bonum, inde desiderium amantis pulchrum. Hinc licet naturæ quidem leges modum determinent, rebusque terminum sic definiant, vt iure dicatur, *Nimium omne naturæ inimicum*, vt Hippocratis Aphorismus habet: at Auctoris naturæ legibus, & gratiæ institutis, τὸ *nimium* si detrahas, amicum cor non ostendes. In amore enim datur nimis: siquidem de amantibus decantatur: *Adolescentulæ dilexerunt te nimis:* & à S. Bernardo Tract. de Diligendo Deo additur: *Modus diligendi Deum est, sine modo diligere.* Et in desiderio legis datur nimis: nam modus desiderandi legem est, sine modo desiderare, nimis eam deperire, & diligere nimis. Vide plura ad Psal. 1. vers. 2. annotata.

In Dei & mandatorum amore τὸ nimis datur laudi.

Cant. 1, 2.

2. *Generatio rectorum benedicetur.*] Pius Propheta generationem rectorum vocat Gentem & nationem simplicium, hoc est eos qui recto sunt corde, & præponunt Dei voluntatem sibi, vt interpretatur S. Augustinus. Hæc ergo generatio benedicetur; hoc est, à Deo bonis omnibus affluenter & copiosè cumulabitur. Ea enim vis verbi est, vt apud Isaiam: *Isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* Breuiter ingentium bonorum cumulum & magnificentiam expressit, quæ simplicibus reponuntur, atque in eorum sinum quotidie à Deo liberalissimè & plenâ quasi manu conferuntur. Quid enim deesse illis potest, quibus Deus benedicit? Isaias cùm iusti hominis felicitatem vellet exprimere, consimili breuitate est vsus: *Dicite iusto quoniam benè.* Illud *benè* nullus mortalium est tam disertus, qui euoluere pro rei dignitate & explicare possit. Rectorum & simplicium comes Deus, cùm ad eorum semper latus vbique versetur, vbique benedicit; hoc est, aperit suæ beneuolentiæ thesauros, vt in candidas illas animas cælestia dona dispergat, easdemque mirificum in modum soletur & attollat. Itaque & efflorescunt animi cogitationes pulchræ, & desideria digna Deo, & sequuntur actiones fructuosæ. Cumque omnia Deo Duce aggrediantur, felicissimo vt plurimùm cursu atque ex animi sententia decurrunt; adeò verum illud est, *Generatio rectorum benedicetur.*

Quæ sit generatio rectorum.

Isaiæ 61, 9.

Quomodo Deus benedicat rectis & simplicibus.

Isaiæ 3, 9.

3. *Gloria & diuitiæ in domo eius,* &c.] Hæc verba per admirationem dicta accipit Chrysostomus. Ac si dicat: Mirum sanè, quòd cùm in domo eius potentia sit & diuitiæ, simul quoque cum iisdem habitet pietas & iustitia, quæ longè frequentiùs apud pauperes quàm apud diuites diuersantur. Instar enim miraculi est, si quem non teneat obnoxium multitudo pecuniæ. Hoc ergo discrimen est inter diuitias piorum & impiorum; quòd homines pij diuitias habeant domi, id est, inclusas intra semetipsos: quare ait, *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Nam viri iusti solam

Vir diues iustus est valdè rarus.

Vir iustus suas intra se habet diuitias.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

solam animi pietatem ac iustitiam suas esse diuitias putant, & quidquid ab his alienum est pro nihilo ducunt: impij verò diuitias suas foris & extra domum animæ repositas habent; quapropter faciliùs eas perdunt. Subiungo verba Chrysostomi, quæ sic habent: *Quid est autem in domo eius? Cum ipso, inquit: externa enim diuitiæ non sunt cum eo qui habet illas; quandoquidem ne in tuto quidem sunt collocata: sed sunt in manibus calumniatorum, in manibus adulatorum, in manibus Principum*, &c.

Apostolorum gloria maior quàm Regum.

Hunc versiculum eleganter quoque S. Chrysostomus refert ad Apostolos summos hierophantas; quos ait ijs fuisse illustriores qui capite diadema gestabant: *Quis enim*, inquit, *Rex vmquam progressus est cum tanta claritate & splendore, cum quanta vbique in admiratione Paulus habebatur loquens, à morte liberans*, &c. *Hic terram cælum fecit*, &c.

Gloria & diuitiæ veræ manent pauperes spiritu.

Hæc gloria & hæ diuitiæ sunt verè spiritu pauperum; quorum iustitia manet in sæculum sæculi. Nam diuites huius sæculi solam vmbram gloriæ & diuitiarum habent, non ipsam gloriæ abundantiæque substantiam, cùm eorum sitis habendi numquam expleatur, & multi ob partas diuitias ipsos non glorificent, sed damnent. Et esto, quòd habeant diuitias, sæpè tamen carent iustitiâ; quia superbi sunt, & per iniuriam à se aut à progenitoribus factam diuitias compararunt. At perfecti pauperes spiritu, cùm ad thesaurum cælestem possidendum ascenderint, ingentes & veras diuitias possidebunt, gloriam solidam ac semper duraturam habebunt; & iustitia & sanctitas eorum, quam tam ampla diuitiarum possessio non minuet, vsque in æternum perdurabit. Bonum est igitur paupertatem diligere, & experimentum aliquod paupertatis per indigentiam habere, vt tam amplum thesaurum in cælesti mansione consequamur.

4. *Exortum est in tenebris lumen rectis.*] S. Augustinus & Vetus Psalterium habent *rectis corde*; Theodoretus ἔθνεσιν, *Gentibus*: sed facilis est calami lapsus ab εὐθέσιν ad ἔθνεσιν. Vbi scilicet misericors & miserator Dominus exortus est, simul illustrantia rectos corde lumina exoriuntur. Quàm felix igitur est, qui ad tanta lumina non cœcutit.

Christus Dominus lux est quæ rectos corde illuminat.

Monebat S. Ambrosius in Malachiam sic scribens: *Nolo te imitatorem esse noctuæ, quæ grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem Solis horrescit: mirum enim in modum illuminatur obscuritate, luce cæcatur. Istud animal hæreticorum figura est, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna.* Caue homo noctua sis, magis Saluatoris tui orientem dilige, & de eius lumine cura totus perfundi. Nusquam enim Iesus est, quin simul lumen existat; imò nec lux vmquam vera fuit, in qua non præostensus sit Christus.

5. *Suauis homo qui miseretur & commodat.*] Ita vetus Psalterium & S. Augustinus: Vulgata, *Iucundus homo*: Symmachus, Ἀγαθὸς ἀνὴρ χαριστικὸς καὶ κιχρῶν, *Bonus vir beneficus & commodans:* pro eo autem quod sequitur, *Disponet sermones suos in iudicio*, idem legit, Οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως, *Dispensans res suas cum iudicio:* hoc est, prudens & optimus rerum œconomus. Et verè prudens (ait Chrysostomus) vt qui multa paucis emat, pecunijs cælum, veste Regnum, pane & poculo frigidæ aquæ bona futura.

Prudens œconomus temporalia bona expendit pro æternis.

Hinc idem ipse in libris de Sacerdotio ait Episcopum esse debere οἰκονομικόν, *œconomicum*; qui nimirum prout par est facultates Ecclesiæ erogare possit. Et paulò post, esse oportere πορισικόν τινα μετ' ἀσφαλείας καὶ φρονήσεως, *largitorem ipsum, at circumspectum & prudentem.* Quanta igitur illos ignominia pœnaque manet, quos Deus & bonorum Ecclesiæ dispensatores prouidos & fideles, & pauperum curatores esse voluit, nisi diuinæ beneficentiæ imitatione hominum inopiæ subuenerint? Quin potiùs si bonorum possessio delectat, aciem mentis in id lucrum intendant, de quo paulò antè loquebamur; quod perdendo & donando possunt consequi. Id verò est vsuræ pulcherrimum illud genus, quod in Prouerbijs commendat Sapiens, cùm monet vt Domino fœneremur. Illud autem quomodo fit? *Attende*, inquit S. Augustinus in Psal. 36. *quid facit fœnerator: minus vult dare, certè & plus accipere: hoc fac & tu: da modica, accipe magna. Vide quàm latè crescat fœnus tuum: da temporalia, accipe æterna: da terram, accipe cælum.* Hoc ipsum D. Gregorius Nazianzenus Orat. 11. vocat eleganter πλουτεῖν διὰ καλλῆς πραγματείας, *ditescere honestâ & pulchrâ negotiandi ratione*; quam in eo sitam putat, vt bona huius vitæ contemnantur, emantur cælestia.

IBIDEM. *Disponet sermones suos in iudicio.*] In Græco est λόγους: quæ dictio, vt notat Euthymius, non modò *sermones*, verùm etiam *rationes* modosque administrationis tractationisque rerum significat. Itaque hunc sensum vult esse Dauidici oraculi: Qui miseretur disponet defensiones suas in futuro Iudicio, easque summo cum examine priùs studioque parabit, non secùs ac facere solet fidelis quis & sapiens administrator.

Vir misericors in Iudicio non timebit.

In acerrima illa inquisitione, quæ terrebit multos malarum rerum conscientiâ pauidos, & reddendis rationibus obnoxios; ille amico & conciliato Iudice erit securus, & egregiè se à laqueis iudiciorum expediet. Tantum valet miserationem in alios & humanitatem exhibuisse. Ita nimirum pactus cum hominibus videtur Deus, vt pro mensura misericordiæ, quam alijs concesserint, sit in eosdem miserationem suam effusurus. quod in hunc modum apud Isaiam pollicetur: *Ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura.*

Isaiæ 28, 17.

vbi hoc vltimum membrum ita vertunt Septuaginta seniores: Ἡ δὲ ἐλεημοσύνη μου εἰς σταθμούς, *Misericordia mea in stateris.* Tenet Deus stateram velut aurificis in artificio suo periti: & in lancibus hinc inde ponit diuinam misericordiam & humanam, quas iugo æquo similique momento sibi respondere cupit. Quod eleganter sic illustrat D. Gregorius Nazianzenus: *Nulli rei misericordia Dei magis rependitur, quàm misericordia ab eo qui iuste omnia pensat & rependit.* Hoc verò in Christiana vita est mirum quantum mirabile, quòd regula & mensura diuinarum miserationum erga nos petitur à nobis; adeò vt, quantum vna in lance misericordiæ posuerimus, tantum Deus in altera lance collocet, imò plus addat etiam quàm spe & voto desiderare complectique possimus. Hine viri miseri-

Digitized by Google

misericordes in magno & decretorio Iudicij die sunt beatissimi, securique sui futuri, tuti nimirum defensique à misericordia: cuius patrocinio reus absoluitur, præmio decoratur, & amatur à Deo.

Memoria iustorum perennis & suauis.

7. *In memoria æterna erit iustus.*] In Græco est, *Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον*, *Ad perenne monumentum*, ad memoriam vitæ præstantis insigniumque virtutum. Id quemadmodum sit intelligendum tum plurimorum sæculorum experientiâ, tum fide & arcanis diuinorum Voluminum effatis discere licet. Videmus enim iam inde à mundi initio per ætates consequentes Abelem iustum, Henochum, Abrahamum, Patriarchas, pios Vates, innumerabiles alios, ob vitam eximiè traductam continuâ hominum memoriâ celebrari. *Memoria Iosiæ* (inquit Sirachides) *in compositionem odoris facta opus pigmentarij.* Id est, Instar mixturæ odoramenti, artificio vnguentarij concinnatæ, est Iosiæ memoria. Pulchra & ornata similitudo. Rectè fama cum exquisitis odoribus componitur, qui longè & latè sparguntur dulcissimâ & liquidissimâ voluptate. Iungit & alias imagines in eamdem rem luculentas: *In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini.* Texit ille alijque sacri Auctores longum eorum catalogum; quorum nomen, benefactis & inclytis facinoribus illustre, nulla vmquam delebit obliuio. Sed multò plures in gratiæ lege nominari possunt; quorum grata melleaque recordatio, & musicâ omni suauior, inter homines viuet in omnem posteritatem. Iustorum igitur memoria in hoc quoque sæculo perpetua est; quia causa eius, scilicet virtus, numquam interit; & quia Dominus suorum amicorum honori consulens, homines ad eorum memoriam & recordationem excitat, quos sibi per intimam familiaritatem copulauit. Sic illud magnæ pietatis opus, quo Maria Magdalena pretiosum alabastrum confregit, & vnguentum nardi spicati, magni valoris, super caput Christi recumbentis effudit, Dominus ipse pollicitatione æternæ memoriæ ex parte persoluit: *Amen dico vobis: Vbicumque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius.* Idem prorsus fit cum multis alijs Sanctorum qui perfectionem coluerunt, & vnguenta sanctarum laudum super caput Christi profuderunt, & eius pedes amoris affectibus osculati sunt. Hæc opera illorum vbique resonant, & in toto mundo celebrantur, atque in cathedris & pulpitis Petri lacrymæ, Pauli discursus, Francisci humilitas & paupertas, Dominici fraterna charitas, Bernardi singularis puritas, & & aliorum Sanctorum merita ad eorum memoriam referuntur. vnde Sapientia ait: *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est & apud homines.* Hæc generatio non est alia quàm multitudo iustorum, quæ mente pulchra est, quia gratiæ decore nitet; & corpore casta, quia honestatis nitore emicat; & luce sapientiæ clara, quoniam rerum cælestium cognitione resplendet. Cuius memoria nec apud Deum nec apud homines perit: non apud Deum; quia Sanctos semper secum habet, & numquam à proposito eos clarificandi discedit: non apud homines; quoniam hi celebrem eorum memoriam non deserunt, quos sibi semper patronos apud Deum & mediatores agnoscunt. Quod autem adiecit, *Ab auditione mala non timebit*, hoc fecit ad significandum, quoniam iusti memoria non erit infamis, sicut impiorum recordatio, sed iucunda, honorabilis, plena laudis atque decoris; sicut superiùs de Iosiæ memoria dictum est. Ad litteram quoque hoc S. Hieronymus Epist. 40. & Ephræm Serm. de resurrectione, & alij quidam intelligunt de horribili & formidanda illa sententia, *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Quæ prorsus mala est auditio & calamitosa. Vir misericors hoc triste præconium non timebit; quia, vt ait S. Augustinus Hom. 39. ex quinquaginta, *Ante fores gehennæ stat misericordia; & neminem permittit in carcerem mitti.* Illa *non patietur animam ire in tenebras*, inquit Tobias.

Eccli. 49, 1. *Ibid. 2.* *Deus homines ad amicorum suorum excitat recordationem.* *Mar. 14, 9.* *Sap. 4, 1.*

ANNOTATIONES CORDERII. *Matth. 25, 41.* *Tob. 4, 11.*

Iustus liberalis est & munificus.

9. *Dispersit, dedit pauperibus.*] Instar cæli pingit hominem iustum rore humanitatis vbique stillantem, & copiosissimè dona impluentem. Atque hoc est *abundanter tribuere:* quod mirificus Tobias & bonis operibus diues nato suo diuinè commendabat: hoc *seminare in benedictionibus*, vt monet Apostolus. Pulchrè Ambrosius in Psal. 37. *Vilis est pecunia cùm conditur, pretiosa cùm dispergitur.* Inde Salomon ait: *Eleemosyna & fides non te deserant.* Id quod S. Chrysostomus Hom. 1 in Epist. ad Philip. expendens ait: *Non verò dixit, Ipsas ne deseras, sed, Ipsa te non deserant; ostendens nos esse qui ipsarum egeamus, non ipsas nostri.* vnde subdit:

Tob. 4, 9. *2. Cor. 9, 6.* *Prou. 3, 3.*

Iustitia & amor pecuniæ non possunt simul commorari.

IBIDEM. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.*] Expende quando iustitia maneat in sæculum sæculi; nimirum quando præmissa est dispersio omnium facultatum. Priùs amor lucri, amor pecuniarum à corde dimittitur, & tunc ibi iustitia manet; vti pulchrè Chrysostomus Hom. 2. in Epist. 2. ad Corinthios accinit: *Disperge pecuniam, vt congreges iustitiam: neque enim illa cum pecunijs adesse vult. Non habitant simul pecuniarum cupiditas & iustitia, sed tabernacula separata habent.* Quid elegantius? vbi igitur videris insidere lucri amorem, puta ibi non manere Iesum, non manere sanctitatem. Quòd si hæc temporalium bonorum cupiditas absit, puta statim ibi Iesum intrasse cum iustitia & sanctitate. Hinc Petrus claudo ad templi portam mendicanti ait: *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Ad quem locum pulchrè S. Augustinus Serm. 28. de verbis Apostoli: *Quid igitur*, inquit, *hac paupertate ditius? argentum & aurum non habeo. Videamus, qui aurum non habet, quid habet? fidem habet, virtutem Iesu habet.* Quâ nempe exit amor auri intrat virtus Christi. *Iustitia* itaque hoc loco nihil est aliud nisi *misericordia*, quæ miseriam afflictorum inopumque subleuat. Quam virtutem eodem nomine ac sensu appellat Isaias in non dissimili argumento: *Antcibit faciem tuam iustitia tua.* vbi virtutem hanc pulcherrimam depingit vt lucernariam fidam & amabilem, quæ in nocte sæculi dubijsque rebus facem præferat, atque anteeat communem vitæ viam ineuntem, ne incurrat

Act. 3, 6. *Misericordia aperit viam cæli.* *Isa. 58, 8.*

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

néve labatur. Vel si de abitu ab hoc mundo loquitur, sic anteit misericordia, vt erebi monstra exterreat, & tollat omnem metum: extinguit enim stygias flammas & stagnum ardens inferorum: in illius comitatu misericors est vbique tutus: illâ cæli fores aperiente vadit securus atque in Empyreum inuehitur gloriosus. Quam imaginem bellè expressit S. Chrysostomus Hom. 32. in Epist. ad Hebræos, cùm de miseratione loquitur: *Huic*, inquit, *portæ cæli aperiuntur: & velut Reginâ intrante, nullus ianitorum, nullus custodum qui portis assistunt, audet dicere, Quæ es tu, aut vnde? sed omnes eam promptè continuòque suscipiunt.*

Peccator tabescet in Iudicio.

10. *Peccator videbit, & irascetur*] Scilicet in die Iudicij: tunc nempe impius iusti felicitate cruciabitur, quam pro suo supplicio reputabit, dum liuore tabifico quaslibet aduersus eum insidias machinatus nil præualebit. Non enim dominabitur iusto desiderium peccatoris, sed simul cum auctore suo delebitur; quia *desiderium peccatorum peribit*; quippe in diuitijs terrenis ac rebus fluxis fundatum, quæ nil permanens stabileque obtinent. In futuro igitur Iudicio, cùm iusti ea quæ sperauerant adepti fuerint, impius in supplicium, quod sibi consciuit, incidens, videbit iustum, & irascetur sibimetipsi, & serâ ductus pœnitentiâ, dentibus fremet, & contabescet; quia *videbunt oculi eius interfectionem suam*; vel, vt Septuaginta vertunt, *τὴν ἑαυτοῦ σφαγήν*: quod S. Augustinus reddit *necem suam*; Symmachus *πτῶσιν*, *ruinam*, scilicet sempiternam: quoniam, vt sequitur, *de furore Omnipotentis bibet*; quem Dauid ipsi adinstar calicis amarissimi ac feculenti tunc propinandum significat: *Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc.* Psal. 74, 9.

IN PSALMVM CXII. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Hic Psalmus etiam moralis est, & ad vtilitatem conscriptus: omnes enim excitat ad beneficij auctorem laudibus celebrandum.

Ἀλληλούϊα.

Ἠθικὸς καὶ οὗτος, καὶ εἰς ὠφέλειαν συγγεγραμμένος· διεγείρει γὰρ πάντας εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ εὐεργέτου.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Deus Deique nomen laudandum.

1. LAVDATE pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Pueros vocat ipsos Iudæos, vt qui in laudibus debeant adolescere.

2. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Hæc, inquit, & talia dicenda sunt.

3. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini.

Cùm superioribus versiculis tempus designasset, in his locorum facit mentionem, vt doceat in omni tempore & omni loco laudes esse offerendas. Quam ob causam subiungit:

4. Excelsus super omnes Gentes Dominus,

Quoniam, inquit, cunctis Gentibus imperat.

Et super cælos gloria eius.

α΄. ΑΙΝΕΙΤΕ παῖδες κύριον· αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου.

Παῖδας αὐτοὺς καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, ἀκμάζειν ὀφείλοντας περὶ τοὺς ὕμνους.

β΄. Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ταῦτα, φησι, καὶ τοιαῦτα λέγειν χρή.

γ΄. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίου.

Εἰπὼν ἐν τοῖς ἀνωτέρω στίχοις τὸν χρόνον, ἐν τούτοις τῶν τόπων μέμνηται, ὡς ἂν διδάξειεν ὅτι καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμνεῖσθαι ὀφείλει. τίνος ἕνεκα ἐπιφέρει·

δ΄. Ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη κύριος,

Ὅτι πάντων, φησὶ, βασιλεύει τῶν ἐθνῶν.

Καὶ ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ.

Ὑμνοῦ-

Digitized by Google

Ὑμνοῦσι γάρ, φησι, τοῦτον καὶ ἐπουράνιοι δυνάμεις.

έ. Τίς ὡς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν,

ς'. Καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ;

Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτό, φησι, προσήκει αὐτὸν ὑμνεῖσθαι, ὅτι μέγας ὢν τὴν φύσιν, καὶ τῶν ταπεινῶν εἰς πρόνοιαν μέμνηται, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν διαφεύγει οὐδὲ τῶν οὐρανίων οὐδὲ τῶν ἐπιγείων.

ζ. Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχόν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα.

ή. Τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων, μετὰ ἀρχόντων τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Οὗτός, φησιν, ὁ πάντων προνοῶν θεός, καὶ παράδοξα πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς ἐργάζεται· ταπεινοὺς γὰρ καὶ ἀπερριμμένους, καὶ οὐδεμίαν ἔχοντας ὑπόνοιαν αὐξήσεως, ἀθρόον μεγάλους ἐργάζεται, καὶ ἄρχοντας καθιστᾷ. ἀξιόπιστος δὲ ἦν ταῦτα λέγων ὁ Δαβίδ, καὶ παραινῶν τοῖς ἄλλοις· αὐτὸς γὰρ ἦν τῶν λεγομένων ὑπόδειγμα.

θ'. Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην.

Οὗτός, φησιν, ὁ πάντα δυνάμενος καὶ λύων μητέρων στείρωσιν ὅτι βούλεται· καὶ μήτραν διορθούμενος, καὶ τὴν ἐπὶ ἀπαιδίᾳ θρηνοῦσαν ἐπὶ πολυπαιδίᾳ καυχᾶσθαι ποιῶν.

Hunc enim, inquit, etiam cælestes virtutes concelebrant.

PARAPHRASIS ANONYMI.

5. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat,

6. Et humilia reſpicit in cælo & in terra?

Deus humilium prouiſor.

Quin etiam idcircò, inquit, oportet ipſum laudare, quia cùm naturâ magnus ſit, etiam humilium prouidè meminit, nec quidquam eius curam effugit tam cæleſtium quàm terreſtrium.

7. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem:

8. Vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui.

Deus humiles exaltat.

Ille, inquit, Deus qui cunctis proſpicit, etiam in terra ſæpenumerò mirabilia operatur: humiles enim & abiectos, de quibus nulla erat opinio amplitudinis, derepente magnos facit, Principeſque conſtituit. Erat autem Dauid fide dignus qui hæc diceret, atque alijs perſuaderet: ſiquidem ipſemet erat exemplum eorum quæ dicebantur.

9. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem * ſuper filijs lætantem.

* *Vulgata* filiorum

Ille, inquit, qui omnia poteſt etiam matrum ſterilitatem tollit quando voluerit; & vuluam corrigens, eamque quæ ob ſterilitatem lugebat in multis liberis gloriari faciens.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΑΙΝΕΙΤΕ ΠΑΙΔΕΣ ΚΥΡΙΟΝ.] Διδάσκει τοὺς νέους τί δεῖ αἰνεῖν· ἅτε ἁπαλοὺς καὶ μήπω ἔχοντας γεγυμνασμένην τὴν πρὸς τὰ τοιαῦτα διάνοιαν. πῶς οὖν αἰνεῖν δεῖ; Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον. ἢ παισὶν ἀπεικάζει τοὺς διὰ τὸ νεαρὸν τῆς κατὰ θεὸν ἡλικίας παῖδας νοουμένους, οὓς ἐπὶ τὸν αἶνον καλεῖ τοῦ θεοῦ. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος δούλους ἀντὶ παίδων ἐξέδωκαν. δούλων γὰρ οὐ διαφέρουσι παῖδες, φόβῳ δουλείας παιδαγωγούμενοι· διὸ φοβουμένους αὐτοὺς εἶπεν ὁ πρὸ τούτου ψαλμός. Ἁπλῶς δὲ καὶ χωρὶς προσθήκης οἱ νέοι παῖδες καλοῦνται·

Nomen Domini à pueris celebrandum.

1. LAVDATE PVERI DOMINVM.] Docet iuniores quid laudandum ſit; vtpote tenellos & necdum habentes mentem in ſimilibus exercitatam. Quomodo igitur laudare oportet? *Sit nomen Domini benedictum.* Vel pueris aſſimilat eos qui propter iuuenilem ſecundùm Deum ætatem pueri intelliguntur, quos ad laudem Dei inuitat. Aquila autem & Symmachus *ſeruos* pro *pueris* ediderunt. Pueri enim à ſeruis non differunt, cùm timore ſeruili ducantur; quapropter in præcedenti Pſalmo ipſos timentes nuncupauit. Simpliciter autem & ſine addito iuniores appellantur pueri;

Quos hic pueros intelligat.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

serui verò sunt pueri aliquorum. Vel pueros vocat, eò quòd in hymnis decantandis debeant adolescere. Per illud autem, ***Sit nomen Domini benedictum***, declarat. ac si dicat: Etsi naturam eius ignoretis, oportet tamen vos, tamquam qui ab ipso quòd sitis accepistis, nomen eius collaudare, quod sempiternam & perpetuam habet benedictionem. Cùm autem superiùs indicasset tempus, hîc locum assignat, quo doceantur omni tempore locoque hymnos Deo offerendos esse. Vel hoc oraculum vaticinatur diuinam cognitionem Gentibus post incarnationem concedendam, postquam omnis terra Domini notitiâ repleta fuit. Anteà autem, inquit, notus erat in sola Iudæa Deus. Cur autem laudare moneat subiungit; Quia, inquit, omnium Rex est Gentium, & à virtutibus cælestibus glorificatur, eò quòd etiam illis præsit & prospiciat. Vel cùm semetipsum exinaniuerit carnem suscipiens, meritò docentur pueri vt dicant, Super cælos gloria eius.

Deus humilium memor est.

5. QVIS SICVT DOMINVS DEVS NOSTER?] Quin etiam idcircò, inquit, ipsum laudare oportet, quòd cùm naturâ magnus esset (per voculam enim *quis* incomparabilem ostendit) & in cælestibus commorari videretur, etiam humilium memor existeret ijs prouidendo, nec quidquam ipsius curam effugeret, neque cælestium, neque terrestrium. Omnes enim creaturæ humiles sunt respectu Dei, siue in terra fuerint, siue in cælis: ipse nimirum sæpè etiam mirabilia operatur, & Principes constituit. Etenim Dauid de pastoribus ad regium solium conscendit. Ipse, inquit, idem est qui matrum quoque sterilitatem aufert, & de prolis orbitate mœrentem, ob liberorum fecunditatem lætari facit. Hoc autem non solùm in hominibus accidit, sed etiam ea quæ ex Gentibus est Ecclesia, cùm sterilis fuisset, incolam nacta Christum, plurimarum Gentium mater effecta est: quæ etiam lætata fuit super filijs, vtpote salutem consecutis: quod opposita ipsi synagoga non obtinuit, vtpote internecioni tradita.

οἱ δὲ δοῦλοι παῖδές τινων. ἢ παῖδας καλεῖ, ὡς ἀκμάζειν ὀφείλοντας περὶ τοὺς ὕμνους. Διὰ δὲ τοῦ, εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον, δηλοῖ. ὡς· εἰ καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀγνοεῖτε, ἀλλὰ δεῖ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τὸ εἶναι λαβόντας, τὸ αὐτοῦ ὑμνεῖν ὄνομα, ὅπερ αἰώνιον ἔχει τὴν εὐλογίαν καὶ ἀδιάδοχον. εἰπὼν δὲ ἀνωτέρω χρόνον, ἐν τούτοις λέγει καὶ τόπον, ὡς ἂν διδάξειεν ὅτι ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμνεῖσθαι ὀφείλει. ἢ τὴν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς ἔθνεσι παραχεθεῖσαν θεογνωσίαν τὸ ῥητὸν προθεσπίζει, μεθ' ἣν ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον. πρὸ δὲ τούτου γνωστός, φησιν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ὁ Θεός. Τίνος δὲ ἕνεκα ὑμνεῖν προτρέπεται ἐπάγει· ὅτι, φησί, πάντων βασιλεύς ἐστι τῶν ἐθνῶν, καὶ παρὰ τῶν οὐρανίων δοξολογεῖται δυνάμεων, ὡς καὶ τούτων ἡγεῖσθαι καὶ προνοεῖν. ἢ ἐπεὶ ἑαυτὸν ἐκένωσε, σάρκα λαβών, εἰκότως διδάσκονται οἱ παῖδες λέγειν, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ.

έ. ΤΙΣ ΩΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ;] Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτό, φησι, προσήκει αὐτὸν ὑμνεῖσθαι, ὅτι μέγας ὢν τὴν φύσιν (διὰ γὰρ τοῦ τίς τὸ ἀσύγκριτον παρέστησε) καὶ τοῖς οὐρανίοις ἐνδιαιτᾶσθαι δοκῶν, καὶ τῶν ταπεινῶν εἰς πρόνοιαν μέμνηται, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν διαφεύγει, οὔτε τῶν οὐρανίων, οὔτε τῶν ἐπιγείων. πάντα γὰρ ὡς πρὸς Θεὸν ταπεινὰ κτίσματα ὄντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς· οὗτος δὴ καὶ παράδοξα πολλάκις ἐργάζεται, καὶ ἄρχοντας καθιστᾷ. Καὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ ἐκ ποιμνίων εἰς βασίλειον θρόνον κεκάθικεν. Οὗτός, φησίν, ἐστιν ὁ καὶ στείρωσιν λύων μητέρων, καὶ τὴν θρηνοῦσαν ἐπὶ ἀπαιδίᾳ, ἐπὶ πολυπαιδίᾳ ἀγάλλεσθαι ποιῶν. Οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων δὲ μόνον τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, στεῖρα τυγχάνουσα, ἔνοικον ἔχουσα Χριστὸν, πολλῶν ἐθνῶν πέφυκε μήτηρ· ἣ καὶ εὐφράνθη ἐπὶ τοῖς τέκνοις, ὡς σεσωσμένοις· τῆς ἀντιδιαστελλομένης συναγωγῆς τοῦτο μὴ ἐχούσης, ἅτε ἀπωλείᾳ παραδεδομένης.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ά. Αἰνεῖτε παῖδες Κύριον.] Χρυσοστόμου. Πολὺς ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν αἴνων τούτων ὁ λόγος· οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν πρᾶγμά ἐστιν, ἀλλὰ θυσία καὶ προσφορὰ ἀρέσκουσα τῷ Θεῷ. Θυσία γάρ, φησιν, αἰνέσεως δοξάσει με. Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου μετ᾽ ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει· καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. Καὶ πολλαχοῦ καὶ αἱ ἱεραὶ βίβλοι παρακελεύονται· καὶ οἱ σωζόμενοι, ἀντὶ μεγάλων εὐχαριστηρίων τοῦτο φέρουσι. καὶ ποίαν τοῦτο δυσκολίαν ἔχει, φησί; τίνι δὲ οὐ ῥᾴδιον ἐκ τῶν τυχόντων αὐτὸ αἰνεῖν καὶ αἰνεῖν τὸν Θεόν; Ἂν ἀκριβῶς καταμάθῃς, ὄψει καὶ τὸν πόνον τὸν ἐν τῷ πράγματι, καὶ τὸ κέρδος τὸ ἐξ αὐτοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ παρὰ δικαίου ὁ τοιοῦτος ἐπιζητεῖται ὕμνος· καὶ δεῖ πρότερον τὸν βίον κατορθοῦντα οὕτως ᾄδειν ὕμνους εἰς τὸν Θεόν. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. δεύτερον, ὅτι οὐ διὰ ῥημάτων ἐστὶν αἰνεῖν ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων· καὶ τοῦτον μάλιστα ἐπιζητεῖ ὁ Θεὸς τὸν αἶνον, ταύτην τὴν δόξαν. Οὕτως αἰνεῖ τὰ Χερουβίμ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἀκούσας τῆς μελῳδίας ἐκείνης τῆς μυστικῆς, ταλανίζει ἑαυτόν, λέγων· οἴμοι, ὅτι ἄνθρωπος ὤν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ. Μὴ τοίνυν ἁπλῶς τὸν αἶνον τοῦτον εἶναι νομίσωμεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ στόματος ἡμῶν ὁ βίος ἠχείτω, καὶ πρὸ τῆς γλώττης ἡ πολιτεία βοάτω. οὕτω καὶ σιγῶντες δυνάμεθα τὸν Κύριον ὑμνεῖν· οὕτω καὶ φθεγγόμενοι σύμφωνον τῷ βίῳ τὴν μελῳδίαν ἐργασόμεθα.

Εὐσεβίου. Ὡς ἀγνοοῦσι τοῖς παισὶν, ὅπως χρὴ τὸν Κύριον ὑμνεῖν, τὸ προφητικὸν πνεῦμα, δίκην παιδαγωγοῦ καὶ διδασκάλου τὰς φωνὰς αὐτὰς παραδίδωσιν.

Ἀθανασίου. Ἐν τούτῳ διδάσκεται ὁ νέος λαὸς ἀδιάλειπτον ὕμνον προσφέρειν τῷ λυτρωσαμένῳ· ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κατασημαίνει τὴν κλῆσιν.

β΄. Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.] Χρυσοστόμου. Τί λέγεις; οὐ γάρ ἐστιν εὐλογημένον, ἐὰν μὴ σὺ εὔξῃ; Ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ τῆς εὐλογίας λέγει τῆς αὐτῷ προσούσης, καὶ

1. LAVDATE PVERI DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Plurimus in Scripturis sermo est de his laudationibus: non est enim res vulgaris, sed sacrificium & oblatio placens Deo. *Sacrificium* enim, inquit, *laudis glorificabit me. Laudabo nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude: & placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.* Sacri quoque libri id sæpè præcipiunt: & & qui seruantur, pro magnis gratiarum actionibus id offerunt. Et quamnam habet, inquit, hoc difficultatem? Cui autem non vel humilis & abiectæ conditionis homini id præstare & Deum laudare sit facile? Si rem accuratè perceperis, videbis & laborem qui in re inest, & lucrum quod ex ea percipitur. Primùm siquidem hæc laus à iustis requiritur; & oportet eum qui priùs vitam rectè instituerit tum demum Deo hymnos canere. Nam *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Secundò, non verbis solùm sed etiam factis laudare oportet: & hanc laudem hancque gloriam Deus maximè requirit. Ita laudant Cherubim. Quocircà Propheta quoque cùm mysticam illam melodiam audijsset, seipsum affligat, & miserum ducit, dicens: *Hei mihi, quia homo cùm sim, & impura labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito.* Ne ergo rem simplicem hanc laudem esse existimemus, sed ante os nostrum vita nostra ipsam sonet, atque ante linguam conuersatio clamet. Ita vel tacentes Deum laudare possumus: ita etiam loquentes edemus modulationem vitæ conuenientem.

Quomodo laudandus sit Deus.

Psal. 49, 23.

Psal. 68, 31.

Laus Dei quid difficultatis habeat.

Eccli. 15, 9.

Isaiæ 6, 5.

EVSEBII. Propheticus sermo quasi pueris ignorantibus, quomodo Dominum laudare oporteat, instar pædagogi ac præceptoris voces ipsas suggerit.

ATHANASII. Docetur hîc nouus populus Redemptori suo incessantem laudem offerre: simul autem omnium quoque Gentium vocationem insinuat.

2. SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM.] CHRYSOSTOMI. Quid dicis? Non erit benedictum, nisi tu precatus sis? Vides eum non dicere de illa quæ ei adest benedictione, &

Quomodo à nobis Deus benedicendus.

quæ

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

1. Cor. 6, 20.

quæ naturæ eius attributa eſt, ſed de ea quæ fit per homines; ſicut Paulus ait: *Glorificate verò Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro.* Ipſe ergo eſt altus, & magnus & potens, & laudabilis per ſeipſum: apud homines autem talis quoque efficitur, quando qui ei ſeruiunt, talem vitam oſtenderint, vt quicumque eos vident, laudibus & benedictionibus Dominum proſequantur.

EVSEBII. Hæc autem oratio pro nobis ipſis pueris emiſſa eſt, vt nomen Domini nobis perpetuò maneat, nos minimè fugiens, ſed vitæ noſtræ acquieſcens.

Deus in Gentibus exaltatur. Pſal. 75, 2.

4. EXCELSVS SVPER OMNES GENTES DOMINVS.] EVSEBII. Et quando hic ſermo finem accepit, niſi poſt aduentum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti? ante hunc enim in ſola Iudæa dicebatur notus eſſe Deus, & in ſolo Iſraël magnum nomen eius, ceteris Gentibus quæ extra Iudæam erant dæmonas colentibus & ſpiritus immundos, & idololatriæ addictis; ita vt nomen Domini ne quidem ipſis in mentem veniret. Quando verò ipſemet Dominus noſter Ieſus Chriſtus adueniens diſcipulos ſuos in omnes Gentes emiſit, tunc vtique completus eſt hymnus qui per propoſitas voces omnibus eſt traditus.

CHRYSOSTOMI. Vides rurſus Gentes eius cultum ſuſcipere, & non vnam tantùm, aut duas, aut tres, ſed quæcumque ſunt in orbe terrarum? Quid hac Prophetiâ manifeſtius? Quomodo autem eſt excelſus in Gentibus? vel ſuper omnes Gentes? Quia cum magnificamus, non ei aliquam addentes altitudinem; abſit; ſed dogmatibus, cultu, adoratione, & ceteris omnibus, non aliquid humile & abiectum de eo cogitantes, vt Iudæi, ſed multò maiora & altiora.

Quomodo nos Deum magnificemus.

DIDYMI. Verba hæc etiam ſimpliciùs accepta declarant quomodo Deus omnibus proſpiciat, cùm ſit excelſus (vtpote Rex ſuper omnes Gentes) habeatque in cælis gloriam, eò quòd etiam ibi profundiori ſimul & ſublimiori modo præſit ordinibus intellectualibus.

HESYCHII. Etſi enim hîc glorificetur, attamen in cælum gloria tendit, vbi habet altare non manu factum, in quo exercitus Angelorum perpetuò ipſum glorificant; ad quorum imitationem nos glorificare didicimus.

τῇ φύσει αὐτοῦ συγκεκληρωμένης, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων γινομένης· ὡς ὁ Παῦλος λέγει· Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν. Αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ ὑψηλός ἐστι, καὶ μέγας καὶ δυνατὸς, καὶ αἰνετὸς καθ᾽ ἑαυτόν· γίνεται δὲ καὶ παρὰ ἀνθρώποις τοιοῦτος, ὅταν οἱ δουλεύοντες αὐτῷ, τοιοῦτον ἐπιδείκνυνται βίον, καὶ πάντες ὁρῶντες, αὐτοὺς εὐλογήσωσι τὸν δεσπότην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εὐχὴ δὲ αὕτη ἐστὶν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν τῶν παίδων ἀναπεμπομένη, ὡς ἂν διαμένῃ ἡμῖν τὸ τοῦ κυρίου ὄνομα εἰς τὸ διηνεκὲς, μὴ φεῦγον ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ἀναπαυόμενον τῷ ἡμετέρῳ βίῳ.

δ΄. ΥΨΗΛΟΣ ΕΠΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ πότε τέλους ἔτυχεν ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ἢ μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; πρὸ γοῦν ταύτης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ἐλέγετο γνωστὸς εἶναι Θεὸς, καὶ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τῶν ἔξω τῆς Ἰουδαίας ἐθνῶν δαίμοσι καταδεδουλωμένων καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις, καὶ τῆς εἰδωλολατρείας ἀντεχομένοις· τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου μηδὲ εἰς ἔννοιαν ἥκοντος. ὅτε γε μὴν ἐπιφανεὶς αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ πάντα διεπέμψατο τὰ ἔθνη, τηνικαῦτα πληροῦται ὁ διὰ τῶν προκειμένων φωνῶν τοῖς πᾶσι παραδοθεὶς ὕμνος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πάλιν τὰ ἔθνη δεχόμενα αὐτοῦ τὴν λατρείαν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἓν, καὶ δύο, καὶ τρία, ἀλλὰ πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην; Τί ταύτης τῆς προφητείας σαφέστερον; πῶς δὲ ὑψηλὸς ἐν τοῖς ἔθνεσιν; ἢ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη; ὅτι μεγαλύνομεν αὐτὸν, οὐ προστιθέντες αὐτῷ ὕψος· ἄπαγε· ἀλλὰ τοῖς δόγμασι, τῇ λατρείᾳ, τῇ προσκυνήσει, τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὐδὲν ταπεινὸν ἐννοοῦντες, καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλ᾽ ὑψηλότερα πολλῷ καὶ μείζονα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἁπλουστέρως λαμβανόμενα τὰ ῥήματα δηλοῦσιν, ὡς Θεὸς τῶν πάντων προνοεῖται, ὑψηλὸς ὢν (οἷα βασιλεὺς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη) ἔχων καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν δόξαν, τῷ καὶ τῶν ἐκεῖσε νοητῶν ταγμάτων ἡγεῖσθαι βαθυτέρως τι καὶ ὑψηλοτέρως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κἂν γὰρ ἐνταῦθα δοξάζηται, ἀλλ᾽ εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ δόξα τρέχει, ἔνθα τὸ ἀχειροποίητον θυσιαστήριον κέκτηται, ἔνθα διηνεκῶς αὐτὸν αἱ στρατιαὶ τῶν ἀγγέλων δοξάζουσιν· ὧν εἰς μίμησιν ἡμεῖς δοξολογίαν ἐμάθομεν.

4. Τις

ε. ΤΙΣ ΩΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄρα οὐ δοκεῖ μέγα εἶναι τὸ εἰρημένον; ἀλλ' ὅταν ἐννοήσῃς περὶ τίνος εἴρηται, σφόδρα ἐστὶ καταδεές. Πῶς γὰρ ἐν οὐρανοῖς κατοικεῖ, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν; ὁ πανταχοῦ παρών; ὁ λέγων· Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόῤῥωθεν· ὁ μετρήσας τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ καὶ τὴν γῆν δρακί· ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἰουδαίους ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, διὰ τοῦτο τέως οὕτω κέχρηται τῷ λόγῳ, κατὰ μικρὸν ἀνάγων αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ πτερῶν τὴν γνώμην καὶ ἀναβιβάζων ἠρέμα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διδάσκεται ὁ νέος λαὸς, ὡς εἰ καὶ ἀνελήφθη ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν καὶ οὕτως πλήρης ἐστὶ πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἀπολαύει τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐν ὑψηλοῖς ὁ Θεὸς κατοικεῖ, οὐ μόνον διὰ τὸν οὐρανὸν ὡς ὑψηλὸν ὄντα, καὶ αὐτοῦ οἰκητήριον λεγόμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἁγίοις ἐνοικεῖ. Ὑψηλοὶ δὲ οὗτοι, διὰ τὸ μηδὲν γήϊνον μεταδιώκειν τυγχάνουσι· περὶ ὧν Ἡσαΐας φησίν· ἅγιος κύριος ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ὑψηλοὺς τοὺς ἁγίους εἰπών.

ζ'. Ο ΕΓΕΙΡΩΝ ΑΠΟ ΓΗΣ ΠΤΩΧΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸν τῶν ἐθνῶν δηλονότι λαόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δύναται καὶ περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαοῦ λέγεσθαι, περὶ οὗ ἡ προφητεία· διὰ τοῦτο εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχός. τοῦτον τοιγαροῦν τὸν πτωχὸν καὶ πένητα λαὸν ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων πραγμάτων ἐγείρας, καὶ τῆς κοπρίας τῶν ἑλληνικῶν μυσαγμάτων, καθίσει μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰσραὴλ, ὄντος αὐτοῦ λαοῦ εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ Ἀπόστολοι οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἑβραίων λαοῦ.

θ'. Ο ΚΑΤΟΙΚΙΖΩΝ ΣΤΕΙΡΑΝ ΕΝ ΟΙΚΩ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Στεῖραν τὴν ἀπὸ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ἄτεκνον οὖσαν τὸ πρότερον, εἰς εὐφροσύνην καλεῖ λέγων· Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. ἀληθῶς γὰρ πολύπαις καὶ καλλίπαις ἡ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία γεγένηται ὑπὲρ τὴν ἔχουσαν ἄνδρα νόμον Ἰουδαίων Συναγωγήν. ἑκάστη δὲ ψυχὴ, διὰ στειρότητα ἄπαις οὖσα, κατοικίζεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν οἴκῳ τῷ τοῦ

5. QVIS SICVT DOMINVS DEVS NOSTER?] CHRYSOSTOMI. An non videtur esse magnum quod dictum est? Sed quando consideraueris de quonam id dictum sit, hoc longè erit eo inferius. Quomodo enim in cælis habitat, qui cælum & terram implet? qui vbique præsens est? qui dicit: *Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul: qui mensus est cælum palmo & terram pugillo:* qui continet ambitum terræ. Sed quoniam loquebatur tunc cum Iudæis, propterea eo sermone vsus est, paulatim erigens eorum cogitationem, & mentem sensim attollens.

CATENA PATRVM. *Quanta sit Dei magnitudo.*

Ier. 23, 23. Isaiæ 40, 12.

ATHANASII. Docetur hic nouus populus, quòd licet Dominus noster assumptus sit, & in dextera Patris existat, attamen vt sic etiam plena sit omnis terra gloriæ eius, & fruatur visione ipsius.

HESYCHII. In excelsis Deus habitat, non solùm propter cælum quod excelsum est, eiusque habitaculum nuncupatur, sed quia in Sanctis habitat. Hi autem etiam excelsi sunt, eò quòd nihil terrenum consectentur: de quibus Isaias ait: *Sanctus Dominus qui in excelsis habitat*, excelsos appellans Sanctos.

Isaiæ 57, 15.

7. SVSCITANS A TERRA INOPEM.] ATHANASII. Scilicet populum ex Gentibus.

EVSEBII. Potest hoc etiam dici de populo ex Gentibus, de quo est hæc Prophetia: *Idcircò benedicet te populus inops*. Hunc igitur populum inopem ac pauperem à rebus terrenis erigens, & de stercore gentilitiarum abominationum, collocabit cum Principibus Israël, qui est populus eius. Sunt autem Apostoli illi Principes populi Hebræorum.

Deus erigit pauperes.

9. QVI HABITARE FACIT STERILEM IN DOMO.] DIDYMI. Sterilem illam Ecclesiam ex Gentibus, quæ primùm erat sine liberis, inuitat ad lætitiam dicens: *Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum.* Reuerà enim plurimos pulcherrimosque liberos Ecclesia ex Gentibus peperit præ Synagoga Iudæorum quæ virum habebat legem. Quælibet autem anima, quæ ob sterilitatem absque liberis existit, collocatur à Deo in domo Dei vi-

Deus steriles fecundat.

Isaiæ 54, 1. & Gal. 4, 27.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

uentis, scilicet Ecclesia, quæ est mater operum, disciplinarum, sensuum, & sermonum, vt lætetur simul cum geniminibus quæ habuit ex cohabitante secum verbo Dei. Ceterùm hæc etiam secundùm Scripturæ historiam contigerunt. Anna nimirum mater Samuelis habitare iussa est in domo: & mater dicitur filiorum lætabunda, vtpote sex omnino filiorum mater effecta: Etiam de Sarra, & Rebecca, & Elisabeth, atque ante hanc de illa quæ Sampsonis mater effecta est, de qualibet vtique ipsarum hoc meritò dici possit, quòd ipsam fecerit inhabitare domum matrem filiorum lætantem.

ζῶντος θεοῦ Ἐκκλησία, ἥτις μήτηρ ἔργων, μαθημάτων, νοημάτων, καὶ λόγων, ἐπὶ τῷ εὐφραίνεσθαι ἅμα οἷς ἔχει γεννήμασιν ὑπὸ τοῦ συνοικοῦντος θεοῦ λόγου. Συνέβη δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὴν τῆς γραφῆς ἱστορίαν. Ἄννα γοῦν ἡ μήτηρ Σαμουὴλ κατῳκίσθη ἐν οἴκῳ· καὶ μήτηρ λέγεται τέκνων εὐφραινομένη, ὅλων ἓξ τέκνων γενομένη μήτηρ. Καὶ περὶ τῆς Σάῤῥας, καὶ Ῥεβέκκας, Ἐλισάβετ τε, καὶ πρὸ ταύτης τῆς μητρὸς γενομένης τοῦ Σαμψὼν, λέγοι τις εὐλόγως περὶ ἑκάστης αὐτῶν, ὅτι κατῴκισεν αὐτὴν μητέρα τέκνων εὐφραινομένην.

Gentes olim steriles, nunc fecunda.

ATHANASII. Sterilis quidem erat Gentium multitudo, quæ etiam domus facta est spiritualis, vtpote Dominum habens inhabitantem. Ceterùm cum lætitia quoque plurimorum filiorum mater effecta est. Filij enim ipsius per fidem in Christum seruati sunt. Habet autem quamdam cum Synagoga differentiam, quòd illa de liberis minimè lætata fuerit, quippe internecioni traditis.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Στεῖρα μὲν ἡ τῶν ἐθνῶν πληθὺς, ἥτις καὶ οἶκος γέγονε πνευματικὸς, ἅτε τὸν κύριον ἔνοικον ἔχουσα. γέγονε δὲ καὶ πολλῶν τέκνων μήτηρ μετ' εὐφροσύνης. Ἐσώθη γὰρ αὐτῆς τὰ τέκνα διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστόν. Ἔχει δέ τινα καὶ ἀντιδιαστολὴν πρὸς τὴν Συναγωγὴν, ὅτι ἐκείνη οὐκ ηὐφράνθη ἐπὶ τοῖς τέκνοις, ἅτε ἀπωλείᾳ παραδεδομένων.

HESYCHII. Siue naturam vniuersam, siue Ecclesiam ex Gentibus sterilem dixeris, vtrique quadrabit id quod dictum est, quoniam per idololatriam steriles euaserant. Illam enim foris vagantem in domum suam, scilicet legem introduxit, & matrem filiorum à Deo adoptatorum lætantem demonstrauit: cuius personam hoc modo clarè introduxit Isaias: *Dices enim, inquit, in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego autem absque liberis, & vidua transmigrata & captiua. Et istos quis enutriuit mihi? Ego autem derelicta sum sola; & isti mihi vbi erant?*

Isaiæ 49. 21.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Στεῖραν εἴτε τὴν φύσιν ὅλην, εἴτε τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν λέγοις, ἀφ' ἑκατέρας ἁρμόσει τὸ λεγόμενον, διὰ γὰρ τὴν εἰδωλολατρείαν ἐστείρευον. ταύτην τοίνυν ἔξω ῥεμβομένην εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ τὸν νόμον ἐξήγαγε, καὶ μητέρα τέκνων τῶν υἱοθετηθέντων τῷ θεῷ εὐφραινομένην ἔδειξεν· ἧς οὕτως σαφῶς τὸ πρόσωπον ὁ Ἡσαΐας ἐξηγεῖται· Ἐρεῖς γάρ, φησιν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; ἐγὼ δὲ ἄτεκνος, καὶ χήρα παροικος καὶ ἐκκεκλεισμένη. Καὶ τούτους τίς ἐξέθρεψέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείφθην μόνη· οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν;

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus breuis & facilis hortatur cultores Dei ad ipsum collaudandum; eò quòd, cùm Altissimus sit, non dedignetur ad nos oculos inclinare & multis nos beneficijs afficere.

1. *Laudate pueri Dominum.*] Nomen *pueri* hoc loco non accipitur vt significet ætate paruulos, sed malitiâ, hoc est, simplices & humiles. Vnde dictio *puer* hîc accipi debet pro seruo; quomodo frequenter & in profanis & in sacris accipitur Scripturis. Atque ita in alio Psalmo eamdem sententiam exprimit mutato partium ordine dum ait: *Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum.* Quin & Aquila, Symmachus & Theodotion hoc loco non παῖδες, *pueri,* sed δοῦλοι, *serui,* sunt interpretati. Pulchrè S. Augustinus hîc ex sensu morali respondet, solis pueris licere nomen Domini laudare. Nam pueri, iuxta Anagogen, significant humiles. Ergo solùm humiles Deum laudant, dum per animi submissionem debitum cultum ei exhibent. *Incipitis enim laudare, inquit, sed sine fine laudate: ex hoc ergo & vsque in sæculum sine fine laudate. Ne dicatis, Nunc incipimus quidem laudare Dominum, quia pueri sumus; sed cùm creuerimus, magnique fuerimus, nos ipsos laudabimus. Non sic pueri, non sic. Propterea dicit Dominus per Isaiam, Ego sum: & vsquedum senescatis ego sum. Id est, Semper laudandus est qui est. Laudate pueri Dominum ex hoc, laudate senes, &*

Psal. 134.

Soli pueri, id est humiles, laudant Deum.

& vsque in sæculum. Ergo ex sententia S. Augustini solùm pueri, id est humiles, laudant Dominum, sicut ait Psalmus, *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*, id est semper, in æternum. Laudatio autem ab humili Deo exhibita similis est laudi, quam Deo exhibent Beati.

Deus cùm altus sit humilia respicit.

5. *Qui in altis habitat, & humilia respicit*, &c.] Inter alias admirabiles diuinæ prouidentiæ rationes hanc potissimùm extollit, quòd excelsus cùm sit Dominus humilia respiciat. Nam & magni magnos diligunt, & supremi sæculi Principes alios similes; nempe nobilissimos & illustrissimos suo amore dignos ducunt. Non verò sic Deus noster, *qui in altis habitat*, & cùm immensus & excelsus naturâ sit, *humilia respicit in cælo & in terra.* Pulchrè ad hunc locum Prosper: *In altis*, inquit, *Dominus habitat; id est in Sanctis, & spiritualibus, atque cælestibus; & humilia respicit, id est ipsos Sanctos, numquam in se, sed semper in Domino gloriantes. Delectatur enim altitudine humilium & humilitate celsorum in cælo & in terra: hoc est, quorum conuersatio in cælis est, licet mortali sint carne circumdati.* Respectus itaque humilium, quo à Domino respiciuntur vt cæli sui, vt ipsâ humilitate sublimes, respectus est benignitatis & amoris: respicit enim eos vt ipsius honoris auidos, vtque humilitate decoros: & ad eos diligendos trahitur, quia cùm eos iustos & sui similes fecerit, eximio quodam ipsos amore dignatur. Humilibus nempe nihil aliud curæ est nisi honor Dei: nam illum honore afficiunt, dum eidem omne bonum tribuentes, seipsos conatusque suos, apertissimâ compulsi veritate, contemnunt. Illos autem qui Deum honorant ipse gratissimos habet, eisque abundantissimam gratiam impertit. Quâ ratione Ecclesiasticus ad humilitatem hortatur dicens: *Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.* Nihil est pretiosius, nihil desiderabilius, quàm apud Deum inuenire gratiam, & eius amorem ac beneuolentiam promereri. Si hanc igitur tibi conciliare cupis, quantò maior fueris, tantò magis te abijce, tantò modestiùs de te cogita, tantò veriùs alijs te submitte, vt hunc thesaurum gratiæ Dei possidere merearis.

Humilibus solus Dei honor curæ est.

Eccli. 3, 20.

Deus pauperes elegit in Ecclesia Principes.

7. *Suscitans à terra inopem*, &c.] Hoc nimirum Christus in fundanda noua religione atque instruenda Ecclesia fecit, quando satores fidei Apostolos non porphyrogenitos elegit, aut patritio sanguine gloriosos; sed abiectos, ignotos, sordibus obsoletos, &, vt eos describit magnus Dauid, stercoratos; quos administros gratiæ dedit, & Regum Patres. Quam Numinis sancti prouidentiam admirans Paulus, de primitijs Ecclesiæ loquens & Magistris orbi diuinitus renuntiatis, *Non multi potentes*, inquit, *non multi nobiles*, &c. Vt videatur præiuisse Deus iudicio suo, & Ecclesiæ velut sanxisse, non eos ad moderandam religionem sumi oportere illustres viros, qui natalibus efferuntur atque ferociunt, sed à populi humilitate tenuique fortuna tamquam è stercore educendos, qui solium gloriæ teneant, & pietate insignes.

1. Cor. 1, 26.

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Vt collocet eum cum Principibus.*] Ἄρχοντας, siue *Principes populi*, vocat Apostolos, vt Ordinaria Glossa interpretatur. Ad eorum cœtum honoratum adiunguntur omnes Pontifices & Episcopi, quos summus Imperator Christus humili sæpè loco natos ad summum Principatum euehit, & non tabellis aureis, quas olim Reges in creatione Magistratuum solebant tribuere, sed consecratione Principes facit. Magnum sanè decus atque incredibilis honoris amplitudo, quòd horum Principum imperio cælum, animæ & felicitas subijciantur. *Haud exiguus est titulus meritorum* (ait lex Imperatoria) *regere & gubernare Prouincias:* quantò maior est, moderari animas, omni hac rerum vniuersitate maiores? leges figere? ore Dei arbitrari? Hoc ad eos tantùm pertinet, qui cum illo amplissimâ potestate animas regunt & gubernant, & omnia Deo subijciunt. Quare in beatis Angelis, qui omnes sunt administratorij spiritus, cùm curam etiam habeant animarum, sintque in gradu longè magnificentissimo constituti, *Principatus* reperitur, in quo magna diuinæ mentis imago lucet: in Beatis, inquam; nam illi superbi impio latrocinio exultantes, qui contra beneficum Numen insanierunt, in sempiternum chaos præcipitati, *non seruauerunt suum Principatum*, ait Apostolus Iudas. Titulus ille inusitatæ gloriæ non potest cum vitio consistere, obsolescit istius Principatus clarissimus splendor atque dignitas, nisi virtus & sanctimonia comitentur.

Principes sunt Apostoli & animarum curam habentes.

Iud. 6.

9. *Qui habitare facit sterilem in domo*, &c.] Posset hoc totum referri ad singulas, quæ cùm diu steriles fuissent, posteà pepererunt, vt Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam, & similes; sed altiore sensu pertinet ad Ecclesiam ex Gentibus congregatam, quæ priùs sterilis, posteà plures Deo peperit quam synagoga: de qua est illud Apostoli ad Galatas ex Isaiæ cap. 54. *Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum.* Quod autem ad verba attinet, cùm dicitur, *Qui habitare facit sterilem in domo*, per *domum* intelligitur familia siue abundantia liberorum. vt sit sensus: Qui facit vt sterilis, quæ manebat solitaria, iam habitet inter sobolem copiosam in magna familia: id quod per verba sequentia declaratur, *Matrem super filijs lætantem:* Græcè, ἐπὶ τέκνοις: pro quo Latini habent, *Matrem filiorum lætantem.*

Ecclesia priùs sterilis Deo plures peperit quam synagoga.

Gal. 4, 27.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM CXIII. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Hic etiam Psalmus tam Iudæos, quàm eos qui de Gentibus sunt, ad laudem excitat: illis quidem recensens beneficia ab vniuersorum Deo in ipsos collata, & idola perstringens; his verò qui ex Gentibus sunt, vtpote iam ab idolorum cultu liberatis, ostendens quantum intersit inter verum Deum & eos qui non sunt dij. Atque vtrosq; ad veram Dei cognitionem disponit.

Ἀλληλούϊα.

Ὑμνεῖν καὶ οὗτος παρακαλεῖται καὶ Ἰουδαίους, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν· τοῖς μὲν καταλέγων τὰς εὐεργεσίας τὰς ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ εἰς αὐτοὺς γεγενημένας, καὶ τὰ εἴδωλα διακωμῳδῶν· τοῖς δὲ ἐξ ἐθνῶν, ὡς ἄρτι εἰδώλων ἀπαλλαγεῖσι, τὸ μέσον ἐπιδεικνὺς τῶν οὐκ ὄντων θεῶν πρὸς τὸν ὄντα. καὶ ἀμφοτέρους πρὸς θεογνωσίαν ῥυθμίζει.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. In exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro:

α΄. Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου·

De ijs quæ in exitu Ægypti contigerũt.

In exitu, id est in redemptione, in liberatione ab Ægypto. Et non dixit simpliciter de Ægypto, sed addidit de populo barbaro; per hoc nomen inimicorum, Dei curam ac prouidentiam demonstrans.

Ἐν ἐξόδῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ, ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς Αἰγύπτου. καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς Αἰγύπτου, ἀλλὰ προσέθηκε λαοῦ βαρβάρου· τῷ ὀνόματι τῶν πολεμίων, τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενος.

2. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israël potestas eius.

β΄. Ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ.

Templum, inquit, quod est in Iudæa, factum est sanctificatio ipsi, & populus Israël Regnum ei. Deinde subiungit miracula per ipsos gesta.

Ἐγένετό, φησιν, ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ ναὸς, ἁγίασμα αὐτῷ, καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ βασιλεία αὐτῷ. εἶτα ἐπιφέρει τὰ θαύματα δι' αὐτοὺς γενόμενα.

3. Mare vidit, & fugit:

γ΄. Ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν·

Mare rubrum intelligit.

Τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν λέγει.

Iordanis conuersus est retrorsum.

Ὁ Ἰορδάνης ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ὀπίσω.

Hoc enim factum est dum arca sancta per fluuium illum transibat.

Ἐγένετο γὰρ τοῦτο τῆς κιβωτοῦ τῆς ἁγίας διαβαινούσης τὸν ποταμόν.

* Vulgata vt

4. Montes exultauerunt * sicut arietes, & colles sicut agni ouium.

δ΄. Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων.

Deo nempe in ipsis apparitiones exhibente, ob salutem Israël quodammodò exiliebant.

Τοῦ θεοῦ δηλαδὴ τὰς ἐπιφανείας ἐν αὐτοῖς ποιουμένου, οἱονεὶ ἐσκίρτων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰσραὴλ σωτηρίᾳ.

5. Quid est tibi mare quòd fugisti? & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?

ε΄. Τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες; καὶ σὺ Ἰορδάνη, ὅτι ἐπεστράφης εἰς τὰ ὀπίσω;

* Vulgata omittit quia

6. Montes * quia exultastis

ϛ΄. Τὰ ὄρη ὅτι ἐσκιρτήσατε ὡσεὶ κριοὶ,

κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων.

Ταῦτα ὁ λαὸς ἐρωτᾷ τὰ στοιχεῖα. εἶτα ἡ προσωποποιΐα ποιεῖ, ἀποκρίνασθαι τοὺς ἐρωτῶντας. ἀποκρινόμενα οὖν ἐκεῖνα ἐπάγουσιν·

ζ. Ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.

Διὰ τοῦτό, φησιν, ἐσαλεύθημεν, ὅτι τὴν πρόσοψιν τοῦ θεοῦ οὐκ ἐφέρομεν ἡγουμένου ἔμπροσθεν τοῦ ἰδίου λαοῦ. εἶτα, ἵνα καὶ τὰ ἄλλα θαύματα διηγήσηται, ἐπιφέρει·

Τοῦ στρέψαντος τὴν πέτραν εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ τὴν ἀκρότομον εἰς πηγὰς ὑδάτων.

Αὐτὸς γὰρ τὴν ἄγονον πέτραν τῇ προχύσει τῶν ὑδάτων ἐπέκλυσε, πηγὰς ἐκεῖθεν ἀθρόως ἀναδοθῆναι κελεύσας. εἶτα λοιπὸν αὐτὸς ὁ λαὸς ἐπάγει·

θ. Μὴ ἡμῖν κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.

ι. Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου· μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν;

Τὸ πρόσωπον ὑπεξέρχεται τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτῶν αἰτούντων συγκαταριθμηθῆναι τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει. Ἡμεῖς μὲν γάρ, φησι, μυρίων ἄξιοι κακῶν· ἀλλ᾽ ὅπως τὸ ὄνομά σου μὴ βεβηλωθῇ, σῶζον ἡμᾶς.

Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ· πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.

Οὐ γὰρ οὕτως ἔχει, φησιν, ὡς ἂν ἐκεῖνοι ὑπολάβοιεν μὴ εἶναι σε· ὑπάρχεις γὰρ καὶ δεσπόζεις τοῦ παντὸς, καὶ ἡμεῖς πεπείσμεθα, ὅτι ὅσα ἠθέλησας καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ εἰργάσω, καὶ ἐργάζῃ.

ιβ. Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.

Οὐδὲ γὰρ εἶ, φησι, κατὰ τὰ εἴδωλα ἃ χεῖρες ἀνθρώπων εἰργάσαντο.

ιγ. Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται.

sicut arietes, & colles sicut agni ouium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hæc populus interrogat elementa. Deinde personæ fictio facit, vt ad interrogata respondeant. Illa igitur respondendo subiungunt:

7. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.

Idcircò, inquit, commoti fuimus, quia Dei coram populo suo præcedentis aspectum minimè ferebamus. Deinde, vt alia etiam miracula recenseat, subiungit:

8. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Ipse enim sterilem petram profusione aquarum inundauit, iubens inde fontes vberes promanare. Deinde populus ipse deinceps subiungit:

9. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

10. Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum?

Subducit personam Israëlitarum, & illorum qui petunt annumerari Gentium vocationi. Nam nos quidem, inquit, innumeris malis digni sumus; verumtamen ne nomen tuum profanetur, saluos nos fac.

11. Deus autem noster in cælo * & in terra: omnia quæcumque voluit fecit.

* Vulgata omittit & in terra:

Non enim, inquit, ita se res habet, prout illi opinantur te non esse: existis enim & dominaris vniuerso, & nobis constat, te quæcumque voluisti in cælo & in terra effecisse, & facere.

12. Simulacra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.

Dij Gentium simulacra.

Non enim es, inquit, sicut idola quæ manus hominum fabricarunt.

13. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Nempe, inquit, instrumenta quidem sensuum ipsis insculpta sunt, sed sensus minimè inest.

Ἀμέλει, φησὶν, ὄργανα ἐστὶν αὐτοῖς αἰσθήσεων ἐγγεγλυμμένα, αἰσθήσεις δὲ οὐκ ἔνι.

14. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

ιδ'. Ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται.

15. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

ιε'. Χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσι· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν.

Deinde gratiosè subiungit imprecationem in illos qui arbitrantur illa aliquid esse: subdit enim:

Εἶτα χαριέντως ἐπιφέρει τὴν ἀρὰν τοῖς οἰομένοις εἶναί τι ταῦτα. ἐπάγει γάρ·

16. Similes illis fiant qui faciunt ea; & omnes qui confidunt in eis.

ις'. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ· καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.

Nequaquam, inquit, sibi ducant contumeliæ, si dijs suis similes euaserint. Quod si autem hoc ipsis non fuerit iucundum, quomodo non fugienda sit illorum adoratio?

Οὐ δήπου, φησὶν, ὕβριν ἡγήσονται, κἂν τοὺς θεοὺς αὐτῶν γένωνται· εἰ δὲ οὐχ ἡδὺ αὐτοῖς τοῦτο, πῶς οὐ φευκτέον αὐτῶν τὴν προσκύνησιν;

17. Domus Israël sperauit in Domino: adiutor * & protector eorum est.

Vulgata addit eorum

ιζ'. Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν.

Sed nobis, inquit, Israëlitis non est talis Deus; sed qui spem nostram continet, & in opus educit.

Ἀλλ' ἡμῖν, φησι, τῷ Ἰσραὴλ οὐκ ἔστι τοιοῦτος θεός· ἀλλ' ὃς τὴν ἐλπίδα ἡμῶν κατέχει, καὶ εἰς ἔργον ἄγει.

18. Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor * & protector eorum est.

Vulgata addit eorum

ιη'. Οἶκος Ἀαρὼν ἤλπισεν ἐπὶ κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν.

Cùm in superioribus versiculis multitudinem commemorasset, hoc loco recenset Sacerdotes. Deinde etiam vniuersim tam populos quàm Sacerdotes coniungens, subdit:

Εἰπὼν ἐν τοῖς ἀνωτέρω στίχοις τὸ πλῆθος, ἐνταῦθα τοὺς ἱερεῖς λέγει. εἶτα καὶ καθ' ὅλου συνάγων τούς τε λαοὺς καὶ τοὺς ἱερέας, ἐπιφέρει·

19. Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor * & protector eorum est.

Vulgata addit eorum

ιθ'. Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἤλπισαν ἐπὶ κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν.

Deinceps exinde quasi alternis sibi mutuo respondentes subiungunt:

Εἶτα ἐφεξῆς ὡσανεὶ ἀντιφωνοῦντες ἀλλήλοις ἐπάγουσιν·

20. Dominus * recordatus nostri, * benedixit * nos:

Vulgata memor fuit · *addit &* · *nobis*

κ'. Κύριος μνησθεὶς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς·

Deinde altera pars:

Εἶτα ἕτερον μέρος·

21. Benedixit * domum Israël

domui

κα'. Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραήλ·

Deinde pars alia:

Εἶτα τὸ ἄλλο·

Benedixit * domum Aaron.

domui

Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών.

Καὶ

Καὶ οὕτως ἐφεξῆς. φωνὴ παραφωνὴ γοῦν τοῦ δήμου·

κβ'. Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων.

Εἶτα καὶ ἐπεύχονται ἀλλήλοις·

κγ'. Προσθείη κύριος ἐφ' ἡμᾶς· ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν.

Εἶτα πάλιν τὸ ἕτερον μέρος.

κδ'. Εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Εἶτα αὐτὸς ὁ Προφήτης ἐπισφραγίζων τὰ εἰρημένα ἐπάγει·

κε'. Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ· τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.

Ἐκεῖνός, φησιν, ὁ Θεὸς, ὁ τὸν ἀνώτερον οὐρανὸν οἰκῶν, αὐτὸς τοῖς ἀνθρώποις εἰς οἴκησιν τὴν γῆν ἐδωρήσατο.

κϛ'. Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδην.

κζ'. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσωμεν τὸν κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Πρὶν οὖν, φησι, δέσποτα ἡ τοῦ θανάτου ἀνάγκη πάντας ἡμᾶς καλύψῃ, ἐπίδειξαι εἰς ἡμᾶς τοὺς οἰκτιρμούς σου, ἵνα αἰσθόμενοι τῆς εὐεργεσίας, ὑμνήσωμεν καὶ δοξάσωμεν· ἀναισθητοῦντες γὰρ οὐδὲν τούτων ποιήσομεν.

Et sic deinceps. Vox itaque populi respondentis est:

PARAPHRASIS ANONYMI.

22. Benedixit * ijs qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.

* Vulgata omnibus

Deinde sibi mutuo apprecantur:

23. Adijciat Dominus super vos; super vos & super filios vestros.

Deinde rursus pars altera.

24. Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

Denique ipsemet Propheta ea quæ dicta sunt concludens subdit:

25. Cælum cæli Domino: terram autem dedit filijs hominum.

Ille, inquit, Deus, qui supernum cælum inhabitat, ipse quoque hominibus terram dedit incolendam.

26. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.

27. Sed nos qui viuimus * benedicemus Dominum ex hoc nunc & vsque in sæculum.

* Vulgata benedicimus Domino

Priusquam igitur, inquit, Domine nos omnes mortis necessitas obumbret, exhibe nobis tuas miserationes, vt beneficij sensu percepto, te laudemus ac glorificemus; nam sensibus priuati nil horum faciemus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΕΝ ΕΞΟΔΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΞ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.] Ὅτε, φησὶν, ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐλυτροῦτο τοῦ βαρβάρου λαοῦ τῆς δουλείας (λέγει δὲ τῶν Αἰγυπτίων) τότε μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἔξοδον, οἴκησις αὐτῷ γέγονεν ἡ Παλαιστίνη καὶ βασιλεία ὁ Ἰσραήλ. Εἶτα καταλέγει τὰ τότε γεγονότα θαύματα, καὶ φησίν·

γ'. Η ΘΑΛΑΣΣΑ ΕΙΔΕ, ΚΑΙ ΕΦΥΓΕΝ.] Ἡ μὲν ἐρυθρά, φησι, περάσασιν αὐτοῖς διέστη· ὁ δὲ Ἰορδάνης εἰς τοὐπίσω ὑπανεχώρησε δίοδον τῇ κιβωτῷ παραχών. προσωποποιΐα δὲ τὰ λεγόμενα. Περιτίθησι

1. IN EXITV ISRAEL DE ÆGYPTO.] Quando, inquit, domus Israël redempta fuit à barbari populi seruitute (intelligit autem Ægyptios) tunc post egressum inde, habitatio ipsi fuit Palæstina & Regnum Israël. Deinde recenset miracula quæ tunc contigerunt, & ait:

3. MARE VIDIT, ET FVGIT.] Mare quidem, inquit, rubrum ipsis transeuntibus diuisum fuit; Iordanis verò retrorsum recessit arcæ transitum præbens. Hæc autem per prosopopœiam dicta sunt. Rebus enim

De maris & Iordanis recessu.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

enim inanimatis quodammodò sensum affingit, Dei potentiam deprædicans, & sensibile quoddam gaudium subinsinuat.

5. QVID EST TIBI MARE QVOD FVGISTI?] Ac si animata forent interrogat elementa; & quia inanimata erant, ipse pro eis subiungit responsionem. Istiusmodi enim est prosopopœia. Quæ est autem responsio? *A facie Domini.* Idcircò, inquit, immutata sumus: quia Dei apparentis & populum suum præcedentis aspectum minimè ferebamus. Propriè autem loquendo, à facie Saluatoris mota fuit terra vniuersa, non ex parte, sicut tunc mare, & fluuij, & montes, & colles. Quod Aquila *parturijt* ait; iuxta illud dictum Isaiæ, *Quis audiuit talia? Si parturiuit terra in die vna, aut etiam nata est gens tota simul?* Tunc igitur commotæ sunt Gentium religiones, vt constituerentur, & in melius mutarentur. A facie autem Domini parturiuit terra: ipse enim est, qui per gratiam animas hominum, quæ olim steriles erant, fecundas reddidit. Deinde cetera quoque enarrans, subiungit:

A facie Saluatoris tota terra mota fuit.

Isaiæ 66, 7.

8. QVI CONVERTIT PETRAM.] Illius, inquit, Dei faciem non sustinebamus, qui poterat ea quæ tantummodò volebat; qui de petra faciebat fontes emanare, & stagnorum originem existere. Rupem enim dicit, quæ ob duritiem de summis verticibus resecari non poterat. Hoc loco autem non alia est petra, & alia rupes, sed geminatione iterùm vsus est.

De aquis è petra manantibus.

9. NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS.] Etiamnum, inquit, Domine temetipsum imitatus, non auertas à nobis clementiam tuam. Non enim hoc nos glorificabit, sed te, qui post tot tantaque delicta nostri adhuc curam geris. Videtur autem hoc insinuare casum populi de circumcisione. Nos quidem, inquit, indigni sumus gratiâ, quâ tota gens digna reputabitur. Verumtamen ne feceris nobis Domine secundùm delicta nostra, sed propter nomen tuum, quod ab initio inuocatum est super nos, clementiam tuam nobis manifesta. Nam si nos, inquit, perpessi fuerimus propter peccata nostra, Gentes autem hoc ignorauerint, existimabunt nos ob infirmitatem tuam perpeti illa quæ patimur, perperàm suspicantes te

Soli Deo gloria.

γὰρ καὶ τοῖς ἀψύχοις οἱονεὶ αἴσθησιν, τοῦ Θεοῦ κηρύττων τὴν δύναμιν, καὶ τῆς αἰσθήσεως ὑποφαίνει χαράν.

ε΄. ΤΙ ΣΟΙ ΕΣΤΙ ΘΑΛΑΣΣΑ ΟΤΙ ΕΦΥΓΕΣ;] Ὥσπερ ἔμψυχα ἐρωτᾷ τὰ στοιχεῖα· καὶ ἐπεὶ ἄψυχα ἦν, αὐτὸς ἐπιφέρει καὶ τὴν ἀπόκρισιν. τοιοῦτον γὰρ προσωποποιΐα. τίς δὲ ἡ ἀπόκρισις; Ἀπὸ προσώπου κυρίου. διὰ τοῦτο, φησι, μετεσχηματιζόμεθα, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ πρόσοψιν οὐκ ἐφέρομεν τοῦ ἰδίου λαοῦ προηγουμένου καὶ ἐπιφαινομένου. Ἐναληθῶς δὲ εἰπεῖν, ἀπὸ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἐκλονήθη ἡ γῆ πᾶσα, οὐ μερικῶς, καθάπερ τότε ἡ θάλασσα, καὶ ποταμοὶ, καὶ ὄρη, καὶ βουνοί. ὅπερ Ἀκύλας ὠδίνησε φησι· κατὰ τὸ παρ' Ἡσαΐου ῥηθὲν, Τίς ἤκουσε τοιαῦτα; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἢ καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ; Τότε οὖν ἐκλονήθη τὰ τῶν ἐθνῶν σεβάσματα, ὡς ἂν συστῇ, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβληθῇ. Ἀπὸ προσώπου δὲ κυρίου ὠδίνησεν ἡ γῆ· αὐτὸς γάρ ἐστιν, ὁ διὰ τῆς χάριτος τὰς πάλαι στείρας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εὐτέκνους ἀπεργασάμενος. εἶτα διηγούμενος καὶ τὰ λοιπὰ, ἐπιφέρει·

η΄. ΤΟΥ ΣΤΡΕΨΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΠΕΤΡΑΝ.] Ἐκείνου, φησὶ, τοῦ Θεοῦ τὴν πρόσοψιν οὐκ ἠνέγκαμεν, τοῦ δυνηθέντος ἃ μόνον ἐβουλήθη· τοῦ τὴν πέτραν ποιήσαντος ῥεῦσαι πηγὰς, καὶ λιμνῶν εὑρεθῆναι ὑπόθεσιν. ἀκρότομον γὰρ λέγει, τὴν μηδὲ ἐκ τῶν ἄκρων δυναμένην τμηθῆναι διὰ τὸ στερέμνιον. οὐκ ἄλλο δὲ ἡ πέτρα, καὶ ἄλλη ἡ ἀκρότομος, ἀλλὰ κἀνταῦθα ἐπαναδιπλῶσαι κέχρηται.

θ΄. ΜΗ ΗΜΙΝ ΚΥΡΙΕ, ΜΗ ΗΜΙΝ.] Καὶ νῦν, φησι, δέσποτα σαυτὸν μιμούμενος, μὴ κωλύσῃς ἀφ' ἡμῶν τὴν φιλανθρωπίαν σου. Οὐ γὰρ ἡμᾶς τοῦτο δοξάσει, ἀλλὰ σὲ, τὸν μετὰ τοσαῦτα πλημμελήματα κηδόμενον ἡμῶν ἔτι. Ἔοικε δὲ τοῦτο τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ αἰνίττεσθαι τὴν ἀπόπτωσιν. ἡμεῖς μὲν, φησιν, ἀνάξιοι τῆς χάριτος, ἧς ἅπαν ἔθνος ἀξιωθήσεται. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ποιήσῃς δέσποτα κατὰ τὰ πλημμελήματα ἡμῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν ὄνομα, τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπικεκλημένον ἡμῖν, τὴν φιλανθρωπίαν σου ἡμῖν ἐμφάνισον. εἰ γὰρ ἡμεῖς πάθωμεν κακῶς, φησι, δι' ἁμαρτίας, ἀγνοήσουσι δὲ τοῦτο τὰ ἔθνη, νομίσουσιν ἀσθενείᾳ σῇ πάσχειν ἃ πάσχομεν, μὴ εἶναί σε

κακῶς

Digitized by Google

κακῶς ὑπονοοῦντες. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔστιν ὡς ἡ ἐκείνων ὑπόληψις· ὑπάρχεις γάρ, καὶ δεσπόζεις τοῦ παντός. Καὶ ἡμεῖς πεπείσμεθα, ὅτι ὅσα ἠθέλησας καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ εἰργάσω, καὶ ἐργάζῃ. Σημείωσαι δὲ ὡς, εἰ καὶ ἐν γῇ ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε, πῶς εὐχόμεθα· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. εἶτα κατὰ παράθεσιν ποιεῖται τῶν εἰδώλων τὸν ἔλεγχον, καί φησι·

ιβ. ΤΑ ΕΙΔΩΛΑ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ.] Οὐδὲ γάρ, φησιν, εἰ κατὰ τὰ εἴδωλα ἃ χεῖρες ἀνθρώπων εἰργάσαντο, ἃ δημιουργεῖται, οὐχὶ δημιουργεῖ, καὶ ἐξ ὕλης μόνης ἔχει τὸ τίμιον ἀμέλει· ὄργανά ἐστιν αὐτοῖς αἰσθήσεως ἐγγεγλυμμένα, στόματα, καὶ τὰ λοιπά· αἴσθησις δὲ οὐκ ἔνι. εἶτα χαριέντως ἐπιφέρει τὴν ἀρὰν τοῖς οἰομένοις εἶναί τι ταῦτα, καί φησιν· Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο. δίκαιον γάρ, καὶ οὐκ ἂν τοῦτο ὕβριν ἡγήσονται, τὸ εἰς ὅμοιον καταστῆναι τοὺς σεβομένους. Οὐκ ἀρᾶς γὰρ τοῦτο, ἀλλ' εὐχῆς, τὸ θεοὺς γενέσθαι καθάπερ οἴονται, καὶ ἔχειν ὃ θαυμάζουσιν. εἰ δὲ οὐχ ἡδὺ τοῦτο αὐτοῖς· πῶς οὐ φεύγουσι τὴν προσκύνησιν. οἱ γὰρ ἀναισθήτοις προσανέχοντες, οὐδὲν αὐτῶν κατὰ γνώμην διοίσουσιν.

ιζ'. ΟΙΚΟΣ ΙΣΡΑΗΛ ΗΛΠΙΣΕΝ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ.] Ἀλλ' ἡμῖν, φησι, τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ οὐκ ἔστι τοιοῦτος ὁ Θεός, ἀλλ' οἷός τε καὶ τὴν ἐλπίδα ἡμῶν κατέχειν καὶ εἰς ἔργον ἄγειν. εἰπὼν δὲ ἐν τούτοις τὸ πλῆθος, λέγει καὶ τοὺς ἱερεῖς διὰ τοῦ Ἀαρών. Τρίτον δὲ τάγμα τῶν φοβουμένων τὸν κύριον, δεικνύντος τοῦ λόγου, ὡς εἰ καὶ μή τινες τοῖς ἱερεῦσιν ἐντετάχαται, τῷ θείῳ δὲ φόβῳ συνέχονται, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελοῦνται, τῆς ἴσης προθυμίας ἐπιτυγχάνουσιν. οὗτοι δὲ ἦσαν, οἱ καὶ προσήλυτοι λεγόμενοι, καὶ τὸν Θεὸν μετὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ σεβόμενοι. Καὶ ἄλλως δὴ πᾶν τὸ διορατικὸν γένος, οἶκος Ἰσραὴλ χρηματίζον, ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, διὰ τοῦ μὴ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἐπεστράφθαι· καὶ ὁ τῶν θεραπευόντων τὸ θεῖον οἶκος, διὰ τὸ τυγχάνειν ἱερεῖς, ἤλπισαν μείζονι καὶ τεθεωρημένῃ ἐλπίδι. καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν φοβούμενοι τὸν κύριον, καὶ αὐτοὶ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ἑαυτοὺς ἐξήρτησαν, ὡς συμπολῖται τῶν ἁγίων γενόμενοι. εἶτα

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

minimè existere. Verùm haud ita se res habet prout ipsi opinantur; siquidem existis, & vniuerso dominaris. Et nos credimus, quia quæcumque voluisti in cælo & in terra, eadem operatus es, & operaris. Nota verò quomodo, licet quæcumque voluit in terra fecerit, nihilominùs oremus: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Deinde per comparationem idola redarguit, & ait:

Math. 6, 10.

12. SIMVLACRA GENTIVM ARGENTVM.] Non enim, inquit, es iuxta idola quæ manus hominum fabricarunt, quæ conduntur, non condunt, & ex sola materia pretium suum obtinent: siquidem sensuum instrumenta ipsis insculpta sunt, ora, & cetera; sensus autem ipsis minimè inest. Deinde gratiosè infert imprecationem ijs qui hæc aliquid esse putant, & ait: *Similes illis fiant.* Hoc enim æquum est, neque id contumeliam existimabunt, si similes euaserint ijs quæ colunt. Nam hoc non est imprecatio, sed votum, vt dij fiant qualiter ipsi existimant, & habeant id quod admirantur. Quòd si verò ipsis hoc minimè placeat; quomodo non cauent istiusmodi adorationem. Nam qui insensibilibus addicti sunt, secundùm animi affectum ab ijs minimè dissident.

Idola Gentium qualia sint.

17. DOMVS ISRAEL SPERAVIT IN DOMINO.] Verùm nobis, inquit, domui Israël non est talis Deus; sed qui possit spem nostram continere & in opus deducere. Cùm autem hîc multitudinem commemorasset, recenset etiam Sacerdotes per Aaronem. Tertius autem ordo, est timentium Dominum, sermone declarante, quòd aliqui licet Sacerdotibus non fuerint aggregati, diuino tamen timore se continuerint, ac virtuti studuerint, eumdem fauorem consequantur. Hi autem erant, qui etiam proselyti dicebantur, & Deum vnà cum Israëlitis colebant. Aliter verò etiam omne genus contemplatiuum, quod domus Israël nuncupatur, sperauit in Dominum, eò quòd ad nihil aliud conuersum sit; & domus Deo seruientium, eò quòd sint Sacerdotes, sperauerunt maiori & certiori spe. Et qui de Gentibus timent Dominum, etiam illi ex eius auxilio toti dependebant, tamquam conciues Sanctorum effecti. Deinde deinceps tam-

Qui per domum Israël intelligantur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

quam alternis sibi mutuo respondentes subiungunt:

20. DOMINVS MEMOR FVIT NOSTRI.] Primo loco quidem primam partem dicit, *Benedixit Domui Iacob*; deinde secundam, *Benedixit Domui Aaron*; deinde tertiam, *Benedixit his qui timent Dominum*. Postmodum sermo Propheticus vtrisque benè precatur: *Adijciat Dominus super vos. Benedicti vos à Domino*. Si autem scribatur, *Super nos & super filios nostros*, tunc ordines sibi mutuo apprecantur. Pulchrè autem spei fructum ostendit coniungens illi benedictionem. *Pusillos* autem *cum maioribus* dicens, omnem vitam omnemque ætatem complexus est eorum qui timent Deum. Deus enim meminit omnium qui memores sunt ipsius, sicut è diuerso. Ceterùm non *magni cum paruis* benedicuntur, sed *pusilli cum maioribus*; vt & ipsi cras magni euadant. Porrò istud magnum & paruum etiam de interiori homine intellige.

Spei fructus est Dei benedictio.

25. CÆLVM CÆLI DOMINO.] Ille, inquit, Deus, qui superius cælum inhabitat, non habet naturam circumscriptam; sed cùm ipse gaudeat ijs qui istic versantur, dedit terram hominibus incolendam, vtpote non Iudæorum dumtaxat curam gerens, sed etiam omnium hominum, quibus eam dedit habitandam.

26. NON MORTVI LAVDABVNT TE DOMINE.] Priusquam igitur, inquit, Domine mortis necessitas nos omnes obruat, ostende nobis misericordias tuas, vt beneficij sensu percepto te laudemus ac glorificemus: insensibiles enim effecti nil horum faciemus. Vel mortuos appellauit eos qui inanimatis idolis seruiunt; viuentes verò illos qui Deum viuentem adorant. Ceterùm viuentes quoque, in quantum viuunt, mouet ad laudandum Deum, eò quòd nempe mors hoc prohibeat; iuxta illud, *Cantabo Domino in vita mea*. Vel viuentes intelligit eos qui secundùm virtutem viuunt, ex qua etiam perennitas laudationis existit. *Non enim est speciosa laus in ore peccatoris*, qui peccando mortuus est.

Mortui censendi qui idola colunt; viuentes qui Deum viuum laudant.

Psal. 145.

Eccli. 15, 9.

ἐφεξῆς ὡς ἀντιφωνοῦντες ἀλλήλοις ἐπάγουσι·

κ'. ΚΥΡΙΟΣ ΜΝΗΣΘΕΙΣ ΗΜΩΝ.] Προηγουμένως μὲν τὸ πρῶτον μέρος φησὶν, Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰακώβ· εἶτα τὸ δεύτερον, Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών· εἶτα τὸ τρίτον, Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον. εἶτα ἐπεύχεται ἀμφοτέροις ὁ προφητικὸς λόγος· προσθείη κύριος ἐφ' ὑμᾶς. Εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ. εἰ δὲ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἡμῶν γράφεται, ἐπεύχονται ἀλλήλοις τὰ τάγματα. καλῶς δὲ τῆς ἐλπίδος ὑπέδειξε τὸν καρπὸν εὐλογίαν ταύτῃ συζεύξας. μικροὺς δὲ μετὰ τῶν μεγάλων εἰπὼν, πάντα βίον καὶ πᾶσαν ἡλικίαν τῶν φοβουμένων τὸ θεῖον συνείληφε. Πάντων γὰρ μνημονεύει ὁ θεὸς τῶν αὐτοῦ μεμνημένων, ὥσπερ καὶ τοὐναντίον. οὐχ οἱ μεγάλοι δὲ μετὰ τῶν μικρῶν εὐλογοῦνται, ἀλλ' οἱ μικροὶ μετὰ τῶν μεγάλων· ἵνα καὶ οὗτοι αὔριον μεγάλοι γένωνται. τὸ δὲ μέγα καὶ μικρὸν καὶ ἐπὶ τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου νόησον.

κέ. Ο ΟΥΡΑΝΟΣ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Ἐκεῖνός, φησιν, ὁ θεὸς, τὸν ἀνώτερον οὐρανὸν οἰκῶν, οὐ περιγεγραμμένην ἔχει φύσιν· ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖσε πολιτευομένοις ἐνευφραινόμενος αὐτὸς, τοῖς ἀνθρώποις εἰς οἴκησιν τὴν γῆν ἐδωρήσατο, ὡς ἂν οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων κηδόμενος, οἷς ταύτην οἰκητήριον δέδωκε.

κϛ'. ΟΥΧ ΟΙ ΝΕΚΡΟΙ ΑΙΝΕΣΟΥΣΙ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] Πρὶν οὖν, φησὶ, δέσποτα ἡ τοῦ θανάτου ἀνάγκη πάντας ἡμᾶς καλύψῃ, ἐπίδειξον τοὺς εἰς ἡμᾶς οἰκτιρμούς σου, ἵνα αἰσθανόμενοι τῆς εὐεργεσίας ὑμνήσωμεν καὶ δοξάσωμεν· ἀναισθητοῦντες γὰρ οὐδὲν τούτων ποιήσομεν. ἢ νεκροὺς τοὺς ἀψύχοις εἰδώλοις εἶπε λατρεύοντας· ζῶντας δὲ τοὺς ζῶντα προσκυνοῦντας θεόν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ζῶντας, ἐν ὅσῳ ζῶσι, κινεῖ ὑμνεῖν τὸν θεὸν, ὡς τοῦ θανάτου τοῦτο κωλύοντος· κατὰ τὸ, Ἄσω τῷ κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου. ἢ τοὺς ζῶντας τὴν κατ' ἀρετὴν λέγει ζωὴν, καθ' ἣν καὶ τὸ διαιωνίζον τῆς ὑμνολογίας. οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, τοῦ νεκρωθέντος τῷ ἁμαρτάνειν.

CATE-

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ἐν τούτῳ ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν κατασημαίνεται, διδασκαλία τε πρὸς τούτῳ αὐτοῖς τοῖς σωζομένοις, ἐπὶ τοῦ καὶ τὴν παλαιὰν εἰδέναι διαθήκην οὖσαν Θεοῦ, καὶ τὴν πρότερον σωτηρίαν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ διὰ τοῦ κυρίου γεγενημένην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὕμνος καὶ οὗτός ἐστι τὰς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παρασχεθείσας εὐεργεσίας διεξιὼν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν διηγούμενος, καὶ τῶν εἰδώλων κωμῳδῶν τὴν ἀσθένειαν. Ἁρμόττει δὲ καὶ οὗτος ὁ ὕμνος τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσι, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ἀπηλλαγμένοις· μανθάνουσι γὰρ ὅσον τὸ μέσον τῶν οὐκ ὄντων πρὸς τὸν ὄντα, καὶ ὡς εἷς ἐστι Θεὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης.

α'. ΕΝ ΕΞΟΔΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΞ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῆς Αἰγύπτου, φησὶ, τὸν Ἰσραὴλ ὁ δεσπότης ἐλευθερώσας, καὶ τῆς τῶν βαρβάρων ἐκείνων ἀπαλλάξας δουλείας, λαὸν μὲν τοῦτον οἰκεῖον ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τῇ Ἰουδαίᾳ τὸν νεὼν τὸν οἰκεῖον ἱδρύσατο. ἁγίασμα γὰρ τοῦτο ἐκάλεσεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐκ λαοῦ βαρβάρου· ὁ μὲν Ἀκύλας, ἀπὸ λαοῦ ἑτερογλώσσου· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐκ λαοῦ ἀλλοφώνου ἐκδέδωκεν.

β'. ΕΓΕΝΗΘΗ ΙΟΥΔΑΙΑ ΑΓΙΑΣΜΑ ΑΥΤΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἰουδαία ἐξομολόγησις, Ἰσραὴλ δὲ νοῦς ὁρῶν Θεὸν ἑρμηνεύεται. πρότερον μὲν οὖν ἐξομολογήσασθαι προσήκει, ἵνα εἰς ἁγίασμά τις Θεοῦ γένηται, οἶκος καὶ ἅγιος ναὸς αὐτοῦ κατασκευαζόμενος, ἵνα οὕτω τελειωθεὶς διὰ θεωρίας τῆς ἀληθείας Ἰσραὴλ ἀποδειχθῇ, γενόμενος ὑπ' αὐτοῦ μακαρισμοῦ τυχεῖν, ὀψόμενος τὸν Θεὸν καρδίᾳ καθαρᾷ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ; ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ. καίτοι πᾶσα ἡ οἰκουμένη ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ἦν αὐτοῦ, ἀλλ' οὗτοι κατ' οἰκείωσιν ἑτέραν· ἐπειδὴ καὶ Προφήτας ἐδέχοντο, καὶ διελέγετο αὐτοῖς, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ᾠκονόμει μειζόνως.

γ'. Η ΘΑΛΑΣΣΑ ΕΙΔΕ, ΚΑΙ ΕΦΥΓΕΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Προσωποποιεῖται τὰ εἰρη-

ATHANASII. Etiam in hoc vocatio Gentium significatur, atque insuper doctrina traditur ijs qui seruantur, vt sciant vetus quoque Testamentum Dei extitisse, & priorem salutem populi de circumcisione per Dominum factam esse.

Idem veteris & noui Testamenti Deus.

EVSEBII. Hic Hymnus quoque beneficia commemorat quæ à Deo Iudæis sunt exhibita, Deique potentiam declarat, & idolorum infirmitatem exsibilat. Ceterùm hic Hymnus quoque congruit ijs qui de Gentibus crediderunt, atque ab idolorum errore liberati sunt: discunt enim quantum intersit inter eos qui non sunt & eum qui est, & quomodo sit vnus idemque veteris ac noui Testamenti Deus.

1. IN EXITV ISRAEL DE ÆGYPTO.] THEODORETI. Cùm Dominus, inquit, Israëlem ex Ægypto liberasset, atque à Barbarorum illorum seruitute vindicasset, populum hunc suum declarauit, & in Iudæa proprium templum ædificauit. Hoc enim sanctificationem appellauit.

EVSEBII. Ceterùm pro *de populo barbaro*; Aquila quidem, *de populo alterius linguæ:* Symmachus verò *de populo alterius vocis* exposuit.

2. FACTA EST IVDÆA SANCTIFICATIO EIVS.] THEODORETI. Iudæa *confessio*, Israël *mens videns Deum* interpretatur. Primùm igitur confiteri oportet, vt quis sanctificatio Dei fiat, in domum & templum eius sanctum præparatus, vt ita perfectus per contemplationem veritatis perfectus ostendatur esse Israël, qui ab ipso consecuturus sit hanc beatitudinem, vt Deum videat corde puro.

Iudæa & Israël quid significent.

CHRYSOSTOMI. Quid est *Israël potestas eius*? Sub eius imperio [inquit.] Atqui vniuersus orbis terræ eius imperio suberat, verùm hi secundùm aliam adhuc proprietatem ac familiaritatem; quandoquidem etiam Prophetas acceperant, & cum eis differebat, & res eorum ampliùs administrabat.

Israël peculiaris Dei populus.

3. MARE VIDIT, ET FVGIT.] THEODORETI. Hæc quæ dicta sunt tam-

CATENA PATRVM.

tamquam personas inducit, suoque sermone affingit sensum rebus inanimatis, Dei potentiam prædicans. Te enim, inquit, populum ducente, hinc inde cum formidine mare recessit, atque expeditum iter præbuit. Fluuius quoque inhibitus fuit, & fluxuum suorum cursum contraxit, tamquam si ratione præditus esset, in arca tuam potentiam apprehendens.

Hesychii. Hæc fortè quidem secundùm sensum in exitu populi Iudæorum contigerunt, licet illic mare non fugisse, sed diffissum fuisse cognouerimus. Verùm vt ista etiam contigerint, nequaquam tamen sequentia. Vbi enim apud ipsos montes vel colles exaltatos fuisse intelleximus? vnde manifestum fit, illa miracula quæ ipsis euenerunt, particularia quidem fuisse, sed ad nostratia exprimenda contigisse. Mare enim existimandum est prauum viuendi institutum, vtpote inconstans, naufragiaque ac tempestates in eo versantibus excitans; Iordanem verò esse gratiam Baptismatis. Huius igitur vitæ mare fugit eum qui confitetur, cùm sit salsum, & non possit cum illo commisceri qui semel deserüit salsuginem peccatorum. Iordanis autem non fugit, sed confitentibus retrorsum vertitur, dum ad pœnitentiæ lacrymas conuertuntur; quandoquidem in virtute Baptismatis pœnitentia operetur, & nullum fructum pœnitentiæ percipere quis possit, nisi priùs fuerit baptizatus, vel saltem sub idem tempus pœnitentiæ baptizetur. Quapropter lex omnem sordium liberationem per aquam præstabat. Sed & Ioannes cùm pœnitentiam prædicaret, simul cum pœnitentia Baptismum subinferebat.

Quid maris fuga & Iordanis conuersio mysticè designent.

Chrysostomi. Vidisti & in diuersis temporibus & in diuersis locis fieri miracula? Vt enim scirent Dei potentiam vbique esse extensam, & loco non concludi, & in barbara regione, & in solitudine, & vbique adfuit faciens miracula; & nunc quidem in mari, nunc autem in fluuijs; & tunc quidem cùm regeret Moyses; posteà autem cùm dux esset Iesus. Et per miracula vbique transmittebantur.

Quid per montes & colles exultantes intelligatur.

4. Montes exvltavervnt sicvt arietes.] Theodoreti. Et colles & montes moti sunt, & tripudiare videbantur, quippe

μένα, καὶ τοῖς ἀψύχοις τῷ λόγῳ περιτίθησιν αἴσθησιν, τοῦ Θεοῦ κηρύττων τὴν δύναμιν. σοῦ γάρ, φησιν, ἡγουμένου τοῦ λαοῦ, ὑπεχώρησεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἡ θάλασσα δείσασα, τὴν δὲ πορείαν παρεῖχεν ἀκώλυτον. ἀνεχαίτισε δὲ ὁ ποταμὸς, καὶ τὴν οἰκείαν ῥευμάτων ἐπέσχε τὴν ῥύμην, καθάπερ τις λογικὸς, ἐν τῇ κιβωτῷ τὴν σὴν φανταζομένης δύναμιν.

Ησυχιου. Ταῦτα μὲν ἴσως κατὰ τὸ αἰσθητὸν ἐπὶ τῆς ἐξόδου τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐγένετο, καίτοι οὐδὲ φυγοῦσαν ἐκεῖ τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ γὰρ διαιρεθεῖσαν ἔγνωμεν. εἰ δὲ καὶ ταῦτα γεγένηται, ἀλλ' οὐκέτι τὰ ἑπόμενα. πότε γὰρ ὄρη ὑψωθέντα παρ' αὐτοῖς ἢ βουνοὺς ἠκούσαμεν; ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἅπερ αὐτοῖς συνέβαινε θαύματα, μερικὰ μὲν ἦν, εἰς ἐκτύπωσιν δὲ τῶν ἡμετέρων συνέβαινε. θάλασσαν γὰρ τὴν πονηρὰν τοῦ βίου πολιτείαν, ὡς ἄστατον, ναυάγιά τε ποιοῦσαν καὶ χειμῶνα τοῖς ἐν αὐτῇ προσοῦσι νομίζεσθαι. Ἰορδάνην δέ γε τὴν χάριν τοῦ βαπτίσματος. φεύγει τοίνυν ἡ τοῦ βίου θάλασσα τὸν ἐξομολογούμενον, ἁλμυρά τις οὖσα, καὶ μὴ δυναμένη πρὸς τὸν ἅπαξ ἀναχωρήσαντα τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἅλμης ἐγκαταμίγνυσθαι. ὁ Ἰορδάνης δὲ οὐ φεύγει, ἀλλ' εἰς τὸ ὀπίσω τοῖς ἐξομολογουμένοις στρέφεται, εἰς τὸ τῆς μετανοίας μεταβαλλομένοις δάκρυον· ἐπειδὴ τῇ δυνάμει τοῦ βαπτίσματος ἐνεργεῖται ἡ μετάνοια, καὶ οὐδὲν ὠφεληθείη τις μετανοῶν, εἰ μὴ τύχοι πρότερον βαπτισθεὶς, ἢ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς μετανοίας βαπτιζόμενος. Διόπερ ὁ νόμος πᾶσαν μολυσμῶν ἀπαλλαγὴν δι' ὕδατος ἐπραττεν. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωάννης μετάνοιαν κηρύξας, ἐπέφερε τῇ μετανοίᾳ τὸ βάπτισμα.

Χρυσοστομου. Εἶδες καὶ ἐν διαφόροις καιροῖς καὶ ἐν διαφόροις χωρίοις τὰ θαυματουργούμενα; ἵνα γὰρ μάθωσιν ὅτι πανταχοῦ ἡ δύναμις ἐκτέταται τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ περικλείεται τόπῳ, καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πανταχοῦ παρεγένετο θαυματουργῶν· καὶ νῦν μὲν ἐν θαλάττῃ, νῦν δὲ ἐν ποταμοῖς· καὶ τότε μὲν ἐπὶ Μωσέως· ὕστερον δὲ ἐπὶ Ἰησοῦ· καὶ πανταχοῦ διὰ σημείων παρεπέμπετο.

δ'. Τα ορη εσκιρτησαν ωσει κριοι.] Θεοδωρητου. Καὶ οἱ βουνοὶ καὶ τὰ ὄρη ἐκινήθη, καὶ χορεύειν ἐδόκει, ἅτε

δὴ

δὴ τὴν οὐρανῶν τὸν δεσπότην δεξάμεναι. λέγει δὲ τὸ Σινᾶ ὄρος καὶ τὸ Χωρὴβ· ἐν ἐκείνοις γὰρ ὁ Θεὸς τὴν οἰκείαν ἐπιφάνειαν ἐποιήσατο.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Χαίρουσι γὰρ προφῆται πάντες τοῦ ἐξομολογουμένου τὴν ἐπιστροφὴν βλέποντες· ὧν οἱ μὲν ὄρη καὶ κριοί, ὡς μείζονος χάριτος μεταλαβόντες· οἱ δὲ βουνοὶ καὶ ἀρνία, ὡς ἐλάττονος μέν, ἀλλὰ συγγενοῦς τοῖς μεγάλοις μετεσχηκότες λέγονται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθα τὴν κτίσιν εἰσάγει κοινωνοῦσαν τῆς ἡδονῆς, ἵνα τὸ μέγεθος δείξῃ τῆς εὐφροσύνης. τοῦτο καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, ὅτι τὰ ἐνταῦθα φαιδρὰ γέγονεν, ἐπειδ' ἄν τινα ἴδωμεν ἔντιμον παραγενόμενον. ἐνέπλησας τὴν οἰκίαν χαρᾶς· οὐ περὶ τῶν τοίχων διαλεγόμενοι, ἀλλὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐφροσύνης παριστῶντες.

ε'. ΤΙ ΣΟΙ ΕΣΤΙ ΘΑΛΑΣΣΑ ΟΤΙ ΕΦΥΓΕΣ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἶτα καὶ πεῦσιν τοῖς προειρημένοις προσφέρει· καὶ ἐπειδὴ ἄλογα ἦν ἐκεῖνα καὶ ἄψυχα, αὐτὸς ποιεῖται ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἀπόκρισιν· Ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ Ἰακώβ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Κατὰ ἐρώτησιν τὸν λόγον προάγει, καὶ τοῖς στοιχείοις διαλέγεται, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης ἀφ' ἧς εἴρηκεν αὐτὰ σκιρτᾶν. ὥσπερ γὰρ οὐκ αἴσθησιν αὐτοῖς διδοὺς ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' (ὅπερ ἔφθην) εἰπὼν τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡδονῆς ἐνδεικνύμενος, καὶ τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος· οὕτω καὶ τὴν ἐρώτησιν αὐτοῖς προσάγει, οὐχ ὡς ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς δυναμένοις, καὶ αἴσθησιν ἔχουσιν, ἀλλ' ὥστε σαφέστερον ποιῆσαι τὸν λόγον, καὶ δεῖξαι τὸ παράδοξον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θαυμάζει προθεωρῶν ὁ Προφήτης τῷ πνεύματι τὰ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γεγονότα μυστήρια, χαίροντας μὲν τοὺς προφήτας ὁρῶν καὶ σκιρτῶντας, οἵτινες ἐπένθουν ἀνθρωπότητα πρότερον, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς θρήνων τὴν προφητείαν ἐπλήρωσαν· τὸν Ἰορδάνην δὲ εἰς τὰ ὀπίσω στρεφόμενον, ἵνα χορηγήσῃ τῇ μετανοίᾳ δάκρυον. διὰ τί δὲ εἰς τὰ ὀπίσω στρέφεται; ἐπειδὴ ὁ ἁμαρτηκὼς εἰς τοὐπίσω τρέχει, τὸν δρόμον καταλιπὼν τὸν ἔμπροσθεν.

ζ'. ΑΠΟ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΣΑΛΕΥΘΗ Η ΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δοκεῖ μοι πάλιν ἐντεῦθεν ὁ λόγος τὴν προφητείαν ποιεῖσθαι τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κλήσεως. πάλαι μὲν γάρ, φησι, κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν Ἰουδαία μόνη

qui cælorum Dominum recipiebant. Dicit autem montem Sinai & Choreb: in illis enim Deus apparuit.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Prophetæ namque omnes gaudent cernentes conuersionem confitentis: quorum alij quidem dicuntur montes & arietes, vtpote maioris gratiæ participes; alij verò colles & agni, vt minorem quidem, sed eiusdem tamen generis gratiam cum maioribus participantes.

CHRYSOSTOMI. Hîc introducit creaturam esse lætitiæ participem, vt ostenderet gaudij magnitudinem. Ita etiam solemus dicere, ea quæ hîc sunt læta euasisse, quando virum honoratum videmus accessisse. Implesti domum lætitiâ; non de parietibus loquentes, sed insigne gaudium ostendentes.

5. QVID EST TIBI MARE QVOD FVGISTI?] THEODORETI. Deinde etiam interrogationem supradictis affert: & quia ratione carentia & inanimata erant, ipse pro eis respondet: *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob*, &c.

CHRYSOSTOMI. Per interrogationem profert orationem, & cum elementis loquitur, eodem sensu quo ea dixit exilire. Quemadmodum illa dicebat non eis sensum tribuens, sed (vt iam dixi) insignem lætitiam ostendens, & rerum gestarum magnitudinem; ita etiam eis affert interrogationem, non vt quæ respondere possint, & sensum habeant, sed vt id quod dicitur efficiat apertius, & vt ostendat rem esse admirabilem.

HESYCHII. Propheta admiratur in spiritu præuidens mysteria quæ in cruce contigerunt, cernens quidem Prophetas gaudere & exultare, qui priùs humanam sortem defleuerant, & idcircò lamentationibus suum vaticinium repleuerant; Iordanem verò retrorsum esse conuuersum, vt pœnitentiæ lacrymas suppeditaret. Ad quid autem retrorsum vertitur? Quia nimirum is qui peccauerat retrò recurrit, priorem cursum deserens.

7. A FACIE DOMINI MOTA EST TERRA.] EVSEBII. Rursus mihi videtur hic sermo Prophetiam facere de omnium Gentium vocatione. Olim enim, inquit, ab exitu de Ægypto sola Iudæa erat Dei sancti-

Gentium vocationem prædicit.

 ficatio,

Digitized by Google

ficatio, & solus Israël sub potestate eius. Et olim quidem particularis erat sensus maris, & fluuij, & montium, & collium; nunc autem vniuersum elementum terræ moueatur & concutiatur, quin potiùs, iuxta Aquilam, parturiat, vt impleatur id quod dictum est ab Isaia Propheta: *Quis audiuit talia, & quis vidit sic? Si parturiuit terra in die vna, & nata est gens tota simul?* Cùm enim Gentium vocatio Deique gratia super vniuersum ab hominibus habitatum orbem effundenda esset, prorsus erat necessarium, vt Gentium simulacra, quæ à sæculo stabilita erant, loco mouerentur & concuterentur, dæmonesque ex ijs fugerent, vt populus ex Gentibus per vniuersum orbem Deo nasceretur.

Isaiæ 66, 7.

THEODORETI. Vnumquodque horum, inquit, factum est propter Dominum qui illic apparuit. Terræ motus hanc habet causam marisque diuisio. Ipse enim sterilem lapidem omni humore priuatum, qui neque ob duritiem secari potuerat, aquarum affluentiâ inundauit, iubens vt inde fontes abundè scaturirent. Mirum igitur non fuit. Imperauit enim rerum Auctor, & mare dissilijt, & rupes aquam emisit, cælum manna suppeditauit, venti coturnices congregarunt, ceteraque omnia facta sunt ipsius nutu.

Quid terræ motus & de petra riui, &c. insinuent.

HESYCHII. Hîc iterùm commotionem, consternationem & miraculum ecstasin appellat, vt rerum gestarum magnitudinem ostenderet. Deinde demonstrans quanta sit viri vnius virtus, à seruo (Iacob inquam) Dominum nuncupauit.

CHRYSOSTOMI. Quamnam, dic amabo, veniam consequentur qui sunt duri, & non facilè cedunt, cùm & petra, & rupes, quæ est dura & refractaria, cedat præcepto Dei; homo autem, qui est ratione ornatus, & omnibus mansuetior, illâ magis insensibilis euadat?

HESYCHII. Christus semetipsum in stagna fontesque aquarum immutauit: lanceâ enim latus aperiens, ex eo stagna Baptismatis atque insuper mysterij fontes eduxit: quoniam aqua & sanguis, hic quidem symbolum mysterij, illa verò character Baptismatis, effluxit.

Ioan. 19, 34.

9. NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS.] EVSEBII. Hîc mihi videtur Spi-

γέγονεν ἁγίασμα τοῦ θεοῦ, καὶ μόνος Ἰσραὴλ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ. καὶ πάλαι μὲν μερική τις γέγονεν αἴσθησις θαλάσσης, καὶ ποταμοῦ, καὶ ὀρῶν, καὶ βουνῶν· νυνὶ δὲ τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς γῆς κινήσθω καὶ σαλευέσθω, μᾶλλον δὲ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὠδινησάτω, ὅπως πληρωθῇ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἡσαΐου προφήτου· Τίς ἤκουσε τοιαῦτα, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ; τῆς γὰρ κλήσεως τῶν ἐθνῶν καὶ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος μελλούσης χεῖσθαι καθ᾽ ὅλης τῆς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, ἀνάγκη πᾶσα ἦν, τὰ ἐξ αἰῶνος ἱδρυμένα σεβάσματα τῶν ἐθνῶν σάλον καὶ κλόνον παθεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας φυγεῖν, ἵνα τῷ θεῷ γεννηθῇ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τούτων ἕκαστον, φησὶ, διὰ τὸν ἐκεῖ ἐπιφανέντα γεγένηται κύριον. ταύτην αἰτίαν ἔχει τῆς γῆς ὁ κλόνος καὶ ἡ τῆς θαλάσσης διαίρεσις. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὴν ἄγονον πέτραν τῆς πάσης ἰκμάδος ἐστερημένην, καὶ μηδὲ τμηθῆναι διὰ τὸ στερέμνιον ἀνεχομένην, τῇ προχύσει τῶν ὑδάτων ἐπέκλυσε, πηγὰς ἐκεῖθεν ἀφθόνως ἀναδοθῆναι κελεύσας. Οὐδὲν οὖν φησι θαυμαστὸν γεγένηται. προσέταξε γὰρ ὁ ποιητὴς, καὶ διηρέθη τὸ πέλαγος, καὶ ἡ ἀκρότομος ἀνέβλυσε πέτρα, ὁ οὐρανὸς ἐχορήγησε μάννα, οἱ ἄνεμοι τὴν ὀρτυγομήτραν συνήθροισαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα αὐτοῦ γεγένηται νεύσαντος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐνταῦθα πάλιν σάλον, τὴν ἔκπληξιν λέγει καὶ τὸ θαῦμα τὴν ἔκστασιν, ὥστε δεῖξαι τὸ μέγεθος τῶν γεγενημένων. εἶτα δεικνὺς ὅσον ἐστὶν ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ, ἀπὸ τοῦ δούλου (φημὶ τοῦ Ἰακὼβ) τὸν δεσπότην ἐκάλεσε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποίαν ἕξουσιν, εἰπέ μοι, συγγνώμην οἱ σκληροὶ, καὶ δυσένδοτοι, ὅταν ἡ πέτρα, καὶ ἡ ἀκρότομος, καὶ σκληρὰ καὶ δυσένδοτος, εἴκῃ τῷ προστάγματι τοῦ θεοῦ· ἄνθρωπος δὲ, ὁ λόγῳ τετιμημένος, καὶ πάντων ἡμερώτερος, ἐκείνης ἀναισθητότερος γένηται;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰς λίμνας ἑαυτὸν καὶ εἰς πηγὰς ὑδάτων μετέβαλεν ὁ Χριστός· ἀνοίξας γὰρ τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν, ἐξήγαγεν ἐξ ἑαυτοῦ τὰς λίμνας τοῦ βαπτίσματος, ἔτι δὲ καὶ τὰς τοῦ μυστηρίου πηγάς· ἐπειδὴ ὕδωρ καὶ αἷμα, τὸ μὲν σύμβολον τοῦ μυστηρίου, τὸ δὲ χαρακτὴρ τοῦ βαπτίσματος, ἐρρύησεν.

θ΄. ΜΗ ΗΜΙΝ ΚΥΡΙΕ, ΜΗ ΗΜΙΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὸ πνεῦ-

μα

Digitized by Google

μα τὸ ἅγιον αἰνίττεται τὴν ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὴν ἀποβολήν, εὐχήν τε αὐτοῖς παραδιδόναι εἰς ἐξομολόγησιν, ἐκ προσώπου τε αὐτῶν τὰ παρόντα φάσκειν. δι' ὧν παρίσταται μηκέτι ἔχοντες τὴν ἐπισκοποῦσαν αὐτοὺς θείαν δύναμιν· δι' ὧν διδάσκονται δέεσθαι καὶ παρακαλεῖν διὰ τοῦ λέγειν· ἡμεῖς μὲν ἄξιοι τῆς χάριτος ἧς κατηξίωνται πάντα τὰ ἔθνη ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ποιήσῃς δέσποτα, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μὴ ταῖς ἡμῶν δικαιοσύναις, ἀλλὰ τῷ σῷ ἐλέει χάρισαι καὶ τῇ σῇ ἀληθείᾳ· εἰ γὰρ μὴ ἐλεήσῃς, ἐροῦσι τὰ ἔθνη· ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; ἀλλ' ἵνα μήποτε τοῦτον εἴπωσι τὸν λόγον, χάρισαι ἡμῖν καὶ δώρησαι ἔλεός σου· κἂν γὰρ ἡμᾶς μηκέτι ἡ σὴ ἐπισκοπὴ διακυβερνᾷ, ἀλλὰ πεπείσμεθα σε εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ταῦτα ποιεῖν ἅπερ ἠβουλήθης.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ ἵνα ἡμᾶς λαμπροτέρους ποιήσῃς καὶ ἐπισήμους, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς πανταχοῦ κατάδηλόν σου τὴν δύναμιν ἐργάσῃ. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζεται ἀντιλαμβανομένου καὶ βοηθοῦντος· οὕτω πάλιν δοξάζεται, ἐν ἀρετῇ βιούντων ἡμῶν, καὶ ἀπολαμπόντων κατὰ τὴν πολιτείαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου φησὶ· τουτέστιν ἐπὶ τῷ Χριστῷ. ὅτι μὲν γάρ ἐστι καὶ ἀλήθεια αὐτός φησιν· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. ὅτι δὲ ἔλεος, οὕτως ὁ ψαλμῳδὸς ἔψαλλεν· Δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεός σου. δόξαν τοίνυν ἑαυτῷ ἐπὶ τῇ σαρκώσει τοῦ μονογενοῦς ἔδωκε, δοξασθεὶς δι' αὐτοῦ καὶ ἐμφανισθείς. τοῦτο γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ κύριος ἔλεγε· Πάτερ δόξασόν σου τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς γῆς. πῶς δὲ ἐδόξασεν; ἡμᾶς σώσας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σοῦ δὲ δέσποτα, φησιν, ἡμᾶς εὐεργετοῦντος οὐκ ἔξεστι χώραν τὰ ἔθνη λέγειν, ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ τοπικοὺς θεοὺς ἔχουσι καὶ ἱδρυμένους, τάχα που καὶ περὶ σοῦ τοῦτο τοπάζουσι λέγοντες, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ἢ τάχα χλευαστικῶς τοῦτο φασὶν, οἰόμενοι μὴ ἔχειν ἡμᾶς θεόν. ἀλλ' εἰ κἀκεῖνοι πλανώμενοι τοῦτο λέγουσιν, ἀλλ' οὖν γε ἡμεῖς ἠκριβωμένῃ ὑπολήψει ἴσμεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιά. Ο ΔΕ ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ ΕΝ ΤΩ ΟΥΡΑΝΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθα τὴν πλάνην τῶν

ritus sanctus insinuare casum populi de circumcisione, ipsisque precem tradere ad confitendum, atque ex persona illorum hæc dicere. Ex quibus demonstratur nondum habere diuinam virtutem sibi propitiam; quapropter docentur rogare & deprecari dicendo: Nos quidem indigni sumus gratiâ quâ cunctæ Gentes dignæ sunt habitæ; verumtamen non nobis facias Domine, sed propter nomen tuum quod ab initio inuocatum est super nos, & nequaquam nostris iustitijs, sed tuæ misericordiæ ac veritati tuæ hoc tribue: nam si non fueris misertus, dicent Gentes; *Vbi est Deus eorum*? Sed ne vmquam istiusmodi sermonem proferant; concede ac tribue nobis misericordiam tuam: etsi enim nos non amplius visitatio tua gubernet, attamen credimus te in cælo esse, & facere quæcumque volueris.

CATENA PATRVM.

Gloria Dei vbique quærenda.

CHRYSOSTOMI. Non vt nos reddas clariores & illustriores, sed vt ipsemet potentiam tuam vbique reddas manifestam. Etenim quemadmodum eius nomen glorificatur dum auxilium præsidiumque præbet; ita rursus quoque gloriâ afficitur, dum nos ex virtute viuimus, ac ex viuendi instituto clarescimus.

HESYCHII. *Super misericordia tua*, inquit: id est in Christo. Quòd enim veritas sit ipsemet ait: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Quod verò misericordia, sic cecinit Psalmista: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Gloriam igitur sibi ipsi dedit in incarnatione vnigeniti, cùm per ipsum glorificatus & manifestatus sit. Hoc est enim quod in Euangelijs Dominus dixit. *Pater clarifica nomen tuum super terram.* Quomodo autem clarificauit? vtique nos seruando.

Christus est Dei misericordia.

Ioan. 14, 6.

Psal. 84, 8.

Ioan. 12, 28.

DIDYMI. Te autem, inquit, Domine nobis beneficia præstante non poterunt Gentes dicere, *Vbi est Deus eorum*? Cùm enim ipsi locales deos habeant & statutos, fortassis etiam de te idem suspicantur dicentes, *Vbi est Deus eorum*? Vel fortassis illusoriè hoc dicunt, arbitrantes nos non habere Deum. Verùm licet ipsi errantes hoc dicant, nos tamen exactâ persuasione tenemus, quia Deus noster in cælo est. vnde subiungit:

II. DEVS AVTEM NOSTER IN CÆLO.] CHRYSOSTOMI. Imprudentium hoc loco errorem

CATENA PATRVM.

Deus vbique est per præsentiam & per potentiam.

errorem corrigit. Cùm enim hîc multi ignorent esse Deum, istiusmodi sententiam corrigens ait: *Deus autem noster in cælo, quæcumque voluit fecit.* Si autem in cælo, multò magis in terra. Quid est autem, *In cælo quæcumque voluit fecit?* Vel supernas virtutes intelligit, & inuisibiles illas turbas, vel præcepta quæ cum facilitate peraguntur.

DIDYMI. In cælo est non localiter, sed excellentiâ magnificentiæ: nam si in superno dumtaxat loco existeret, alibi esse prohiberetur. Verùm est in omnibus cælis & in terra, quia quæcumque voluit fecit. Cùm sit ab omnibus diuersus, ab omnibus minimè continetur, sed extra omnia & in omnibus existit secundùm creandi & prouidendi rationem: sic enim cælum terramque replet. Quòd si autem omnes cæli, & ea quæ in ipsis sunt, & terra, omniaque quæ in illa sunt, Dei voluntate in rerum naturam prodierunt, perquam impiè comminiscentes nonnulli, substantiam Filij Dei voluntati Patris adnectunt, facientes illum vnum ex ijs quæ in cælis voluntate Patris producta sunt. Verùm audiant illi impij, quomodo solam creaturam ex voluntate Dei suspenderit: consequenter enim habet, Creatorem quæcumque vult facere.

HESYCHII. Est autem in cælo & in terra non solùm vt omnia implens, verùm etiam tamquam in terra per carnem natus, non simplici autem ratione, sed dæmones subijciens; creaturam verò ingemiscentem liberans, suam gloriam manifestans, & ante hæc hominem seruans. Hoc enim tamquam hominis amator vult super omnia.

Idola quàm sint inania.

12. SIMVLACRA GENTIVM ARGENTVM.] CHRYSOSTOMI. Superiùs enim ipsorum insaniam recensens dixit, quòd filios & filias suas sacrificarunt dæmonijs: in præsentiarum autem stupiditatem exaggerat, quòd inanimatis materijs affixi sint, atque omnia eorum membra persequitur ea fusiùs ludificans.

Psal. 105.

EVSEBII. Præsentes versiculi in quibusdam exemplaribus à Psalmo centesimo decimo tertio distincti ac segregati sunt, ita vt ea quæ præ manibus sunt constituant Psalmum centesimum decimum quartum. Verùm cùm Hebræorum librum inspiciens,

ἀνοήτων διορθοῦται. ἐπειδὴ γὰρ ἐντεῦθεν πολλοὶ ἀγνοοῦσιν εἶναι τὸν θεὸν, τὸ τοιοῦτον δόγμα διορθούμενός φησιν· ὁ δὲ θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. εἰ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς γῆς. τί δέ ἐστιν, ἐν τῷ οὐρανῷ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε; ἢ τὰς δυνάμεις τὰς ἄνω φησὶ, καὶ τοὺς δήμους τοὺς ἀοράτους, ἢ τὰ ἐπιτάγματα ἃ μετ' εὐκολίας ἀνύεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν οὐρανῷ ἐστιν οὐ τοπικῶς, ἀλλ' ὑπεροχῇ μεγαλειότητος· εἰ γὰρ ἦν περὶ τῷ ἄνω τόπῳ μόνῳ, ἀλλαχόσε εἶναι ἐκωλύετο. Ἔστι δὲ καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπείπερ ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. Ἄλλος ὢν παρὰ πάντων, οὐ περιέχεται ὑπὸ πάντων, ἀλλὰ καὶ ἔξω πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ὑπάρχει κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας λόγον· οὕτω γὰρ πληροῖ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. εἰ δὲ πάντες οἱ οὐρανοὶ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἥτε γῆ, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, θελήσει θεοῦ εἰς οὐσίαν ἦλθεν, ἀσεβῶς σφόδρα διανοούμενοί τινες, ἐξάπτουσι τὴν ὕπαρξιν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τῆς τοῦ πατρὸς θελήσεως, ἕνα ποιοῦντες αὐτὸν τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς θελήσει πατρὸς οὐσιωμένων. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν οἱ δυσσεβεῖς, ὡς τὴν κτίσιν μόνην ἐξήρτησε τῆς βουλήσεως τοῦ θεοῦ· καταλλήλως γὰρ ἔχει, τὸν ποιητὴν ἃ βούλεται δημιουργεῖν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἔστι δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ οὐ μόνον ὡς πάντα πληρῶν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν τῇ γῇ διὰ σαρκὸς γενόμενος, οὐχ' ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' ὑποτάξας τοὺς δαίμονας· ἐλευθερώσας δὲ τὴν κτίσιν στενάζουσαν, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν φανερώσας, καὶ πρό γε τούτων διασώσας τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο γὰρ ὑπὲρ πάντα ὡς φιλάνθρωπος βούλεται.

ιβ'. ΤΑ ΕΙΔΩΛΑ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ τὴν μανίαν αὐτῶν διηγούμενος ἔλεγεν, ὅτι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας ἔθυσαν τοῖς δαιμονίοις· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἀναισθησίαν, ὅτι ταῖς ἀψύχοις ὕλαις προσετήκασι, καὶ πάντα αὐτῶν ἔπεισι τὰ μέλη πλατυτέραν τὴν κωμῳδίαν ἐργαζόμενος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διέσταλται καὶ ἰδίως ἀφώρισται τοῦ ριγ' ψαλμοῦ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι ριδ' ψαλμὸν τὸν μετὰ χεῖρας. ἐπειδὴ δὲ ἐγκύψας αὐτῇ τῇ ἑβραίων βίβλῳ,

τοὺς

τοὺς αὐτῶν χαρακτῆρας συνημμένους εὗρον καὶ τὰς λέξεις, ἐπίστευσα καλῶς ἀκολουθῆσαι τῇ ἑβραίων βίβλῳ, συνάψαι τε τοῖς προτέροις τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι μέρος αὐτὰ τοῦ ριγ΄ ὕμνου. δοκεῖ οὖν τὰ προκείμενα ἀπηρτῆσθαι τῶν προτέρων. παιδεύονται γὰρ οἱ παῖδες, οἷς ἐλέγετο, Αἰνεῖτε παῖδες κύριον, τουτέστιν ὁ νέος λαὸς, ποῖον κύριον προσήκει αἰνεῖν· δῆλον δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐν τῇ ἐξόδῳ Ισραὴλ τῇ ἐξ Αἰγύπτου τὰ τοσαῦτα θαυμάσια διαπραξάμενον. Ἐκείνοις οὖν ἀκολούθως οἱ αὐτοὶ διδάσκονται τοὺς πάλαι νενομισμένους αὐτῶν θεοὺς ὁ ποῖοί τινες ἦσαν, μὴ ἀγνοεῖν ὅτι ἄψυχοι καὶ πάσης αἰσθήσεως ἐστερημένοι, ὅτι νεκρὰ, καὶ κωφὰ καὶ τυφλὰ εἴδωλα, οὐδὲν ὅμοιον ἔχοντα οὐ φημὶ τῷ μεγάλῳ καὶ παραδοξοποιῷ ποιητῇ τῶν ὅλων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἐμψύχων οἷς μέτεστιν αἰσθήσεως· πάντη δὲ ἄψυχος ὕλη καθέστηκεν. κἀκεῖνα μὲν (λέγω δὴ τὰ ἄψυχα ζῷα) θεοῦ λόγῳ συνέστηκεν· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν νενομισμένοι θεοὶ ἀνθρωπίνων ἔργων ἀναπλάσματα τυγχάνουσι.

ιϛ΄. ΟΜΟΙΟΙ ΑΥΤΟΙΣ ΓΕΝΟΙΝΤΟ ΟΙ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ΑΥΤΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καίτοι γε τοῦτο ἀρετὴ τὸ ἴσον εἶναι θεῷ· ἀλλ᾽ ἐνταῦθα κατάρα γέγονεν. Ἐννόησον οὖν τίνες ἂν εἶεν· ὅταν, ἡ πρὸς αὐτοὺς ὁμοίωσις, ἀντὶ ἀρᾶς προσφέρηται τῆς ἐσχάτης. Καὶ καλῶς οὕτω τὸν λόγον ἐσχημάτισε κωμῳδῶν αὐτοὺς εἰς ἐσχάτην ἄνοιαν, καὶ καταγελάστους δεικνύς. Πῶς γὰρ οὐ καταγέλαστον, εἰπέ μοι, τὸ προσδεδέσθαι ξοάνῳ, τύπον ἔχοντι τῆς ἐσχάτης ἀσχημοσύνης ἔλεγχον; τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο γυμνὴν γυναῖκα ἰδεῖν; ὁ δὲ δαίμων καὶ γυμνῷ τῷ τύπῳ παρεδρεύων. καὶ νῦν μὲν πορνείας εἰκόνες τὰ ξόανα, νῦν δὲ μανίας τῆς κατὰ τῶν ἀῤῥένων. τί γὰρ ἂν ὁ ἀετὸς βούλοιτο; τί δὲ ὁ Γανυμήδης; τί δὲ ὁ διώκων τὴν παρθένον Ἀπόλλων; τί δὲ τὰ ἕτερα μυσαρὰ σχήματα; πανταχοῦ γὰρ μίξεων ἀθέσμων εἰκόνες καὶ ἐρώτων λυσσώντων· καὶ τὰ ξόανα, καὶ αἱ ἑορταὶ, καὶ πανηγύρεις, καὶ αἱ τελεταὶ ἔλεγχοι, καὶ ὑπομνήματα καὶ διδασκαλίαι τῆς ἑλληνικῆς ἀσελγείας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐχ᾽ ἵνα ἐπαρῶνται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ᾽ ἢ ὅσον εἰδεῖεν ὅτι τοῦτο ἕπεται τοῖς εἰδωλολάτραις. Οἱ γὰρ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις ὡς θεοῖς προσανέχοντες, νεκρῶν καὶ ἀναισθήτων

eorum characteres simul & dictiones coniunctas esse repererim, censui ritè sequendum Codicem Hebræorum, & hæc prioribus esse annectenda, ita vt sint pars hymni centesimi decimi tertij. Videntur itaque præsentia dependere à præcedentibus. Docentur enim pueri illi, quibus dixerat, *Laudate pueri Dominum*, id est nouus populus, qualem Dominum oporteat laudare: manifestum est autem quòd illum eumdem qui in exitu Israël de Ægypto tanta mirabilia fecerat. Conformiter igitur istis docentur illi quales olim fuerint putatitij eorum dij, ne ignorent ipsos animâ omnique sensu caruisse, fuisseque mortua, & muta, & cæca idola, nihil simile habentia non dico magno & mirifico vniuersorum Conditori, sed neque postremis eorum quæ animum sensúmve participant: vtpote quæ materia fuerint animæ prorsus expers. Atque illa quidem (animalia inquam animata) Dei verbo constituta sunt: at putatitij Gentium dij humanorum operum figmenta existunt.

CATENA PATRVM.

Psal. 112, 1.

16. SIMILES ILLIS FIANT QVI FACIVNT EA.] CHRYSOSTOMI. Atqui virtus est similem esse Deo; hîc autem est imprecatio. Cogita igitur quales sint; quandoquidem, vt quis eis euadat similis, fit summa imprecatio. Atque orationem sic pulchrè figurauit eos extremæ amentiæ insimulans, & esse ridiculos ostendens. Quomodo autem, dic amabo, non est ridiculum vinctum teneri à statua, quæ habet in se figuram summæ turpitudinis argumentum? Quis enim velit nudam videre mulierem? Dæmon autem nudæ quoque figuræ assidet. Et nunc quidem statuæ sunt imagines fornicationis, nunc verò insani in masculos amoris. Quid enim sibi vult aquila? quid verò Ganymedes? quid Apollo, qui virginem persequitur? quid aliæ execrandæ figuræ? Vbique enim sunt nefariorum concubituum & insanorum imagines amorum. Et statuæ, & festa, & publici conuentus, & initiationes mysteriorum, argumenta sunt, & monumenta ac documenta gentilitiæ libidinis.

Quàm detestanda sint idola & cultores eorum.

DIDYMI. Non vt hominibus imprecentur, sed vt sciant hoc sequi idololatras. Qui enim inanimatis idolis tamquam dijs afficiuntur, nihil à mortuis sensúque carentibus

CATENA PATRVM.

idolis diſſident, dæmoniacâ inoperatione, quæ in futilibus ſimulacris nidificat, ipſis tantam noxam inferente. Ceterùm quoque iuſtum eſt, vt hi qui res inanimatas tamquam illuſtre quid colunt, & diuinas arbitrantur, ad ſimilitudinem earumdem transferantur. Et hoc ipſis meritò non apparebit imprecatio, ſed voto dignum, vt nimirum dij fiant quales exiſtimant, & habeant id quod admirantur.

Quid per Iſraël intelligatur.

17. DOMVS ISRAEL SPERAVIT IN DOMINO.] DIDYMI. Omne genus contemplatiuum, quia mentem habet Dei conſpicacem, domus Iſraël appellatur, quæ eſt Eccleſia Dei viuentis.

ATHANASII. Hæc Gentes dicunt; quia ſicut olim fidelem Iſraëlem ſeruauit, ita etiam nunc Gentes ſeruat. Nam *qui timent Dominum* hi fuerint Gentes. Cùm enim domus Iſraël (id eſt omnis multitudo, tam domus Aaron quàm domus Leui) exaruerit, quoſnam alios eſſe conuenit timentes Dominum, niſi populum ex Gentibus?

CHRYSOSTOMI. Diuidit orationem in Iſraëlem & genus ſacerdotale, & eos qui ad eum accedunt ex Gentibus. Non eſt enim conferendus homo priuatus cum Sacerdote, ſed hic eum longè ſuperat, & idcircò facit diuiſionem. Maior eſt enim eis honor habitus.

20. DOMINVS MEMOR FVIT NOSTRI.] HESYCHII. Quando enim Deus hominum oblitus fuit? Sed hoc eſt quod per dicta innuitur. Quandoquidem enim ſub maledicto exiſtentes, haud aliter ab illo abſolui & benedictionem recipere poteramus, niſi Chriſtus in ligno ſuſpenſus maledictum noſtrum abſtuliſſet, meritò dicit Dominum priùs noſtri meminiſſe, atque ita demum nobis benedixiſſe.

Quomodo nos Deum benedicamus, & ab eo benedicamur.

CHRYSOSTOMI. Quid eſt *benedixit*? Innumeris, inquit, impleuit bonis. Etenim homo quoque benedicit Deum; vt quando dicit: *Benedic anima mea Dominum.* Sed qui Deum benedicit, ipſe lucratur, ſemetipſum reddens clariorem, cùm Deo nihil conferat. Deus autem benedicens nos reddit illuſtriores, ipſe verò nihil accipit. Deus enim nullâ re indiget.

Pſal. 102, 1.

22. BENEDIXIT IIS QVI TIMENT DOMINVM.] DIDYMI. Nos qui timemus

εἰδώλων οὐδὲν διοίσουσι, τοσαύτην βλάβην ἀπεργαζομένης ἐν αὐτοῖς τῆς περὶ τὰ εἴδωλα φωλευούσης δαιμονικῆς ἐνεργείας. Ἀλλὰ καὶ δίκαιον, τοὺς ὡς κάλλιον σέβοντας, καὶ θεῖα νομίζοντας τὰ ἄψυχα, εἰς ὅμοιον αὐτοῖς καταστῆναι. Καὶ οὐκ ἂν αὐτοῖς τοῦτο δικαίως φανείη κατάρα, ἀλλ' εὐχῆς ἄξιον, τὸ θεοὺς γενέσθαι καθάπερ οἴονται, καὶ ἔχειν ὃ θαυμάζουσιν.

ιζ'. ΟΙΚΟΣ ΙΣΡΑΗΛ ΗΛΠΙΣΕΝ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ πᾶν θεωρητικὸν γένος, διὰ τὸν νοῦν ἔχειν ὁρῶντα θεὸν, οἶκος Ἰσραὴλ χρηματίζει, διὰ τὸ τυγχάνειν Ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα τὰ ἔθνη φασίν· ὅτι ὥσπερ πάλαι πιστεύσαντα τὸν Ἰσραὴλ ἔσωσεν, οὕτω καὶ νῦν τὰ ἔθνη σώσει. οἱ γὰρ φοβούμενοι τὸν κύριον τὰ ἔθνη εἶεν ἄν. ὑπερξηρουμένου γὰρ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ (τουτέστι παντὸς τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν καὶ τοῦ οἴκου Λευὶ) τίνας ἑτέρους εἶναι συμβαίνει τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον, ἢ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαόν;

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διαιρεῖ τὸν λόγον εἴς τε τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸ ἱερατικὸν γένος, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσιόντας αὐτῷ. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἱερεὺς καὶ ἰδιώτης, ἀλλ' ἔχει τί πλέον οὗτος, διὸ καὶ τὴν διαίρεσιν ποιεῖται. καὶ γὰρ μείζων εἰς αὐτοὺς ἡ τιμὴ ἐγένετο.

κ'. ΚΥΡΙΟΣ ΜΝΗΣΘΕΙΣ ΗΜΩΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πότε γὰρ ὁ θεὸς λήθην ἀνθρώπων ἐδέξατο; ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ὃ διὰ τῶν εἰρημένων αἰνίττεται. ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ κατάραν ὄντες, οὐκ ἄλλως αὐτῆς ἀπολυθῆναι καὶ λαβεῖν εὐλογίαν ἠδυνάμεθα, εἰ μὴ Χριστὸς ἐπὶ ξύλου κρεμασθεὶς τὴν κατάραν τὴν ἡμετέραν ἐβάστασεν, εἰκότως μνησθῆναι τὸν κύριον πρότερον, καὶ οὕτως ἡμᾶς εὐλογῆσαί φησι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστιν εὐλόγησε; μυρίων, φησὶν, ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. εὐλογεῖ μὲν γὰρ καὶ ἄνθρωπος τὸν θεόν· ὡς ὅταν λέγῃ· εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. ἀλλ' ὁ τὸν θεὸν εὐλογῶν, αὐτὸς κερδαίνει, λαμπρότερον ἑαυτὸν καθιστὰς, οὐκ ἐκείνῳ τί χαριζόμενος. ὁ δὲ θεὸς εὐλογῶν ἡμᾶς λαμπροτέρους ποιεῖ, οὐκ αὐτὸς τί προσλαμβάνει. ἀνενδεὲς γὰρ τὸ θεῖον.

κβ'. ΕΥΛΟΓΗΣΕ ΤΟΥΣ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΥΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν μὲν τῇ πρὸς

τοὺς

Digitized by Google

τοὺς πολεμίους μάχῃ τὸν κύριον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ὑπερασπιστὴν καὶ βοηθὸν, ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις πράγμασι τοῖς κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα πάλιν αὐτὸν ἔχομεν εὐλογοῦντα ἡμᾶς, ὡς ἀπαρκεῖν ἡμῖν ἀντὶ τοῦ παντὸς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἀντὶ παντὸς θησαυροῦ καὶ μεγάλου κτήματος, μόνον αὐτὸν τὸν κύριον, καὶ πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ πρὸς τὰ ἔνδον. οὕτω δὴ ἡμᾶς εὐλογεῖ νῦν, ὡς πάλαι πρότερον ηὐλόγει τὸν πρότερον λαόν. μεταβέβηκε γὰρ ἐξ ἐκείνων εἰς ἡμᾶς ἡ χάρις. εἷς γὰρ ὢν καὶ ὁ αὐτὸς κύριος, καὶ τῶν παλαιῶν ὁμοίως προέστατο ὥσπερ νῦν καὶ τῶν νέων, μίαν χάριν καὶ ἕνα λαὸν τὸν ἐξ ἀμφοτέρων ταγμάτων τῷ θεῷ συνιστάμενος.

Χρυσοστομου. Οὐδὲ ἓν γένος, φησὶν, ἔρημον εὐλογίας ἦν· ἀλλ' εἰς πάντας ἐκτέταται ταῦτα.

Θεοδωρου. Οὐ γὰρ μόνους ηὐλόγησε τοὺς νέους, ἀλλὰ καὶ τοὺς γεγηρακότας· οὐδὲ μόνους τοὺς πλούτῳ κομῶντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς πενίᾳ συζῶντας· οὐδὲ μόνους τοὺς τῇ ἐλευθερίᾳ κοσμουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς δουλείας τὸν ζυγὸν ἕλκειν ἠναγκασμένους. πάντων γὰρ μνημονεύει θεὸς τῶν αὐτοῦ μεμνημένων.

κγʹ. Προσθειη κυριος εφ υμας.] Χρυσοστομου. Ταύτης τῆς προσθήκης, μᾶλλον δὲ εὐλογίας καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὄντες ἀπήλαυον, καίτοι μυρίων ὄντων τῶν διακωλυόντων, πόνων, τῆς ταλαιπωρίας, τῆς τῶν ἐπικειμένων ὠμότητος· ἀλλ' οὐδὲν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον διέκοψεν, ἀλλὰ προέκει τὰ τῆς εὐλογίας, ὡς ἐν διακοσίοις ἔτεσιν ἑξακοσίας γενέσθαι χιλιάδας.

Απολιναριου. Αἱ προσθῆκαι οὐ μόνον κατ' αὔξησιν τοῦ πλήθους γίνονται, ἀλλὰ καὶ μεγέθους. ἀμέλει προσέθηκεν τῷ μὲν ἐκ περιτομῆς λαῷ πάντα τὰ ἔθνη, ταῖς δὲ σαρκικαῖς καὶ αἰσθηταῖς εὐλογίαις, οἷς εὐλογεῖτο ὁ πάλαι λαὸς, τὰς πνευματικάς.

κδʹ. Ευλογημενοι υμεις τω κυριω.] Διδυμου. Αὐτὸς γάρ ἐστιν οὗ τοὺς νόμους φυλάττομεν. ἵνα γὰρ μή νομίσῃ τις ἄλλου τινὸς χάριν τοὺς χρησμοὺς εἶναι οὓς Μωσῆς διηκονήσατο, ἀκολούθως ὁ ἱεροφάντης πρὸ τῆς τῶν νόμων δόσεως τὰ περὶ τῆς κοσμοποιΐας παραδέδωκε. δι' ἧς διδάσκει ἕνα θεὸν εἶναι, πάντα δὲ τὰ τοῦ κόσμου μέρη, καὶ αὐτὸν, εἶναι κτιστά.

Dominum, in pugna aduersus hostes Dominum habemus protectorem & adiutorem, in proprijs verò rebus tam ad animam quàm ad corpus spectantibus habemus ipsum nobis benedicentem, ita vt ipse solus Dominus sufficiat nobis pro omni pulchro & bono, & pro omni thesauro & ampla possessione, tam in externis quàm in internis. Sic autem nobis modò benedicit, quemadmodum olim anteà priori isti populo benedixerat. Ex ipsis enim ad nos gratia commigrauit. Nam cùm vnus idemque sit Dominus, etiam antiquis similiter præfuit prout modò nouis, vnam gratiam vnumque populum ex vtrisque ordinibus Deo constituens.

CATENA PATRVM.

Chrysostomi. Nullum, inquit, fuit genus cui defuerit benedictio: sed hæc omnia ad omnes extensa sunt.

Theodori. Non solis enim benedixit iuuenibus, verùm etiam ijs qui consenuerunt; nec solùm diuitijs affluentibus, sed etiam in paupertate viuentibus; nec tantùm eis qui libertate sunt honorati, verùm etiam eis qui seruitutis iugum ferre coacti sunt. Deus enim memor est omnium qui ipsius meminerunt.

Deus omnibus benedicit, & benefacit.

23. Adiiciat Dominvs svper vos.] Chrysostomi. Hac adiectione, quin potiùs benedictione fruebantur etiam cùm essent in Ægypto, licet essent innumerabilia quæ prohibebant, labores, afflictio, eorum qui vrgebant crudelitas: sed nihil eorum verbum Dei interrupit, verùm eò processit benedictio, vt in ducentis annis fierent sexcenta millia.

Apolinarii. Adiectiones istæ non tantùm fiunt secundùm incrementum multitudinis, sed etiam magnitudinis. V. g. Populo de circumcisione omnes Gentes, carnalibus verò & sensibilibus benedictionibus, quibus olim populus benedicebatur, spiritales adiecit.

24. Benedicti vos a Domino.] Didymi. Ipse enim est cuius leges custodimus. Nam ne quis existimaret propter aliquem alium esse oracula quæ Moyses subministrauit, consequenter hic sacer interpres ante legum dationem ea quæ de mundi creatione sunt tradidit. Quâ re docet vnicum esse Deum, omnes autem mundi partes, atque adeò ipsum, esse creaturas.

Quanta sit vis benedictionis Dei.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Vidisti quanta sit vis benedictionis. Verba enim eius fiunt opera. Cælum quidem certè verbum eius effecit. Nam *verbo Domini cæli firmati sunt*. Illo verbo te benedicit, quod tanta potest.

Psal. 32, 6.

25. CÆLVM CÆLI DOMINO.] THEODORETI. Ipse enim cæli habitationem habet, non hoc quod videtur, sed illud quod superiùs est, quod huiusce veluti tectum est, quemadmodum hoc [quod videmus] nostrum [est tectum.] Habitat autem in cælo vniuersorum Dominus, minimè circumscriptam habens naturam, sed choris Angelorum qui ibi versantur gaudens: terram namque hominum generi distribuit. Non igitur Iudæorum tantùm curam gerit, sed etiam omnium hominum, quibus & terram in domicilium dedit. Qui verò profundiùs hæc contemplari voluerit, dicet in Scriptura esse cælum quoddam per excellentiam sic dictum, Deo appropriatum, in quo solus sit Deus. (Deum autem dico de Trinitate intelligens.) Ab hoc cælo res creatæ, licet etiam in cælis eæ fuerint, procul absunt non loco, sed proprietate substantiæ. Diabolus nempe ante transgressionem cùm in cælo esset, ac si inferiùs alibi extitisset, dixit: *In cælum ascendam, & super astra cæli ponam thronum meum*. Hæc enim ab ipso dicta sunt antequam è cælo ceciderat. In hoc igitur cælum nemo ascendit, nisi qui de cælo descendit; quoniam inde missus venit dicens: *Descendi de cælo*. Sed & Spiritus sanctus de hoc cælo demissus est, quemadmodum Petrus ait: *Ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo*. Illic enim est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Ceterùm attende diligenter cælum locale ac transitum, ne horum intellectum ad sensum retorqueas, descensum inde factum existimans. Nam explicati cæli appellatio præeminentem (vt ita dicam) Dei excellentiam statumque declarat.

Quale cælum Deus inhabitet.

Isaiæ 14, 13.

Ioan. 3, 13.

Ioan. 6, 33.

Ibid. 38.

1. Pet. 1, 12.

HESYCHII. Vides quomodo rerum Auctor propter nos creaturam partiatur: & sicut ipse inaspectabilis existens habet cælum cæli inaspectabile, sic nobis creaturam visibilem distribuit.

26. NON MORTVI LAVDABVNT TE DOMINE.] ATHANASII. Mortuos

Mortui sunt idololatræ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ὅση τῆς εὐλογίας ἡ ἰσχύς; τὰ γὰρ ῥήματα αὐτοῦ ἔργα γίνεται. τὸν γοῦν οὐρανὸν τὸ ῥῆμα αὐτοῦ πεποίηκε. τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. ἐκείνῳ τῷ λόγῳ σε εὐλογεῖ, τῷ τοσαῦτα δυναμένῳ.

κέ. Ο ΟΥΡΑΝΟΣ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐνδιαίτημα ἔχει τὸν οὐρανὸν, οὐ τὸν ὁρώμενον τοῦτον, ἀλλὰ τὸν τούτου ὑπέρτερον, ὃν οὗτος ὄροφον ἔχει, καθάπερ τοῦτον ἡμεῖς. ἐνδιαιτᾶται δὲ τῷ οὐρανῷ τῶν ὅλων ὁ κύριος, οὐ περιγεγραμμένην ἔχων τὴν φύσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις τῶν ἁγίων ἀγγέλων χαίρων χοροῖς· τὴν μέντοι γῆν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀπένειμεν. οὐ τοίνυν Ἰουδαίων προμηθεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων, οἷς καὶ τὴν γῆν οἰκητήριον δέδωκεν. Ὁ δὲ βαθύτερον καὶ ταῦτα θεωρεῖν βουλόμενος, ἐρεῖ εἶναί τινα ἐξαιρέτως ἐν τῇ γραφῇ λεγόμενον οὐρανὸν θεῷ προσῳκειωμένον, ἐν ᾧ μόνος ὁ θεός. (θεὸν δὲ λέγω περὶ τῆς Τριάδος διανοούμενος.) τούτου τοῦ οὐρανοῦ πόρρω που οὐ τόπῳ, ἀλλ' οὐσίας ἰδιώματι τυγχάνει τὰ γενητὰ, κἂν ἐν οὐρανοῖς ᾖ ταῦτα. Ἀμέλει πρὸ παραβάσεως ὁ διάβολος ὢν ἐν οὐρανῷ, ὡς κάτω που τυγχάνων, ἔλεγεν· εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσομαι, καὶ ἐπάνω τῶν ἄστρων τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου. εἴρηται γὰρ αὐτῷ ταῦτα πρὶν ἐκπεσεῖν τοῦ οὐρανοῦ. εἰς τοῦτον γοῦν τὸν οὐρανὸν οὐδεὶς ἀναβέβηκεν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐπεὶ κἀκεῖθεν ἀποσταλεὶς ἐλήλυθε φάσκων· καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τούτου ἀπεστάλη, ὡς ὁ Πέτρος φησίν· ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἡμῖν, πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπὸ οὐρανοῦ. ἔνθα γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀλλ' ἐπίστησον ἀκριβῶς οὐρανὸν τοπικὸν καὶ μετάβασιν, μὴ εἰς αἴσθησιν κατενέγκῃς τὴν περὶ τούτων νόησιν, ἐκεῖθεν καταφορὰν γενομένην ὑπολαβών. Θεοῦ γὰρ προηγουμένην (ἵν' οὕτως εἴπω) ὑπεροχὴν καὶ κατάστασιν δηλοῖ ἡ τοῦ διηγηθέντος οὐρανοῦ προσηγορία.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεωρεῖς ὅπως τὴν δημιουργίαν ὁ ποιητὴς πρὸς ἡμᾶς μερίζεται· καὶ ὥσπερ αὐτὸς ἀόρατος ὢν ἔχει τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀόρατον, οὕτως ἡμῖν τὴν κτίσιν τὴν ὁρατὴν ἀπένειμεν.

κϛ'. ΟΥΧ ΟΙ ΝΕΚΡΟΙ ΑΙΝΕΣΟΥΣΙ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Νεκροὺς

καλεῖ

Digitized by Google

καλεῖ τοὺς τῶν δαιμόνων θεραπεύοντας, τοὺς μὴ ἔχοντας ἐν ἑαυτοῖς τὴν ζωήν, τουτέστι τὴν γνῶσιν τοῦ μόνου Θεοῦ.

vocat dæmonum cultores, qui non habent vitam in semetipsis, id est solius Dei cognitionem.

CATENA PATRVM.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Νεκροὺς οὐ τοὺς τετελευτηκότας φησὶν, ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀσεβείαις ἐναποθανόντας, ἢ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις κατασαπέντας. ἐπεὶ καὶ Ἀβραὰμ τετελευτηκὼς ἦν, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ἀλλ᾽ ὅμως οὕτως ἔζων, ὡς τὴν ἐκείνων μνήμην ποιήσασθαι μετὰ τῶν ζώντων.

CHRYSOSTOMI. Mortuos dicit, non eos qui vitâ functi sunt, sed eos qui mortui sunt in impietatibus, vel eos qui in peccatis suis emarcuerunt. Erat enim mortuus Abraham, & Isaac, & Iacob: ita tamen viuebant, vt eorum memoria vnà cum viuis celebraretur.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Νεκροὺς ἐκάλεσε τοὺς τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις δουλεύοντας. τί γὰρ ἐκείνων ἀναισθητότερον; ζῶντας δὲ, τοὺς τὸν ζῶντα προσκυνοῦντας θεόν· οἷς τὸν θεῖον ἀπεκλήρωσεν ὕμνον. πρὸς δὲ τούτῳ διδάσκει, ὡς σὺν πάσῃ προθυμίᾳ προσήκει τοὺς θεραπεύοντας τὸν θεὸν ἀνυμνεῖν αὐτὸν ἔτι ζῶντας, ὡς τοῦ θανάτου τοῦτο ποιεῖν κωλύοντος. διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει ψαλμῷ· Ἄσω τῷ κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου· ψαλῶ τῷ Θεῷ ἕως ὑπάρχω.

THEODORETI. Mortuos vocauit eos qui inanimatis idolis seruiunt. Quid enim est illis stupidius? Viuentes verò eos, qui Deum viuentem adorant: quibus diuinum hymnum attribuit. Præterea verò edocet, decere eos qui Deum colunt, cum omni alacritate ipsum laudare adhuc viuentes, vtpote quos hoc mors facere prohibeat. Idcircò etiam in alio Psalmo ait: *Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu fuero.* Psal. 145.

κζ´. ΑΛΛ ΗΜΕΙΣ ΟΙ ΖΩΝΤΕΣ ΕΥΛΟΓΗΣΟΜΕΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς ὅτι τοὺς δικαίους λέγει, οἵτινες ἀπὸ τοῦ νῦν ἕως τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ οἰκείου βίου μέχρι συντελείας ὁμοῦ ζῶσι καὶ εὐλογοῦσι τὸν θεόν. ὥσπερ γὰρ ὁ Θεός ἐστι ζωὴ καὶ δικαιοσύνη· οὕτω καὶ οἱ δίκαιοι κατὰ μετουσίαν αὐτοῦ ζῶντες ὀνομάζονται.

27. SED NOS QVI VIVIMVS BENEDICEMVS.] CHRYSOSTOMI. Vides ipsum iustos intelligere, qui ex hoc nunc vsque in sæculum, id est à principio vitæ vsque ad consummationem eius simul viuunt & benedicunt Deum. Sicut enim Deus est vita & iustitia; ita etiam iusti per participationem eius viuentes nominantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus apud Hebræos diuiditur in duos. Recolit autem Dei miracula, Israëlem de Ægypto educentis, vt hortetur populum ad permanendum in confessione vnius veri Dei, & sperandum continuò in eius protectione.

Quis sit mysticus animæ de Ægypto egressus.

1. *In exitu Israël de Ægypto*, &c.] Quis dubitet, Psalmum istum ad litteram de eductione populi Iudaici ex Ægypto fuisse compositum? At aliud est quod littera sonat, aliud quod per mysterium subindicat. Est tempus cùm anima illuminata & viribus suis in vnum collecta egreditur de obscuritate Ægypti, & de perturbatione & confusione populi barbari. Tunc hæc facta iam Iudæa & Israël, quia Dominum laudat, & Dominum videt, fit sanctificatio & potestas eius; quia in sanctitate, quam in illam confert, & in virtute, quâ ipsam roborat, ipse Dominus & sanctus & potens ostenditur. Ita noster Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 5. partis 2. cap. 7. vbi reliqua etiam huius Psalmi mysticè exponit.

Quid sit mysticè mare fugere & Iordanem conuerti.

3. *Mare vidit, & fugit*, &c.] Hæc miracula non semel, sed quasi perpetuò mysticè fiunt in vita Sanctorum, vt eam verè stupendam ac mirabilem agnoscamus: in ea enim mare fugit; dum omnis iniquitas à Sanctorum finibus pulsa discedit: Iordanis retrogreditur, dum perfectorum affectus non ad commoda terrena quærenda decurrunt, sed mirabili celeritate in fontem suum, hoc est in Deum, cuius quærunt obsequium, redeunt. Exponat nobis Richardus Victorinus, quid sit in Sanctorum vita mare fugere: is lib. de Exterminatione mali cap. 3. sic ait: *Impietas mare est; dulcem siquidem aquam facere non potest, sed est aqua eius salsa valdè, & multùm amara: & amaritudo eius amaritudo amarissima. Quid, quæso, dulcedinis habet inuidia? Quid, obsecro, dulcoris habet iracundia? quid suauitatis impatientia? Huiusmodi, vt arbitror, aquæ amaræ sunt, & mare faciunt, quia nulli penitus sapere, nemini placere possunt. Vidésne ergo quale sit huiusmodi mare magnum & spatiosum nimis, quod potest appellari malitia? Nam est & aliud, quod potest dici miseria, habens & ipsam quidem minimè dulcem aquam, sed minùs tamen amaram. Sed felix qui dominatur à mari vsque ad mare, vt nulli subiaceat culpæ; nulli succumbat pœnæ, in tantum, vt non dominetur ei omnis iniquitas, nec eum opprimat vlla aduersitas. Felix ante cuius conspectum mare fugit, malitia recedit, miseria cedit, con-*

ANNOTATIONES CORDERII.

scientia hilarescit. Numquidnam qui einsmodi est, fiducialiter psallere non potest, Quid est tibi mare quod fugisti? Explicet idem nobis quid sit Iordanem retrorsum conuerti: *Qualis, quaso, ista est,* inquit ibid cap. 4. *conuersio Iordanis, quàm mirabilis, quàm laudabilis, quàm amabilis? Totum impetum amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis magna cum festinatione currere non deorsum, sed sursum quarere qua sursum sunt, & non qua super terram; ita vt veraciter profiteri possit, quia Iordanis conuersus est retrorsum.* Ita Victorinus. Argutè ad hunc locum Chrysologus Serm. 160. notat Iordanem hîc figuram tenere peccatorum, qui ad Dei conspectum trepidant. Est enim proprium peccatorum trepidare & pauere; (trepidat autem peccator ad conspectum Arcæ, in qua lex ferebatur;) quia visâ lege & præceptis, quæ transgressi sunt, mirum in modum commouentur: è contra verò dum Christus baptizatur, inter miracula stat firmus & intrepidus: scilicet dum Christum tingit & abluit, formam tenet hominis pij, qui inter maris procellas ruentiaque sidera intrepidus perstat & impauidus. Audi Chrysologum: *Quid est, quòd Iordanis, qui fugit ad præsentiam legalis Arca, ad totius Trinitatis præsentiam non refugit? Quid est, quia pietati obsequitur, incipit non esse timori?* Sic ille. Illud adhuc mirabilius quod sequitur:

Montes & colles, arietes & agni quid.

4. *Montes exultauerunt vt arietes,* &c.] Per montes & colles, potentes in hoc sæculo designantur, per arietes & agnos, humiles & abiectæ conditionis homines, vt exponit S. Augustinus. Ergo montes exultant sicut arietes, & colles sicut agni. id est: Lætitia spiritalis inuasit non modò gregarios homines, sed etiam nobiles viros ac potentes. Tanta scilicet est lætitia & ea vis pietatis, quam Deus mundo infundit, vt non modò occupet è plebe viros, verùm & potentes quosque. Quod sanè mirum est, etiam nobiles viros Euangelij limitibus tamquam carcere in officio contineri. Neque illud prætereundum, quòd dicat montes exultasse sicut arietes; id est, potentiores quosque viros exultasse sicut pauperes: è contra enim dicendum erat; nimirum, pauperes sicut diuites exultasse; quandoquidem diuites frequentiùs perfundi lætitiâ videntur. Et sanè si de lætitia corporali sermo esset, præpostero ordine verba scripta essent: at quia de gaudio spiritali, quod de virtute ortum ducit, sermo est, benè cum diuitibus & nobilioribus actum est, si gaudium capiant sicut pauperes.

Quid per montes & colles subsilientes mysticè designetur.

Alium huius loci sensum mysticum tradit Aluarez noster loco superiùs citato dicens: Quid montes, nisi voluntatis affectiones? & quid colles, nisi intellectus conceptiones? Hæ per colles meritò significantur, quia in vita mortali quantumuis perficiantur, obscurè & minùs cognoscunt: illæ per montes, quia transit affectio & dilectio, quò nón potest venire cognitio. At optimè tam conceptiones quàm affectiones per montes & colles expressæ sunt: quoniam sicut hi à terra non diuiduntur, at supra communem terram eleuantur; ita & illæ in terrena quidem habitatione huius corporis habentur, sed supra omnia terrena ad cælestia cognoscenda & diligenda subuehuntur. Exultant ergo affectiones animæ contemplantis sicut arietes, & conceptiones sicut agni ouium. Arietes & agni quomodo exultant? Certè subsiliunt, & à terra se subtrahunt, & non cum labore, sed cum exultatione his saltibus à terra se eleuant, & quasi ludis intendunt. Sic anima conceptiones & affectiones suas in contemplatione ad superna leuat, & in his saltibus non laborat, sed vehementer exultat. *Corporalis saltus* (inquit Richardus de S. Victore ad hunc locum) *est totum corpus à terra suspendere: spiritalis saltus, spiritum, & totum quod spiritus est, à terrenis alienare. Corporalis saltus est, terra tactum vsquequaque deserere, & totius corporis membra per inane librare: spiritalis saltus est, mente excedere, & infimis in imo relictis, in inuisibilium contemplationem totum transire.* Eleuatio ista nomine exultationis exprimitur, quia non cum molestia laboris, sed cum perceptione magnæ iucunditatis exercetur: & tamen saltus est, quia anima cognitione & amore in cælum elata, elapsâ visitatione Domini, ad terram deprimitur, & humanis negotijs, prout necessitas aut charitas dictat, vacare compellitur. Sed veniet hora, ô Domine Deus meus, & felix hora, quando ad te perfectè & immutabiliter eleuabimur, & numquam ad terrena reuertemur.

Quis sit corporalis & quis spiritalis saltus.

5. *Quid est tibi mare quod fugisti?*] Id est: Quæ te vis, ô mare, coëgit in partes secari, & tutam viam Hebræis fugientibus aperire? quis item te in pristinum locum abire fecit, & ingressos Ægyptios opprimere? Tu etiam, ô Iordanis, quâ ratione in fontem & in caput recurrens viam præbuisti filijs Israël in regionem promissam? His interrogationibus respondet ipse Dauid cùm subdit:

7. *A facie Domini mota est terra.*] Id est: Hæc & alia miracula, quæ Deus præstitit dum Israëlitas ex Ægypto educeret, ita facta sunt in bonum populi Dei, vt hæc ipsa in malum vergerent Ægyptiorum. Nam mare viam præbuit Israëlitis, & Ægyptios deleuit. Tenebræ Ægyptios opprimebant; sed Hebræis lux clarior oborta est. Tum etiam Angelus vastator, qui Ægyptiorum primogenitos neci dedit, Israëlitas defendit. Quod quidem factum est, vt nouerimus, eadem mala, quæ Deus peccatoribus immittit, eadem, inquam, in bonum cedere iustis. Ergo *à facie Dei Iacob* dicit. Id est: Omnia creata iustis viris famulantur; quia in illis præsentem venerantur Deum: è contra verò impijs bella mouent, & nocent; quia ipsos Dei inimicos agnoscunt. Mystico autem sensu, *A facie Domini mota est terra*; corda scilicet terrena, quæ peccatorum onere pressa remanserant, mota sunt in bonum, vt in stadio virtutis celeriter currerent: non à facie pœnarum, quas (vt iniqui dicunt) post voluptuosam aut segnem vitam serâ quadam, sed verâ pœnitentiâ forsan euaderent; non à facie præmiorum; quæ conseruatâ gratiâ, licet imperfectionibus habenas laxarent, post ignem purgatorium in aliquo saltem gradu non perderent: sed à facie ipsius Domini, eius præsentiâ confirmati, eius pulchritudine ducti, eius amore compediti, sine vllo respectu mercedis aut pœnæ peccata repellunt, vitia extinguunt,

Perfecti à sola Dei facie & præsentia mouentur ad virtutem & perfectionem.

Digitized by Google

tinguunt, affectus vincunt, virtutibus student, & solius Dei esurie & siti tenentur.

8. *Qui conuertit petram in stagna aquarum.*] Aliud miraculum recenset, quo Deus post transitum populi rursum in deserto suam virtutem magnificè extulit. Hoc autem modò admonet non vno tantùm die apparuisse Dei gloriam in exitu populi, sed continuo temporis successu fuisse in alijs operibus conspicuam; sicuti cùm ex arida rupe repentè fluuius emersit.

Exod. 17. 6.

Verum quidem est scaturire fontes ex rupibus & locis lapidosis; sed ex sicca rupe aquam elicere, fuit certè præter naturæ ordinem. Non hîc subtiliter disputandum, quâ ratione lapis in aquam fuerit conuersus, cùm simplex sit Prophetæ sensus, scilicet, vbi priùs siccitas erat & durities, fluxisse aquas. Tropologicè per petram rectè peccatorem intelligas quouis lapide duriorem & aridiorem, qui præ affectu pietatis & compunctione emolliti cordis penitus colliquescat, & vbertim lacrymas fundat pœnitentiæ salutaris; sic vt de ventre eius, qui priùs durus fuit & aridus, etiam in salutem aliorum erumpant flumina aquæ viuæ, iuxta propheticam illam benedictionem, quam Messiæ felicissimis temporibus Deus Isaiæ ore promiserat: *Quæ erat arida erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.*

Lacrymis pœnitentiæ peccatorum dura corda liquescunt, & fons gratiæ aperitur.

Isaiæ 35. 7.

Quod reuocat mihi in memoriam prodigium illud, quod tempore Alexandri Magni contigisse Arrianus lib. 4. memoriæ prodidit: ait enim, Cùm fortissimus ille Imperator prope Oxum flumen castra posuisset, geminos fontes circa Regis tabernaculum erupisse: quorum alter fundebat aquam, alter oleum. Res tum meritò noua est visa, atque digna quæ fatidicis & diuinis proponeretur. Verùm id miraculum in Ecclesia quotidiano vsu videmus accidere: nam cùm primùm cœperit aqua ex oculis fluere pœnitentis animi, & Dei causâ lacrymantis; subitò olei fons erumpit, misericordiæ diuinæ monumentum. Ad rem hanc magis illustrandam iuuerit audire miraculum, quod in Historia Patrum refert Theodoretus de Iuliano; cui pulchri mores *Saba* cognomen pepererunt, apud Græcos πρεσβύτης, hoc est *Senis*. Hic cùm in deserto Osrœnorum siue Persidis habitaret, ad eumque religionis causâ multi accederent, solebat aliquando in interiorem solitudinem ad plures dies se conferre amore patientiæ & diuinæ contemplationis. Asterius, qui tum iuuenis illius vitam æmulabatur, ardore plenus atque sanguine, vehementer cupiebat euntem illum comitari, idque summis precibus efflagitabat. Negabat senex, conscius illius imbecillitatis: sed tandem victus importunitate, socium illum admisit. Processerant iam biduum per immensos calores in feruentibus arenis, vbi aqua nulla & viride nihil fuit. Cumque tertius illuxisset dies, bonus iuuenis præ summo æstu, & intoleranda siti, adeò viribus tum animi tum etiam corporis debilitatus est, vt neque posset vlteriùs progredi, neque regredi. Tum Iulianus, Oportebat, inquit, fili audire me, nec plus oneris exultantem animosumque deposcere quàm ferre potuisses: cepit autem illum miseratio deficientis & propè semimortui Asterij: flectit genua, piè precatur, vberrimè fundit lacrymas: quæ dum solum rigant, cælum aperiunt, easque Deus vt placitum & odoratum sacrificium beneuolentissimè excepit, & miraculo honorauit: nam, vt Theodoreti verbis vtar, *stillas lacrymarum, quæ puluerem attigerant, effecit fontem aquarum*, quibus iuuenis recreatus est, & vitæ atque viæ restitutus. Mansit deinde fons ille perennis, aquâ dulci atque pellucidâ in arenoso loco, vt diuinæ misericordiæ pignus & trophæum piarum lacrymarum; quæ verè sunt aqua vitæ, fons cælestis olei, pretiosa vena salutis.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Non nobis Domine, non nobis.*] Ab hoc versu passim incipiunt Hebræi nouum Psalmum: tamen Rabbi Kimchi iungit hæc, vt Septuaginta, cum superiore; & monet in aliquibus, id est emendatis exemplaribus, ita continuari; vt intelligas hanc diuersitatem distinguendi & numerandi non esse carpendam. Nostra autem distinctio, teste Genebrardo, est potior: siue quia Veteres & Kimchi monent, in emendatis Codicibus ita fieri; siue quia finis versus octaui esset abruptus & imperfectus.

IBIDEM. *Sed nomini tuo da gloriam.*] Nomini, inquit, tuo & virtuti tuæ horum miraculorum gloria canatur, qui propter misericordiam tuam & veritatem tuam Sanctos eligis, & ad gloriosam dignitatem adducis: eorum enim vita verè mirabilis ex eo quod à te habet; ex eo quod te superante superat, & te donante conquirit: sed tu mirabilior in ea, quia vniuersa, quibus ipsa mirabilis videtur, ex te, & per te, & in te largissimo datore consequitur.

Sanctorum vita ex Deo habet, quòd gloriosa sit & mirabilis.

11. *Deus autem noster in cælo & in terra.*] Sic plerique libri Græci, Καὶ ἐν τῇ γῇ: quod S. Hieronymus ad Suniam superfluum esse dicit: & abest à Vulgata & Veteri: Romanum verò habet, *Deus autem noster in cælo sursum, in cælo & in terra:* cum quo faciunt Psalterium Æthiopicum & Apollinarius: nec multò aliter videtur habuisse S. Augustinus. Quando autem Deum in cælis locat, non includit ipsum aliquâ loci circumferentiâ, neque cancellos circumdat immensæ eius essentiæ, sed negat finitam esse eius potentiam, vel alligatam humanis medijs: negat obnoxiam esse Fato vel Fortunæ: denique totum mundum subijcit eius imperio, vt superior omnibus obstaculis liberè quidquid visum est exequatur.

12. *Simulacra Gentium*, &c.] Cùm præcedenti versu omnipotentiam Dei declarasset, hîc ostendit vanitatem idolorum; Primò ratione materiæ quia sunt *argentum & aurum* res inanimatæ: Secundò ratione causæ efficientis: sunt enim *opera manuum hominum*, atque adeò auctoribus suis ignobiliora: Tertiò ratione formæ, eò quòd statuæ sint, quæ os quidem habent, sed non loquuntur, &c. Quartò pro causa finali addit imprecationem, vt *similes illis fiant qui faciunt ea.* Quod aliqui ex Hebræo vertunt per futurum *fient*: ac si affirmet Propheta idololatras non minùs esse stupidos quàm si trunci essent vel lapides. Cur enim ad Deum confugimus, nisi quia vita nostra ab eo pendet, in eius manu est salus nostra, penes eum residet bonorum omnium copia & iuuandi facultas? Quid ergo absurdius, quàm à simulacris petere quod illis deest, cùm & motu & sensu careant? Meritò igitur tam acriter inuehitur in homines naturaliter ratione præditos, quòd seipsos abdicent omni

Simulacrorum vanitas.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

omni ratione & iudicio, sensuque communi priuent. Nam qui à rebus mortuis vitam petunt, quantum in se est, extinguunt omne rationis lumen. Hinc pulchrè S. Ambrosius lib. 2. in Lucam: *Similes*, inquit, *us fiunt non vsu corporis, sed habitu mentis; vt ipsi mente atque ratione praditi non videant oculis, & non intelligant corde suo, nec recogitent in mente sua, neque cognoscant, neque sentiant, vt dicant, Ante truncum ligni procidam* &c. Et certè hoc vnum sufficit ad tollendum ignorantiæ prætextum, quòd præter naturæ rationem falsos deos sibi fabricant. Vnde sequitur Gentiles sponte claudere oculos, obducere sibi tenebras, seque obstupefacere. Quæ voluntaria cæcitas eos prorsus inexcusabiles reddit, ne obtendere liceat, errorem à pio zelo profectum esse. Quid enim magis præposterum, quàm ab illis quidquam opis sperare, quando neque materia, ex qua fabricantur, neque forma, quæ accedit ex manu hominum, vllam in se continent diuinitatis guttam, quæ reuerentiam illis conciliet? Quòd si verò loquerentur absque corporeo ore, vel audirent absque auribus (vt de Deo nostro in Psal. 92. ver. 9. annotauimus) non esset reprehensibilis gentilitas, si in imagine rei corporeæ Deo aures aut oculos metaphoricè tribueret, sicut quidam eorum (teste D. Augustino in lib. de Ciuitate Dei) simulacra Gentilium interpretari conati sunt. Hac enim ratione à reprehensione immunes euadunt Christiani, qui Angelorum, imò SS. Trinitatis figuras corporeas sculpunt vel pingunt: siquidem per illas non intendunt significare, Deum vel Angelos oculis auribusque præditos esse, sed per metaphoram insinuant Deum audire, videre, Iudicem agere, &c. Quæ omnia θεοπρεπῶς, vt S. Dionysius monet, id est more ac sensu qui Deum & Sanctos deceat, intelligenda sunt. Proinde imaginibus, quæ apud Christianos in vsu sunt, præterquam quod pro dijs non habeantur (vt per calumniam nobis impingunt hæretici) præsens Psalmi locus competere non potest, cùm improperando dicit: *Os habent, & non loquentur*, &c. Quia Psaltes his verbis non irridere voluit legitimum vsum imaginum, sed stuporem Gentilium, qui pro dijs statuebant sibi imagines omni sensu atque intellectu, etiam in suis prototypis, vacuas, & in illis spem suam collocabant.

Isaiæ 44, 19.

Deus etiam sine auribus audit & sine oculis videt.

Differentia quæ est inter cultum imaginum & idolorum.

Tropologicè versus hi in auaritiam apprimè quadrant, quam D. Paulus perspicuè vocat *idolorum seruitutem*, hoc est, impium cultum idolorum, quo se auari indignissimè & fœdissimè contaminant. Vnde Theophylactus subtiliter & acutè putat, Apostolum, in diuinis oraculis eruditissimum, alludere ad hunc Dauidis locum, *Simulacra Gentium argentum & aurum: Hoc*, inquit, *magnâ sapientiâ innertit Paulus dicens, Argentum & aurum sunt simulacra & idola auarorum*. Zeno Veronensis quoque Serm. 2. in auaros, de opibus loquens sanè perquam eleganter: *Si erogaueris, pecunia est, si seruaueris, simulacra*. His ergo simulacris opum, & commodorum mancipia, viri diuitiarum cor immolant suum, & opimam auratamque hostiam his litant, his omnem vitæ suæ cursum & negotia committunt: præ his nullum maius numen est, quod piè colendum, cuius legem atque imperium sibi audiendum & sequendum putent.

Ephes. 5, 5.

Argentum & aurum sunt idola auarorum.

15. *Non clamabunt in gutture suo.*] Vilioris ergo pretij sunt idola quàm belluæ, quàm aues, quàm anseres: eorum enim clamore liberatam se grata agnoscit Roma, quæ illorum silente somno fuisset absque contentione captiuata. Vnde S. Ambrosius lib. 5. Hexaëmeron cap. 3. *Anseres*, inquit, *Romana Capitolia à Gallo hoste seruauerunt: meritò illis debes Roma quòd regnas. Dij tui dormiebant, & vigilabant anseres: ideò illis diebus anseri sacrificas, non Ioui. Cedunt enim dij vestri anseribus, à quibus se sciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste caperentur.*

Idola anseribus viliora.

17. *Domus Israël sperauit in Domino*, &c.] Cùm idololatriæ vanitatem ostendisset, iam è contra ostendit, quantus è Dei veri cultu fructus existat, scilicet adiutorium eius & protectio in periculis & aduersis; & benedictio in prosperis & secundis rebus, præsertim spiritualibus, vti hoc & sequentibus versibus declarat. Ac in primis significat non esse timendum veri Dei cultoribus, ne ipsos in necessitate deserat vel frustretur; quia tam propensus est ad curandam eorum salutem quàm potentiâ instructus. Primo autem loco hortatur Propheta totum Israëlem in genere ad fidendum Deo: deinde nominatim compellat domum Aaron: tertiò ponit timentes Deum; quoniam non deerant aliqui extra filios Israël qui Deum colerent & timerent, quamuis ij pauci essent: in his numerari solent Iob, & amici eius, & posteà Naaman Syrus, & alij. Quomodo autem Deus suorum *adiutor & protector* sit ac dicatur, vide superiùs in Annotationibus ad Psal. 17. vers. 3. explicatum.

23. *Adijciat Dominus super vos*;] Nimirum benedictionem suam, id est bonorum omnium copiam: nec solùm inquit *super vos*, *sed etiam super filios vestros*; vt hoc modo sitis *benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram*; id est ab eo, in cuius manu est ros cæli & pinguedo terræ. Nam *benedictio* in arcano sermone sumitur passim pro abundantissima rerum copia, fortuna opulenta, cumulo bonorum, quæ mortales solent expetere ad vsuram vitæ commodæ & beatissimæ felicitatis. Quo modo ait Salomon, *benedictionem Domini diuites facere*. Quod Theologi Hebræorum ad singularem Dei prouidentiam referunt, quâ piorum hominum res atque negotia ita curat, vt omnia ex animi sententia succedant, & quidem vix adhibitâ laboriosâ contentione & ærumnis, quibus Numinis hostes atque impij in diuitijs comparandis insudant: hoc ipso lauti ac beati, quòd diuinâ benedictione cumulentur. Addit Rabbi Leui Gherson, his quoque verbis insinuari, humanum intellectum sapientiæ thesauris ornari, & mirificam præstantium notionum abundantiam capere, cùm benedictio Dei afflauerit. Sic alio loco Salomon dixit illud diuinè, *Benedictio Domini super caput iusti*. In Hebræo & Chaldæo est numero multitudinis, *Benedictiones Domini*: vt intelligamus, non simplex quiddam atque vnum esse, verùm diuinæ opulentiæ munera coronare iusti caput, atque supra aliorum fortunas extollere; vt cui propter eiusmodi benedictionem nihil magnoperè desit ad perfectam &

Benedictionis nomine omne bonum intelligitur.

Prou. 10, 22.

Prou. 10, 6.

Digitized by Google

& suis numeris absolutam beatitudinem, quantum huius vitæ conditio ferre potest. Hinc Prophetæ & Apostoli in Oraculis vt proprio quodam nomine *Benedictum* nuncupant Deum, non modò quòd sit laude gloriaque dignissimus, verùm etiam quòd eximiè largus, profluens, liberalis, muneribus magnis donisque exuberans. Ab Hebræo enim vocabulo ברך *barach*, quod significat *benedicere*, augere, multiplicare, munerari, deriuatur ברוך *baruch*, id est *benedictus*; *inde* ברכה *beracha*, id est *benedictio*, piscina, fons vberi copia exundans; quemadmodum apud Ezechielem *pluuiæ benedictionis* nominantur largæ, copiosæ, quæ in gremium terræ influentes creent mirabilem fecunditatem. Solent enim sancti veteris Testamenti loco benedictionis precari suis à Domino rorem cæli & pinguedinem terræ: quia omnes fructus terræ nascuntur ex fecunditate terræ, & ex pluuia cæli. Sed altiore sensu Deus benedicit de rore cæli, & de pinguedine terræ, quos cælestibus & terrenis bonis cumulat.

Deus nullius egens, prouidet omnibus.

25. *Cælum cæli Domino*, &c.] Sensus est, Deum gloriâ suâ contentum, terram locupletasse copijs omnibus, ne quid hominibus deesset. Deum autem omni terrenâ opulentiâ posse carere probat, quoniam inhabitat cælos. Vnde sequitur, Deo non esse opus quidquam extra se quærere. Atque huc spectat duplicatio. q.d. Cælum cæli Deo sufficit; & quia nullis indiget adminiculis, ipse sibi est pro omnibus. Restat igitur hoc secundum, quidquid est in mundo opulentiæ, clamare alta voce, Quàm beneficus pater sit Deus erga homines. Cùm verò de incomparabili ista Dei bonitate loquatur Propheta, tantum abest vt mundani homines huius doctrinæ gustum aliquem capiant; quin è contra obliti sortis filiorum Dei atque cæli, in quod suspicere deberent, in terrenis & labentibus rebus mentem omnem, curam, studium & amorem defigant, & in choro fatuorum tripudiantes cum

Homines terreni quales.

Epicureis, per pudendam nimis blasphemiam versum hunc iocosi dicterij loco concinant: *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Impiorum hæc cantilena est, qui Deum in cælo deliciari dicunt, nec curare res humanas. Et cùm Propheta hîc disertè exprimat Deo non aliâ in re vtilem esse mundum, nisi vt paternæ erga homines eius solicitudini seruiat, verba Psaltis in ludibrium torserunt porci isti & canes; ac si propter longam distantiam homines non respiceret. De quorum impia opinione, & malis ex ea pullulantibus, vberiùs à nobis disputatum ad Iobi cap. 22. vers. 13.

ANNOTATIONES CORDERII.

26. *Non mortui laudabunt te Domine.*] Scilicet illi qui mortui sunt morte peccati, sed nos qui charitate viuimus benedicimus Domino. Vnde Richardus Victorinus sic scribit: *Attende nunc animum aliquem nimiùm amantem, & nimio amore feruentem: attende quid sentiat, quid secum loquatur de eo quem multùm amat, quem valdè miratur. Quid ergo dicit? quid secum tacitus loquitur? O*, inquit, *quàm bonus! quàm benignus! ô quàm suauis! quàm dulcis! ô quàm amandus, quantum amplectendus, quàm totus admirabilis! quàm totus desiderabilis! ô beatum quem amat! ô felicem quem suo amore dignum iudicat! Me felicem, si eo frui liceat; me beatum, si eum possidere contingat!* Nec solùm amor laudes profert, verùm & laudum diuinarum vsurpatione crescit. Quare idem magnus contemplator Tractatu 1. de Extermimatione mali & promotione boni cap. 4. ait: *Satage & tu confiteri, mirari, venerari Dei potentiam, Dei sapientiam, Dei misericordiam; & certus sis, quia quantò plus laudabis, tantò ardentiùs amabis: ne te ergo pigeat diuinam gratiam multùm laudare, vt multùm ames; multùm amare, vt multùm desideres: quantò enim vehementiùs desiderabis, tantò citiùs obtinebis quod multùm concupiscis.*

Vehementer amantium est laudare Deum.

IN PSALMVM CXIV. ARGVMENTVM.

Ἀλληλούϊα.

Εὐχαριστίαν περιέχει τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου. ἤ, ὡς ἕτεροι, τὰ κατ' Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ προθεσπίζει, καὶ τὴν ἀνδρεισαμένων τὴν ἔνστασιν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν.

Alleluia.

Continet gratiarum actionem ob reditum è Babylone. Vel, vt alius, prædicit Antiochi Illustris persecutionem, & virorum fortium constantiam, ac Dei prouidentiam.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α΄. ἨΓΑΠΗΣΑ, ὅτι εἰσακούσεται κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου.

Εὐφράνθην, φησί, τὸν Θεὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεώς μου.

β΄. Ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ

1. DILEXI, quoniam exaudiet Dominus vocem * deprecationis meæ.

** Vulgata orationis.*

Gaudet se à Deo exauditum.

Lætatus sum, inquit, Deum exaudire deprecationem meam.

2. Quia inclinauit aurem suam

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Inclinauit enim, inquit, aurem ſuam, & exaudiuit me in die quâ ipſum inuocabam.

3. Circumdederunt me dolores mortis * pericula inferni inuenerunt me.

* Vulgata addit &

Quando enim, inquit, pericula tantum non me præfocabant, tunc Deum deprecandi tempus opportunum ratus, rogabam, & exaudiebar. vnde ſubdit:

Tribulationem & dolorẽ inueni:

4. Et nomen Domini inuocaui.

Tribulationes inuitant ad orationem.

Tribulationes enim, inquit, & dolores fecerunt me exclamare. Deus autem me minimè deſpexit. Quid igitur clamabas, dic mihi?

O Domine libera animam meam:

Hoc, inquit, dicebam: ceterùm adiungebam quoque cauſam liberationis, qualem illam ſubiungit.

5. Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.

Iuſtitia duplici miſericordiâ circumdatur.

Pulchrè cùm bis dixiſſet miſericordiam, ſemel dixit iuſtitiam, eamque in medio inſerüit inter duas miſericordias, vt iuſtitia quodammodò à clementia obtegeretur.

6. Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum, & * ſaluum me fecit.

* Vulgata liberauit me.

Et non eſt mirum, inquit, ſi is qui paruulos ſibimetipſis opitulari non valentes cuſtodit, ipſe quoque nos ſeruauerit, qui nullam propriam fortitudinem habemus. Nos enim adinſtar paruulorum humiliatos mirabiliter ſeruauit.

7. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Itaque, inquit, quandoquidem Dominus ſuam opem præbuit, reuertere rurſus anima mea, & loca tua incole, in quibus quiete perfrueris: à Deo enim tibi data eſt hæc gratia.

8. Quia eripuit animam meam

ἐμοί· καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι.

Ἔκλινε γάρ, φησι, τὸ οὖς αὐτοῦ, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπεκαλεσάμην αὐτόν.

γʹ. Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου· κίνδυνοι ᾅδου εὕροσάν με.

Ἡνίκα γάρ, φησιν, οἱ κίνδυνοι μονονουχὶ περιέπνιγόν με, τότε καιρὸν νομίσας εὔκαιρον τοῦ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ, ἐδεήθην, καὶ ἠκούσθην. ὅθεν ἐπάγει·

Θλίψιν καὶ ὀδύνην εὗρον·

δʹ. Καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπεκαλεσάμην.

Αἱ γὰρ θλίψεις, φησί, καὶ αἱ ὀδύναι παρεσκεύασαν με ἐκβοῆσαι. ὁ δὲ Θεός με οὐ παρεῖδε. τί οὖν ἐβόησας, εἰπέ;

Ὦ κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου·

Τοῦτο, φησιν, εἶπον· προσέθηκα δὲ καὶ αἰτίαν τῆς ἀπαλλαγῆς, ποίαν ταύτην ἐπιφέρει.

εʹ. Ἐλεήμων ὁ κύριος, καὶ δίκαιος, καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ.

Καλῶς δὲ δίπερ εἰπὼν τὸν ἔλεον, ἅπαξ εἶπε τὸ δίκαιον, καὶ αὐτὸ ἐμεσολάβησεν ἵνα εὑρεθῇ μέσον δύο ἐλεῶν, ὥστε καλύπτεσθαι τρόπον τινὰ τὸ δίκαιον ὑπὸ τῆς φιλανθρωπίας.

ϛʹ. Φυλάσσων τὰ νήπια ὁ κύριος· ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με.

Καὶ ὁ θαυμαστόν, φησιν, εἰ ὁ φυλάσσων τὰ νήπια τὰ βοηθεῖν ἑαυτοῖς μὴ δυνάμενα, οὗτος καὶ ἡμᾶς ἔσωσε, τοὺς μηδεμίαν ἔχοντας οἰκείαν ἰσχύν. ταπεινωθέντας γὰρ ἡμᾶς ὡς τὰ νήπια παραδόξως ἔσωσεν.

ζʹ. Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε.

Οὐκοῦν, φησιν, ἐπεὶ ὁ Θεὸς τὰ ἑαυτοῦ παρεῖχε, δεῦρο ψυχή, τοὺς σοὺς πάλιν οἴκησον τόπους, ἐν οἷς ἀνέσεως ἀπολαύσεις· παρὰ Θεοῦ γάρ σοι ἡ χάρις αὕτη δεδώρηται.

ηʹ. Ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν

μου

μου ἐκ θανάτου. τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.

Ἐπειδή, φησιν, ὁ Θεός με διὰ πάσης αἰσθήσεως κολαζόμενον, ἐκ πάντων τῶν κακῶν ἠλευθέρωσε.

θ. Εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων.

Λείπεται οὖν, φησιν, εὐχάριστον κἀμὲ αὐτῷ ὀφθῆναι, ἵνα μὴ τὰ ὑπάρχοντα ἀγαθὰ ἀγνωμοσύνῃ διαφθείρω.

de morte, oculos meos à lacrymis, * & pedes meos à lapsu.

Quoniam, inquit, Deus me in omnibus sensibus punitum, ex omnibus malis liberauit.

9. Placebo * in conspectu Domini in regione viuorum.

Restat igitur, inquit, vt & ego ipsi gratus appaream, ne bona quæ mihi suppetunt per ingratitudinem corrumpam.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. * Vulgata omittit & * Vulgata Domino

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΗΓΑΠΗΣΑ, ΟΤΙ ΕΙΣΑΚΟΥΣΕΤΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.] Ἀντὶ τοῦ, ηὐφράνθην, καὶ ἀγαπητόν μοι ἐγένετο τὸ τὸν Θεὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεώς μου. Ἀγαπήσας γὰρ μισθὸν ἐδεξάμην τὴν ὑπακοήν· διὸ καὶ διὰ πάσης μου τῆς ζωῆς ἐπικαλέσομαι αὐτόν. Τὸ δὲ ἔκλινεν εἶπεν, ὅτι χαμαὶ κειμένῳ συγκατέβη διὰ φιλανθρωπίαν. ἡ γὰρ θεία φύσις, ὦτα μὴ ἔχουσα φωνῆς, οὐ δεῖται πρὸς αἴσθησιν· ἀλλ' ἐκ τῶν κινημάτων τῆς καρδίας γνωρίζει τὰ ζητούμενα. Τὴν ὑπερβολὴν δὲ σημαίνων τῶν θλίψεων, περιέσχον με, εἶπεν, ὠδῖνες θανάτου. Ἡνίκα γάρ, φησιν, οἱ κίνδυνοι μονονουχὶ περιέπνιγόν με συχνόντες, τότε καιρὸν νομίσας εὔκαιρον τοῦ δεηθῆναι, ἐδεήθην, καὶ εἰσηκούσθην. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται. Ἐπικαλείσθω οὖν ὁ ἐλεήμων τὸν ἐλεοῦντα, ὁ δίκαιος τὸν δίκαιον. ἠχὼ γάρ ὥσπερ τις ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν τῆς πρώτης δικαιοσύνης κατ' ἀνάκλασιν ἡμῖν ἐπισυμβαίνουσα. αἱ θλίψεις οὖν καὶ αἱ ὀδύναι, ὡς ἑκὼν ἐμαυτῷ ταῖς ἀκουσίαις προσεξεῦρον, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην παρεσκεύασάν με βοῆσαι· καὶ ἐπικαλεσάμενος ὑψηλότερος, γέγονα τῶν λυπούντων. Τί δὲ ἐπικαλεσάμενος εἶπα; Ὦ κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου· προσέθηκα καὶ αἰτίαν, ὅτι ὡς ἐλεήμων καὶ ἐλεήσει καὶ ἐπακούσεται. Ὅτι εἰ καὶ χρῆται πολλάκις καὶ τῷ δικαίῳ πρὸς ὀλίγον, οὐ καθόσον ἄξιοί εἰσιν οἱ τιμωρούμενοι, ἀλλὰ καθόσον ἐπιστρέψαι τοὺς παιδευομένους. ἀλλ' οὖν πλεονάζον ἔχει τὸ φιλάνθρωπον. Καὶ καλῶς δευτερώσας τὸ ἔλεος,

1. DILEXI, QVONIAM EXAVDIET DOMINVS.] Id est, Lætatus sum, & gratum mihi accidit, quòd Deus exaudiuerit deprecationem meam. Diligens enim mercedem admisi obedientiam; propter quod etiam totâ vitâ meâ ipsum inuocabo. Istud autem *inclinauit* dixit, quia humi prostrato per clementiam condescendit. Natura enim diuina, quæ aures non habet, voce non indiget vt sentiat; sed ex cordis motibus percipit ea quæ quæruntur. Porrò tribulationum excessum significans, *Circumdederunt me*, inquit, *dolores mortis*. Quando enim, inquit, pericula circumdantia vix non me suffocabant, tunc precandi tempus opportunum ratus, rogabam, & exauditus sum. *Omnis* enim *quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit*. Inuocet igitur misericors miserentem, iustus iustum. Nostra enim iustitia quasi quædam echo est primæ iustitiæ per reuibrationem nobis obtingens. Tribulationes igitur & dolores, quos ad inuoluntarios sponte mihi ipsi adinueni, per dilectionem Dei fecerunt me vociferari; dumque Deum inuocarem, superior euasi illis qui me affligebant. Quid autem inuocans dixi? *O Domine libera animam meam:* addidi & causam, quia tamquam misericors & miserebitur & exaudiet. Quoniam licet sæpenumerò etiam ad modicum vtatur iustitiâ, non tamen in quantum merentur illi qui puniuntur, sed in tantum vt conuertantur hi qui castigantur. Veruntamen clementia superabundat. Et pulchrè misericordiam, secundò repetens, semel

Deus cordis motus percipit.

Act. 2, 21.

Nostra iustitia est quædam echo iustitia Dei.

Misericordia excedit iustitiam Dei.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

semel iustitiam pronuntiauit, eamque in medio collocauit, vt inter duas misericordias media reperiretur, & sic iustitia quodammodò à clementia cooperiretur. Misericordia autem est affectio erga illos qui contra dignitatem suam humiliantur, profecta ab ijs qui eorumdem commiseratione tanguntur. Cùm igitur & nos contra dignitatem propriam è paradiso eiecti simus, videns nos Dominus miseretur. Misericordiæ enim vox erat: *Adam vbi es?* Id est. Ex qualibus in qualia incidisti?

Gen. 3, 9.

ἅπαξ εἶπε τὸ δίκαιον, καὶ μέσον αὐτὸ τέθεικεν, ἵν' εὑρεθῇ μέσον δύο ἐλέων, ὥστε καλύπτεσθαι τρόπον τινὰ τὸ δίκαιον ὑπὸ τῆς φιλανθρωπίας. ἔλεος δέ ἐστι πάθος ἐπὶ τοὺς παρ' ἀξίαν ταπεινουμένους, παρὰ τῶν συμπαθῶς διατιθεμένων γινόμενον. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ὄντες παρ' ἀξίαν ἐσμὲν τοῦ παραδείσου ἐκβεβλημένοι, ὁρῶν ἡμᾶς ὁ κύριος ἐλεεῖ. ἐλέου γὰρ φωνὴ τό· Ἀδὰμ ποῦ εἶ; ἀφ' οἵων, τουτέστιν, εἰς οἷα πέπτωκας;

Quomodo Deus paruulos custodiat.

6. CVSTODIENS PARVVLOS DOMINVS.] Quòd autem Dominus paruulos custodiat, etiam secundùm simplicem rationem videre licet. Ipse enim est, qui in exiguo membro tanto humore repleto, vt neque moueri illos neque respirare sinat, cauet ne suffocentur, & motum & nutrimentum tribuit; atque dum aëre refocillantur prohibet ne moriantur, quando ex calore vuluæ in hunc insuetum ipsis locum processerint. Symmachus autem pro *Humiliatus sum* ait, *Langui, & saluauit me.*

ϛ'. ΦΥΛΑΣΣΩΝ ΤΑ ΝΗΠΙΑ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] Ὅτι δὲ φυλάσσει τὰ νήπια ὁ κύριος, καὶ κατὰ ἁπλοῦν λόγον ἰδεῖν ἐστιν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν, ὁ ἐν μικρῷ μορίῳ τοσαύτης ὑγρότητος πεπληρωμένῳ, καὶ μήτε κινεῖσθαι ταῦτα μήτε ἀναπνεῖν συγχωρούσῃ, κωλύων ἀποπνιγῆναι, καὶ κίνησιν διδοὺς καὶ τροφήν· καὶ περιψυχόμενα τῷ ἀέρι κωλύων ἀποθανεῖν, ἐπ' ἂν ἐκ τῆς ἐν τῇ μήτρᾳ θερμότητος εἰς τὸν ἀήθη τοῦτον τόπον παρέλθοι. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἐταπεινώθην, ἠτόνησα, φησι, καὶ ἔσωσέ με.

Requies animæ qua sit.

7. CONVERTERE ANIMA MEA IN REQVIEM.] Requies animæ est peccatorum abstinentia. Beneficium Dei est vita æterna, quæ per gratiam sperantibus conceditur: ad quam hic tamquam qui pulchrè certauerit contendit. *De morte* autem intelligit peccati: quam nimirum veritus ne in illam incideret, non destitit lacrymari; quapropter etiam pedes eius omni lapsu superiores apparuerunt. Ceterùm regionem viuorum non hanc præsentem vitam vocat, in qua sunt lamentationes, & morbi, & mortes, sed viuendi statum ab his liberum, in quo est vita sine miseria. Adfert autem gratiarum actionem, quòd oculi à lacrymis liberati sint, pedes lubricam hanc vitam effugerint, & anima peccati mortem euadere potuerit.

ζ'. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ.] Ἀνάπαυσις δὲ ψυχῆς ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποχή. εὐεργεσία θεοῦ ἡ αἰώνιος ζωή, κατὰ χάριν τοῖς ἐλπίζουσι διδομένη· πρὸς ἣν οὗτος ὡς καλῶς ἠγωνισμένος ἐπείγεται. καὶ ἐκ θανάτου δὲ τῆς ἁμαρτίας φησίν· ὃν δὴ καὶ δεδοικὼς μὴ εἰς αὐτὸν κατενεχθῇ, οὐ διέλιπε δακρύων· οὗ χάριν καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ παντὸς ὀλίσθου κρείττους πεφήνασιν. Ἀλλὰ καὶ χώραν ζώντων οὐ τὸν παρόντα βίον καλεῖ, ἐν ᾧ θρῆνοι, καὶ νόσοι, καὶ θάνατοι, ἀλλὰ τὸν τούτων ἀπηλλαγμένον βίον, ἐν ᾧ ζωὴ ἀταλαίπωρος. Εὐχαριστίαν δὲ ἀναφέρει, ὡς τῶν ὀφθαλμῶν τῶν δακρύων ἀπαλλαγέντων, τῶν ποδῶν τὸν ὀλισθηρὸν βίον διαφυγόντων, καὶ τῆς ψυχῆς διαδρᾶναι δυνηθείσης τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον.

CATENA PATRVM.

Antiochus Illustris Iudæorum persecutor.

ORIGENIS. Multis & omnis generis calamitatibus Antiochus cognomento Illustris Iudæos afflixit, & fuit in causa, vt multi qui in desidia viuebant, diuinam legem transgrederentur:

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλαῖς καὶ παντοδαπαῖς Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς Ἰουδαίους περιέβαλε συμφοραῖς, καὶ τοὺς μὲν ῥαστώνῃ συζῶντας παραβῆναι τὸν θεῖον παρεσκεύασε νόμον·

οἱ

οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ἐρασταὶ τοὺς ὑπὲρ ταύτης ἀγῶνας προθύμως ἀνεδέξαντο. ταύτην αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν προλέγει. διηγεῖται δὲ καὶ τὰς τῶν ἀλγεινῶν προσβολὰς, καὶ τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπήν.

α'. ΗΓΑΠΗΣΑ, ΟΤΙ ΕΙΣΑΚΟΥΣΕΤΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ πάλαι φοβούμενος τὸν κύριον, ἤδη προκόψας ἀπὸ τοῦ φόβου, καὶ μεταβὰς ἐπὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, εἴποι ἂν ἠγάπησα· τίνα δὲ, ἢ δηλαδὴ κύριον τὸν θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ δυνάμεως καὶ ψυχῆς, ὥστε ἕνεκεν αὐτοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ ἀληθείας, πάντα τε ὑπομεῖναι πειρασμὸν, καὶ πάντα κίνδυνον ὑποστῆναι προθύμως διὰ τὴν πρὸς θεὸν ἀγάπην.

β'. ΟΤΙ ΕΚΛΙΝΕ ΤΟ ΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΕΜΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ μὴ δυνάμεθα ἑαυτοὺς ἐκτεῖναι πρὸς θεὸν εὐχόμενοι, αὐτὸς τὸ οὖς αὐτοῦ κλίνει πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἐγγίζει ἡμῖν.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Πάλιν ἀνθρωπίνοις ῥήμασι τοῦ θεοῦ τὸ νεῦμα παρίστησι. καὶ ἕτερον δέ τι αἰνίττεται διὰ τοῦ ῥήματος λέγων· ὅτι οὐκ ἐγὼ ἄξιος ἀκουσθῆναι· ἀλλ' αὐτὸς κατέβη πρὸς ἐμέ.

ΚΑΙ ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ ΜΟΥ ΕΠΙΚΑΛΕΣΟΜΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὗ δὴ χάριν, φησὶ, παρὰ πάντα μου τὸν βίον καὶ ὑμνεῖν αὐτὸν διατελέσω, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ συμμαχίαν αἰτήσω.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν ταῖς ἡμέραις συμφορῶν λέγει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστι, παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς μου ἐπικαλεσάμην· ἐν ταῖς ἡμέραις μου ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης γινομέναις, ἀεὶ περιφωτιζόμενος ὢν, ἐπικαλεσάμην.

γ'. ΠΕΡΙΕΣΧΟΝ ΜΕ ΩΔΙΝΕΣ ΘΑΝΑΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ἐν βαρυτέροις γενόμενος πειρασμοῖς, καὶ βάσανον ἐν αὐτοῖς ἐπιδοὺς τῆς προαιρέσεως ἑαυτοῦ, ὡς καὶ ἐν κινδύνῳ τοῦ νικηθῆναι γενέσθαι, ἀλλὰ μὴ νικηθεὶς, λέγοι ἂν τό· Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου· κίνδυνοι ᾅδου εὕροσάν με. Οὐ ταὐτὸν δέ ἐστι; τὸ ᾅδης εὗρέ με, καὶ τό, κίνδυνοι ᾅδου εὕροσάν με. Ὁ ᾅδης μὲν γὰρ εὑρίσκει τοῦτον, οὗ κατισχύουσιν αἱ πύλαι αὐτοῦ· κίνδυνοι δὲ ᾅδου μόνον εὑρίσκουσιν, τὸν διὰ τὸ μέγεθος τῶν πειρασμῶν κινδυνεύσαντα μὲν, κρατηθῆναι ὑπὸ τῶν τοῦ

pietatis verò studiosi pro hac prompto animo certamina susceperunt. Hanc ipsorum fortitudinem hic Psalmus prædicit: narrat verò etiam miseriarum impetus, & fauorem ipsis à Deo præstitum.

[CATENA PATRVM.]

1. DILEXI, QVONIAM EXAVDIET DOMINVS.] HESYCHII. Qui olim Dominum timuerat, vbi iam à timore profecerit, & ad dilectionem Dei transierit, rectè dixerit *Dilexi:* quem autem, nisi scilicet Dominum Deum ex toto corde, ac virtute atque anima, vt propter ipsum etiam ad mortem vsque decertet pro veritate, omnemque sustineat tentationem, & omne periculum alacri animo subeat per amorem erga Deum.

[Dei amor omnia superat.]

2. QVIA INCLINAVIT AVREM SVAM MIHI.] ORIGENIS. Quandoquidem orantes minimè valemus nosmetipsos ad Deum extendere, ipsemet autem suam ad nos inclinat, nobisque appropinquat.

[Deus pro benignitate sua se nobis inclinat.]

ANONYMI. Rursus humanis verbis Dei nutum declarat. Quin & aliquid aliud per hoc verbum insinuat dicens: Quoniam ego non sum dignus exaudiri; tamen ipse ad me descendit.

ET IN DIEBVS MEIS INVOCABO.] ORIGENIS. Quapropter, inquit, per omnem vitam meam ipsum quoque laudare pergam, & auxilium eius implorabo.

ATHANASII. In diebus calamitatum ait.

HESYCHII. Id est, Omni tempore vitæ meæ inuocabam: in diebus meis sub Sole iustitiæ transactis, cùm semper illuminarer, inuocaui.

3. CIRCVMDEDERVNT ME DOLORES MORTIS.] ORIGENIS. Is qui in grauibus tentationibus versatus, in ijsdem animi sui experimentum dedit, tamquam qui in periculo fuerit ne vinceretur, minimè tamen victus sit, dicere possit: *Circumdederunt me dolores mortis: pericula inferni inuenerunt me.* Ceterùm haudquaquam idem est, *Infernus inuenit me,* cum illo, *Pericula inferni inuenerunt me.* Nam infernus inuenit illum, contra quem præualent portæ eius; pericula verò inferni solùm reperiunt illum, qui ob magnitudinem tentationum periculum quidem subijt, ne à portis

[Pericula inferni quos inueniant.]

tis

Digitized by Google

tis inferni subigeretur, minimè tamen ab ijs subactus est.

CHRYSOSTOMI. Vidisti arma valida? vidisti consolationem quæ soluit quæcumque sunt grauia? Vidisti animum desiderio Domini inflammatum? Sufficiebat enim, inquit, mihi, vt à circumdantibus me malis liberarer, Deum inuocare. Quidnam igitur est in causa, quod cùm Deum sæpè inuocemus, minimè tamen à malis liberemur? Quia nimirum non inuocamus prout oportet inuocare. Ipse enim semper paratus est ad præbendum.

Quòd non liberemur causa est quòd non benè oremus.

ANONYMI. Dolores inferni sunt desideria peccatorum. Hoc enim clarè Iacobus dixit: *Concupiscentia cùm conceperit parit peccatum, peccatum verò cùm consummatum fuerit generat mortem.* Pericula verò inferni possunt esse peccata actualia. Ceterùm non ignorandum quoque hæc de prauis virtutibus esse dicta.

Dolores inferni sunt desideria peccatorū. Iac. 1, 15.

TRIBVLATIONEM ET DOLOREM INVENI.]

HESYCHII. Tribulationem & dolorem appellauit pœnitentiam: tribulationem quidem, vtpote quæ habeat peccati recordationem; dolorem verò propter labores quibus peragi solet, v. g. sacco & cinere atque vigilia. Hanc qui repetit, id est, qui ad eam accurrit, nomen Domini iure merito inuocet. Oratio enim est substantia pœnitentiæ.

Pœnitentia tribulationem habet & dolorem.

ORIGENIS. Inuentum quoddam existit tribulatio illam sustinenti, & in tribulationibus glorianti, atque ambulanti viam quæ ducit ad vitam, quæ est via arcta & laboriosa. Ita quoque præclarum sanè inuentum est dolor, quando quis ex dilectione dolet sicut Paulus dicens: *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo,* &c.

Rom. 9, 2.

DIDYMI. Tribulationem & dolorem, inquit, quæ sponte mihi ipsi adinueni. In præcedentibus enim ait, *Pericula inferni inuenerunt me*; hîc verò, *Tribulationem & dolorem inueni.* Quoniam enim illic strenuè me gessisse repertus sum aduersus ea quæ à tentatore fuerant irrogata, vt abundantiam dilectionis erga Deum ostenderem, adieci tribulationes super tribulationem, & dolorem super dolorem, non virtute meâ molestijs resistens, sed quia nomen Domini inuocaui.

Spontè dolor pœnitentiæ assumendus.

CHRYSOSTOMI. Vidisti animam sapientiæ studiosam, quomodo relictis omnibus quæ

Sapiens de sola anima sollicitus est.

ᾅδου πυλῶν, οὐ μὴν καὶ κρατηθεῖσα ὑπ' αὐτῶν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ὅπλον ἰσχυρόν; εἶδες παραμυθίαν πάντα λύουσαν τὰ δεινά; εἶδες ψυχὴν διαθερμαινομένην ἐν τῷ πόθῳ τοῦ δεσπότου; ἤρκεσε γάρ μοι, φησὶν, εἰς ἀπαλλαγὴν τῶν περιεχόντων κακῶν, τὸ καλέσαι τὸν Θεόν. Τί οὖν ἡμεῖς καλοῦμεν πολλάκις, καὶ οὐκ ἀπαλλαττόμεθα τῶν δεινῶν; ὅτι οὐ καλοῦμεν ὡς καλεῖν δεῖ. αὐτὸς γὰρ ἕτοιμός ἐστιν ἀεὶ τοῦ παρέχειν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὠδῖνες θανάτου αἱ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιθυμίαι τυγχάνουσι. τοῦτο γὰρ σαφῶς ὁ Ἰακὼβ ἔλεγεν· ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκυεῖ θάνατον. Κίνδυνοι δὲ ᾅδου τὰ πρακτικὰ τῶν ἁμαρτημάτων εἶναι δύναιντο. οὐκ ἀγνωστέον δὲ καὶ περὶ πονηρῶν δυνάμεων ταῦτα εἰρῆσθαι.

ΘΛΙΨΙΝ ΚΑΙ ΟΔΥΝΗΝ ΕΥΡΟΝ.]

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θλῖψιν καὶ ὀδύνην ἐκάλεσε τὴν μετάνοιαν· θλῖψιν μὲν, ὡς ἀνάμνησιν τῆς ἁμαρτίας ἔχουσαν· ὀδύνην δὲ ἕνεκα τῶν πόνων μεθ' ὧν κατορθοῦσθαι, σάκκου τυχὸν καὶ σποδοῦ καὶ ἀγρυπνίας πέφυκε. ταύτην δὲ ὁ εὑρὼν, τουτέστιν, ἐπιδραμὼν αὐτῇ, τὸ ὄνομα κυρίου εἰκότως ἐπεκαλεῖτο. εὐχὴ γὰρ τῆς μετανοίας ὑπόστασις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὕρημά ἐστιν ἡ θλῖψις τῷ ὑπομένοντι αὐτὴν, καὶ καυχωμένῳ ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ ὁδεύοντι τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, οὖσαν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδόν. Οὕτω καλὸν δὴ εὕρημα καὶ ὀδύνη, ὅτε δι' ἀγάπην τις ὀδυνᾶται ὡς ὁ εἰπὼν Παῦλος· Λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Θλῖψιν καὶ ὀδύνην, ἅσπερ ἑκὼν ἐμαυτῷ προσεξεῦρον, φησίν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κατόπιν, κίνδυνοι, φησὶν, ᾅδου εὕροσάν με· ἐνταῦθα δὲ, θλῖψιν καὶ ὀδύνην εὗρον. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖ ἀνενδότως ἔχων εὑρέθην πρὸς τὰ παρὰ τοῦ πειράζοντος ἐπαχθέντα, ἵνα δείξω τὴν περιουσίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, προσέθηκα θλίψεις ἐπὶ τῇ θλίψει, καὶ ὀδύνην ἐπὶ τῇ ὀδύνῃ, οὐ τῇ ἐμαυτοῦ δυνάμει τῶν ἀλγεινῶν καταπαυσάμενος, ἀλλὰ διότι τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλεσάμην.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες φιλόσοφον ψυχὴν, πῶς τὰ βιωτικὰ πάντα ἀφεὶς,

ἀφεὶς, ἓν ζητεῖ μόνον, τὸ τὴν ψυχὴν ἀσινῆ διαμένειν, καὶ μηδὲν παθεῖν τῶν παραβλαπτόντων αὐτήν· ταύτης γὰρ εὖ διακειμένης, τὰ λοιπὰ ἅπαντα ἕψεται· ὥσπερ οὖν οὐκ εὖ ἐχούσης, τῆς λοιπῆς ἡμῖν οὐδὲν ὄφελος εὐημερίας.

δ'. Ω ΚΥΡΙΕ ΡΥΣΑΙ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἐν δεσμοῖς αἱ ψυχαὶ αἱ ἡμαρτηκυῖαι τυγχάνουσιν, ἔτι δὲ καὶ ὑπὸ νοητοὺς θῆρας, καὶ τυράννους χαλεποὺς, τοὺς δαίμονας οἱ ἁμαρτήσαντες πεπτώκασι· διὰ τοῦτο δεσμώτου φωνὴν καὶ θηριαλώτου, καὶ αἰχμαλώτου τὸν ἡμαρτηκότα παράγει φθεγγόμενον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς παιδεύει τὸν ἀκροατὴν, μήτε ἀπογινώσκειν, μήτε ἀναπεπτωκέναι, μονονουχὶ λέγων· μὴ ἀπογνῷς· ἐλεήμων γὰρ ὁ θεός· μὴ ἀναπέσῃς· καὶ γὰρ καὶ δίκαιος. Τούτου μὲν οὖν τὴν ῥαθυμίαν ἐκκόπτει, ἐκείνου δὲ τὴν ἀπόγνωσιν ἀναιρεῖ, ἑκατέρωθεν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν πραγματευόμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πανταχοῦ συνάπτει ἡ γραφὴ τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ θεοῦ τὴν δικαιοσύνην, διδάσκουσα ἡμᾶς, ὅτι οὔτε τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ ἄκριτον, οὔτε ἡ κρίσις ἀνελεήμων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ μετὰ δικαιοσύνης ἐλεεῖ ὁ κύριος, ἐλεήμων ἐστὶ καὶ δίκαιος· οὐ δίκαιος δὲ ἐν τῷ ἐλεεῖν ἦν ὁ Σαοὺλ, ἐλεῶν τὸν Ἄγαγ. καὶ εἰ ἦν δὲ πᾶν τὸ ἐλεεῖν δίκαιον, οὐκ ἂν περί τινων εἶπεν ὁ νόμος τό· Οὐκ ἐλεήσεις αὐτόν. Ἔστι δὲ καὶ τὸ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι, μετὰ δικαιοσύνης ἐλεεῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀναγκαίως οὖν ἵνα θαρσήσωμεν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ, τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν εἰσήγαγεν· ὡς ἐλεήμων μὲν οὐκ ἀποστρέφει τοῦ ἁμαρτωλοῦ δεομένου τὸ πρόσωπον· ὡς δίκαιος δὲ οὐκ ἄλλως αὐτὸν εἰ μὴ διὰ μετανοίας προσδέχεται.

ϛ'. ΦΥΛΑΣΣΩΝ ΤΑ ΝΗΠΙΑ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Νήπιά φησι τοὺς διὰ πνεύματος ἁγίου ἐν Χριστῷ ἀναγεννωμένους, τοὺς κατὰ τὴν ἐντολὴν Ἰησοῦ νηπίους ὄντας τῷ ἐστρέφθαι, καὶ γεγενῆσθαι ὡς τὰ παιδία. οὓς αὐτὸς ὁ κύριος φυλάσσει, οὐκ ἐῶν προσβαλεῖν αὐτοῖς πολεμίους, τῷ μήπω καιρὸν ἔχειν ἀγῶνος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον οὐκ ἂν συνέστη ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, μὴ τῶν κομιδῇ νηπίων καὶ ἔτι βρεφῶν ὑπὸ

---

ad hanc vitam pertinent, vnum tantùm petit, vt anima maneat illæsa, & nihil patiatur eorum quæ illi noceant: si enim benè habeat, reliqua omnia consequentur: quemadmodum si non habeat benè, nihil nos iuuat reliqua prosperitas.

CATENA PATRVM.

4. O DOMINE LIBERA ANIMAM MEAM.] ANONYMI. Cùm animæ peccatrices vinculis constringantur, atque insuper hi qui peccant spiritalibus feris, & tyrannis crudelissimis, dæmonibus subiecti sint; idcircò introducit peccatorem tamquam alicuius vincti, & à feris obsessi belloque capti vocem emittentem.

Peccata sunt vincula & tyranni.

CHRYSOSTOMI. Vides quomodo docet auditorem, vt neque desperet, neque sit ignauior remissiórve, tantum non dicens: ne desperes; est enim Deus misericors: nec sis nimiùm securus; est enim etiam iustus. Itaque istius exscindit socordiam, illius autem tollit desperationem, salutem nobis vtrimque procurans.

Inter spem & metum incedendum.

DIDYMI. Scriptura vbique cum Dei miserationibus iustitiam connectit, docens nos, neque misericordiam Dei sine iudicio esse, neque iudicium sine misericordia.

Deus misericordiæ iudicium admiscet.

ORIGENIS. Quandoquidem cum iustitia miseretur Dominus, misericors est & iustus; Saül autem minimè iustus erat in misericordia, quando Agagi miserebatur. Etenim si omnis misericordia iusta foret, nequaquam lex de quibusdam dixisset: *Non misereberis eius.* Est autem & illud, *Qui miseretur in hilaritate,* cum iustitia miseretur.

Deut. 19, 13. Rom. 12, 8.

ANONYMI. Vt igitur in pœnitentia fiduciam habeamus, necessariò Dei clementiam induxit: tamquam misericors igitur nequaquam peccatori deprecanti faciem auertit: tamquam iustus autem haud aliter ipsum admittit nisi per pœnitentiam.

6. CVSTODIENS PARVVLOS DOMINVS.] THEODORI. Paruulos vocat illos qui per Spiritum sanctum in Christo regenerati sunt, qui secundùm mandatum Iesu conuersi sunt, & facti sunt velut paruuli. Hos ipse Dominus custodit, non sinens inimicos irruere in ipsos, eò quòd nondum apti sint ad certamen.

Qui sint paruuli in Christo.

CHRYSOSTOMI. Secundùm naturalem rationem minimè substitisset humana natura, nisi valdè pusilli & adhuc infantes à Domino

Quanta sit Deo cura paruulorum.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Domino custodirentur. Quomodo enim fœtus qui in vtero gestantur nutriri moueríve potuissent in locis adeò angustis & nullam conuersionem habentibus? Imò cum in locis obscuris & humidis vitam agant, neque respirare possent, nisi diuina custodiâ munirentur. Quomodo item in insolitum hunc locum incidentes & ex calore vuluæ hoc aëre refrigerati vel ad modicum subsistere valerent, nisi à Deo seruarentur? *Custodiens* igitur *paruulos Dominus: humiliatus sum, & saluum me fecit.*

Matth. 8, 2.

Eivsdem. Postquam, inquit, humiliatus fui, & factus sum sicut paruulus, & suscepi Regnum cælorum sicut puer, is qui custodit paruulos Dominus è doloribus mortis & ex inferni periculis saluum me fecit.

Hesychii. Non dixit, Quia non permisit in pericula incidere, sed, postquam in ea incideram, seruauit.

Par beneficium est pericula subire, & ex ijs liberari.

Anonymi. Hîc duplex beneficium est, tum quòd in pericula incidere permiserit, tum quòd in ea illapsos minimè deseruerit. Vtraque enim species est beneficij, & prius haud minus est secundo: sed si quid miri dicendum, sit etiam maius: eò quòd hoc quidem periculis absoluerit; illud verò animam reddiderit sapientiæ studiosiorem.

Alterivs. Quando igitur ex peccato humiliati, atque inde sapientiores redditi, nosmetipsos quoque humiliauerimus, seruat nos statim Deus secundam suscipiens humiliationem.

7. Converters anima mea in reqvíem.] Chrysostomi. Bonus pugil sibi ipsi consolatorios sermones

2. Tim. 4, 7.

affert, eo modo quo Paulus dicens: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*, &c. Requies enim æterna proposita

Nostra merita sunt ex Dei gratia.

est ijs qui legitimè in hac vita certauerint, non tam ex debito operum danda, quàm secundùm gratiam munifici Dei præbenda ijs qui in ipsum sperauerint.

Requies animæ est abstinentia peccatorum.

Origenis. Requies animæ est peccatorum abstinentia: peccatum enim illam deijcit, & omnes eius vires conterit. Vnde etiam Baptisma, vt quod peccatorum libe-

Psal. 22, 2.

rationem contineat, Dauid *aquam refectionis* appellauit. Animam igitur in

κυρίου φυλασσομένων. πῶς γὰρ τὰ ἐν τῇ μήτρᾳ κυοφορούμενα ἠδύναντο τρέφεσθαι ἢ κινεῖσθαι ἐν οὕτω στενοῖς χωρίοις καὶ μηδεμίαν ἔχουσιν ἀναστροφήν; ἀλλ' ἐν σκοτεινοῖς τόποις καὶ ἐν ὑγροῖς τὴν ζωὴν ἔχοντα, καὶ οὔτε ἀναπνεῖν δυνάμενα, εἰ μὴ τῇ παρὰ θεοῦ φυλακῇ διεκρατεῖτο. πῶς δ' αὖ εἰς τὸν ἀήθη τοῦτον ἐμπεσόντα τόπον καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μήτρᾳ θερμότητος τῷ ἀέρι περιψυχόμενα κἂν πρὸς τὸν βραχύτατον διήρκεσεν, εἰ μὴ παρὰ θεοῦ διεσώζετο; φυλάσσων οὖν τὰ νήπια ὁ κύριος· ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με.

Του αυτου. Ἐπειδὴ ἐταπεινώθην, φησὶ, καὶ γέγονα ὡς τὸ νήπιον, καὶ ἐδεξάμην τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὡς παιδίον, φυλάσσων τὰ νήπια ὁ κύριος ἔσωσέ με ἐκ τῶν ὠδίνων τοῦ θανάτου καὶ ἐκ τῶν κινδύνων τοῦ ᾅδου.

Ησυχιου. Οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ εἴασεν εἰς κινδύνους ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ, μετὰ τὸ ἐμπεσεῖν, διέσωσεν.

Ανωνυμου. Διπλῆ εὐεργεσία, ἐνταῦθα ὅτι τε εἴασεν ἐμπεσεῖν εἰς κινδύνους, καὶ ὅτι ἐμπεσόντας οὐ κατέλιπεν. ἀμφότερα γὰρ εὐεργεσίας εἶδος, καὶ τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον οὐκ ἔλαττον· ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, καὶ μεῖζον· ὅσω τὸ μὲν κινδύνους ἔλυσε· τὸ δὲ ψυχὴν φιλοσοφωτέραν εἰργάσατο.

Του αλλου. Ὅταν οὖν ἐξ ἁμαρτίας ταπεινωθέντες, εἶτα σωφρονήσαντες, καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ταπεινώσωμεν, σώζει ὁ θεὸς παραχρῆμα ἀποδεξάμενος τὴν δευτέραν ταπείνωσιν.

ζ'. Επιστρεψον ψυχη μου εις την αναπαυσιν.] Χρυσοστομου. Ἑαυτῷ προσάγει παρακλητικοὺς λόγους ὁ καλὸς ἀγωνιστὴς, παραπλησίως τῷ Παύλῳ λέγοντι· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, καὶ τὰ ἑξῆς. Πρόκειται γὰρ ἀνάπαυσις αἰωνία τοῖς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσασι βίον, οὐχ οὕτω κατ' ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένη, ὡς κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδώρου θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη.

Ωριγενους. Ἀνάπαυσις τῆς ψυχῆς ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποκοπή· κατατείνει γὰρ αὐτὴν ἡ ἁμαρτία, καὶ πάσας αὐτῆς τὰς δυνάμεις συντρίβει. ὅθεν καὶ τὸ βάπτισμα, ὡς ἀπαλλαγὴν ἁμαρτημάτων ἔχον, ὕδωρ ἀναπαύσεως ὁ Δαβὶδ προσηγόρευσε τὴν ψυχὴν τοίνυν ὡς

ἐν

ἐν ἁμαρτίαις πλανηθεῖσαν ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν ἢ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἢ διὰ τῶν δακρύων καὶ τῆς μετανοίας προτρέπεται.

η΄. ΟΤΙ ΕΞΕΙΛΕΤΟ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνοντος δηλονότι. ψυχὴ γὰρ ἁμαρτάνουσα ἀποθανεῖται. ὁ δὲ ἀλυπίαν ἀναλαβὼν ἐρεῖ· ὅτι κύριος ἐξείλετο τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων. Ἐρεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ τὸ μακαριζόμενον πένθος πενθήσας, ὅταν τυγχάνῃ τοῦ γελάσονται καὶ τοῦ παρακληθήσονται. Ὁ δὲ ἀκούσας τοῦ, Σὺ δὲ αὐτὸς στῆθι μετ' ἐμοῦ· ἐρεῖ, ἐξείλετο κύριος τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Συγκρίσει τῶν ὧδε τὴν μέλλουσαν ἀνάπαυσιν διαγράφει· καὶ ἐνταῦθα γάρ, με, φησί, περιέσχον ὠδῖνες θανάτου· ἐκεῖ δὲ, ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου. ἐνταῦθα οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ ἐκ τῆς θλίψεως προχέουσι δάκρυον· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστι δάκρυον. Ἀφεῖλε γὰρ ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. ἐνταῦθα πολὺς ὁ κίνδυνος τοῦ ὀλισθήματος. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. ἐκεῖ δὲ πάγιαι αἱ βάσεις ἀμετάτρεπτος ἡ ζωή.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτι ἐξείλετο, φησι, τὴν ψυχήν μου, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀντὶ τῆς ἡμετέρας δεδωκώς· καὶ ἀποφάσει ταύτῃ, δωρεᾷ δὲ μᾶλλον ἀπαλλαττούσῃ τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον χρησάμενος. οὐ βούλομαι γάρ, φησι, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.

θ΄. ΕΥΑΡΕΣΤΗΣΩ ΕΝΩΠΙΟΝ ΚΥΡΙΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καλῶς εἶπεν, ἐν χώρᾳ ζώντων. ἐκείνη γὰρ ὄντως ζωὴ ἀπηλλαγμένη θανάτου. ἔσχατος γάρ, φησιν, ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τε ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις. τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν. ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἀπολαύομεν. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις οὔτε σώματος οὔτε ψυχῆς. οὐδὲ γάρ ἐστι λογισμοῦ παρατροπή, οὐδὲ μετάθεσις γνώμης, οὐδεμιᾶς περιστάσεως τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀτάραχον τῶν λογισμῶν ἀφαιρουμένης. χώρα ἐστὶν ἐκείνη τῶν ζώντων, ἐν ᾗ μάλιστα εὐαρεστήσειν τῷ θεῷ ὁ προφήτης κατεπαγγέλλεται, ὡς ὑπ' οὐδενὸς μέλλων τῶν ἔξωθεν διακόπτεσθαι ζώντων. ἐκείνη χώρα, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νύξ, οὐκ ἔνι ὕπνος, τὸ τοῦ θανάτου μίμημα, οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις, τὰ τῆς

peccatis errantem iubet conuerti in requiem siue per Baptisma, siue per lacrymas & pœnitentiam.

CATENA PATRVM.

8. QVIA ERIPVIT ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Eius videlicet qui non ampliùs peccat. *Anima* enim *quæ peccauerit ipsa morietur.* Qui autem indolentiam accipit dicet: Quoniam Dominus eripuit oculos meos à lacrymis. Idem verò etiam dicet qui beato luctu luget, quando risum & consolationem obtinuerit. Qui autem audiuerit illud, *Tu verò hîc sta mecum*, dicet, Eripuit Dominus pedes meos à lapsu.

Deut. 24, 16. & Ezech. 18, 20.

Deus eripit nos à malis.

Matth. 5.

Deut. 5, 31.

THEODORI. Comparatione illorum quæ hîc sunt futuram requiem describit: etenim hoc loco dicit, *Circumdederunt me dolores mortis*; ibi verò, *Eripuit animam meam de morte.* Hîc oculi ex tribulatione lacrymas effundunt; illic verò non erunt lacrymæ. Absterſit enim Deus omnem lacrymam ab omni facie. Hîc magnum est periculum lapsus. Quare etiam Paulus ait: *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Illic autem sunt firmi gressus & vita immutabilis.

Apoc. 7, 17.

1. Cor. 10, 12.

ANONYMI. *Quoniam eripuit*, inquit, *animam meam*, qui animam suam pro nostra tradidit; & hac sententiâ, quin potiùs gratiâ quæ hominem à peccato liberat vsus fuit. *Non volo* enim, inquit, *mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.*

Ezech. 33, 11.

9. PLACEBO IN CONSPECTV DOMINI.] ANONYMI. Pulchrè dixit, *In regione viuorum.* Illa enim reuerà vita est à morte libera. *Nouissima enim*, inquit, *inimica destruetur mors.*

1. Cor. 15, 26.

ALTERIVS. Hic mundus est rerum visibilium compositio. Omne autem compositum resolutioni est obnoxium. Dum in hoc mundo versamur, cùm simus pars mundi, necessariò fruimur naturâ vniuersi. At illic non est immutatio vel corporis vel animæ. Neque enim est cogitationis aberratio, neque sententiæ variatio, cùm nulla vicissitudo constantiam tranquillitatemque auferat cogitationum. Illa est regio viuentium, in qua Propheta pronuntiat se maximè Deo placiturum, vt qui à nullo extra numerum viuorum exscindendus sit. Illa est regio, in qua neque nox, neque somnus, mortis imitatio, neque cibus, neque potus, infirmitatis no-

Hæc vita mutationibus obnoxia est; futura verò constans & immutabilis.

ANNOTATIONES CORDERII.

stræ sustentacula, insunt, neque quidquam eorum quæ extrinsecus molestant; sed est regio viuentium, non morientium per peccatum, at viuentium veram vitam in Christo.

ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐ τῶν ἔξωθέν τι περισπαστικῶν· ἀλλὰ χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθινὴν ζωὴν τὴν ἐν Χριστῷ.

ANNOTATIONES CORDERII:

Hic Psalmus conuenit ijs qui è magnis periculis erepti sunt.

Quæ vis sit istius verbi Dilexi.

1. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.*] Sed cur non exprimit quem dilexit? vt fortè indicet verbum simpliciter prolatum intelligi debere de nobiliori suo significato. Vel certè se amantem demonstrans, censebat Deum adeò amabilem esse, vt omnes illum solum amarent quem ipse diligebat. Vnde S. Ambrosius ait indicari per absolutum verbum *Dilexi* id quod est super omnia desiderabilia desiderabile. Et S. Basilius existimat Vatem verbo *Dilexi* intellexisse Deum vniuersorum. Sed expende hîc celeritatem exauditionis. Adagium olim erat *Dictum ac factum:* idque de Regibus fortè dicebatur, de quibus illud plenè ac planè verificatur: nam de illorum ore verbum pænè sic rapitur, vt ab ipsis dictum, à seruis continuò videatur & factum. Hinc Dionysius, referente Plutarcho ad Principem ineruditum, *tum maximè se frui imperio aiebat, cùm celeriter faceret quæ vellet.* Ast in orante mutatur ordo. Dominus enim omnium tam celeriter facit quæ seruus petit, vt serui dictum Domini sit factum. Nam simul ac dictum verbum est, factum scilicet extat. Benè hoc totum nouerat diuinus Psaltes; vndè lætabundus & laudans ita canit: *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus:* vel, vt Cassiodorus legit, *Exaudiuit Dominus.* O nouum! ô mirum! Non hîc impletur Adagium antiquum, *Dictum factum*; sed additur inauditum & nouum, *Factum ante dictum.*

Dei promptitudo in implendis nostris desiderijs.

Submissis Sanctorum orationibus Deus aurem inclinat.

2. *Inclinauit aurem suam mihi.*] *Quorsum verò Deus* (inquit ad hunc locum S. Basilius) *loquenti aurem inclinabat, nisi vt faceret quod facere solemus erga eos qui submissè loquuntur propè admouendo aures, vt ex propinquo sensu excipiamus id quod quis loquitur.* Hoc autem faciebat Deus, non vt suam audiendi difficultatem, sed vt nostram loquendi infirmitatem testificetur; vt idem D. Basilius aduertit, optimâque similitudine declarat: *Quemadmodum*, inquit, *ægrotanti alicui, & ex multa debilitate loqui clare nequeunti, humanus aliquis Medicus, auribus suis propiùs admotis ægroto, ediscit, quæ sint necessaria laboranti.* Ita planè Deus infirmo homini, & loqui præ debilitate altiùs non valenti se inclinauit, vt submissas eius preces proximâ aure beneuolentiùs captaret.

Vita doloribus exorsa doloribus terminatur.

3. *Circumdederunt me dolores mortis.*] Paraphrastes Chaldæus vertit *dolores parturientis:* non solùm vt magnitudo doloris, qui in parturiente maximus est, significetur; sed etiam vt similitudo natiuitatis cum morte exprimatur, & in ipsis nascendi primordijs moriendi exitus præmonstrentur; nec minor dolor viuendi initium quàm viuendi finem comitari ostendatur, ac si illud initium nihilo ab hoc fine discriminetur. Quare grauiter Tertullianus lib. de Carne Christi cap. 6. *Mutuum*, inquit, *debitum est inter se natiuitatis cum mortalitate. Forma moriendi causa nascendi est.* Quod probat in Christo Domino, qui vt moreretur natus est: qui mori non poterat nisi nasceretur. Tam infallibili lege necesse est, vt mors natiuitatem consequatur. Caietanus alijque hoc loco vertunt ex Hebræo: *Circumcinxerunt me funes mortis:* quasi funiculis in equuleo tortum ac distentum inter immanes cruciatus sæua & dira mors opprimeret. Hinc Aristoteles mortem esse dicit φοβερώτατον, vnam omnium rerum maximè horribilem; ad cuius primam cogitationem natura cohorreat, quam potentissimè elidit. Inter hæc autem duo extrema fletu & mœrore circumfusa quod interuallum esse vitæ possit, nisi miserrimum, atque ad omne ærumnarum genus proiectum? Hinc filius Sirach, cuius cor atque linguam sapientiâ Deus impleuit, cùm dixisset graue iugum & ponderosum onus miseriarum super Adæ filios impositum esse, ne quis fortè perexiguo id tempore fieri existimaret, adiunxit: *A die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Quàm longa est vita, tam est continuum atque durabile iugum illud acerbitatum, quibus dirissimè homines cruciantur.

Mors rerum omnium maximè horribilis, & vita est plena miserijs.

Eccli. 40, 1.

Maxima cura salutis animæ habenda.

4. *O Domine libera animam meam.*] Vel, vt quidam Patres Græci legunt, σῶσον, *vndique salua animam meam.* Ad quod pulchrè Chrysostomus: *Vidisti*, inquit, *sapientem animam, quomodo relictis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, vnum tantùm petit, vt anima maneat illæsa*, &c. Additque Seruatoris dictum illud idem commonefacere: *Estote prudentes sicut serpentes.* Nam quemadmodum, inquit, ille reliquum corpus proijcit, vt caput conseruet; ita oportet te quoque alia omnia dare pro salute animæ; sic vt neque inopiæ timor, nec ambitionis honor, nec formæ decor, nec libido voluptatis, nec mundanæ pompæ choragium, te ab eo auertat, quod ad salutem vtile cognoueris. Illa est caput, & palmarium hominis bonum; in qua benè fideliterque tuenda Christiana prudentia collocata est.

Matth. 10, 16.

5. *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.*] Vbi notandum quòd semel iustus & bis misericors appelletur, quia nobis maiorem suæ misericordiæ quàm iustitiæ significationem præbet, vt rectè expendit D. Ambrosius in Oratione funebri de obitu Theodosij Imperatoris: *Bis*, inquit, *misericordiam posuit, semel iustitiam: in medio iustitia est, gemino septo inclusa misericordia.* Quasi misericordia non solùm abundantior quàm iustitia in homines deriuetur; sed etiam quodam veluti muro iustitiam

Diuina iustitia gemino misericordiæ muro circumclusa.

Digitized by Google

iustitiam vndique circumdet, ex quo illam egredi difficillimè patiatur; ita vt iustitia foras in vindictam non nisi per misericordiam erumpat; in cuius muro eius mucro hebetetur: & ne quis impius in diuinam iustitiam incidat, nisi per misericordiam delatus, à qua prius armetur, vt à iustitia mitius feriatur. Itaque Deus tam parcè vulnerat, vt geminum præmittat vnico vulneri fomentum; ne quis plagæ magnitudine exanimatus, de sua salute actum esse arbitretur.

Paruulos & humiles Deus custodit.

6. *Custodiens paruulos Dominus*, &c.] Paruulorum enim & humilium custos est Deus, qui eos à malis imminentibus eripit; & in bonis adiuuat, in periculis liberat, in aduersis protegit; & solicitissimâ quadam prouidentiâ defendit: humilitatem verò esse quæ hanc Domini protectionem promereatur, siue quæ nos ac nostra vndequaque custodiat, scitè adumbratum est in Deuteronomio, vbi hæc de ædificatione nouæ domus scripta leguntur: *Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum*, &c. In quem locum ita philosophatur B. Dorotheus Doct. 14. *Post tectum quoque*, inquit, *circum coronâ opus est. Est enim in lege præceptum: Si ædificaueritis vobis domum, circum coronam illi apponite, ne cadant paruuli vestri ab alto. Corona hæc humilitas est: ea enim, vt dixi, coronat & seruat virtutes omnes, & omnis virtutis perfectio eget humilitate. Sanctorum namque omnium profectus accessus est ad humilitatem. Et, vt sæpe dixi, quò quisque magis Deo adhæserit, eò se magis peccatorem agnoscet & intelliget. Qui sunt autem paruuli, de quibus lex ait, Ne cadant paruuli à domo? Paruuli cogitationes sunt in anima nostra conceptæ, quæ sunt per humilitatem custodiendæ, ne ab ipsa domo corruant: & hanc dicimus perfectionem esse virtutum omnium.* Hæc ille. Est itaque humilitas, quæ cogitationes nostras, id est ea quæ cogitauimus, & facere decreuimus, defendit atque custodit. Nam si absque humilitate aliquid statuamus, & quasi nobis ipsis fidentes facere præsumamus; aut numquam incipimus, auxilio Dei nos deserente vt concipiamus sanam mentem, aut paulò pòst per inconstantiam deserimus: vel si aliquando perfecerimus, dirutum post paulum ac dissipatum videmus. Vnde apertè cognoscimus humilitatem esse murum, siue coronam, domum vitæ nostræ cingentem, quæ prohibet ne opera nostra cadant, & ne nostri conatus euanescant.

Deut. 22, 8.

Humilitas est ceterarum custos & corona virtutum.

ANNOTATIONES CORDERII.

In solo Deo est anima requies.

7. *Conuertere anima mea in requiem tuam*, &c.] Ne, inquit, anima mea auertaris à requie tua, qui Deus est, sed magis in illum intellectu & affectu conuertere; quia ipse est fons bonorum omnium, qui omnia bona quæ habes reddidit tibi: ipse est, qui animam meam eripuit à morte grauis peccati. Quo pacto enim potest anima immortalis mori, nisi quia illa, quæ secundùm naturam perseuerat, per peccatum à Deo verâ vitâ se separat? Ipse etiam est, inquit, qui pedes affectuum motuum eripuit à multiplici leuium peccatorum lapsu. Quòd si non ab omni prorsus lapsu exempti sumus, quia infirmitas carnis id non sustinet, veniet tamen tempus immortalitatis, in quo ab omni lapsu liberabit. *Nunc enim* (vt ait S. Augustinus in hunc locum) *cùm lapsus nostros periculosissimos cogitamus, non cessant à lacrymis oculi! Tunc autem eximet oculos nostros à lacrymis, quando & pedes à lapsu. Quia tunc nullus erit lapsus ambulantium pedum, quando infirma carnis nullum erit lubricum.* Nunc igitur in magna puritate & vitæ sanctitate viuamus, quia præmium illius hunc felicissimum statum, à quo omnino peccatum abest, aliquando tandem possidebimus.

9. *Placebo in conspectu Domini in regione viuorum.*] S. Hieronymus vertit *in terris viuorum*: quasi nostra hæc terra morientium esse videatur, cælestis autem illa viuentium. Vide plura superiùs ad Psalmi 26. vers. 13. in hanc rem annotata.

IN PSALMVM CXV. ARGVMENTVM.

Ἀλληλούϊα.

Ἐκ προσώπου Ἐζεκίου ἐστὶν εὐχαριστοῦντος ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τῶν πολεμίων, καὶ ἐπιτιμῶντος ἑαυτῷ, ἐφ' οἷς μεγάλα μετὰ νίκην ἐφρόνησε· καὶ διὰ τοῦτο ἠῤῥώστησε· καὶ διὰ τοῦτο δεηθεὶς, ἀπηλλάγη τῆς ἀῤῥωστίας. Τινὲς δὲ τοῦτον τῷ πρὸ τούτου συνάπτουσι, τῷ ἀκροτελευτίῳ ἐκείνου καὶ ταῦτα ἐφαρμόζοντες.

Alleluia.

Est ex persona Ezechiæ gratias agentis de hostium interemptione, & semetipsum increpantis, quòd post victoriam superbierit: quapropter etiam ægrotauit; & idcircò postquam orauit, ab infirmitate liberatus fuit. Nonnulli verò hunc etiam cum præcedenti connectunt, extremo illius versui hæc quoque adaptantes.

Hic Psalmus dicitur ex persona Ezechiæ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α΄. ἘΠΙΣΤΕΥΣΑ, διὸ ἐλάλησα· ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα.

Πιστεύσας τῷ Θεῷ, φησὶ, προσηυξάμην·

1. CREDIDI, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Credens, inquit, Deo orabam; & non sum

PARAPHRASIS ANONYMI.

sum frustratus. Inuocabam autem, quia valdè humiliabar morbo me inuadente.

καὶ οὐκ ἀπέτυχον. ἐπικαλεσάμην δὲ, ἐπειδὴ ἐταπεινώθην σφόδρα τῆς ἀῤῥωστίας μοι ἐπιπεσούσης.

* Abest à Vulgata vox autem

2. Ego * autem dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

β΄. Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.

Ecstasin appellat mutationem. Vult igitur dicere, Quoniam propter victoriam mutatus sum, & superbiui. Deinde incidi in infirmitatem, ita vt nihil stabile sit in homine, sed omnia mutentur, & quasi mentiantur, dum neque ea quæ gloriosa sunt semper perseuerent, neque quæ humilia sunt maneant inuariata. Fallunt itaque, inquit, res humanæ, cùm neque veritatem neque soliditatem habeant.

In homine nil stabile est.

Ἔκστασιν καλεῖ τὴν μεταβολήν. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐπὶ τῇ νίκῃ μεταβληθεὶς, καὶ μεγάλα ἐφρόνησα. εἶτα περιέπεσα τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ πάλιν μεταβληθεὶς εἰς ταπεινότητα, ὡς μηδὲν εἶναι βέβαιον ἐν ἀνθρώπῳ, πάντα δὲ μεταβάλλεσθαι, καὶ οἷον ψεύδεσθαι, οὐδὲ τῶν ἐνδόξων ἀεὶ μενόντων, οὐδὲ τῶν ταπεινῶν μὴ μεταβαλλομένων. ψεύδεται οὖν, φησι, τὰ πράγματα περὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔχοντα οὐδὲ τὸ ἀληθὲς οὐδὲ τὸ βέβαιον.

3. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

γ΄. Τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;

Humana omnia ex Dei nutu pendent.

Attamen, inquit, quando confessus sum res altas hominibus non permanere, omnia verò nostratia tuam sequi voluntatem, nosque cùm volueris humiliari, & cùm volueris glorificari, tunc demum mei misertus es, & res meas in melius immutasti. Cùm igitur, inquit, sanitatem obtinuerim, & ante sanitatem ab inimicis fuerim liberatus, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* subiungit itaque:

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ὅτι ὡμολόγησα μὴ παραμένειν ἀνθρώποις τὰ ὑψηλὰ, ἅπαντα δὲ τὰ περὶ ἡμᾶς τῷ σῷ θελήματι ἕπεσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι ὅτε θέλεις, καὶ δοξάζεσθαι ἐπειδὰν βουληθῇς, τότε με ἠλέησας, καὶ μετέβαλες τὰ κατ' ἐμὲ ἐπὶ τὸ βέλτιον. τυχὼν οὖν, φησι, τῆς ὑγείας, καὶ πρὸ τῆς ὑγείας ἐπιτυχὼν τῆς τῶν πολεμίων ἀπαλλαγῆς, τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ἐπιφέρει οὖν·

4. Calicem salutaris accipiam; & nomen Domini inuocabo.

δ΄. Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλέσομαι.

Studia, inquit, ipsi offeram pro salute, confitens me propter nomen eius consecutum esse illa quæ adeptus sum.

Σπουδάς, φησιν, αὐτῷ προσοίσω ὑπὲρ σωτηρίου, ὁμολογῶν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τετυχηκέναι ὧνπερ ἔτυχον.

5. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius:

ε΄. Τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ·

Faciam, inquit, libamina & sacrificia in testimonium omni populo mecum seruato.

Ποιήσομαί, φησι, τὰς σπονδὰς καὶ τὰς θυσίας ἐπὶ μάρτυρι παντὶ τῷ δήμῳ τῷ μετ' ἐμοῦ σωθέντι.

6. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.

ϛ΄. Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Mors iustorum Dei prouidentiâ dirigitur.

Confitens, inquit, in omnibus, quòd etiam in morte iustorum curam geras, non sinens eam fortuitò ipsis euenire ex casibus quibusdam inopinatis, sed per curam tuam eamdem accidere, quando ipse volueris, & non quando casus illam intulerit, v.g. vel hostibus ingruentibus, vel morbo incidente.

Ὁμολογῶν, φησιν, ἐπὶ πάντων, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου φροντίζεις τῶν δικαίων, οὐκ ἐῶν αὐτὸν ἁπλῶς ἐπιφύεσθαι αὐτοῖς ἀπὸ συμπτωμάτων τινῶν ἀνακυπτόντων, ἀλλὰ διὰ τῆς αὐτοῦ φροντίδος παραγίνεσθαι, ἐπειδὰν αὐτὸς βουληθῇ, καὶ οὐκ ἐπειδὰν τὸ συμβὰν αὐτὸν ἐνέγκῃ· οἷον ἢ πολεμίων ἐφισταμένων, ἢ ἀῤῥωστίας ἐπιπεσούσης.

ζ΄. Ω

ζ. Ὦ κύριε, ἐγὼ δοῦλος σός· ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου.

Ὁμολογήσω δέ, φησιν, ἐπὶ πάντων καὶ τὴν ἀληθῆ δεσποτείαν, δοῦλός τε ὢν συνεσταμένος, καὶ ἐκ δούλης αὐτοῦ γεγενημένος. Σημείωσαι δὲ, ὡς πανταχοῦ τὴν μητέρα προσβάλλεται ὡς εὐσεβῆ.

η. Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου· σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐπικαλέσομαι.

Διὰ ταῦτα οὖν, φησι, καὶ θύσω, καὶ αἰνέσω σε κύριον τοῦ παντὸς ἐπιγραφόμενος.

θ. Τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ· ἐν αὐλαῖς οἴκου κυρίου, ἐν μέσῳ σου Ἱερουσαλήμ.

Καὶ ποιήσομαι ταῦτα, φησιν, ἐν μέσῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ, παντὸς τοῦ δήμου παρόντος.

7. O Domine,* ego seruus tuus; ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Vulgata addit quia

Confitebor autem, inquit, super omnia quoque verum dominium tuum, cùm sim seruus tuus constitutus, & ex ancilla tua natus. Obserua verò, quomodo vbique matrem suam tamquam piam proponat.

8. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & * in nomine Domini inuocabo.

* Vulgata nomen

Propterea igitur, inquit, sacrificabo, & laudabo te Dominum vniuersi celebrans.

9. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius; in atrijs domus Domini, in medio tui Hierusalem.

Et faciam hæc, inquit, in medio Hierusalem, in ipso templo, præsente omni populo.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΕΠΙΣΤΕΥΣΑ, ΔΙΟ ΕΛΑΛΗΣΑ.] Προηγεῖται τοῦ ἀληθῶς λαλεῖν ἡ κατὰ θεὸν πίστις. οἱ γὰρ μὴ οὕτως λέγειν ἀρξάμενοι, ψεῦσαι. πιστεύσας οὖν πρότερον, φησιν, εἶτα λαλήσας, καὶ κατανοήσας τὴν ἀληθῆ σοφίαν, καὶ θαυμάσας, ὅπως ἡ βραχεῖα ἀνθρώπων φύσις τοσαύτης ἠξιώθη τιμῆς, ἐταπεινώθην τε, καὶ ἐξέστην, καὶ τοῦτο ἀπεφηνάμην, ὡς πᾶσα ἡ κατὰ τὴν κοσμικὴν σοφίαν δοκοῦσα ἀλήθεια ψευδής ἐστιν. Οὐ γάρ ἐστιν ἄνθρωπον ἀληθεύειν ἐκτὸς τῆς κατὰ θεὸν πίστεως. Ὁ δὲ Ἀκύλας, Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ θαμβεῖσθαι, πᾶς ἄνθρωπος διάψευσμα· ὁ Θεοδοτίων, Ἄνθρωπος ἐκλείπει· ὁ Σύμμαχος, Καὶ εἶπον ἀδημονῶν, πᾶς ἄνθρωπος διαψεύδεται. τὴν ἀνθρωπίνην εὐημερίαν διὰ πάντων ψευδῆ ἀποκαλῶν, καὶ μήτε τὰ φαιδρὰ μόνιμα, μήτε τὰ λυπηρὰ παραμένοντα ἔχοντα. Καὶ ἄλλως δὲ ἐφ' ὅσον ἄνθρωπός τίς ἐστι, ψεύστης ἐστίν· ὅταν δὲ τοῦτον ἀπόθηται, οὐκ ἔστι ψεύστης· εἰ δὲ ψεύστης ἐστὶ, λέγων ἑαυτὸν ψεύστην, ἀληθής ἐστι. τὸ γὰρ ἄνθρωπος ποτὲ μὲν οὐσίαν σημαίνει·

I. CREDIDI, PROPTER QVOD LOCVTVS SVM.] Fides secundùm Deum præcedit veram locutionem. Qui enim non incipiunt hoc modo loqui, mendaces sunt. Cùm igitur, inquit, priùs credidissem, deinde loquens, & considerans veram sapientiam, & admirans, quomodo exilis natura hominum tanto honore digna sit habita, humiliatus sum, & obstupui, atque hoc enuntiaui, omnem veritatem quæ secundùm mundanam sapientiam apparet mendacem esse. Non enim potest homo verum dicere absque fide quæ est secundùm Deum. Aquila verò ait, *Ego dixi in pauore meo, Omnis homo mendacium:* Theodotion, *Homo deficit:* Symmachus, *Et dixi cùm anxius ac mærens essem, Omnis homo mentitur.* Humanam felicitatem per omnia mendacem vocans, cùm neque res splendidæ sint stabiles, neque res tristes sint permanentes. Aliter verò etiam in quantum quis est homo, est mendax; quando verò hunc deposuerit, non est mendax: si autem mendax sit, dicens semetipsum mendacem, verax existit. Nam vox *homo* aliquando quidem substantiam significat;

Fides debet præcedere orationem.

Humana sapientia mendax est.

Vox homo quid significet.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

gnificat; vt apud Iob: *Quid est homo?* aliquando verò pessimam constitutionem; vt in illo: *Vos autem sicut homines moriemini.*

Iob 7,17. Psal. 81,7.

3. QVID RETRIBVAM DOMINO?] Haud simplici ratione hoc præcedentibus subiunxit, sed docens, quomodo etiam in varijs humanarum rerum vicissitudinibus vniuersorum Deus auxilium suum præbeat, & omnigenam consolationem largiatur. Pulchrè autem videtur mihi magnus Dauid hancce consilij inopiam ostendere; quandoquidem aliquando vi spiritus animo eleuatus, & ea quæ captum superant imaginatus, & ab omnibus rebus corporeis abstractus, ac solâ mente spiritalium immersus contemplationi, exclamauit, *Omnis homo mendax.* Qui enim voce ineffabilia hortatur, mendax est: non quòd oderit veritatem, sed quia deficit in rei intellectæ expositione. Deinde *calicem salutaris accipiam.* Per hunc, inquit, calicem, id est sitibundus, ad martyrij consummationem accedo. Aliam enim, inquit, pro ijs quæ à Deo accepimus vicem rependere non valemus, nisi pro ipso mortem sustinendo, atque hanc ipsi pro omnigenis beneficijs remunerationem reponendo. Calicem autem salutaris appellat eum qui pro religione sumitur, vtpote qui salutem adferat; & ostendens eius fructum subiunxit: *Pretiosa in conspectu Domini mors.* Ex persona autem Ezechiæ, qui sanitatem consecutus, & ab hostibus liberatus erat, ait: *Quid retribuam Domino?* Quid vtique aliud, nisi studia ipsi mea offeram pro salutari, confitens me propter nomen eius illa quæ adeptus sum accepisse? Atque hæc faciam in testimonium omni populo, confitens in omnibus, quòd etiam ipsius mortis iustorum curam gerat, non sinens illam ipsis fortuitò euenire.

Homo in Dei consideratione deficit à se ipso.

Calix martyrij symbolum.

7. O DOMINE, EGO SERVVS TVVS.] Qui quidem hominibus seruire coacti sunt, se liberos maiores habuisse gloriantur. Beneuoli autem serui Dei profitentur se à maioribus seruitutem eius suscepisse. Ecquid enim, inquit, mirum est, si res tua cùm sim, me ipsum tibi offero? Ex natura namque creatura Creatori mancipata est. Filius enim [inquit] sum ancillæ tuæ, quam valdè iuuenculam abducens inimicus peccati seruam reddidit. Verùm ego reuertor ad Do-

ὡς παρὰ τῷ Ἰώβ· τί ἐστιν ἄνθρωπος; ποτὲ δὲ χειρίστην κατάστασιν· ὡς ἐπὶ τοῦ· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε.

γʹ. ΤΙ ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΩ ΤΩ ΚΥΡΙΩ;] Οὐχ ἁπλῶς τοῦτο τοῖς προτέροις συνῆψεν, ἀλλὰ διδάσκων, ὡς κἂν ταῖς ποικίλαις τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μεταβολαῖς τὴν ἑαυτοῦ ἐπικουρίαν ὁ τῶν ὅλων ὀρέγει θεὸς, καὶ παντοδαπῆς ἀξιοῖ παραψυχῆς. καλῶς δέ μοι δοκεῖ τὴν ἀμηχανίαν ἐνδείκνυσθαι ταύτην ὁ μέγας Δαβίδ· ἐπεί ποτε πνεύματος δυνάμει ὑψωθεὶς τὴν διάνοιαν, καὶ φαντασθεὶς τὰ ὑπὲρ κατάληψιν, ἔξω πάντων γεγονὼς τῶν σωματικῶν, καὶ διὰ μόνης διανοίας εἰς τὴν τῶν νοητῶν εἰσδὺς θεωρίαν, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης ἐξεβόησεν. ὁ γὰρ φωνῇ ἐπιβαίνων τὰ ἀνέκφραστα, ψεύστης ἐστίν· οὐχ ὅτι μισεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι ἀσθενεῖ περὶ τὴν τοῦ νοηθέντος παράστασιν. εἶτα ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. Διὰ τοῦτο, φησὶ, ποτήριον, τουτέστι διψῶν, ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ μαρτυρίου τελείωσιν ἔρχομαι. Ἄλλο γάρ, φησιν, εἰς ἀμοιβὴν ἡμῖν ὧν εἰλήφαμεν παρὰ θεοῦ οὐκ ἔστιν, ἢ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπομεῖναι θάνατον, καὶ τοῦτον δοῦναι τῆς παντοδαπῆς εὐεργεσίας ἀντίδοσιν. ποτήριον δὲ σωτηρίου φησὶ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας, ὡς σωτηρίας γινόμενον πρόξενον· καὶ δεικνὺς τὸν καρπὸν ἐπήγαγε· Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος. ἀπὸ δὲ Ἐζεκίου, τυχὼν τῆς ὑγείας, φησὶ, καὶ τῶν πολεμίων ἀπαλλαγείς· τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ; τί ἄλλο γε, ἀλλ' ἢ σπουδὰς αὐτῷ προσοίσω ὑπὲρ σωτηρίου, ὁμολογῶν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τετυχηκέναι ὧν ἔτυχον; καὶ ταῦτα ποιήσω ἐπὶ μαρτυρίῳ τῷ δήμῳ παντὶ, ὁμολογῶν ἐπὶ πάντων, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου φροντίζει τῶν δικαίων, οὐκ ἐῶν ἐπισυμβῆναι αὐτοῖς ἁπλῶς.

ζʹ. Ω ΚΥΡΙΕ, ΕΓΩ ΔΟΥΛΟΣ ΣΟΣ.] Οἱ μὲν ἀνθρώποις δουλεύειν ἠναγκασμένοι, ἐλευθέρους ἐσχηκέναι προγόνους σεμνύνονται. οἱ δὲ εὔνοι θεράποντες τοῦ θεοῦ τὴν ἐκ προγόνων ἔχειν ὁμολογοῦντες δουλείαν ὑπολαμβάνουσι. Καὶ τί γὰρ θαυμαστόν, φησιν, εἰ κτῆμα σὸν ὑπάρχων, ἐμαυτόν σοι προσφέρω; δοῦλον γὰρ κατὰ φύσιν τὸ κτίσμα τῷ κτίσαντι. υἱὸς γάρ εἰμι τῆς παιδίσκης σου, ἣν κομιδῇ παῖδα οὖσαν παραγαγὼν ὁ ἐχθρὸς δούλην τῆς ἁμαρτίας ἐποίησεν. Ἀλλ' ἐγὼ ἐπιστρέφω πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην·

τὴν· ἐπεί με τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας ἀπήλλαξας κατελθὼν εἰς ᾅδην, καὶ λύσας τὴν ἀνθρωπότητα. διὰ τοῦτο καὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως· τοιαύτην γὰρ ἀπαιτεῖς, ἀπροσδεὴς ὤν· ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς πλεονεκτοῦσιν οἱ πλούσιοι. τοῦτο δὲ οὐ λάθρα ποιήσω, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῆς Ἐκκλησίας σου. εὐχὰς δὲ τὰς ἐπαγγελίας φησί. τί δὲ ἐπηγγείλατο; ἢ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου λαβὼν, ἐπικαλέσασθαι τὸ ὄνομα;

minum meum; quandoquidem me peccati vinculis liberasti descendens ad infernum, & humanam naturam soluens. Idcircò etiam sacrificabo tibi hostiam laudis; talem enim exigis, cùm nullius egeas; non autem illa quibus diuites abundant. Hoc autem non clàm faciam, sed in medio Ecclesiæ tuæ. *Vota* verò promissa vocat. Quid porrò promisit? nisi se calicem Domini accepturum, & nomen eius inuocaturum?

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Ὠριγένους. Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ καὶ μέντοι ὁ Σύρος τοῦτον τοῖς προτεταγμένοις συνάπτουσι, καὶ γὰρ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας.

α. Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα.] Χρυσοστόμου. Ταύτης τῆς λέξεως τὴν διάνοιαν ὁ Ἀπόστολος Κορινθίοις· ἔχοντές, φησι, τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν. πνεῦμα πίστεως λέγων, ἤτοι τὴν ἕξιν τὴν ἀπ' αὐτῆς ἐγγινομένην, ἢ τὸ ἐπιχορηγούμενον ἐκ θεοῦ τῷ πίστιν ἔχοντι πνεῦμα. τῷ ἐπίστευσα διὸ ἐλάλησα συνᾴδων. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

Ὠριγένους. Εἰ μὴ βεβαίως τις καὶ ἀπερισπάστως ἐπίστευσε, μὴ διδασκέτω. γνησίου γὰρ διδασκάλου φωνὴ τὸ· ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. αὐτοῦ δὲ τούτου τῆς ἀτυφίας καὶ ταπεινοφροσύνης δεῖγμα, μηδαμῶς ἐπὶ τῷ διδάσκειν φυσιούμενον ἐκ τοῦ· Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα.

Ἀνωνύμου. Ἀρχὴ λόγου ἐμφρόνος πίστις ἰσχυρῶς τῇ καρδίᾳ τοῦ λαλοῦντος ἐνιδρυμένη. ἔπειτα πόθεν ἡμῖν δυνατὸν τὰ περὶ τὴν πίστιν τέλεον κατορθοῦν ἐφεξῆς ἐπάγει λέγων· ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. Ὁ γὰρ μὴ ταπεινώσας ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν, μηδὲ κατὰ μίμησιν τοῦ Ἀποστόλου λέγων τὸ, Ἀδελφοὶ ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι· οὐ δύναται λέγειν τὸ, ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· ἐπειδὴ οὐδὲ τὰ ἐφεξῆς ἐπαγαγεῖν αὐτῷ δυνατὸν τὸ· Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. τύφῳ γὰρ καὶ ἀλαζονείᾳ συζῶν, διακένοις ῥήμασιν ἐπαγγέλλεται, τὸ ἐκ τῆς πίστεως

ORIGENIS. Hebræus cæterique interpretes atque etiam Syrus hunc præcedentibus connectunt, quandoquidem eumdem sensum habet.

I. CREDIDI, PROPTER QVOD LOCVTVS SVM.] CHRYSOSTOMI. Huius dicti sensum Apostolus Corinthijs tradens: *Habentes*, inquit, *eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur.* Spiritum fidei vocans, vel habitum ab ipsa inditum, vel spiritum ipsum qui à Deo datus est illi qui fidem habet. Isti verbo *Credidi* consonat illud, *propter quod locutus sum. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

2. Cor. 4, 13.

Quis sit spiritus fidei.

Rom. 10, 10.

ORIGENIS. Nisi quis firmiter constanterque crediderit, ne doceat. Sinceri enim præceptoris vox est: *Credidi, propter quod locutus sum.* Modestiæ autem eiusdem & humilitatis indicium est, quòd in docendo minimè intumescat, cùm dicat: *Ego autem humiliatus sum nimis.*

Nemo doceat quod non credit.

ANONYMI. Initium sermonis prudentis est fides in corde loquentis firmiter fundata & radicata. Deinde quâ ratione illa quæ ad fidem spectant perfectè adimplere valeamus deinceps subiungit dicens: *Ego autem humiliatus sum nimis.* Nam qui intellectum suum non submittit, neque ad Apostoli imitationem dicit, *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse*; non potest dicere illud, *Credidi, propter quod locutus sum*; quandoquidem non possit etiam illa quæ sequuntur subiungere: *Ego autem humiliatus sum nimis.* Nam qui cum typho & superbia vitam instituit, euanidis verbis annuntiat, cùm robur fidei

Intellectus in obsequium fidei submittendus.

Philip. 3, 13.

CATENA PATRVM.

fidei minimè possideat. Deinde non tantùm semetipsum humiliat, verùm etiam totam simul humanitatem sibi cognatam & in natura secum communicantem.

2. EGO DIXI IN EXCESSV MEO.]

Calamitas interdum mentis excessum parit.

THEODORI. Quid est *in excessu meo?* In excessu calamitatis, in magnitudine malorum. Tanta enim superuenit nobis tentatio, vt etiam mentis alienationem & vertiginem afferret. Excessum enim hîc vocat quodammodò insensibilitatem ex malorum grauitate obortam.

Quomodo sit omnis homo mendax.

CHRYSOSTOMI. *Ego autem dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.* Nullus ergo verax? Quomodo ergo Iob homo verax, iustus, pius? Quid porrò de Prophetis dicemus? nam si & illi mendaces, & ea quæ dixerunt falsa sunt, omnia pessumdantur. Quid verò Abraham, quid iusti omnes? Vides quantum sit malum, si solùm dictio aliqua accipiatur, & non sensus consideretur. Quid est ergo quod dixit, *Omnis homo mendax?* Id quod ipse dicit alibi: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* quod etiam alius Propheta dixit: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos fœni.* Id est, Res vilis, inconstans, præterfluens, & similis somnio, vel imagini alicui.

Psal. 38, 6.

Isaiæ 40, 6.

Homo vanitas.

ANONYMI. Felicitatem humanam appellat mendacium, vtpote citissimè diffluentem, & nil permanens obtinentem. Homo enim vanitas est & impostura, tam dum est, quàm dum non est; quia dum esse videtur reuerà non est, sed in imagine potiùs vitæ quàm in veritate versatur.

Sophistica quorundam circa locum hunc cauillatio.

ALTERIVS. Non sibi ipsi Propheta contradicit, vti aliqui sophistæ cauillari conantur, dicentes Prophetam suâ confessione istius criminis reum teneri. Nam si omnis homo mendax, Dauid autem etiam sit homo; ergo mendax erat, & non credendum ei in his quæ dicit. Sin verò hic sermo non sit verus, neque omnis homo mendax existat, Dauidem quoque mendacij crimine absoluemus: si autem non mentitur, credemus ei in illis quæ asserit. Credentes verò rursus incidemus in necessitatem non credendi: ita vt si quidem verum dicat Dauid, soluit sermonem suum, cùm & homo sit, & non mentiatur; si autem mentiatur, eo ipso minimè

ἰσχυρὸν μὴ κεκτημένος. εἶτα οὐχ ἑαυτὸν ταπεινοῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ καὶ κοινωνὸν τῆς φύσεως ἀνθρωπότητα.

β΄. ΕΓΩ ΕΙΠΑ ΕΝ ΤΗ ΕΚΣΤΑΣΕΙ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τί ἐστιν ἐν τῇ ἐκστάσει μου; ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῆς συμφορᾶς, ἐν τῷ μεγέθει τῶν κακῶν. Τοσοῦτος γὰρ ἐπῆλθεν ἡμῖν πειρασμὸς, ὡς καὶ ἔκστασιν καὶ ἴλιγγον ἐνθεῖναι. Ἔκστασιν γὰρ ἐνταῦθά φησι τὴν ἀναισθησίαν σχεδὸν τὴν ἐκ τῶν κακῶν γεγενημένην.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. οὐδεὶς οὖν ἀληθής; πῶς οὖν Ἰὼβ, ἄνθρωπος ἀληθινὸς, δίκαιος, θεοσεβής; τί δὲ καὶ περὶ τῶν Προφητῶν ἐροῦμεν; εἰ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι ψεῦσται, καὶ ἐψεύσαντο τὰ εἰρημένα, πάντα οἴχεται. τί δὲ ὁ Ἀβραὰμ, τί δὲ οἱ δίκαιοι πάντες; ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ κακὸν, λέξιν ἁπλῶς δέχεσθαι, καὶ μὴ τὰ νοήματα περισκοπεῖν. τί οὖν ἐστιν ὅ φησι, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης; ὃ ἀλλαχοῦ φησι τὰ συμπάντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. ὃ καὶ ἕτερος προφήτης φησὶ πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα ἡ δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. τουτέστιν, εὐτελὲς, ἄστατον πρᾶγμα, παραρρέον, καὶ ἐοικὸς ὀνείρατι, ἢ εἰκόνι τινί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν ἀνθρωπίνην εὐημερίαν ψεῦδος καλεῖ, ὅτι τάχιστα διαρρέουσαν, καὶ διαρκὲς οὐδὲν ἔχουσαν. κενὸν γὰρ καὶ διάψευσμα ὁ ἄνθρωπος, ἐν τῷ εἶναί τι, καὶ μὴ εἶναι· ὅτι καὶ εἶναι δοκῶν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐν εἰκόνι ζωῆς μᾶλλον ἢ ἐν ἀληθείᾳ στρέφεται.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Οὐχ ἑαυτῷ περιπίπτει κατὰ τὸν λόγον ὁ Προφήτης, ὥσπερ τινὲς τῶν σοφιστικῶν ἐπιχειροῦσιν, αὐτὸν διελέγχειν τῷ κατ' ἐπιβολὴν ἐλέγχῳ ἐμπεπτωκέναι λέγοντες τὸν προφήτην. εἰ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ· ψεύστης ἦν, καὶ οὐ πιστευτέον αὐτῷ περὶ ὧν ἀποφαίνεται. μὴ ὄντος δὲ ἀληθοῦς τοῦ λόγου τούτου, μηδὲ ὄντος παντὸς ἀνθρώπου ψεύστου, ἀφήσομεν καὶ τὸν Δαβὶδ τῆς τοῦ ψεύδους αἰτίας· εἰ δὲ οὐ ψεύδεται, πιστεύσομεν αὐτῷ περὶ ὧν ἀποφαίνεται. Πιστεύοντες δὲ πάλιν εἰς τὴν τοῦ ἀπιστεῖν ἀνάγκην περιενεχθησόμεθα· ὥστε εἰ μὲν ἀληθεύει Δαβὶδ, λύει τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος ὢν, καὶ μὴ ψευδόμενος· εἰ δὲ ψεύδεται, αὐτόθεν ἔχει τὸ μὴ πιστεύ-

πιστεύεσθαι. Τίς γὰρ προσέξει ψευδολογοῦντι; ὥστε ἐπειδὴ ἅπαξ ἀπεφήνατο πάντα ἄνθρωπον εἶναι ψεύστην, ψεύδεσθαι Δαβίδ, ἵνα τὸν λόγον πιστώσηται· ἢ ἀληθεύων αὐτὸς παρέλυσε τὴν ἀπόφασιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιζόντων ἐστὶ καὶ ταῖς τῶν λόγων στροφαῖς ἐπαγαλλομένων πρὸς τοὺς ἀπείρους. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει· Ἄνθρωποι γὰρ λέγονται οἱ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἔτι κατεχόμενοι παθήμασιν· ὁ δὲ ὑψηλότερος ἤδη τῶν σαρκικῶν παθημάτων γενόμενος, καὶ διὰ τὴν τοῦ νοῦ τελείωσιν πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων κατάστασιν μετελθών, οὗτος ὅταν περὶ τῶν ἀνθρωπίνων διαλέγηται, ἑαυτὸν ὑπεξαιρεῖται τῶν λοιπῶν δηλονότι. ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε. πάντως δὲ εἴ τινι ἄλλῳ, καὶ τῷ Δαβὶδ ἡ τοιαύτη προσηγορία πρέπουσα. καὶ γὰρ καὶ υἱὸς ὑψίστου ἦν ὁ διὰ τῆς ἀρετῆς ᾠκειωμένος θεῷ, καὶ οὐκ ἀποθνήσκων ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζῶντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν θεόν.

γʹ. ΤΙ ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΩ ΤΩ ΚΥΡΙΩ;] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς μέγα οὖν ἐν τούτοις ἀπὸ κυρίου εὐεργετηθείς, καὶ βουλόμενος ἀμείψασθαι τὸν εὐεργέτην, ἀπορεῖ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀμοιβῆς φησι· Τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; εἰς αἴσθησιν γὰρ ἐλθὼν τῶν μυρίων παρὰ θεοῦ δωρεῶν· ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη· ὅτι ἀπὸ γῆς διαπλασθείς, λόγῳ τετίμηται, ἐν ᾧ καὶ τὴν εἰκόνα φορεῖν δύναται τοῦ ἐπουρανίου. Ἔπειτα καὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίαν ἀπιδών, ὅτι ἑαυτὸν ὁ κύριος ἔδωκε λύτρον ἀντὶ πολλῶν ἡμῶν· ἐπαπορεῖ, καὶ ζητεῖ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, τί ἄξιον εὑρήσει δῶρον τῷ δεσπότῃ· οὐ θυσίας, οὐδὲ ὁλοκαυτώσεις, ἀλλ' αὐτὴν πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ ζωήν.

δʹ. ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΛΗΨΟΜΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κατὰ ἀναγωγὴν τοῦτο λαμβάνοντες, τῶν μυστηρίων τὴν κοινωνίαν φαμέν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σωτηρίου γὰρ ὄντως ἐστὶ ποτήριον, τὸ ὑμνολογεῖν τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα θεόν. Τούτῳ θεὸς ἐφήδεται, τοῦτο δέχεται παρ' ἡμῶν τὸ θυμίαμα. ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη Χριστός· Πνεῦμα ὁ θεός· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς

credendus. Quis enim attendet mendaci? Itaque cùm absolutè asseruerit omnem hominem esse mendacem, mentitus fuerit Dauid, vt sermonem suum confirmaret: vel ipse verum dicendo dissoluit assertionem. Verùm illa quidem ludificantium & verborum captionibus vtentium apud imperitos. Ipsa porrò veritas sic se habet: Nempe homines dicuntur hi qui humanis adhuc affectibus distinentur; qui verò carnalibus affectionibus iam sublimior effectus est, & per mentis perfectionem ad statum transijt Angelorum, hic cùm de rebus humanis loquitur, à ceteris vtique semetipsum excipit. Verax enim est qui ait: *Ego dixi, Dij estis.* Omnino autem si cui alteri, etiam ipsi Dauidi istiusmodi appellatio competit. Etenim & Filius Altissimi erat qui per virtutem Deo familiaris existebat, & minimè moriebatur vt homo, sed viuentem in semetipso habebat Deum.

CATENA PATRVM.

Quinam in Scriptura homines appellentur.

Psal. 81, 6.

3. QVID RETRIBVAM DOMINO?] ORIGENIS. In his igitur tamquam à Domino affectus magno beneficio, & volens suum benefactorem remunerari, de ipso remunerandi modo ambigens ait: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Innumera enim Dei munera expendens: vt quòd de nihilo in lucem productus sit: quòd ex terra formatus, ratione honoratus sit, in qua supercælestis imaginem ferre valeat. Deinde Dei quoque pro humano genere dispensationem inspiciens, quomodo Dominus semetipsum dederit in redemptionem pro multis nobis; anxius hæsitat, & quærit in his omnibus quæ ipsi suppetebant, quodnam tanto Domino dignum donum reperiret: non sacrificia, non holocausta, sed ipsam met totam vitam suam.

Quomodo Dei beneficia expendenda sint.

1. Cor. 15, 49.

Matth. 20, 28.

4. CALICEM SALVTARIS ACCIPIAM.] ATHANASII. Hoc anagogicè sumendo, dicimus esse communionem Sacramentorum.

Quid per calicem salutaris intelligatur.

HESYCHII. Nam calix reuerà salutaris est, hymnis celebrare Deum saluatorem vniuersorum. Isto Deus delectatur, istud incensum à nobis accipit. Quemadmodum enim ipsemet Christus dicebat: *Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.*

Ioan. 4, 24.

THEODORI. In certaminibus pro religio-

CATENA PATRVM.

religione ad mortem vsque contra peccatum dimicare, calicem appellat; vti ipsemet Saluator in Euangelijs docuit: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Et iterùm ad discipulos: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* significabat autem mortem quam pro salute mundi suscepit.

Calix pro passione & morte accipitur. Matth.26, 39. Matth.20, 22.

ORIGENIS. Oportet igitur animo constanti pro ipso mortem oppetere, atque hanc dare pro omnigenis beneficijs remunerationem. Calicem enim salutaris appellauit mortem pro religione.

6. PRETIOSA IN CONSPECTV DOMINI MORS.] CHRYSOSTOMI. Nolite, inquit, segnes esse ad præclarum hunc agonem ô homines, nolite mortem formidare: non enim interitus est, sed vitæ occasio: non est omnimoda abolitio, sed transitus ad honorem. Quòd si verò etiam Sanctorum Dei mortem illam significet, quâ Christo commoriuntur, & mortificationem eius in corpore suo circumferunt; sic quoque præclarè gratias agere nouit, istiusmodi mortis salutaris calicem accipiens, qui etiam sine culpa bibitur. Inuocat autem nomen Domini ad calicem illum generosè bibendum.

Mors pro Deo minimè formidanda. 2. Cor. 4, 10.

ANONYMI. Mors enim pro Christo pijs hominibus tam optabilis existit atque calix fluuij suauissimi: vnde etiam sacrorum Præses certaminum ipsos remunerans, istiusmodi mortem rebus omnibus quæ pretiosæ habentur longè pretiosiorem esse declarauit, sacro Psalmistæ Dauidi inspirans vt diceret: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Id est, Reuerà pretiosa coram Deo & selecta. Non enim sicut videt homo sic & Deus, prout in Iobo dictum est.

Mors pro Christo rebus omnibus anteferenda. Iob 10, 4.

ALTERIVS. Vides quoniam calicem salutaris appellauerit mortem pro Dei confessione susceptam; quæ quàm pretiosa sit declarat per totum orbem gloria Martyrum; declarant item hæc verba Domini: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.*

Matth.10, 32.

8. DIRVPISTI VINCVLA MEA.] ORIGENIS. Ad illud, *Quid retribuam Domino?* videtur mihi referri primùm quidem, *Calicem salutaris accipiam*; secundò verò istud, *Vota mea reddam*; tertiò illud,

ὑπὲρ εὐσεβείας τὸ μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαταστῆναι, τὸ ποτήριον λέγων· ὅπερ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξεν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο. καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; ἐδήλου δὲ τὸν θάνατον ὃν κατεδέχετο ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Προσήκει τοίνυν θαῤῥαλαίως τὸν ὑπ' αὐτοῦ καταδέξασθαι θάνατον, καὶ ταύτην δοῦναι τῆς παντοδαπῆς εὐεργεσίας ἀντίδοσιν. Ποτήριον γὰρ σωτηρίου τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας προσηγόρευσε θάνατον.

ϛ. ΤΙΜΙΟΣ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΚΥΡΙΟΥ Ο ΘΑΝΑΤΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ ὀκνήσητε, φησὶ, πρὸς τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ὦ ἄνθρωποι, μὴ ἀποδειλιάσητε πρὸς τὸν θάνατον· οὐ γὰρ φθορά ἐστιν, ἀλλὰ ζωῆς ἀφορμή· οὐκ ἀφανισμὸς ἐστι παντελὴς, ἀλλὰ μετάβασις πρὸς τιμήν. εἰ δὲ καὶ θάνατον ὅσιον θεοῦ ἐπισημαίνεται, καθ' ὃν συναποθνήσκουσι Χριστῷ, καὶ τὴν νέκρωσιν αὐτοῦ ἐν τῇ σαρκὶ περιφέρουσι καὶ οὕτω καλῶς εὐχαριστεῖν οἶδεν, λαμβανόμενος τοῦ τοιούτου θανάτου σωτηρίου ποτήριον, ὃ καὶ ἀμέμπτως πίνεται. ἐπικαλεῖται δὲ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπὶ τῷ γενναίως αὐτὸ πιεῖν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῖς γὰρ εὐσεβέσιν οὕτως ἀσπάσιος ὁ ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατος ὡς ποταμοῦ ἡδυτάτου ποτήριον· ὅθεν καὶ ἀμειβόμενος αὐτοὺς ὁ τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἀγωνοθέτης, τὸν τοιοῦτον θάνατον πάντων τῶν νομιζομένων εἶναι τιμίων τιμιώτερον ἀπεφήνατο, τῷ ἱεροψάλτῃ Δαβὶδ ἐμπνεύσας εἰπεῖν· τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς τίμιος παρὰ θεῷ καὶ κεκριμένος. οὐ γὰρ ὡς ὁρᾷ ὁ ἄνθρωπος οὕτω καὶ ὁ θεὸς, κατὰ τὸ ἐν Ἰὼβ λεχθέν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Θεωρεῖς ὅτι ποτήριον σωτηρίου τὸν διὰ τῆς ὁμολογίας τῆς εἰς θεὸν προσηγόρευσε θάνατον· ὡς πόσον ἐστὶ τίμιος δηλοῖ μὲν τῶν μαρτύρων ἡ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τιμή· δηλοῖ δὲ τὰ κυρίου τὰ ῥήματα· ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

η. ΔΙΕΡΡΗΞΑΣ ΤΟΥΣ ΔΕΣΜΟΥΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρὸς τὸ, τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ; δοκεῖ μοι ἀποδίδοσθαι πρῶτον μὲν, ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· δεύτερον δὲ τὸ, Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω· τρίτον τὸ,

Σοὶ

Digitized by Google

Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως· τέταρτον τὸ, τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον, τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω μόνον ἔχει τὸ ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· τὸ δὲ δεύτερον καὶ τὸ, Ἐν αὐλαῖς οἴκου κυρίου καὶ τὸ ἐν μέσῳ σου Ἱερουσαλήμ. Καὶ τὸ μὲν πρότερον, Τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω, ἐπιφέρεται τῷ ποτηρίῳ τοῦ σωτηρίου· τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ πᾶσι, καὶ συνημμένως τῷ, Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου· καὶ τῷ σοὶ, Θύσω θυσίαν αἰνέσεως· τὸ δὲ σὺ, Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου, τῷ τιμίῳ ἐναντίον κυρίου θανάτῳ· ὁ δοξάσας τοῦ μαρτυρίου τὸν θεὸν λέγει, ἐπὶ τῷ διὰ μαρτυρίου τὰς προηγουμένας σειρὰς τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ διεῤῥῆχθαι ἀπὸ θεοῦ, ὡς μηκέτι αὐτὸν ἔχειν δεσμοὺς ἁμαρτίας. ἢ εἰ δεσμοὶ τῆς ψυχῆς οἱ σωματικοὶ τῶν διαφόρων μελῶν εἰσιν ὄγκοι, καλῶς ἂν καὶ οὕτως λέγοιο, ἐν μαρτυρίῳ ἀπολυθεὶς τῶν δεσμῶν ἐν εἰρήνῃ εἶναι, οὐδενὸς ἢ τοῦ θεοῦ διαῤῥήξαντος αὐτούς. Οὐ γὰρ καὶ τῶν δι' ἣν δήποτε αἰτίαν ἀπαλλαττομένων τοῦ σώματος βιαίως ὁ θεὸς διαῤῥήγνυσι τοὺς δεσμούς. ποτὲ μὲν οὖν ἀποκτείνει ὁ θεὸς, οὐ διαῤῥηγνὺς αὐτοῦ τοὺς δεσμούς· τὸν δὲ μάρτυρα οὐκ ἀποκτείνει μὲν, μόνον δὲ τοὺς δεσμοὺς αὐτοῦ διαῤῥήγνυσι. Καὶ γὰρ διὰ τὸ μαρτύριον ὁ ἕκαστος μαρτύρων ἑαυτὸν προσφέρει ἄμωμον θυσίαν τῷ θεῷ, Χριστὸν μιμούμενος· λέγει τι τὸ, Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως. Ἐν Ἱερουσαλὴμ γὰρ ἐπουρανίῳ, τῇ ἄνω μητρὶ ἡμῶν, ἀποδώσει ὁ δίκαιος τὰς εὐχὰς τῷ κυρίῳ ἐπὶ παντὸς μάρτυρος τοῦ λαοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν τόπῳ ἐκλεκτῷ· οὗτος δέ ἐστιν ἐν αὐλαῖς οἴκου κυρίου ἐν μέσῳ τῆς Ἱερουσαλήμ.

Ἀνωνύμου. Λύσεως δεῖ τῶν ἐν ᾅδου δεσμῶν, ἵν' ὡς ζώντων θεὸς, καὶ μὴ νεκρῶν ὁ θεὸς ἡμῶν εἴη, καὶ ἡμεῖς αὐτῷ λειτουργοὶ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ ἐκκλησίᾳ· εἰς ἣν ἐπανερχόμεθα, τοὺς τοῦ θανάτου δεσμοὺς ἀπορρίζοντες, οὕσπερ ἡμεῖς ἑαυτοῖς ῥίψαντες πρὸς ἁμαρτίαν περιεθήκαμεν.

Εὐσεβίου. Προκοπὴν σημαίνει τῷ ταῦτα λέγοντι, φημὶ δὲ τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ. τῷ γὰρ, σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματός, φησι, μεταλήψομαι, καὶ ἐν τῇ τούτων μεταλήψει τὸ ὄνομά σου ἐπικαλέσομαι· καὶ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς σοὶ τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἔνδον ἐν μέσῳ τῆς ἀληθοῦς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἅς ποτε ἐποιησάμην.

Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis; quartò denique illud, *Vota mea Domino reddam*. Sed primum quidem, *Vota mea reddam* tantùm habet *in conſpectu omnis populi eius*; ſecundum verò & illud, *In atrijs domus Domini & in medio tui Hieruſalem.* Ac prius quidem, *Vota mea Domino reddam*, ſubiungitur iſti calici ſalutaris; ſecundum verò in omnibus, & coniunctim iſti, *Dirupiſti vincula mea*; atque iſti, *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*; illud verò, *Dirupiſti vincula mea*, iſti pretioſæ in conſpectu Domini morti: quod Deum martyrij glorificans dicit, quia nimirum per martyrium priſtinæ catenæ peccatorum eius à Deo diſruptæ ſunt, ita vt non ampliùs habeat vincula peccati. Vel ſi vincula animæ ſint corporalia diuerſorum onera membrorum, pulchrè etiam hoc modo dici poſſit, in martyrio à vinculis abſolutus in pace exiſtere, cùm nullus niſi Deus ea diſruperit. Non enim eorum qui quamcumque ob cauſam violenter à corpore liberati ſunt Deus vincula diſrumpit. Aliquando nimirum aliquem occidit Deus, non diſrumpens vincula eius; martyrem verò non occidit, ſed tantummodò eius vincula diſrumpit. Etenim per martyrium vnuſquiſque Martyrum ſemetipſum offert hoſtiam immaculatam Deo, Chriſtum imitando; dicitque illud, *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* In Hieruſalem enim cæleſti, ſuperna matre noſtra, reddet iuſtus vota Domino ſuper omni Martyre populi Dei, & Hieroſolymæ, in loco electo: hic autem eſt in atrijs domus Domini in medio Hieruſalem.

Catena Patrum.

In martyrio vincula noſtra diſrumpuntur.

Anonymi. Opus eſt vt inferni vincula ſoluantur, vt viuorum Deus, & non mortuorum Deus noſter ſit, & nos ipſi in cæleſti Eccleſia ſeruiamus; in quam reuertimur, dum mortis vincula euaſerimus, quæ ad peccatum reptantes nos ipſi nobis impoſuimus.

Inferni & mortis vincula rumpenda, vt ſoli Deo viuamus.

Evsebii. Profectum ſignificat hæc dicenti, populò inquam ex Gentibus. Per illud enim, *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*, corpori, inquit, & ſanguini communicabo, & in horum communione nomen tuum inuocabo; & vota Euchariſtica tibi Domino meo reddam intus in medio veræ Hieruſalem, & in conſpectu omnis populi, nec non promiſſiones quas aliquando feceram.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Hesychii. Quandoquidem brutorum sacrificia Christus huc aduenieus abolenerat, ipse verò tamquam Verbum rationale sacrificium induxerat; iure merito Propheta promisit se hostiam laudis oblaturum, idque in nomine Domini, scilicet in Christo. Quoniam sic etiam Apostolis intimatur vt orent: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

Ioan. 16, 23.

Ἡσυχίου. Ἐπειδὴ τὰς τῶν ἀλόγων θυσίας ὁ Χριστὸς ἐνδημήσας κατέπαυσε, τὴν λογικὴν δὲ αὐτὸς ὡς Λόγος εἰσήγαγεν· εἰκότως τὴν δι' αἰνέσεως προσφέρειν ὁ Προφήτης ὑπέσχετο, προσφέρειν δὲ αὐτὴν ἐν ὀνόματι κυρίου, δηλαδὴ ἐν τῷ Χριστῷ. ἐπειδὴ καὶ οὕτω προσεύχεσθαι τοῖς Ἀποστόλοις ἐντέλλεται· Ἐάν τι αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hebræus & ceteri Interpretes & ipse etiam Syrus, teste Theodoreto, hunc Psalmum præcedenti coniungunt: eidem enim inhæret sententiæ. Nonum autem in duos diuidentes, hac horum Psalmorum coniunctione æqualem Psalmorum numerum seruant. Ceterùm agit Propheta gratias Deo, & vota se persoluturum pollicetur pro salute æterna, quam bonâ spe iam possidere cœpit.

1. *Credidi, propter quod locutus sum*, &c.] Fide nimirum in verba erumpente, vt intelligamus non tantùm corde esse credendum, verùm etiam ore confitendum; iuxta illud Apostoli: *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Vnde ipsemet Christus in Euangelio ait: *Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.*

Rom. 10, 10.

Lucæ 12, 8.

Ibidem. *Ego autem humiliatus sum nimis.*] Symmachus legit ἐκακώθην, *afflictus sum:* quomodo etiam S. Hieronymus vertit: aliud Scholion, ἐτάκην, *langui.* Quando nimirum Dauid, lumine prophetico illustratus, incomprehensibilem Dei sublimitatem admirabatur, statim suam vilitatem multò clariùs quàm anteà perspexit. Pulchrè ad hunc locum Chrysostomus: *Quisquis*, inquit, *indicibilem Dei maiestatem oculo cordis contemplatur, & cognoscit Deum homine tantò sublimiorem, quantò cælum formicâ sublimius; nihil mirum, si obstupescat intra se, & dicat: Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abraham in comparatione Dei terram se esse & cinerem dicebat.* Contrà verò, quia nescitur Dominus nascitur superbia, Scripturâ testante: *Initium superbiæ est, nescire Deum.* Sic Chrysostomus. Vbi legit, *Nescire Deum* pro *apostatare à Deo*; vt est in Vulgata. Consentit S. Gregorius lib. 18. Moralium cap. 27. *Sancti*, inquit, *omnes quantò magis diuinitatis interna conspiciunt, tantò magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur, quòd Abraham puluerem & cinerem se esse professus est, nisi cùm habere Dei meruit collocutionem: esse enim se aliquem fortasse crederet, si veracem essentiam, quæ super ipsum est, minimè sensisset.* Sic Dauid magnis virtutibus inclytus, quo magis in sacrarium diuinitatis & familiaritatem introibat, eò metuebat magis, & non nisi sacro horrore perfusus loquebatur. Inde enim est illud quod sequitur.

Vbi cognoscitur diuina sublimitas, humana fragilitas agnoscitur.

Gen. 18, 27.

Eccli. 10, 14.

2. *Ego autem dixi in excessu meo.*] Ἐν ἐκστάσει: Aquila autem sic, Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ θαμβεῖσθαί με: quod S. Ambrosius vertit, *Ego dixi in pauore meo:* Symmachus, Καὶ εἶπον ἀδημονῶν, *Et dixi cùm anxius essem.* Nam è diuinæ maiestatis contemplatione pauor & anxietas existit, nec non ecstasis animæ deficientis, & sub radijs admirandæ, atque in omnem partem infinitæ potentiæ velut colliquescentis. Id autem vt S. Ambrosius Serm. 8. in Psal. 118. animaduertit, religionis magis reuerentiam significat quàm infirmitatem timoris. Atque ea fortè causa fuit, cur Vates Regius pulcherrimam Psalmi centesimi decimi octaui partem *pauori* consecrarit: nam *Heth*, qui titulus eidem parti præfigitur, vt sapientissimi viri monent, pauorem significat. Et sanè fatendum est, magnam esse hominibus sacris obligationem metuendi sancti Numinis, & verendi, cùm maioribus Dei luminibus irradientur ad cognoscendam illius maiestatis amplitudinem, & sanctimoniæ fonti tam propinqui, in sacrario totos pænè dies inhabitent.

Ex diuinæ maiestatis consideratione pauor & anxietas & ecstasis oritur.

Ibidem. *Omnis homo mendax.*] Quid hoc clarius? quid manifestius? Quod quidem quotidianâ experientiâ nobis planum fit. Quid ergo opus fuit Dauidem extra se agi, & mente abalienari, vt rem tam manifestam proderet? Sanè vel ipso S. Augustino Serm. 2. de verbis Apostoli notante, ita est difficile delicta sua hominibus obijcere, & peccata prodere, vt se extra se actum dicat Dauid, cùm hæc hominibus obiecit. Perquam rarus inuenitur Concionator, qui liberè auditoribus crimina obijciat: & si quis ille est, mente captus, & à sensibus abalienatus putatur. Expendit item S. Augustinus illud pronomen *Ego.* ac sic dicat, Cùm sim homo; nihil tamen hominum iras aut offensiones timui. Nihil mirum, si Angelus homines corripiat, qui nihil ab illis mali pati potest: sed difficile est hominem reperire, qui hominem non vereatur. Dauid itaque hîc in primis se extra hominem posuit, & supra hominem, dum ait se dixisse in excessu, ne dictum hominis posset etiam accusari falsitatis. Deinde illud perfectò, *Omnis homo mendax*, nullum excipit hominem; cùm tamen constet sanctissimos esse viros in Christi Ecclesia, qui prorsus humanis renuntiârunt fallacijs, qui nullo se contaminarunt mendacio, qui toto corde veritatem sunt amplexati: an hi etiam mendaces dici potuerunt? Absit. Sed hi homines non sunt, quin potiùs ex quo veritatem colunt, in Deorum recensentur albo. Chrysostomus ibi ait: *Omnis homo qui hanc vitam amat mendax est;* qui

Qui homines sint mendaces, qui non.

Digitized by Google

qui verò in virtutibus illam transmittit mendax non est; eò quòd qui talis est non sit homo, sed Deus. Humanæ naturæ terminos transcendit, qui respuens humanæ vitæ mendacia, solis gaudet veritatibus. Is dum peccatorum parenti renuntiat peccato, eâ floret sanctitate quâ in augustam diuinamque sortem transeat. Ita ille. Sed hæc, vti & præcedentia, magis moraliter quàm litteraliter dicta sunt. Nam secundùm litteram nihil aliud significatur, quàm omnem hominem naturâ sua mendacem esse, fallereque ac mentiri posse: cui non repugnat aliquos numquam de facto mentiri. Porrò est aduertendum, pro eo quòd in priori huius versiculi parte habemus *in excessu*, Hebraicè haberi *in stupore*, vt transtulit S. Hieronymus, vel, vt alij, *in festinatione mea:* quod etiam est trepidantium. Itaque *excessus* hoc loco non significat contemplationis ecstasim (vt multi exponunt) sed stuporem, trepidationem, fugam, discessum, præcipitem euasionem. Loquitur enim Dauid de fuga & trepidatione sua, cùm eum Saul persequeretur; significatque se destitutum penitus ab hominibus, à quibus auxilium sperabat; ideoque omnes homines appellat mendaces & fallaces, in quibus non sit confidendum. Sed aliam quoque expositionem confiteri cogimur propter Paulum, qui ad Romanos tertio capite mendacem eo loco sumit prout opponitur veraci, cùm ait: *Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus verax; omnis autem homo mendax.* Quare iuxta hanc Pauli interpretationem ita loquitur Dauid: Multi in mea fuga actum de me existimarunt, putantes me nullo pacto regnaturum; at ego in ea ipsa fuga rerumque mearum conuersione in Deo spem fixam habens, credidi & speraui Deum suam fidem mihi de Regno datam seruaturum, dixique omnem hominem, qui contra sentiret, falli, decipi, mentiri. Qui locus ita explicatus illustris est ad commendandam in Deo fiduciam, cùm pericula calamitatesque acciderint.

Sensus litteralis illustratur & explicatur.

Dauidis in Deo maxima fiducia.

3. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*] Regius Vates, suam propriam paruitatem & vilitatem expendens, & innumeris beneficijs à Deo sine vllo præcedente merito affectum se esse cognoscens, in has voces erupit. Sed cur sola meminit quæ retribuit Dominus, non quæ tribuit, cùm hæc sint in rigore omnia? Est enim Deus munificentissimus, qui bona data nouit dare hominibus: & nemo est qui ab illo non acceperit multa. Cur ergo silentur Dei exhibita nobis beneficia, & solùm retributiones eius manifestantur? Is nempe est Deus qui velit non tam ex beneficentia celebrari quàm ex sibi propria gratitudine; vti S. Basilius Homiliâ in Martyrem Iulitam obseruat: *Etenim*, inquit, *magnificus dator, Dominus haudquaquam dictus est tribuisse, sed retribuisse, ac si ipse non cœpisset prior in nos gratiam conferre.* Hoc meminit diuina natura, quòd retribuerit; vt ex hac gratissima proprietate cognoscatur, non veretur innumera ab illo in nos beneficia priora profecta silentio occludere. Quæsiuit ergo Dauid quid Deo redderet pro eius retributionibus, & cùm se suaque omnia discussisset, nihil prorsus proprium inuenit quod Deo redderet: vnde ab ipso Deo mutuò accipere coactus est, quod eidem pro collatis retributionibus referret. Quare subdit:

Deus potissimùm suas retributiones expendit; quasi prior non contulisset beneficia.

4. *Calicem salutaris accipiam*, &c.] S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *Calicem Iesu accipiam.* Calicem quidem acrem & acerbum sensibus, & cicutâ velut diuinâ manu temperatum, sed virtuti animoque magno dulcem, iamque optabilem, postquam illum Seruator hominum Deus libauit. Tria igitur Domino in gratiarum actionem offerenda decernit; scilicet Calicis acceptionem, diuini nominis inuocationem, & votorum redditionem. Sapienter quidem: nam Deus ab homine præter ista tria nihil amplius requirit. *Calix, qui* (vt S. Ambrosius lib. 5. in Lucam ait) *passionem significat, mortificatio & vniuersorum malorum abiectio est: diuini nominis inuocatio incensum orationis est: votorum redditio omnium virtutum exercitatio est.* Quid autem aliud ab homine exigi potest, nisi vt mala declinet, & bona sectetur, & Dei sui conspectum & familiaritatem exquirat? Certè nihil; cùm homini, vitam sempiternam & dies bonos ac felices exoptanti, illud tantùm intimetur: *Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.* In fuga mali linguæ cohibitio concluditur; & in sequela pacis non aliud quàm Dei familiaritas designatur; sine qua nulla manet menti nostræ tranquillitas.

ANNOTATIONES CORDERII.

Tria quæ Deus à nobis exigit.

Psal. 33, 15.

5. *Vota mea Domino reddam.*] Multi vota aurea vel argentea sacris templis reddere solent, in quibus effigiata cernitur passio Christi, vel effigies crucifixi; & est religio sacra & laude digna: ast regium Prophetæ cor non vota exhibet externa, sed semetipsum offert in votum viuum, se vt imaginem crucifixi reddit crucifixo. Hinc S. Augustinus ad hanc nos ducit sublimem cognitionem, sic à Psalmista perquirens: *Quæ vota redditurus es? Quas vouisti victimas? quæ incensa? quæ holocausta? An ad illud respicis, quod paulò antè dixisti, Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, & tibi sacrificabo sacrificium laudis? Et reuerà quisquis benè cogitat, quid voueat Domino, & quæ vota reddat, seipsum voueat, seipsum reddat: hoc exigitur, hoc debetur. Inspecto nummo Dominus dixit: Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Imago sua reddatur Cæsari, imago sua reddatur Deo. Sed qui meminit non solùm seruum se esse Dei, sed & filium Ancillæ Dei; videt vbi reddat vota sua, conformatus Christo per calicem salutaris.* Deaurat hunc calicem aureo suo stylo Chrysologus Serm. 110. ita loquens: *Calicem salutaris accipiam. hoc est, Et ego moriar pro illo. Et quid simile? Ille sponte pro impio & peccatore; ego vix pro iusto & bono: ego vix, quia me ad mortem non tam voluntas quàm necessitas trahit. In aduersis, fratres, necessitas voluntati non potest comparari: acquiescere necessitatis est, velle virtutis. Et tamen quia diuina charitati nil potest homo simile redhibere, det quod potest; quia secundùm quod habet acceptus est.* O terque quaterque beatus, qui hanc benè explet in se crucifixi figuram; quia si cum eo conformetur in cruce, conformabitur & in gloria; quæ prælibatur in cruce & passione. Vnde subdit:

Quæ vota Deo gratissima sint.

6. *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.*] Hic versus ferè sic intelligitur, vt mors Sanctorum pretiosa dicatur apud Deum, quia

Quomodo apud Deum pretiosa sit mors Sanctorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

quia magnam habet remunerationem mors pro Deo suscepta. Quare præsertim de Martyribus hoc dictum esse Patres voluerunt. Hinc Petrus Chrysologus Serm. 174. acutè, vt solet, & concinnè animaduertit, caput Ioannis Baptistæ in regio aureoque disco fuisse *pretiosè gestatum*, quòd cecinerit Dauid futurum, vt pretiosa esset mors Sanctorum; præcipuè eorum, qui Dei causâ vitâ & cruore fuso lauream insignem consecuti sunt: addit verò circumductum fuisse caput Martyris vt in sublimi ferculo, vt in tribunali luce & fulgore nobilitato, quòd incestum argueret, terreret etiam vultu parricidam. Pretiosa est illa mors, quam corona, auro & gemmis fulgentibus decora, in Angelorum cœtu illuminat. Nam de Martyre est illud quoque Regij Vatis oraculum, *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*. Verùm hic sensus licet verissimus & benè conueniens sensui mystico (dum hic Psalmus Martyribus tribuitur;) non ideò tamen conuenit sensui litterali: nam phrasi Hebraicâ *mors pretiosa* hoc loco idem est quod *rara*. Vel quia rariores sunt, qui in Domino moriuntur; vel quia, vt Rabbini apud Genebrardum interpretantur, raro permittuntur à Deo iusti impunè trucidari. *Custodit* enim *Dominus animas*, hoc est vitas, *Sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos*. Item iuxta illud: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus*. Quod ex Hebræo transferri potest: Mihi autem *nimis pretiosi*, seu *nimis rari* facti sunt amici tui Deus. Quia in tanta scelerum colluuione rari admodum erant, qui amicitiam cum Deo initam conseruarent. Propriè igitur hîc dicitur mors Sanctorum pretiosa apud Deum, quia eam tam magni facit, vt non temerè eam sinat inferri ab impijs Sanctos persequentibus. Quo loquendi modo Saül quoque dicit Dauidi: *Nequaquam vltra tibi malefaciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis*. Et in Psalmo septuagesimo primo, pro eo quod nos habemus, *Et honorabile nomen eorum coram illo*; Hebræi habent, *Et pretiosus sanguis eorum coram illo*. Atque hic quidem sensus optimè conuenit sensui mystico, secundùm quem per calicem salutis intelligitur calix sanguinis Domini: hic enim cum gratiarum actione offerri & sumi debet, eò quòd mors omnium Sanctorum & electorum Dei tanti habita sit ab eo, vt pro ea auertenda Filium suum Vnigenitum in hunc mundum miserit, & pro nobis in cruce mori voluerit. Quemadmodum mortem corporalem Dauidis tanti fecerat Deus, vt ne in illam Dauid incideret, Philisthæos in terram Iudaicam immiserit, quò vel sic à Dauide obsesso Saül recedere cogeretur. Ita Iansenius.

Psal. 20, 4.

Psal. 96, 10.

Psal. 138, 17.

1. Reg. 26, 21.

7. *Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.*] Hîc se non modò seruum, sed etiam ancillæ filium appellat; vt se non modò voluntate, sed etiam quasi naturâ seruum seu vernaculum significaret. Quasi diceret, inquit D. Chrysostomus, *A multis retrò sæculis, à tempore maiorum meorum dicatus sum tuæ seruituti*. Vt enim Dei seruitus gloriosa est; ita gloriosior, quæ antiquior & diuturnior. Vnde D. Paulus, vt notat idem S. Chrysostomus, posuit in Timotheo pro maximo ornamento hanc diuinæ seruitutis antiquitatem; *Recordationem*, inquit, *accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta; quæ & habitauit primùm in auia tua Loide & matre tua Eunice; certus sum autem quod & in te*. Quasi nulla esset sincerior & gloriosior Dei seruitus, quàm quæ à maioribus traheretur. Imò & ipse D. Paulus, vt se diuinæ legis professorem non nuperum ac nouitium, sed diuturnum ac veteranum indicaret, *Hebræus*, inquit, *ex Hebræis*: vt enim multùm ex hac seruitute diuina, ita plurimùm ex illius antiquitate gloriabatur.

Dauid non solùm voluntate, sed naturâ seruum se profitebatur.

2. Tim. 1, 5.

Dei seruitus quò antiquior eò nobilior.

Phil. 3, 5.

IN PSALMVM CXVI. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Hic etiam hymnus omnibus hominibus congruit. Adhortatur enim Spiritus gratia eos qui salutem adepti sunt, vt beneficij auctorem laudent.

Ἀλληλούϊα.

Αὐτὸς καὶ οὗτος ἁρμόττων πᾶσιν ἀνθρώποις. παρακαλεῖται γὰρ ἡ χάρις τοῦ πνεύματος τοὺς τετυχηκότας τῆς σωτηρίας, ὑμνεῖν τὸν εὐεργέτην.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Adhortatur omnes ad laudem Dei.

1. LAVDATE Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi:

Quam ob causam subiungit:

2. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

α΄. ΑΙΝΕΙΤΕ τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη· ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί·

Τίνος χάριν ἐπιφέρει·

β΄. Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς· καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Ὅλυ

Digitized by Google

Ὅλη τοῦ ψαλμοῦ ἡ ἔννοια τοιαύτη ἐστίν· ὅτι πάντες οἱ πανταχόθεν ὑμνεῖν ὀφείλουσι τὸν θεόν, ἐπειδὴ ἡ φιλανθρωπία αὐτοῦ ἐπεκράτησε τοῦ κακοῦ τῶν πολεμίων.

Totius Psalmi sensus est istiusmodi: quòd nimirum omnes vbique Deum laudare debeant, quia clementia ipsius malitiam hostium superauit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη.] Διὰ τούτων ἡ κλῆσις σημαίνεται τῶν ἐθνῶν· κατὰ ταυτὸν γὰρ ἅπαντας καλεῖ, ἐπεὶ πάντες μετέσχον τοῦ σωτηρίου κηρύγματος· οἳ καὶ λαοὶ αὐτοῦ γίνονται διὰ τῆς ἀναγεννήσεως· καθὼς καὶ Ζαχαρίας φησί· καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. ἐκραταιώθη δὲ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, κραταιότερον γέγονε πάσης κακίας καὶ δεισιδαιμονίας ἀνθρώπων. τὸ δὲ ἔλεος αὐτοῦ, ἐπεὶ ἐλέῳ μόνῳ χρησάμενος τὴν ἡμῶν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. κατὰ γὰρ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. καὶ ἡ ἀλήθεια δὲ αὐτοῦ ἐκραταιώθη, ὡς τῶν διὰ τῆς προφητείας ἐπηγγελμένων τὴν ἀλήθειαν ἀπολαμβανομένων κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐκβάσεως. οὐ γὰρ εἰς μακροὺς, εἰπών, αἰῶνας, ἀλλ' εἰς τὸν ἐνεστῶτα πληρωθήσεται ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, ἡ διὰ προφητῶν κεκηρυγμένη.

1. LAVDATE DOMINVM OMNES GENTES.] Per hæc significatur Gentium vocatio: nam omnes in vnum vocat, quandoquidem omnes participes effecti sint salutaris prædicationis: qui & populi eius fiunt per regenerationem; quemadmodum & Zacharias ait: *Confugient Gentes multa ad Dominum, & erunt ei in populum. Confirmata* verò *est misericordia eius.* id est, Omni hominum malitiâ & dæmoniacâ superstitione potentior euasit. Dicit autem misericordiam eius, quia solâ vsus misericordiâ salutem nostram operatus fuit. Nam *secundùm magnam misericordiam suam saluos nos fecit*, inquit Apostolus, *non ex operibus iustitiæ.* Quin & veritas eius confirmata est, nempe ijs quæ per oraculum prædicta fuerant eo tempore quo accidebant veritatem assecutis. Non enim in longa sæcula differetur, inquit, sed in præsentiarum implebitur veritas eius quæ per Prophetas prædicata fuit.

Prædicit Gentium vocationem. *Zach. 2, 11.* *Tit. 3, 5.*

CATENA PATRVM.

Εὐσεβίου. Παντί που δῆλον, ὅτι προφητεία ἦν τῆς ἐκκλησίας τῶν ἀγαθῶν τὰ εἰρημένα, καὶ τοῦ κηρύγματος προαναφώνησις τοῦ τὴν οἰκουμένην κατειληφότος ἅπασαν. οὐ γὰρ ἕν, καὶ δύο καὶ τρία μόνον ἔθνη, ἀλλὰ γῆν καὶ θάλατταν ἅπασαν ὁ ψαλμὸς καλεῖ. ὅπερ δὴ τότε γέγονεν, ὅτε ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία ἐπέλαμψεν. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν φησὶ τῆς σωτηρίας, ὅτι οὐκ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων, οὐδὲ ἀπὸ βίου παρρησίας, ἀλλ' ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐσώθησαν.

α. Αἰνεῖτε Κύριον πάντα τὰ ἔθνη.] Ὠριγένους. Ἀνακαλεῖται τοίνυν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν ὕμνον τοῦ θεοῦ πάντα τὰ ἀλλογενῆ καὶ ἀλλόφυλα ἔθνη. εἶτα ἀποδιαστείλας τὰ ἔθνη τοὺς λαοὺς ἐπιλέγει· ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. Νοήσεις δὲ τὴν διαφορὰν ἐπιστήσας τῇ προφητείᾳ τῇ λεγούσῃ παρὰ τῷ Ζαχα-

EVSEBII. Cuius clarum est, hæc quæ dicta sunt esse Prophetiam Ecclesiæ proborum, & prædictionem prædicationis quæ vniuersum orbem terræ occupauit. Neque enim vnam, & duas aut tres solummodò Gentes, sed terram & vniuersum mare hic Psalmus vocat. Quod vtique tunc euenit, quando Christi aduentus resplenduit. Deinde dicit etiam causam salutis, quòd non ex proprijs factis, nec ex vitæ fiducia, sed ex clementia seruati sunt.

Argumentum Psalmi.

1. LAVDATE DOMINVM OMNES GENTES.] ORIGENIS. Hic sermo nimirum conuocat omnes Gentes alienigenas & peregrinas ad laudem Dei. Deinde populos à Gentibus distinguens subdit: *Laudent eum omnes populi.* Intelliges autem differentiam si attenderis Prophetiæ apud Zachariam

Omnes Gentes ad laudem Dei inuitat. *Zach. 2, 10.*

Digitized by Google

riam dicenti: *Gaude & lætare filia Sion; Ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient Gentes multæ ad Dominum, & erunt ei in populum, & ego ero eis in Deum.* Quamdiu enim Gentes erant nondum erant populus eius, à priori verò vita conuersæ, & diuinorum mysteriorum participes effectæ, per regenerationem & lauacrum regenerationis fiunt populi eius. Quod etiamnum adhuc per vniuersum terrarum orbem impletur, millenorum virorum populis quasi per choros constitutis, & Deum Hebræorum Prophetarum collaudantibus, & easdem lectiones ac disciplinas atque doctrinas edoctis. Hæc igitur cùm oculis aspiciamus, non aliter sanè quàm per solam salutarem virtutem toto Gentium orbe constituta sunt.

ANONYMI. Cùm in Psalmo præcedenti, tamquam vmbrâ iam finem accipiente, dixisset, *Sacrificabo hostiam laudis*; statim omnes Gentes ad laudem inuitat, vt & ipsæ per laudes hostiam laudis afferant, vnicâ ipsius gente ac populo repudiato; quia misera pronuntiatur gens peccatrix, & populus plenus peccatis effectus. Verumtamen hac gente populoque reiecto, misericordia Dei ad omnes Gentes peruenit, vt constans ac firma esset super nos misericordia eius. Et quoniam hoc accidit, *Veritas Domini manet in æternum.*

Isaiæ 1, 4.

2. QVONIAM CONFIRMATA EST MISERICORDIA EIVS.] HESYCHII. Misericordiâ scilicet super nos confirmatâ simul cum veritate perennante. Frequenter autem hæc nomina, *misericordia eius* & *veritas*, de Saluatore dicuntur: vti etiam in isto: *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum.* Hæc nempe veritas erat etiam *expectatio Gentium*; quapropter etiam humano generi illucescens, omnes Gentes omnesque populos ad laudem inuitat, docens gratias referre Patri qui confirmauit misericordiam suam, & permanere fecit veritatem vsque in sæculum.

Psal. 56, 5.

Gen. 49, 10.

ET VERITAS DOMINI MANET.] EVSEBII. Vmbræ namque veritas successit, finem illi & sortem determinatura:

Veritas umbram secuta est.

εἰα· Χαῖρε καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεόν. Τέως μὲν γὰρ ἔθνη τυγχάνοντα οὔπω λαὸς ἦν αὐτοῦ, μεταβαλόντα δὲ τὸν πρότερον βίον, καὶ μετασχόντα τῶν τοῦ θεοῦ μυστηρίων, δι' ἀναγεννήσεως καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας γίνονται αὐτοῦ λαοί. ὃ δὴ εἰς ἔτι καὶ νῦν πληροῦται καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, μυριάνδρων λαῶν ὥσπερ κατὰ χορὺς ἱσταμένων, καὶ τὸν τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν θεὸν ὑμνούντων, καὶ τὰ αὐτὰ ἀναγνώσματα μαθήματά τε καὶ δόγματα διδασκομένων. ταῦτα γοῦν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου δυνάμεως καθ' ὅλης συνέστη τῆς τῶν ἐθνῶν οἰκουμένης.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰπὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου, ὡς τέλος ἀπολαβούσης τῆς σκιᾶς, τὸ θύσω θυσίαν αἰνέσεως· εὐθέως εἰς αἶνον καλεῖ τὰ ἔθνη πάντα, ὅπως καὶ ταῦτα τὴν διὰ τῶν αἴνων τῆς αἰνέσεως προσάξῃ θυσίαν, ἀποβεβλημένου αὐτοῦ ἑνὸς ἔθνους καὶ λαοῦ· ἐπείπερ ταλανίζεται ἁμαρτωλὸν ἔθνος, καὶ λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν γεγονώς. ἀλλὰ τούτου ἀποβληθέντος τοῦ ἔθνους καὶ λαοῦ, ἐλεημοσύνη τοῦ θεοῦ εἰς πάντας ἔφθασεν, ὡς βέβαιον καὶ κραταιὸν ἐφ' ἡμᾶς γενέσθαι τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο ὑπῆρκται, ἀλήθεια τοῦ κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

β'. ΟΤΙ ΕΚΡΑΤΑΙΩΘΗ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Συνδιαιωνίζοντος δηλαδὴ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ κραταιωθέντος ἐφ' ἡμᾶς ἐλέους. Πολλαχοῦ δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ ἡ ἀλήθεια, ἐπὶ τοῦ σωτῆρος λέγεται· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ· Ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων. αὕτη τοιγαροῦν ἡ ἀλήθεια καὶ προσδοκία τῶν ἐθνῶν ἦν· διὸ καὶ ἐπιλάμψασα τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, εἰς αἶνον πάντα τὰ ἔθνη καὶ πάντας τοὺς λαοὺς καλεῖ, εὐχαριστεῖν διδάσκουσα τῷ πατρὶ τῷ κραταιώσαντι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ μένειν ποιήσαντι τὴν ἀλήθειαν ἕως τοῦ αἰῶνος.

ΚΑΙ Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΜΕΝΕΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὴν μὲν γὰρ σκιὰν ἡ ἀλήθεια διεδέξατο, τέλος αὐτῇ καὶ κλῆρον περιορίσουσα·

αὐτὴν

Digitized by Google

αὐτὴν δὲ τὴν ἀλήθειαν, αἰώνιον οὖσαν, οὐδὲν διαδέξεται, τῷ μηδὲν ὑπὲρ αὐτὴν ὑπὲρ πάντα καθ' ὑπερβολὴν ἀσύγκριτον εἶναι. ὁρᾷς γοῦν ὡς μνηστείαν ἀποδέδωκε τὸ μένειν ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα;

ANΩNYMOY. Τῶν διὰ τῆς προφητείας ἐπηγγελμένων, τὴν ἀλήθειαν ἀποληψομένων κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως. Οὐ γὰρ εἰς μακροὺς αἰῶνας, ἀλλ' εἰς τὸν ἐνεστῶτα πληρωθήσεται ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ ἡ διὰ τῆς προφητείας κεκηρυγμένη. Τότε γὰρ μάλιστα τὰ τῆς ἀληθείας ἔλαμψεν· ἐπειδὴ τὰ τῆς παλαιᾶς τύπος ἦν καὶ σκιά. τοῦτο ὁ Εὐαγγελιστὴς ἔλεγεν· ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

ipsi porrò veritati, cùm sit æterna, nihil succedet, eò quòd nil ipsam superet quæ sine comparatione cuncta transscendit. Vides igitur vt in pignus dederit veritatem in æternum permansuram?

ANNOTATIONES CORDERII.

ANONYMI. Rebus nempe per oracula promissis, successu temporis veritatem ipso euentu sortientibus. Non enim post longa sæcula, sed in præsentiarum implebitur veritas eius quæ per Prophetias prædicata fuit. Tunc enim veritas maximè resplenduit; quoniam illa veteris Testamenti vmbra erant & figura. Hoc ipsum quoque Euangelista dixit: *Lex per Moysem data est; gratia & veritas per Iesum Christum facta est.*

Ioan. 1, 17.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Psalmus, qui est omnium breuissimus, apud Septuaginta inscribitur *Alleluia*, vtpote lætitiæ plenissimum continens argumentum: inuitat enim omnes Gentes ad Deum collaudandum ob Christum nobis exhibitum: in quo *misericordia & veritas obuiauerunt*. Citat hunc Psalmum Apostolus & explicat ad Romanos scribens, *Christum fuisse ministrum circumcisionis ad confirmandas promissiones Patrum; Gentes autem super misericordiâ honorare Deum*: vbi affert hæc verba: *Laudate Dominum omnes Gentes, & magnificate eum omnes populi*: vniuersam Ecclesiam ex Gentibus & Iudæis congregatam ad Dei laudem adhortans.

Psal. 84, 16.

Rom. 15.

1. *Laudate Dominum omnes Gentes*, &c.] Nota Gentes hoc loco populis, id est Iudæis, in Dei laudatione præponi; quia postquam ad veri Dei cultum traductæ sunt (id quod diuino Spiritu afflatus Dauid præuidebat) in diuinæ laudis obsequio longè diligentiùs & meliùs se gesserunt quàm Iudæi. Causas autem, propter quas Deus laudem mereatur, enumerat Hugo; quia nimirum omnes creauit, pascit, sustinet, redemit, paratus est suscipere, omnibus dat affluenter, omnes docet atque defendit: quæ omnia Scripturæ locis illustrat, quibus similia plura possent adferri: siquidem omnia Dei opera sunt materia laudis.

Causæ ob quas Deus laudandus.

Ad hanc verò laudem, vt debitum humani generis & totius vniuersitatis, nos effata diuinarum Litterarum tum hoc loco tum alibi sæpè inuitant, vt animaduertit S. Chrysostomus in Psalmum 112. quòd non leue sit quiddam, exigui momenti, sed amplissimæ dignitatis, vt hostia placabilis & auspicata, vt sacrificium laudis, placitum Deo super vitulum nouellum, vt sacri genus libaminis, quod pro magnis gratiarum actionibus offerri solet. Est præterea negotium arduum atque difficile, vt benè vtiliterque fiat, vt non sit mirum si diuini libri sæpè hominum memoriam exsuscitent ad grauissimum & nobilissimum illud opus suscipiendum.

Quanti momenti sit laudare Deum.

Quàm arduum & difficile sit vt benè fiat.

Difficultatem arguit, quòd hæc laus à iustis requiratur, & oporteat vitam priùs instituentem hymnos Deo ita canere: siquidem *non est speciosa laus in ore peccatoris*. Præterea non verbis solùm, sed etiam factis laudare oportet; & hanc laudem vt symphoniam gratiosam & cælo dignam requirit maximè Deus, hanc gloriam excipit, hoc celebrari modo gaudet.

Eccli. 15, 9.

2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia eius*, &c.] Dupliciter accipi potest misericordiam Dei fuisse confirmatam, siue quia stabilita est, siue quia fortis facta est, hoc est præualida & magna. Atque hunc posteriorem sensum magis exigit Hebræum גבר *gauar*, & Græcum ἐκραταιώθη: vnde S. Hieronymus vertit *confortata est*. Porrò pronomen *nos*, vt notat Iansenius, ad litteram demonstrare videtur Iudæos. Quemadmodum enim in Psalmo 95. & 97. ob salutem Iudaico populo præstitam omnes Gentes ad laudem Dei inuitantur, vt Dei bonitate in eum populum conspectâ, relictis idolis, ad veri Dei cultum conuerterentur, ita & hîc. Verùm quoniam benignitas illa Dei, quam exhibuit sub Dauide veteri populo, vmbra quædam erat illius misericordiæ, quæ sub Christo exhibenda erat toti generi humano, nihil dubium quin ad illam potissimùm Propheta respexerit in his Psalmis, & ob id omnes Gentes ad laudem Dei inuitarit, vaticinans, omnes Gentes Deum aliquando agnituras & laudaturas.

Misericordia Dei dupliciter confirmata est super nos.

Obseruandum hîc cum Bellarmino, quod quando Apostolus ad Romanos scribens dicit, *Gentes super misericordiâ debere honorare Deum*, ad Iudæos autem pertinere *veritatem*, quam Deus ostendit confirmando promissiones Patrum; non esse sensum, ad Iudæos non pertinere misericordiam, sed ad Gentes pertinere solam misericordiam, ad Iudæos autem misericordiam & veritatem. Quia licet Deus ad Iudæos Messiam miserit, vt impleret promissiones patrum; tamen promissiones non ex meritis eorum, sed ex mera misericordia processerunt. Sic enim cecinit Zacharias:

Rom. 15.

Ad Gentes misericordia, ad Iudæos veritas pertinet.

PARAPHRASIS ANONYMI. Lucæ 1.

rias: *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Et hoc tractat & demonstrat Apostolus ad Romanos cap. 3. *Omnes peccauerunt, & egent gloriâ Dei:* & persequitur hoc argumentum vsque ad finem capitis vndecimi, vbi dicit: *Conclusit Deus omnia in incredulitatem, vt omnium misereatur.* Et idem docet in tota Epistola ad Galatas: & ad Ephesios ait: *Erámus & nos naturâ filij iræ sicut & ceteri.* Ephes. 2.

IN PSALMVM CXVII. ARGVMENTVM.

Alleluia.

Hic etiam præcinit ea quæ post reditum contigerunt. Cùm enim templum ædificaturi essent, à finitimis Gentibus earumque socijs probibebantur, donec Deus ipsis miraculo victoriam concesßit, hostibus ex spectro quodam sibi inuicem manus inferentibus, & infinitas diuitias relinquentibus, ita vt ijs templum luculenter ædificaretur. Gratias igitur agentes hæc dicunt. Ceterùm hæc potiùs quadrabunt ijs qui de Gentibus crediderunt, qui à Regibus & Principibus oppugnati & torti, ipsis superiores euaserunt.

Ἀλληλούϊα.

Τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον προθεσπίζει καὶ οὗτος. μέλλοντες γὰρ οἰκοδομῆσαι τὸν ναὸν, ἐκωλύοντο ὑπὸ τῶν περιοίκων ἐθνῶν καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν, ἕως παραδόξως αὐτοῖς νίκην ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο, ἐκ φάσματός τινος ἐκείνων ἀλλήλους διαχειρισαμένων, καὶ πλοῦτον καταλιπόντων ἄπειρον, ὡς μετὰ περιουσίας οἰκοδομηθῆναι τὸν ναόν. εὐχαριστοῦντες οὖν ταῦτα φασίν. Ἁρμόσει δὲ καὶ μᾶλλον τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσιν, οἳ παρὰ βασιλέων καὶ ἀρχόντων πολεμούμενοι καὶ στρεβλούμενοι, κρείττους ἐκείνων ἐγένοντο.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Benignitatem Dei deprædicat.

1. CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Gratias, inquit, agamus Domino semper benigno.

** Abest à Vulgata vox domus*

2. Dicat nunc * domus Israël quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat, inquit, omnis multitudo quæ mirabiliter seruata fuit.

** Vulgata omittit.*

3. Dicat nunc domus Aaron * quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Hæc eadem, inquit, dicat etiam ordo Sacerdotum.

** Vulgata omittit omnes, vt & quoniam bonus.*

4. Dicant nunc * omnes qui timent Dominum quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Et compendiosè, inquit, dicendo qui sunt de parte timentium Deum, concele-

α'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εὐχαριστήσωμεν, φησί, τῷ διηνεκῶς φιλανθρώπῳ δεσπότῃ.

β'. Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἰσραὴλ ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εἰπάτω, φησὶ, τὸ πλῆθος ἅπαν τὸ σεσωσμένον παραδόξως.

γ'. Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρὼν ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Τὰ αὐτά, φησι, λεγέτω καὶ τὸ τάγμα ἱερέων.

δ'. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν ὅσοι τῆς μερίδος εἰσὶ τῶν φοβουμένων τὸν θεὸν, ὑμνήσωσαν

Digitized by Google

τοῖσαν αὐτὸν, ὡς ἀπολαύοντες παραδόξου νίκης. Εἶτα λοιπὸν διηγεῖται ἐν ποίᾳ καταστάσει τυγχάνων ὁ Ισραὴλ ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ. ἐπιφέρει γὰρ οὕτως·

ε. Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν κύριον· καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν.

Τὸ εἰς πλατυσμὸν· ἀντὶ τοῦ, πλείονά μοι παρέσχεν ὧν ᾔτησα.

ς. Κύριος ἐμοὶ βοηθός· καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

Ἡ νῦν, φησι, πεῖρα καὶ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα παρέχει μοι τὸ θαῤῥεῖν.

ζ. Κύριος ἐμοὶ βοηθός· κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου.

Ὥσπερ καὶ νῦν ἐγένετο, φησι.

η. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον·

θ. Ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι.

Ἄρχοντας νῦν καλεῖ τοὺς ἐπὶ συμμαχίᾳ παραγεγονότας τοῖς περιοίκοις. ἐπειδὴ οὖν οἱ μὲν περίοικοι ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἤλπισαν, Ισραηλῖται δὲ ἐπὶ τὸν Θεὸν, σημαίνουσι τῆς ἐλπίδος τὸ διάφορον. διηγοῦνται γὰρ λοιπὸν τὰ γεγονότα· ἐπιφέρουσι γὰρ οὕτως·

ι. Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.

Πάντα τὰ ἔθνη καλεῖ τοὺς ἐπισυναχθέντας τότε ἐπὶ συμμαχίᾳ τῶν περιοίκων. οὐ γὰρ δὴ πᾶσα ἡ οἰκουμένη αὐτοὺς ἐπολέμει.

ια. Κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με· καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.

Ὁ διπλασιασμὸς τὴν ἐπίτασιν σημαίνει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἄγαν με περιεστοίχισαν. ἀμέλει καὶ τὸ ὑπόδειγμα σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ· ἐπιφέρει γάρ·

ιβ. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις· καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.

brent ipsum, tamquam qui admirabili victoriâ potiti sunt. Deinde deinceps narrat in quali statu existens Israël Deum rogauerit. sic enim subiungit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

5. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me * in latitudinem.

* Vulgata in latitudine Dominus.

Illud *in latitudinem:* id est, Plura dedit mihi quàm petieram.

Deus tribuit plura quam petamus.

6. Dominus mihi adiutor: * & non timebo quid * faciet mihi homo.

* Abest à Vulgata vox &

* Vulgata faciat

Modernum, inquit, experimentum præbet mihi etiam fiduciam in posterum.

7. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Sicut etiamnum, inquit, contigit.

8. Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:

9. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus.

Principes modò vocat illos qui finitimis subsidio aduenerant. Cùm igitur finitimi quidem in Principes sperassent, Israëlitæ verò in Deum, declarant spei differentiam. Deinceps enim quæ gesta sint enarrant: sic namque subiungunt:

10. Omnes Gentes * circumdederunt me: & in nomine Domini * vltus sum eos.

* Vulgata circuierunt

* Vulgata quia vultus sum in eos: vt & in sequentibus versibus.

Omnes Gentes appellat eos qui tunc temporis in subsidium finitimorum conuenerant. Neque enim vniuersus orbis eos oppugnabat.

Aduersariorum insultus & impetum describit.

11. Circumdantes circumdederunt me: & * nomine Domini vltus sum eos.

* Vulgata addit in

Geminatio intensionem designat. Vult enim dicere, quòd valdè me circumdederint. Nempe hoc ipsum exemplum reddit manifestius; nam subdit:

12. Circumdederunt me sicut apes * fauum, & exarserunt sicut ignis in spinis: & * nomine Domini vltus sum eos.

* Vulgata omittit.

* Addit in

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ego verò, inquit, vbique à Deo meo minimè discessi.

13. Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.

Non solùm autem, inquit, circumdederunt me inimici, verùm etiam magno impetu vsi sunt aduersus me, vt me vix non euerterent: sed Deus vndique me tenuit.

14. Fortitudo mea & * laudatio mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

* Vulgata laus

Iure merito, inquit, ipsum celebro, qui & virtutem mihi & salutem tribuit.

15. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.

Iustis conuenit exultatio.

Idcircò, inquit, omnia tabernacula nostra & familiæ (seipsos enim iustos vocant comparatione Babyloniorum) vocem iucunditatis valent emittere, & cum gaudio ea quæ gesta sunt nuntiare.

16. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.

Exultantes autem, inquit, hæc clamabunt, nempe hoc opus esse manus Dei, & nos ab ipso fuisse glorificatos.

17. Non moriar, sed viuam: & * enarrabo opera Domini.

* Vulgata narrabo

Cùm igitur, inquit, mirabiliter à morte liberati simus, commemorabo illa bona quæ à Deo mihi obtigerunt.

18. Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.

Ceterùm, inquit, hoc etiam non cessabo narrare, quòd ob correctionem permiserit quidem me affligi, nullo modo tamen sustinuerit me inferno tradi.

19. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino:

Quid vocet portas iustitiæ.

Portas iustitiæ modò vocat quæ à Deo iustè ab hostibus liberatæ sunt; dicit autem siue illas ciuitatis, siue illas templi, vbi facturus erat actiones gratiarum: intelligit

Ἐγὼ δέ, φησι, πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ μου οὐκ ἀφιστάμην.

ιγ΄. Ὠσθεὶς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν· καὶ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου.

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ἐκύκλωσάν με οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ καὶ ὠθισμοῖς πολλοῖς ἐχρήσαντο κατ' ἐμοῦ, ὥστέ με μικροῦ ἀνατραπῆναι· ὁ δὲ Θεός με πανταχοῦ διεκράτησεν.

ιδ΄. Ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ κύριος· καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.

Δικαίως οὖν, φησι, τοῦτον ὑμνῶ, τὸν καὶ δύναμίν μοι παρέχοντα καὶ σωτηρίαν.

ιε΄. Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων.

Διὰ τοῦτό, φησι, πᾶσαι αἱ σκηναὶ ἡμῶν καὶ αἱ οἰκήσεις (ἑαυτοὺς γὰρ δικαίους καλοῦσιν ἐν συγκρίσει τῶν Βαβυλωνίων) φωνὴν ἰσχύουσιν εὐφροσύνης, καὶ τὸ μετὰ χαρᾶς διηγεῖσθαι τὰ γεγονότα.

ιϛ΄. Δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν· δεξιὰ κυρίου ὕψωσέ με· δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν.

Οἱ δὲ ἀγαλλιώμενοί, φησι, ταῦτα βοήσουσιν, ὅτι τῆς χειρός ἐστι τοῦ Θεοῦ τὸ ἔργον, καὶ ὅτι παρ' αὐτοῦ ἐδοξάσθημεν.

ιζ΄. Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι· καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα κυρίου.

Ἐπειδὴ οὖν, φησιν, ἠλευθερώθημεν παραδόξως τοῦ θανάτου, ἐν διηγήσει ἕξω τὰ ὑπάρξαντά μοι παρὰ Θεοῦ ἀγαθά.

ιη΄. Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος· καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με.

Καὶ τοῦτο δέ, φησι, διηγούμενος οὐ παύσομαι, ὅτι παιδείας μὲν ἕνεκα συνεχώρησέ με θλιβῆναι, παραδοῦναι δὲ τῷ ᾅδῃ οὐδαμῶς ἠνέσχετο.

ιθ΄. Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ·

Πύλας δικαιοσύνης νῦν καλεῖ τὰς δικαίως παρὰ Θεοῦ ἀπαλλαγείσας τῶν πολεμίων· λέγει δὲ ἤτοι τὰς τῆς πόλεως, ἤτοι τὰς τοῦ ναοῦ, ἔνθα ἔμελλε ποιεῖσθαι τὰς εὐχαριστίας· λέγει δὲ

Digitized by Google

δὲ τὰς τοῦ ναοῦ, ὡς λοιπὸν οὐκέτι ἐμποδιζομένους εἰς τὸ ἀνοικοδομηθῆναι.

κ΄. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.

Σχηματίζει τοὺς ἐνταῦθα ὁ μακάριος Δαβὶδ ὡσανεὶ εἰσιόντας τὴν πύλην, καὶ ἐν μέσῳ βοῶντας· ὅτι αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· ἀντὶ τοῦ, ἣν ὁ Θεὸς ἐφύλαξεν.

κα΄. Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι ἐπήκουσάς μου· καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.

Ταῦτα λοιπὸν ἀποφθέγγονται μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὰς πύλας.

κβ΄. Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

Ὡς ἐν ὑποδείγματι λέγει τοῦτο· ὅτι ἐῴκειμεν ἡμεῖς λίθῳ ἀποδοκιμασθέντι. νῦν δέ, φησιν, εἰς τοῦτο κατέστημεν, εἰς τὸ καὶ ἑτέρους συγκρατεῖν.

κγ΄. Παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη· καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

Ἐγένετο δέ, φησιν, ἡ εὐεργεσία αὕτη, καὶ ἡ σωτηρία, καὶ ἡ παραδοξοποιΐα παρὰ τοῦ Θεοῦ· ὅθεν αὐτὴν καὶ θαυμάζομεν.

κδ΄. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.

Δῆλον ὅτι τὴν ἡμέραν τῆς νίκης σημαίνουσι.

κε΄. Ὦ κύριε σῶσον δή, ὦ κύριε εὐόδωσον δή·

κϛ΄. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Καλῶς μετὰ τὰς εὐεργεσίας δέονται τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν ἑξῆς. ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσιν εὐγνωμοσύνη τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἐποίει πληροφορίαν.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου κυρίου·

κζ΄. Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.

Τὴν πολλὴν ἄγαν εὐπραγίαν λέγει τῶν Ἰσραηλιτῶν· ὡσανεὶ αὐτοῦ φανέντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοσαῦτα δωρησαμένου.

autem illas templi, tamquã deinceps minimè habituri impedimentũ quò minùs instauretur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

20. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.

Beatus Dauid hîc quodammodò figuratè describit eos qui portam ingrediuntur, & in medio exclamant: *Quoniam hæc porta Domini:* id est, quam Dominus custodiuit.

21. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Hæc deinceps loquuntur postquam ingressi sunt portas.

Agit Deo gratias, quòd humiliatos exaltauerit.

22. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Tamquam in exemplo hoc dicit: quoniam similes eramus lapidi reprobo. Nunc autem, inquit, ad hoc euecti sumus, vt alios connectamus.

23. A Domino * facta est hæc: & est mirabilis in oculis nostris.

* *Vulgata* factum est istud: & est mirabile

Contigit autem, inquit, hoc beneficium, & hæc salus, & hoc prodigium à Deo; vnde ipsum etiam admiramur.

24. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.

Clarum est ipsos significare diem victoriæ.

25. O Domine * salua nunc, ô Domine benè prosperare * nunc:

* *Vulgata* saluum me fac.
* *Abest à Vulgata vox* nunc.

26. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Pulchrè post beneficia etiam pro reliquis Deum rogant. Gratitudo enim pro præteritis futurorum certitudinem faciebat.

Benediximus * vos de domo Domini:

* *Vulgata* vobis

27. Deus Dominus, & illuxit nobis.

Valdè magnam Israëlitarum prosperitatem dicit; ac si Deus ipsis quodammodò apparuisset tantaque dona contulisset.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Constituite diem solemnem in condensis vsque ad * cornua altaris.

* *Vulgata* cornu

Pro his igitur, inquit, omnes solemnitatem celebremus inuicem conferti.

28. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Tantâ autem, inquit, multitudine in templo existentes clamemus ad Deum, ipsi confitendum esse, ipsúmque omnibus potentiorem censendum esse.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Atque hæc, inquit, prioribus acclamamus. Deinde etiam more solito in idem desinens vnde inceperat, subiungit:

29. Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia eius.

Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.

Ἐπὶ τούτοις οὖν, φησιν, ἑορτάσωμεν ἅπαντες πυκνούμενοι ὑπ' ἀλλήλων.

κη'. Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· θεός μου εἶ σὺ, καὶ ὑψώσω σε.

Ὄντες δέ, φησιν, ἐν τῷ ναῷ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ταῦτα βοῶμεν πρὸς τὸν θεὸν, ὅτι αὐτῷ χρὴ ἐξομολογεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ἡγεῖσθαι πάντων δυνατώτερον.

Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι ἐπήκουσάς μου· καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.

Καὶ ταῦτά, φησιν, ἐπιβοῶμεν ἡμεῖς τοῖς προτέροις. εἶτα καὶ κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ αὐτὸ καταλήγων ὅθεν καὶ ἤρξατο, ἐπάγει·

κθ'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Inuitat omnes ad gratiarum actionem.

1. CONFITEMINI DOMINO.] Gratias, inquit, agite Domino semper benigno, qui perennem habet misericordiam. Hæc autem dicat etiam domus Israël, siue qui ex Israële genus deducunt, & qui sacerdotio digni sunt habiti, & breuiter dicendo, quotquot sunt ex parte timentium Dominum. Nam etiam illos qui de Gentibus sunt adhortatur: primos quidem collocans Israëlitas, quandoquidem hi sint prima pars eorum qui per Christum vocati sunt: *Iudæo* enim, inquit, *primùm & Græco:* deinde illos qui ex Gentibus sunt; iuxta illud Apostoli; Sed quoniam ipsi auersamini, *ecce conuertimur ad Gentes.*

Rom. 1, 16.

Act. 13, 46.

5. DE TRIBVLATIONE INVOCAVI.] Nam cùm pro salute rogassem, victoriam quoque admirabilem & incruentam adeptus sum. Et non dixit, Quoniam abstulit afflictiones, sed ijs manentibus vberiorem mihi lætitiam superinduxit. Siquidem *tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem: spes autem non confundit.*

Deus etiam in tribulationibus consolatur.

Rom. 5, 3.

α'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Εὐχαριστεῖτέ, φησι, τῷ ἀεὶ φιλανθρώπῳ δεσπότῃ, διηνεκῆ τὸν ἔλεον ἔχοντι. λεγέτω δὴ ταῦτα καὶ ὁ τοῦ Ἰσραὴλ οἶκος, ἤτοι οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὸ γένος κατάγοντες, καὶ οἱ τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένοι, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὅσοι τῆς μερίδος εἰσὶ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον. καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν γὰρ προτρέπεται· πρώτους μὲν τιθεὶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐπεὶ πρῶτον μέρος οὗτος τῶν διὰ Χριστοῦ κεκλημένων· Ἰουδαίῳ γάρ, φησι, πρῶτον καὶ Ἕλληνι· ἔπειτα τοὺς ἐξ ἐθνῶν· κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου, ἐπεὶ δὲ αὐτοὶ ἀποστρέφεσθε, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.

ε'. ΕΚ ΘΛΙΨΕΩΣ ΕΠΕΚΑΛΕΣΑΜΗΝ.] Σωθῆναι γὰρ δεξάμενος, ἔτυχον καὶ νίκης παραδόξου καὶ ἀναιμάκτου. καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀνεῖλε τὰς θλίψεις, ἀλλὰ μενούσας πλατυτέραν μοι τὴν εὐφροσύνην ἐπήγαγεν. ἡ μὲν γὰρ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

καὶ

Digitized by Google

καὶ ὁ τὴν στενὴν γὰρ ὁδεύων, εὑρίσκει τὸν κύριον πλατυσμόν. Διδάσκει δὲ προσδοκᾶν μὲν ἐπιβουλάς, βοηθὸν δὲ μένειν τὸν κύριον. ὡς δὲ ἀγαθὸς ἀθλητὴς οὐ τὸ μὴ γενέσθαι τὸν ἀγῶνα, τὴν δὲ νίκην αἰτεῖ. ἐκείνου γάρ, φησι, βοηθοῦντος, τὰς ἐξ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπιβουλὰς ἀποκρούσομαι, καὶ μᾶλλον δὲ καὶ τὸν αὐτῶν ὄλεθρον ἐπίδω. εἶτα τοῖς ἀγαθοῖς λογισμοῖς βεβαιοῖ τὴν γνώμην τὴν εὐσεβῆ λέγων· ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον. Ὁ μὲν γάρ, φησι, καὶ δυνατὸς δρᾶν ἅπερ βούλεται καὶ βούλεται ἀγαθά. Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ φύσει φθαρτοὶ καὶ γνώμῃ τρεπτοί, καὶ ἢ οὐ βούλονται τὰ ἀγαθά, ἢ καὶ βουλόμενοι, ἐπαμύνειν οὐ δύνανται. ἢ ἐπεὶ Ἰσραηλῖται μὲν ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεόν, οἱ περίοικοι δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ τῶν συμμάχων βασιλέων βοήθειαν, σημαίνουσι τὸ τῆς ἐλπίδος διάφορον· ἐπάγουσι γάρ· πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με. πάντα τὰ ἔθνη καλῶν τοὺς ἐπισυναχθέντας τότε ἐπὶ συμμαχίᾳ τῶν περιοίκων. ἢ τὸ πάντα ὑπερβολικόν. πῶς γὰρ τὸν ἐν Ἰουδαίᾳ ἐκύκλουν πάντα τὰ ἔθνη; ἢ παρέοικε τῷ· εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλούς, τουτέστι τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς τοὺς ὑπὸ δαιμόνων ἐπαγομένους· ταῦτα γὰρ ἀνατρέπει ἐπικλήσει Θεοῦ· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀναιρεῖ, τὰς παθητικὰς ἐκκόπτων ὁρμάς. ὁ δὲ διπλασιασμός, τοῦ κυκλώσαντες ἐκύκλωσαν, τὴν ἐπίτασιν σημαίνει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ἄγαν με περιεστοίχισαν. ἀμέλει καὶ σαφέστερον ὑπόδειγμα λέγει. ὁ δὲ Σύμμαχος· ἐκύκλωσαν, καὶ πάλιν περιεκύκλωσαν. ἀντὶ τοῦ, ἐπαλλήλοις ἐχρήσαντο προσβολαῖς. ταῦτα δὲ ἁρμόζει καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ πολλῶν πολεμηθείσῃ.

Etenim qui per angustam viam ambulat, is Dominum reperit latitudinem. Docet autem expectandas quidem insidias, sed Dominum manere adiutorem. Quemadmodum autem bonus pugil non detrectat certamen, sed victoriam postulat. Illo enim, inquit, adiuuante hominum dæmonumque insidias propulsabo, quin potius etiam ipsorum interitum videbo. Deinde bonis cogitationibus mentem piam confirmat dicens: *Bonum est confidere in Dominum.* Siquidem hic, inquit, potest perficere quæcumque voluerit & vult bona. Homines verò & naturâ mortales & mente mutabiles existunt, & vel non volunt bona, vel etiamsi velint, perficere minimè valent. Vel cùm Israëlitæ quidem in Deum, finitimi verò in auxilium Regum confœderatorum sperassent, spei differentiam significant, nam subdunt: *Omnes Gentes circumdederunt me.* Omnes Gentes appellans eos qui tunc temporis in auxilium finitimorum conuenerant. Vel illa vox *omnes* hyperbolica est. Quomodo enim omnes Gentes circumdedissent eum qui in Iudæa erat? Vel simile est isti: *In matutino interficiebam omnes peccatores*, id est, cogitationes prauarum affectionum à dæmonibus ingestas: has enim per Dei inuocationem euertit: quandoque verò etiam eas aufert, passionum impetus exscindendo. Illa verò geminatio, *Circumdantes circumdederunt*, significat vehementiam seu intensionem. vult enim dicere, quoniam valdè me circumdederunt. Nempe etiam clarius exemplum tradit. Symmachus verò: *Cinxerunt, & rursus circumcinxerunt.* id est, Frequentibus irruptionibus vsi sunt. Hæc quoque congruunt Ecclesiæ à plurimis oppugnatæ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Non detrectandum certamen, sed victoria à Deo postulanda.

Differentia auxilij diuini & humani.

Psal. 100, 8.

ιβʹ. ΕΚΥΚΛΩΣΑΝ ΜΕ ΩΣΕΙ ΜΕΛΙΣΣΑΙ.] Διὰ μὲν τῶν μελιττῶν τὸ σφοδρὸν τῆς προθυμίας δηλῶν, διὰ δὲ τοῦ πυρὸς τὸ ἀφόρητον τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς. ἢ ὥσπερ αἱ μέλισσαι περιτυχοῦσαι κηρίῳ τὴν ἐν αὐτῷ ἐκμυζῶσιν ἰκμάδα· οὕτω καὶ οὗτοι ἐμπίπτοντες ἐτίτρωσκον· ἤλπισαν δέ με καὶ περιέσεσθαι ὡς πῦρ ἀκανθῶν· ἐγὼ δὲ πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ μου οὐκ ἀφιστάμην. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας· Ἀπεσβέσθησαν, φησιν, ὡς πῦρ ἀκανθῶν. εἶτα καὶ, οὐ μόνον, φησίν, ἐκύκλωσαν οἱ πολέμιοι, ἀλλὰ καὶ ὠθισμῷ πολλῷ

12. CIRCVMDEDERVNT ME SICVT APES.] Per apes quidem vehementem diligentiam declarans, per ignem verò intolerabilem furorem atque iram. Vel sicut apes fauum inuenientes illi insitum humorem exsugunt; sic etiam illi irruentes vulnera infligebant: sperabant autem me superare sicut ignis spinas: ego verò à Deo numquam discedebam. Symmachus & Aquila: *Extinctæ sunt*, inquit, *sicut ignis spinarum.* Deinde etiam, Non solùm, inquit, circumdederunt me inimici, verùm etiam magno impetu contra

Narrat quantâ diligentiâ & furore hostes ipsum cinxerint.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

contra me vtebantur; vt vix non euerterer. sed Deus me sustinuit: iure merito igitur ipsum laudo, qui & virtutem mihi præbuit & salutem. *Impulsus*, id est lapsus sum. Ceterùm tamquam inimicis iam è medio sublatis, vox exultationis & salutis auditur in tabernaculis iustorum. Tabernacula verò iustorum vel Hierusalem vel Ecclesia sunt. Vel etiam semetipsos quasi comparatione hostium iustos vocant. Quæ lætitiam habent, dum cum gaudio ea quæ gesta sunt commemorant.

16. DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM.] Exultantes autem, inquit, hæc dicent, quia opus est manus Dei, & ab ipso glorificati sumus. Ceterùm cùm benè se gessissent, non sibi ipsis, sed Deo victoriam adscribunt. Cùm autem à morte liberatus sim, narrabo quæ mihi facta sunt à Deo. Hæc autem est vox exultationis, scilicet confiteri, quòd Dei dextera vnigenitum Dei Verbum oppugnatos seruauerit. *Sed viuam.* Viuorum enim est narrare opera Domini. Me namque velut Pater castigans, permisit mihi acerba euenire: verùm non siuit tamen illa ad tristem finem pertingere; sed castigationis quidem gratiâ permisit me affligi, sed morti tradi minimè sustinuit. Aliter verò etiam hæc est vox alicuius qui ex persecutionibus sentit vtilitatem; quibus transeuntibus tempus est deinceps viuendi dignè in mandatorum Dei prælatione. Hæ namque sunt portæ iustitiæ, post quas, is qui ad intimum Sanctorum peruenerit, vnicam Domini portam videbit, quæ est introitus iustorum.

Totam Deo victoriam adscribit.

19. APERITE MIHI PORTAS IVSTITIÆ.] Templi intelligit nunc ab hostibus impeditas, vbi facturus erat gratiarum actiones. Describit autem illos quasi ingredientes ac dicentes, *Hæc porta Domini*; id est, quam Deus custodiuit. Vel portas iustitiæ vocat in virtute progressus, quos faciunt illi qui hîc affliguntur; post practicarum verò virtutum ingressum reperimus portam cognitionis, quæ est contemplatio. Porrò post ingressum dicunt *Confitebor*, eò quòd me exaudiueris, inquit, & ad salutem meam festinaueris.

Porta iustitiæ quales sint.

22. LAPIDEM, QVEM REPROBAVERVNT.] Iure merito autem hoc re-

ἐχρήσαντο κατ᾽ ἐμοῦ, ὥστε με μικροῦ ἀνατετράφθαι. ἀλλ᾽ ὁ Θεός με περιεκράτησε· δικαίως οὖν τοῦτον ὑμνῶ, τὸν καὶ δύναμίν μοι παρέχοντα καὶ σωτηρίαν. ὠσθείς, ἀντὶ τοῦ ὠλισθείς. ὡς ἤδη δὲ ἀνῃρημένων τῶν πολεμίων, ἡ τῆς ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας φωνὴ ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν δικαίων ἀκούεται. σκηναὶ δὲ δικαίων ἢ ἡ Ἱερουσαλὴμ ἢ ἡ ἐκκλησία. ἢ καὶ δικαίους ἑαυτοὺς ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν πολεμίων φασίν. ἃ εὐφροσύνην ἔχουσι, τὸ μετὰ χαρᾶς διηγεῖσθαι τὰ γεγονότα.

ιϛ'. ΔΕΞΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΔΥΝΑΜΙΝ.] Οἱ ἀγαλλιώμενοι δὲ ταῦτα φήσουσί, φησιν, ὅτι τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ ἔργον, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ ἐδοξάσθημεν. εὖ δὲ ποιοῦντες, οὐχ ἑαυτοῖς ἐπιγράφουσι τὴν νίκην, ἀλλὰ Θεῷ. ἐπεὶ δὲ ἠλευθερώθην τοῦ θανάτου, ἐκδιηγήσομαι τὰ ὑπάρξαντά μοι παρὰ Θεοῦ. Αὕτη δὲ τῆς ἀγαλλιάσεως ἡ φωνή, τὸ ὁμολογεῖν, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος τοὺς ἀγωνιζομένους διέσωσεν. Ἀλλὰ ζήσομαι. ζώντων γάρ ἐστι τὸ διηγεῖσθαι τὰ ἔργα κυρίου. συνεχώρησε γὰρ παιδεύων με ὡς πατήρ, ἐπελθεῖν μοι τὰ λυπηρά· οὐκ ἀφῆκε δὲ εἰς σκυθρὸν τέλος ταῦτα ἐλθεῖν· ἀλλὰ παιδείας μὲν ἕνεκεν συνεχώρησέ με θλιβῆναι, παραδοῦναι δὲ θανάτῳ οὐκ ἠνέσχετο. Καὶ ἄλλως δὲ τῆς ἐκ τῶν διωγμῶν ὠφελείας αἰσθανομένου τοῦτο φωνή· ὧν παρελθόντων ὥρα λοιπὸν ἀξίως τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ προαιρούμενον ζῇν. αὗται γὰρ πύλαι δικαιοσύνης, μεθ᾽ ἃς, ἐπὶ τὸ ἐνδότατον τῶν ἁγίων ἐλθών, τὴν τοῦ κυρίου μίαν ὄψεται πύλην, δικαίων εἴσοδον οὖσαν.

ιθ'. ΑΝΟΙΞΑΤΕ ΜΟΙ ΠΥΛΑΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.] Τὰς τοῦ ναοῦ λέγει νῦν ἐμποδιζομένας ὑπ᾽ ἐχθρῶν, ἔνθα ἔμελλε ποιεῖσθαι τὰς εὐχαριστίας. σχηματίζει δὲ αὐτοὺς οἷον εἰσερχομένους καὶ λέγοντας, αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· ἀντὶ τοῦ, ἣν ὁ Θεὸς ἐφύλαξεν. ἢ πύλας δικαιοσύνης τὰς κατ᾽ ἀρετὴν προκοπάς, ἃς ὁδεύουσιν οἱ ἐνταῦθα κακοπαθήσαντες· μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν διὰ τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν εὑρίσκομεν τὴν πύλην τῆς γνώσεως, ἥτις ἐστὶ θεωρία. ἐξομολογήσομαι δὲ λέγουσι μετὰ τὸ εἰσελθεῖν, ἀνθ᾽ ὧν, φησιν, ἐπήκουσας, καὶ ἐτάχυνας πρὸς τὴν σωτηρίαν μου.

κβ'. ΛΙΘΟΝ, ΟΝ ΑΠΕΔΟΚΙΜΑΣΑΝ.] Λαμβάνεται δὲ τοῦτο δικαίως

εἰς

Digitized by Google

εἰς τὸν κύριον, ὃς τῶν μὲν ἱερέων καὶ Φαρισαίων ἀποδοκιμασάντων αὐτὸν, οὐ μόνον τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔσωσε γένος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνικὸν, κατὰ τὸν γωνιαῖον λίθον τὸ ἑκάτερον συγκρατῶν τεῖχος· συνῆψε γὰρ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. αὕτη δέ, φησιν, ἡ γωνία, καὶ ἡ ἕνδεσις, ἤτοι ἡ σωτηρία παρὰ κυρίου ἐγένετο, καὶ ἔστι ὑπὸ πάντων θαυμαζομένη. αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. δῆλον δέ ἐστιν ὅτι καὶ τὰς ἄλλας ὁ κύριος ἐποίησεν, ἀλλὰ δικαίως ἐκείνην φασὶ νῦν γεγενῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἡμέραν, τὴν πεπληρωμένην πάσης αὐτοῦ εὐεργεσίας καὶ σωτηρίας, τὴν καὶ ἐπώνυμον αὐτοῦ γενομένην, δηλαδὴ κυριακήν. Διὸ καὶ οἱ πιστοὶ νῦν ἅπαντες ἐν τῇ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ τούτους τοὺς στίχους ψάλλουσι. Κυριώτερον γὰρ ἡ ἀνάστασις τοῖς ἀνθρώποις χαρίζεται σωτηρίαν, ἢ τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἐκείνη. ἢ ὅτι ἡ πρώτη μόνη τὴν δημιουργίαν ἐδέξατο τοῦ φωτός· αὕτη δὲ πολλῶν ὑπὲρ νοῦν δωρεῶν ἐγένετο πρόξενος. ἢ ἡμέραν νῦν οὐ τὸν ἡλιακὸν δρόμον φησίν, ἀλλὰ τὰ ἐν αὐτῇ παρὰ κυρίου γενόμενα ἀγαθά, ὡς καὶ ἡμέραν πονηρὰν τὴν ἐπάγουσαν θλιβερά. καλῶς δὲ καὶ μετὰ τὰς εὐεργεσίας δέονται καὶ περὶ τῶν ἑξῆς λέγοντες· ὦ κύριε σῶσον δή. παράσχου, φησί, καὶ εἰς τὸ μέλλον τὴν σωτηρίαν. ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσιν εὐγνωμοσύνη τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἐποίει πληροφορίαν. θεὸς γὰρ τοῦ σώζειν ἐστὶ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. τὸ δὲ, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, λέγει μὲν κἀνταῦθα, τὸ εὐλογημένον εἶναι τὸν λαὸν τὸν ἐν ὀνόματι κυρίου σωθέντα, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τὸν ναόν. Κυριώτερον δὲ λαμβάνεται εἰς τὸν σωτῆρα, τὸν οὐχ ἁπλῶς ἐν ψιλῷ τῷ ὀνόματι, ἀλλά, κύριον ὄντα, ἐν ὀνόματι κυρίου ἐρχόμενον· ἀντὶ τοῦ, ὡς κύριον· ἐπεὶ καὶ αὐτός φησιν· Ἐγὼ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου ἐλήλυθα, καὶ οὐκ ἐλάβετέ με· ἄλλος ἐλεύσεται ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δεσποτικῶς ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, καὶ λέγων, σοὶ λέγω, καθαρίσθητι, καὶ σιώπα, πεφίμωσο. Οἱ δὲ ἄλλοι ὡς δοῦλοι ἦλθον. καὶ ὁ μὲν, κύριος ἀπέσταλκέ με φησίν· ὁ δὲ τάδε λέγει κύριος. οὗτος οὖν, φησιν, ὁ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐρχόμενος εὐλογημένος ἐστίν. ὅθεν ἕκαστος τῶν προαγορευόντων αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, Εὐλογήκαμεν ἡμᾶς, φησιν, ἐξ οἴκου κυρίου. ἐκ γὰρ τῶν πατρικῶν κόλπων ἐστὶν ὁ ἐρχόμενος· ὅθεν ἐπιφέρεται

fertur ad Dominum, qui Sacerdotibus quidem ac Pharisæis ipsum reprobantibus, non solùm Iudaicum, verùm etiam Gentilitium genus seruauit, non secùs ac lapis angularis vtrumque parietem connectens: coniunxit enim duos populos in vnum nouum hominem. Hic autem, inquit, angulus, & hæc connexio, siue salus à Domino facta est, atque omnibus mouet admirationem. *Hæc dies, quam fecit Dominus.* Clarum autem est quòd etiam alias Dominus fecerit, sed meritò nunc illam diem ab ipso factam dicunt, quæ plena erat omni eius beneficio ac salute, quæque ab ipso nomen acceperat, nempe Dominica dicta. Quapropter etiamnum fideles omnes in die Resurrectionis hosce versiculos psallunt. Magis propriè enim resurrectio hominibus salutem præstat, quàm tunc dies illa Iudæis. Vel quia illa prima sola excepit lucis creationem; hæc verò conciliatrix est plurimorum munerum mentem superantium. Vel diem modo non solarem cursum dicit, sed ea bona quæ in illo facta sunt à Domino, sicut diem malum qui adfert afflictiones. Pulchrè post beneficia etiam pro ceteris orant dicentes: *O Domine salua nunc.* Præbe, inquit, etiam salutem in futurum. Gratitudo nempe pro præteritis reddebat eos certiores pro futuris. Deus enim salutionum est, & apud ipsum gressus hominis diriguntur. Illud autem, *Benedictus qui venit*, hîc quidem dicit, eò quòd benedictus sit populus qui in nomine Domini salutem obtinuit, & ad templum venit. Magis propriè autem refertur ad Saluatorem, qui non simpliciter in nudo nomine, sed, cùm reuerà Dominus sit, in nomine Domini venit; id est, tamquam Dominus: quandoquidem ipse etiam ait: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: alius veniet in nomine suo, illum accipietis.* Ipse enim est qui heriliter venit in nomine Domini, qui & dicit, *Mundare*, & *Tace, obmutesce.* Alij verò tamquam serui venerunt. Atque hic quidem ait, *Dominus misit me*; alius verò, *Hæc dicit Dominus.* Ille igitur, inquit, benedictus est qui venit in nomine Domini. Vnde quilibet eorum qui eius aduentum prædixerant ait, *Benediximus vobis de domo Domini.* Ex paternis enim sinibus est is qui venit: vnde statim sub-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Christus fuit lapis à Iudæis reprobatus, qui factus est in caput anguli.

Dies Domini est resurrectionis.

Prou. 20, 24.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Ioan. 5, 43.

Matth. 8, 3. Mar. 4, 39.

Zach 9, 11. Isaiæ 10, 24.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

subiungitur: *Deus Dominus, & illuxit nobis.* Vel more solito hoc facit, & populum in duo diuidit, ita vt vterque alternatim alteri respondeat & benedicat. Illud autem *Deus Dominus* magnam prosperitatem insinuat. q. d. de Deo ipso nobis apparente, & tanta munera largiente. Est autem vera Theologia de Christo. Quem enim vocauerat lapidem, quem dixerat benedictum,& in nomine Domini venire, hunc vocauit etiam Deum ac Dominum non solùm secundùm operationem, sed etiam per suum ad nos in carne aduentum.

Hortatur ad festi celebrationem.

27. CONSTITVITE DIEM SOLEMNEM IN CONDENSIS VSQVE AD CORNVA.] *Condensa* dicit densum. Vult autem dicere: q. d. Propter hæc igitur omnes solemnitatem celebremus inuicem constipati, vt multitudo vsque ad altaris cornua pertingat: quod non fiebat, nisi esset ingens multitudo se inuicem comprimentium: cùm autem pauci essent, longè ab his aberant. In templo autem existentes hæc dicunt, quoniam oportet ipsum confiteri,& omnium Dominum arbitrari, vtpote qui & exaudiat, & seruet. Deinde etiam desinens in illud vnde cœperat, *Confitemini*, inquit, *Domino quoniam bonus.* Vel Prophetæ hortantur eos qui ex Gentibus sunt, in quibus impleta sunt quæ prædicta erant, vt celebrent solemnitates in domo Domini, ita vt vsque ad cornua siue fastigia multitudo compressa perueniat. Alius autem pro *Constituite, Colligate in celebri conuentu densitates vsque ad cornua altaris.* Per hæc autem hic sermo iubet, vt rebus pretiosis, & frequentibus anathematis seu oblationibus templum ornent, idque in tantâ copiâ, vt vsque ad altaris cornua pertingant, in solemnitatibus domum Dei coronantes.

ALIVS. Coronas & ramos aptate. Solemnitas autem Deo constituta est, facere quæ decent. *Confitebor* autem *tibi* & *confitemini* inquiunt. Primi namque ordines semetipsos ad laudis canticum excitantes, alios ad bonum cohortantur. Nam *bonum est confiteri Domino.*

Psal. 91, 2.

παράγγελμα· Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῦτο ποιεῖ, καὶ μερίζει τὸν λαὸν εἰς δύο, ὡς ἑκατέρου ἀντιφωνοῦντος καὶ εὐλογοῦντος τὸν ἕτερον. τὸ δὲ Θεὸς κύριος τὴν πολλὴν εὐπραγίαν λέγει. οἷον ὡς αὐτοῦ φησιν ἡμῖν ἐπιφανέντος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοσαῦτα δωρησαμένου. Θεολογία δὲ ἐστὶν ἀληθὴς περὶ Χριστοῦ. Ὃν γὰρ ἐκάλεσε λίθον, ὃν εἶπεν εὐλογημένον, καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐρχόμενον, τοῦτον εἶπε καὶ Θεὸν καὶ κύριον οὐ κατ' ἐνέργειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ σαρκὸς τὴν πρὸς ἡμᾶς ποιησάμενον ἐπιφάνειαν.

κζ'. ΣΥΣΤΗΣΑΣΘΕ ΕΟΡΤΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΥΚΑΖΟΥΣΙΝ ΕΩΣ ΤΩΝ ΚΕΡΑΤΩΝ.] Πύκα λέγεται τὸ πυκνόν. βούλεται δὲ εἰπεῖν· ὅτι· ἐπὶ τούτοις οὖν ἑορτάσωμεν ἅπαντες πυκνούμενοι ὑπ' ἀλλήλων, ὥστε τὸ πλῆθος ἄχρι τῶν τοῦ θυσιαστηρίου φθάνειν κεράτων· ὃ οὐκ ἐγίνετο, εἰ μὴ πλῆθος ἦν τῶν συνωθούντων ἀλλήλους· ὀλίγοι δὲ ὄντες, πόρρω τούτων ἦσαν. Ὄντες δὲ ἐν τῷ ναῷ ταῦτα λέγουσιν, ὅτι αὐτῷ χρὴ ἐξομολογεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ἡγεῖσθαι πάντων δεσπότην, ὡς καὶ ἐπακούσαντα, καὶ σώσαντα. εἶτα καὶ καταλήγων εἰς αὐτὸ ὅθεν ἤρξατο, Ἐξομολογεῖσθε, φησι, τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός. ἢ προτρέπονται τοὺς ἐξ ἐθνῶν οἱ προφῆται, εἰς οὓς πεπλήρωται τὰ προφητευόμενα, διατελεῖν ἐν ἑορταῖς ἐν οἴκῳ κυρίου, ὡς μέχρι τῶν κεράτων ἤτοι τῶν ἐξοχῶν φθάνειν τὰ πλήθη στενοχωρούμενα. Ἕτερος δὲ ἀντὶ τοῦ συστήσασθε, συνδήσατε ἐπὶ πανηγύρει πυκνάσματα ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Προστάττει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, κειμηλίοις, καὶ ἀναθήμασι πυκνοῖς, καὶ τοσούτοις τὸ πλῆθος οὖσιν, ὡς καὶ μέχρι τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου φθάνειν, τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ στεφανοῦντες ἐν ταῖς ἑορταῖς.

Ἄλλος. στεφανώματα καὶ κλάδους ἀνάψατε. ἑορτὴ δὲ συνισταμένη Θεῷ, τὸ πράττειν ἐπὶ τὰ δέοντα. Ἐξομολογήσομαι δέ σοι καὶ ἐξομολογεῖσθε φασίν. οἱ πρῶτοι γὰρ τεταγμένοι τῶν ἄλλων εἰς δοξολογίαν ἑαυτοὺς κινήσαντες προτρέπονται, καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς τὸ ἀγαθόν. ἀγαθὸν γὰρ τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὕμνος καὶ οὗτός ἐστιν ὑπὸ τῶν τῆς σωτηρίας ἀπολελαυκότων τῷ θεῷ προσφερόμενος. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ μετὰ τὴν ἐπάνοδον, τῶν πλησιοχώρων ἁπάντων κατ' αὐτῶν ἀθροισθέντων, καὶ μέντοι καὶ ἔθνη ἕτερα βάρβαρα συναγειράντων, εἶτα θεηλάτοις ἀναλωθέντων πληγαῖς, κατὰ τὴν Ἰωὴλ, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Μιχαίου καὶ Ζαχαρίου προφητείαν, τοῦτον τὸν ὕμνον χαριστήριον προσφέρουσι τῷ θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἐν ἐκείνοις προεγράφετο τὰ ἡμέτερα, μᾶλλον ἁρμόττει τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσιν ὑμνῳδία· οἳ παρὰ πολλῶν καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, δήμων καὶ δημαγωγῶν, καὶ βασιλέων καὶ στρατηγῶν, διωχθέντες, καὶ στρεβλωθέντες, καὶ αἰκισθέντες καὶ μυρία θανάτων ὑπομείναντες εἴδη, κρείττους τῶν πολεμούντων ἐδείχθησαν. καὶ τούτοις μέντοι κἀκείνοις ἡ τοῦ πνεύματος χάρις τὴν τῆς ὑμνῳδίας διδασκαλίαν προστέθεικε.

ά. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΟΤΙ ΑΓΑΘΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπεὶ ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς, βούλεται τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὸν θάνατον αὐτοῦ. Ὅσοι γοῦν, φησὶν, ὑπεύθυνοι ἁμαρτίαις ἐστὲ, τὴν ἐκ μετανοίας ἐξομολόγησιν ἐπ' αὐτῷ ποιούμενοι ἕξετε τὸν ἀφιέντα ὑπὲρ ὧν ἐξομολογεῖσθε. Ὁ γὰρ ἔλεος αὐτοῦ, ἀχώριστος τυγχάνων, εἰς τὸν αἰῶνα ἐστίν· ἐπείπερ καὶ ἀεὶ ἐλεοῦντος αὐτοῦ, οὐ νῦν πρότερον, ἀλλὰ καὶ πάλαι ἄνωθεν ἐξομολογοῦνται αὐτῷ πάντες οἱ πεῖραν ἔχοντες τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Συνεχῶς ᾄδει τὴν ἐξομολόγησιν ὁ Δαβὶδ, εἰδὼς ὅτι τοῦτο μέγιστον τοῖς ἁμαρτωλοῖς εἰς βοήθειαν, καὶ τραυμάτων τῶν κατὰ ψυχὴν φάρμακον.

β́. ΕΙΠΑΤΩ ΔΗ ΟΙΚΟΣ ΙΣΡΑΗΛ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, ἐν τούτῳ εἴρηται, καὶ ἐν τῷ· Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, ὄντι ρκς́, ὄντι τῶν ἀναβαθμῶν έ· καὶ ἐν τῷ ρκή, ὄντι τῶν ἀναβαθμῶν ί· οὗ ἡ ἀρχὴ, πλεονάκις ἐπολέμησάν με, εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις, οἶκος Ἰσραὴλ, ὁ μυρίας αἰχμαλωσίας ὑπομείνας, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύσας, ὁ πρὸς ἱκανὰς τῆς οἰκου-

ORIGENIS. Et hic etiam hymnus est ab his qui salutem à Deo consecuti sunt allatus. Iudæi namque post reuersionem, cùm omnes finitimi in vnum coacti essent, atque etiam Gentes alias & barbaras conflassent, deinde plagis diuinitus illatis consumpti, secundum Ioëlis, & Ezechielis, & Michææ & Zachariæ vaticinationem, hunc hymnum gratiarum actionis Deo offerunt. Quoniam autem in illis res nostræ adumbrabantur, potiùs congruit hæc hymnodia ijs qui ex Gentibus crediderunt; qui cùm à multis Principibus & subditis, populis & Ducibus populi, & Regibus & Imperatoribus persequentibus, cruciati, & supplicijs affecti, infinitas mortis species perpessi essent, hostibus superiores euaserunt. Et his igitur & illis Spiritus gratia hymnodiæ huius doctrinam proposuit.

Hic hymnus quibus competat.

1. CONFITEMINI DOMINO. QVONIAM BONVS.] EVSEBII. Cùm Deus bonus sit, vult pœnitentiam peccatoris, non mortem illius. Quotquot igitur, inquit, estis obnoxij peccatis, ipsi ex pœnitentia confitentes habebitis condonantem illa quæ confitemini. Misericordia enim illius, cùm sit ab illo inseparabilis, manet in æternum: quapropter quoque cùm semper misereatur, non nunc primùm, sed etiam iam inde ab olim confessi sunt ipsi omnes qui experimentum habuerunt bonitatis eius.

Deus vult pœnitentiam, non mortem peccatoris.

HESYCHII. Dauid assiduè canit confessionem, sciens hoc maximum esse præsidium peccatoribus, & vulnerum animæ medicinam.

2. DICAT NVNC DOMVS ISRAEL.] ORIGENIS. Illa verba, *Dicat nunc Israël*, & in hoc Psalmo dicta sunt, & in illo: *Nisi Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël:* qui est centesimus vigesimus sextus, & Gradualium quintus: item in centesimo vigesimo octauo, qui est Gradualium decimus: cuius principium est, *Sæpè expugnauerunt me, dicat nunc Israël.*

CHRYSOSTOMI. Quid dicis domus Israël, quæ captiuitates perpessa est innumerabiles, quæ in Ægypto seruijt, quæ in orbis terrarum

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

terrarum extrema abducta est, quæ in Palæstina mille tolerauit afflictiones? Certè, inquit. Hi enim sunt eius bonorum optimi testes.

Iudæi ob propriam ingratitudinem puniti sunt.

THEODORI. Si quis autem accuratè rem examinauerit, etiam pro aduentu ipsius Christi Iudæos maximè gratos se exhibere oportuit: etsi enim aduersa sustinuerint, non tamen ea perpessi sunt propter eum qui aduenerat, sed propter propriam ingratitudinem: ipse enim ad illos venit, & semper dixit: *Non veni nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.* Quòd si autem isto beneficio indigni apparuerint, id suis iniquitatibus imputent & nimiæ ingratitudini suæ.

Matth. 15, 24.

ANONYMI. Et cùm in propositis Euangelica gratia super omnes Gentes effusa sit, quarum Gentium etiam pars aliqua erat populus de circumcisione, & quidem pars principatus, meritò hic sermo ipsos primos ad confessionem inuitat, deinde illos qui ex Gentibus accesserunt ad Euangelium; iuxta illud, *Iudæo primum & Græco.*

Rom. 1.

Quinam participes sint misericordiæ Dei.

3. DICAT NVNC DOMVS AARON.] ORIGENIS. Nisi quis fuerit Israël vel domus Aaron, vel timens Dominum, non gustat Domini benignitatem, cuius in sæculum misericordia est. Quapropter illi soli dicent illud, *In sæculum misericordia eius.* Quibus tribus ordinibus existimo esse tres misericordias generales. Cùm autem domus sit congregatio legitimè ad vitam stabilita, idcircò modò hæc vox *domus* etiam in domo Aaron posita est. Et considera, num possit templum etiam esse domus Aaron, vbi Sacerdotes Dei cultum administrant. Seorsum igitur Sacerdotes ad hymnodiam inuitauit, eò quòd nimirum ipsi quoque maiorem sunt honorem consecuti, non solùm ratione sacerdotij, verùm etiam quoad alia omnia. Etenim quando ignis demissus est, propter eos demissus est, terráque mota est, & virga germinauit; ac mille alia propter ipsos & pro ipsis miracula contigerunt.

4. DICANT NVNC OMNES QVI TIMENT DOMINVM.] ORIGENIS. Superiùs quoque dicitur, Israël sperauit inuocare Dominum; deinde domus Aaron, deinde illi qui timent Dominum. Atqui timentes Dominum, & domum Aaron & Israël quid vnum esse in

μένης ἀπαχθεὶς, ὁ ἐν Παλαιστίνῃ μυρία ταλαιπωρηθείς; Ναὶ, φησιν. οὗτοι γὰρ μάλιστα μάρτυρές εἰσιν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσοιε, καὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας αὐτῆς τοῦ Χριστοῦ μάλιστα τοὺς Ιουδαίους εὐχαριστεῖν δεῖ· εἰ γὰρ καὶ τὰ ἐναντία ὑπέμειναν, ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν παραγενόμενον, ἀλλὰ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀγνωμοσύνην· αὐτὸς μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖτο, καὶ συνεχῶς ἔλεγεν· Οὐκ ἦλθον ἀλλ' εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ισραήλ. εἰ δὲ ἀνάξιοι τῆς εὐεργεσίας ἐφάνησαν, ταῖς ἑαυτῶν λογιζέσθωσαν παρανομίαις καὶ τῇ τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβολῇ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη χυθείσης, ὧν ἐθνῶν μέρος τι ἦν καὶ ὁ ἐκ περιτομῆς λαὸς, καὶ μέρος τὸ πρώτιστον, εἰκότως πρώτους αὐτοὺς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν καλεῖ, ἔπειτα τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότας τῷ Εὐαγγελίῳ· κατὰ τὸ, Ιουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

γʹ. ΕΙΠΑΤΩ ΔΗ ΟΙΚΟΣ ΑΑΡΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐὰν μή τις ᾖ Ισραὴλ ἢ οἶκος Ἀαρὼν, ἢ φοβούμενος τὸν κύριον, οὐ γεύεται τῆς χρηστότητος κυρίου, οὗ εἰς αἰῶνα τὸ ἔλεός ἐστι. διὸ οὗτοι μόνοι ἐροῦσι τὸ, εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. οἷς οἶμαι τρισὶν οὖσι τάγμασι τρεῖς εἶναι γενικοὺς ἐλέους. Ἐπεὶ δὲ οἶκός ἐστι σύστημα νομίμως ἱδρυμένον πρὸς βίον, διὰ τοῦτο νῦν ὁ οἶκος ἐπὶ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν τέτακται. Καὶ σκόπει, εἰ δύναται ὁ ναὸς εἶναι οἶκος Ἀαρὼν, ὅπου οἱ ἱερεῖς τὴν λατρείαν ἐπιτελοῦσι. Κεχωρισμένως οὖν τοὺς ἱερεῖς εἰς τὴν ὑμνῳδίαν ἐκάλει, ὅτι καὶ πλείονος ἀπήλαυον οὗτοι τιμῆς, οὐ μόνον κατὰ τὸν τῆς ἱερωσύνης λόγον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα. καὶ γὰρ ἡνίκα πῦρ κατηνέχθη, δι' αὐτοὺς κατηνέχθη, καὶ γῆ ἐσείσθη, καὶ ῥάβδος ἐβλάστησε· καὶ μυρία ἕτερα γέγονε δι' αὐτῶν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν θαύματα.

δʹ. ΕΙΠΑΤΩΣΑΝ ΔΗ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἀνωτέρω λέγεται, Ισραὴλ ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸν κύριον· εἶτα οἶκος Ἀαρὼν, εἶτα οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον. Καὶ ἓν εἶναι τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον, καὶ τὸν οἶκον Ἀαρὼν καὶ τὸν Ισραὴλ προσλαβόντες εἰρήκα-

εἰρήκαμεν· διὸ κοινὴν αὐτοὺς ᾠδὴν προσφέρειν ἐκέλευσε τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ καταγγέλλοντας. Ἔλεος γὰρ κυρίου ὑπὲρ πᾶσαν σάρκα, καὶ οὔτε περιτομὴ οὔτε ἀκροβυστία χωρὶς ἐλέους σωθῆναι δύναται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Μάλιστα γὰρ οὗτοί εἰσιν οἱ δυνάμενοι τὴν φιλανθρωπίαν ἰδεῖν τὴν αὐτοῦ, καὶ διὰ πάντων τὴν ἀγαθότητα καταμανθάνειν. Τί δέ ἐστιν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ; διηνεκὲς, οὐ διακοπτόμενον, ἀλλὰ διὰ πάντων λάμπον καὶ διαδεικνύμενον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν; Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἄξιος ἤμην· οὐκ εἶπεν, ὅτι κατορθώματα ἐπεδειξάμην, ἀλλ᾽ ὅτι ἐπεκαλεσάμην· καὶ ἤρκεσεν ἡ εὐχὴ λῦσαι τὴν συμφοράν. ὅπερ καὶ ἐπ᾽ Αἰγυπτίων φησὶν, ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, καὶ κατέβην τοῦ ἐξελέσθαι αὐτούς· οὐκ εἶπεν, ὅτι εἶδον τὴν ἀρετὴν τοῦ λαοῦ μου, οὔτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, ἀλλὰ τὴν θλῖψιν καὶ τῆς κραυγῆς αὐτῶν ἤκουσα. ὁρᾷς πατέρα εὔσπλαγχνον, ἀπὸ συμφορῶν βοηθοῦντα μόνον.

ϛ. ΕΚ ΘΛΙΨΕΩΣ ΕΠΕΚΑΛΕΣΑΜΗΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύων, ἐκ θλίψεως ἐπικαλεῖται τὸν κύριον· ὁ δὲ τὴν πλατεῖαν, οὐδὲ ἐπικαλεῖται. πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ ἐν θλίψει γενόμενος δίκαιος, οὐ τοσοῦτον παρακαλεῖ περὶ τοῦ ἐκτὸς αὐτῆς γενέσθαι, ἀλλ᾽ ὅπως γενναίως καὶ ἱλαρῶς αὐτὴν ἐνέγκῃ. καὶ γὰρ ὁ ἐν σταδίῳ πρὸς ἀντιπάλους ἀποδυόμενος, οὐ τὸν ἀγῶνα εὔχεται αὐτῷ παρελθεῖν, ἵνα μὴ ἐξαγώνιος γένηται, ἀλλὰ παρακαλεῖ τὸν παιδοτρίβην αὐτῷ συνεργεῖν, ὅπως ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἐπιφερομένοις πρὸς τοῦ ἀντιπάλου, ἐλπίδα νίκης καὶ στεφάνου ἔχων.

ζ. ΚΥΡΙΟΣ ΕΜΟΙ ΒΟΗΘΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ὕψωμα διανοίας; εἶδες φρόνημα, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἀναβαῖνον, ὡς ἁπάσης ὑπερεῖδεν τῆς φύσεως; Ταῦτα μὴ μόνον ψάλλωμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξώμεθα. Οὐκ εἶπεν, οὐδὲν πείσομαι· ἀλλ᾽, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. καὶ παθών, φησιν, οὐ δέδοικα. ὅπερ ὁ Παῦλός φησιν· Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ᾽ ἡμῶν;

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔτι διδάσκεται ὁ Χριστοῦ

præcedentibus quoque diximus; quapropter communem odam ipsos offerre iussit Dei misericordiam annuntiantes. Misericordia enim Domini super omnem carnem, & neque circumcisio neque præputium sine misericordia saluari potest.

CATENA PATRVM.

THEODORI. Ij enim sunt qui maximè possunt videre eius benignitatem, & per omnia discere bonitatem. Quid est autem, *Quoniam in sæculum misericordia eius?* Perpetua [inquit] non interrupta, sed in omnibus & per omnia resplendens & se ostendens.

CHRYSOSTOMI. Vidisti bonitatem atque clementiam? Non dixit, Eram dignus; non dixit, Mea rectè facta ostendi, sed inuocaui solummodò: & suffecit oratio mea ad tollendam calamitatem. Quod etiam dicit in Ægyptijs, *Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi vt eriperem eos*; non dixit, Vidi virtutem populi mei, neque eius mutationem ad id quod est melius, sed afflictionem & eorum clamorem exaudiui. Vides Patrem benignum & misericordem, qui solùm fert opem propter calamitates.

Sola inuocatio sufficit ad clementiam Dei impetrandam.

Exodi 3,7.

5. DE TRIBVLATIONE INVOCAVI DOMINVM.] ORIGENIS. Is qui angustam & arctam viam ingreditur, de tribulatione inuocat Dominum; qui verò latam, ne quidem inuocat. *Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit.*

Rom. 10, 13.

CHRYSOSTOMI. Iustus cùm in tribulatione fuerit, non tam obsecrat vt ab ea liber sit, quàm vt generosè atque hilariter eam sustineat. Etenim is qui in stadio contra aduersarios expeditus est, non optat à se certamen transire, ne expers certaminis sit, sed rogat pædotribam sibi opitulari, vt constanter sustineat ea quæ ab aduersario inferuntur, spem victoriæ ac coronæ habens.

Non detrectandum certamen, sed Dei auxilium implorandum.

7. DOMINVS MIHI ADIVTOR.] CHRYSOSTOMI. Vidisti mentis altitudinem? Vidisti magnum spiritum, qui ita humanam transscendit imbecillitatem, vt omnem naturam despiciat? Hæc non solùm decantemus, sed factis etiam ostendamus. Non dixit, *Nil patiar*; sed, *Non timebo quid faciat mihi homo.* Etiamsi patiar, inquit, non timeo. quod etiam Paulus ait: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

Rom. 8, 31.

ANONYMI. Adhuc docetur Christi

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

populus, vt expectet quidem insidias hominum, sed eas non formidet, neque animum despondeat, sed dicat, *Dominus mihi adiutor*, &c.

ALTERIVS. Vides vt se non vlciscatur, neque vindictam inferat, sed Deo illam committat.

Bonum est confidere in Deo.

8. BONVM EST CONFIDERE IN DOMINO.] EVSEBII. Non hæc dicit per comparationem: sed consueuit Scriptura vti hac figurâ in ijs etiam quæ non admittunt comparationem, propter imbecillitatem eorum qui tunc audiunt. Non hoc ergo dicit comparans, sed se ad illorum captum demittens. Et ideò alius quoque Propheta dixit: *Maledictus omnis qui sperat in homine:* nihil est enim eâ spe debilius. Spes autem in Deum non est solùm valida, verùm etiam tuta, vt quæ nullam habeat mutationem. *Respicite* enim, inquit, *ad antiquas generationes, & videte quis sperauerit in Dominum, & confusus est?*

Iet. 17, 5.

Eccli. 2, 11.

Quàm potens sit fiducia in Deum.

ANONYMI. Qui quidem Deo aduersantur, in seruitutem rediguntur; humanâ verò potentiâ extolluntur & humanis Principatibus: at qui Dei cultum elegerunt, Dei auxilio confidunt, illudque omni potentiâ potentius reperiunt, atque per solum nomen Domini præter visibiles etiam inuisibiles hostes vlciscuntur.

10. OMNES GENTES CIRCVMDEDERVNT ME.] ORIGENIS. Christo potiùs ab omnibus Gentibus oppugnato congruit hæc dicere. Multa sunt dogmatum genera quæ vir sanctus per sapientiam Dei vindicat, verbo sano illa euertens.

HESYCHII. Et quomodo vnum omnes Gentes circumdent? Sed omnes Gentes appellauit diuersas hominum vitas, quandoquidem Gentibus sint viuendi genera diuersa, quibus & ab inuicem distinguuntur. Iustum igitur etiam mali circumdant, vt auari, & inuidi, & superbi, & hypocritæ, communem inimicum ipsum reputantes, propter reprehensionem quam ex ipsius proba vita sustinent: verumtamen hic se de turba illa vindicat per nomen Dei. Nomen autem ipsi Christus, quod ad omnes insidias vindicandas satis est: illud enim & armatura, & scutum & custodia est illi qui gerit ipsum.

Iustum improbi circumdant.

ANONYMI. Hæc intelligi possunt de

λαός, προσδοκᾶν μὲν ἐπιβουλὰς ἀνθρώπων, μὴ πτήσσειν δὲ αὐτάς, μήδ' ἀγωνιᾶν, ἀλλὰ λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ὁρᾷς οὐκ αὐτὸν ἀμυνόμενον, οὐδὲ ἐπεξελθόντα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ παραχωροῦντα.

η'. ΑΓΑΘΟΝ ΠΕΠΟΙΘΕΝΑΙ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ κατὰ σύγκρισιν ταῦτα προάγει· ἀλλ' ἔθος τῇ γραφῇ τούτῳ κεχρῆσθαι τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσυγκρίτων, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν τότε ἀκουόντων. Οὐκ ἄρα συγκρίνων τοῦτό φησιν, ἀλλὰ συγκαταβαίνων ἐκείνοις. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἕτερος προφήτης ἔλεγεν· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον· οὐδὲν γὰρ εὐτελέστερον ταύτης τῆς ἐλπίδος. ἡ δὲ εἰς Θεὸν ἐλπὶς οὐκ ἰσχυρὰ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλὴς, οὐκ ἔχουσα μεταβολήν. Ἐμβλέψατε γάρ, φησιν, εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη;

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Οἱ μὲν πολεμοῦντες τῷ Θεῷ, δουλεύουσιν· ἀνθρωπίνῃ δὲ ἐπαίρονται δυνάμει καὶ ἀνθρωπίναις ἡγεμονίαις· οἱ δὲ Θεοῦ σέβας ἑλόμενοι, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ θαρσοῦνται, καὶ ταύτην ἁπάσης ἰσχύος ἰσχυροτέραν εὑρίσκουσι, καὶ δι' ὀνόματος τοῦ κυρίου μόνου πρὸς τοῖς ὁρατοῖς καὶ ἀοράτους πολεμίους ἀμύνονται.

ι'. ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ ΕΚΥΚΛΩΣΑΝ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Χριστῷ μᾶλλον ὑπὸ πάντων ἐθνῶν πολεμουμένῳ ἁρμόζει ταῦτα λέγειν. Πολλά ἐστι δογμάτων εἴδη ἅτινα ὁ ἅγιος τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀμύνεται, ἀνατρέπων ὑγιεῖ λόγῳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ πῶς τὸν ἕνα πάντα κυκλοῖ τὰ ἔθνη; ἀλλὰ πάντα ἔθνη τοὺς διαφόρους βίους τῶν ἀνθρώπων ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ διάφοροι βίοι τοῖς ἔθνεσιν, ὅθεν δὴ καὶ ἀπ' ἀλλήλων μερίζονται. τὸν δίκαιον τοίνυν καὶ οἱ πονηροὶ κυκλοῦσι, καὶ οἱ φιλάργυροι, καὶ οἱ βάσκανοι, καὶ ὑπερήφανοι, καὶ ὑποκριταὶ, κοινὸν ἐχθρὸν τὸν διὰ τὸν ἔλεγχον, τὸν ἐκ τῆς ἐκείνου δίαιτης νομίζοντες· ἀλλ' οὗτος τοῦτο τὸ πλῆθος ἀμύνεται τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ. ὄνομα δὲ αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ὅπερ εἰς ἄμυναν πάσης ἐπιβουλῆς ἀρκεῖ· αὐτὸ γὰρ ὅπλον, καὶ ἀσπὶς καὶ φρούριον τοῦ φοροῦντος αὐτὸ γίνεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δυνατὸν νοῆσαι τὰ προ-

προσκείμενα κυκλοῦσθαι τὸν σπουδαῖον ὑπὸ πνευμάτων πονηρῶν, ὑποβαλλόντων τοὺς σαρκὸς γαργαλισμοὺς καὶ τὰ ἄλλα πάθη μετὰ πάντων τῶν τῆς σαρκὸς ἔργων· ἔτι μὴν καὶ λόγους ἀθέους, ἀνασκευάζοντας σοφιστικῇ δυνάμει τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα. Ἀλλ' ὁ εὐτόνως καὶ ἰσχυρῶς διὰ τῆς τοῦ θεοῦ καθωπλισμένος προσηγορίας, ἀναστρέψει τὰ ἔθνη πάντα εἰς φυγὴν, τρέπων ἐσθότε καὶ ἀναιρῶν αὐτά.

Τοῦ ἄλλου. Προσδοκᾶν δὲ δεῖ μὴ ἅπαξ πολεμηθέντας παύσασθαι, καὶ λοιπὸν ἀνάπαυσιν κτήσασθαι κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἀλλὰ καὶ δεύτερον διωχθέντας μὴ ἀποναρκᾶν, μηδὲ ἐκχαυνεῖν, ἀλλ' ἐπιμένειν τῇ πεποιθήσει τοῦ ὀνόματος, οὗ ἕνεκεν τοὺς διωγμοὺς ὑπομένουσιν.

ιβ'. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι.] Ὠριγένους. Ποιεῖ τι γλυκὺ ἕκαστον τῶν δογμάτων τῶν ἐθνῶν, γλυκάζον καὶ τέρπον τὸν ἀκροατήν· διόπερ οἱ πρεσβεύοντες αὐτὰ ὡς μέλισσαί εἰσιν, ἀλλ' οὐ μέλισσαι. Καὶ κατὰ τὸν Σολομῶντα δὲ μέλι ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης· ἥτις ἐστι ψευδώνυμος γνῶσις· ὁ κολλώμενος πρὸς αὐτὴν, ἓν σῶμά ἐστιν αὐτῇ, ὡς ὁ τῷ κυρίῳ καὶ ἀληθεῖ λόγῳ ἓν πνεῦμα.

Ἀνωνύμου. Ὁμοιότητα φέρει πρὸς τὰς μελίσσας κηφήνων τὸ γένος· αὗται γὰρ εἰ καὶ μείζους τῶν μελισσῶν τῷ ὄγκῳ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ μελισσουργοῦσιν, οὐδὲ πλάττουσι κηρίον, οὐδ' ἂν κέντρον ἔχουσι, τὸ ἀλέξειν τὸν βλάπτειν ἐπιχειροῦντα τὸ κηρίον· ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ ἐσθίοντες τὸ μέλι, ἐκπολεμοῦσι κατ' αὐτὸ τὰς μελίσσας, ὡς χρησαμένας κατ' αὐτῶν τῷ ἰδίῳ κέντρῳ, σωρηδὸν ἀνελεῖν τοὺς κηφῆνας ὡς λυμαινομένους τῷ καρπῷ αὐτῶν. Ἔστι δ' οὖν πρὸς ἀλληγορίαν μελισσουργοῦσα καὶ κηροπλαστοῦσα μέλιττα ἡ τιμήσασα τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν Ἐκκλησία· ἧς ἐργάτιδος οὔσης ποθεινῆς τυγχανούσης καὶ ἐπιδόξου τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται, καίπερ οὔσης τῇ ῥώμῃ ἀσθενοῦς, τῷ τὸ κήρυγμα αὐτῆς μὴ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις εἶναι· ὅμως δὲ ἔχει τὸ κέντρον ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως θεοῦ, τὸν πίστεως τὸν λόγον ἔχουσα, ὡς καὶ ἀναιρεῖν κηφήνων δίκην τὰς αἱρέσεις, διχοτομοῦσα αὐτὰς ἐλέγχῳ τῆς ἀληθείας. Καὶ μία μὲν ἡ τιμήσασα τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ Ἐκκλησία, ὡς εἴρηται, δυνάμει θεοῦ τῶν πολεμούντων περιγινομένη· αἱ δὲ

viro probo à prauis spiritibus circumdato, qui ipsi carnis titillationes ceterasque passiones simul cum omnibus carnis operibus suggerunt: adhæc etiam impios sermones, qui sophisticâ vi veritatis dogmata subuertunt. Verùm qui constanter & validè per Dei inuocationem armatus est, Gentes omnes in fugam vertet, ipsas nonnumquam euertens & è medio tollens.

CATENA PATRVM.

ALTERIVS. Verùm cauendum est ne semel oppugnati cessent, & deinceps quietem capiant in hac vita præsenti: sed etiam secundò persecutionem passi ne torpeant, neque feruorem remittant, sed in huius nominis fiducia perseuerent, in cuius gratiam sustinent persecutiones:

Nulla in hac vita quies capessenda.

12. CIRCVMDEDERVNT ME SICVT APES.] ORIGENIS. Quodlibet dogma Gentilium dulce quid efficit, suauiter afficiens & oblectans auditorem: quapropter hi qui illa promulgant sunt velut apes, sed non apes. Secundùm Salomonem quoque *mel distillat à labijs mulieris fornicariæ:* quæ est falsi nominis scientia: qui adhæret illi, vnum corpus est cum ea, sicut is qui Domino veroque verbo adhæret, vnus spiritus est cum eo.

Prou. 5, 3.
1. Cor. 6, 16.

ANONYMI. Fucorum genus cum apibus similitudinem gerit: hi namque licet mole maiores sint apibus, verumtamen minimè mellificant, neque fauos conficiunt, neque stimulum habent, quo arceant eum qui fauo nocere molitur; è contra verò cùm mel comederint, ipsas apes oppugnant, tamquam quæ contra illos stimulo suo vtantur, ad fucos quippe fructui suo noxios confertim occidendos. Secundùm allegoriam itaque Ecclesia, quæ Dei sapientiam honorat, est apis mellificans fauosque conficiens: cuius operariæ desiderabilis & gloriosæ laboribus tam Reges quàm homines priuati salubriter fruuntur, tametsi robore infirma sit, eò quòd eius prædicatio *non sit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis;* attamen habet stimulum *in ostensione spiritus & virtutis* Dei, fidei verbum obtinens, quo hæreses fucorum instar interimat, dissecans eas argumento veritatis. Atque vna quidem est Ecclesia sapientiam Dei colens, quæ, vti dictum est, virtute Dei inimicos suos superat: quæ verò illi

Fucorum & apium differentia.

Orthodoxi sunt apes, hæretici verò fuci.

1. Cor. 2, 4.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

illi aduersantur non sunt apes, sed sicut apes, quas fucos nominans minimè aberrabis, vtpote fauum obsidentes, vt mel ipsi insitum absumant. *Et exarserunt sicut ignis in spinis.* Hæretici namque turpium quoque concupiscentiarum ignem accendunt; vti Paulus ait: *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere.* Spinas autem esse voluptates interpretatur Euangelium.

Ephes. 5. 12.
Lucæ 8, 14.

Describit vehementiam & furorem inimicorum.

Chrysostomi. Vidisti quomodo describit ærumnarum magnitudinem? Non enim dixit solummodò circumdederunt, sed tamquam apes & tamquam ignis in spinis. Per apes quidem promptitudinem & animi alacritatem, per spinas verò furorem intolerabilem, & inextinctum iræ ardorem, simul & vehementiam insidiarum & hostium imbecillitatem insinuans. Vehementiùs enim irruunt apes, totum furorem & venenum in stimulo gerentes, vnde etiam eodem abiecto interire perhibentur. Sic illi qui iniustas gerunt inimicitias, dum furorem suum contra nos effundunt, minimè interimunt, sed intereunt. Similiter & spinæ quidem asperæ sunt, sed igne in ipsas incidente consumuntur.

13. Impvlsvs eversvs svm vt caderem.] Hesychii. Impellunt nos in peccatum cogitationes quæcumque vergunt ad voluptates, & à firma legis statione auertentes, expeditos nos reddunt vt à dæmonibus deijciamur. Verùm si sobrij vigilantesque fuerimus, habebimus Deum protectorem: ipse enim & animam nostram confirmare eamque deijcere volentes persequi potest.

Deus fortitudo nostra.

14. Fortitvdo mea et lavdatio mea Dominvs.] Theodori. Quid est *Fortitudo mea & laudatio mea Dominus*? Ipse, inquit, factus est fortitudo mea & auxilium meum. *Quid est laudatio mea?* Gloria mea, commendatio mea, decus meum, meus splendor. Non solùm enim liberat à periculis, sed claros etiam facit & illustres.

Phil. 4, 13.

Origenis. Potens est sermo eius qui suscipit eum, per quem *omnia possum*, inquit Paulus, *in eo qui me confortat* Christo Iesu. Hic est sermo & laudatio, in quo est Theologia. Ceterùm hæc vox quoque martyris sit confidentis: *Fortitudo mea & laudatio mea Dominus.*

Anonymi. Ipsum igitur habemus &

ἀντικείμεναι οὐ μέλισσαι, ἀλλ᾽ ὡς μέλισσαι τυγχάνουσιν, ἃς εἶναι κηφῆνας λέγων οὐχ ἁμαρτήσεις, κυκλώσας ὡς κηρίον, ἐπὶ τὸ ἀναλῶσαι τὸ περὶ αὐτὸ μέλι. Καὶ ἐξεκαύθησαν ὡσεὶ πῦρ ἐν ἀκάνθαις. Ἐξάπτουσι γὰρ οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων καὶ τὸ τῶν αἰσχρῶν ἐπιθυμιῶν πῦρ· ἧ φησιν ὁ Παῦλος· τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. ἀκάνθας δὲ τὰς ἡδονὰς ἡρμήνευσε τὸ Εὐαγγέλιον.

Χρυσοστομου. Εἶδες πῶς διαγράφει τῶν δεινῶν τὸ μέγεθος; Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν ἐκύκλωσαν, ἀλλ᾽ ὡσεὶ μέλισσαι καὶ ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις. Διὰ τῶν μελισσῶν τὸ σφοδρὸν τῆς προθυμίας, διὰ δὲ τῶν ἀκανθῶν τὸ ἀφόρητον τοῦ θυμοῦ, καὶ τὸ ἄσβεστον τῆς ὀργῆς αἰνιττόμενος, ὁμοῦ καὶ τὸ σφοδρὸν τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς καὶ τὸ ἀσθενές. Σφοδρότερον γὰρ ἐπίασιν αἱ μέλισσαι, ὅλον τὸν θυμὸν ἐν τῷ κέντρῳ, καὶ τὸν ἰὸν κομίζουσαι. ὅθεν αὐτῇ καὶ τῇ ἀποβολῇ διαφθείρεσθαι λέγονται, οὕτως ἐπαφιέντες καθ᾽ ἡμῶν τὸν θυμὸν, οἱ ἀδίκως ἐχθραίνοντες, οὐ φθείρουσιν, ἀλλὰ φθείρονται. ὡσαύτως αἱ ἄκανθαι τραχεῖαι μέν εἰσιν, ἀλλὰ πυρὸς αὐταῖς ἐπελθόντος ἀναλίσκονται.

ιγ΄. Ωσθεις ανετραπην του πεσειν.] Ησυχιου. Ὠθοῦσιν ἡμᾶς εἰς ἁμαρτίαν ὅσοι τῶν λογισμῶν πρὸς τὰς ἡδονὰς ῥέπουσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἑδραίας τῆς ἐν τῷ νόμῳ στάσεως ἀναστρέψαντες, εὐχερεῖς εἰς τὸ καταβληθῆναι παρὰ τῶν δαιμόνων ἐργάζονται. ἀλλ᾽ ἐὰν νήφωμεν, ἕξομεν τὸν Θεὸν εἰς ἀντίληψιν· οὗτος γὰρ ἡμῶν καὶ τὴν ψυχὴν στηρίξαι καὶ τοὺς ἐθέλοντας καταβαλεῖν ἀποδιῶξαι δύναται.

ιδ΄. Ισχυς μου και υμνησις μου ο κυριος.] Θεοδωρου. Τί ἐστιν ἰσχύς μου καὶ ὕμνησις μου ὁ κύριος; ἡ δύναμίς μου, φησὶν, αὐτὸς ἐγένετο, καὶ ἡ βοήθειά μου. τί ἐστιν ἡ ὕμνησίς μου; ἡ δόξα μου, ὁ αἶνός μου, ὁ κόσμος μου, ἡ περιφάνειά μου. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπαλλάττει τῶν κινδύνων, ἀλλὰ καὶ λαμπροὺς ποιεῖ καὶ περιφανεῖς.

Ωριγενους. Ἰσχὺς ὁ λόγος ἀναλαμβάνοντος αὐτὸν, δι᾽ ὃν πάντα ἰσχύω, φησὶν ὁ Παῦλος, ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ Ἰησοῦ. οὗτος ὁ λόγος καὶ ὕμνησίς ἐστιν, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ θεολογία. Καὶ θαῤῥοῦντος δὲ μάρτυρος εἴη ἡ φωνή· ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ κύριος.

Ανωνυμου. Αὐτὸν τοίνυν ἔχομεν καὶ δυνά-

Digitized by Google

δύναμιν, καὶ νίκην, καὶ πηγὴν ὑμνῳδίας· παρ' αὐτοῦ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες, μετ' εὐθυμίας τὸν ὕμνον προσφέρομεν.

Τοῦ ἄλλου. Γινόμενος εἰς σωτηρίαν ὁ κύριος οὐκ ἀρχὴν ὑπάρξεως δέχεται· ἀΐδιος γὰρ καὶ αἰώνιός ἐστι. γίνεται δὲ εἰς σωτηρίαν κατὰ τὸ ἀναλαμβάνειν σχέσιν τὴν πρὸς τοὺς σωζομένους. Ὅθεν πάντα τὰ γεγονέναι Χριστὸν λεγόμενα, ταῦτα ὑποβάλλεται τῇ διανοίᾳ. οὐ γὰρ γέγονε Θεὸς λόγος, οὐκ ἀλήθεια, οὐ σοφία, οὐχ υἱός, ἀλλὰ γέγονεν ἡμῖν σοφία, οὐχ ἁπλῶς γινόμενος σοφία· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἡμῖν καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμός, καὶ ἀπολύτρωσις· ὢν γὰρ ἁπλοῦς καὶ ἀΐδιος, ταῦτα ἡμῖν γεγονέναι κατὰ ἀναφορὰν τὴν πρὸς ἡμᾶς λέγεται. οὕτω καὶ Χριστὸν καὶ κύριον πεποίηκεν αὐτὸν ὁ Θεός· Χριστὸν μέν, τουτέστι βασιλέα καὶ ἱερέα, τοῖς βασιλευομένοις, καὶ τοῖς ὑπὲρ ὧν προσάγει τὰς θυσίας· ἀλλὰ καὶ τοῖς δουλεύειν ἐθέλουσιν αὐτῷ κύριον. καὶ καθόλου τὰ σχετικῶς περὶ αὐτοῦ λεγόμενα οὕτω διανοούμενος, οὐκ ἀσεβήσεις.

ιέ. ΦΩΝΗ ΑΓΑΛΛΙΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΑΣ.] Ὠριγένους. Τοῦ δικαίου πάντοτε χαίροντος, καὶ ὁμοίως τοῖς πατράσιν ἐν σκηναῖς τυγχάνουσι, φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐστίν.

Ἡσυχίου. Ὅταν γὰρ Θεὸς κατορθώσῃ τὸ πᾶν, οἱ τῆς νίκης ἀπολαύοντες χαίρουσι, σκιρτῶσι, διπλῇ χαιρόμενοι, καὶ τῷ διασωθῆναι, καὶ τῷ διὰ Θεοῦ σωθῆναι. τοῦτο ποιεῖ τὴν εὐφροσύνην ὁ τὸ τρόπαιον στήσας. εἶτα δεικνὺς τῆς συμμαχίας τῆς τοιαύτης τὴν ἀφορμήν φησιν, ἐν σκηναῖς δικαίων. οὐκ εἶπεν οἰκίαις, ἀλλὰ σκηναῖς, τὸ ἐσχεδιασμένον τῆς οἰκήσεως αὐτῶν παραστῆσαι βουλόμενος.

Θεοδώρου. Τοῦτο ἂν εἴποι τις εἶναι τροφὴν τῶν μελλόντων ζήσεσθαι τὴν ἐλπιζομένην ζωήν, τοὺς διηνεκεῖς ὕμνους, καὶ τὴν ἀνωτάτω θεωρίαν, ἣν ἄγγελοι τρέφονται.

Εὐσεβίου. Ἐπειδὴ τῶν δικαίων αἱ σκηναὶ φιλοξενίαν ἔχουσι καὶ εὐχαριστίαν τὴν εἰς Θεόν, οὐδὲν εἰς αὐτὰς ἐξ ἀδικίας συλλέγεται, οὐδεὶς ἐκεῖ πρὸς ἀνάγκην δουλεύει, εἰκότως ἀγαλλιάσεως ἐκεῖ φωνὴ καὶ σωτηρίας ἀκούεται. ἔνθα γὰρ τὰ τῆς δικαιοσύνης κατορθώματα, ἐκεῖ πάντα ὅσα πρὸς τὴν ὄντως ἀγαλλίασιν καὶ σωτηρίαν, ἐν αὐτοῖς ὥσπερ θεωρεῖται τοῖς πράγμασιν.

potentiam, & victoriam, & fontem laudis: ab ipso enim bona consecuti, cum lætitia laudis hymnum offerimus.

CATENA PATRVM.

ALTERIVS. Dominus qui factus est in salutem existendi initium non admittit: perpetuus enim & æternus est. Fit autem in salutem secundùm quod induit affectum erga illos qui saluantur. Vnde menti obijcitur, dicta omnia Christum factum esse. Non enim factus est Deus Verbum, non veritas, non sapientia, non Filius, sed *factus est nobis sapientia*, non simpliciter factus sapientia; sed id ipsum nobis *& iustitia, & sanctificatio, & redemptio:* nam cùm simplex & perpetuus esset, hæc nobis factus dicitur per relationem ad nos. Sic etiam Christum & Dominum fecit eum Deus: Christum quidem, id est Regem ac Sacerdotem, ijs qui ab ipso reguntur, & pro quibus offert sacrificia; sed & Dominum ijs qui ipsi seruire volunt. Et vniuersim ea quæ studiosè de ipso dicta sunt hoc modo intelligens, nequaquam impiè senseris.

Quomodo Deus fiat nobis in salutem.

1. Cor. 1, 30.

15. VOX EXVLTATIONIS ET SALVTIS.] ORIGENIS. Iusti semper gaudentis, & eorum qui more Patrum in tabernaculis versantur, vox exultationis & salutis est.

Exultatio est in tabernaculis iustorum.

HESYCHII. Quando enim Deus vniuersum consummauerit, hi qui victoriâ fruuntur gaudent, exultant, duplici lætitiâ affecti, & quòd seruati sint, & quòd per Deum seruati. Lætitiæ causa est is qui trophæum erexit. Deinde ostendens quidnam eum impulerit ad hoc auxilium ferendum subiunxit, *In tabernaculis iustorum.* Non dixit in domibus, sed in tabernaculis, volens ostendere extemporalem eorum habitationem.

THEODORI. Talem vtique cibum dixerit quis esse illorum qui speratam vitam victuri sunt, nempe laudes perpetuas, & supernam illam contemplationem quâ Angeli reficiuntur.

EVSEBII. Cùm iustorum tabernacula prædita sint hospitalitate & gratitudine erga Deum, nihil in illis ex iniquitate colligatur, nemo ibi seruiat ex necessitate, iure merito illic auditur vox exultationis & salutis. Vbi enim sunt iustitiæ proba facta, ibidem sunt omnia quæ ad veram exultationem & salutem spectant, vti in rebus ipsis conspicitur.

CATENA PATRVM.

Quæ sint tabernacula iustorum.

Lucæ 16, 9.

ANONYMI. Porrò tabernacula iustorum intelliges eas quæ apud Patrem sunt mansiones, secundùm expositionem Euangeliorum; de quibus Saluator ait: Quando defecerit (scilicet mammona) recipient vos in æterna tabernacula. In hisce tabernaculis omnes iusti sunt exultantes, quoniam expectata bona consecuti sunt. Vnde præclarè dictum est illud, *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum*, cùm aufugerit tristitia & gemitus, inimicis deletis, pace deinceps obtinente, atque Dei tabernaculis, id est Ecclesijs, toto terrarum orbe erectis. Vox, inquit, intus auditur in Ecclesijs, ijs qui saluandi sunt exultantibus.

Quid per Dei dexteram intelligatur.

16. DEXTRA DOMINI FECIT VIRTVTEM.] ATHANASII. Dexteram autem alius quidem bonam actionem vocat, alius verò vnigenitum Verbum Patris.

THEODORI. Hæc enim dextera & populum suum confortauit tempore persecutionum, & eadem cùm inimicos Domini humiliasset, ipsum populum exaltauit: eadem etiam virtutem indidit ijs qui priùs expugnabantur, ne spiritali morte succumberent, sed viuerent Deo.

Dextera Domini cur ter repetatur.

ANONYMI. Hoc loco manifestè introduxit mysterium Trinitatis tertiò nominans Domini dexteram: sic enim tres hypostaseon personas insignit, quandoquidem clarè etiam tres aliquas circa nos Dei dispensationes induxit, quas ex sermone hoc intelligere & contemplari oportuit. Fecit enim virtutem cùm accepit puluerem de terra, & secundùm propriam similitudinem formauit hominem. Alteram virtutem fecit cùm exaltauit semetipsum, & consuscitauit sibi, & consedere fecit in dextera in cælestibus, quemadmodum Paulus ait. Tertiam denique virtutem fecit, quando dedit illis dona Spiritus, è quibus sunt gratiæ curationum, operationes virtutum, protectiones, gubernationes, genera linguarum; ita vt quilibet dicat, *Omnia possum in eo qui me confortat Christo.* Hæc sui participem exaltat, & sublimem reddit, vtpote illustriorem; & magis à dextera Domini confortatum, ita vt altera vice dicat, *Dextera Domini fecit virtutem.*

Gen. 1. — *Ephes. 1, 20.* — *1. Cor. 12, 10.* — *Philip. 4, 13.*

In quibus Deus virtutem faciat.

ALTERIVS. Facit autem virtutem in dextera eius, in omni illo qui dextera sapit

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σκηνὰς δὲ δικαίων νοήσεις τὰς παρὰ τῷ Πατρὶ μονὰς, κατὰ τὴν ἀπόδοσιν τῶν Εὐαγγελικῶν· περὶ ὧν ὁ σωτὴρ φησίν· ὅταν ἐκλίπῃ (δηλονότι ὁ μαμωνᾶς) δέξονται ἡμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. ἐν ταύταις ταῖς σκηναῖς πάντες οἱ δίκαιοί εἰσιν ἀγαλλιώμενοι, τετυχήκασι γὰρ τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν. ὅθεν καλῶς εἴρηται, φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἐν σκηναῖς δικαίων, ἀποδράσης λύπης καὶ στεναγμοῦ, ἀπολωλότων τῶν ἐχθρῶν, εἰρήνης τε λοιπὸν διαλαβούσης, καὶ τῶν σκηνῶν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῶν ἐκκλησιῶν, αὐτοῦ καθόλου τῆς οἰκουμένης διεγηγερμένων. φωνή, φησιν, ἔνδον ἀκούεται ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τῶν σεσωσμένων ἀγαλλιωμένων.

ιϛ. ΔΕΞΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δεξιὰν δὲ ὁ μὲν τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐνέργειάν φησιν, ὁ δὲ τὸν μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Λόγον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Αὕτη γὰρ ἡ δεξιὰ καὶ ἐνεδυνάμωσε τὸν ἑαυτῆς λαὸν κατὰ τὸν τῶν διωγμῶν καιρόν, αὕτη καὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ κυρίου ταπεινώσασα, αὐτὸν ὕψωσε τὸν λαόν· αὕτη καὶ δύναμιν περιεποιήσατο πρότερον πολεμουμένοις, ὥστε μὴ ὑποπεσεῖν τῷ κατὰ ψυχὴν θανάτῳ, ἀλλὰ ζῆσαι τῷ Θεῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σαφῶς ἐνταῦθα τὸ μυστήριον τῆς Τριάδος ἐπήγαγε τρίτον ἐπονομάσας τὴν τοῦ κυρίου δεξιάν· οὕτω γὰρ τὰ τρία χαρακτηρίζει τῶν ὑποστάσεων πρόσωπα, ἐπειδὴ σαφῶς καὶ τρεῖς τινὰς ἐφ' ἡμῖν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας εἰσήγαγεν, ἃς ἐπιστῆσαι τῷ λόγῳ καὶ θεωρῆσαι προσῆκεν. Ἐποίησε γὰρ δύναμιν λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ποιήσας κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸν ἄνθρωπον. Ἐποίησεν ἑτέραν δύναμιν ὑψώσας ἑαυτόν, καὶ συνεγείρας ἑαυτῷ, καὶ συγκαθίσας ἐν δεξιᾷ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὥσπερ ὁ Παῦλος ἔλεγεν. Ἐποίησε δύναμιν τρίτην αὖθις, δωρεὰς αὐτοῖς δεδωκὼς τοῦ πνεύματος, ἐξ ὧν χαρίσματα ἰαμάτων, ἐνεργήματα δυνάμεων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν· ὡς ἕκαστον φάναι, Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. αὕτη τὸν μετέχοντα ὑψοῖ, καὶ μετεωρίζει, ὡς φαιδρότερον, καὶ μειζόνως ὑπὸ τῆς δεξιᾶς κυρίου δυναμωθέντα, καὶ δεύτερον εἰπεῖν, δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ποιεῖ δὲ δύναμιν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, ἐν παντὶ τῷ δεξιὰ φρονοῦντι

καὶ

Digitized by Google

καὶ κρατῦνει· ἀλλὰ καὶ ὑψοῖ αὐτόν, ὡς καὶ δευτέραν γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τῆς προτέρας δυνάμεως δύναμιν, ἐφ' ᾗ ἀθανασίαν κεκτημένος ἐρεῖ τό, οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι. Οὐκέτι, φησί, τεθνήξομαι τὸν ἑπόμενον τῇ κακίᾳ θάνατον, ἀλλὰ ζήσομαι, μὴ μετασχὼν τῆς ἐναντίας τοῦ πονηροῦ θανάτου ζωῆς, ἐπὶ τῷ διηγήσασθαι τὰ θεοῦ εἰς ἐμὲ γινόμενα θαυμαστὰ ἔργα.

Ευσεβιου. Εἴ τις κατ' ἀναγωγὴν ἐκλάβοι τοῦτο εἰρημένον, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦτο εἴρηται. τὸ γὰρ οὐκ ἀποθανοῦμαι δηλωτικόν ἐστιν ὅτι οὐδὲ ὁ θάνατος θάνατος. καὶ καθ' ἕτερον, πάλιν οὐκ ἀποθανοῦμαι τὸν ἕτερον θάνατον· καθώς φησιν ὁ Χριστός, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ.

Ησυχιου. Τοῦτο μάλιστα ζωὴ τὸ καὶ αὐτὸν αἰνεῖν, καὶ εἰς ἅπαντας ἐξαγγέλλειν αὐτοῦ τὰ θαύματα. ποῖα ἔργα, εἰπέ μοι; ταῦτα ἃ μέλλει διηγεῖσθαι.

ιη'. Παιδευων επαιδευσε με ο κυριος.] Θεοδωρου. Ὅτι μὴ εἰς ἄχρηστον οἱ διωγμοί, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ δοκιμῇ τῶν πειρασμῶν γεγόνασι διδάσκει, λέγων· Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος. ἔγνων γάρ, φησι, τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἐκ θεοῦ μοι παρασχεθεῖσαν δύναμιν οὐκ ἠγνόησα· ἐπαιδεύθην δὲ ὁποία τίς ἐστιν ἡ δεξιὰ τοῦ κυρίου, ἡ τοὺς πολεμίους ταπεινώσασα.

Ευσεβιου. Ὁ παιδείᾳ θείᾳ, καὶ πάνυγε ὠφελίμως, ὑπὸ τοῦ κυρίου παιδευόμενος, ἄριστος τὴν γνώμην καὶ τὴν πρᾶξιν ὤν, οὐκ ἐμπίπτει εἰς τὸν θάνατον τὸν κρατοῦντα τῶν ἁμαρτανόντων. Ἐπὶ γὰρ ἀπαιδεύτοις συναντᾷ θάνατος· ὁ παιδείᾳ δὲ ὑπὸ κυρίου παιδευόμενος, οὐ παραδίδοται τῷ θανάτῳ τῷ παραλαμβάνοντι τοὺς παραδεδομένους πάθεσιν ἀτιμίας καὶ ἀδοκίμῳ νῷ.

Διδυμου. Καὶ τίνος ὅλως χάριν ἐπαίδευσεν; ἐπειδὴ ὃν ἀγαπᾷ παιδεύει. ὡς υἱοῖς γὰρ ἡμῖν (καθά φησιν ὁ Παῦλος) προσφέρεται. καὶ πῶς δῆλον, ἐρεῖς, ἀγαπῶν, παιδεύει τὸν δίκαιον; ἐπειδὴ τῷ θανάτῳ οὐ παραδίδωσιν· οὐ συγχωρεῖ γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ καταπονηθῆναι, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ παρέχει καὶ τὴν ἔκβασιν.

Χρυσοστομου. Εἶδες τὴν παραδοξοποιΐαν; εἶδες τὸ χρήσιμον; οὐ γὰρ δὴ μόνον ὅτι ἀπαλλαγεὶς εὐχαριστεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐνέπεσε χάριν οἶδε

CATENA PATRVM.

& agit: quin etiam exaltat eum, ita vt etiam secunda in ipso fiat virtutis virtus, in qua immortalitatem obtinens dicet istud, *Non moriar, sed viuam.* Non ampliùs, inquit, moriar morte illâ quæ sequitur malitiam, sed viuam, nullo modo particeps vitæ quæ prauæ morti aduersatur, vt enarrem mirabilia Dei opera quæ in me facta sunt.

Evsebii. Si quis id quod dictum est anagogicè acceperit, etiam de resurrectione hoc dictum fuerit. Nam illud *Non moriar* est declarantis mortem non esse mortem. Et secundùm alium, Iterùm non moriar alterâ morte; sicut Christus ait, *Qui credit in me, non morietur.*

Ioan. 11, 26.

Hesychii. Hoc est maximè vita ipsum laudare, & omnibus annuntiare miracula eius. Qualia opera, dic mihi? Hæc quæ enarraturus est.

18. Castigans castigavit me Dominvs.] Theodori. Docet persecutiones minimè inutiles, sed propter vtilitatem & probationem tentationum accidisse, dicens: *Castigans castigauit me Dominus.* Cognoui enim, inquit, meam ipsius imbecillitatem, & virtutem à Domino mihi concessam non ignoraui; sed edoctus sum qualis esset dextera Domini, quæ hostes humiliauit.

Persecutionum magna vtilitas.

Evsebii. Is qui diuina castigatione, idque admodum vtiliter, à Domino castigatus est, cùm optimâ mente atque actione præditus sit, minimè incidit in mortem quæ capit peccatores. Nam non castigatis mors occurrit: sed qui castagatione Domini emendatus est, non traditur morti isti quæ apprehendit illos *qui traditi sunt in passiones ignominiæ ac reprobum sensum.*

Castigatio Dei ad vitam vtilis.

Rom. 1, 26.

Didymi. Et cur omnino castigauit? Quia *quem diligit castigat.* Tamquam filijs enim (vt Paulus ait) hoc nobis prodest. Et vnde, inquies, clarum fit, quod diligens iustum castiget? Quia nimirum morti non tradit: non siuit enim ipsum ab inimico conculcari, sed *prabet etiam cum tentatione prouentum.*

Hebr. 12, 6.

1. Cor. 10, 13.

Chrysostomi. Vidisti quàm admiranda fecerit? Vidisti quæ ex eis vtilitas sit? Non solùm enim agit gratias quòd fuerit liberatus, sed etiam quòd ceciderit maximum agnoscit

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

beneficium, & dicit lucrum tentationis: quodnam porrò hoc? *Castigans castigauit me Dominus*, inquit. Hæc est vtilitas periculorum, quòd eum reddiderint meliorem. Vidisti vtrimque eius potentiam & curationem; & quòd permiserit vt apprehenderetur à malis, & quòd eum rursus liberauerit? *Morti* enim, inquit, *non tradidit me*. Nam totum positum erat in potestate eius: quamobrem duplicem lucrifecit salutem, nempe liberationem à malis, & liberationem à vitio. Quapropter dicebat Paulus Hebræis scribens: *Si autem extra disciplinam estis, adulterini ergo estis, & non filij*.

Hebr. 12, 8.

19. APERITE MIHI PORTAS IVSTITIÆ.] ORIGENIS. Quemadmodum iustitiæ, quæ vna est ex virtutibus, portæ sunt actiones eius, ita erunt etiam portæ prudentiæ, & temperantiæ, & fortitudinis ac virtutum ceterarum, apertæ quidem probo, sed clausæ improbo. Sunt namque etiam vitiorum portæ apertæ quidem peruerso per vitiosas actiones, sed clausæ in viro morigerato. Fortè verò etiam aliter, propter illud, *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales*, singulæ virtutes sint portæ æternales ad mansiones æternas, per quas viri probi bonis suis actionibus similiter ingredientur. Saluatorem autem oportuit per omnes egredi, eleuatas & magnificatas pro dignitate magnitudinis Christi. Omnes enim assumpsit secundùm dignitatem primogeniti omnis creaturæ. Et considera, num sicut Saluatori tolluntur & attolluntur, ita & vnicuique secundùm dignitatem vel tollantur & attollantur, vel ponantur, & non attollantur. Porrò hæ portæ sunt etiam animatæ ac viuæ, quocircà ipsis dicitur, *Eleuamini*. Et fortassis principes ac portæ mortuæ dicunt illud: *Quis est iste Rex gloriæ?* Sunt quidem hæ quoad multos portæ iustitiæ, sed quænam illa solius Domini porta? Portas itaque iustitiæ vocat diuersas virtutis species; per illas enim Deum vniuersorum dignè possumus celebrare. Atque hoc manifestiùs declarauit per ea quæ subiunguntur: nam quasi responsionem quamdam tradit dicens, *Hæc porta Domini*.

Quæ sint virtutum portæ.

Psal. 23, 7.

Psal. 23, 8.

THEODORI. Iis qui castigantur portæ aperiuntur, ijs qui peccata deponunt. Qui disciplinam suscepit poterit confidenter di-

μεγίστην, καὶ λέγει τὸ κέρδος τοῦ πειρασμοῦ· ποῖον δὴ τοῦτο; Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος, φησί. τοῦτο τῶν κινδύνων τὸ χρήσιμον, ὅτι βελτίονα ἀπειργάσαντο. εἶδες ἑκατέρωθεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν κηδεμονίαν· καὶ τῷ ἀφεῖναι τοῖς δεινοῖς ἐναπομεῖναι, καὶ τῷ πάλιν ἀπαλλάξαι; τῷ γὰρ θανάτῳ, φησὶν, οὐ παρέδωκέ με. Ἐν γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τὸ πᾶν ἔκειτο· ὥστε διπλῆν ἐκέρδανε σωτηρίαν, τήν τε ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν, τήν τε ἀπαλλαγὴν τῆς κακίας. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν Ἑβραίοις γράφων· εἰ γὰρ ἐκτός ἐστε παιδείας, φησὶν, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί.

ιθʹ. ΑΝΟΙΞΑΤΕ ΜΟΙ ΠΥΛΑΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὥσπερ δικαιοσύνης, μιᾶς τῶν ἀρετῶν, εἰσὶ πύλαι αἱ κατ' αὐτὴν πράξεις, οὕτως εἶεν ἂν καὶ φρονήσεως πύλαι, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, ἀνεῳγμέναι μὲν ἐν τῷ σπουδαίῳ, κεκλεισμέναι δὲ ἐν τῷ φαύλῳ. εἰσὶ μέντοιγε καὶ τῶν κακιῶν πύλαι ἀνεῳγμέναι μὲν τῷ φαύλῳ διὰ τῶν κατὰ κακίαν πράξεων, ἀποκεκλεισμέναι δὲ ἐν τῷ ἀστείῳ. μήποτε δὲ καὶ ἄλλως, διὰ τὸ, Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, εἰσὶ πύλαι εἰς τὰς αἰωνίους μονὰς, ἑκάστη τῶν ἀρετῶν αἰώνιοι, δι' ὧν καταλλήλως εἰσελεύσονται ταῖς πράξεσιν ἑαυτῶν οἱ σπουδαῖοι. τὸν δὲ σωτῆρα ἔχρῆν διὰ πασῶν ἐξελθεῖν, ἐπαιρομένων καὶ μεγαλυνομένων ἀξίως τοῦ μεγέθους Χριστοῦ. πάσας γὰρ ἀνέλαβε κατ' ἀξίαν τῆς ὑποστάσεως πρωτοτόκου πάσης κτίσεως. Καὶ σκόπει, εἰ ὥσπερ τῷ σωτῆρι αἴρονται καὶ ἐπαίρονται, οὕτω κατ' ἀξίαν ἑκάστου ἢ αἴρονται καὶ ἐπαίρονται, ἢ τίθενται, καὶ οὐκ ἐπαίρονται. εἰσὶν δὲ καὶ ἔμψυχοι καὶ ζῶσαι αὗται αἱ πύλαι, διὸ λέγεται αὐταῖς, τὸ ἐπάρθητε. Καὶ τάχα οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ πύλαι θανόμεναι φασὶν τό· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; εἰσὶ μέντοιγε αἱ μὲν ὑπὸ πολλοὺς πύλαι δικαιοσύνης, ἡ δὲ τίς μόνου τοῦ κυρίου πύλη; πύλας οὖν δικαιοσύνης τὰς διαφόρους τῆς ἀρετῆς ἰδέας καλεῖ· δι' ἐκείνων γὰρ δυνατὸν ἀξίως ὑμνῆσαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Καὶ τοῦτο σαφέστερον διὰ τῶν ἐπιφερομένων ἐδήλωσεν· οἷον γάρ τινα ἀπόκρισιν δίδωσιν λέγων, Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῖς παιδευομένοις αἱ πύλαι ἀνοίγονται, τοῖς ἀποτιθεμένοις τὰ ἁμαρτήματα. ὁ παιδευθεὶς μετὰ παῤῥησίας δυνήσεται

λέγειν·

Digitized by Google

λέγων· Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης. καὶ γὰρ καὶ κατ' ἀναγωγὴν ἐκληπτέον τὸ εἰρημένον, καὶ πύλας τὰς τῶν οὐρανῶν νοητέον, αἳ τοῖς πονηροῖς εἰσι κεκλεισμέναι, ἃς δεῖ κρούειν διὰ τῆς ἀρετῆς, δι' ἐλεημοσύνης, διὰ δικαιοσύνης.

Διδυμου. Τὸ μὲν οὖν γενικὸν ὄνομα τῶν ἀρετῶν τῇ δικαιοσύνῃ προσγράφεται· κατ' εἶδος δὲ λοιπὸν διαιρῶν τις εἴποι ἀναλόγως τὸ, ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, καὶ πύλας φρονήσεως καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ Θεὸν πράξεων. Ἐπειδὰν δὲ διὰ πασῶν παρέλθῃ τῶν πυλῶν, λοιπὸν ἐπὶ τὸ τέλος τῶν, ὡς ἂν εἴποι, τις ἐνδοτάτων ἁγίων ἐλθὼν, οὐκέτι πολλὰς, ἀλλὰ μίαν ὄψεται πύλην τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου, δι' ἧς πάντες εἰσελεύσονται δίκαιοι.

Ανωνυμου. Τοῦ δὲ ὀνόματος τῆς δικαιοσύνης ἀλληγορουμένου, καὶ πάσης τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὰς πύλας αὐτὰς τὰς ἰδικὰς ἀρετὰς λεκτέον, εἰς ἃς εἰσέρχονται οἱ διὰ ἀσκήσεως καὶ ἐπιμελείας τῆς περὶ αὐτῶν κρούοντες αὐτάς· εἰσέρχονται δὲ ἐπὶ τὸ ἐξομολογήσασθαι ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν ἔξω τῶν πυλῶν τῆς δικαιοσύνης ὄντες. εἰσέρχεσθαι δὲ οὐ δι' αὐτῶν, ἀλλ' εἰς αὐτάς φησιν. Οὐδὲ γὰρ ὑπερβατέον τὰς ἐνεργείας τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ προσδιατριπτέον αὐταῖς.

Του αλλου. Πύλαι δικαιοσύνης αἱ τῶν θεοφόρων διδασκαλίαι τυγχάνουσι· πρὸς γὰρ τὴν ὄντως δικαιοσύνην αὐτὴν λαβοῦσαι χειραγωγοῦσι τὸν ἄνθρωπον.

κ'. Αυτη η πυλη του κυριου.] Ωριγενους. Εἴποι δ' ἄν τις ταύτην τὴν ὑστάτην καὶ τελευταίαν, ἧς ἐπέκεινα μηκέτι οἷόν τε εἶναι προσελθεῖν. Ὑστάτη δὲ πύλη τοῦ κυρίου ἡ θεωρία ἂν εἴη αὐτοῦ· κατὰ τὸ, Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ Θεὸν ὄψονται.

Αθανασιου. Ἡ ἐσχάτη πύλη καὶ μία ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ εἰπών· Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, ὡς τῆς ἀρετῆς ποδηγὸς καὶ διδάσκαλος. Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ἡ θύρα τῶν προβάτων· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει. τοῦτο γοῦν κἀνταῦθα ὁ προφητικός ἔφη λόγος.

Ησυχιου. Πύλαι πάλαι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, δι' ὧν εἰσῄει πρὸς Θεὸν ὁ Ἰσραήλ. Πύλη δὲ νῦν ἡ πίστις, δι' ἧς οἰκειότερον νῦν προσαγόμεθα, μαρτυρούμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν.

Ανωνυμου. Διὰ δὴ τοῦτο; ἐπειδὴ πολ-

cere: *Aperite mihi portas iustitiæ.* Hoc dictum enim sumendum est anagogicè, & cælorum portæ sunt intelligendæ, quæ sunt clausæ improbis, quæ sunt pulsandæ per virtutem, per eleëmosynam, per iustitiam.

CATENA PATRVM. *Matth. 25.*

Didymi. Generale igitur virtutum nomen iustitiæ attribuitur; secundùm speciem autem quis eas diuidens conformiter dixerit, *Aperite mihi portas iustitiæ*, & portas prudentiæ ac ceterarum actionum diuinarum. Postquam autem per omnes portas transierit, ceterùm ad finem intimorum, vt ita quis dixerit, sanctorum finem perueniens, non ampliùs multas, sed vnam videbit portam ipsius Domini, per quam omnes iusti ingredientur.

Iustitia nomen generale omnium virtutum.

Anonymi. Nomine autem iustitiæ allegoricè accepto, omnis virtutis moralis portæ dicendæ sunt ipsæ virtutes particulares, in quas ingrediuntur hi qui per earumdem exercitationem studiumque ipsas pulsant: ingrediuntur autem ad confitendum ea quæ egerant extra portas iustitiæ existentes. Dicit autem illos ingredi non per eas, sed in eas. Virtutum enim operationes minimè transgrediendæ sunt, sed illis immorandum est.

Alterivs. Portæ iustitiæ sunt deiferorum virorum doctrinæ; siquidem hominem apprehendentes ad veram iustitiam ipsum deducunt.

20. Hæc porta Domini.] Origenis. Possit autem quis dicere hanc esse vltimam & postremam portam, vltra quam non liceat ampliùs progredi. Vltima autem porta Domini fuerit eius contemplatio; iuxta illud, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Matth. 5. 8.

Athanasii. Postrema porta & vnica est Dominus noster Iesus Christus, qui ait: *Ego sum ostium*, vtpote virtutis dux & magister. *Ego* enim, inquit, *sum ostium ouium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Idem igitur etiam hic Propheticus sermo dixit.

Christus est porta cæli. *Ioan. 10, 9.* *Ibid.*

Hesychii. Portæ olim erant Lex & Prophetæ, per quas Israël ad Deum ingrediebatur. Modò autem porta est Fides, per quam magis propriè nunc adducimur, Legis ac Prophetarum testimonio fulsulti.

Anonymi. Ad quid hoc? Quia multæ

Digitized by Google

CATENA PATRVM. *Quod sit signum portæ Domini.* Matth. 7, 14. *Cæli via arcta est.* Ioan. 14, 6.

portæ sunt siue perditionis, siue vitæ, tradit signum portæ Domini. Quocircà ait: *Hæc porta Domini.* Illæ enim non sunt Domini. Atque insigne eius est, quòd castigati ingrediantur per eam. Est enim arcta & angusta, & qui sunt afflicti per eam ingrediuntur. Alia verò lata est & spatiosa. Non enim est, non est inquam alius modus ad Dei ac Patris notitiam perueniendi, nisi per hunc eumdem quem dixit Christus: *Nemo* enim, inquit, *venit ad Patrem nisi per me.* Ingredimur igitur in familiaritatem tamquam ad Deum, quin imò in Regnum cælorum per Saluatorem nostrum Iesum Christum, tamquam per ostium quoddam vel portam.

Christus lapis à Iudæis reprobatus. Lucæ 20, 17. Ioan. 8. Ioan. 7.

22. LAPIDEM, QVEM REPROBAVERVNT ÆDIFICANTES.] ORIGENIS. Hæc sententia refertur ad Christum: ipse enim in Euangelijs hanc Prophetiam citat dicens: *Numquam legistis; Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Ædificantes autem hîc dicit Iudæos, Scribas & Pharisæos, quandoquidem reprobarunt ipsum dicentes: *Samaritanus es, & dæmonium habes.* & rursus: *Hic non est ex Deo, sed seducit turbam.*

Isaiæ 28. *Christus lapis angularis.*

EVSEBII. Angularem ipsum nominauit Isaias, & electum, ac pretiosum lapidem, eò quòd in vnum angulum duas domos coniunxerit. Fuerit autem viuus, sicut etiam reuerà electus lapis Dei Filius, qui Dei ædificium conuertit, ac duos angulos, scilicet vetus ædificium ex circumcisione, & nouum ex Gentibus, in vnum angulum coniungens. Hunc igitur lapidem illi de circumcisione olim priùs ædificantes Scribæ ac Legis Doctores, & Principes sacerdotum, à semetipsis reiecerunt ac reprobarunt: quod vtique factum est initium & caput anguli alterius Ecclesiæ ex Gentibus, & factum est à Christo munus ipsi maximum gratissimumque.

Dan. 2, 34. Isaiæ 28, 16. Hab. 2, 12.

ANONYMI. Hunc lapidem nobis Isaias & Daniel insinuant: hic quidem dicens, *De monte abscissus est lapis sine manibus*; ille verò, *Ecce mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honorabilem; & qui crediderit in illum non confundetur.* Hunc Iudæorum Pharisæi & Scribæ (de quibus dictum est: *Væ qui ædificant ciuitatem in sanguinibus & in iniqui-*

λαὶ αἱ πύλαι εἴτε ἀπωλείας, εἴτε ζωῆς, λέγει τὸ παράσημον τῆς τοῦ κυρίου πύλης. διό φησιν· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου. ἐκεῖναι γὰρ οὐχὶ τοῦ κυρίου. καὶ τὸ παράσημον αὐτῆς, τὸ διʼ αὐτῆς τοὺς παιδευομένους εἰσιέναι. Στενὴ γάρ ἐστι καὶ τεθλιμμένη, καὶ οἱ θλιβόμενοι διʼ αὐτῆς βαδίζουσι. ἡ δὲ ἄλλη πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι καθʼ ἕτερόν τινα τρόπον ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀφικέσθαι γνῶσιν, ἢ κατὰ τοῦτον αὐτὸν ὃν ἔφη ὁ Χριστός· οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ διʼ ἐμοῦ. Εἰσερχόμεθα μὲν εἰς οἰκειότητα ὡς πρὸς Θεόν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, καθάπερ διά τινος θύρας ἢ πύλης, τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

κβʹ. ΛΙΘΟΝ, ΟΝ ΑΠΕΔΟΚΙΜΑΣΑΝ ΟΙ ΟΙΚΟΔΟΜΟΥΝΤΕΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο τὸ ῥητὸν εἰς Χριστὸν ἀναφέρεται· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ταύτην παράγει τὴν προφητείαν λέγων· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε· Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; οἰκοδομοῦντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους λέγει, τοὺς γραμματεῖς, τοὺς Φαρισαίους, ὅτι ἀπεδοκίμαζον αὐτὸν λέγοντες· Σαμαρείτης εἶ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις. καὶ πάλιν· Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκρογωνιαῖον αὐτὸν ὠνόμασεν Ἡσαΐας, καὶ ἐκλεκτὸν καὶ ἔντιμον λίθον, διὰ τὸ συνάπτειν ὑπὸ μίαν γωνίαν δύο οἰκοδομάς. ζῶν δʼ ἂν εἴη, ὡς ἀληθῶς καὶ ἐκλεκτὸς λίθος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, ὁ τὴν κατὰ Θεὸν οἰκοδομὴν συνδέων, καὶ τὰς δύο γωνίας, τήν τε παλαιὰν οἰκοδομὴν τὴν ἐκ περιτομῆς, καὶ τὴν νέαν τὴν ἐξ ἐθνῶν, ὑπὸ μίαν συνάπτων γωνίαν. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν λίθον οἱ ἐκ περιτομῆς πάλαι πρότερον οἰκοδομοῦντες γραμματεῖς καὶ νομοδιδάσκαλοι, καὶ ἀρχιερεῖς, ἐξ ἑαυτῶν ἀπέβαλον καὶ ἀπεδοκίμασαν· ὃ δὴ γέγονεν ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ γωνίας ἑτέρας τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, καὶ γέγονε παρὰ Χριστοῦ δῶρον αὐτῷ μέγιστον καὶ κεχαριτωμένον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτον ἡμῖν τὸν λίθον Ἡσαΐας καὶ Δανιὴλ μηνύουσιν· ὁ μὲν εἰπών, ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν· ὁ δέ, Ἰδοὺ τίθημι εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτόν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπʼ αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται. Τοῦτον οἱ τῶν Ἰουδαίων Φαρισαῖοι καὶ γραμματεῖς (περὶ ὧν εἴρηται· Οὐαὶ οἱ οἰκοδομοῦντες ἐν αἵμασι καὶ ἐν ἀδικίαις

κίαις Ἱερουσαλὴμ) ἀποδοκίμασαν, οὐ βουληθέντες αὐτοῦ τὸ κήρυγμα παραδέξασθαι· ἀλλ᾽ ὅμως εἰς κεφαλὴν γωνίας ἐγένετο. τί δὲ γωνίας ἴδιον; τὰ κεχωρισμένα εἰς ἓν συνάπτειν. γωνία δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, οὗ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, ὁ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς γωνίας τὰ ἀμφότερα ἓν ποιῶν, καὶ τοὺς δύο κτίσας ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, καθὰ παρὰ Παύλου μεμαθήκαμεν.

κγʹ. ΠΑΡΑ ΚΥΡΙΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ ΑΥΤΗ.]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἦν ἀνθρώπινον τὸ γινόμενον, οὐκ ἦν ἑνὸς τῶν πολλῶν· οὐκ ἦν ἀγγέλων, οὐκ ἦν Ἀρχαγγέλων τὸ τοιαύτην πλέξαι γωνίαν. Οὐδεὶς γοῦν ἴσχυεν, οὐ δίκαιος, οὐ προφήτης, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τὸ κατόρθωμα· τοῦτο ἦν αὐτοῦ ἰδικῶς τὸ ἔργον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τίς ἐστι θαυμαστὴ γωνία; ἡ σύνοδος τῶν δύο ἐθνῶν ἡ εἰς τὴν εὐσέβειαν. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐθνῶν πολλαὶ μυριάδες ἐπίστευσαν, καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἐξ Ἰουδαίων. διὰ τί δὲ εἶπεν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; οὐ γὰρ πᾶσίν ἐστι τὸ θαῦμα κατάδηλον. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν, ὅπ᾽ ἔνθα ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, ἐκεῖ προσκυνεῖται ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ μὲν σταυρώσαντες, ἐν ἀτιμίᾳ, οἱ δὲ προσκυνοῦντες, ἐν δόξῃ. καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιέδραμεν ὁ λόγος, συνάπτων τῇ ἀληθείᾳ ἅπαντα.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, παρὰ κυρίου, φησὶν, ἐγένετο τοῦτο, καὶ παράδοξον ἐφάνη ἡμῖν. παράδοξον γὰρ ἀληθῶς, καὶ ἐπέκεινα παντὸς θαύματος ἦν, ὃ οὐδεὶς οὐδὲ πώποτε ἤλπισε, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν ἀποβληθῆναι μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ προτέρου λαοῦ, καὶ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς οἰκοδομῆς ἀποδοκιμασθῆναι· ἀρχηγὸν δὲ γενέσθαι καὶ κεφαλὴν τῶν ἀλλογενῶν καὶ ἀλλοφύλων ἐθνῶν, τῶν πάλαι πλάναις δαιμονιακαῖς συνεχομένων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτον εἶδε τὸν λίθον καὶ ὁ μακάριος Δανιὴλ τμηθέντα ἄνευ χειρῶν, τὸ ἀκοινώνητον τοῦ παρθενικοῦ τόκου διδασκόμενος· εἰ δὲ καὶ τὴν σάρκα ἐξ ἡμῶν ἔχει, ἀλλ᾽ ὅμως αὕτη τε ἡ τοῦ Λόγου ὑπόστασις παρὰ κυρίου τυγχάνει τοῦ Πατρός. Καὶ ὅλον δὲ τὸ μυστήριον τῇ δυνάμει τῆς θεότητος γέγονεν. Ὅθεν ἐστὶ θαυμαστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, πῶς ἔτεκε παρθένος, πῶς ὁ σταυρωθεὶς ἀνέστη καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνέστησε, πῶς ὁ ῥαπισθεὶς,

tatibus Hierusalem) reprobarunt, eius prædicationem suscipere nolentes: attamen factus est in caput anguli. Quid autem anguli proprium est? Ea quæ separata sunt in vnum connectere. Angulus porrò est Euangelium, cuius caput Christus est, qui per angulum Euangelicum *fecit vtraque vnum, & duos condit in semetipso in vnum nouum hominem,* prout à Paulo didicimus.

CATENA PATRVM.

Ephes. 2, 15.

23. A DOMINO FACTA EST HÆC.]

ORIGENIS. Non erat humanum quod factum est, non erat vnius ex multis: non erat Angelorum, non erat Archangelorum talem angulum componere. Nemo ergo hoc potuit, non iustus, non Propheta, non Angelus, non Archangelus, sed solius Dei erat hoc præclarum facinus: erat hoc propriè ipsius opus.

Solus Christus factus est in caput anguli.

DIDYMI. Quis est angulus admirabilis? Coitio duarum Gentium ad pietatem. Etenim ex Gentibus plurimæ myriades crediderunt, & Apostoli ex Iudæis. Ad quid autem dixit *in oculis nostris?* Quia hoc miraculum non est omnibus manifestum. Quis enim non obstupescat, quis non admiretur, quòd vbi crucifixus est Christus, illic Christus adoretur, & qui eum quidem crucifixerunt, ignominiâ, qui verò adorant, gloriâ afficiantur. Nam Verbum vniuersum terrarum orbem peruasit, veritati cuncta coniungens.

THEODORI. Symmachus autem ait, *A Domino factum est hoc, & admirabile apparuit nobis.* Reuerà enim admirabile, & supra omne miraculum erat, quod nemo vmquam sperasset, nempe Dei Filium à prioris quidem populi principibus reijci, & ab ædificio ipsorum reprobari; principem verò & caput fieri alienigenarum ac Gentium peregrinarum, quæ erroribus dæmoniacis olim addictæ fuerant.

ANONYMI. Hunc lapidem beatus quoque Daniel vidit excisum sine manibus, edocens Virginis partum sine communicatione fuisse: etsi autem carnem ex nobis habeat, attamen hoc Verbi suppositum etiam à Domino Patre existit. Quin & totum hoc mysterium virtute diuinâ factum est. Vnde est mirabile in oculis nostris, Quomodo Virgo pepererit, quomodò crucifixus resurrexerit, quomodo is qui alapis cæsus, & consputus, &

Dan. 2, 35.

Christus lapis sine manibus recisus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

& quæcumque alia perpessus fuit, orbem terrarum subegerit.

Quæ sit dies quam fecit Dominus.

24. HÆC DIES QVAM FECIT DOMINVS.] ORIGENIS. Non Solis cursum hoc loco diem vocat, sed præclara facinora quæ in eo gesta sunt. Quemadmodum enim qui diem malum dicit, non Solis cursum, sed mala quæ in ipso sunt intelligit; ita etiam bonum diem, præclara facta quæ in illo contigerunt. Quod autem dicit est eiusmodi: Omnia præclara facinora quæ in eo gesta sunt Deus fecit: erat enim illius solius manus efficere quæ facta sunt. Quid enim possit cum hoc die conferri, in quo cum hominibus facta est reconciliatio, & diuturnum bellum fuit diremptum, & terra cælum euasit, & homines terrâ indigni Regno digni visi sunt, & nostræ naturæ primitiæ super cælos sublatæ sunt, & paradisus apertus est, & veterem patriam recepimus, & expunctum est maledictum, & sublatum peccatum. Etsi enim omnes quoque dies fecerit, illum tamen eximiè, quandoquidem in illo maxima sua mysteriâ impleuit. Quapropter etiam nos exultemus & lætemur in eo duplicem quamdam solemnitatem celebrantes: vnam quidem, quòd à captiuitate diaboli simus liberati; alteram verò, quòd etiam ad Regnum cælorum adducamur.

2. Cor. 5. Rom. 5. Ephes. 1. Gal. 3. Rom. 7. & 8. Rom. 3.

ATHANASII. Qualis autem hæc dies, nisi salutaris Gentium vniuersarum, in qua lapis reiectitius factus est in caput anguli. Significat autem hic sermo diem resurrectionis nostri Saluatoris, quæ ab ipso denominatur, scilicet Dominica dicta.

THEODORI. Intelliges autem quomodo dictum sit, *Hæc dies quam fecit Dominus*, si attenderis, quomodo in mundi opificio in prima die nihil aliud fecisse scribitur quàm ipsam solam diem. Dixit enim Deus: *Fiat lux; & facta est lux: & vocauit Deus lucem Diem.*

Gen. 1.

EIVSDEM. Lætitiam hoc loco intelligit spiritualem, intelligibilem, ipsius mentis. *Exultemus & lætemur in ea.* Etenim & hoc haud exiguum opus bonum est, gaudere bonis, exilire, lætari, cum voluptate Dei beneficia suscipere.

Postulat salutem à Domino.

25. O DOMINE SALVA NVNC.] EVSEBII. Quoniam videbat orbis terræ beneficium rerumque mutationem, & in

καὶ ἐμπλησθεὶς, ἄλλα τε ὅσα παθὼν, τὴν οἰκουμένην ὑπέταξεν.

κδʹ. ΑΥΤΗ Η ΗΜΕΡΑ ΗΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡμέραν ἐνταῦθα οὐχὶ τὸν δρόμον λέγει τὸν ἡλιακὸν, ἀλλὰ τὰ κατορθώματα τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα. ὥσπερ γὰρ ἡμέραν πονηρὰν λέγει, οὐ τὸν δρόμον τοῦ ἡλίου, ἀλλὰ τὰ ἐν αὐτῇ κακά· οὕτως καὶ ἡμέραν ἀγαθὴν, τὰ ἐν αὐτῇ κατορθώματα. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· πάντα τὰ κατορθώματα τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα ὁ θεὸς ἐποίησε· τῆς γὰρ χειρὸς ἐκείνης μόνης ἦν τὰ γινόμενα. Τί γὰρ τῆς ἡμέρας ταύτης ἴσον γένοιτο, ἀν ἐν ᾗ καταλλαγὴ θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐγένετο, καὶ ὁ χρόνιος κατελύθη πόλεμος, καὶ οὐρανὸς ἀπεδείχθη ἡ γῆ, καὶ οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι ἄνθρωποι τῆς βασιλείας ἐφάνησαν ἄξιοι, καὶ ἡ ἀπαρχὴ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἀνηνέχθη, καὶ παράδεισος ἠνοίγη, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἀπελαβόμεθα πατρίδα, καὶ κατάρα ἠφανίσθη, καὶ ἡ ἁμαρτία ἐλύθη. εἰ γὰρ καὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἐποίησεν, ἀλλ' ἐκείνην ἐξαιρέτως, ἐπειδὴ τὰ μέγιστα ἐν αὐτῇ τῶν οἰκείων μυστηρίων ἐπλήρωσε. διόπερ καὶ ἡμεῖς ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ διπλῆν τινα χαρὰν πανήγυριν ἄγοντες· μίαν μὲν, ὅτι τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου ἐρρύσθημεν· δευτέραν δὲ, ὅτι καὶ πρὸς βασιλείαν οὐρανῶν ἀναγόμεθα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ποία δὲ αὕτη ἡμέρα, ἀλλ' ἢ ἡ σωτήριος τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, καθ' ἣν ὁ ἀποβληθεὶς λίθος γέγονεν εἰς κεφαλὴν γωνίας. σημαίνει δὲ ὁ λόγος τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τήν γε ἐπώνυμον αὐτοῦ γενομένην, δηλαδὴ κυριακήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Νοήσεις δὲ πῶς λέλεκται, αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἐπιστήσας, ὅπως ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐδὲν ἕτερον ἀναγέγραπται πεποιηκὼς ἀλλ' αὐτὴν μόνην τὴν ἡμέραν. εἶπε γὰρ ὁ θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εὐφροσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν πνευματικὴν, τὴν νοερὰν, τὴν τῆς διανοίας. ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν κατόρθωμα, τὸ χαίρειν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, τὸ σκιρτᾷν, τὸ εὐφραίνεσθαι, τὸ μεθ' ἡδονῆς δέχεσθαι τὰς θεοῦ τὰς εὐεργεσίας.

κεʹ. Ω ΚΥΡΙΕ ΣΩΣΟΝ ΔΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ εἶδε τῆς οἰκουμένης τὴν εὐεργεσίαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ πρὸς

τὸ

τὸ βέλτιον μετάστασιν, συγχαίρει τοῖς ἀπολαύουσί φησιν· ὦ κύριε σῶσον δή· ὦ κύριε εὐόδωσον δή. τουτέστι, διάσωσον τοὺς ἀπολαύοντας, ὥστε ἐμπλησθῆναι, καὶ καρποὺς ἀξίους ἐπιδείξασθαι τῆς χάριτος. ῥᾳδίαν αὐτοῖς ποίησον τὴν ὁδὸν, ὥστε μετὰ τὸ τυχεῖν, μὴ ἐκπεσεῖν τῶν τοιούτων καλῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σῶσον τῶν κακῶν τῶν κατεχόντων λυτρούμενος· οἷον ἁμαρτίας, πλάνης. εὐόδωσον εὔκολον ἡμῖν τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς ἐργασάμενος, ὥστε πρὸς τὴν ἄφιξιν εὐτρεπίζεσθαι, περὶ ἧς ἔγραψε τὸ ἑπόμενον·

κϛ'. ΕΥΛΟΓΗΜΕΝΟΣ Ο ΕΡΧΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΚΥΡΙΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν οἱ Εὐαγγελισταὶ περὶ Χριστοῦ προφητείαν εἶναι ἐξειλήφασιν· αὐτὸς γὰρ ἀληθῶς ἐστιν ὁ αὐθεντικῶς καὶ ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἐρχόμενος, πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ ἀγγέλων ἐληλυθότων ὡς κυρίου δούλων. Ἀμέλει τάδε λέγει, κύριος ἕκαστος ἔφη· καὶ ἕκαστος τῶν ἀγγέλων φησὶ πρὸς ὃν ἔρχεται, ὁ κύριος ἀπέστειλέ με. ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐρχόμενος εὐλογημένος ἐστί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εὖ δὲ ὁ ἐρχόμενος, οὐχ ὁ ἐλθὼν· ἀεὶ γὰρ ἔρχεται, καὶ ἐπιδημεῖ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει (εἰ καὶ μὴ διὰ σαρκὸς) οὐ κινούμενος, οὐ μεταβαίνων αὐτὸς (ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος) καὶ πληρῶν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν θείᾳ παρουσίᾳ· ἡμῶν δὲ γνώμῃ καὶ διαθέσει ἐγγιζόντων αὐτῷ, ἢ μακρυνομένων αὐτοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταύτην τῷ δεσπότῃ τὴν φωνὴν καὶ παῖδες ἑβραίων προσενηνόχασιν, εἰς ἔλεγχον τῶν τὰ θεῖα λόγια ὑπισχνουμένων, καὶ τὴν ἀληθῆ διάνοιαν συνιδεῖν οὐ βουλομένων. τῶν γὰρ γραμματέων καὶ φαρισαίων Σαμαρείτην τὸν δεσπότην καλούντων, οἱ παῖδες αὐτὸν εἶναι τὸν ἐρχόμενον ὡμολόγουν, καὶ εὐλογημένον ἐκάλουν. Καὶ τὸ ὡσαννὰ δὲ ὁμοίως ἐν τῇδε κεῖται τῇ προφητείᾳ· τὸ γὰρ σῶσον δὴ ὡσαννὰ παρὰ τῷ ἑβραίῳ κείμενον εὕρομεν.

κζ'. ΘΕΟΣ ΚΥΡΙΟΣ, ΚΑΙ ΕΠΕΦΑΝΕΝ ΗΜΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ γὰρ ἐλθεῖν αὐτὸν οὐ τόπον ἐστὶν ἀμεῖψαι, ἀλλ' ἐπιφανῆναι, πρότερον οὐχ ὁρώμενον· ὑπάρχων γὰρ ἀόρατος, τῷ εἶναι εἰκὼν θεοῦ ἀοράτου, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ γενόμενος ὁ Λόγος σὰρξ ὤφθη,

melius conuerſionem, hiſce fruentibus congratulans ait: *O Domine ſaluum fac nunc; ô Domine benè proſperare nunc.* Id eſt, Conſerua Domine illos qui his fruuntur; vt etiam repleantur, & gratiâ dignos fructus exhibeant. Redde eis viam facilem, vt poſtquam aſſecuti fuerint, à talibus bonis non ampliùs excidant.

CATENA PATRVM.

DIDYMI. *Saluum fac* à malis quæ nos detinent liberando; v. g. à peccato, errore. *Benè proſperare* facilem nobis virtutum viam exhibendo, vt ad earum aſſecutionem ſimus comparati, de qua ſcripſit id quod ſequitur:

26. BENEDICTVS QVI VENIT IN NOMINE DOMINI.] ORIGENIS. Hanc etiam vocem de Chriſto Prophetiam eſſe expoſuerunt Euangeliſtæ: ipſe enim reuerà eſt qui cum auctoritate venit in nomine Domini, cùm omnes ab ipſo tam viri quàm Angeli venerint tamquam ſerui Domini. Quilibet enim eorum dicebat, Hæc dicit Dominus: & vnuſquiſque Angelorum ad quem mittitur ait, Dominus miſit me. Verùm ille qui venit in nomine Domini benedictus eſt.

Matth. 23, 38. *Chriſtus ille benedictus qui venit in nomine Domini.*

ANONYMI. Pulchrè autem *qui venit*, non *qui venerat*: ſemper enim venit, & cum hominum genere verſatur (etſi non per carnem) minimè motus, minimè tranſiens ipſe (immutabilis enim & inuariabilis) tam cælum quàm terram implet diuinâ præſentiâ: nos verò animo & affectu ipſi appropinquamus, vel ab ipſo recedimus.

THEODORI. Hanc vocem pueri Hebræorum Domino attulerunt, in reprehenſionem illorum qui diuina oracula docere ſe profitebantur, & veritatem cognoſcere nolebant. Cùm enim Scribæ & Phariſæi Dominum appellaſſent Samaritanum, pueri ipſum eſſe aduenientem confitebantur, & benedictum nuncupabant. Quin imò vox *hoſanna* ſimiliter in hac vaticinatione poſita eſt: nam iſtud *ſaluum me fac* hoſanna poſitum in Hebræo textu inuenimus.

Math. 21, 9.

27. DEVS DOMINVS, ET ILLVXIT NOBIS.] ORIGENIS. Ipſum enim venire non eſt locum mutare, ſed apparere, qui anteà minimè videbatur: nam cùm inuiſibilis exiſteret, eò quòd eſſet imago Dei inuiſibilis, formam ſerui accipiens, & Verbum caro factum apparuit,

Deus inuiſibilis per incarnationem nobis illuxit.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

vt hoc modo apparens, nos adduceret per hanc cognitionem ad gloriam quoque ipsius contemplandam, *Gloriam vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.*

Ioan. 1.

THEODORI. Manifestè Domini apparitionem celebrat, per quam salus omnibus restituitur. Dixit autem Deum secundùm Spiritum, & Dominum secundùm nomen Filij. Quapropter etiam Dominus Deus & Deus Dominus est, & apparens vt Dominus, nostrum ipsorum dominatus est ad vitam; iuxta illud, *Vt mortuorum & viuorum dominetur.*

Rom. 14, 9.

HESYCHII. Hoc loco igitur Propheta incarnationem admiratur, quòd cùm Deus esset ac Dominus, & illius naturæ existeret, dignatus fuerit apparere. Quando autem dicit *Illuxit*, dispensationem intelligit, vt quòd in vterum virgineum venerit, & cum hominibus conuersatus sit. Quocircà dicit, *Benediximus vobis*, quòd tale donum sitis consecuti. Hoc etiam Christus dixit: *Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.*

Matth. 13, 17.

CONSTITVITE DIEM SOLEMNEM IN CONDENSIS.] ORIGENIS. Condensa verò vocat Cherubim, quæ propitiatorium obumbrabant: hoc enim est *in condensis.* Condensare enim est tegere: Cherubim autem alis tegebant propitiatorium.

Quid per condensa intelligatur.

THEODORI. Inuocantes, & Spiritu sancto hæc futura præuidentes, Prophetæ beatos pronuntiant eos qui aliquando digni futuri essent horum consummatione.

ANONYMI. Hoc autem Aquila quidem sic interpretatus est dicens, *Ligate solemnitatem in pinguibus*; Symmachus verò, *Colligate in celebri conuentu densitates vsque ad cornua altaris.* Præcipit autem per hæc sermo diuinus, multis muneribus Dei domum replere, & frequentibus tabellis votiuis ipsum coronare temporibus solemnitatum.

DIDYMI. Πυκάζοντες sunt hi qui germina fructúsque recentes ferunt: in his igitur, inquit, existentes, constituite recentem solemnitatem, quæ pertingat vsque ad cornua spiritualis altaris, è quo cùm prunam forcipe accepisset, alter Seraphim mittitur ad Prophetam, ad ipsum expiandum & peccatum eius auferendum.

Isaiæ 6, 6.

ἵν᾽ οὕτω φανείς, χειραγωγήσῃ ἡμᾶς διὰ ταύτης τῆς κατανοήσεως εἰς τὸ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ θεάσασθαι, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν τοῦ κυρίου σαφῶς ἐπιφάνειαν ὑμνεῖ, δι᾽ ἧς ἡ σωτηρία τοῖς πᾶσιν ἀποκαθίσταται. Θεὸν δὲ εἶπε κατὰ τὸ πνευματικόν, καὶ κύριον κατὰ τὸ τοῦ υἱοῦ ὄνομα. Διότι καὶ ὁ κύριος θεὸς καὶ ὁ θεὸς κύριος, ἐπιφανείς τε ὡς κύριος, ἐκυρίευσεν ἡμῶν αὐτῶν εἰς ζωήν· κατὰ τό, ἵνα νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐνταῦθα τοίνυν ὁ προφήτης τὴν σάρκωσιν θαυμάζει, ὅτι θεὸς ὢν καὶ κύριος ὤν, καὶ τῆς οὐσίας ἐκείνης, κατηξίωσεν ἐπιφανῆναι. Ὅταν δὲ εἴπῃ ἐπέφανε, τὴν οἰκονομίαν λέγει, τὸ εἰς μήτραν ἐλθεῖν παρθενικήν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι. Διὰ δὴ τοῦτο, εὐλογήκαμεν ὑμᾶς φησιν, ὅτι τοιαύτης ἀπηλαύσατε δωρεᾶς. ὃ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε· Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ εἴδετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

ΣΥΣΤΗΣΑΣΘΕ ΕΟΡΤΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΥΚΑΖΟΥΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πυκάζοντα δὲ τὰ Χερουβίμ φησι, τὰ ἐπισκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐν πυκάζουσι. πυκάζειν γὰρ τὸ σκέπειν· τὰ Χερουβὶμ δὲ ἔσκεπον ταῖς πτέρυξι τὸ ἱλαστήριον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπευξάμενοι, καὶ τὰ μέλλοντα προθεωρήσαντες, τῷ ἁγίῳ πνεύματι προκείμενα, οἱ προφῆται μακαρίζουσι τοὺς μέλλοντας τῶν ἀποτελεσμάτων ποτὲ καταξιοῦσθαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀκύλας οὕτως ἡρμήνευσεν εἰπών, Δήσατε ἑορτὴν ἐν πιμελέσιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, Συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. προστάττει δὲ διὰ τούτων ὁ θεῖος λόγος, πολλοῖς κειμηλίοις πληροῦν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναθήμασι πυκνοῖς στεφανοῦν αὐτὸν κατὰ τοὺς ἑορτῶν καιρούς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πυκάζοντές εἰσιν οἱ βλαστοὺς καὶ καρποὺς ἄρτι φέροντες· ἐν τούτοις οὖν, φησι, τυγχάνοντες, νεόφυτα συστήσασθε ἑορτὴν παρατείνουσαν, μέχρι τῶν κεράτων τοῦ πνευματικοῦ θυσιαστηρίου, ἀφ᾽ οὗ τὸν ἄνθρακα λαβὼν τῇ λαβίδι, τὸν ἕτερον τῶν Σεραφὶμ ἀποστέλλεται πρὸς τὸν προφήτην, ἐπὶ τῷ καθᾶραι αὐτόν, καὶ περιελεῖν τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥ-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τίσι δὲ προστάττεται ποιῆσαι ἑορτὴν, ἢ τοῖς διδασκάλοις καὶ ἱερεῦσι, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλοις ἱεροῖς; Ἑορτὴ δὲ συνισταμένη καθ' ὑφήγησιν Θεοῦ τὸ πράττειν ἐστὶ τὰ δέοντα, καὶ τὴν ἀλήθειαν φρονεῖν. Αὕτη δὲ μάλιστα χώραν ἔχει ἐν τοῖς ἀποσεσαμένοις τὴν παλαιότητα, ἐπὶ τὸ γενέσθαι καινὴν φυτείαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὸ ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἀντὶ τοῦ πεπυκνωμένοις τέθεικε· τὸ γὰρ πεπυκασμένον πεπυκνωμένον καὶ οἱ ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου καλοῦσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί ἐστι συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσι; κατὰ μὲν τὸν ἕνα ἑρμηνευτὴν, Θύσατε θυσίας λιπαράς· κατὰ δὲ τὸν ἕτερον, στεφανώματα καὶ κλάδους ἀνάψατε περὶ ναοῦ· τὸ δὲ ἑβραϊκὸν τοῦτό φησιν· ἱσρουὰγ βαὰδ ὀθθίμ. ἄντε τὲ οὖν τοῦτο, ἄντ' ἐκεῖνο, ἑορτὴν δηλοῖ καὶ φαιδρὰν ἡμέραν, καὶ πανήγυριν. ἀπὸ γὰρ τῶν νοητῶν ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ μετήγαγε τὸν λόγον, καὶ τῆς ἐπανόδου τούτων ἐμνημόνευσεν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Θυσιαστήριον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα. ὥσπερ γὰρ τὸ θυσιαστήριον πάσας τὰς θυσίας τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῆς σωτηρίου καὶ τὰς ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ὑπεδέχετο· οὕτω καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα πάντα ἡμῶν ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαν σωτηρίου, τουτέστι, πᾶσαν ἡμῶν ἀρετὴν ὅπως αὐτὴν ἁγιάσῃ προσδέχεται, καὶ τὰς ὑπὲρ ἁμαρτιῶν δὲ· αὐτοῦ γὰρ τὸ σῶμα τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐβάστασε. Κέρατα τοίνυν αὐτοῦ ὁ σταυρός. κέρατα γάρ, φησιν, ἐν χερσὶν αὐτοῦ.

κη'. ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ, ΚΑΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅτι καὶ χωρὶς τῶν εὐεργεσιῶν δεῖ εὐχαριστεῖν περὶ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν δοξάζειν, διὰ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ τῆς οὐσίας, διὰ τὴν ἀπόρρητον δόξαν. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα αἰνίττεται, εἰπὼν τὰς εὐεργεσίας ἃς εὐεργετήθη· καὶ χωρὶς τούτων, φησὶ, καὶ εὐχαριστήσω καὶ ἐξομολογήσομαι, ὅτι τοιοῦτον ἔχω δεσπότην, οὕτως ὑψηλὸν, οὕτω μέγαν, οὕτως ἀόρατον ἀκατάληπτον. Τὸ δὲ ὑψώσω δοξάσω ἐστίν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Προστάττεται δὲ ὁ συγκροτηθεὶς ἐν Χριστῷ λαὸς, ἔκ τε τοῦ Ισραὴλ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν, καὶ ἐκ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον, ἐξομολογεῖσθαι καὶ λέγειν· Θεός μου εἶ σὺ, ἐξομολογήσομαί σοι.

ANONYMI. Quibus autem præcipitur facere solemnitatem, nisi Doctoribus ac Sacerdotibus, forsitan verò etiam Angelis? Solemnitas autem iussu Dei constituta est facere ea quæ deceant, & sapere veritatem. Hæc verò maximè locum habet in ijs qui vetustatem excusserunt, vt fiant noua plantatio.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Illud *in condensis* posuit pro constipatis: nam quod condensatum est, hi quoque qui à sermone nostro extranei sunt constipatum vocant.

ANONYMI. Quid est *Constituite diem solemnem in condensis?* secundùm vnum quidem interpretem est, *Sacrificate splendidas hostias*; secundùm alium verò, *Coronis & ramis templum cingite:* Hebraicus verò textus hoc ait: *Esrouag baad oththim.* Siue hoc ergo sit, siue illud, significat festum & diem lætum, & celebrem conuentum. Ab intellectilibus enim ad sensilia traduxit orationem, & reditus illorum mentionem fecit.

ALTERIVS. Altare est corpus Domini. Quemadmodum enim altare omnes hostias holocaustorum & salutaris & pro peccatis suscipiebat; sic etiam Christi corpus omnia nostra holocausta & sacrificium salutaris, id est, omnem nostram virtutem vt illam sanctificet suscipit, quin etiam pro peccatis: nam corpus ipsius peccata nostra sustulit. Cornua igitur ipsius sunt crux. *Cornua* enim, inquit, *in manibus eius.*

Altare nostrum est corpus Domini.

Hab 3,4.

28. DEVS MEVS ES TV, ET CONFITEBOR TIBI.] ORIGENIS. Hîc ostendit, quòd etiam absque beneficijs Deo sint agendæ gratiæ, & propter hoc ipsum glorificandus sit, propter maiestatem naturæ eius, propter gloriam ineffabilem. Hoc igitur etiam hîc insinuat, postquam dixit beneficia quibus affectus fuit: Etiam sine his, inquit, gratias agam & confitebor, quòd talem habeam Dominum, adeò sublimem, adeò magnum, adeò inuisibilem & incomprehensibilem. Illud autem *exaltabo* idem est quod glorificabo.

THEODORI. Populus autem ex Israël, & ex domo Aaron, & ex timentibus Dominum, in Christo congregatus iubetur confiteri ac dicere: *Deus meus es tu, confitebor tibi.*

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Hesychii. Cui porrò hæc dicit, nisi Domino superiùs declarato? qui de tribulatione ipsum liberauerat, & inimicos eius humiliauerat: qui lapidem quoque ab ædificantibus reprobatum exaltauit, qui & benè prosperauit, & seruauit credentes in ipsum.

29. Confitemini Domino quoniam bonus.] Origenis. Non temerè Psalmista secundò hunc versiculum huic Psalmo inseruit; volens videlicet nos frequenter hanc odam meditari, vt meminissemus, quis salus nostra extiterit, neque ampliùs ad inimicum illum recurramus, qui nobis exitio fuit.

Theodori. Cùm igitur, inquit, magnam misericordiam & bonitatem tuam didicissem, alios etiam adhortans dico: *Confitemini Domino, quoniam in sæculum misericordia eius.*

Didymi. Non solùm ipse hoc sacrificium offert, sed alios etiam inuitat, vt sint socij & participes laudis & gratiarum actionis; & Dei clementiam prædicat celebrans vbique eius perpetuitatem & immortalitatem.

Hesychii. Vnde Propheta huius Psalmi melodiam orsus fuerat, identidem quoque illi finem imposuit, vt confessionem per omnem vitam custodiamus.

Ἡσυχίου. Τίνι δὲ ταῦτα λέγει, ἢ τῷ ἀνωτέρω δεδηλωμένῳ κυρίῳ; τῷ ἐκ θλίψεως ῥυσαμένῳ αὐτὸν, τῷ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ταπεινώσαντι· τῷ καὶ τὸν λίθον τὸν ἀποβληθέντα πρὸς τῶν οἰκοδόμων ὑψώσαντι, τῷ καὶ εὐοδώσαντι, καὶ σώσαντι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

κθ. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός.] Ὠριγένους. Οὐ μάτην ἐκ δευτέρου κατὰ τὸν παρόντα ψαλμὸν τὸν στίχον ὁ ψαλμῳδὸς ἐνέταξεν· ἡμᾶς δὲ πολλάκις τὴν αὐτὴν ᾠδὴν μελετᾶν, ἄρα βουλόμενος, ἵνα μεμνημένοι τίς ἡμῶν ἡ σωτηρία ἐγένετο, μηκέτι πρὸς τὸν ἐχθρὸν παλινδρομήσωμεν, ὅσπερ ἡμῖν εἰς ἀπώλειαν γέγονεν.

Θεοδώρου. Τοιγαροῦν μαθών σου, φησὶ, τὸ πολὺ ἔλεος καὶ τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἄλλους προτρεπόμενος λέγω· Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Διδύμου. Οὐχ αὐτὸς ταύτην ἀναφέρει τὴν θυσίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνοὺς καλεῖ, τὰς εὐφημίας τῆς εὐχαριστίας, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνακηρύττει πανταχοῦ τὸ διαρκὲς αὐτῆς ᾄδων καὶ ἀθάνατον.

Ἡσυχίου. Ὅθεν ὁ Προφήτης τοῦ νῦν ψαλμοῦ τῆς μελῳδίας ἤρξατο, ἐκεῖθεν αὐτοῦ καὶ τὸ τέλος ἐπέθηκεν, ἵνα τὴν ἐξομολόγησιν μέχρι παντὸς τοῦ βίου φυλάξωμεν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Psalmvs hic continet gratiarum actionem pro beneficiis à Deo acceptis: potest autem tam Dauidi (vti facit S. Chrysostomus) quàm populo Christiano, cuius Dauid figuram gessit, attribui. Et hanc expositionem persequitur S. Augustinus.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus.*] Deus triplici ratione dicitur bonus: Primò vt *fons bonorum omnium:* ab ipso enim descendit omne bonum Angelorum & hominum, ac totius vniuersi in statu naturæ, gratiæ & gloriæ. Et omne bonum creatum est tenuis quædam participatio & exigua scintilla illius boni. Deus autem ipse est auctor omnis perfectionis essentialis, ratione cuius vnaquæque res in seipsa bona dicitur; & omnis proportionis ac conuenientiæ, ratione cuius dicitur bona alteri, cui est conueniens.

Triplici ratione Deus bonus dicitur.

Secundò *formaliter:* quia in ipso est plenitudo omnis boni conceptibilis, adeò vt nullum bonum, nulla perfectio, nulla excellentia concipi possit, quæ in Deo summo gradu & cum infinito excessu non contineatur.

Tertiò, dicitur bonus κατ' ἐξοχὴν, *per excellentiam:* quia ita excellenter bonus est, vt supra omne bonum, quod à mente creata concipi potest, infinitè sit eleuatus, nulli bonorum similis, adeò vt omne bonum conceptibile de illo sit potiùs negandum quàm affirmandum; vti facit S. Dionysius Mysticæ Theologiæ cap. 5. Vide eumdem fusiùs de Diuinis nominibus cap. 4. & 13. & ibidem nostras Annotationes.

Ibidem. *Quoniam in sæculum misericordia eius.*] Hæc segetem quoque amplissimæ laudis exhibet, vnde Sancti vberem materiam sumpserunt prædicandæ summæ Diuinitatis & amandæ. Diuus certè Paulus velut in censu & patrimonio Numinis nihil videbat esse maius, nihil gloriosius, vnde Deus opulentissimus appellari posset: quare abundantissimam diuinæ misericordiæ copiam ita demiratur: *Deus qui diues est in misericordia.* & ad Romanos: *Diuitias bonitatis eius* prædicat, vt huius vnius comparatione, potentia illa miranda, & infinita pulchritudo, aliæque Dei virtutes immensæ, parcæ & restrictæ quodammodò esse videantur. Hinc Regius Vates, cùm in Deo considerando mentem figeret, quod sæpiùs pro incredibili sua pietate faciebat, misericordiæ luce perfusus vndique

Misericordia Dei vberrimam laudis materiam præbet.

Ephes. 2. 4.

Rom. 2. 4.

Digitized by Google

dique radiante, nihil prope videbat aliud, vel suspiciebat, & in huius quasi vnius commendationem ac laudes sese vbique totum effundebat: vti passim alibi videre est.

Tribulatio nos dignos facit Dei auxilio.

5. *De tribulatione innocaui Dominum, & exaudiuit me.*] Vnde infert S. Ambrosius: *Bona ergo tribulatio, quæ dignos nos facit vt exaudiamur à Domino.* Nescio enim quâ suauitate miserorum gemitus Dei aures demulcent, vt incantare illum atque delinire videantur. *Domine,* inquit Isaias, *in angustia requisierunt te; in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* In Hebræo est: *Effundunt oratoriam, quando castigatio tua eis.* Vbi nomen Hebraicum apud Forerium incantationes seu compositas arte orationes significat, quas effundunt suauiùs qui affliguntur. Simili ferè voluptate videre afflictos Deus dicitur: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui.* Id quod expendens Chrysost. in Psal. 135. *Non dixit autem, Vidi mutationem illorum in melius, id est illorum felicitatem, sed videns vidi afflictionem populi mei.* Cui conformiter S. Gregorius lib. 26. Moralium cap. 21. *Famulos,* inquit, *suos tunc magis respicit, cùm iniustè eos nequitia persequentis affligit.* Anima namque afflicta Deo vicina est. Huc enim Deus libenter descendit; iuxta illud, *Sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Nonne, de cælo & de sede tua sancta Domine eos poteras liberare, vel qui eos liberaret Angelum mittere. Cur ipse descendis? *Gaudet Dominus* (inquit Oleaster) *vt latiora faciat quæ Sancti patiuntur mala, sese illis immiscere.* vnde subdit:

Isaiæ 26, 16.

Exodi 3, 7.

Exodi 3, 8.

6. *Dominus mihi adiutor.*] Quâ ratione autem Deus dicatur adiutor noster, vide superiùs Tomo 4. ad Psal. 17. vers. 3. explicatum.

Non est in hominibus fidendum.

8. *Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine.*] Vbi stylo Hebræorum, qui comparatiuo carent, *bonum* idem est quod *melius.* & ita hîc vertit S. Hieronymus. Clarè docet in solo Deo & non in hominibus fidendum esse: nam *maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Dauidis quoque illud effatum est è spiritu principali haustum; *Quia vana salus hominis.* Vbi vide quæ annotauimus ad Psalmi tertij versum nonum fusiùs.

Ier. 17, 5.

Psal. 59, 13.

12. *Circumdederunt me sicut apes fauum.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium habent. Vox *fauum* ab Hebræo & Vulgata abest. S. Augustinus hunc locum de Christo interpretatur hoc modo: *Ipsum,* inquit, *Dominum rectè accipimus circumdatum à persecutoribus, sicut circumdant apes fauum; mel quippe operantur in fauis. Nescientes ergo persecutores Domini fecerunt eum nobis in passione dulciorem, vt gustemus & videamus quàm suauis est Dominus.* Quod verò de spinis adiungit pulchrè etiam potest ad spinas illas referri quibus Christus Dominus noster fuit circumseptus. Ignis namque amoris qui in his spinis accenditur vehementissimus est: magnoperè enim amor in Deum considerată Christi passione & spineâ eius coronâ exardescit. Porrò persecutores suos Dauid apibus comparat; quia nimirum apes non offendunt, nisi quos viderint mellificio approximare: sic impij eos pungunt qui approximant terræ lacte & melle manenti. Hinc Petrus Damianus lib. 2. Epist. 8. ait: *Quid mirum, si nos, qui ad terram melle manantem contendimus, apum circumuolantium stimulis laceramur? ad quam profectò terram festinabat ille qui dicebat: Circumdederunt me sicut apes,* &c. Nesciunt apes pungere nisi euntes ad mella; nesciunt impij percutere nisi ad promissam patriam properantes. Duplici autem hac similitudine pulchrè exposuit, quantum malum inferant iniqui Principes subditis suis, & diuites egenis. In primis sicut apes cum lætitia circum fauos volitant, & tamen accedentes exagitant, & compungunt stimulis; non aliter potentiores viri dilacerant infirmiores, non dolenter, sed læti ac gloriantes. Itaque cum magna animi lætitia & iucunditate pauperes exspoliant, discerpunt & expilant. Sanè si dolenter id facerent, quandoque cessarent: dum verò animi iucunditate id exequuntur, vix vmquam his malis finem ponunt. Posterior verò metaphora ducta est à silua dumetis & myricis horrenti, dum conflagrat. Cùm enim ignis facilem materiam & leuem fomentumque aptum nactus fuerit, omnia longè lateque deuastat, neque vllo modo ire obuiam flammæ quis valet. Hæc est natura iræ potentiorum, dum sibi subditos & pauperculos pessumdant, vt læti & lubentes id exequantur; tum etiam, vt omnia deuastent, neque vllus sit qui obsistere possit.

Christi passionis consideratio instar faui mellis & ignis in spinis.

Apes non pungunt nisi ad mellificium appropinquantes.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pauperes à potentibus facilè opprimuntur.

13. *Impulsus euersus sum vt caderem,* &c.] Fateor, inquit, infirmitatem meam, quæ tot periculis tot hostibus circumsessa stare non potest; ac ruinæ proxima erat, nisi Dominus lapsurum adiuuasset. Vetus lectio, quam hîc etiam S. Augustinus refert, rem magis exaggerat. sic enim habet: *Vt cumulus arenæ impulsus sum vt caderem, & Dominus suscepit me.* ac si diceret: Tam facilè mihi fuit hostium impulsu moueri ac deijci quàm arenæ cumulo, quem leuis aura deijcit: at non motus fuit Dauid, firmus stetit contra omnem impetum. Quî sic? Quia nimirum proprijs viribus minimè fidebat, sed in auxilio Dei. vnde subdit:

Sine Deo citò labimur.

14 *Fortitudo mea & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem.*] Quasi diceret: Non meâ virtute fretus, sed Deo, fortis steti, deijci non potui: cecidisset, si fortitudinem sibi inesse putauisset: non cecidit, quia fortitudinem suam Deum existimauit. Pulchrè hinc infert S. Augustinus: *Qui ergo cadunt cùm impelluntur, nisi qui sua sibi fortitudo & sua sibi volunt esse laudatio? Nullus quippe in certamine cadit, nisi cuius fortitudo & laudatio cadit. Quapropter cuius fortitudo & laudatio est Dominus tam non cadit, quàm non cadit Dominus.*

In Deo firmi consistimus.

18. *Castigans castigauit me Dominus.*] Ac si diceret: Inter diuinæ prouidentiæ opera etiam hoc pono, quòd me castigauit: etiam ob tentationes & pericula Deum laudo & ei gratias ago. Vide hoc pulchrè expositum à S. Chrysostomo in Catena. Postquam ergo Regius Psaltes ambitioso lacrymarum suffragio delictorum veniam extorserat, iterùm pietatem colere festinat, subdens:

19. & 20. *Aperite mihi portas iustitiæ,* &c.] Quam ob causam in breui sententia stylum mutat Propheta? Modò alacer dixit, *Aperite mihi portas iustitiæ:* & confestim pluratiuum por-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Porta cæli plures dicitur; & vna est, ipsaque perangusta.

tarum numerum in singularem permutans subdit, *Hæc porta Domini?* Plures portas sibi aperiri iubet, & vnam reperit portam? Ingredi per multas satagit, & vnam dumtaxat portam Domini inuenit, per quam iusti ingrediantur? Estne hæc porta vna plures, an plures vna? Vidit hoc argutulum dubium Cassiodorus in hunc locum, & putat esse plures cæli portas, sed quæ tandem ducant ad vnam portam, qui est Christus. Meliùs opinor Euthymius in hæc verba, *Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam: Videtur*, inquit, *mihi Propheta arctam illam atque angustam portam significare, de qua Dominus in Euangeliis ait:* Intrate per angustam portam. *Hanc etenim propheticis oraculis cernens Dauid clamat dicens:* Hæc est porta Domini. *Hæc est illa porta, de qua Dominus Iesus Christus docebit vos.* Nempe plures videntur portæ, & peruius per eas in cælum ingressus: at vna est Domini porta, ipsaque arcta & angusta, per quam iusti dumtaxat intrabunt.

Dauid lapis angularis Israëlitarum & Iudæorum est figura Christi.

22. *Lapidem, quem reprobauerunt*, &c.] Lapis iste qui factus est in caput anguli, hoc loco ad litteram Dauid est, sed quatenus Christi typum gessit. Dauid enim decem Tribus Israël diuisas à Tribu Iuda in vnum populum suo Regno coniunxit, in figuram eius, quòd Gentes Iudæis in vnam fidem & Ecclesiam esset coadunaturus. Per decem enim Tribus, quæ Israël dicuntur, frequenter apud Prophetas Gentes significantur, per Tribum autem Iuda populus Iudaicus; quemadmodum videre licet in Osea, & similiter Ezechielis cap. 37. vbi Gentium significatarum per Israëlem, & Iudæorum, qui significantur ibi nomine Iudæ, coadunatio per Christum futura prædicitur, qui ibidem Dauidis nomine designatur, idque sub visione duorum lignorum, quæ in vnum coniungebantur non sine magno crucis Dominicæ mysterio, vt apparet. Hoc autem, quod est esse caput anguli, longè veriùs & perfectiùs Christo conuenit quàm Dauidi; sicut omnia quæ sunt in vmbra perfectius est inuenire in ipso corpore. Dauid enim tantùm caput fuit duodecim Tribuum, quæ in vnius Regni populum sub eo coadunatæ sunt; Christus autem caput omnium nationum terræ, quas in vnum coniunxit: neque homines tantùm inter se coadunauit, sed & homines cum Angelis in vnam coniunxit domum. Et hic quidem parietes in vnum continet, & coniunxit numquam dissoluendos: Tribus autem illæ, quæ sub Dauide coünitæ fuerant, post paucos annos sub Roboam rursum diuisæ sunt. Sic Christus longè veriùs quàm Dauid lapis dicitur, & quidem angularis. Vt enim lapis angularis duos parietes ligat & nectit, vt firmiùs & tenaciùs coalescant: ita Christus Dominus Synagogam & Ecclesiam in vnius fidei vinculum coniungit; vt eodem vtraque colligata nodo in diuinum cultum amiciùs conspirent. *Ipse enim*, inquit Apostolus, *est pax nostra, qui fecit vtraque vnum*, dum in semetipso duos populos condidit in vnum nouum hominem, & reconciliauit ambos in vno corpore Deo per crucem. Vnde appellatur à Zacharia lapis stanneus. *Nam stannum* (interprete Niceta in Orat. 44. Nazianzeni) *res inter se distractas connectit: vtpote quod glutinandi vim habet. Huiusmodi autem quiddam in nobis Christus præstitit. Siquidem illud verum est, quod in vnum nouum hominem duos populos creat.*

Christus factus est caput omnium nationum, nec non hominum & Angelorum.

Christus lapis angularis Synagogæ & Ecclesiæ.

Ephes. 2, 14.

Zach. 4, 10.

23. *A Domino facta est hæc.*] Vbi Græci seruant genus femininum, Παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη: vnde putant plerique pronomen αὕτη ad *caput* vel ad *angulum* referri; nam vtrumque nomen, scilicet κεφαλὴ καὶ γωνία, est generis feminini. Est quidem etiam apud Hebræos genus femininum, sed quod satis constat omnibus consentientibus pro idiomate linguæ debere accipi substantiuè: nam cùm ea lingua non habeat genus neutrum, ponitur genus femininum apud eos substantiuè, quemadmodum apud nos & Græcos genus neutrum. Proinde si velimus Græca reducere ad sensum linguæ originalis, oportet pronomen αὕτη & nomen θαυμαστὴ accipi more Hebraico substantiuè, ac si essent posita in neutro genere; vt & aliàs sæpè fit; vt in illo: *Vnam petii à Domino, hanc requiram.* Itaque clariùs & magis propriè vertit Vulgata: *A Domino factum est istud, & est mirabile.* Quæ non ad caput sunt referenda, sed substantiuè accipienda, vt ad totum id quod præcessit referantur: vti benè Iansenius notauit. Inter Græcos quoque per genus neutrum hoc expressit Aquila: παρὰ κυρίου ἐγένετο τοῦτο· αὐτὸ παράδοξον ἐφάνη ἡμῖν, *A Domino factum est hoc; id incredibile visum est nobis.*

Psal. 26, 4.

24. *Hæc dies quam fecit Dominus.*] Vt intelligatur quomodo hanc diem singulariter dicatur fecisse Deus, qui omnes dies fecit, notandum in nomine diei non tantùm includi mensuram ipsam temporis, sed simul qualitates eius ac conditiones tempori accidentes: vt patet dum dicimus diem lætam aut tristem, calidam aut frigidam. Itaque hanc diem singulariter dicitur Deus fecisse propter singularia sua beneficia quæ die illâ contulit. Est autem dies hæc ad litteram quidem tempus illud quo Dauid regnabat; secundùm spiritum verò dies resurrectionis Dominicę, aut totum potiùs hoc tempus gratiæ, quod Paulus vocat diem salutis. Valentia quoque alium sensum indicat subtiliorem, quo intelligi potest Dominus fecisse hunc diem, significando illum minimè esse communem, quem Sol iste corporeus ortu suo faciat; sed diem spiritualem, quem Dominus suo in mundum aduentu fecit, ignorantiæ & malorum omnium tenebris fugatis.

Quæ singulariter dies Domini vocetur.

25. *O Domine salua nunc.*] Ita & alibi & initio huius Psalmi redditur particula δὴ, cuius loco nihil apud Latinos ponitur. Habet autem sæpè vim quamdam deprecandi, vt apud Latinos *hem, amabo, obsecro*: quod & hoc loco in Hebræa dictione agnoscit S. Hieronymus in Epistola ad Damasum de *Osianna:* vbi etiam illud δὴ videtur potiùs ex aliis Interpretibus agnoscere quàm ex Septuaginta, quamuis ita coniungat ὦ δή.

27. *Constituite diem solemnem in condensis*, &c.] S. Augustinus & Vetus Psalterium, *Constituite diem festum in confrequentationibus.* Quasi pro πυκάζουσιν, quod habent collata exemplaria, legerint πυκάσμασιν. Apud Anonymum in Catena legit Aquila, Δήσατε ἑορτὴν ἐν πιμελέσι, *Ligate solemnitatem in pinguibus*: alius apud Chrysostomum, Δήσατε ἑορτὴν ἐπιμελείαις, *Ligate*

Digitized by Google

Dies festi diligenter ac piè impendendi.

gate diem festum in diligentijs. Quid est alligari diligentijs? Minatur Deus per Prophetas, se ablaturum dies festos à Iudæis; quia eis abutebantur. Ait ergo Dauid: Alligate dies festos diligentijs, id est, Ea operamini in diebus festis quæ Deus præcipit, ne vos damnet atque auferat dies festos à vobis. Vel fortassis etiam sensus sit. ac si dicat: Multa quidem pericula imminent hominibus in diebus festis; frequentiùs enim in his delinquunt, & corruunt. Ergo alligate diem festum diligentijs; id est, Cauete ne in crimina eo die incidatis. Sic Homero teste Vlysses, vt Sirenum littora securus pernauigaret, se malo nauis alligari præcepit. Præcipuè autem diebus festis, proh pudor & dolor! multæ Sirenes occinunt: alligemus ergo nos pijs studijs & diligentijs, ne in earum manus incidamus. Denique cùm dies festus sit pretiosissima temporis portio, quam tenere debemus ne effluat: alligemus ergo diem festum, ne incassum elabatur, sed sanctis ipsum operibus impendamus, ne quadret in nos illud Ieremiæ: *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata eius.* Vbi Caietanus: *Deridenda siquidem est sola externa requies, vtpote iactura septimæ partis temporis.* Etenim si solâ quiete & cessatione operis contenti simus die festo, nostram religionem infidelibus deridendam obijcimus: hoc enim non tam iudicant esse Deum colere, quàm septimam partem temporis perdere. Tropologicè igitur hic monemur vt vsque ad finem vitæ nosmetipsos per mortificationem immolantes, quasi in magna turba hominum, quæ solet ad solemnia festa conuenire, Domino festa concelebremus. *Solemnem namque Domino diem* (ait S. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 15.) *in confrequentationibus constituit, quisquis se assiduè in eius desiderio affligit. Qui nimirum solemnitatis dies vsque ad altaris cornu tendi præcipitur; quia tamdiu necesse est vt quisque se affligat, quousque ad superni sacrificij altitudinem, id est ad æterna gaudia, pertingat.* Priusquam illuc veniamus, cessandum minimè est, quia toto vitæ tempore holocaustum abnegationis Domino offerendum. Hanc abnegationis assiduitatem & in mortificatione perseuerantiam suo exemplo docuit mundi Saluator, qui totos dies mortalitatis suæ in laboribus, & afflictionibus & vitæ austeritate transegit.

Thren. 1, 7.

ANNOTATIONES CORDERII.

Vsque ad finem vitæ nos assiduè mortificare debemus.

IN PSALMVM CXVIII. ARGVMENTVM.

Ἀλληλούϊα.

Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τῶν ἁγίων διαγράφει τὴν πολιτείαν, τοὺς ἀγῶνας, τὰς θλίψεις, τὰ σκάμματα, τὰς τῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεις, τὰς μυρίας ἀποβαλλομένους λογισμούς, τὰς παγίδας, τὰ θήρατρα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ δι' ὧν περιγίνονται, τὸν νόμον, τὰ λόγια, τὴν ὑπομονήν, τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν· ἔπειτα μετὰ τοὺς πόνους τὰ βραβεῖα, τοὺς στεφάνους, τὰς ἀμοιβάς.

Alleluia.

In hoc Psalmo describit Sanctorum viuendi institutum, certamina, tribulationes, offendicula, dæmonum insultus, millenas repulsas, cogitationes, laqueos, retia; quin & illa quibus victores euadunt, legem, oracula, patientiam, supernum præsidium; denique post labores brauia, coronas, remunerationes.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α'. ΜΑΚΑΡΙΟΙ οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου.

Ἀμώμους καλεῖ τοὺς ἀμέμπτους, ὁδὸν δὲ τὴν πρᾶξιν, ὡς καὶ τῷ πρώτῳ ψαλμῷ εἰρήκαμεν.

β'. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν.

Μαρτύρια, καὶ κρίματα, καὶ δικαιώματα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, τὸ αὐτὸ λέγει· Μακάριοι οὖν, φησιν, οἱ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξερευνῶντές τε καὶ ἐκζητοῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, καὶ ποιοῦντες ἐπιμελῶς.

γ'. Οὐ γὰρ οἱ ἐργαζόμενοι ἀνο-

1. BEATI immaculati in via; qui ambulant in lege Domini.

ALEPH. *Qui sint immaculati in via.*

Immaculatos vocat culpæ expertes, viam verò actionem, sicut in primo Psalmo diximus.

2. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Testimonia, & iudicia, & iustificationes, & si quid eiusmodi est, idem dicit: Beati igitur, inquit, qui in toto corde scrutantur & exquirunt mandata Dei, eaque diligenter faciunt.

3. Non enim qui operantur iniquita-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

quitatem, in vijs eius ambulauerunt.

μίαν, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἐπορεύθησαν.

Qui verò, inquit, decorum negligunt, & nullam virtutis ac pietatis rationem habent, hi meritò quoque Dei bona minimè consequuntur.

Ὅσοι δέ, φησιν, ἀμελοῦσι τοῦ πρέποντος, καὶ ἐν οὐδενὸς μέρει τίθενται τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐσέβειαν, οὗτοι εἰκότως οὐδὲ ἀπολαύουσι τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν.

4. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

δ'. Σὺ ἐνετείλω τὰς ἐντολάς σου φυλάξασθαι σφόδρα.

Mandata Dei diligenter obseruanda.

Ceterùm, inquit, oportet cum magna sedulitate exequi mandata, vtpote mandata Dei.

Χρὴ δέ, φησι, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἐργάζεσθαι τὰς ἐντολάς, ἅτε Θεοῦ ἐντολάς.

5. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

ε'. Ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, τοῦ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματά σου.

Cuilibet enim, inquit, in votis esse debet, diligenter perficere mandata Dei. Neque enim hoc infructuosum esse reperitur id satagentibus. vnde subiungit:

Εὐχῆς γὰρ ἔργον παντὶ ὀφείλει γίνεσθαι ἐν σπουδῇ, κατορθοῦν τοῦ Θεοῦ τὰ προστάγματα. Οὐδὲ γὰρ ἄκαρπον τοῦτο τοῖς ἐπιτηδεύουσιν εὑρίσκεται. πόθεν τοῦτο ἐπάγει·

6. Tunc non confundar, cùm prespexero in omnibus mandatis tuis.

ς'. Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου.

Impossibile enim est, inquit, aliquem pudore affici, & desiderijs suis frustrari, cui in votis sit studium mandata Dei peragendi.

Ἀμήχανον γάρ, φησι, τινὰ αἰσχύνῃ περιβληθῆναι, καὶ ἀποτυχεῖν ὧν ἐπιθυμεῖ, ἐπ' ὀφελὸν ἔχοντα τὴν σπουδὴν περὶ τὸ ποιεῖν τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ.

7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ.

ζ'. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας, ἐν τῷ μεμαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης μου.

Ego igitur, inquit, iure merito tibi gratias ago, quia didici ex lege tua, quid tandem sit bonum, & quid malum. Etenim idcircò inquit:

Ἐγὼ οὖν, φησιν, εὐχαριστῶ σοι δικαίως, ὅτι ἔμαθον ἐκ τοῦ νόμου σου, ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ καλόν, καὶ τὸ φαῦλον. καὶ γὰρ διὰ τοῦτό φησι·

8. Iustificationes tuas custodiam:

η'. Τὰ δικαιώματά σου φυλάξω·

Non enim sola disciplina, sed ipsum opus disciplinæ beatum reddit: idcircò rogo:

Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸ μαθεῖν μακαρίζει, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς μαθητείας ἔργον· διὰ τοῦτο αἰτοῦμαι·

Non me derelinquas vsquequaque.

Μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα.

Ne longo, inquit, tempore me relinquas in captiuitate.

Μὴ ἐπὶ πολύ με, φησί, τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐγκαταλείπῃς.

BETH.

9. In quo * corriget adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

θ'. Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

* *Vulgata corrigit*

Rogat citò restitui in patriam propter religionem.

Petit igitur, vt minimè senex in terram promissionis reuertatur, sed adhuc iuuenis & fortis ad opera religionis atque iustitiæ obeunda; atque hoc ipsum rogans subdit:

Ζητεῖ οὖν, μὴ γέροντα ἐπανελθεῖν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ νέον ὄντα ἔτι καὶ ἰσχύοντα ἐργάζεσθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην καὶ τὸ αὐτὸ παρακαλῶν ἐπάγει·

ι'. Ἐν

PARAPHRASIS ANONYMI.

ι. Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε· μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

Ἀντὶ τοῦ, Ἐπεὶ οὖν πάσῃ δυνάμει καὶ πάσῃ ψυχῇ ἐπὶ τῶν τόπων γινόμενος τῶν ἁγίων, ἐπιθυμῶ τῆς εὐσεβείας ἐπιδείξασθαι τὰ ἔργα, σύμπραξόν μοι, καὶ ἀνάγαγέ με, μὴ ἐγκαταλειπὼν με ἐνταῦθα, ἔνθα εὐσέβεια μὲν ἀμελεῖται, εἰδωλολατρεία δὲ σπουδάζεται.

10. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

Id eſt, Cùm igitur omni virtute totáque anima in locis ſanctis exiſtens, religionis opera exhibere deſiderem, opitulare mihi, & deduc me, non relinquens me hîc, vbi religio negligitur, idololatria verò ſtudiosè exercetur.

ια. Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

Πάντων γάρ, φησιν, ἐνταῦθα εἰδωλολατρούντων, τῆς διανοίας μου αὐτὸς οὐκ ἐξέστης, οὐδὲ ἄλλον ποτὲ θεὸν ἡγησάμην ἐν διανοίᾳ μου πλὴν σοῦ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου, φυλαξάμενος καὶ τὸ μέχρις ἐννοίας ἁμαρτεῖν.

11. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Omnibus enim, inquit, hîc idola colentibus, tu ipſemet animo meo minimè excidiſti, neque alium vmquam Deum in mente mea habui præter te Dominum vniuerſorum, cauens vel ſolâ cogitatione tenus delinquere.

ιβ΄. Εὐλογητὸς εἶ κύριε· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Καὶ ἐπὶ τούτοις, φησιν, ὑμνῶ σε δέσποτα, καὶ αἰτοῦμαι, ὥστε προσθήκας ἐν ἐμοὶ ἐργάσασθαι τῶν ἀγαθῶν ἐνθυμημάτων.

12. Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas.

Et ad hæc, inquit, laudo te Domine, & rogo, vt bonarum incrementa cogitationum mihi adijcias.

ιγ΄. Ἐν τοῖς χείλεσί μου ἐξήγγειλα πάντα τὰ κρίματα τοῦ στόματός σου.

Ἀλλά γε, φησιν, ἃ κατὰ ψυχὴν λογίζομαι, ταῦτα καὶ διὰ τῶν χειλέων μου παράσχου μοι προφέρειν, ἵνα ὁμοφωνῇ τὰ χείλη πρὸς τὴν διάνοιαν εὐχαριστοῦντα σοι.

13. In labijs meis pronuntiabo omnia iudicia oris tui.

Ceterùm, inquit, quæ in animo cogito, hæc etiam per labia concede mihi proferre, vt labia menti conſona tibi gratias agant.

ιδ΄. Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ.

Οὐ γάρ, φησιν, ἐπιτηδεύσαιμι κολακεῦσαι Βαβυλωνίους, ἵνα μὴ πλουτήσω παραβῶσα τὴν εὐσέβειαν· ἐμοὶ γὰρ πλοῦτός ἐστι μέγιστος καὶ τέρψις ἀνείκαστος ἡ τῶν νόμων σου φυλακή.

14. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs.

Non enim, inquit, ſatagam Babylonijs adulari, ne læſâ religione diteſcam: nam diuitiæ meæ maximæ & delectatio incomparabilis mihi eſt cuſtodia legum tuarum.

ιε. Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω· καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου.

Ἀλλὰ καὶ ἡ διατριβή μου, φησὶν, ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου διαπαντὸς, ἵνα ποιήσω αὐτάς.

15. In mandatis tuis exercebor; & conſiderabo vias tuas.

Sed & exercitatio mea, inquit, eſt in mandatis tuis ſemper, vt faciam illa.

ιϛ΄. Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω· οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου.

Διὰ τοῦτο, φησιν, οὐκ ἀποστερηθήσομαι τῶν τοιούτων ἀγαθῶν, φυλάττων σου τὰ νόμιμα. καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις αὐτίκα ἐπάξει.

16. In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

Idcircò, inquit, non priuabor iſtiuſmodi bonis, legitima tua cuſtodiens. & quodnam ſit huius rei argumentum mox ſubiunget.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. ALEPH.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. BEATI IMMACVLATI IN VIA.] Hi qui simpliciter ambulant in lege Domini, cùm naturam habeant quæ malum auersatur, inscrutabilibus Dei iudicijs beati sunt, vtpote immaculati: multò autem beatiores sunt iudicio considerato & scrutatione testimoniorum eius. Ceterùm cùm ad beatitudinem exprimendam sola scrutatio minimè sufficiat, sed scrutationem sequi debeat operatio, adiungitur illud: *In toto corde exquirunt eum.* Nam qui scrutatur quidem, sed iniquitatem exercet, is minimè beatus est. Non enim in sermone Regnum Dei, sed in virtute. *Lex* autem fuerit quæ per Moysem data est; *testimonia* verò oracula Dei, eò quòd ab ipso testificata sint; *iustificationes*, vt quæ iustificare valeant illas exercentem; *iudicia*, vt quæ iustas adferant retributiones. Quid porrò lucri ex scrutatione testimoniorum? quod nempe ex toto corde quærant Deum. Docens autem quid contrarium sit, subiungit:

Quid per legem, testimonia, iustificationes & iudicia intelligatur.

3. NON ENIM QVI OPERANTVR INIQVITATEM.] Qui autem, inquit, negligunt decorum, hi meritò quoque bonis non fruentur. Sicut etiam in primo Psalmo dixit, *Non sic impij, non sic.* Deinde caussam subiungit, ob quam bonis fruiturus sit is qui legitima studiosè exercet. subdit enim:

4. TV MANDASTI MANDATA TVA.] Tua, inquit, Dei mandata sunt; quapropter necessaria est eorum obseruatio. Sapientibus enim etiam in voto esse debet mandata Dei peragere, quia Dei sunt. Voti autem designatiua est vox *vtinam.* Non enim aliter quis custodiet iustificationes, nisi directæ fuerint viæ eius. *Dirigantur*, inquit, *viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Et ostendens huius rei fructum, subiungit: *Tunc non confundar.* Tunc, quando? Cùm, inquit, custodiero iustificationes tuas, tunc non confundar; quando nimirum in voto mihi fuerit hæc obseruare. Iniquitatis enim fructus est pudor. Si autem directæ fuerint viæ meæ non confundar. Vel *tunc*, in futuro iudicio. Si autem quis omnia mandata fecerit, offendat autem in vno, erit omnium reus.

Mandata Dei ex animo sunt obseruanda.

Omnia mandata seruanda. Iac. 2, 10.

α΄. ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΟΙ ΑΜΩΜΟΙ ΕΝ ΟΔΩ.] Οἱ ἁπλῶς πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου, τὴν φύσιν ἔχοντες μισοπόνηρον, ἀνεξιχνιάστοις κρίμασι τοῦ θεοῦ μακάριοι, ὡς ἄμωμοι· πολλῷ δὲ μακαριώτεροι τῇ κρίσει λελογισμένῃ καὶ ἐξερευνήσει τῶν μαρτυρίων αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἐξαρκεῖ μόνη ἡ ἔρευνα τὸν μακαρισμὸν χαρακτηρίζειν, ἀλλὰ πρὸς τῇ ἐρεύνῃ δεῖ καὶ τὴν ἐργασίαν παρακολουθεῖν, πρόσκειται τό· ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. ὁ γάρ τοι ἐρευνῶν, τὴν δὲ ἀνομίαν μετιών, οὐ μακάριος. οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει. νόμος δ' ἂν εἴη ὁ παρὰ Μωσέως δοθείς· μαρτύρια δὲ τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, τῷ μαρτυρεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ· δικαιώματα, ὡς δικαιοῦν τὸν κατορθοῦντα δυνάμενα· κρίματα, ὡς τὰς ἀξίας ἀπονέμοντα ἀνταποδόσεις. κέρδος δὲ τοῦ ἐξερευνῆσαι τὰ μαρτύρια τί; τὸ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ζητῆσαι τὸν θεόν. Διδάσκων δὲ τί τὸ ἐναντίον, ἐπιφέρει·

γ΄. ΟΥ ΓΑΡ ΟΙ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ.] Ὅσοι δέ, φησιν, ἀμελοῦσι τοῦ προσήκοντος, οὗτοι εἰκότως οὐδὲ ἀπολαύουσι τῶν ἀγαθῶν. ὥσπερ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τό, οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως. εἶτα καὶ αἰτίαν ἐπάγει, δι' ἣν ἀπολαύσεται τῶν ἀγαθῶν ὁ περὶ τὰ νόμιμα τὴν σπουδὴν ἔχων. ἐπάγει γάρ·

δ΄. ΣΥ ΕΝΕΤΕΙΛΩ ΤΑΣ ΕΝΤΟΛΑΣ ΣΟΥ.] Σοῦ, φησι, τοῦ θεοῦ ἐντολαί εἰσι· διὸ ἀναγκαία ἡ τούτων φυλακή. τοῖς γὰρ εὖ φρονοῦσι καὶ εὐχῆς ἔργον ὀφείλει γίνεσθαι τὸ ἐν σπουδῇ κατορθοῦν τοῦ θεοῦ τὰ προστάγματα, θεοῦ γάρ εἰσι. σημαντικὸν δὲ εὐχῆς τὸ ὄφελον. οὐ γὰρ ἄλλως τις φυλάξει τὰ δικαιώματα, εἰ μὴ κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Εὐθυνάθωσάν, φησιν, αἱ ὁδοί μου ὡς ἂν διατηρῆσαι τὰ δικαιώματα. καὶ δεικνὺς τὸν τούτου καρπόν, ἐπιφέρει· Τότε μὴ αἰσχυνθῶ. τότε, πότε; Ὅτε, φησί, φυλάξω τὰ δικαιώματά σου, τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ· ὅτε εὐχῆς ἔργον ποιήσομαι τὸ ταῦτα τηρῆσαι. παρανομίας γὰρ αἰσχύνη καρπός. εἰ δὲ κατευθυνθῶσιν αἱ ὁδοί μου, οὐκ αἰσχυνθήσομαι. ἢ τότε, ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει. εἰ δὲ ὁ πάσας τὰς ἐντολὰς ποιήσας, πταίσας δὲ ἐν μιᾷ, πάντων ἔσται ἔνοχος.

καλῶς

Digitized by Google

καλῶς εἴρηται τὸ, οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. Προοιμιασάμενος δὲ μέχρι τούτου, καὶ μακαρίσας τοὺς τὸ ἀγαθὸν ἐργαζομένους, καὶ ταλανίσας τοὺς ἀμελοῦντας, καὶ εὐχῆς ἄξιον κρίνας τὸ πρᾶγμα, ὅτι οὐκ ἀκερδές. ἐντεῦθεν ὡς ἐκ τῶν ἁγίων φθέγγεται, συνεισάγων καὶ τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, ὡς καὶ αὐτὸς ἔργον ἐσχηκὼς τοῦ ταῦτα φυλάξαι. φάσκει γοῦν·

ζ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΕΝ ΕΥΘΥΤΗΤΙ.] Μετὰ τὴν εὐχὴν τίθησι καὶ τὸ ἐκ προαιρέσεως. ἡ εὐθύτης δὲ τῆς καρδίας γίνεται ἐν τῷ μαθεῖν τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης. ὁ δὲ μὴ εὐθῆ, ἀλλὰ σκολιὰν ἔτι ἔχων τὴν καρδίαν, οὐ δύναται ἐξομολογεῖσθαι. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον, τοὺς ἁγίους ἐκ προαιρέσεως μὲν αἱρουμένους τὸ καλὸν, εὐχαριστοῦντας δὲ τῷ Θεῷ ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦτο λαμβάνοντας· ὅπερ ταπεινοφροσύνης ἐστί. κἄντε γὰρ ἔξωθεν ἐπιδίδοται ἡμῖν, χάρισμα Θεοῦ ἐστι φιλοτίμημα· κἄντε οἴκοθεν ὁρμήσωμεν, οὐκ ὀφείλομεν μεγαλοφρονεῖν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρόθεσις, μὴ συγκροτουμένη παρὰ Θεοῦ· κατὰ τὸ, ἔγνων κύριε ὅτι οὐ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος, καὶ οὐ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, οὐδὲ τοῖς σοφοῖς ὁ ἄρτος. τὸ δὲ τὰ δικαιώματά σου φυλάξω πρὸς τὸ, εὐχαριστῶ σοι, ἀποδέδοται οἷον· εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἐδίδαξάς με ἐκ τοῦ νόμου σου, ποῖόν ἐστι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον, ἵνα τοῦτο φυλάξω. μαθόντα οὖν τὸ δίκαιον ἐκ τοῦ νόμου σου, καὶ φυλάττοντα τοῦτο, αἰτοῦμαι μὴ ἐγκαταλιπεῖν με ὥστε ἡττηθῆναι δεινῶν ὄντων τῶν προσπαλαιόντων. καλὸν δὲ καὶ τὸ ἕως σφόδρα. αἰτεῖ γὰρ μὴ γυμνωθῆναι τῆς θείας ἐπικουρίας. μέτρα γάρ, φησιν, ἔχει ἡ δύναμίς μου. διόπερ ἐν τῷ πειράζεσθαί με, μὴ ἕως τοῦ σφόδρα ἐγκαταλίπῃς με.

θ'. ΕΝ ΤΙΝΙ ΚΑΤΟΡΘΩΣΕΙ ΝΕΩΤΕΡΟΣ.] Εἰπὼν ὅτι, μὴ ἐπὶ πολύ με ἐγκαταλίπῃς, εὔλογον αἰτίαν παρήγαγεν· ὅτι ἕως ἔτι ἰσχύω, καὶ οὔπω με τὸ γῆρας πρὸς ἐργασίαν τοῦ καλοῦ κάμνειν ποιεῖ, ἀνάγαγέ με εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν. ἢ, ἐπεὶ πολλῶν ἡ νεότης σκανδάλων μεστὴ καὶ εὐόλισθός ἐστι, πῶς, φησι, ταῦτά τις ὑπερβῇ; ἐκ τοῦ ἔχειν ἐν μνήμῃ τοὺς Θεοῦ λόγους ἀεί. ἡ γὰρ τῶν θείων ἔννοια καθαρτικὴ καὶ φυλακτι-

Pulchrè dictum, *Non confundar cùm perspexero in omnia mandata tua.* Ceterùm cùm hactenus exordium fecisset, & eos qui bonum operantur beatos pronuntiasset, ac negligentes è contra miseros, atque hanc rem voto dignam censuisset, quippe minimè infructuosam. Hoc loco tamquam ex mente Sanctorum loquitur, suam quoque personam introducens, vt qui & ipse opus habuerit hæc custodire. ait itaque:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

7. CONFITEBOR TIBI IN DIRECTIONE.] Post votum ponit etiam hoc ex animi sententia. Rectitudo autem cordis fit in discendis iudicijs iustitiæ. Verùm qui minimè rectum, sed adhuc obliquum cor habet, non potest confiteri. Admiratione verò dignum est, Sanctos quidem ex animi sententia bonum eligere, Deo autem gratias agere ac si ab ipso hoc accepissent: quod humilitatis est. Siue enim extrinsecus nobis adiectum fuerit, Dei liberale donum est; siue motu proprio feramur, minimè debemus superbire. Siquidem animi propositum haudquaquam sufficit, nisi à Deo fuerit adiutum; iuxta illud, Cognoui Domine *quoniam non est velocibus cursus, nec potentibus prælium, neque sapientibus panis.* Illud autem *Iustificationes tuas custodiam* refertur ad istud, *Gratias ago tibi.* q. d. Gratias ago tibi quòd docueris me de lege tua, quid sit iustum & quid iniustum, vt illud custodiam. Cùm igitur didicerim ex lege tua quid iustum sit, illudque custodiam, rogo ne derelinquas me ab his qui oppugnant superari quia feroces sunt. Pulchrè autem addit illud *vsquequaque.* Petit enim ne diuino auxilio destituatur. Nam virtus, inquit, mea limitata est. Quapropter dum tentationibus exagitor, ne derelinquas me vsquequaque.

Sancti omnia bona sua Deo attribuunt.

Eccle. 9, 11.

9. IN QVO CORRIGET ADOLESCENTIOR.] Cùm dixisset, Ne ad longum tempus me derelinquas, rationabilem causam subiunxit: Nempe dum adhuc valeo, & senectus me nondum ad benè agendum ineptum reddit, reduc me in terram promissionis. Vel, cùm iuuentus plurimis scandalis plena sit & instabilis existat, quomodo, inquit, quispiam hæc superare possit? si sermones Dei semper in memoria habuerit. Rerum enim cogitatio diuinarum & purgandi & conseruandi vim habet.

BETH.

Rerum diuinarum memoria semper retinenda.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Thren. 3, 27.

habet. Siquidem *bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia:* qui autem illud portat postquam peccauerit, non illicò bonus est, nisi magis benè viuendo priora delicta obliteret. Symmachus autem exponens, *In quo illustrabit iunior viam suam?* docuit iuuentutem plurimâ immunditiâ refertam esse, & expiationis indigere; cuius morem subiunxit, *In custodiendo.* Hoc frœnum est. Ceterùm optans adhuc posse mandatum operari subiungit: *In toto corde meo exquisiui te.* Cùm, inquit, omni virtute desiderem pietatis opera exhibere, adiuua me: metuit enim insipientiam, quæ plurimis studium vertit in contrarium, & in quibus rectè agere videbantur aberrarunt. In toto porrò corde quis exquirit? Is qui mentem non distrahit curis rerum sæcularium. Ceterùm, inquit, cùm mandatorum tuorum obliuionem interitum, sicut eorumdem recordationem salutem adferre cognouerim, In corde, inquit, meo abscondi eloquia tua. Hæc namque abscondenda sunt, ne à maligno auferantur. Etenim cùm quispiam pretiosi aliquid habet, non proponit illud parietum effossoribus, sed in cubiculis recondit, vt eos lateat. Hinc autem clarum fit peccare illos qui arcana Dei in impuras aures effundunt.

Eloquia Dei in corde abscondenda.

12. BENEDICTVS ES DOMINE, DOCE ME.] Qui profectum suum senserat ex eo quod ex toto corde Deum exquireret, benedicit ipsi gratias agens pro ijs quæ hactenus acceperat, quæritque ab eo discere quem sensum habeant iustificationes eius, vtque ipsi probarum incrementum adijciant cogitationum: Et non solùm, inquit, hoc satagam, ne mente tenus peccem, sed etiam vt ea quæ animo reuoluo, eadem quoque labijs enuntiem, vt labia menti consentiant. Vel sic: Quæcumque scientes aliquos perficere oportuit, hæc illis proponebam. Et ostendens quantum hac re delectaretur, subiungit:

14. IN VIA TESTIMONIORVM TVORVM DELECTATVS SVM.] Opulentia, inquit, mihi maximaque delectatio est custodia legum tuarum; quapropter nihil me cepit eorum quæ in præsenti sæculo sunt. Illud enim, *Sicut in omnibus diuitijs*, diuersas diuitiarum species indicauit, omnigenam claritatem at-

Custodia legis maxima diuitia sunt.

κή ἐστιν. ἀγαθὸν μὲν οὖν ἀνδρὶ ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος· ὁ δὲ μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι ἄρας, οὐκ εὐθὺς ἐν τῷ ἀγαθῷ γίνεται, εἰ μὴ ἐπὶ πλεῖον διὰ βίου ἐπικλύσῃ τὰ προημαρτημένα. ὁ δὲ Σύμμαχος ἐκδούς, ἐν τίνι νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ λαμπρυνεῖ; ἐδίδαξεν ὅτι πολλῆς ἐστιν ἀκαθαρσίας ἡ νεότης μεστή, καὶ δεῖται καθάρσεως· ἧς τὸν τρόπον ἐπήνεγκεν, ἐν τῷ φυλάξασθαι. οὗτος ὁ χαλινός. εὐξάμενος δὲ ἔτι ἰσχύειν τὴν ἐντολὴν ἐργάζεσθαι ἐπάγει· Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε. Ἐπεί, φησι, πάσῃ δυνάμει ἐπιθυμῶ τὰ τῆς εὐσεβείας ἔργα ἐνδείξασθαι, σύμπραξόν μοι· δέδοικα γὰρ τὴν ἀσυνεσίαν, ἣ πολλοῖς τὴν σπουδὴν εἰς τοὐναντίον περιέστησε, καὶ ἐν οἷς ἔδοξαν κατορθοῦν ἐσφάλησαν. ἐξ ὅλης δὲ καρδίας τίς ἐκζητεῖ; ὁ μὴ μερίζων τὴν διάνοιαν εἰς φροντίδας πραγμάτων βιωτικῶν. ἐπεὶ δέ, φησιν, ὀλέθρου πρόξενον ἔγνων τὸ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν ἐντολῶν σου, ὥσπερ σωτηρίας τὸ μεμνῆσθαι, ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα, φησι, τὰ λόγιά σου. κρύπτειν γὰρ δεῖ ταῦτα, ὡς μὴ ἁρπασθῆναι ὑπὸ τοῦ πονηροῦ. καὶ τίμιον γάρ τις τί ἔχων, οὐ προτίθησι τοιχωρύχοις, ἀλλ' ἐναποκλείει θαλάμοις, ὥστε διαφυγεῖν. ἐκ τούτου δὲ δῆλον ὅτι οἱ τὰ ἀπόρρητα τοῦ θεοῦ εἰς βεβήλους ἀκοὰς ἐκφέροντες ἁμαρτάνουσιν.

ιβʹ. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΕΙ ΚΥΡΙΕ, ΔΙΔΑΞΟΝ ΜΕ.] Ὁ τῆς ἑαυτοῦ προκοπῆς αἰσθανόμενος ἀπὸ τοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητεῖν τὸν θεόν, εὐλογεῖ αὐτὸν εὐχαριστῶν ἐφ' οἷς ἤδη ἠξίωται, καὶ παρ' αὐτοῦ ζητεῖ μαθεῖν τίνα νοῦν ἔχει αὐτοῦ τὰ δικαιώματα, καὶ προσθήκην αὐτῷ γενέσθαι τῶν ἀγαθῶν ἐνθυμημάτων· καὶ μὴ μόνον, φησί, τούτου φροντίσω τοῦ, μηδὲ μέχρι ἐννοίας μὴ ἁμαρτεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἃ κατὰ ψυχὴν λογίζομαι, ταῦτα καὶ διὰ τῶν χειλέων ἐξαγγέλλειν, ἵνα ὁμοφωνῇ τὰ χείλη πρὸς τὴν διάνοιαν. ἢ οὕτως· ὅσα μανθάνοντάς τινας κατορθοῦν ἔδει, ταῦτά φησι παρετιθέμην αὐτοῖς. καὶ δεικνὺς ὡς ἥδεται τῷ πράγματι, ἐπιφέρει.

ιδʹ. ΕΝ ΤΗ ΟΔΩ ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΣΟΥ ΕΤΕΡΦΘΗΝ.] Πλοῦτός, φησιν, ἐμοὶ μέγιστος καὶ τέρψις ἡ τῶν νόμων σου φυλακή· διὸ οὐδὲν με εἷλε τῶν ἐν τῷ παρόντι. τὸ γάρ, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, τὰ διάφορα εἴδη τοῦ πλούτου ἐσήμανε, τὴν παντοδαπὴν εὔκλειαν

καὶ

Digitized by Google

καὶ τρυφήν· ἀντὶ πάντων ἐμοί, φησι, τὰ μαρτύριά σου. καὶ τό, ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, τοῖς πρὸ αὐτοῦ ἀποδίδοται. εἰπὼν γὰρ ὅτι, πλοῦτος ἐμοί ἐστιν ἡ τῶν νόμων σου φυλακή, ἐπήγαγεν ὅτι καὶ ἡ διατριβὴ ἡ ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου. ἀδολεσχίαν γὰρ νῦν τὴν ἐπὶ καλῷ φησιν· ἔστι γὰρ καὶ ἐπὶ κακῷ· ὡς ἐπὶ τοῦ· διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας. Ἀδολεσχήσας δέ, φησιν, ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ τὰς ὁδούς σου κατανοήσω· ἀντὶ τοῦ, καὶ ἐν ἀπολαύσει γενήσομαι τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν. εἰπὼν δέ, ὅτι ἐν ἀπολαύσει γενήσομαι τῶν ἀγαθῶν· εἰκότως ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ μελετήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀφαιρεθήσονταί μου. τοῦτο γὰρ τὸ Οὐκ ἐπιλήσομαι. ἢ τὸ ἀδολεσχήσω ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχῶς μελετήσω. ἐκ γὰρ πολλῆς μελέτης τῶν ἐντολῶν ἔρχεταί τις εἰς τὸ κατανοῆσαι. τοῦτο γὰρ αἰτεῖ, ἀνθ' ὧν εἰσηνέγκατο φωτισθῆναι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ γνῶναι τὰ θεῖα θαυμάσια· κατανοήσας δέ, φησιν, οὐκ ἐπιλήσομαι, ἀλλ' ἄληστον τὴν τούτου μνήμην φυλάξομαι.

que delicias: Pro his omnibus, inquit, sunt mihi testimonia tua. Illud etiam, *In mandatis tuis exercebor*, ad præcedentia refertur. Nam cùm dixisset, Opulentia mea est custodia legum tuarum, subiunxit etiam exercitationem mandatorum tuorum. Hoc loco enim ἀδολεσχίαν siue exercitationem accipit de bono: nam etiam de malo dicitur; vt in illo: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes.* Ceterùm, inquit, cùm in mandatis tuis fuero exercitatus, etiam vias tuas considerabo: id est, bonis tuis fruar. Cùm autem dixisset, Quoniam fruar bonis; meritò subiunxit, Et meditabor in eis, & à me non auferentur. Hoc enim ait *Non obliuiscar.* Vel illud *exercebor* ponit pro assiduè meditabor. Nam ex frequenti mandatorum meditatione peruenit quis ad eorumdem cognitionem. Hoc enim petit, vt mens ipsius illuminetur ad diuina mirabilia cognoscenda: Hæc autem, inquit, cognoscens, minimè obliuiscar, sed iugem eius memoriam conseruabo.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Psal. 118, 85.

Frequenti meditatione mens illustratur.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διαφόρους ὁ θεῖος Δαβὶδ πραγμάτων ἔσχε μεταβολάς· καὶ γὰρ ἔφυγε πολεμίους, ἐνέπιπτε συμφοραῖς, καὶ πάλιν θυμηρεστέραν εἶχε ζωήν· καὶ νῦν μὲν τὴν θείαν ὁδὸν ἔτρεχε, νῦν δὲ ταύτῃ προσέπταιεν. ἅπαντα κατὰ ταυτὸν ἐν τῷ παρόντι συνήγαγε ψαλμῷ· καὶ τὰς ἑκάστοτε προσαχθείσας τῷ θείῳ δεήσεις ἐνταῦθα ἐνθείς, μίαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ποικίλην διδασκαλίαν προστέθεικε, διδάσκων καὶ δογμάτων ἀντιποιεῖσθαι ὀρθῶν, καὶ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν κατορθοῦν· ὡς ἀρκούσης τῆς τοῦ ψαλμοῦ ὑποθέσεως καὶ τοὺς μετιόντας ἀρετὴν τελειῶσαι, καὶ τοὺς ῥᾳθύμως συζῶντας διεγεῖραι. ἰστέον δέ, ὡς τὰ μὲν πρὸς λέξιν νοεῖται τοῦ ψαλμοῦ, τὰ δὲ τροπολογίαι εἰσί, καὶ παραβολαί, ἢ καὶ αἰνίγματα. ἁρμόζει δὲ καὶ ἐκ προσώπου εἰρῆσθαι τῶν ἁγίων τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἐπιθυμούντων ἐπανελθεῖν δι' εὐσέβειαν· ἐχόντων δὲ καὶ παρρησίαν τοῦ αἰτεῖν τοιαῦτα ἐκ βίου σεμνοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἀνδρὸς ἁμαρτίαις ὑποκειμένου κρειττόνων ἐπιθυμίαν ἐξαιτεῖν· ἀρκετὸν γάρ, εἰ τῶν παρόντων ἀπαλλαγείη. εἰ δέ τις λέγει

ORIGENIS. Diuinus Dauid varias habuit rerum vicissitudines: etenim hostes fugitauit, incidit in ærumnas, & iucundiorem rursus vitam obtinuit: & modò quidem diuinam viam cucurrit, modò verò in eamdem impegit. Hæc igitur omnia simul in hoc Psalmo collegit: & preces sigillatim diuino Numini oblatas hoc loco inserens, vnam eamque variam hominibus doctrinam proposuit, docens & recta dogmata præferre, & virtutem practicam perficere; ita vt huius Psalmi argumentum ijs qui virtutem colunt ad perfectionem adducendis, & ijs qui segniter viuunt excitandis sufficiat. Ceterùm sciendum, quomodo aliqua quidem huius Psalmi ad litteram intelligantur, alia verò tropologiæ sint, & parabolæ, & ænigmata. Congruit etiam vt hæc dicta sint ex persona sanctorum qui in Babylone desiderabant reditum propter religionem: habebant autem ex vita proba confidentiam istiusmodi postulandi. Non enim est viri peccatis dediti meliorum rerum desiderio moueri easque postulare; nam satis illi est, si à præsentibus liberetur. Quòd si verò quis dixerit

Dauid varias passus rerum vicissitudines.

Quod sit argumentum huius Psalmi.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

rit hæc etiam omnibus sanctis competere Deum pro communi resurrectione impetranda rogantibus, sicut illi qui in Babylonia reditum postulabant, minimè à decoro aberrauerit.

ALEPH. 1. BEATI IMMACVLATI IN VIA.] ORIGENIS. Elementa principij sermonum Dei sunt locus diuinus; de quibus etiam differit hic Psalmus centesimus decimusoctauus, qui secundùm Hebræorum elementa conscriptus est, ita vt primi eius octo versiculi sint ab Aleph; quæ littera apud ipsos principium est elementorum; sequentes verò octo sint à Beth, & sic deinceps. Atque hic Psalmus vniuersum locum moralem complectitur cum omni contemplatione nominum quæ in locis moralibus adhibentur in Scripturis. Sciendum autem quomodo aliud quidem sit lex, aliud verò iustificatio, aliud præceptum, aliud testimonium, aliud iudicium. Idcircò autem elementa hîc præposita sunt, vt legentibus demonstraretur elementa esse moralis loci scientiam. Sic etiam Psalmi centesimus vndecimus & centesimus duodecimus, cùm & illi quodammodò morales sint, principium versiculorum habuerunt ab elementis Hebræorum. Atqui in illis duobus Psalmis elementatio non est exposita, sed breuibus quibusdam signis tradita, hîc verò ipsa elementatio pluribus traditur. Sciendum igitur vti alia, sic & hæc in Spiritu sancto scripta esse, & minimè contemnendam habere rationem. Atqui hæc est causa, quòd singula elementa octies ab Hebræis dicta sint in hoc Psalmo. Veni igitur ad numerum octonarium, & sicubi in Scriptura nominatus sit, apprehende illum, & ad quid dicatur, atque erit tibi vtilis hic sermo ad sciendum, quia vnumquodque elementum perfectio est simul cum numero. Quando autem perfecti euaserimus in elementis, septenarius numerus nobis præferendus, quia nimirum hic per materiam perficitur; siquidem septenarius signum est crassitiei materialis; octonarius verò principium est status magis immaterialis atque potioris. Siquidem vt plurimùm quoque dicimus; sextenarium materiam mundialem habitudinaliter insinuare: Ceterùm illum quidem ad molis integritatem referimus,

Hic Psalmus qualiter per elementa distinctus sit.

Psalmi elementarij sunt morales.

Cur singula elementa in hoc Psalmo octies repetantur.

Octonarius est numerus perfectionis.

καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἁρμόζειν αἰτοῦσι τὸν θεὸν τῆς κοινῆς τυχεῖν ἀναστάσεως, ὡς οἱ ἐν Βαβυλῶνι τῆς ἐπανόδου, τοῦ πρέποντος οὐχ ἁμαρτάνει.

α΄ ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΟΙ ΑΜΩΜΟΙ ΕΝ ΟΔΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ θεοῦ ὁ θεῖός ἐστι τόπος· περὶ ὧν καὶ διαλαμβάνει ὁ ἑκατοστὸς ὀκτωκαιδέκατος ψαλμὸς, κατὰ ἑβραίων στοιχεῖα γεγραμμένος, ὥστε τοὺς μὲν πρώτους αὐτοῦ στίχους εἶναι ὀκτὼ ἀπὸ τοῦ ἄλεφ· ὅ ἐστιν ἀρχὴ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς στοιχείων· τοὺς δὲ δευτέρους ὀκτὼ ἀπὸ βὴθ, καὶ οὕτω καθεξῆς. καὶ περιέχει γε ὁ ψαλμὸς οὗτος ὅλον τὸν τόπον τὸν ἠθικὸν μετὰ πάσης θεωρίας τῆς περὶ τῶν διαφόρων ἐν τοῖς ἠθικοῖς τόποις ὀνομάτων ἐν ταῖς γραφαῖς. ἰστέον δὲ ὡς ἄλλο μὲν νόμος, ἄλλο δὲ δικαίωμα, ἄλλο πρόσταγμα, ἄλλο μαρτύριον, ἄλλο κρίμα. διὰ τοῦτο δὲ ἐνταῦθα τὰ στοιχεῖα προτέτακται, ἵνα δηλωθῇ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὅτι τὰ στοιχεῖα ἐστὶν ἡ γνῶσις τοῦ ἠθικοῦ τόπου. οὕτω καὶ οἱ ρια΄ καὶ ριβ΄ ψαλμοὶ, τίνα τρόπον κἀκεῖνοι ἠθικοὶ ὄντες, εἶχον τὴν ἀρχὴν τῶν στίχων ἀπὸ τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις στοιχείων. ἐκεῖ μὲν οὖν ἡ στοιχείωσις οὐκ ἐκτέταται, ἀλλὰ διὰ βραχέων παραδέδοται ἐν δυσὶ ψαλμοῖς, ἐνταῦθα δὲ ἡ στοιχείωσις διὰ πλειόνων παραδέδοται. ἰστέον τοίνυν ὥσπερ ἄλλα, οὕτω καὶ ταῦτα ἐν πνεύματι ἁγίῳ γεγράφθαι, λόγον τε ἔχειν οὐκ εὐκαταφρόνητον. καὶ ἡ αἰτία, τοῦ ἕκαστον τῶν στοιχείων ὀκτάκις παρ᾽ ἑβραίοις εἰρῆσθαι ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ. ἐλθὲ τοίνυν ἐπὶ τὸν ὀκτὼ ἀριθμὸν, καὶ εἴ που ὠνομάσθη ἐν τῇ γραφῇ, παράλαμβανε αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τίνι εἴρηται, καὶ ἔσται σοι χρήσιμος ὁ λόγος πρὸς τὸ ἰδεῖν, ὅτι ἕκαστον στοιχεῖον τελείωσις ἐστιν ἅμα τῷ ἀριθμῷ. ὅταν δὲ τελειώμεθα ἐν τοῖς στοιχείοις, ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς προτιμητέος ἡμῖν, ὅτι δὴ καὶ τῇ ὕλῃ ἀνεῖται οὗτος· εἴπερ ἐστὶν ὁ ἑπτὰ σημεῖον ὑλικῆς παχύτητος· ὁ δὲ ὀκτὼ ἀρχὴ τῆς αὐλοτέρας καὶ μείζονος καταστάσεως. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα φαμὲν καὶ τὸν ἓξ τὴν κοσμικὴν σχετικῶς ὕλην ὑποδηλοῦν. ἀλλ᾽ οὖν γε τὸν μὲν εἰς τὴν κατὰ ποσὸν ὁλότητα ἀναφέρομεν,

τὸν

Digitized by Google

τὸν δὲ εἰς τὴν καθ' ἕξιν τελείωσιν, καθ' ἣν τις ἀποσμήχεται τὰ ῥυπάσματα τῆς ψυχῆς, καὶ καθαίρεται. πρὶν γὰρ ἔλθῃ ἡ ὀγδόη τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, ὅλος ὁ κόσμος ἀπερικάθαρτος ἦν καὶ ἀκρόβυστος. ὅτε δὲ ἦλθεν ἡ ὀγδόη τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ ἡμέρα, ἀθρόως πάντες ἐκαθαρίσθημεν ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες καὶ συναναστάντες, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. ἐπεὶ οὖν διὰ τῆς στοιχειώσεως καθαίρεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, μανθανόντων τὸν ἠθικὸν τόπον, καὶ τελειουμένων ἐν τῇ γνώσει αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ὁ ὀκτὼ ἀριθμὸς παρελήφθη καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐν τοῖς προκειμένοις. ἐν τούτῳ γοῦν τῷ ψαλμῷ τὴν τῶν ἁγίων διαγράφει πολιτείαν, τοὺς ἀγῶνας, τὰς θλίψεις, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ δὲ μηδαμῇ μηδαμῶς ἁμαρτάνων, οὗτος ἂν εἴη ἄμωμος καὶ μὴν καὶ μακάριος.

Θεοδώρου. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ μὴ πορευθέντες ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν μὴ στάντες, ἀλλὰ τῶν νόμων ἐχόμενοι, καὶ τῆς ἐν τούτοις πορείας. ἄμωμοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ τέλειοι ἐν ὁδῷ, οὓς καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν διδάσκεται ὁ ἐν ἀρχαῖς τυγχάνων τῶν θείων μαθημάτων, ὡς ἂν μὴ ἐπιτρίβοιτο αὐτὸς χαυνούμενος ὡς ἤδη μακάριος.

β'. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια.] Εὐσεβίου. Ὁδῷ καὶ τάξει πρόεισι. πρῶτον ἐξερευνῆσαι δεῖ τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ· εἶτα μετὰ τοῦτο ἐξ ὅλης καρδίας ἐκζητῆσαι αὐτόν. μαρτύρια δ' ἂν εἴη καὶ τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, τὰ μαρτυρηθέντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ.

Ἡσυχίου. Οἱ δεύτεροι ὡς ἐπὶ κρείττονα καὶ ἀνώτερον ἀναβαίνοντες βαθμὸν ἄλλως γίνονται μακάριοι, διὰ τὸ μὴ μόνον κατορθοῦν τὸν ἠθικὸν τρόπον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐξερευνᾶν τὰ βάθη τῶν μαρτυρίων αὐτοῦ.

γ'. Οὐ γὰρ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.] Ὠριγένους. Εἴ τις ἀνομίαν ἐργάζεται, ἐκεῖνος οὐκ ἐν ὁδῷ κυρίου πορεύεται· διὸ οὐδὲ ἄμωμός ἐστιν ἐν ὁδῷ.

Ἀνωνύμου. Ἐνταῦθα μὲν οὖν πλῆθος ὁδῶν ὠνόμασεν, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ στίχῳ μίαν ὁδόν. καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ καὶ πλῆθος εἴρηται ὁδῶν καὶ μία ὁδός· στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίας· καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ὁδὸς ἀγαθὴ, καὶ

alium verò ad habitudinalem perfectionem, secundùm quam quis animæ maculas abstergit, atque mundatur. Antequam enim veniret octaua Domini Iesu Christi dies, totus mundus impurus erat & præputiatus. Quando verò octaua resurrectionis Christi dies aduenit, confestim omnes emundati sumus in circumcisione Christi, consepulti & conresurgentes ipsi, vt ait Apostolus. Cùm igitur per elementationem anima nostra expietur, dum moralem locum perdiscimus, & in scientia eius perficimur, idcircò in præsentiarum numerus octonarius in singulis elementis continetur. Itaque in hoc Psalmo Sanctorum viuendi institutum describit, eorumque certamina, afflictiones, & cetera. Qui autem nullo modo vmquam peccat, is vtique immaculatus quin & beatus existit.

CATENA PATRVM.

Beatus qui non peccat.

THEODORI. Hi autem fuerint illi qui non ambulant in consilio impiorum, & in via peccatorum non stant, sed legibus attendunt, & in ijs progrediuntur. Immaculati verò etiam fuerint ijdem qui perfecti sunt in via, quos & beatos pronuntiare docetur is qui in diuinarum disciplinarum principijs versatur, ne ipse oscitabundus hæreat tamquam iam beatus.

2. BEATI QVI SCRVTANTVR TESTIMONIA.] EVSEBII. Viâ ordineque procedit. Primùm inuestiganda sunt testimonia Dei; deinde ex toto corde quærendus est ipse. Testimonia quoque eius fuerint oracula Dei, eò quòd ab ipso & veritate eius testimonium acceperint.

Quo ordine procedendum in via spiritali.

HESYCHII. Secundi tamquam ad præstantiorem & sublimiorem gradum ascendentes aliter beati fiunt, quia non solùm moralem modum rectè teneant, sed etiam testimoniorum eius profunda rimentur.

3. NON ENIM QVI OPERANTVR INIQVITATEM.] ORIGENIS. Si quis iniquitatem operetur, ille haudquaquam in via Domini ambulat; quapropter neque immaculatus est in via.

ANONYMI. Hîc quidem multitudinem viarum, in primo verò versu vnam viam nominauit. Et in Ieremia tam multitudo viarum quàm vna via recensetur: *State super vias antiquas, & interrogate semitas Domini æternas; & videte qualis est via bona, & ambu-*

Ier. 6, 16.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ambulate in ea. Multæ sunt viæ Domini Moyses & ceteri. A vijs autem propheticis venit quis ad viam noui Testamenti Iesum Christum dicentem, *Ego sum via.* Hic vtique beatus est. Et qui sunt tales?

Ioan. 14, 6.

4. TV MANDASTI MANDATA TVA.] ORIGENIS. Est vehementer & est placidè custodire mandata Dei. Vel vehementer præcepit Deus custodiri mandata sua.

Mandata Dei sedulò peragenda sunt.

THEODORI. Is qui omni sedulitate & alacritate præcepta Dei exequitur, hic optimè præsentem versiculum intellexit. Nam non decet obiter, sed sedulò mandata Dei perficere, formidantes imprecationem quam per Ieremiæ vaticinium pronuntiauit: *Maledicti qui faciunt opera Domini negligenter.* Quis autem custodit mandata vehementer? Qui ne minimum quidem illius transgredi sustinet.

Ier. 48, 10.

5. VTINAM DIRIGANTVR VIÆ MEÆ.] ORIGENIS. Non enim aliter iustificationes tuas custodiam, nisi viæ meæ à te directæ fuerint. Quales igitur sunt iustificationes illæ quas propones coram filijs Israël. Si possederis puerum Hebræum, sex annis seruiet tibi, septimo autem dimittes eum liberum, & quæ sequuntur. *Vtinam* igitur, inquit, *dirigantur viæ meæ,* vt quæcumque iustificasti, ea vnicuique prout decet tribuam.

Viæ nostræ à Deo dirigi debent.

Deut. 15, 12.

ANONYMI. Viarum Dei prosecutionem voti opus constituit, quasi multis eas proponens. *Non* enim *volentis neque currentis,* inquit, *sed miserentis est Dei.* Itaque qui sibi ipsi fidit, quasi viam Dei sine superno eius auxilio decurrere valeret, huius viæ minimè diriguntur.

Rom. 9, 16.

6. TVNC NON CONFVNDAR.] THEODORI. Cùm Prophetæ dicantur esse viæ, si leges & Prophetas legentes à Deo directi fuerimus, sic vt ipsos intelligamus, minimè confundimur. Hæ enim sunt viæ nostræ ad custodiendas iustificationes Dei.

Lex & Propheta sunt via.

ORIGENIS. Non in aliqua, sed in omnia. Nam per illa mandata quæ non inspicio confundar. Nobis autem ad spiritum diuinum aspicientibus continget vt non confundamur, quando nosmetipsos illi vndequaque conformes esse conspexerimus, nec ad carnem vllo modo inclinatos, neque quasi è sublimi lapsu deiectos.

Ad omnia mandata respiciendum.

πορεύεσθε ἐν αὐτῇ. πολλαὶ κυρίου ὁδοὶ Μωϋσῆς καὶ οἱ καθεξῆς. ἀπὸ τῶν ὁδῶν δὲ τῶν προφητικῶν ἔρχεταί τις ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῆς καινῆς διαθήκης Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. οὗτος δὴ οὖν μακάριος. καὶ ὅσοι τοιοῦτοι;

δʹ. ΣΥ ΕΝΕΤΕΙΛΩ ΤΑΣ ΕΝΤΟΛΑΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔστι σφόδρα καὶ ἔστιν ἠρέμα φυλάσσεσθαι ἐντολὰς θεοῦ. ἢ σφόδρα ἐνετείλατο ὁ θεὸς φυλάσσεσθαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ σφοδρότητος ἐργαζόμενος τὰ προστεταγμένα ὑπὸ τοῦ κυρίου, οὗτος νενόηκε τὸν προκείμενον στίχον. Οὐ χρὴ γὰρ παρέργως, ἀλλ' ἐπιμελῶς τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ κατορθοῦν, δεδιότας τὴν ἀρὰν ἣν διὰ τῆς Ἱερεμίου προφητείας ἐφθέγξατο· ἐπικατάρατοι οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα κυρίου ἀμελῶς. τίς δὲ φυλάσσει τὰς ἐντολὰς σφόδρα; ὁ μηδὲ τὸ τυχὸν αὐτῆς παραβαίνειν ἀνεχόμενος.

εʹ. ΟΦΕΛΟΝ ΚΑΤΕΥΘΥΝΘΕΙΗΣΑΝ ΑΙ ΟΔΟΙ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐ γὰρ ἄλλως τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, ἐὰν μὴ κατευθυνθῶσιν ὑπὸ σοῦ αἱ ὁδοί μου. τίνα οὖν τὰ δικαιώματα ταῦτα ἃ παραθήσεις ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. ἐὰν κτήσῃ παῖδα ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοι, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον, καὶ τὰ ἑξῆς. ὄφελον οὖν, φησι, κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, ἵνα ὅσα ἐδικαίωσας, ταῦτα ἑκάστῳ κατὰ τὸ πρέπον ἀποδῶ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εὐχῆς ἔργον τῶν ὁδῶν τοῦ θεοῦ τὴν κατόρθωσιν ἔθετο, ὡς πολλῶν μὲν αὐτὰς προτιθέμενος. οὐ γὰρ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, φησιν, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. Οὐκοῦν ὅστις ἑαυτῷ πέποιθεν, ὡς δυναμένῳ δραμεῖν τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ δίχα τῆς συνεργίας τῆς ἄνωθεν, τούτου αἱ ὁδοὶ οὐ κατευθύνονται.

ϛʹ. ΤΟΤΕ ΟΥ ΜΗ ΑΙΣΧΥΝΘΩ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπείπερ οἱ προφῆται εἴρηνται εἶναι ὁδοί, ἐὰν ἀναγινώσκοντες τοὺς νόμους καὶ τοὺς προφήτας κατευθυνθῶμεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸ τούτους νοῆσαι, οὐ μὴ αἰσχυνθῶμεν. αὗται γὰρ ὁδοὶ ἡμῶν εἰς τὸ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἐπί τινας, ἀλλ' ἐπὶ πάσας. κατ' ἐκείνας γὰρ τὰς ἐντολὰς ἃς μὴ βλέπω αἰσχυνθήσομαι. ἡμῖν δὲ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον ἀφορῶσιν ἔσται τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι, ἐπειδὰν συνηρμοσμένους ἐντῷ θεωρῶμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἁπανταχῇ, καὶ μηδαμῇ μετατιθεμένους πρὸς τὴν σάρκα, μηδὲ οἷον ἐκ μετεώρου πτώσεως κατενεχθέντας.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄρα αἰσχύνην τῷ δικαίῳ φέρει, τὸ μὴ πάσας τοῦ θεοῦ τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ τινὰς μόνον ἐργάζεσθαι· αἱ πεφυλαγμέναι γὰρ κατηγορία περὶ τῶν ἄλλων τῷ μὴ φυλάττοντι γίνονται, διόπερ εἰς πάσας ὁρᾷν χρὴ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ αἰσχυνθῶμεν· ὅταν τὸν νόμον τηρήσαντες, εἶτα πταίσαντες ἐν ἑνί, πάντων ὀφθῶμεν ἔνοχοι.

ζʹ. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΕΝ ΕΥΘΥΤΗΤΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μηδέποτε εὐθύτητα καρδίας ἀνειληφώς, ἀλλ᾽ ἔτι αὐτὴν ἔχων σκολιάν, οὐκ ἐξωμολογήσατο οὐδέπω, εἰς τὸ παραδεχθῆναι τῷ θεῷ τὴν ἐξομολόγησιν αὐτοῦ. πῶς οὖν τοῦτο γίνεται δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐὰν μάθω τὰ ἀπὸ δικαιοσύνης σου κρίματα, καὶ ὡς κρίνεις ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἁμαρτήματι, τότε δύναμαι ἐξομολογήσασθαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας· οὐ γὰρ μόνον πράξεις ἐξετάζεις καὶ λόγους, ἀλλὰ καὶ τὴν πρόθεσιν, ἀφ᾽ ἧς ἕκαστα καὶ λέγεται καὶ πράττεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σύνεσιν αἰτεῖ, καὶ ταύτην οὐκ ἄκαρπον ἕξειν ἐπαγγέλλεται. οὐ γὰρ μαθήσομαι μόνον, φησίν, ἀλλὰ καὶ φυλάξω τὰ δικαιώματά σου.

ηʹ. ΜΗ ΜΕ ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΗΣ ΕΩΣ ΣΦΟΔΡΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μέτρα ἔχει ἡ δύναμίς μου ἐν τῷ πειράζεσθαι, μή με, φησί, τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πειρασμοῖς ὑποβάλῃς, μηδὲ σφόδρα ἐγκαταλίπῃς με. πιστὸς δὲ ὁ θεὸς ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, καὶ τὰ ἑξῆς.

θʹ. ΕΝ ΤΙΝΙ ΚΑΤΟΡΘΩΣΕΙ ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΤΗΝ ΟΔΟΝ;] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πολλῶν, φησίν, ἐστὶν ἡ νεότης σκανδάλων μεστή· πῶς οὖν ταῦτα ὑπερβαίη τίς, ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐν μνήμῃ τοὺς τοῦ θεοῦ λόγους διαπαντός; ἡ γὰρ ἔννοια τοῦ θείου νόμου καὶ καθαρτικὴ καὶ φυλακτικὴ πάντων ἐστίν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐνταῦθα νεώτερον οὐ τὸν ἀτελῆ λέγει, ἀλλ᾽ οἷον Ἰωάννης ἔγραψεν, ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. οὗτος τοίνυν ὁδὸν ἔχει τὴν πρὸς θεὸν ἀπάγουσαν, ἥτις ἐν τῇ φυλακῇ τῶν θείων λογίων κατορθοῦται· τουτέστι, πρὸς τέλος ἀγαθὸν καὶ ἀπηρτισμένον ἐξέρχεται· ὅταν μὴ ῥάβδον, μὴ ζώνην, μὴ χαλκόν, μὴ πήραν, μηδέ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐπιφερόμεθα· οὕτω γὰρ ἡμᾶς ὁδεύειν ἐνετείλατο.

ANONYMI. Itaque pudorem iusto adfert, si non omnia mandata Dei, sed dumtaxat aliqua exequatur: nam ea quæ custodita sunt accusant eum de alijs quæ non custodit. Quapropter in omnia mandata Dei aspiciendum est, ne confundamur; quandoquidem legem seruantes, deinde impingentes in vno, omnium rei appareamus.

CATENA PATRVM.

Iac. 2, 10.

7. CONFITEBOR TIBI IN DIRECTIONE.] ORIGENIS. Qui numquam cordis rectitudinem assumpsit, sed illud adhuc curuum habet, is nequaquam ita confitebitur vt à Deo eius confessio suscipiatur. Quomodo igitur hoc fiat sequentia declarant.

In cordis rectitudine confitendum.

THEODORI. Cùm didicero iudicia iustitiæ tuæ, & quomodo vnumquodque peccatum iudices, tunc possum confiteri tibi in directione cordis: non solùm enim actiones & sermones examinas, sed etiam ipsum animi propositum, quo singula & dicuntur & aguntur.

Iudicia Dei ob oculos ponenda.

ANONYMI. Intellectum petit, eumque non infrugiferum se habiturum pollicetur. Non solùm enim, inquit, discam, verùm etiam custodiam iustificationes tuas.

8. NON ME DERELINQVAS VSQVEQVAQVE.] ORIGENIS. Mensuras habet virtus mea dum tentatur, ne me, inquit, vltra vires meas tentationibus obijcias, neque me valdè derelinquas. Fidelis autem Deus qui non patietur nos tentari supra quod possumus, &c.

1. Cor. 10, 13.

9. IN QVO CORRIGET ADOLESCENTIOR VIAM?] ANONYMI. Multis, inquit, scandalis adolescentia plena est: quomodo igitur hæc aliquis superet, nisi assiduè Dei verba atque sermones in mente habeat? nam ea diuinæ legis cogitatio purgatrix ac seruatrix est omnium.

BETH.

Adolescentes quomodo corrigendi.

THEODORI. Adolescentiorem hoc loco non imperfectum vocat, sed sicut Ioannes scripsit, *Scripsi vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum.* Hic igitur habet viam quæ ducit ad Deum, & in diuinorum obseruatione oraculorum corrigitur; id est, ad finem bonum ac perfectum tendit; quando neque virgam, neque zonam, neque æs, neque peram, neque quidquam istiusmodi circumferimus: sic enim proficisci nos præcepit.

1. Ioan. 2, 13.

Matth. 10, 10.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Hi qui recèns sermonem complent, qui adhuc iuniores sunt, qui hactenus sine lege viuunt, quibus mandatum Dei aduenit, quos peccatum mouere & conturbare incipit, doceantur dirigere viam suam, & simul atque dubitauerint inquirere, quomodo custodiendi sint sermones Dei. Interrogent in oratione, & dicant Deo, *In custodiendo sermones tuos.*

HESYCHII. Adolescentior ille populus ex Gentibus, qui ante fidem obliquè ambulabat, in quo corriget viam suam, nisi custodiendo sermones Dei. Diuinæ enim legis consideratio purgatrix & conseruatrix est omnium. Illud autem, *In quo corriget adolescentior viam suam?* Symmachus hoc modo interpretatus est, *In quo mundabit adolescens viam suam?* docuit nempe multis sordibus adolescentiam esse plenam; quapropter etiam indiget purgatione. Cùm igitur hoc inquireret ait se modum reperisse, *In custodiendo sermones tuos.*

Adolescentia multis sordibus obnoxia.

10. IN TOTO CORDE MEO EXQVISIVI TE.] ORIGENIS. Si memoria Dei, inquit, euadere facit laqueos satanicos, ego autem totam mei ipsius mentem tibi Deo meo adiunxi, dignus sum vt minimè maneam extra mandata tua: legis autem desiderio fretus, insipientiam formidaui. Vel plurimis studium vergit in contrarium, & in quibus rectè agere videbantur aberrabant: iuxta quod à Salomone dicitur: *Est via quæ videtur apud homines recta esse, sed nouissima eius vadunt in fundum inferni.*

Memoria Dei facit nos euadere laqueos diaboli.

Prou. 14. 12.

ATHANASII. Qui igitur ex dimidio corde Deum quærit, modò quidem ipsi, modò verò mundo vacare volens, hunc tamquam militem infidum à mandatis suis repellit.

Toto corde quærendus Deus.

11. IN CORDE MEO ABSCONDI ELOQVIA TVA.] ORIGENIS. Peccat in Deum qui arcanioribus eius oraculis dignatus, eademque à vulgi multitudine abscondere iussus, à quibus oportet illa minimè abscondit. Non solùm enim periculosum est mendacia, sed etiam vera proferre, quando non oportet ea enuntiare. Non sunt enim margaritæ mittendæ ante porcos, neque danda sunt sancta canibus.

Vera etiam non temerè proferenda.

Matth. 7. 6.

APOLINARII. Is qui minimè superfi-

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διδασκέσθωσαν οἱ ἄρτι συμπληρωμένες τὸν λόγον, οἱ ἔτι νεώτεροι, οἱ μηκέτι χωρὶς τοῦ νόμου ζῶντες, οἷς ἐλήλυθεν ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ, οὓς ἄρχεται κινεῖν καὶ ταράσσειν ἡ ἁμαρτία, κατορθοῦν ἑαυτῶν τὴν ὁδὸν, καὶ ἅμα τῷ ἐπαπορεῖν καὶ ζητεῖν, πῶς δεῖ φυλάσσειν τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. ἀποκρινέσθωσαν ἐν εὐχῇ, καὶ λεγέτωσαν τῷ Θεῷ, ἐν τῷ φυλάττεσθαι τοὺς λόγους σου.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Νεώτερος ὁ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαὸς, ὁ σκολιῶς πρὸ τῆς πίστεως ὁδεύσας, ἐν τίνι κατορθώσει τὴν ὁδὸν, ἢ τῷ φυλάσσεσθαι τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. ἡ γὰρ ἔννοια τοῦ θείου νόμου καθαρτικὴ καὶ φυλακτικὴ πάντων ἐστι. τὸ ἐν τίνι δὲ κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον, διὰ τίνος λαμπρυνεῖ νέος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐδίδαξεν δὲ ὅτι πολλῆς ἐστιν ἀκαθαρσίας καὶ ῥυπαρίας ἡ νεότης μεστή· διὸ καὶ δεῖται καθάρσεως. τοῦτο οὖν ἐπιζητήσας εὑρηκέναι φησὶ τὸν τρόπον, ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

ι. ΕΝ ΟΛΗ ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΕΞΕΖΗΤΗΣΑ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰ ἡ μνήμη τοῦ Θεοῦ, φησι, τὰς σατανικὰς ἐκδῦναι παρασκευάζει βρόχους, ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ ὅλην τὴν διάνοιαν ἀνέθηκά σοι τῷ Θεῷ, ἄξιός εἰμι τῶν σῶν ἔξω μὴ μένειν ἐντολῶν· ἐπιθυμίᾳ δὲ τῇ περὶ τὸν νόμον χρώμενος, δέδοικα τὴν ἀσυνεσίαν. ἢ πολλοῖς ἡ σπουδὴ εἰς τοὐναντίον περιίστησι, καὶ ἐν οἷς ἐδόκουν κατορθοῦν ἐσφάλησαν κατὰ τὸ λεγόμενον παρὰ Σολομῶντι· ἔστιν ὁδὸς ἣ δοκεῖ παρὰ ἀνθρώποις ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς ἔρχεται εἰς πυθμένα ᾅδου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐκοῦν ὅστις ἐξ ἡμισείας καρδίας τὸν Θεὸν ἐπιζητεῖ, νῦν μὲν αὐτῷ, νῦν δὲ τῷ κόσμῳ σχολάζειν βουλόμενος, τοῦτον ἀποβάλλει τῶν οἰκείων ἐντολῶν ὡς στρατιώτην ἀδόκιμον.

ια. ΕΝ ΤΗ ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΕΚΡΥΨΑ ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἁμαρτάνει τῷ Θεῷ ὁ ἀξιωθεὶς λογίων ἀπορρητοτέρων, καὶ κρύπτεσθαι ἀπὸ πολλῶν κελευσθεὶς, καὶ μὴ κρύπτων αὐτὰ ἀφ᾽ ὧν δεῖ. κίνδυνος γὰρ οὐ μόνον τὸ τὰ ψευδῆ λέγειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τἀληθῆ, ἐπὰν ὅλως μὴ δεῖ ἀπαγγέλλειν. οὐ γὰρ δεῖ τοὺς μαργαρίτας βάλλεσθαι ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, οὐδὲ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσί.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὁ μὴ ἐξ ἐπιπο-

λῆς

λῆς τὰ λόγια τοῦ θεοῦ δεχόμενος, κρύπτει αὐτὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἵνα τὴν γνώμην καὶ τὴν πρόθεσιν αὐτοῦ κατὰ ταῦτα πιωθεὶς, ἀναμάρτητος εἴη τῷ θεῷ, τῷ τὸ κρυπτὸν ὁρῶντι· μὴ μόνον μὴ μοιχεύων, ἀλλὰ μηδὲ αἰσχρὰν ὄρεξιν ἔχων.

ιβʹ. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΕΙ ΚΥΡΙΕ· ΔΙΔΑΞΟΝ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ αἰσθόμενος τῆς αὐτοῦ προκοπῆς, ἀπὸ τοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητῆσαι τὸν θεὸν, εὐλογεῖ αὐτὸν εὐχαριστῶν ἤδη ἐφ' οἷς ἠξιώθη. ἔχων γὰρ λόγια ἀπόρρητα καὶ κρύψεως ἄξια, εὐλογεῖ ἐπὶ τούτοις τὸν κύριον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Θεοδίδακτοι λίαν τῶν ἀνθρώπων, οἱ τὰς διδασκαλίας τοῦ νόμου φυλάττοντες καὶ κατορθοῦντες λέγονται· τούτους τοίνυν ἀνάγκη καὶ ἑτέρους εἰς τὴν ὁμοίαν τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιπόθησιν μακάριον. οὕτως γὰρ εὐλογεῖν καὶ τὸν θεὸν δυνησόμεθα.

ιδʹ. ΕΝ ΤΗ ΟΔΩ ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁδὸς μαρτυρίων τούτων εἴη ἂν τὸ ὁδεῦσαι κατὰ τὸ βούλημα αὐτῶν, οὐκ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐφροσύνης, καθ' ὃ προφήτης φησίν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὡς γὰρ ὁ τὸν αἰσθητὸν ἀποδεχόμενος πλοῦτον τέρπεται ἐπ' αὐτῷ, οὐχ' ὅταν μερικὸν, ἀλλ' ὅταν πάντα αὐτὸν ἔχῃ συμπληρούμενον ἐξ ἀκινήτων καὶ κινητῶν ὑπαρχόντων· οὕτω καὶ ὁ πνευματικὸν πόθον πλουτῶν ἀπαρτιζόμενον, χαίρει ἐπ' αὐτῷ κτησάμενος αὐτὸν ἐν τῷ προκόπτειν ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ μαρτυρίοις καὶ ἐνεργεῖν τὰς ἀρετὰς λέγων, ἀντὶ πάντων ἐμοὶ τὰ μαρτύριά σου εὐφροσύνη καὶ πλοῦτος εἴη.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ ὡς ἐν τῷ παντὶ πλούτῳ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ ἱματισμοῦ, καὶ οἰκοπέδων, καὶ χωρίων, καὶ κτηνῶν, καὶ οἰκετῶν, εὐφραινόμενος ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων τοῦ θεοῦ μακάριος. ἐπίπονος μὲν ἡ τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ τοῖς τελείοις τεπόθητος. διό τοι τοῦτο καὶ ὁ δεσπότης ἔφη Χριστός· Λάβετε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς· ὅτι ὁ ζυγός μου χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι. τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς ἔφη λόγος· ὅτι πλούτου παντὸς θυμηρεστέρα μοι τῶν σῶν μαρτυρίων ἡ κτῆσις. τὸ δὲ ἐπὶ παντὶ πλούτῳ οὐχ' ἁπλῶς πρόσκειται, ἀλλὰ τὸν παντοδαπὸν πλοῦτον παραδηλοῖ· πολλὰ γὰρ τοῦ πλούτου τὰ εἴδη. ὁ μὲν γὰρ χρυσὸν

cialiter oracula Dei accipit, abſcondit ea in corde ſuo, vt ſecundùm animum affectumque ſuum ijs benè affectus, peccato vacet coram Deo, qui videt in abſcondito; non ſolùm non fornicans, ſed nec turpem appetitum habens.

CATENA PATRVM.

Quis eloquia Dei benè abſcondat.

12. BENEDICTVS ES DOMINE: DOCE ME.] ORIGENIS. Qui profectus ſui ſenſum capit, eò quòd in toto corde Deum exquirat, benedicit ei gratias agens pro his quibus dignus eſt habitus. Cùm enim habeat oracula arcana & quæ abſcondi mereantur, pro his Domino benedicit.

ANONYMI. Homines valdè à Deo eruditi dicuntur, qui doctrinas legis cuſtodiunt atque perficiunt: his vtique beatum etiam alios ad ſimile boni deſiderium adducere. Sic enim Deum quoque benedicere valebimus.

Qui legem cuſtodiunt, hi ſunt eruditi à Deo.

14. IN VIA TESTIMONIORVM TVORVM.] ATHANASII. Horum via teſtimoniorum fuerit ambulare ſecundùm voluntatem eorum, non ex triſtitia aut ex neceſſitate, ſed cum omni lætitia, vt Propheta ait.

In voluntate Dei præ omnibus diuitijs gaudendum.

APOLINARII. Quemadmodum enim qui ſenſibiles diuitias accipit delectatur in eis, non quando partem aliquam earum, ſed quando illas omnes habuerit ex immobilibus atque mobilibus facultatibus cõſummatas: ſic etiam qui perfectum obtinet ſpiritale deſiderium, gaudet de eo dum illud poſſidet in diuinis teſtimonijs & virtutum operibus proficiendo dicens, Præ omnibus mihi teſtimonia tua gaudium ſint atque diuitiæ.

ORIGENIS. Beatus qui ſicut in omnibus diuitijs auri, & argenti, & veſtium, & fundorum, & agrorum, & pecudum, & ſeruorum, in via teſtimoniorum Dei delectatur. Laborioſa quidem eſt virtutis via, ſed perfectis admodum exoptata eſt. Quapropter etiam Chriſtus Dominus dixit: *Tollite iugum meum ſuper vos; quia iugum meum ſuaue & onus meum leue eſt.* Hoc etiam Propheticus ſermo ait: Quoniam omnibus diuitijs iucundior mihi accidit teſtimoniorum tuorum poſſeſſio. Illud autem *In omnibus diuitijs* non temerè adiungitur, ſed vniuerſi generis opes declarat; quandoquidem multæ ſunt ſpecies diuitiarum. Alius enim aurum habens

Matth. 11, 29.

Varia diuitiarum genera.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

habens nominatur diues, alius verò argentum, alius verò terram plurimam, partim quidem plantatam, partim verò satam, alius verò pascua. Sed hæc omnia Vates comprehendens, diuinisque testimonijs comparans, dixit iucunda & amabilia sibi esse diuina testimonia, quemadmodum opum studiosis omnes diuitiarum species.

ἔχων ὀνομάζεται πλούσιος, ὁ δὲ ἀργύριον, ὁ δὲ γῆν πλείστην, τὴν μὲν πεφυτευμένην, τὴν δὲ καὶ ἐσπαρμένην, ὁ δὲ βοσκήματα. ἀλλὰ ταῦτα πάντα περιλαβὼν ὁ Προφήτης, καὶ τοῖς θείοις μαρτυρίοις παραβαλὼν, ἔφησεν ἀρέσκειν αὐτῷ εἶναι τὰ θεῖα μαρτύρια, ὡς τοῖς φιλοπλούτοις ἅπαντα τοῦ πλούτου τὰ εἴδη.

15. IN MANDATIS TVIS EXERCEBOR.] ANONYMI. Per hæc docemur, non aliter posse cognosci vias Dei nisi ex mandatorum diuinorum inquisitione, atque eorumdem frequenti scrutatione. Itaque illa vox *ἀδολεσχία* siue exercitatio ad examen mandatorum referenda; quandoquidem hæc meditatio minimè vituperabilis sit. Nam secundùm Scripturæ consuetudinem Ezechiel quoque egressus est in campum vt vacaret Deo. Et sæpenumerò iusti laudabilem *ἀδολεσχίαν* siue exercitationem frequentasse reperiuntur.

Ἀδολεσχία seu exercitatio laudabilis qua.

ιέ. ΕΝ ΤΑΙΣ ΕΝΤΟΛΑΙΣ ΣΟΥ ΑΔΟΛΕΣΧΗΣΩ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διὰ τούτου διδασκόμεθα, ὡς οὐκ ἄλλως ἔστι κατανοῆσαι τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ ἢ ἐκ τοῦ τὰ περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἐξετάζειν, καὶ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖον ἐρευνᾶν. ὥστε τὴν καλουμένην ἀδολεσχίαν μεταφέρειν ἐπὶ τὴν περὶ τὰς ἐντολὰς βάσανον· ὅτι καὶ ἡ ἀδολεσχία οὐκ ἔστι ψεκτή. κατὰ γὰρ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ ἐξῆλθεν εἰς τὸ πεδίον ἀδολεσχῆσαι τῷ Θεῷ. καὶ πολλαχοῦ οἱ δίκαιοι ἐπαινετὴν ἀδολεσχίαν εὑρίσκονται ἀδολεσχοῦντες.

ORIGENIS. In iustificationibus Dei quispiam meditatur non verbalibus & vocalibus, sed illas recogitando & faciendo. Non enim auditores iustificationum Dei iusti sunt apud Deum, sed factores earum, & qui operibus eas meditantur: qui nempe ex eò quòd similiter eas meditentur, numquam sermonum Dei obliuiscentur.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τοῖς δικαιώμασί τις μελετᾷ τοῦ Θεοῦ οὐ ῥηματίοις καὶ λεξειδίοις, ἀλλὰ τῷ νενοηκέναι καὶ ποιεῖν αὐτά. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ αὐτῶν, καὶ μελετῶντες αὐτὰ τοῖς ἔργοις, ὅτινες ἐκ τοῦ ὡσαύτως αὐτὰ μελετᾶν, οὐδέποτε τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ ἐπιλήσονται.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus in quo alios excellat.

RECTE ait Bellarminus Psalmum hunc ceteris omnibus triplici titulo antecellere: Primò vtilitate: est enim totus moralis & hortatorius ad vitam secundùm legem Domini instituendam: & ea causa est cur quotidie ab Ecclesia frequentetur. Secundò longitudine: continet enim versus centum septuaginta sex; cùm septuagesimus septimus, qui ex reliquis longissimus est, non ascendat vltrà versus septuaginta octo. Causa huius tantæ longitudinis fortasse fuit, vt populus haberet, in quo piè & cum fructu occuparetur, dum ter in anno ex omni parte ad tabernaculum ascenderet. Videtur enim Psalmus compositus vt in itinere caneretur: quo Psalmo finito sequuntur Psalmi Graduales, qui in ascensione graduum tabernaculi canebantur. Tertiò elegantiâ & artificio alphabetico. Siquidem primi octo versus Hebraicè incipiunt singuli à prima littera Alphabeti, sequentes octo à secunda, & sic deinceps, ita vt octies totum Alphabetum repetatur. Quod videtur factum ad memoriam adiuuandam cùm hic Psalmus memoriter recitandus vel concinendus esset. Explicant hunc Psalmum plurimi cùm veteres tum recentiores Interpretes: præter quos pijssimas in eumdem Meditationes edidit R. P. N. Claudius Aquauiua, Societatis nostræ Quintus Præpositus Generalis, sanè dignissimas quæ ab omnibus legantur atque assiduè ruminentur. Argumentum Psalmi est encomium legis diuinæ & exhortatio ad eam seruandam; sed interim admiscentur varij affectus & precationes ad Deum.

ALEPH.

1. *Beati immaculati in via*, &c.] Hebraicè est תְמִימֵי דֶרֶךְ *themime derech:* quod S. Hieronymus vertit *immaculati via:* Græcè est *ἄμωμοι*, id est vitâ famaque integri. Quibus ipse Momus nihil habet quod obijciat, quod cauilletur, quod obtrectet. Vnde S. Hieronymus in Epist. 14. ad Celantiam, eum qui bonam de se famam spargit beatum vocat: *Beatus*, inquit, *est, qui tam sanctè tamque grauiter disposuit vitam suam, vt de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam ausus est, quod a nullo putat esse credendum.* Et in Epist. 16. ad Principiam hunc locum Dauidis sic exponit: *Immaculatos*, inquit, *in via huius sæculi appellat, quos nulla obscæni rumoris aura maculauit.* Hi igitur qui cum proba vita simul bonæ famæ munere perfruuntur, beati nuncupantur. Quare Deus olim Abra-

Bona vita cum bona fama ingens beatitudo.

Digitized by Google

Gen. 12,2. Abrahamo bonam famam loco ingentis cuiusdam beatitudinis promisit dicens: *Magnificabo homen tuum*. Non solùm vitam, sed etiam nomen, hoc est famam magnificandam pollicetur. Nam vt benè Philo Hebræus libro de Migratione Abrahami expendens illum locum: *Sicut*, inquit, *bonum ac honestum esse, ita & videri prodest. Est quidem veritas opinione melior: vtramque tamen sua bona fortuna sequitur. Cui Deus vtrumque concessit, vt bonus ac honestus sit, & videatur, hic verè beatus est, & vere vir magni nominis. Nec est negligenda bona fama, res in omni vita vtilissima.*

Vita innocentia cum doctrina coniungenda.

2. *Beati qui scrutantur testimonia eius.*] Id est non segniter, sed sedulò inquirunt. Pulcher sanè ordo & nexus necessarius vitæ immaculatæ & scrutationis legis diuinæ; nec abs re est, quòd vitæ innocentiam laudet priùs, deinde doctrinam, vt innueret morum puritatem quærendam priùs quàm ad perscrutanda legis diuinæ mysteria accedamus. Optimè rem & ordinem hunc expendit S. Ambrosius ad hunc locum dicens: *Quàm pulcher ordo, quàm plenus doctrinæ & gratiæ: non priùs, Qui scrutantur testimonia eius dixit (posuit enim conuenire secundùm litteram) sed priùs, Beati immaculati in via. Ante enim vita quàm doctrina quærenda est. Vita enim bona etiam sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet.* Sic ille. Cadauerosa nempe est illius cognitionis facies quæ probâ vitâ non viuificatur. Probi enim mores doctrinæ anima sunt. Vnde mortua scientia est, quæ operatione tamquam spiritu non animatur. Quod corporis exemplo monstrauit S.Ephræm Syrus in Asceticis: *Sicut corpus*, inquit, *sine spiritu mortuum est, ita quoque cognitio absque operatione est otiosa atque supernacanea.* Sed quando quis probam vitam cum insigni eruditione coniunxerit, tunc demum beatus iure censebitur; quoniam his donis ius ad illam felicitatem, quam speramus, acquiritur.

Mandata Dei exactissimè obseruanda.

4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.*] Vbi pro *nimis* est Hebraicè מְאֹד *meod*, Græcè σφόδρα: quæ voces significant *valdè, vehementer*; vt intelligamus mandata Dei exactissimè implenda esse, scilicet quoad id quod præcisè præcipiunt. Quod enim non sit sermo de operibus supererogationis, quæ quis in legis obseruatione nonnumquam agit, manifestum est ex verbo illo *mandasti*. Neque enim istiusmodi opera sub præceptum cadunt; sed integrum est cuique ea vel agere vel omittere. Cùm igitur dicatur, *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, manifestum est sermonem esse de implendis mandatis quoad ea quæ sub eorum obligationem cadunt. Verùm quoniam ea obseruatio exacta esse debet, nec aliquid quod præcepto comprehenditur prætermittendum; idcircò dicitur Deus præcipere mandata sua custodiri *nimis*, id est exactè & perfectè. Ita enim locum exponit S. Augustinus; simulque aduertit particulam *nimis* non vitium, sed exactam obseruationem significare: *Quid est*, inquit, *Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis? Vtrùm nimis præcepisti, an nimis custodiri? Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobilemque sententiam dictum videtur, Ne quid nimis. Si enim hoc verum est, vt ne quid nimis fiat; quomodo verum est quod hîc dicitur, Tu mandasti mandata tua custodiri nimis? Quando Deus aliquid vel nimis præciperet, vel custodiri nimis vellet, si omne nimium reprehensione dignum esset. Verùm aliquando Latina lingua hoc verbo sic abutitur; vt nimis pro eo quod est valdè, & positum inueniamus in sacris Litteris, & ponamus in sermonibus nostris: quamquam hoc loco non sit Græcè ἄγαν, id est nimis, sed σφόδρα, id est valdè.*

Supererogationis opera non cadunt sub præceptum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hæc S. Augustinus. Vnde contra nostri temporis hæreticos, certum est & constans apud omnes Theologos, posse hominem, etiam post Adæ peccatum, cum gratia Dei mandata eius omnia custodire, & consequenter omnia & singula vitare peccata, etiam venialia, quo scilicet tempore ipsa diuisim occurrunt; cùm Deus non minùs rectus quàm benignus illa præcipiens, & hæc vetans, creaturam suam ad aliquid impossibile non obligauerit, neque ei quod præstari non possit vmquam præceperit. Cuius sententiæ assertor manifestissimè est S. Augustinus lib. 1. de Peccato cap. 6. ita scribens: *Nam qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuò incautâ temeritate obsistendum: si enim esse posse negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti, vel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus.* Et paucis interiectis: *Si à me quæratur*, inquit, *vtrùm homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam & liberum eius arbitrium.* Quod etiam Regius Vates hoc loco ostendit: qui cùm dixisset, *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, id est *perfectè*, ita vt nec in magnis, neque in minimis ea transgrediamur; minimè despondet animum, nec impossibilitatem causatur, sed optans prosequitur: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Quis autem optaret, quod nec per proprias vires nec per Dei gratiam efficere posset? Et sæpiùs idem Scriptura proclamat, iubens vt simus sine querela, & perfecti in Christo, & sancti, & immaculati in conspectu Dei: quæ profectò non præciperet, si nobis omnium mandatorum obseruationem, & omnium etiam leuium peccatorum abiectionem impossibilem iudicaret. Hæc namque peccata maculæ sunt & defectus, quæ licet gratiam non omnino tollant, virtutem certè fuscant, & mentem nostram vtcumque commaculant. Plura de his vide apud Bellarminum in Controuersijs, & apud Scholasticos.

Omnia mandata Dei obseruari & peccata vitari posse.

Vers. 5.

Phil 2,15. Coloss. 1, 22.

Orandum ne Deus nos nimis deserat, aut tentari permittat.

8. *Non me derelinquas vsquequaque.*] Græcè est, ἕως σφόδρα, *vsque valdè*: S. Hieronymus ex Hebræo vertit *vsque nimis*. Ille enim vsque ad nimietatem vel vsquequaque deseritur, qui non solùm deuotione sensibili, sed etiam fecunditate spiritus seu substantiali deuotione priuatur; adeò vt tepidus & segnis effectus, vel exercitationes spirituales deponat, vel in eis externâ specie tantùm & sine fructu permaneat. At ille salubriter ad tempus ex parte relinquitur, quando sensibili deuotione subtractâ, & hoc genere desolationis immisso, in vera deuotione, ac meditatione & affectuum vtili exercitatione perdurat. Ita ergo me relinques ô Domine, inquit Sanctus Propheta, vt si saporem & dulcedinem ad tempus quidem auferas, tamen vsque ad subtractionem veræ ac solidæ deuotionis non deseras. Vel sic:

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

q. d. Non peto Domine vt numquam tenter; ſcio enim vtile mihi eſſe ita tentari, vt meipſum per tentationem cognoſcam, & tua dona in me collata tuamque ſolertiſſimam protectionem experiar; ſed poſtulo, ne tentatio vires à te conceſſas ſuperans aut mortem afferat, aut vulnus ac plagam infligat.

BETH. *Adoleſcentes tempeſtiuè erudiendi.*

9. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam?* &c.] S. Hilarius ait Diuinum Prophetam hoc loco *placiturum Deo virum conformare*, nec expectare, vt poſt longam ac diuturnam criminum conſuetudinem doctrinâ Dei inſtituatur; *ſed rudes à peccatis annos, & ætatem adhuc criminum neſciam*, velle ſtudijs innocentiæ imbui. Id autem meritò ipſe vocat *teneræ ætatis beatitudinem*. Hoc intelligentes quoque Pythagoræi Philoſophiæ Principes ac lumina, puerorum inſtitutionem aiebant eſſe ἀρχὴν πολιτείας ἁπάσης, *totius Reipublicæ fundamentum*; & Plato, οὐδὲν θειότερον, *non eſſe diuinius aliquid* de quo poſſit quiſpiam conſulere, quàm de liberorum inſtitutione. Cuius fretus auctoritate & pulcherrimis inſtitutis Ariſtoteles lib. 2. Ethicorum cap. 3. multa eruditè ſapienterque diſſerüit; & in primis non ſine ratione illud è Magiſtri fontibus hauſtum animaduertit: *Quapropter homines ab ipſa ſtatim adoleſcentia, vt inquit Plato, ita inſtitutos eſſe oportet, vt ijs gaudeant doleantque, quibus gaudere & dolere conuenit:* ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία: *hæc eſt enim educatio eruditioque rectiſſima.* Et aliàs grauiter pronuntiat, in ea ipſa pueritiæ primæ inſtitutione, quâ teneri cereique animi ad varia ſtudia inflecti ſolent, non modò plurimum momenti, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν, *imò verò totum*, poſitum eſſe. Atque hæc & talia veterum Sapientum effata non tam è cultis Lyceorum & Academiarum hortulis decerpta ſunt, quàm è ſacris Bibliorum Oraculis prompta; in quibus ea de re multa ab hominibus Deo afflatis & magnæ Mentis internuntijs monentur. Duplici aureolâ martyrij & innocentiæ coronatur Ieremias: de laudabili puerorum inſtitutione ita exclamat, *Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Ait eſſe *bonum* indefinitè, quod Ariſtoteles aiebat τὸ πᾶν, *omne bonum*, omne genus felicitatis; *cùm portauerit iugum*, hoc eſt *iugum præceptorum Domini*, ait Chaldæus; vel, vt exponit S. Cyprianus, *pondus ſanctitatis*; *ab adoleſcentia ſua*, à primis temporibus ætatis. Subdit continuò pulcherrimæ huius educationis fructum, *Sedebit ſolitarius:* S. Hilarius vertit, *Sedebit ſingulariter:* hoc eſt, inquit, *Laſciuos adoleſcentium cœtus derelinquet:* ſiue, vt S. Ambroſius interpretatur, *Sedebit ſingulariter, feriatus ab omni interpellatione mundanæ voluptatis*, vel etiam *ſegregatus à meritis plurimorum*, magnâ ſcilicet vitæ perfectione & ſanctimoniâ vulgo ſublimior. Id ipſum Dauid cæleſti beneficio conſecutus ad æternam hominum memoriam de ſe prodidit, cùm adhuc immaturus æui, ſed maturus Deo, ætatulæ ſuæ primitias Deo conſecrauiſſet. Teſtificationem ipſius habes hîc verſu 147. vbi vide Annotationes.

Quanti momenti ſit bona puerorum educatio.

Thren. 3, 27.

Quo ſenſu dicatur Deus aliquem repellere à mandatis ſuis.

10. *Ne repellas me à mandatis tuis.*] Quid autem ſit repelli diſce ab Auguſtino ad hunc locum dicente: *Quid eſt enim à Deo repelli, niſi non adiuuari? quos autem non adiuuat, hos meritò perhibetur repellere, tamquam flammeâ frameâ prohibeantur indigni, ne manum extendant ad arborem vitæ.* Iam verò ſic ſcitè perquirit ad hunc locum Hilarius, quî poſſit diuinæ benignitati congruere, hominem à ſe repellere: *Competere*, inquit, *bonitati Dei non videtur, vt à mandatis ſuis quemquam repellat. Qui ergo ſecundùm Prophetam mauult peccatorum pœnitentiam, quàm mortem; numquid exiſtimandus eſt à mandatis ſuis quemquam repellere?* Reſpondent verò tam ipſe quàm S. Ambroſius ex Chriſti verbis, *Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo*, meritiſſimo iure tepidum atque negligentem à mandatis Dei repelli, quòd dum opus Dei negligenter exequitur, ipſum magis impedire & commaculare quàm perficere videatur, ac proinde ipſe ſeſe Dei adiutorio fraudare; contrà verò ſtrenuum ac diligentem, qui toto cordis impetu ad Dei mandata cuſtodienda currit, nec animum inter Deum & mundi concupiſcentias partitur, abundantioribus Dei auxilijs dignum ſe reddere, vt quod humanæ fragilitati deeſt, id ex Dei gratia & benignitate percipiat. Audi S. Ambroſium: *Cui addendum niſi ei qui toto corde exquirit Deum? vt quod deeſt naturæ id Dei operatione acquirat & gratiâ*, &c. *Qui autem non habet, vt in corde ſuo exquirat Deum, ſed negligenter facit, maledicto ſubiectus eſt, ſicut legimus: Quia maledictus omnis qui opus Dei facit negligenter. Meritò ergo repellitur, quia maledicto dignus eſt, quia polluit magis & impedit opus, quod negligenter putauerit exequendum.* Quibus ſimilia ſunt quæ habet Hilarius: poſt quæ ita concludit: *Deus ergo non aufert niſi non habenti, ſecundùm quod neque repellit niſi negligentem: adeò autem bonitate plenus eſt, vt habentem abundantiâ muneretur: adeò verò non vult quemquam non habere, vt non habenti ipſum quod habet adimat. Neminem igitur niſi obnitentem repellit, neminem niſi negligentem reijcit.* Opportunè ergo Vates Regius, auxilium Dei petiturus, præmiſit, ſe totum Deo addictum, nec quidquam in rerum humanarum curas eſſe partitum: nam ſi ſecùs fuiſſet, iure à diuinis mandatis repelleretur.

Matth. 25, 29.

11. *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*] Vbi D. Ambroſius Serm. 2. *Peccat*, inquit, *Deo, qui commiſſa ſibi ſecreta myſteria putauerit indignis eſſe vulganda. Periculum itaque non eſt falſa ſolùm dicere, ſed etiam vera, ſi quis ea inſinuet, quibus non oportet.* Hinc Euangelium comparatur *theſauro abſcondito in agro.* Nam ſicut qui theſaurum inconſultè prodit omnino perdit; (vt videre eſt in Ezechia, qui cùm theſauros domus ſuæ Legatis Babylonijs oſtendit amiſit;) ita qui verbum Dei indignis prædicat, illius fructibus priuatur. Vnde qui hunc theſaurum inuenit prudens homo, *abſcondit illum* (inquit D. Ambroſius citatus) *in corde ſuo, nec diuulgat eum, ſciens, quia ſi diuulgauerit Babylonijs theſaurum Dei, magnam offenſam contrahet; vt dicatur ei ſermone prophetico: Auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & de filijs tuis tollent, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis. Per quæ ſignificatur, quòd is qui prodiderit diuina myſteria,*

Qui verbum Dei indignis prædicat, eius fructum amittit.

Matth. 13, 44.

Iſaiæ 39, 4.

Digitized by Google

steria, posteritatem animæ suæ seminariumque virtutum habere non possit.

Rem hanc pulchrâ similitudine illustrat Nouarinus lib. 1. Sacrorum Electorum cap. 10. Sect. 2. Sicuti, inquit, ouum tegi debet & probè foueri, vt nascatur ex eo pullus; sic scientiæ ouum tegi in cordis sinu debet & occludi, vt postmodum ad aliorum vtilitatem pullus erumpat. Ab ista cautione illi abeunt, qui statim ea quæ didicerunt exponunt, nec sinunt in mentis & cordis sinu foueri & calefieri; vt non mirum sit, si nullus operis pullus, nullus ferè vtilitatis fructus ex doctrinæ ouo ita conglaciato producatur. Alia Dauidis mens, & melior, qui antequam alijs verba proferret, corde fouebat priùs, priùs mentis nido calefaciebat: hinc illæ illius voces: *In corde meo abscondi eloquia tua.* En verbum velut ouum, quod in cordis nido tegitur & fouetur. Posteà verò pullum erupisse indicat, dum paulò pòst subdit: *In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.* Probus ordo, nec inuertendus. Priùs cordis nido foueatur sermo, priùs amoris & meditationis vapore calescat, vt posteà erumpat; priùs humilitate tegatur scientia, deinde alijs communicetur. Omnia hæc festiuissimè habet S. Bonauentura in huius Psalmi Commentario ad illa verba, *In corde meo abscondi eloquia tua,* &c. *Qui*, inquit, *ea per dilectionem suscipit, per memoriam retinet, per humilitatem tegit: oportet enim vt quandoque tegantur; vnde dicit, In corde meo abscondi eloquia tua: & vt quandoque manifestentur; vnde dicit, In labijs meis pronuntiaui. Nam si numquam tegerentur, numquam fouerentur, & si numquam manifestarentur, numquam multiplicarentur: vtrumque ergo necessarium est.* Sic ille. Probè tegit scientiam qui humilitate eam cooperit. Pergit sanctus Pater, & in oui pullique similitudine ita ludit: *Nota, cor est nidus, verbum ouum; bonum opus pullus qui fouetur, nutritur: non iustificabitur, nisi nutriatur. Absconde in corde verbum scilicet, in nido ouum: nam peccas si non recipis; peccas si receptum eijcis; peccas si receptum ante tempus exponas; primò duritiâ, secundò negligentiâ, tertiò superbiâ.* Hactenus S. Bonauentura. Eant nunc inanes scientiæ iactatores, qui discunt, vt sciantur & laudentur; qui doctrinæ ouum fouere nolunt cordis nido, nec quibusdam humilitatis plumis tegere quæ didicerunt: statim exponunt, statim in publicum efferunt, & iactant; vt non mirum, si nullus ferè fructus ex scientiæ ouo ita præproperè exposito prodeat.

Doctrina ouum humilitate tegi debet.

Verbum Dei corde fouendum, & charitate calefaciendum antequam foris producatur.

Cor nidus, verbum ouum, opus pullus.

12. *Doce me iustificationes tuas.*] Quæ verba primâ fronte cum præcedenti versu cohærere minimè videntur: cur enim edoceri poscat quæ in corde seruabat? Nempe nouerat Propheta Dei verba memoriâ nudè condi posse, intelligi verò & aperiri quæ obscura & clausa sunt, nisi Deo docente non posse. Rectè hoc loco Apollinarius, qui ad hanc mentem ait: Οὐ γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς μνήμης ἡ σύνεσις, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θείου φωτισμοῦ. hoc est: *Non enim statim à memoria existit intelligentia, sed ab illustratione Dei.* Obscura sacrarum Litterarum mysteria ignorabit, qui supernâ luce non perfunditur, & Deum ducem non habuerit. Aberrant hæretici, aberrant tumidi quique, & dum suo ingenio ac viribus temerè ad has sacras Litteras accedunt, errorum vertigine inuoluuntur. Rectam insistit viam, qui cælesti auxilio munitus, diuinâ ope fultus legis iter legit. Propheta item hîc discere cupiebat moribus & vitâ quæ nudâ scientiâ tenebat, vti pulchrè exponit S. Augustinus Serm. 5. in hunc Psalmum: *Doce me, dixit, iustificationes tuas quomodo eas discunt qui faciunt; non quomodo hi, qui vt habeant quod loquantur, tantummodò meminerunt. Nam vtique iam dixerat: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quid ergo adhuc ea quærit discere quæ abscondita iam custodit in corde? quod vtique non fecisset, nisi ea didicisset. Vt quid ergo addit & dicit; Doce me iustificationes tuas; nisi quia eas vult faciendo discere, non loquendo, vel memoria retinendo?*

Supernâ illustratione opus ad Scripturas intelligendas & explicandas.

ANNOTATIONES CORDERII.

15. *In mandatis tuis exercebor.*] Græcè ἀδολεσχήσω: quod S. Augustinus vertit *garriam*, vt delectatio significetur, quâ quis perfunditur, dum de Dei verbis loquitur, & ex ijs exercetur. Sic enim lectiones has inter se aptat S. Augustinus dum ita scribit Serm. 6. in hunc Psalmum: *Quod Græcus*, inquit, *habet* ἀδολεσχήσω, *Latini interpretes quidam* garriam *quidam* exercebor *interpretati sunt: quæ duo inter se videntur diuersa; sed si exercitatio intelligatur ingenij cum quadam delectatione disputationis, vtrumque coniungitur, & quasi ex vtroque vnum aliquid temperatur.* Sic ille. Nempe garritus cum exercitatione iungitur, quia delectatio rerum diuinarum disputationem sequitur. Idem habet Sermone 14. ad illud, *Et exercebar in iustificationibus tuis:* vbi aliqui Interpretes verterunt *lætabar*, aut *garriebam. Exercetur quippe in exercitationibus Dei lætus, qui mandata eius quæ diligit & cogitandi & operandi delectatione custodit.*

Exercitatio spiritualis cum delectatione coniuncta est.

16. *In iustificationibus tuis meditabor.*] In Hebræo est *deliciabor*; vel, vt vertit Bellarminus, *oblectabo meipsum* velut in grata & iucunda lusione; vt intelligamus in pijs & deuotis hominibus meditari nihil esse aliud nisi delicias capere & mirificam mentis oblectationem. Iustinus Martyr illud quoque testimonio suo comprobat, qui cùm in Dialogo contra Tryphonem ageret de diuinis oraculis & sermonibus Seruatoris ita subdit: Ἀνάπαυσις δὲ ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς, *Illis & suauissima quædam animi recreatio contingit qui in eis meditantur.* Est enim in honestarum & cælestium rerum consideratione liquidæ voluptatis & humanissimæ delectatio, quæ reficit puros animos vberiusque recreat: qualem Theodoretus in Historia sua lib. 5. cap. 36. describit, cùm de sororibus Theodosij Imperatoris loquitur: *Existimabant*, inquit, τρυφὴν μεγίστην τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην, *esse delicias maximas diuinorum oraculorum meditationem.* S. Hilarius in Psalmum primum meditationi tribuit Christianæ vitæ coronidem & perfectionem: *Beatum*, inquit, *virum continua legis meditatio & indefessa consummat.* Cuius item viderat vim Periander, sapientiâ nobilitatus in Græcia & omnium famâ celebratus, & effato suo expressit, quod est apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum: Μελέτη πάντα καθαίρει, *Meditatio vincit expiatque omnia.* Vel, vt est apud Stobæum Serm. 3. μελέτη τὸ

Meditatio rerum diuinarum plena liquidæ voluptatis.

Quantus sit fructus meditationis.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

τὸ πᾶν, *Omnia sita esse in meditatione.* Sanè mentem diuinis assuetam, scoriâ nudam, & expolitam, super omnem terræ globum & labentium rerum cursum attollit. Quod Ezechiel in arcanis symbolis suis pinxit in hunc modum: *Apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram & cælum.* Vbi

Ezech. 8, 3.

S. Gregorius Magnus lib. 31. Moral. cap. 7. cincinnum capitis ait esse cogitationes mentis, quibus à diuino spiritu animus effertur ab imis & deorsum fluentibus curis, & velut inter cælum & terram statuitur, *quâ plenè quidem adhuc ad superiora non peruenit, sed iam tamen ima dereliquit.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

GIMEL.

17. RETRIBVE seruo tuo, viuifica me; & custodiam sermones tuos.

Erit autem, inquit, bonorum operum remuneratio, vt possim suauiter viuere, & in ijs locis versari, in quibus liceat custodire mandata tua.

18. Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Id est, Concede igitur oculis meis videre reditum, ac frui mirabilibus tuis, quibus fruuntur illi qui legem tuam custodiunt. Nam quòd pro reditu roget etiam sequentia indicant.

19. Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Cùm, inquit, in hoc incolatu neque sacrificia, neque holocausta, quæ lex præcipit, tibi offerre possim, noli me his priuare, sed redde me templo tuo & legitimis tuis.

20. Concupiuit anima mea desiderare * iudicia tua in omni tempore.

* Vulgata iustificationes tuas

Vehementer, inquit, desidero in omni tempore facere quæ præcepisti & virtutis curam gerere.

21. Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Petit vt Babylonij puniantur.

Id est, *Increpa* (tempus enim variatum est) & puni, inquit, Babylonios, sicut promisisti; vtpote qui nullam decori rationem habeant. Et quid inde?

22. Aufer à me opprobrium & contemptum; quia testimonia tua exquisiui.

ιζ. ΑΝΤΑΠΟΔΟΣ τῷ δούλῳ σου, ζῆσόν με· καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου.

Ἔσται δέ, φησιν, ἀντίδοσις τῆς τῶν καλῶν ἐργασίας μοι, τὸ ἡδέως ζῆν, καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις εἶναι, ἐν οἷς ἔξεστι φυλάττειν τὰς ἐντολάς σου.

ιη. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου· καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου.

Ἀντὶ τοῦ, δὸς οὖν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἰδεῖν τὴν ἐπάνοδον, καὶ ἀπολαῦσαι τῶν θαυμασίων σου, ὧν ἀπολαύουσιν οἱ τὸν νόμον σου φυλάττοντες. ὅτι γὰρ περὶ τῆς ἐπανόδου παρακαλεῖ καὶ τὸ ἑξῆς σημαίνει.

ιθ. Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ· μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου.

Ἐπεί, φησιν, ἐν τῇ παροικίᾳ ταύτῃ οὔτε θυσίας σοι προσενεγκεῖν, οὔτε ὁλοκαυτώματα δύναμαι, ἃ ὁ νόμος προστάττει, μὴ στερήσῃς με τούτων, ἀλλ᾽ ἀπόδος με τῷ σῷ ναῷ καὶ τοῖς σοῖς νομίμοις.

κ. Ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ.

Σφόδρα, φησίν, ἐπιθυμῶ τοῦ ἐν παντὶ καιρῷ ποιεῖν ἃ προσέταξας καὶ ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς.

κα. Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις· ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

Ἀντὶ τοῦ, ἐπιτίμησον (ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος) καὶ τιμώρησαι, φησι, Βαβυλωνίους, καθὼς ἐπηγγείλω· ὡς οὐδένα λόγον ποιουμένους τοῦ προσήκοντος. Καὶ τί ἐκ τούτου;

κβ. Περίελε ἀπ᾽ ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν· ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα.

Τούτου

Τούτου γὰρ γενομένου, φησὶ, περιαιρεθήσεταί μου πᾶς ὀνειδισμὸς καὶ πᾶσα εὐτέλεια, ἐὰν ἀπαλλαχθῶ τῆς αἰχμαλωσίας. Ἀπὸ γὰρ τῶν θείων γραφῶν, φησὶ, ζητήσας, εὗρον ὡς εἰσπραχθήσονται δίκας οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς.

κγ΄. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατ᾽ ἐμοῦ ἐλάλουν· ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

Ἀντὶ τοῦ, συναχθέντες οἱ ἄρχοντες βουλὴν ἐσκέψαντο κατ᾽ ἐμοῦ πονηράν· ἀλλ᾽ ἐγώ, φησι, τῆς μελέτης τῶν δικαιωμάτων σου οὐκ ἀπέστην.

κδ΄. Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν·

Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἄλλην τινὰ μελέτην ἐποιούμην, οὐδὲ ἄλλην εἶχον σπουδὴν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπιβουλῆς, ἢ τὸ σὲ θεραπεύειν.

Καὶ ἡ συμβουλία μου τὰ δικαιώματά σου.

Ἐμαυτῷ γάρ, φησι, καλῶς συνεβούλευον ἐν τῷ καιρῷ τῶν κινδύνων, τοῦ σοῦ μὴ ἀποστῆναι, μηδὲ ἐκλείπειν τὴν θεραπείαν τὴν σήν· ὅπερ ὑπῆρχε δίκαιον.

κέ. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

Καὶ γάρ, φησιν, ἐπὶ τὸ ἔδαφος κλίνων ἐμαυτὸν οὕτως ἐδεόμην σου· μυριάκις γὰρ αἱροῦμαι θανεῖν, ἢ μίαν ἡμέραν μὴ ζῆσαι κατὰ τὸν λόγον σου.

κς΄. Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Ἐπειδὴ γάρ, φησι, τοῦτο ἐδεήθην, πολλῶν μοι παρέξενος ἐγένου ἀγαθῶν, καὶ ἐν ἀπολαύσει με πεποίηκας ὧν ᾔτουν, οὕτως καὶ τὸ ἑξῆς.

κζ. Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με· καὶ ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου.

Τουτέστιν, ἐν ἀπολαύσει ἐγενόμην ὧν ἐζήτησα· ὅθεν ἠσχολούμην λοιπὸν εἰς τὸ διηγεῖσθαι τὰ θαυμάσια σου.

κή. Ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας· βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου.

Hoc enim pacto, inquit, à me omne opprobrium & contemptus auferetur, si à captiuitate fuero liberatus. Diuinas enim, inquit, Scripturas indagando reperi, illos qui in captiuitatem nos abduxerunt pœnas luituros.

PARAPHRASIS ANONYMI.

23. Etenim ſederunt Principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Id eſt, Principes congregati aduerſum me prauum conſilium excogitarunt; verumtamen ego, inquit, à iuſtificationum tuarum meditatione non deſtiti.

24. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt:

Id eſt, Tempore inſidiarum non faciebam aliam meditationem, neque aliud ſtudium habebam, niſi tibi ſeruiendi.

Et conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Præclarè enim, inquit, mihi ipſi conſulebam tempore periculorum, ne diſcederem à te, neque cultum tuum desererem; quod iuſtum erat.

DALETH. Exponit ingens deſiderium quod habet viuendi ſecundùm legem Dei.

25. Adhæſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundùm verbum tuum.

Enimuerò, inquit, ad pauimentum me inclinans ita te rogabam: millies enim opto potiùs mori, quàm vnâ die non viuere ſecundùm verbum tuum.

26. Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Cùm enim, inquit, hoc rogauerim, multa mihi bona ſuppeditaſti, & conceſſiſti vt petitis fruerer, ſic & conſequenter.

27. Viam iuſtificationum tuam inſtrue me; & exercebor in mirabilibus tuis.

Id eſt, Conſecutus ſum ea quæ quæſiui; vnde in poſterum vacaui mirabilibus tuis enarrandis.

28. Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hæc iterùm populus religiosus, Morti, inquit, proximi fuimus imminentia nobis mala contemnentes: sed tu, inquit, confirma nos secundùm promissionem tuam nos ad propria reducendo.

29. Viam iniquitatis amoue à me; & * lege tua miserere mei.

* Vulgata addit de

Viam iniquitatis vocat captiuitatem; & pulchrè subiunxit, *Lege tuâ miserere mei.* Id est, Plecte Babylonios; quandoquidem lex iubebat iniquè agentem plecti, & similia subire insidiantem.

30. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Cùm enim, inquit, ex calamitatibus melior euaserim, & bonum propositum habeam omnia quæcumque præcepisti peragendi, restitue me proprijs meis.

31. Adhæsi testimonijs tuis Domine: noli me confundere.

Illud *Adhæsi*, id est, Valdè desidero in posterum facere mandata tua. Da igitur, inquit, finem desiderio meo.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.

Hoc est promittentis, se cùm in prosperitate fuerit omnia mandata studiosè impleturum. Nam illud *cucurri*, id est curro. Cùm igitur, inquit, dilates me, id est, in prosperitate constituas, alacriter pietatis cursum decurro.

Ταῦτα πάλιν ὁ λαὸς τῶν εὐσεβῶν, πλησίον, φησὶν, ἐγγυόμεθα τοῦ θανάτου ὀλιγωρήσαντες πρὸς τὰ ἐπικείμενα ἡμῖν κακά· ἀλλ᾽ αὐτός, φησιν, ἡμᾶς στήριξον κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν σου ἀναγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεῖα.

κθ΄. Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ· καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με.

Ὁδὸν ἀδικίας καλεῖ τὴν αἰχμαλωσίαν· καὶ καλῶς ἐπήγαγε, τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με. ἀντὶ τοῦ, τιμώρησαι βαβυλωνίους· ἐπειδὴ γὰρ ὁ νόμος εἶχε τιμωρεῖσθαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ τὰ ὅμοια πάσχειν τὸν ἐπιβουλεύοντα.

λ΄. Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἐκ τῶν συμφορῶν ἐβελτιώθην, καὶ πρόθεσιν ἔχω καλὴν τοῦ πάντα ποιεῖν ὅσα προσέταξας, ἀποκατάστησόν με τοῖς οἰκείοις.

λα΄. Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου κύριε· μή με καταισχύνῃς.

Τὸ ἐκολλήθην, ἀντὶ τοῦ, ἄγαν ἐπιθυμῶ ποιεῖν λοιπὸν τὰς ἐντολάς σου. δὸς οὖν, φησι, τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸ πέρας.

λβ΄. Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.

Τοῦτο ἐπαγγελλομένου ἐστιν, ὡς ἐν εὐθηνίᾳ γενόμενος μετὰ σπουδῆς πάσας πληρώσει τὰς ἐντολάς. τὸ γὰρ ἔδραμον, ἀντὶ τοῦ δραμοῦμαι. ἐὰν οὖν, φησι, πλατύνῃς με, τουτέστιν ἐν εὐθηνίᾳ με καταστήσῃς δραμοῦμαι, προθύμως τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

GIMEL. 17. RETRIBVE SERVO TVO.] Ceterùm, inquit, hæc erit mihi bonorum operum retributio, vt iucundè viuam, idque in locis illis vbi potero seruare mandata tua. Nemo autem peruersè viuens remunerationem exquirit, ne supplicium recipiat pro peccatis: quin potiùs talis à Deo misericordiam consecutus dicet, Non secundùm iniquitates nostras fecit nobis. Ad superbiam autem fugiendam apponitur illud *seruo tuo*; cui subiungitur, *Viuam, & custodiam*; veram vitam illam futuram intel-

ιζ΄. ΑΝΤΑΠΟΔΟΣ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΣΟΥ.] Ἔσται δέ, φησιν, ἀνταπόδοσις τῆς τῶν καλῶν ἐργασίας μοι, τὸ ἡδέως ζῆν, καὶ ἐν τόποις ἐν οἷς ἔξεστι φυλάττειν τὰς ἐντολάς σου. οὐδεὶς δὲ πονηρίᾳ συζῶν ἀνταπόδοσιν ἐξαιτεῖ, ἵνα μὴ λάβῃ κόλασιν ἀνθ᾽ ὧν ἥμαρτεν· ἐρεῖ δὲ μᾶλλον ὁ τοιοῦτος ἐλεηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ, οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν. εἰς ἀποφυγὴν δὲ ἀλαζονείας τὸ τῷ δούλῳ σου πρόσκειται· ᾧ ἀκολουθεῖ τὸ, ζήσομαι, καὶ φυλάξω· τὴν ἀληθῆ ζωὴν λέγων τὴν μέλλουσαν.

Digitized by Google

σαν. ὁ καθαρὰν οὖν ἔχων καρδίαν λέξει τοῦτο, καὶ ὁ καθαροῖς χρώμενος λογισμοῖς. ἀπολαύσας δέ σου τῆς ἐπικουρίας τὸν τῆς ἁμαρτίας διαφεύξομαι θάνατον, καὶ τῇ φυλακῇ τῶν ἐντολῶν σου συντηρηθήσομαι. Δὸς οὖν, φησι, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἰδεῖν τὴν ἐπάνοδον, καὶ ἀπολαῦσαι τῶν θαυμασίων σου, ὧν ἀπολαύουσιν οἱ τὸν νόμον σου φυλάττοντες. ὅτι γὰρ περὶ τῆς ἐπανόδου φησὶν ἐπάγει·

ιθ΄. ΠΑΡΟΙΚΟΣ ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΕΝ ΤΗ ΓΗ.] Ἐπεί, φησιν, ἐν τῇ παροικίᾳ ταύτῃ οὔτε θυσίας σοι προσενεγκεῖν οὔτε ὁλοκαυτώματα δύναμαι, ἃ ὁ νόμος προστάττει, μὴ στερήσῃς με τούτων, ἀλλ' ἀπόδος τῷ σῷ ναῷ καὶ τοῖς σοῖς με νομίμοις. Εὐστόχως δὲ καὶ τὸ πάροικος. οὐ γὰρ κατοικοῦμεν τὴν γῆν, ἀλλὰ παροικοῦμεν, καὶ μικρὸν βιώσαντες, παρερχόμεθα. αἰτεῖ οὖν τὴν τῶν ἐντολῶν γνῶσιν πρὶν μεταστῇ. εὕροις γὰρ ἂν πολλὰς ἐντολὰς κεχρωσμένας εἰρημένας καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ νέᾳ· ἐν τῇ παλαιᾷ μὲν τάς τε περὶ θυσιῶν καὶ ἑορτῶν, καὶ καθαρῶν καὶ οὐ καθαρῶν, καὶ τὸ περιτέμνεσθαι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ· ἐν δὲ τῇ νέᾳ, ὁ ὢν ἐπὶ τοῦ δωματίου μὴ καταβάτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας. καὶ τὸ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

κ΄. ΕΠΕΠΟΘΗΣΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Πόθον μὲν καὶ ἐπιθυμίαν τὸ αὐτὸ λέγει. βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι σφόδρα ἐπιθυμῶ τοῦ ἐν παντὶ καιρῷ ποιεῖν ἃ προσέταξας, καὶ ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς. Ἐπιτίμησον οὖν, φησι, τοῖς ὑπερηφάνοις· λέγει δὲ τοῖς Βαβυλωνίοις· καὶ καθὼς ἐπηγγείλω τιμώρησαι, ὡς οὐδένα λόγον τοῦ προσήκοντος πεποιημένους. οὗ γινομένου περιαιρεθήσεταί μου τὸ ὄνειδος καὶ πᾶσα εὐτέλεια. αἰτῶ δὲ ταῦτα, ἐπείπερ ἀπὸ τῶν θείων ζητήσας γραφῶν εὗρον ὡς εἰσπραχθήσονται δίκας. Μῆδοι δὲ τοῦτο εἰργάσαντο. ἢ ἐπεὶ μήτηρ παρανομίας ἡ ὑπερηφανία, πείθουσα μὴ ὑπακούειν θείοις προστάγμασι, καὶ οἱ παραβαίνοντες δὲ τὸν νόμον ὑπὸ κατάραν εἰσί, δείκνυσι δὲ τὴν ἑαυτοῦ προθυμίαν πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν τήρησιν, ἐκ τοῦ τοὺς ἐκκλίνοντας ταλανίζειν. καλὸν δὲ τὸ ἐκκλίνοντας. ἐπεὶ ἡ ἐντολὴ κυρίου εὐθεῖα ἐστί, καὶ βραχὺ δὲ μόνον ἐκκλίνειν, καὶ οὐ παντελῶς πεσεῖν, ὑπὸ κατάραν τίθησιν. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀσεβεῖς εἰώθασι τοὺς ἐναρέτους ἐξουδενοῦν, ἐν

ligens. Qui igitur purum cor habet dicet illud, & qui mundis vtitur cogitationibus. Porrò auxilio tuo fretus effugiam mortem peccati, & mandatorum tuorum custodiâ conseruabor. Da igitur, inquit, vt oculis meis reditum aspiciam, & fruar mirabilibus tuis, quibus perfruuntur illi qui legem tuam custodiunt. Quòd enim de reditu agat subiungit:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

19. INCOLA EGO SVM IN TERRA.] Cùm, inquit, in hoc incolatu neque sacrificia neque holocausta, quæ lex præcipit, tibi offerre valeam, noli me his frustrare, sed redde me templo tuo & legitimis tuis. Aptè autem dixit *incola*. Neque enim terram hanc vt domum propriam inhabitamus, sed in ea veluti in diuersorio excipimur, & vbi paululùm vixerimus, pertransimus. Petit igitur notitiam mandatorum priusquam transferatur. Multa namque mandata reperies tam in veteri quàm in noua lege dictata esse: in veteri quidem de sacrificijs & solemnitatibus, & de mundis atque immundis, & circumcisione octaua die: in noua verò, *Qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et demitte mortuos sepelire mortuos suos.*

Hac vitâ tantùm incolatus est.

Matth. 24, 17.
Matth. 8, 22.

20. CONCVPIVIT ANIMA MEA.] Desiderium quidem & concupiscentiam idem dicit. Vult autem dicere: Quoniam valdè cupio in omni tempore facere quæ præcepisti, & virtutis curam gerere. Increpa igitur, inquit, superbos; intelligit autem Babylonios; & sicut promisisti supplicio affice, vtpote qui nullam decori rationem habuerint. Quo facto auferetur à me opprobrium omnisque contemptus. Hæc autem postulo, quandoquidem diuinas Scripturas inquirens reperi ipsos supplicia luituros. Hæc autem Medi irrogarunt. Vel cùm superbia mater sit iniquitatis, quæ suadet non obedire diuinis mandatis, illi verò qui legem violant sub maledicto sint, ostendit suam ad mandatorum obseruationem alacritatem, eò quòd declinantes miseros pronuntiet. Pulchrè autem dixit *declinantes*. Quia mandatum Domini rectum est, & vel modicum dumtaxat declinare, ac non omnino cadere, maledicto reddit obnoxium. Ceterùm cùm impij virtute præditos extenuare soleant, in tempo-

Superbia mater iniquitatis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tempore persecutionis diuinam opem implorat, vt inania reddantur opprobria aduersus eum.

23. ETENIM SEDERVNT PRINCIPES.] Etenim Dauidi Saül, & Abner, & Achitophel, & ijs qui in Babylone erant, regionis illius Principes obloquebantur, sicut Danieli ac tribus pueris æmuli eorum. Verumtamen, inquit, illis hoc agentibus, ego quid feci? A meditatione iustificationum tuarum non destiti, & insidiarum tempore nullum aliud mihi studium erat nisi seruiendi tibi: nam mihi ipsi consulebam, ne tempore periculorum te desererem: quod iustum erat. Vel idcircò, inquit, petij vt contemptio auferretur, quia hoc eorum opus erat vt aduersum me loquerentur; ego autem non desistebam à iustificationibus tuis, sed ad hoc mihi sermones tui suffragabantur, nullum prauum consiliarium admittens. Deinde ait etiam quid fecerit Deum colens.

Tempore tentationum non deserenda meditatio.

DALETH.

25. ADHÆSIT PAVIMENTO ANIMA MEA.] Id est, Ego ipse. Hoc autem dicens suam cum corpore communionem declarat, quæ est ex pauimento & de puluere, siue spontaneam suam humiliationem, quam ostendit pro peccatis suis: per quam etiam viuit secundùm Domini sermonem, expectans eum qui humiliantem se exaltat. Vel quia negligentem iudiciorum Dei tractationem sequitur, vt anima nostra pauimento, id est, terrenis & porcinis affectionibus, adhærescat. (Omnis enim anima quæ peccat pauimento agglutinatur.) Vel idem est ac si dicat: Si quando ea quæ carnis sunt sapui, nunc conuersus rogo vt seruer secundùm verbum tuum.

Anima peccatrix terræ adhæret.

26. VIAS MEAS ENVNTIAVI, ET EXAVDISTI ME.] Quandoquidem, inquit, rogaui vt viuerem secundùm legem tuam, & propositum meum manifestaui, exaudisti me, & fecisti vt petitis fruerer. Vel vias vocat viuendi instituta; vt in illo, *Et omnes vias meas præuidisti.* Omnes, inquit, actiones meas tibi manifestaui. Hoc idem est cum illo: *Dixi, Pronuntiabo aduersum me.* id est, Rogo vt docear iustificationes tuas. Diuinâ enim cognitione opus est, vt virtutem secundùm legem exerceamus, & vt is qui benignitate vtitur non respiciat ad vanam gloriam, & virtutis studiosus humanam laudem minimè

Psal. 138, 4.

Psal. 31, 5.

Cognitio ad legis custodiam necessaria est.

καιρῷ διωγμοῦ αἰτεῖ θείαν ἀντίληψιν, ἵνα μάταια γένωνται τὰ κατ' αὐτοῦ ὀνείδη.

κγ'. ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΚΑΘΙΣΑΝ ΑΡΧΟΝΤΕΣ.] Καὶ γὰρ τὸν Δαβὶδ Σαοὺλ, καὶ Ἀβεννὴρ, καὶ Ἀχιτόφελ, καὶ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, οἱ τῆς χώρας ἄρχοντες κατελάλουν, ὥσπερ τοῦ Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παίδων διαφθονήσαντες. ἀλλ' ἐκείνων, φησὶ, τοῦτο ποιούντων, ἐγὼ τί ἔπραττον; τῆς μελέτης τῶν δικαιωμάτων σου οὐκ ἀπέστην, καὶ οὐκ ἄλλην τινὰ ἐποιούμην σπουδὴν ἐν τῷ τῆς ἐπιβουλῆς καιρῷ ἢ τὸ σὲ θεραπεύειν. συμβουλεύων γὰρ ἐμαυτῷ, μὴ ἀποστῆναί σου ἐν τῷ τῶν κινδύνων καιρῷ· ὅπερ ὑπῆρχε δίκαιον. ἢ διὰ τοῦτό, φησιν, ᾔτησα περιαιρεθῆναι τὴν ἐξουδένωσιν, ἐπεὶ ἔργον εἶχον τὸ λαλεῖν κατ' ἐμοῦ· ἐγὼ δὲ οὐκ ἀφιστάμην τῶν δικαιωμάτων σου, ἀλλὰ συμβούλους εἶχον πρὸς τοῦτο τοὺς λόγους σου, οὐδένα πονηρὸν ἐπιδεχόμενος σύμβουλον. εἶτα λέγει καὶ τί ἐποίει θεραπεύων τὸ θεῖον.

κε'. ΕΚΟΛΛΗΘΗ ΤΩ ΕΔΑΦΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐγὼ αὐτός. Τοῦτο δὲ λέγων τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν δηλοῖ, ἐκ τοῦ ἐδάφους οὔσης καὶ τοῦ χοός, ἢ τὴν ἑκούσιον ταπείνωσιν ἑαυτοῦ, ἣν ἐφ' οἷς ἥμαρτεν ἐπεδείξατο· δι' αὐτῆς καὶ ζῇ κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, προσδοκήσας τὸν τὸν ταπεινοῦντα ἑαυτὸν ὑψοῦντος. ἢ ἐπεὶ τῇ ῥαθυμίᾳ τῆς μεταχειρίσεως τῶν τοῦ θεοῦ κριμάτων, ἐπακολουθεῖ τὸ κολλᾶσθαι τὴν ψυχὴν ἡμῶν τῷ ἐδάφει, τουτέστι γηΐνοις καὶ χοιρώδεσι πάθεσι (πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἁμαρτάνουσα τῷ ἐδάφει κεκόλληται) ἢ ἀντὶ τοῦ· εἴποτε πεφρόνηκα τὰ σαρκὸς, νῦν ἐπιστρέψας ἀξιῶ σωθῆναι κατὰ τὸν λόγον σου.

κς'. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΜΟΥ ΕΞΗΓΓΕΙΛΑ, ΚΑΙ ΕΠΗΚΟΥΣΑΣ ΜΟΥ.] Ἐπεί, φησιν, ἐγὼ τοῦτο ἐδεήθην ὥστε ζῆσαί με κατὰ τὸν νόμον σου, καὶ τὴν πρόθεσίν μου ἐποίησα φανεράν, ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐν ἀπολαύσει με ἐποίησας ὧν ᾔτουν. ἢ ὁδοὺς τὰ ἐπιτηδεύματά φησιν· ὡς ἐπὶ τοῦ, Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες. πάσας σοι, φησὶ, τὰς ἐμὰς ἐδήλωσα πράξεις. ἴσον τῷ· Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ. ἀνθ' οὗ, δέομαι διδαχθῆναί σου τὰ δικαιώματα. θείας γὰρ συνέσεως δεῖ, ὥστε κατὰ νόμον τὴν ἀρετὴν μετελθεῖν, καὶ τὸν φιλανθρωπίᾳ χρώμενον μὴ πρὸς κενοδοξίαν ἰδεῖν, μηδὲ τὸν ἀσκητὴν ἔπαινον θηρᾶσθαι ἀνθρώπινον,

Digitized by Google

πτον, καὶ τὸν σώφρονα δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἀλλὰ μὴ δι' αἰσχύνην μετιέναι τὸ ἐπιτήδευμα, ἧς ὁ προφήτης μεταλαχεῖν ἀξιοῖ, ὡς ἂν ἔχῃ σχολὴν διηγεῖσθαι τὰ θεῖα θαυμάσια.

κή. ΕΝΥΣΤΑΞΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Πλησίον, φησὶν, ἐγενόμην τοῦ θανάτου, ὀλιγωρήσας πρὸς τὰ ἐπικείμενά μοι κακά· ἀλλ' αὐτός με, φησὶ, στήριξον ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου. ἢ ἐπεὶ πολλάκις προσβολὴ ἁμαρτίας χαυνοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ ἀκηδίαν ἐργάζεται. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας κατέσταξεν εἶπον· ἡ δὲ πέμπτη, ἔκδοσις ἔσταξεν ἡ ψυχή μου. καὶ Ὠριγένης τὸ ἐνύσταξεν ἡμαρτῆσθαί φησιν οὕτως εἰρηκώς· Καὶ οἴομαι μὴ νοήσας τις τὸ ἔσταξε, τέθεικε τὸ ἐνύσταξεν· οἷον ὅτι ὁ τὴν ψυχὴν ἐν ἀκηδίᾳ ἐκ λύπης ἔχων γίνεται ἐν νυσταγμῷ. οἱ δὲ δυσωπούμενοι τὴν τῶν πολλῶν μαρτυρίαν ἐκδεδωκότων τὸ ἔσταξεν, οὕτω νοοῦσιν, ὅτι πεπυκνωμένη ἐστὶ, καὶ στέγειν δυναμένη ἡ τοῦ δικαίου ψυχὴ, ὡς μηδὲν αὐτῆς ἀπορρεῖν· ἡ δὲ τοῦ φαύλου ἀραιὰ καὶ διαρρέουσα, ὡς μὴ στέγειν λόγον θεοῦ ὃν διδάσκεται. τοιοῦτον δεῖ καὶ τὸ περισσοτέρως προσέχειν ἡμᾶς τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραρρυῶμεν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐχόμενος στίχος τοῦτο βούλεται· τὸ βεβαίωσόν με. ὁ γὰρ ἐκλελυμένος τὸ πάγιον αὐτῷ δοθῆναι αἰτεῖ καὶ στερεόν.

κθ'. ΟΔΟΝ ΑΔΙΚΙΑΣ ΑΠΟΣΤΗΣΟΝ ΑΠ ΕΜΟΥ.] Οὐκ εἶπεν, ἐμὲ ἀπόστησον αὐτῆς, ἀλλ' αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ὡς ἐνυπάρξασάν μοι, ἤδη καὶ δεομένην θεοῦ πρὸς ἐξέλασιν. καὶ τῷ νόμῳ σου, φησὶν, ἐλέησόν με. ὡς ἄν τις εἴπῃ ἰατρῷ, θεράπευσόν μοι τῷ νόμῳ τῆς ἰατρικῆς, εἴτε τομαῖς, εἴτε καυτῆρσιν, εἴτε ἄλλως πως. τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀκύλας ὁδὸν ψεύδους ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁδὸν ψευδῆ περίελε. καὶ οἶμαι προσφορώτερον, ἐπεὶ καὶ ὁ ἐχόμενος στίχος τὴν ἀπεναντίας τοῦ ψεύδους ἀντιτίθησιν ἀλήθειαν δεικνὺς τὸ ἀκόλουθον. ὁδὸν γάρ, φησιν, ἀληθείας ᾑρετισάμην. τοῦτο πᾶς φιλαλήθης ἐρεῖ. ὅρα δὲ ἐξ οἵων εἰς οἷα ὁ κατὰ θεὸν προκόψας ἐλήλυθεν. ἄνω γὰρ εἰπὼν ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει, νῦν, ἐκολλήθην, φησὶ, τοῖς μαρτυρίοις σου. καὶ ἄνω μὲν ὡς μὴ ὢν ἐν ἕξει, βεβαίωσόν με· ἐνταῦθα δὲ, μή με καταισχύνῃς· ὅπερ ἐστὶ τοῦ ἐκπίπτοντος ἐκ τῆς κατὰ θεὸν προκοπῆς. οὐχ ἁπλῶς

sectetur, & vir temperans propter ipsum honestatem, sed non propter pudorem hoc viuendi institutum teneat; quod Propheta consequi rogat, vt habeat otium diuina mirabilia enarrandi.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

28. DORMITAVIT ANIMA MEA.] Factus sum, inquit, morti vicinus, negligens imminentia mihi mala: sed tu ipse, inquit, me confirma promissione tuâ. Vel quoniam sæpenumerò adiectio peccati segnem reddit rationem, & acediam operatur. Symmachus autem & Aquila *Distillauit* dixerunt; Quinta verò Editio, *Stillauit anima mea.* Et Origenes illud *Dormitauit* erratum esse ait sic dicens: Et existimo quempiam cùm non intelligeret illud *Stillauit* posuisse *Dormitauit*; quia nimirum is qui præ mœrore animo deficit dormitabundus fit. Qui verò reuerentur testimonium plurimorum exponentium *Stillauit*, sic intelligunt, quòd anima iusti solida sit, & se continere valeat, ita vt nihil ipsius diffluat; improbi verò mollis sit ac fluxa, ita vt verbum Dei quod edocetur minimè contineat. Sic vtique nos etiam oportet multò magis attendere ijs quæ audienda sunt, ne vmquam diffluamus. Sed & adiunctus versiculus hoc postulat: *Confirma me.* Nam dissolutus firmitatem atque constantiam sibi dari postulat.

Peccatum acediam generat.

29. VIAM INIQVITATIS AMOVE A ME.] Non dixit, Me remoue ab ea, sed ipsam à me, tamquam mihi pridem insitam, ita vt Deo opus sit ad eius expulsionem. *Et lege tuâ*, inquit, *miserere mei.* Ac si quis dicat Medico, Cura me ex lege medica, siue sectionibus, siue vstulationibus, siue alio quouis modo. Hoc autem Aquila quidem *viam mendacij* exposuit; Symmachus verò, *Viam mendacem aufer.* Quod etiam puto probabilius, quandoquidem sequens versiculus contrariam mendacio opponat veritatem declarans sequelam. *Viam* enim, inquit, *veritatis elegi.* Hoc dicet omnis qui amat veritatem. Vide autem ex qualibus in qualia secundùm Deum proficiens venerit. Nam cùm superiùs dixisset *Adhæsit pauimento*, nunc ait, *Adhæsi testimonijs tuis.* Et superiùs quidem quasi statu carens ait, *Confirma me*; hîc verò, *Noli me confundere*: quod est excidentis profectu secundùm Deum. Non simpliciter

Via iniquitatis cauenda.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

autem dixit, *Secutus sum*, sed *Adhæsi*. id est, Ne ad modicum quidem distuli.

32. VIAM MANDATORVM TVORVM CVCVRRI.] Viam, inquit, mandatorum tuorum sine impedimento percurri, à te currendi facilitatem accipiens. Hoc enim vocat dilatationem. Salomon quoque ait: *Sapientia in exitibus canitur, in plateis autem cum libertate agit*. Plateis autem, non vijs, sed cordibus, quæ dilatat Deus. Angustum enim cor non capit mansionem Patris, & Filij & Spiritus sancti. Quin & aliter: Sermones mandatorum dilatantes cor facilem ipsi reddunt viam actionis.

Via mandatorum currenda.

Prou. 1, 20.

δὲ εἶπεν, ἠκολούθησα, ἀλλ' ἐκολλήθην. ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ ἀνεχώρησα.

λβ΄. ΟΔΟΝ ΕΝΤΟΛΩΝ ΣΟΥ ΕΔΡΑΜΟΝ.] Τὴν τῶν ἐντολῶν σου, φησὶν, ὁδὸν ἔδραμον ἀκωλύτως, παρὰ σοῦ λαμβάνων τοῦ δρόμου τὴν εὐκολίαν. τοῦτο γὰρ λέγει πλατυσμόν. Καὶ ὁ Σολομῶν· Σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται, ἐν δὲ πλατείαις παρρησίαν ἄγει. πλατείαις δὲ, οὐχ' ὁδοῖς, ἀλλὰ καρδίαις, ἃς πλατύνει ὁ Θεός. στενὴ γὰρ καρδία οὐ χωρεῖ μονὴν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ ἄλλως δέ· Οἱ λόγοι τῶν ἐντολῶν πλατύνοντες τὴν καρδίαν εὔκολον αὐτῇ παρασκευάζουσι τῆς πρακτικῆς τὴν ὁδόν.

CATENA PATRVM.

GIMEL.

17. RETRIBVE SERVO TVO.] ORIGENIS. Danti retribuit sicut Abrahamo Isaacum, & ei qui attulit decem mnas illas ipsas præbuit illi Dominus.

THEODORI. Retribue, inquit, seruo tuo, ne sine mercede videar fecisse iustificationes tuas. Retribue mihi diuinam ac beatam vitam, vt secundùm illam viuens custodiam sermones tuos. Post eorum enim commemorationem consequitur obseruatio.

Solius iusti est petere à Deo retributionem.

ANONYMI. Nos qui non sumus mundi corde, nec habemus conscientiam quæ ad Deum fiduciam habere possit, dum oramus minimè dicimus, *Retribue seruo tuo*: nam si retribuerit, puniet nos propter peccata nostra. Is igitur qui adinstar nostri à Deo misericordiam consecutus est dicit, *Non secundùm iniquitates nostras fecit nobis, neque secundùm peccata nostra retribuit nobis*. Qui verò fiduciam habet ad Deum, conscientiæ suæ confisus ait, *Retribue seruo tuo*; eò quòd nil pœnâ dignum gesserit. Ne autem hic sermo videretur esse arrogans, habet aliquid securitatis. Non enim dixit *Retribue mihi*, sed *Retribue seruo tuo*. Si quis est seruus tuus etiam seruiet tibi. Illud autem *Viuifica me* ad tempus futurum vitam refert. Non enim arbitror quod tamquam iam pridem viuens dicat illud, *Viuifica me*; sed verosimiliter refert ad vitam veram. Vnde subdit: *Et custodiam sermones tuos*. Vita enim vera est custodia legis.

Psal. 102, 10.

Vita vera est custodia legis.

ιζ΄. ΑΝΤΑΠΟΔΟΣ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δίδοντι ἀνταποδίδωσιν ὡς τῷ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τῷ προσαγαγόντι τὰς δέκα μνᾶς ὁ χαρισάμενος αὐτὰς αὐτῷ δεσπότης.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀνταπόδος, φησὶ, τῷ δούλῳ σου, ὅπως μὴ ἄμισθος δόξω πεφυλαχέναι τὰ δικαιώματά σου. ἀνταπόδος μοι τὴν θείαν καὶ μακαρίαν ζωὴν, ἵνα ζήσας κατ' αὐτὴν φυλάξω τοὺς λόγους σου. μετὰ γὰρ τὸ μνημονεῦσαι αὐτῶν ἀκόλουθον φυλάξαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡμεῖς οἱ μὴ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ μὴ μετειληφότες συνειδήσεως παρρησίαν ἔχειν πρὸς Θεὸν δυναμένην, εὐχόμενοι οὐκ ἐροῦμεν, ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου· εἰ γὰρ ἀποδώσει, κολάσει ἡμᾶς κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. λέγει οὖν ὁ ἡμῖν παραπλησίως ἐλεηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. ὁ δὲ παρρησίαν ἔχων πρὸς Θεὸν, πεποιθὼς ἑαυτοῦ τῇ συνειδήσει φησὶν, ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου· τῷ μηδὲν ἄξιον κολάσεως πεποιηκέναι. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ὁ λόγος εἶναι ἀλαζονικὸς, ἔχει τὶ ἀσφαλές. οὐ γὰρ εἶπεν ἀνταπόδος μοι, ἀλλ' ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου. εἴ τις ἐστὶ δοῦλος σὸς καὶ δουλεύσει σοι. Τὸ δὲ ζῆσόν με εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἐκκλίνει τὸ ζῆν. οὐκ οἴομαι γὰρ ὅτι ὡς ἤδη ζῶν λέγει τὸ, ζῆσόν με· ἀλλὰ ἴσως ἀναφέρει ἐπὶ ζωὴν ἀληθινήν. ὅθεν ἐπάγει· καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. ζωὴ γὰρ ἀληθὴς ἡ φυλακὴ τοῦ νόμου.

ιή. ΑΠΟ-

ιη'. ΑΠΟΚΑΛΥΨΟΝ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ.] Απολιναριου. Ἔρχεται ὁ λόγος, καὶ ἀποκαλύπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρῶν τὸ κάλυμμα. ἡνίκα γὰρ ἐπιστρέψει τις πρὸς κύριον, περιαιρεῖ τὸ κάλυμμα. ᾔδει ὁ προφήτης ὅτι σκιὰν ἔχει ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ ἐζήτει νοῆσαι τὰ ἀγαθὰ ὧν περιέχει σκιὰν ὁ νόμος, καὶ μὴ Ἰουδαϊκῶς, ἀλλὰ μεγαλοφρόνως καὶ προφητικῶς δεχόμενος παρακαλεῖ λέγων, ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου, ἵν' ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτρίζηται, εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενος, καὶ θεωρῶν τὰ θαυμάσια τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ νόμου αὐτοῦ.

Ανωνυμου. Κάλυμμα τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν μελετώντων τὸν νόμον τὸ γράμμα ἐπίκειται. ἕως γὰρ σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα εἶχεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, φησὶ Παῦλος. ὅταν τοίνυν τοῦτο ἀποκαλυφθῇ, τότε τὰ τοῦ νόμου θαυμάσια βλέπομεν, πνευματικῶς αὐτὸν ἐκλαμβάνοντες, καὶ θεωροῦντες τὰ ἐν τύποις καὶ σκιαῖς κεκαλυμμένα μυστήρια, ἅπερ δὴ καὶ θαυμάσια κέκληκεν. ὁ προσαπεπονθὼς τῇ γῇ, ὁ φιλῶν τὰ ἐνθάδε, καὶ μὴ πιστεύσας ὅτι ἀναλύσει καὶ ἔσται σὺν Χριστῷ, οὗτος μὴ λεγέτω, πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ· ἀλλὰ τὸ, ὅτι κατοικεῖ ἐπὶ τῆς γῆς.

Θεοδωρου. Παροικοῦσι τὴν γῆν ὅσοι τῷ βίῳ παροδικῶς τῷ ἐνεστῶτι κέχρηνται, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι, μηδὲν δὲ μεριμνῶντες τῆς εἰς αὔριον· τούτοις ὁ θεὸς οὐκ ἀποκρύπτει τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, γνωρίζει δὲ εἰκότως, ὡς βουλομένοις ὁμοῦ καὶ δυναμένοις ἐργάζεσθαι. εἰ τοίνυν μὴ ἀποκρυβῆναι ἀφ' ἡμῶν τὸν νόμον τοῦ θεοῦ βουλόμεθα, μὴ ὡς ἑστῶτα τὰ παρόντα λογισώμεθα.

κ'. ΕΠΕΠΟΘΗΣΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] Ωριγενους. Οὐκ ἐπεθύμησεν, ἀλλ' ἐπεπόθησεν ἐπιθυμῆσαι, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ ἐπιθυμῆσαι.

Απολιναριου. Τὰς δικαιοκρισίας σου, φησὶ, καὶ τοὺς λόγους ἀναλαμβάνων τῇ μνήμῃ, τὰ μέγιστα ὠφελοῦμαι· φοβοῦμαι δὲ, μήποτέ τις αὐτῶν λήθη ἐν ἐμοὶ γένηται· διόπερ εὐχὴν ἐποιησάμην, τὸ διὰ πάσης τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τῆς σῆς μνημονεύειν κρίσεως. ἢ καὶ ἄλλως τῆς σῆς καθόλου προνοίας καὶ διοικήσεως σου κύριε τὰ κρίματα εἰδέναι ἐπεθύμησεν ἡ ψυχή μου.

CATENA PATRUM.

18. REVELA OCVLOS MEOS.] APOLINARII. Venit Verbum, & reuelat oculos auferens velamen. Quando enim aliquis se conuerterit ad Dominum, aufert velamen. Sciebat quippe Propheta legem habere vmbram futurorum bonorum, & quærebat intelligere bona quorum vmbram lex continebat, idque non Iudaicè, sed magnanimiter & propheticè rogans hortatur dicens, *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*, vt reuelatâ facie gloriam Domini contemplaretur, in imaginem eamdem transformatus, & mirabilia Dei ex lege ipsius considerans.

2. Cor. 3.

ANONYMI. Littera posita est velamen oculis eorum qui legem meditantur. Nam vsque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen habuerunt super caput suum, inquit Paulus. Quando igitur hoc reuelatum fuerit, tunc legis mirabilia cernimus, spiritaliter ipsam accipientes, & contemplantes ea quæ in figuris atque vmbris abscondita sint mysteria, quæ nimirum etiam mirabilia appellauit. Is qui terræ affixus est, qui amat terrena, & non credit quia resoluetur & erit cum Christo, nequaquam dicat, *Incola ego sum in terra*; sed, quòd in terra habitet.

Iudæorum oculi sunt obuelati. 2. Cor. 3, 15.

THEODORI. In terra diuersantur qui per transennam præsenti vitâ vtuntur, rebus præsentibus contenti, nihil de crastino solliciti: hisce Deus minimè abscondit mandata sua, sed illis ea meritò nota facit, vtpote volentibus & valentibus ipsa exequi. Si igitur legem Dei à nobis minimè abscondi velimus, præsentia nequaquam velut stabilia reputemus.

Deus se reuelat iis qui terrenis non adhærent.

20. CONCVPIVIT ANIMA MEA.] ORIGENIS. Non concupiuit, sed optauit concupiscere, & in omni tempore concupiscere.

APOLINARII. Iusta, inquit, iudicia sermonesque tuos memoriâ repetens, maximam capio vtilitatem: timeo autem, ne quando aliqua illorum me teneat obliuio; quocircà precabar, vt totâ vitâ meâ omnique tempore iudicij tui recordarer. Vel etiam aliàs Domine anima mea vniuersæ prouidentiæ ac gubernationis tuæ iudicia cognoscere concupiuit.

THEO-

Digitized by Google

CATENA PATRVM. *Iustificationes Dei cum desiderio peragenda.*

THEODORI. Cùm non iudicia, sed iustificationes dixerit, sic exposuit Dei iudicia semper esse vtilia, cùm sint verè bona: desiderio igitur eorum affectus, illa in omni tempore exoptauit, non volens ex tristitia vel ex necessitate illa exequi (prout faciunt illi qui ea exequuntur metu ne incidant in supplicium) sed cum appetentia desiderioque. Hinc enim fiet, vt moderatè ac generosè cuncta ferant, non solùm suauia, verùm etiam laboriosa & molesta, & ad omnem probam actionem metuant.

21. INCREPASTI SVPERBOS.]

EVSEBII. Superbia est mater iniquitatis: propter hanc enim non sustinent obedire præceptis Dei. Qualis est populus inobediens qui ait: *Non seruiemus, nec veniemus vltrà ad te.* Hoc autem dicit suam Deo ostendens promptitudinem ad obediendum mandatis eius: quia committit reos increpationi, qui propter superbiam inobedientes sunt & refractarij.

Ier. 2, 31.

DIDYMI. Aliquando enim vis aduersaria nobiscum luctatur, non solùm quando euidenter resistit nobis, sed etiam quando in bonis ijsque eximijs versamur, contendit quomodo nos inflatos reddat & superbos. *Deus autem superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Idcircò, *Quantò magnus es humilia temetipsum, & coram Domino inuenies gratiam.* Pridem autem diximus, quomodo fieri possit vt quis declinet non solùm à mandato singulariter accepto, sed etiam à mandatis. Vbi enim mandatum est potest esse declinatio. Mandatum enim Domini rectum est. Non solùm igitur si quis exciderit à mandato maledictus est, verùm etiam is qui vel paululùm à mandato Dei declinauerit.

Iac. 4, 6.
Eccli. 3, 20.

22. AVFER A ME OPPROBRIVM.]

ATHANASII. Impij in tempore persecutionis exprobrantes me contemnunt; postulo igitur vt eorum aduersus me opprobria reddantur inania.

APOLINARII. Nonnumquam quidem, inquit, vetera v. g. delicta mihi exprobrabant, nonnumquam verò contemnebant tamquam nullius pretij homuncionem: ego autem solitarius sedens, & diuinis oraculis attendens, & nullum habens consiliarium neque vllam aliam consolationem, tuis

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ τὰ κρίματα, ἀλλὰ δικαιώματα εἰπὼν, οὕτως ἐξηγήσατο τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα εἶναι ἀεὶ ὠφέλιμα, ἀγαθὰ κυρίως ὄντα· ἐπιθυμίαν οὖν αὐτῶν ἔχων, ἐν παντὶ καιρῷ ἐπεπόθησεν, οὐ θέλων αὐτὰ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης ποιεῖν (ὡς ποιοῦσιν οἱ ἐνεργοῦντες αὐτὰ φόβῳ τοῦ μὴ περιπεσεῖν κολάσει) ἀλλὰ σὺν ὀρέξει καὶ ἐπιθυμίᾳ. συμβήσεται γὰρ, ἐκ τούτου σωφρόνως καὶ γενναίως πάντα φέρειν, οὐ μόνον τὰ ἡδέα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπίπονα καὶ ἀηδῆ, καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν σπουδαίαν ἐν φόβῳ εἶναι.

κα΄. ΕΠΕΤΙΜΗΣΑΣ ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΙΣ.]

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μήτηρ παρανομίας ὑπερηφανία· διὰ γὰρ ταύτην οὐκ ἀνέχονται ὑπακούειν προστάγμασι Θεοῦ. οἷός ἐστιν ὁ ἀπειθὴς λαὸς λέγων· οὐ κυριευθησόμεθα, καὶ οὐχ ἥξομεν πρὸς σὲ ἔτι. τοῦτο δὲ λέγει τὴν αὐτοῦ προθυμίαν ἐπιδεικνὺς Θεῷ τὴν πρὸς ὑπακοὴν τῶν ἐντολῶν· ὅτι συνίησιν ἐλέγχους ἐπιτιμῶσι, τοὺς δι᾽ ὑπερηφανίας ἀπειθεῖς καὶ ἀνυποτάκτους.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ποτὲ γὰρ ἡμῖν ἡ ἀντικειμένη ἐνέργεια παλαίει, οὐ μόνον ὅταν ὁμολογουμένως ἀνταγωνίζηται ἡμῖν, ἀλλὰ κἂν γινώμεθα ἐν τοῖς καλοῖς καὶ διαφέρουσιν ἀγωνίζεται πῶς ἡμᾶς φυσιώσει καὶ ὑψηλόφρονας ποιήσει. ὁ Θεὸς δὲ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. διὰ τοῦτο, ὅσῳ μέγας εἶ ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. εἰρήκαμεν δὲ ἤδη, ὡς δυνατόν ἐστιν ἐκκλίνειν οὐ μόνον ἀπὸ τῆς ἐντολῆς τῆς ἑνικῶς λεγομένης, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐντολῶν. ὅπου γὰρ ἐντολὴ δύναται ἔκκλισις γενέσθαι. ἡ γὰρ ἐντολὴ κυρίου εὐθεῖα ἐστιν. Οὐκ εἴ τις οὖν ἀποπέπτωκε μόνον τῆς ἐντολῆς ἐπικατάρατος, ἀλλὰ καὶ ὃς κἂν βραχὺ ἐξέκλινεν ἀπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ.

κβ΄. ΠΕΡΙΕΛΕ ΑΠ ΕΜΟΥ ΟΝΕΙΔΟΣ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ ἀσεβεῖς ἐν καιρῷ διωγμοῦ ὀνειδίζοντες ἐξουδενώσουσί με· αἰτοῦμαι οὖν ἵνα μάταια γένωνται κατ᾽ ἐμοῦ τὰ ὀνείδη αὐτῶν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ποτὲ μὲν ὠνείδιζόν με, φησὶ, παλαιὰ εἰ τύχοι ἁμαρτήματα, ποτὲ δὲ ἐξουδένουν ἐξουτελίζοντες ὡς οὐδενὸς ἄξιον λόγου· ἐγὼ δὲ καταμόνας καθήμενος, καὶ τοῖς θείοις λόγοις προσανέχων, καὶ μηδένα κεκτημένος σύμβουλον μηδ᾽ ἄλλην ἔχων παραμυθίαν, τοῖς σοῖς

Digitized by Google

τοῖς δικαιώμασι ἀντὶ συμβόλων ἐχρώμην.

Ανωνυμου. Ἐπεὶ ὀνειδίζουσι καὶ ἐξουδενοῦσί με τινὲς, ἐπὶ τῷ ἐκζητεῖν τὰ μαρτύριά σου, περίελε τὸ ὄνειδος, καὶ τὴν ἐξουδένωσίν μου. πῶς δ' ἂν περιαιρεθείη ταῦτα; εἰς ἐπίγνωσιν ἐρχομένων ἀληθείας τῶν τοὺς ὀνειδιζόντων καὶ ἐξουθενιζόντων με. ὑπάρξαντος δὲ τούτου ἅμα ἐμοὶ ἐκζητήσουσι καὶ αὐτοὶ τὰ μαρτύριά σου.

Διδυμου. Τὰ ἁμαρτήματα ὀνειδισμοῦ ἄξια, διὸ καὶ ἐν ἀναστάσει οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀναστήσονται εἰς ὀνειδισμὸν αἰώνιον· ᾧ ὀνειδισμῷ ἀκολουθεῖ αἰσχύνη αἰώνιος. δύο δὲ εἴδη ἐξουδενώσεώς εἰσι. καὶ γὰρ τὰ ἐξουδενωμένα τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς· καὶ ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος. καταφρονῶ γοῦν τῆς ἐξουδενώσεως ἣν ἐξουδενοῦσί με οἱ ἄνθρωποι οἱ ἀνόητοι, ἐπὶ τοῖς οὐκ ἐξουδενώσεως ἀλλὰ τιμῆς ἀξίοις. φεύγω δὲ ἐκείνην τὴν ἐξουδένωσιν, καθ' ἣν ἐξουδένωται πονηρευόμενος.

Ησυχιου. Διὰ τοῦτο μηκέτι με κρίνης ἄξιον τοῦ ὀνειδισμοῦ καὶ τοῦ ἐξουδενεῖσθαι· καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα· περὶ ὧν ἔλεγον, Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ.

κγ'. Και γαρ εκαθισαν αρχοντες.] Θεοδωρου. Πρὸς τὴν περιττέραν ἀπόδοσιν τοῦ προκειμένου στίχου ἁρμόζει τὰ προκείμενα. διὰ τοῦτο γάρ, φησι, παρακαλῶ περιαιρεθῆναι τὸ ὄνειδός μου καὶ τὴν ἐξουδένωσίν μου, ἐπείπερ ἄρχοντες, συνέδρια καὶ συνόδους συγκροτοῦντες, καθίσαντες ἐλάλουν κατ' ἐμοῦ. πλὴν εἰ καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ἄρχοντες τῆς ἀδικίας, ὅμως Θεοῦ δοῦλος οὐκ ἀφίσταται τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων.

κδ'. Και γαρ τα μαρτυρια σου.] Ανωνυμου. Τούτου χάριν οἱ μὲν, φησι, κατελάλουν, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐφρόντιζον, ἐπειδὴ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ μελέτην καὶ σύμβουλον εἶχον· ὅπερ ἐκείνους μὲν εἰς ἐπιβουλὴν ἠρέθιζεν, ἐμὲ δὲ εἰς ὑπομονὴν ὥπλιζεν.

Θεοδωρου. Ταπεινοφροσύνην ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς καρπὸν ὁ ψαλμῳδὸς ὑποτίθεται. ὅταν γάρ τις τῷ ἐδάφει κολληθῇ ταπεινούμενος, λέγων καθάπερ Ἀβραάμ, ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδὸς, ζήσεται κατὰ τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ· τουτέστι, κατ' ἐκεῖνον τὸν μακαρισμὸν ὅνπερ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐξεφώνησε·

iustificationibus pro consiliarijs vtebar.

Anonymi. Cùm nonnulli exprobrent & contemnant me, quia testimonia tua exquiro, aufer opprobrium & contemptum meum. Quomodo autem hæc auferri possint? si nimirum hi qui exprobrant & contemnunt me ad agnitionem venerint veritatis. Hoc autem pacto etiam ipsi vnà mecum exquirent testimonia tua.

Didymi. Peccata opprobrio digna sunt. Quapropter etiam in resurrectione peccatores resurgent in opprobrium sempiternum: quod opprobrium sequitur pudor æternus. Sunt autem duo genera contemptus. Nam & *contemptibilia mundi elegit Deus*: & *ad nihil deductus est in conspectu eius malignus*. Despicio igitur contemptum quo contemnunt me homines insipientes, propter ea quæ non contemptu sed honore digna sunt; fugio verò illam exinanitionem secundùm quam ad nihilum deductus est malignus.

Hesychii. Idcircò ne ampliùs me iudices dignum opprobrio & contemptu: etenim testimonia tua exquisiui; de quibus dicebam, *Beati qui scrutantur testimonia eius*.

23. Etenim sedervnt Principes.] Theodori. Hæc spectant ad vberiorem præcedentis versiculi expositionem. Idcircò enim, inquit, rogo vt auferatur à me opprobrium & contemptus, quia Principes, conuenticulis & congregationibus coactis, sedentes locuti sunt aduersum me. Verumtamen licet hæc faciant principes iniquitatis, nihilominùs Dei seruus à iudicijs Dei minimè recedit.

24. Nam et testimonia tva.] Anonymi. Hanc ob causam, inquit, illi quidem obloquebantur, ego autem id minimè curabam, quandoquidem Dei legem habebam pro meditatione & consilio: quod illos quidem ad insidias instigauit, me verò ad tolerantiam armauit.

Theodori. Hoc loco humilitatem eiusque fructum Psalmista proponit. Quando enim quispiam humiliatus terræ adhæserit, dicens quemadmodum Abraham, *Ego autem sum terra & cinis*, secundùm oraculum Dei viuet; id est, secundùm illam beatitudinem quam ipse in Euangelijs pronuntiauit:

Catena Patrum. — *Peccata adferunt opprobrium.* — 1. Cor. 1. 28. — Psal. 14. 4. — Vers. 2. — *Humilitatis fructus.* — Gen. 18. 27.

Digitized by Google

CATENA PATRVM. Matth. 5.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum.

APOLLINARII. Ad extremas, inquit, redactus angustias, ab iniquis eiectus, rogo vt seruer secundùm promissionem tuam dicentem: Et torrentes non concludent te.

DALETH. 25. ADHÆSIT PAVIMENTO ANIMA MEA.] ORIGENIS. Modo quidem adhæsit pauimento anima, & facta est caro; in resurrectione verò adhærebit caro animæ, eritque anima quæ in vniuersali resurrectione Domino adhærens fit vnus spiritus, fietque corpus spiritale. Hoc simile est isti, *In puluerem mortis deduxisti me*: item isti, *Humiliata est in puluere anima nostra*: item isti, *Corpus humilitatis nostræ*: & isti, *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Per hæc excessum humilitatis ostendit. Sic enim in Psalmo quadragesimo tertio ait: *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.*

Psal. 21, 16. Psal. 43, 25. Phil. 3, 21. Rom. 7, 24.

Anima peccatrix pauimento adhæret.

ANONYMI. Propheta confitetur de anima sua, quæ Domino quidem priùs conglutinari desiit, quando in peccato fuit; adhæsit autem pauimento, & naturalem suam celsitudinem ac sublimitatem proculcauit. Omnis enim anima peccatrix pauimento agglutinata est. In lege autem dictum est, *Post Dominum ambulabis, & ad eum adhærebis.* Petit igitur adiuuari à Deo, vt viuat, deserens suam ad pauimentum adhæsionem, vt viuat secundùm verbum Dei.

Deut. 10, 20.

26. VIAS MEAS ENVNTIAVI.] THEODORI. Ac sic dicat, Vias ad te ducentes, quæ non sunt aliæ quàm virtutes, ô Domine te ipsâ enuntiaui probo animi proposito, & operibus illi respondentibus, *& exaudisti me.* Quapropter ad exaudientem ait: *Doce me iustificationes tuas.*

Via nostra Deo enuntianda.

EVSEBII. Quando quidem aliquis secundùm voluntatem carnis & cogitationum suarum ambulat, vias suas ambulat; sed qui à peccando desistit, tradit semetipsum Deo, postulans ab eo vt illum timeat, & ambulet in omnibus vijs eius: siquidem non ampliùs secundùm proprias vias graditur, sed ad Dei vias transiens, iisdem incedit. Hoc autem simile est isti, *Dixi, * Pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam Domino.* Mei igitur

Psal. 31, 5. * Vulgata Confitebor

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Εἰς ἐσχάτην ἥκων ἀπορίαν, φησὶν, ἐλαυνόμενος ὑπὸ τῶν παρανομούντων, καὶ ἀξιῶ σωθῆναι κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν σου τὴν λέγουσαν· καὶ χείμαρροι οὐ συγκλείσουσί σε.

κε΄. ΕΚΟΛΛΗΘΗ ΤΩ ΕΔΑΦΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Νῦν μὲν ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχὴ, καὶ γέγονε σάρξ· ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει κολληθήσεται ἡ σὰρξ τῇ ψυχῇ, καὶ ἔσται ψυχὴ ἥτις κολληθεῖσα τῷ κυρίῳ ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ἓν πνεῦμα, καὶ γίνεται τὸ σῶμα πνευματικόν. Ὅμοιον τοῦτο τῷ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με· καὶ τῷ, Ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· καὶ τῷ, Τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν· καὶ τῷ, Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; τὴν ὑπερβολὴν τῆς ταπεινώσεως διὰ τούτων ἐδήλωσεν. οὕτω γὰρ ἐν μγ΄ ψαλμῷ· ὅτι ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐξομολογεῖται ὁ προφήτης περὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καταλιπούσης μὲν τὸ κολλᾶσθαι τῷ κυρίῳ πρότερον, ὅτε ἐν τῇ κακίᾳ ἐτύγχανε· κολληθείσης δὲ τῷ ἐδάφει, καὶ καθελούσης ἑαυτῆς τὸ φυσικὸν ὕψος καὶ ἔπαρμα. πᾶσα γὰρ ἁμαρτάνουσα ψυχὴ κεκόλληται τῷ ἐδάφει. ὀπίσω δὲ κυρίου πορεύσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται. ἀξιοῖ τοίνυν βοηθηθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸ ζῆσαι, ἀποστὰς τῆς πρὸς τὸ ἔδαφος κολλήσεως, ἵνα ζήσῃ κατὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.

κϛ΄. ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΜΟΥ ΕΞΗΓΓΕΙΛΑ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἵνα εἴπῃ, τὰς φερούσας πρὸς σὲ, οὐχ ἑτέρας οὔσας τῶν ἀρετῶν ὁδοὺς, ὦ δέσποτα πραγματικῶς ἐξήγγειλα σπουδαίᾳ προθέσει, καὶ καταλλήλοις αὐτῇ ἔργοις, καὶ ἐπήκουσάς μου. διὸ πρὸς ὑπακούσαντά φησι· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅταν μέν τις κατὰ τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν πορεύηται, ὁδοὺς ἑαυτοῦ πορεύεται· ὁ δὲ ἀποστὰς τοῦ ἁμαρτάνειν, δίδωσιν ἑαυτὸν τῷ θεῷ, αἰτῶν παρ᾽ αὐτοῦ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· οὐκέτι μὲν γὰρ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἑαυτοῦ πορεύεται, μεταστὰς δὲ ἐπὶ τὰς τοῦ θεοῦ ἐν αὐταῖς βαδίζει. ἴσον δέ ἐστι τῷ, Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ᾽ ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου. ἐμαυτοῦ τοίνυν κατή-

Digitized by Google

κατήγορος γενόμενος, παρὰ σοὶ ἐξωμολογησάμην περὶ αὐτῶν, διὰ τοῦτο ἐπήκουσάς μου, παραδεξάμενός μου τὴν μετάνοιαν. δέχομαι δέ σε καὶ διδάσκαλόν μου γενέσθαι τῶν δικαιωμάτων, ἃ οὐδεὶς δύναται κατ' ἀξίαν παραδοῦναι, ὡς σὺ ὁ κύριος τῶν δικαιωμάτων.

κη'. ΕΝΥΣΤΑΞΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ συνεχὴς προσβολὴ τῆς ἁμαρτίας διαλύει πολλάκις τὸν τόνον τῶν λογισμῶν, καὶ ἀπαυδῆσαι παρασκευάζει τὸν ἀθλητὴν, καὶ τὴν καλουμένην ἀκηδίαν ἐργάζεται. χαυνουμένη δὲ ἡ ψυχὴ τὸν ὕπνον εἰσδέχεται, ὁ δὲ ὕπνος ἐπάγει θάνατον· διόπερ βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι ὁ προφήτης ἀντιβολεῖ. τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διδάσκει ὡς τὸ πνεῦμα τῆς ἀκηδίας οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν ἢ διὰ τῆς μελέτης τῶν θείων λογίων. νήφειν οὖν καὶ γρηγορεῖν χρὴ διὰ τὸν εἰπόντα· γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὥσπερ ἀρχὴ κοιμήσεως ἐστὶ νυσταγμὸς, οὕτως ποτὲ καὶ ἡ ψυχὴ ἐν ἀρχῇ γενομένη ἁμαρτημάτων λέγεται νυστάζειν, καθελκομένη μὲν ὥσπερ εἰς ὕπνον τὸ ἁμάρτημα, ἀνανεῦσα δὲ καὶ ἐγειρομένη διὰ τῆς τῶν κρειττόνων μνήμης.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἱκανὰ τοῦ παρόντος καιροῦ τὰ πράγματα ἀκηδίαν τῇ ψυχῇ καὶ νυσταγμὸν, τουτέστιν ὀλιγωρίαν καὶ ῥαθυμίαν ἐργάσασθαι· ἀποτροπὴ δὲ τούτων ἡ ἐν τοῖς λόγοις τοῦ θεοῦ βεβαίωσις. ἐὰν γάρ τις ἐστηριγμένος ἐν αὐτοῖς ὑπάρχῃ, ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων σαλεύεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ πέμπτη καὶ ἡ ἕκτη ἔκδοσις τὸ, ἔσταξεν ἡ ψυχή μου περιέχει· παρὰ δὲ τῷ Συμμάχῳ, κατέσταξεν ἡ ψυχή μου. φησὶ γὰρ ὅταν ἡ ψυχὴ ἐν ἀκηδίᾳ γένηται καὶ ἀδημονίᾳ καὶ λύπῃ, ἀπόλλυσι τὸ ἐγρηγορέναι, καὶ γίνεται ἐν νυσταγμῷ ἀπηγορευμένῳ. ὅθεν ἄλλοτε λέγει· μὴ δῷς ὕπνον σοῖς ὄμμασι, μηδὲ νυσταγμὸν σοῖς βλεφάροις. ὁ δὲ δυσωπούμενος τὴν μαρτυρουμένην ὑπὸ τῶν πλειόνων ἔκδοσιν τὴν, ἔσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, φησὶν ὅτι πεπυκνωμένη, καὶ στέγειν δυναμένη ἐστὶν, ὡς μηδὲν αὐτῆς ἀποῤῥεῖν ἡ τοῦ δικαίου ψυχή. ἡ δὲ τοῦ φαύλου οὐ τοιαύτη, ἀλλὰ μὴ δυνα-

ipſius accuſator factus apud te de his confitebar, idcircò exaudiſti me, pœnitentiam meam admittens. Rogo autem te vt quoque doctor mihi fias iuſtificationum, quæ nemo pro dignitate tradere poteſt, ſicut tu qui Dominus es iuſtificationum.

CATENA PATRVM.

28. DORMITAVIT ANIMA MEA.] ORIGENIS. Aſſiduus peccati impetus diſſoluit frequenter tenorem cogitationum, & eſt in cauſa vt athleta deficiat, & eam efficit quæ deſidia vocatur. Remiſſa verò anima in ſomnum incidit, ſomnus verò mortem inducit: idcircò Vates obſecrat vt confirmetur & corroboretur. Hoc etiam in alio Pſalmo ait: *Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte.*

Peccata ſomnum inducunt perniciosum.

Pſal. 12.

THEODORI. Docet quomodo ſpiritus acediæ non aliter eijciatur quàm per oraculorum diuinorum meditationem. Sobriè igitur viuendum & vigilandum eſt propter eum qui dicit: *Vigilate, & orate.*

Spiritus acediæ quomodo eijciendus.

Matth. 26, 41.

HESYCHII. Quemadmodum dormitatio principium eſt obdormitionis, ſic etiam anima quandoque dum in principio peccatorum verſatur dormitare dicitur, attracta quidem quaſi in ſomnum peccatum, renouata verò & excitata per memoriam rerum meliorum.

APOLINARII. Res temporis præſentis ad deſidiam & dormitationem, id eſt negligentiam ſocordiamque animæ ingenerandam ſufficiunt: earum autem auerſio eſt in verbis Dei confirmatio. Si quis enim in ijs fuerit ſtabilitus, nullâ re humanâ commouebitur.

Res temporales deſidiam generant.

ANONYMI. Quinta ſextaque Editio habent, *Stillauit anima mea:* apud Symmachum verò habetur, *Diſtillauit anima mea.* Ait enim animam, quando in acedia & anguſtia triſtitiaque fuerit, perdere vigilantiam, & in deteſtandam incidere dormitationem. Vnde alio loco dicit: *Ne dederis ſomnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis.* Qui autem amplectitur illam quam plurimi probant expoſitionem, ſcilicet, *Stillauit anima mea præ tædio*, ait illam eſſe condenſatam, & ſtillare poſſe ita, vt à iuſti anima nil diffluendo pereat. Improbi verò anima non eſt eiuſmodi, ſed con-

Animo non dormitandum neque diffluendum.

Prou. 6, 4.

CATENA PATRVM.

tinere minimè valet sermonem Dei quem edocetur: quapropter istiusmodi anima dici possit gemere. Talem sensum admittit etiam illud quod in Prouerbijs scriptum est: *Fili mi ne diffluas.* item illud, quod in Epistola ad Hebræos dicitur: *Propterea abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè perefluamus.*

Prou. 3, 21.

Hebr. 2, 1.

Via iniquitatis desferenda.

29. VIAM INIQVITATIS AMOVE A ME.] ORIGENIS. Non ait, *Me amoue à via iniquitatis*; sed, *Viam inquitatis amoue à me*; vt quæ in me sit, mihique inexistat. Quamdiu enim adhuc praui sumus, via inquitatis in nobis est, & omnia facienda sunt, vt illam ab animis nostris eijciamus, tum verò maximè ad hoc Dei auxilium implorandum est, vt postquam illa à nobis recesserit, dicere valeamus, *Et lege tuâ miserere mei.*

THEODORI. Is qui animi proposito à via iniquitatis recessit, & ad legem Dei accessit, cupit hæc perfici & confirmari à Deo, qui suppeditat fines bonorum. Tamquam enim odiens ignorantiam quam habuit, & contrariæ scientiæ desiderio inflammatus, minimè tamen valens ab ignoratione recedere, & fidei adhærere, præceptorem rogat: Ignorantiam amoue à me, & scientiâ tuâ miserere mei.

DIDYMI. Pro *Viam iniquitatis amoue à me* Aquila quidem dixit, *Viam mendacij amoue à me*; Symmachus verò, *Viam mendacem aufer à me*; ita vt prædicta expositio vera sit. Vnusquisque enim optat esse liber ab omni falsa opinione, & ab omni circa diuinam Scripturam mendaci acceptione.

Euangelium est via fidei & veritatis.

ANONYMI. Si Christum nouimus esse reuerà veritatem, vtique via eius est Euangelium. Quinta igitur Editio viam fidei exposuit; quandoquidem Euangelium in fide prædicatum est.

Viam veritatis elegit, qui terrena contemnit.

30. VIAM VERITATIS ELEGI.] ORIGENIS. Hunc versiculum solus is dicet qui contemnit quidem ea quæ videntur tamquam temporaria; spectat verò ea quæ non videntur vt æterna, & quæ sola propriè sint vera, & ad illa festinat. Non enim via veritatis est, quam eligit is qui terrenas diuitias terrenamque gloriam sectatur. Qui igitur, vti tradidimus, veritatis viam ambulare elegit, hic vtique id agit minimè im-

μένη κρατεῖν ὃν διδάσκεται λόγον θεοῦ· διόπερ ἡ τοιαύτη ψυχὴ στενάζειν ἂν λέγοιτο. τοιαύτης δέχεται διανοίας καὶ τὸ, Υἱὲ μου μὴ παραῤῥυῇς, ἐν παροιμίαις γεγραμμένον. καὶ τὸ, διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως προσέχειν ἡμᾶς τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους λελεγμένον.

κθ'. ΟΔΟΝ ΑΔΙΚΙΑΣ ΑΠΟΣΤΗΣΟΝ ΑΠ ΕΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ εἶπεν, ἐμὲ ἀπόστησον ἀπὸ ὁδοῦ ἀδικίας· ἀλλ', ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ· ὡς τυγχάνουσαν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐνυπάρχουσάν μοι. ὅσον γάρ ἐσμεν ἔτι φαῦλοι, ἡ ὁδὸς τῆς ἀδικίας ἐν ἡμῖν ἐστι, καὶ πάντα μὲν πρακτέον, ἵνα αὐτὴν ἀποθήσωμεν τῆς ψυχῆς ἡμῶν, μάλιστα δὲ θεοῦ συνεργὸν εἰς τοῦτο παρακλητέον, ἵνα ταύτης ἀποστάσης ἡμῶν, δυνηθῶμεν εἰπεῖν, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ προαιρέσει ἀποστὰς τῆς ὁδοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ προσελθὼν, πληρωθῆναι καὶ βεβαιωθῆναι ταῦτα βούλεται πρὸς θεοῦ, τοῦ τὰ τέλη τῶν ἀγαθῶν ἐπιφέροντος. ὡς γὰρ μισήσας ἣν εἶχεν ἄγνοιαν, τὸν πόθον ἐσχηκέναι τῆς ἀντικειμένης ἐπιστήμης, οὐχ οἷός τε ὢν τῆς ἀγνοίας ἀποστῆναι, καὶ τῇ πίστει προσερεῖσαι, τὸν διδάσκαλον παρακαλεῖ· τὴν ἄγνοιαν ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῇ ἐπιστήμῃ σου ἐλέησόν με.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ὁ μὲν Ἀκύλας, ὁδὸν ψεύδους ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ εἴρηκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁδὸν ψευδῆ ἀφελε ἀπ' ἐμοῦ· ὡς ἀληθεύειν τὴν προειρημένην ἐξήγησιν. εὔχεται γὰρ ἕκαστος ἐκτὸς γενέσθαι πάσης ψευδοδοξίας, καὶ τῆς περὶ τὰς θείας γραφὰς ψευδοῦς ἀπολήψεως.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ χριστὸν ἔγνωμεν εἶναι τὴν ὄντως ἀλήθειαν, ὁδὸς αὐτοῦ δηλονότι τὸ Εὐαγγέλιον. ἡ πέμπτη τοιγαροῦν ἔκδοσις ὁδὸν πίστεως παραδέδωκεν· ἐπειδὴ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν πίστει κεκήρυκται.

λ'. ΟΔΟΝ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΗΡΕΤΙΣΑΜΗΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸν στίχον τοῦτον ἐρεῖ μόνος ὁ καταφρονῶν μὲν τῶν βλεπομένων ὡς προσκαίρων· σκοπῶν δὲ τὰ μὴ βλεπόμενα ὡς αἰώνια, καὶ μόνα κυρίως ἀληθῆ, καὶ ἐπ' ἐκεῖνα σπεύδων. οὐκ ἀληθείας γὰρ ὁδὸς, ἣν αἱρεῖται ὁ πραγματευόμενος τὸν κάτω πλοῦτον καὶ τὰς ἐπὶ γῆς δόξας. ὁ οὖν ἑλόμενος ὁδεύειν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, οὗτος οὐκ ἐπιλανθανόμενος τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ καὶ τῶν

τῆς ἀνταποδόσεων αὐτῇ τὸ τοιοῦτον πράττει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ φιλαλήθης, καὶ μήποτε προφέρων ψευδῆ λόγον διὰ στόματος, εἴποι ἄν, ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην. ἀλλὰ καὶ ὁ διαπαντὸς πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, καὶ ἐπὶ πάσῃ πράξει μεμνημένος αὐτῶν, ἐρεῖ· τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

memor iudiciorum Dei & retributionũ eius.

ANONYMI. Amator veritatis, & qui numquam per os suum sermonem falsum profert, dicere possit, *Viam veritatis elegi.* Quin & is qui iudicia Dei semper ante oculos ponit, & in omni actione eorumdem meminit, dicet: *Iudicia tua non sum oblitus.*

CATENA PATRVM.

λα΄. ΕΚΟΛΛΗΘΗΝ ΤΟΙΣ ΜΑΡΤΥΡΙΟΙΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Κεκόλληται τοῖς μαρτυρίοις, ὁ λόγοις τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἢ τινος τῶν γεγραμμένων παραδεδομένοις ἑνῶν ἑαυτὸν, καὶ μηδαμῶς αὐτῶν ἀφιστάμενος. οὗτος καὶ θαρρείτω, κἂν πρότερον ἔργα αἰσχύνης πεποιηκὼς, καὶ αἰτείτω ἀπὸ Θεοῦ ἄφεσιν, καὶ λεγέτω· κύριε μή με καταισχύνῃς.

31. ADHÆSI TESTIMONIIS TVIS DOMINE.] APOLINARII. Is testimonijs adhæret, qui sermonibus de cælo & terra vel quauis alia de re scripto traditis semetipsum vnit, & nequaquam ab ijs recedit. Hic etiam confidat, licet priùs opera pudoris patrauerit, & postulet à Deo remissionem, ac dicat: Domine noli me confundere.

Quis adhæreat testimonijs Dei.

λβ΄. ΟΔΟΝ ΕΝΤΟΛΩΝ ΣΟΥ ΕΔΡΑΜΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διέδραμον, φησὶν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ οὐ μιᾶς ἐντολῆς, ἀλλὰ πασῶν τῶν ἐντολῶν, σε τὴν ὁδὸν ἔργοις ἐπιτελῶν καὶ αὐταῖς πράξεσι τὰ ὑπὸ τῶν ἐντολῶν σου διηγορευμένα. ὅθεν καὶ Παῦλος τετελεκὼς τοῦτό φησι· τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

32. VIAM MANDATORVM TVORVM CVCVRRI.] THEODORI. Breui, inquit, tempore decucurri non vnicum mandatum, sed omnia mandata tua; viam tuam operibus ipsisque actionibus explens, & quæ à præceptis tuis promulgata sunt. Vnde etiam Paulus cùm hoc perfecisset ait: *Cursum consummaui, fidem seruaui.*

2.Tim.4,7.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ δὸς μὲν στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· καρδία δὲ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ὑπὸ τοῦ λόγου διευρυνομένη ἡ ἁγία, καὶ Θεὸν ὁρωμένη, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τρέχουσα τῆς ὁδοῦ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. οὕτω μὲν ἡ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς ἀπάγει ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν, ἡ δὲ στενὴ καρδία, καὶ μὴ χωροῦσα ἐν ἑαυτῇ μονὴν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, χωρίζει ἀπὸ Θεοῦ διὰ τὴν στενοχωρίαν τὸν τοιαύτην τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ πεποιηκότα.

ORIGENIS. *Via* quidem *angusta & arcta quæ ducit ad vitam.* Cor autem latum & spatiosum à Verbo dilatatum sanctum est, & Deum videt, ac viam mandatorum Dei currit. Sic lata quidem ac spatiosa via ducit ad perditionem, cor verò angustum & arctum, & quod non capit in semetipso mansionem Patris ac Filij, propter angustiam suam separat à Deo illum qui malitiâ suâ ipsum tale reddidit.

Matth.7,14.

Cor dilatandum ad currendam viam Dei.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ πῶς ἡμῶν ἡ καρδία πλατύνεται διὰ πειρασμῶν καὶ θλίψεων; ταῦτα γὰρ τὰς ἐν ἡμῖν ἀκάνθας τῶν λογισμῶν ἐκτέμνει, καὶ τὴν καρδίαν εὐρυτέραν εἰς τὴν τῶν νόμων τῶν θείων ὑποδοχὴν ἐργάζεται. ἐν θλίψει γάρ, φησιν, ἐπλάτυνάς μοι. τότε τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ διαβαίνομεν, ἐζωσμένοι διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ὑπομονῆς γινόμενοι.

ANONYMI. Et quomodo cor nostrum per tentationes ac tribulationes dilatatur? Hæ enim in nobis spinas cogitationum euellunt, & cor nostrum ad legum diuinarum susceptionem dilatant. *In tribulatione* enim, inquit, *dilatasti mihi.* Tunc viam mandatorum Dei gradimur, succincti per tolerantiam tentationum.

Cor nostrũ per tentationes dilatatur.

Psal.4,2.

ANNOTATIONES CORDERII.

GIMEL. *Vera vita est obseruatio mandatorum Dei.*

17 RETRIBVE *seruo tuo, viuifica me.*] Vel, vt legit Ambrosius, *Viuam, & custodiam sermones tuos.* Id est: Si me ad voluntatem tuam effinxero, tunc demum viuere incipiam; quia ille qui Deo aduersatur non est dicendus viuere; sed mortuo similis est. In eamdem sententiam adducit ibidem Ambrosius verba illa Baldadi Suhitæ apud Iobum dicentis: *Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.* Humani corporis vmbræ assimilatur peccator; quia sicut vmbra

Iob 8,9.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII. bra mouetur, & corpus sequitur, & tamen quid inane est: non aliter homo peccator quamdam præ se hominis imaginem ferre videtur. Huc refer illa verba Geneseos: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Tunc primùm homo cœpit viuere cùm inspirationem Dei ore excepit: Dei autem spiritus virtutem designat: hanc nisi habuerit homo non viuit, sed mortuus iacet. Hæc istis verbis Ambrosius ita premit: *Viuam, ait, quasi nondum viuens. Hic enim in vmbra viuimus. Ergo ista vita in corpore vmbra est vita atque imago, non veritas*; iuxta illud, *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verumtamen in imagine pertransit homo.* Id est, Peccator etiamsi quamdam hominis figuram præ se ferre videatur; nihilominùs vanam tantùm quamdam ostentat imaginem, cùm secundùm animam reuerà mortuus sit. Hoc ergo, inquit Dauid, confer seruo tuo Deus, vt viuendo custodiam mandata tua, id summi beneficij loco petens, vt se totum Deo addicat; quia statuat non aliam sibi esse viuendi causam, nisi vt se exerceat in Dei cultu.

Gen. 2, 7.

Psal. 38, 6.

Peccator lethargico similis est.

18. *Reuela oculos meos.*] S. Ambrosius legit *Aperi*, & exponit hanc sententiam metaphorâ ductâ ab his qui lethargo opprimuntur, quorum oculi clauduntur, & vix à somno, quo grauantur, excitari possunt dum compunguntur, vel etiam euelluntur capilli: si tamen præ dolore paululùm oculos aperiant, statim claudunt, & caput demittunt. Omnes passim spiritali lethargo premimur, ad malum & peccatum procliues sumus, & vix multâ curâ & diligentiâ tantisper somnum peccati excutimus; & tamen sine mora ad ingenium redimus. *Qui igitur*, (inquit Ambrosius) *adaperiri sibi oculos petit, vtique & grauari intelligit: neque enim Medicum rogat, nisi qui remedium ægritudinis suæ poscit.*

Numquam satiatur qui desiderat amare Deum.

20. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas.*] Acutè Richardus expendens hæc verba obseruat, Prophetam non abs re dixisse se cupiuisse desiderare, ne putaretur potuisse facilè satiari, cùm qui desiderium cupit, exploti satiarique non possit; sicut qui famem desideraret: remque posteà ad Dei amorem opportunissimè flectit. eius verba subijcio; sic enim scribit Tractatu de Gradibus charitatis cap. 2. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Non potuit satiari desiderio, qui nihil nisi desiderare concupiuit. Fames enim animæ desiderium est. Sic verò Deum amans anima amore non satiatur, quia Deus amor est; quem qui amat, amorem amat. Amare autem amorem circulum facit, vt nullus sit finis amoris.* Sic ille. Pectus iste circulus ambiat, verâ felicitate grauidum futurum, si isto amoris circulo claudatur. Amor non est qui satiari potest. Veri amoris auaritia expleri nequit. Quàm liberalis hæc auaritia! quàm ab omni sorditie aliena! Amemus igitur amorem, & finis amoris sic amare sine fine, vt perfectum circulum exprimamus. Similem amorem apud D. Lucam expressit Christus dicens: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* Si quis in sacrosanctum penetrale illius pectoris, vt in augustum diuinitatis sacrarium introire potuisset, quæ vota, quæ desideria vidisset? Hoc certè constat, sanctissima illius desideria & crebra & ardentissima fuisse; quod illa conduplicatio repræsentat, *Desiderio desideraui*; quæ auxesim & amplificationem continet. Itaque in mysticis Seruatoris nominibus *desiderium* ponitur, quod arcanum sponsa enucleat, cùm de sponso in Epithalamio ita canit, *Totus desiderium*: & longè anteà Moyses in Cosmopœia eumdem illum indigitauerat, *Desiderium collium æternorum*: in Aggæo pariter: *Et veniet desiderium cunctarum Gentium.* Huius tantæ auctoritatis Principem, & deuotionis Magistrum, pij probique omnes, atque viri desideriorum, pro virili parte imitari contenderent: quos vtinam & nos quoque æmularemur, & inter æstum profanorum negotiorum os sæpè desiderijs sanctis aperiremus, ad concipiendum ardorem pietatis.

Circulus est in amore Dei.

Lucæ 22, 15. *Christus fuit plenus desideriorum.*

Cant. 5, 16.

Gen. 49, 26.

Aggæi 2, 8.

In periculis virtuti incumbendum.

23. *Etenim sederunt Principes*, &c.] Collatis consilijs, inquit, Principes viri me perdere satagebant, nullum non mouentes lapidem, vt me de medio tollerent, in meam perniciem conspirantes. Verùm quid in tanto discrimine constitutus Rex sapientissimus, & bellicâ peritiâ instructus egerit audiamus. Numquid exercitum coëgit? alienam opem implorauit? exteras gentes in auxilium vocauit? Minimè gentium. Sed *seruus*, inquit, *tuus exercebatur in tuis iustificationibus.* Pietati sedulò incubuit, in virtutum exercitatione totus fuit. Nouerat quippe vir pius, omnia ferè quæ nobis mala accidunt originem trahere vt plurimum ex peccatis, atque adeò radicem ipsam malorum euellere conabatur, quâ reuulsâ & arefactâ, tota malorum seges facilè perit. Ex quo colligitur, pleraque mala quæ mente ac corpore patimur, ex peccatis quæ commisimus pullulare.

Meditatio & consilium nostrum debent esse iustificationes Dei.

24. *Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.*] Vbi testimonia & iustificationes Dei, vt passim in hoc Psalmo vocat præcepta atque leges, quæ sunt, inquit, meditatio & consilium meum, propriè in Hebræo sunt, *Deliciæ meæ, viri consilij mei*; in Tigurina, *Consiliarij mei.* Voluit significare, se in Dei iussis magnificum habere Senatum, & Consiliarios omni exceptione clarissimos & fideles, quos in dubijs rebus adhiberet in consilium, vt duce Deo, præsidioque suo tuente, fierent omnia; nec deflecteret vmquam ab eo, quod Parens vniuersitatis aut habere aut commendare videretur. O præstantissimi in omnem partem Consiliarij, & omnibus audiendi: sine quibus & consistoria sacra sunt profana; & Parlamenta Regum nugamenta; & Curiæ iniuriæ; & Magistratuum consilia stulta, impia, illudenda; & mortalium cogitationes vanæ & irridendæ. Dicamus ergo cum Dauide, atque ex animo vereque dicamus: *Consilium meum iustificationes tuæ.* Tua iussa voluntasque, ô Deus, viri consilij mei, meus Senatus, Consiliarij sunt mei: quorum dicta audire, sequi nutum, obtemperare sententijs lubet. Id meo iudicio fuerit, *Sollicitè ambulare cum Deo, & facere iudicium*, vt ore pio cecinit Michæas, cùm in prædictionibus suis, breuiter quidem, sed insigniter officia Christiani hominis prosequitur. Prudenter itaque Dauid ad consilium primò omnium

Mich. 6, 8.

Digitized by Google

Dei consilia nostris praeponenda.

omnium Deum Deique iustificationes & leges adhibebat dicens, *Consilium meum iustificationes tua*; vel, vt Serm. 3. in hunc Psalmum legit & expendit Ambrosius, *Consilia mea iustificatio tua. Qui enim facit mandata Dei, iustificat Deum, quia facit eius iustitiam: & bonum est, vt consilium Dei sequantur hominum consilia: quia Dei consilium certum semper, nostra autem plerumque incerta consilia, rerum probatur euentu.*

DALETH.

25. *Adhaesit pauimento anima mea.*] S. Hieronymus vertit *pulueri*: quasi locum adumbraret imum & obsoletum, in quo sordibus mens diuina & caelitum amica polluitur, & calcatur. Qua de re cogitans pius Vates, velut è medijs fati faucibus eripi se petit, & exclamat: *Viuifica me*: vt perspicuè de corpore mortis huius loqui & sentire videatur. Quid igitur causae est, cur iam quisquam reperiatur, qui corporis contagionem non modò defugiat, sed appetat etiam studiosiùs, & eâdem incredibili vecordiâ & fraude laetetur?

Anima silentio operienda, ne stillet.

28. *Dormitauit anima mea.*] Ita Latinae editiones & Aethiopica: Graecè est ἐνύσταξεν: pro quo Origenes legit ἔσταξεν, *Stillauit*: ex Hebraeo quoque S. Hieronymus reddit, *Distillauit*; Isidorus Clarius, *Diffluxit*; Vatablus, *Stillatim periit*. Id verò S. Ambrosius ad πολυλογίαν, siue ad diffluentem garruli hominis sermonem temeritatemque retulit, qui sit fractis & incompositis aedium fastigijs non dissimilis, quae summo domini incommodo iacturaque distillent. Hinc Sapientis egregium monitum: *Fili ne defluas*: quasi animam confirmandam esse dicat, & studiosè operiendam, ne stillet. Nam quicumque, ait S. Ambrosius, est facilis in verbis, velut plenus rimarum hac atque illac effluens, interiora euacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur, tegere se nesciens, &c. negat autem vir sanctissimus huiusmodi animam esse posse diuersorium illud placidum & ornatum, in quo Deus vitae nostrae patens suauissimè conquiescat. Est enim Salomonis acroama verum, & mysterijs plenissimum, cùm pronuntiat *stillicidia* hominem de sua domo eijcere. Et diuina sponsa cùm mores amoresque purissimos dulci cantu prosequitur, acclinationem eius ait esse σύσκιον, *opacam*: ita Septuaginta vertunt; quod Vulgatus *lectum floridum*. Opaca est Christi Domini reclinatio, non patens omnibus, non aperta, non profusione oris impotentis animaeque vagae libidine patefacta. Causam adfert idem S. Ambrosius: *Non*, inquit, *in tabernaculo loquacis & garruli, quia multiloquio peccatum admittitur; sed in viri seru, qui sit parcus alloquy, nec sermonis intemperans, & verborum sobrietate temulentiam loquacitatis euitans, caput suum Christus reclinat.*

Prou. 3.

Prou. 27.

Cant. 1, 15.

Christi reclinatio non est in patulo, sed in opaco.

Via iniquitatis valdè trita, virtutis verò inuia est.

29. *Viam iniquitatis amoue à me.*] *Et pulchrè* (inquit Ambrosius) *viam dixit iniquitatis, non iniquitatem: eò quòd non quasi naturalis iniquitas sit in nobis; sed maiorum post peccata currentium sit attrita vestigijs.* Sicut autem dùm via trita est, facilè eam capimus & terimus; si verò inuia sit, difficulter, & non nisi per ambages ac maeandros vix tandem aliquando ad finem optatum pertingimus: sic dum ad vitium tendimus, viam satis tritam agnimus, ab ea aberrare non possumus, multos itineris socios inuenimus; at verò qui ad pietatem tendit, quasi sine comite, sine duce per loca inuia pergit, nudis hominum temerata vestigijs. Hoc idem innuit Christus his verbis: *Lata porta & spatiosa via est quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta via est quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam!* Ac si dicat: Via quae ad peccatum & ad perditionem ducit frequenti pedum pulsu atteritur, & multi sunt qui eam terunt; at verò via quae ducit ad pietatem & virtutem infrequens est; & vix vllus est qui eam arripiat. Acutè autem Propheta non dixit, Amoue me à via iniquitatis, sed, *Viam iniquitatis amoue à me.* q. d. Ita in peccatum propendeo, ita in viam peccatorum procliuis sum, vt quantumcumque me à via iniquitatis auellas, egò meipsum in eamdem viam protrudam: quapropter ipsam potiùs viam amoue à me, ne ipsam viam quae ad crimina ducit inuenire possim: nam si hoc semel meae voluntati relinquatur, facilè decidam. Id ipsum notauit S. Ambrosius his verbis: *Non dixit, Amoue me à via iniquitatis, sed, Viam iniquitatis amoue à me, quasi in nobis sit, & nobis inesse videatur. Quamdiu enim exercemus aliquod improbum, via iniquitatis interiùs manet, & non recedit ab eo; ideòque studiosè agamus, vt eam à nobis separemus: sed quia hereditarium iniquitatis glutinum mentibus inhaesit humanis, opus est liberantis auxilio.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Matth. 7, 13.

Memoria Dei necessaria.

30. *Viam veritatis elegi*, &c.] Vbi nota, quomodo iudiciorum Dei memoriam, velut instantem vrgentemque rationem ad veritatis viam amplexandam adstruat. ac si diceret, Ideò se vera mansuraque bona elegisse, & falsis atque caducis mundi rebus renuntiasse, quòd Dei retributionem, siue praemia ac supplicia pro singulorum meritis reddenda iugi cogitatione meditaretur. Vide superiùs Origenem in Catena ad hunc locum.

Cor charitate dilatandum.

32. *Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum.*] Itaque ad viam mandatorum decurrendam cordis dilatatione opus esse facilè omnes intelligunt: quod alioquin vitio & malitiâ velut vter in pruina constringitur. Quare omnes dictum nobis esse putemus, quod diuinissimus Apostolus Corinthijs olim inculcabat; *Dilatamini & vos*. Quae dilatatio nihil aliud meo iudicio est nisi amplitudo charitatis, & magna quaedam & liberalis voluntas tum recipiendi intimum in animum Dei, tum reiectis omnibus impedimentis, sanctissimae illius voluntati perfectè obsecundandi.

2. Cor. 6.

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

33. LEGEM pone mihi Domine viam iustificationum tuarum; & exquiram eam semper.

Ita igitur, inquit, prompto animo existenti concede vt optatis fruar. Nam illud *Legem pone* dicit pro Restitue me proprijs meis sedibus, vt locum habeam exercendi religionem: si enim hoc obtinuero, omne studium in virtutibus adimplendis collocabo.

34. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam; & custodiam illam in toto corde meo.

Rursus illud *Da mihi intellectum* dicit pro Fac me frui religione quam desidero, vt cognoscas quantum mihi studium sit legitima tua custodiendi.

35. Deduc me in * semita mandatorum tuorum; quia ipsam volui.

* *Vulgata* semitam

Idem iterum dicit. q. d. Reduc me igitur in Hierusalem bonum facere desiderantem.

36. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Pulchrè illud *Inclina*. id est: In tua enim, inquit, potestate situm est, occasiones mihi dare religionis exercendæ, & à Babylonijs liberare, apud quos auaritia pro iustitia reputatur. Auaritiam autem sæpenumerò appellat idololatriam: hoc enim indicat id quod sequitur. vnde subdit:

Auaritiam appellat idololatriam.

37. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Vanitatem manifestè vocat idololatriam. Ne igitur, inquit, facias me morari in regione idololatrarum: homo enim sum, & lapsum timeo. vnde subdit:

Idololatria vanitas est.

38. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

Statue pro Constitue dicit. Vult enim

λγ΄. ΝΟΜΟΘΕΤΗΣΟΝ με κύριε τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός.

Οὕτως οὖν, φησι, προθυμουμένῳ τὴν ἀπόλαυσιν ὧν ἐπιθυμῶ χάρισαι. Τὸ γὰρ νομοθέτησόν με ἀντὶ τοῦ κατάστησόν με ἐν τοῖς οἰκείοις λέγει, ὥστε μοι εἶναι χώραν ἐργάζεσθαι τὴν εὐσέβειαν· ὑπάρξαντος γάρ μοι τούτου, πᾶσαν θήσομαι σπουδὴν περὶ τὴν τῶν ἀρετῶν ἐκπλήρωσιν.

λδ΄. Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου· καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ μου.

Πάλιν τὸ συνέτισόν με ἀντὶ τοῦ ἐν ἀπολαύσει με ποίησον λέγει τῆς εὐσεβείας ἧς ἐπιθυμῶ, ἵνα γνῷς ὅση μοι σπουδή ἐστι περὶ τοῦ φυλάξαι τὰ νόμιμά σου.

λε΄. Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου· ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει. ὅτι ἀντὶ τοῦ· ἀνάγαγέ με οὖν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπιθυμοῦντα ποιεῖν τὸ καλόν.

λϛ΄. Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν.

Καλῶς τὸ κλῖνον. ἀντὶ τοῦ· ἐν σοὶ γάρ ἐστι, φησὶ, καὶ ἀφορμὰς μοι δοῦναι εὐσεβείας, καὶ ἀπαλλάξαι με Βαβυλωνίων, παρ᾽ οἷς τὸ πλεονεκτεῖν δικαιοσύνη νομίζεται. πλεονεξίαν δὲ πολλάκις καλεῖ τὴν εἰδωλολατρείαν· τὸ γὰρ ἑξῆς τοῦτο μηνύει. ὅθεν ἐπιφέρει·

λζ΄. Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα· ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με.

Ματαιότητα σαφῶς τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ. Μὴ οὖν, φησι, χρονίσαι με ποιήσῃς ἐν χώρᾳ εἰδωλολατρούντων· ἄνθρωπος γάρ εἰμι, καὶ φοβοῦμαι τὸν ὄλισθον. ὅθεν ἐπιφέρει·

λη΄. Στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου εἰς τὸν φόβον σου.

Στῆσον ἀντὶ τοῦ κατάστησον λέγει. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν·

εἰπεῖν· ὅτι ἀπόστησόν με ἐν ἔνθα πολλὰ τὰ ἐπαναγκάσματα τοῦ εὐσεβεῖν.

λθʹ. Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα· ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά.

Τὸν οὖν ὀνειδισμὸν τοῦτον, φησιν, ὃν ὑποπτεύουσι κατ' ἐμοῦ Βαβυλώνιοι τοῦτον περίελε. Παρ' ἐμοὶ μὲν γὰρ δῆλόν ἐστι, φησὶν, ὡς χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ παιδεύων ἡμᾶς παρέδωκας τῇ αἰχμαλωσίᾳ· ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις τοῦτο οὐκ ἔστι δῆλον, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὡς ἀμελείᾳ τῇ περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἐκδεδομένων αὐτοῖς. Τοῦτο οὖν, φησι, διόρθωσαι κύριε, τιμωρησάμενος μὲν τοὺς οὕτως ὑποπτεύοντας, ἡμᾶς δὲ ἐν ἀπολαύσει ποιῶν τῆς ἐξ ἀρχῆς σου περὶ ἡμᾶς χρηστότητος.

μʹ. Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με.

Καὶ ἐπειδή, φησι, μετανοούντων εἶ ὅλος, ἐπιθυμῶ δὲ σωθῆναι ἐγὼ, τῇ δικαιοσύνῃ σου χρῆσαι, κἀμὲ ἐλέησαι, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας τιμώρησαι.

μαʹ. Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου κύριε· τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸ λόγιόν σου.

Ἀντὶ τοῦ, ἐκείνους τιμωρησάμενος, ἐμὲ διὰ τὸν ἔλεόν σου σῶσον· οὕτως γὰρ καὶ ἐπηγγείλω.

μβʹ. Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον· ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις σου.

Τότε γὰρ μέλλω, φησὶ, λέγειν πρὸς αὐτοὺς· πῶς ἂν ἡμῶν μὲν ἐφρόντισε, τοὺς ἀσεβεῖς δὲ ἐτιμωρήσατο.

μγʹ. Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα· ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα.

Λόγον ἀληθείας καλεῖ τὸ περὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ διαλέγεσθαι. Μὴ ἕως τέλους, φησιν, ἐγκαταλείπῃς με· ἐπίστασαι γὰρ ὡς τῶν νομίμων σου πολλὴν ποιοῦμαι φυλακήν. τοῦτο γὰρ λέγει ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα. ὅθεν ἐπάγει·

μδʹ. Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου

dicere: Restitue me in locum vbi sunt plurima ad piè viuendum incitamenta.

PARAPHRASIS ANONYMI.

39. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

Hoc igitur, inquit, opprobrium tolle quod Babylonij aduersum me suspicantur. Quoniam mihi quidem, inquit, clarum est, quòd benignè clementerque nos castigando tradideris in captiuitatem; verùm illis hoc non liquet, sed contrarium, quasi ipsis traditi simus ex Dei erga nos neglectu. Hanc igitur, inquit, Domine opinionem eorum corrige, illos ita suspicantes supplicio afficiens, nos verò frui faciens pristinâ tuâ erga nos benignitate.

40. Ecce concupiui mandata tua: in * tua iustitia viuifica me.

* Vulgata æquitate tua

Et quoniam, inquit, totus es pœnitentium, ego verò seruari desidero, iustitiâ tuâ vtere, & mei miserere, & iniquos puni.

41. Et veniat super me misericordia tua Domine; salutare tuum secundùm eloquium tuum.

VAV.

Id est, Cùm illos puniueris, me serua propter misericordiam tuam: sic enim es pollicitus.

42. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.

Tunc enim, inquit, dicturus sum ad illos, quomodo nimirum nostri quidem curam gesserit, impios verò vltus sit.

43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis supersperaui.

Verbum veritatis vocat locutionem de vero Deo. Ne vsque in finem, inquit, derelinquas me: scis enim me legitima tua valdè exactè custodire. Hoc namque ait: *In iudicijs tuis supersperaui.* vnde subiungit:

44. Et custodiam legem tuam

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

semper, in sæculum, & in sæculum sæculi.

διαπαντὸς, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Etenim in posterum, inquit, me diligentiorem reddes, cogitantem quia tibi cura est de nobis.

Καὶ γὰρ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, φησι, σπουδαιότερόν με καταστήσεις, λογιζόμενον ὅτι σοὶ μέλει τῶν καθ' ἡμᾶς.

45. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

με΄. Καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

Deus legem seruantibus plura dat quàm expectent.

Aliàs etiam, inquit, hæc res mihi perutilis est: nam si quando totum me legitimis tuis addico, à te accipio plus quàm expecto. Latitudinem enim appellat, quòd quis plura accipiat quàm postulet aut roget.

Ἄλλως τέ, φησιν, ὠφέλημόν μοι τοῦτό ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἴποτε γὰρ ὅλον ἐμαυτὸν ἐκδίδωμι τοῖς νομίμοις τοῖς σοῖς, ὑπὲρ ἃ προσδοκῶ λαμβάνω παρὰ σοῦ. πλατυσμὸν γὰρ καλεῖ τὸ πλείονα, λαμβάνειν ὧν αἰτεῖ καὶ δεῖταί τις.

46. Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar.

μς΄. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

Neque etiam Regum, inquit, potentiam verebar, sed cum libertate illis loquebar.

Καὶ οὐδὲ βασιλέων, φησὶν, ηὐλαβούμην δυναστείαν, ἀλλὰ σὺν παῤῥησίᾳ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιούμην διάλεξιν.

47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi * nimis.

** Abest à Vulgata.*

μζ΄. Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφόδρα.

48. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iustificationibus tuis.

μη΄. Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα· καὶ ἠδολεσχούμην ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

Quia omnis, inquit, meditatio & actio mea eò tendebat, vt religionem exercerem. Nam per hæc omnia vult dicere, se magnâ sedulitate vsum fuisse in negotio religionis.

Ὅτι πᾶσά μου μελέτη, φησὶ, καὶ ἐργασία πρὸς τοῦτο ἐγίνετο, τὴν εὐσέβειαν ἐργάζεσθαι. Διὰ πάντων γὰρ βούλεται εἰπεῖν, ὡς πολλῇ ἐκεχρήμην τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπιμελείᾳ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

HE.

33. LEGEM PONE.] Symmachus dixit *ostende*; Aquila verò & Theodotion, *illumina*. id est, Assiduè tuam illustrationem & legislationem imploro, vt & cognoscam viam iustificationum tuarum, eamque sine impedimento perambulem. Rursus post illud *Da mihi intellectum* ad capiendum, subinfert etiam aliquid à semetipso, scilicet scrutationem & custodiam. Vtrisque enim nobis opus est, nempe Dei ope & nostrâ diligentiâ. Nam qui scrutatur, nisi desuper illuminetur, cæcus existit.

Nostra diligentia ad Dei opem adiungenda.

λγ΄. ΝΟΜΟΘΕΤΗΣΟΝ.] Ὁ Σύμμαχος ὑπόδειξον εἶπεν· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, φώτισον. ἀντὶ τοῦ, διηνεκῶς τῆς σῆς δέομαι φωταγωγίας καὶ νομοθεσίας, ὥστε καὶ γνῶναί σου τὴν τῶν δικαιωμάτων ὁδὸν, καὶ ἀκωλύτως ὁδεύειν. Πάλιν μετὰ τὸ συνέτισόν με πρὸς τὸ λαβεῖν, συνεισφέρει τί καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ, τὴν ἐξερεύνησιν καὶ φύλαξιν. ἀμφότερα γὰρ ἡμῖν δεῖ, καὶ Θεοῦ συνεργίας καὶ ἡμετέρας σπουδῆς. ὁ γὰρ ἐρευνῶν, εἰ μὴ φωτίζοιτο ἄνωθεν, τυφλός ἐστιν.

35. DEDVC ME IN SEMITA MAN-

λε΄. ΟΔΗΓΗΣΟΝ ΜΕ ΕΝ ΤΗ ΤΡΙΒΩ ΤΩΝ ΕΝΤΟ-

Digitized by Google

ΕΝΤΟΛΩΝ.] Δείκνυσι διὰ τοῦ αἰτεῖν ὁδηγίαν τῆς πορείας τὸν πόθον. ἀντὶ δὲ τοῦ ἠθέλησα ὁ Ἀκύλας· ὅτι ἐν αὐτῇ ἐβουλήθην. τρίβος δὲ ἡ τετριμμένη ἣν πολλοὶ τῶν ἁγίων ὥδευσαν, πρὸς ἣν ὁδηγοῦντος χρεία θεοῦ. τὸ πρανὲς δὲ καὶ εὔκολον τῆς πρὸς κακίαν ὁδοῦ δεδιώς, εὔχεται ἐπὶ τὰ θεῖα μᾶλλον μαρτύρια τὴν καρδίαν κλιθῆναι, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. πάντα γὰρ ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρουσιν οἱ ἅγιοι. ἐὰν γὰρ μὴ ἐν ἐμοί (φησιν ὁ Χριστὸς) μένητε, οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν. καὶ εἰ πάντα, ἐρεῖ τις, ἐκ θεοῦ, ποῦ τὸ ἐφ' ἡμῖν; καὶ λέγομεν συμπεπλεγμένον εἶναι, τὸ ἐκ θεοῦ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν. ὡς ἐνταῦθα τὸ τοῦ θεοῦ, νομοθέτησόν με κύριε· τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν, ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. καὶ πάλιν· Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου. τὸ δὲ ἐμὸν, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Καὶ πολλὰ εὑρήσεις τοιαῦτα. Καὶ καλῶς τὸ κλῖνον. ἐν σοὶ γάρ, φησιν, ἐστὶ καὶ ἀφορμάς μοι δοῦναι εὐσεβείας, καὶ ἀπαλλάξαι ἀνθρώπων, παρ' οἷς τὸ πλεονεκτεῖν δικαιοσύνη νομίζεται. ἡ πλεονεξία δὲ καὶ εἰδωλολατρεία ἐστί. τὸ γὰρ ἑξῆς τοῦτο μηνύει. ματαιότητα γὰρ τὴν εἰδωλολατρείαν λέγει. μὴ ἐάσῃς με, φησὶν, ἐν χώρᾳ εἰδωλολατρούντων ἤτοι πλεονεκτούντων· ἄνθρωπος γάρ εἰμι, καὶ φοβοῦμαι τὸν ὄλισθον. ἢ εὔχεται πρὸς θεωρίας μᾶλλον τρέψαι τῆς διανοίας τὰ ὄμματα, ὡς μὴ ματαιότητι τῶν παρόντων θελχθῆναι. ματαιότης δὲ καὶ τὰ ἐν σώματι ὡραῖα. ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με. ὅτι ἡ κατὰ Χριστὸν ὁδὸς καὶ ζωή ἐστιν. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν ὁ σωτὴρ, ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ζωή.

λη'. ΣΤΗΣΟΝ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΣΟΥ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΣΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπικείσθω μοι ὁ φόβος σου δεδιττόμενος με, καὶ μὴ ἐῶν τῶν λογίων σου ἐκτραπῆναι. ἢ ἀντὶ τοῦ· βέβαιον ἐν τοῖς λόγοις σου ἀνάδειξόν με· ἀναγκαῖον γὰρ ἐν πᾶσιν ὁ φόβος τοῦ θεοῦ παιδαγωγοῦ δίκην. μετὰ δὲ τὸ ἐπιστῆσαι ὥς τινα φύλακα τὸν θεῖον νόμον, καὶ περὶ ὧν συνέγνω ἑαυτῷ ἐξομολογεῖται. ἀντὶ δὲ τὸν ὃν ὑπώπτευσα, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ὑπεστάλην· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὃν ηὐλαβήθην. ὀνειδισμὸν δὲ λέγει τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας, ὃν ἀεὶ ἐδεδίει. διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ὅτι τὰ κρί-

DATORVM.] Per hoc quod ducatum petat ostendit desiderium proficiscendi. *Pro volui* autem Aquila; *Quia in ipsa volui.* Semita autem trita est quam multi Sancti ambularunt, ad quam Deo duce opus est. Pronitatem autem & facilitatem viæ ad vitium ducentis reueritus, optat magis cor suum ad diuina testimonia inclinari, & non ad auaritiam. Sancti enim omnia referunt ad Deum. Nam nisi in me manseritis (inquit Christus) nihil potestis facere. Et si omnia, dicet aliquis, ex Deo sint, vbi est id quod partium est nostrarum? Atqui dicimus vtrumque sibi mutuo implexum esse, tam quod ex Deo, quàm quod ex nobis est. Ita hoc loco illud Dei est, *Legem pone mihi Domine*; nostrum verò est istud, *Exquiram eam semper.* & rursus: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Illud verò meum, *Et custodiam illam in toto corde meo.* Et multa reperies istiusmodi. Et pulchrè illud *Inclina.* In te enim, inquit, situm est, vt occasiones mihi præbeas pietatis, & ab hominibus illis liberes, apud quos auaritia iustitia reputatur. Porrò auaritia est etiam idolorum seruitus. Hoc enim insinuat id quod sequitur. Nam *vanitatem* appellat idololatriam. Ne finas me, inquit, in regione idololatrarum siue auarorum: homo enim sum, & lapsum formido. Vel rogat potiùs vt mentis oculi ad contemplationem conuertantur, ne rerum præsentium vanitate illiceantur. Ceterùm vanitas quoque sunt ea quæ in corpore speciosa videntur. *In via tua viuifica me.* Quoniam via quæ secundùm Christum est etiam vita existit. *Ego enim, inquit Saluator, sum via & vita.*

38. STATVE SERVO TVO ELOQVIVM TVVM.] Id est, Incumbat mihi timor tuus terrens me, & non finens me ab oraculis tuis dimoueri. Vel ac si dicat: Ostende me constantem in sermonibus tuis: in omnibus enim instar pædagogi necessarius est timor Dei. Postquam autem diuinam legem veluti custodem aliquem præfecisset, & confitetur ea quorum sibi conscius erat. Ceterùm pro *Quod suspicatus sum*, Aquila quidem & Theodotion legunt *Timui*; Symmachus verò, *Quod reueritus sum.* Opprobrium autem vocat illud ex peccato, quod semper timuit. Idcircò non dixit, Quia iudicia

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Sancti omnia bona Deo accepta ferunt. Ioan. 15.

Quid sit in Deo & quid in nobis situm.

Auaritia est idolorum seruitus.

Vanitas sunt ea quæ hic speciosa videntur.

Ioan. 14, 6.

Timor Dei vbique necessarius est.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

dicia tua exquisiui; sed, *Quia iudicia tua iucunda* cum clementia. Nam non solùm punis peccantes, verùm etiam misereris pœnitentium. Iudicia igitur sententias appellat. Petit autem retributionem vitæ secundùm virtutem transactæ, non solùm tamquam qui mandata custodiuerit, sed etiam eadem dilexerit, vt qui diceret, Ecce concupiui mandata tua, viuifica me secundùm iustitiam tuam, & consequar misericordiam tuam, quæ per salutare tuum mihi continget: (salutare autem Christus est:) quem assecutus, habebo fiduciam aduersus insurgentes mihique exprobrantes.

VAV. *Gratia Dei minimè negligenda.*

43. ET NE AVFERAS DE ORE MEO.] Aufert verbum à doctore, quando ipsum sermone suo indignum reddiderit. Quocircà dicitur, *Noli negligere gratiam quæ in te est.* Negligit autem illam non solùm qui non auget eam per culturam, verùm etiam qui secundùm illam non viuit. Ab ore autem, non à corde aufertur, vt occasionem habeat conuertendi. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras?* Porrò maius peccatum etiam à corde sermones aufert. Quapropter de improbis dictum est, *Excæcauit illos malitia eorum.* Illud *vsquequaque* idem est ac si dicat, Et si abstuleris, ne penitus auferas; siue insitum mihi verbum veritatis conserua in me, & ne auferas. Alius ait: *Et ne auferas de corde meo notitiam veritatis.* Sic enim, inquit, promptior ero ad custodiam legum tuarum.

1.Tim.4, 14.

Psal.49, 16.

Sap.2, 21.

45. ET AMBVLABAM IN LATITVDINE] Cum multa, inquit, facilitate ambulabam secundùm mandata tua viuens, neque Regis potentiam verebar, sed cum libertate ad illos verba faciebam. Vita namque legitima conciliat libertatem. Hoc simile est isti, *Ad Præsides & Reges ducemini.* Ambulat autem quis in latitudine etiam dum affligitur, quando habet sermonis campum spatiosum, quem peccator aliquis minimè obtinet: iuxta illud, *Angustiamini autem in vobis ipsis.* Praua enim opera ipsum improbum angustiant in semetipso. Ceterùm cùm dixisset, *Et meditabar in mandatis tuis*; subiunxit illud, *Et leuaui manus meas ad mandata tua*, meditationi actionem adiungens. Quæ enim, inquit, per diuinos

Vita proba dat libertatem.

Matth.10, 18.

2.Cor.6, 12. *Improbitas angustiam affert.*

ματά σου ἐξεζήτησα· ἀλλ᾽, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστὰ μετὰ τῆς φιλανθρωπίας. οὐ γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας μόνον κολάζεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετανοοῦντας οἰκτείρεις. κρίματα οὖν τὰς ψήφους καλεῖ. Ἀμοιβὴν δὲ αἰτεῖ τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ζωῆς, οὐ μόνον ὡς φυλάξας τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐρωτικῶς περὶ αὐτὰς διακείμενος, ὡσεὶ λέγων, ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ζωοποίησόν με κατὰ τὴν σὴν δικαιοσύνην, καὶ τύχω σου τοῦ ἐλέους, ὃ διὰ τοῦ σοῦ σωτηρίου μοι γενήσεται· (σωτήριον δὲ ὁ Χριστός·) οὗ τυχὼν, ἕξω παῤῥησίαν πρὸς τοὺς ἐπανισταμένους καὶ ὀνειδίζοντας.

μγ΄. ΚΑΙ ΜΗ ΠΕΡΙΕΛΗΣ ΕΚ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΜΟΥ.] Περιαιρεῖται λόγος ἐκ τοῦ διδάσκοντος, ὅταν ἀνάξιον αὐτὸν ποιήσῃ τοῦ λόγου. διὸ λέγεται, μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. ἀμελεῖ δὲ οὐ μόνον ὁ μὴ αὔξων αὐτὸ διὰ γεωργίας, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ βιοὺς κατ᾽ αὐτό. ἀπὸ στόματος δὲ, οὐκ ἀπὸ καρδίας ἀφαιρεῖται, ὡς ἂν ἀφορμὴν ἔχῃ ἐπιστροφῆς. τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός· ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ; ἡ ἐπὶ πλέον δὲ ἁμαρτία καὶ ἀπὸ καρδίας περιαιρεῖ λόγους. διὸ περὶ τῶν φαύλων εἴρηται τὸ, ἀπετύφλωσεν αὐτοὺς ἡ κακία αὐτῶν. τὸ ἕως σφόδρα οἷον, κἂν ἀφέλῃς, μὴ παντελῶς περιέλῃς· ἢ ὅτι τὸν ἤδη ἐνυπάρξαντά μοι λόγον τῆς ἀληθείας τήρησον ἐν ἐμοὶ, καὶ μὴ περιέλῃς. Ἄλλος· καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τῆς καρδίας μου γνῶσιν ἀληθείας. οὕτω γάρ, φησι, προθυμότερος γενήσομαι περὶ τὴν τῶν νόμων σου φυλακήν.

μέ. ΚΑΙ ΕΠΟΡΕΥΟΜΗΝ ΕΝ ΠΛΑΤΥΣΜΩ.] Μετὰ πολλῆς, φησιν, ὤδευον εὐκολίας κατὰ τὰς σὰς ἐντολὰς βιοὺς, καὶ οὐδὲ βασιλέως εὐλαβούμενος δυναστείαν, ἀλλὰ σὺν παῤῥησίᾳ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιούμην διάλεξιν. ἡ γὰρ ἔννομος ζωὴ παῤῥησίας δημιουργός. ὅμοιον τοῦτο τῷ, ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε. πορεύεται δέ τις ἐν πλατυσμῷ καὶ θλιβόμενος, ὅταν ἔχῃ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου εὐρυχωρίαν, ἣν ἁμαρτάνων τις οὐκ ἔχει· ὡς ἐν τῷ, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν ὑμῖν αὐτοῖς. τὰ γὰρ κατὰ κακίαν ἔργα τὸν φαῦλον στενοχωρεῖ αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ. εἰπὼν δὲ, καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου· ἐπήγαγε τὸ, καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, τῇ μελέτῃ τὴν πρᾶξιν προσθείς. ἃ γάρ, φησι, διὰ τῶν

θείων

Digitized by Google

θείων λόγων ἐδιδασκόμην, ταῦτα διὰ τῶν ἔργων μετῄειν· χεῖρας γὰρ τὰς πράξεις φησίν. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταί, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιοῦνται.

sermones edoctus eram, hæc operibus exercebam. Manus enim appellat actiones. *Non enim auditores, sed factores legis iustificantur.*

CATENA PATRVM. Rom. 2, 13.

CATENA PATRVM.

λγ'. ΝΟΜΟΘΕΤΗΣΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖται· τὸ δὲ ἐπαγγέλλεται ἐξ ἑαυτοῦ συνεισφέρειν. Σὺ μὲν γάρ, φησιν, ὦ κύριε νομοθέτησόν μοι τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ζωῆς μου ἅπαντα χρόνον ἐπιδώσω ἐμαυτὸν εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς.

33. LEGEM PONE MIHI DOMINE.] ORIGENIS. Illud quidem à Deo petit; aliud verò ex parte sua pollicetur se collaturum. Tu quidem, inquit, Domine legem pone mihi viam iustificationum tuarum; ego verò omne tempus vitæ meæ impendam in eius inquisitionem.

HI.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐκζητήσω, ἐπεὶ οὐκ ἔστι βραχεῖα ἡ εὕρεσις τῆς ὁδοῦ τῶν δικαιωμάτων· οὐκ ἐπὶ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ δέκα· μόλις γὰρ ἀρκεῖ μοι ὁ χρόνος τῆς ζωῆς. καὶ ὥσπερ ἐστὶν ὁδὸς δικαιωμάτων, οὕτως καὶ ὁδὸς μαρτυρίων. ἐν τῇ ὁδῷ, φησι, τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. ἔστι δὲ καὶ ὁδὸς ἐντολῶν. ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. αὗται δὲ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ τέλος καὶ ἀρχὴν ἔχουσι, μίαν ὁδὸν τὴν λέγουσαν· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. ὅδευσον οὖν διὰ πασῶν τούτων τῶν ὁδῶν, ἵν' ἔλθῃς ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ τὸν Χριστόν.

THEODORI. Exquiram, quia non breuis est inuentio viæ iustificationum; non ad duos, aut tres, aut decem dies: vix enim ad hoc sufficit mihi tempus vitæ. Et quemadmodum est via iustificationum, sic etiam est via testimoniorum. *In via*, inquit, *testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitijs.* Ceterùm est quoque via mandatorum. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* Omnes porrò viæ istæ finem principiumque vnum habent, scilicet viam illam quæ ait: *Ego sum via.* Ambula igitur per omnes vias illas, vt venias ad misericordiam eius Christum.

Via iustificationum Dei quærenda. Ioan. 14.

λδ'. ΣΥΝΕΤΙΣΟΝ ΜΕ, ΚΑΙ ΕΞΕΡΕΥΝΗΣΩ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Βούλεται ἐξερευνῆσαι τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ὁ προφήτης, ἐπιστάμενος ὅτι οὐκ ἔστι σαφὴς καὶ εὐκαταφρόνητος· συνέτισόν με τοίνυν ἵνα ζητήσω αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης ἐρεύνης καὶ ἐπιστασίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν τῶν πρακτέων καὶ θεωρητῶν τὴν χρῆσιν καὶ κατάληψιν· οὕτω γοῦν δυνήσομαι φυλάξαι αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ἀνενδοιάστως αὐτῷ προσερχόμενος. εἰ δὲ συνέσεως δεῖται ἵνα μόνον ἐρευνήσῃ τὸν νόμον, τίνος δεῖται συνέσεως ἀπὸ Θεοῦ διδομένης, ἵνα εὕρῃ τὸ τέλος.

34. DA MIHI INTELLECTVM, ET SCRVTABOR.] APOLINARII. Propheta vult scrutari legem Dei, sciens quòd non sit perspicua neque parui pendenda: itaque da mihi intellectum vt quæram eam cum conuenienti indagatione atque attentione, vt ex ea rerum agendarum & contemplandarum vsum captumque accipiam: sic nempe potero illam in toto corde custodire, indesinenter eam frequentans. Si autem intellectu opus sit vt legem dumtaxat scruteris, quali opus sit intelligentia à Deo danda, vt eius finem reperias.

Lex Dei scrutanda.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἂν συνῶ τὰ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένα, οὐκέτι διὰ στόματος αὐτὸν φυλάξω, ἀλλὰ κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὥσπερ παρακαταθήκην ἀναγκαίαν φυλάττων.

THEODORI. Cùm nempe intellexero quæ in ea sint recondita, non ampliùs ore ipsam custodiam, sed secundùm mentem, & in toto corde tamquam depositum necessarium conseruans.

λε'. ΟΔΗΓΗΣΟΝ ΜΕ ΕΝ ΤΗ ΤΡΙΒΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τρίβος δὲ λέγεται ἡ τετριμμένη ὁδός, ἣν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν ἐπορεύθησαν τῶν δικαίων.

35. DEDVC ME IN SEMITA.] ATHANASII. Semita autem dicitur via trita, quam plurimi iusti ante nos ambularunt.

Semita est via trita.

Si

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Si quis autem iusto ductore minimè vsus fuerit, non potest secundùm præcepta Dei ambulare. Nam Christi nos esse imitatores oportet, & tollere crucem, & post ipsum sequi.

DIDYMI. Quando viam mandatorum Dei cupiemus, id est, quando bonam actionem præligemus, tunc Deum habebimus ducem, ne ab ea aberremus neque decipiamur. Pulchrè autem semitam appellauit, vt scias non esse insolitam aut peregrinam. Cùm autem plurimi, scilicet iusti, illam ambulauerint, trita facta est & perspicua volentibus eam frequentare.

Omnia ad Deum referenda.

Ioan. 15.

36. INCLINA COR MEVM.] ORIGENIS. Viri sancti omnia ad Deum referunt, docentes nos nihil sine Deo posse. *Nisi enim in me manseritis*, inquit, *nihil potestis facere.* Sed fortassis nonnemo dixerit: Si omnia referantur ad Deum, vbi est id quod mearum est partium? Ad Deum itaque refert eius beneuolentiam, & bonum successum, quem probis actionibus supernè præbet. In te autem est boni cooperatio & auersio prauitatis. Itaque à Deo nobis illa præstari postulamus, simul ea quæ in nobis sunt conferendo, atque ita quæ Deo spopondimus minimè violamus.

Vanitas quid.

Ephes. 4. 17.

37. AVERTE OCVLOS MEOS.] ORIGENIS. Vanitas est spectaculorum insania, rerum minimè decentium speculatio, & mentis absurda imaginatio, quam etiam declarat Paulus dicens: *In vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei.* Obserua vanitatem mentis dictam esse, quando quis mentem habuerit, atque illâ minimè vtatur ad contemplandas veritates, sed præbuerit eam satanæ colliganti. Hoc vtique rogans ait: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Etenim hoc est gratiæ Dei.

Eccle. 1. 2.

Gen. 19. 17.

ANONYMI. Vanitas est vita præsens: de qua Ecclesiasten reperies clamantem: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Hanc ne oculis suis aspiciat Propheta deprecatur, memor eorum quæ ad Lot dicta sunt: *Saluans salua tuam ipsius animam: ne respexeris retrorsum.* Postulat verò etiam in via viuificari. Nam via mundi huius mortem adfert ijs qui multùm currunt per eam.

ἐὰν δέ τις μὴ ὁδηγῷ χρήσηται τῷ δικαίῳ, οὐ δύναται ὁδεῦσαι κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. Χριστοῦ γὰρ ἡμᾶς δεῖ γενέσθαι μιμητὰς, καὶ αἴρειν τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὅταν τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ θελήσωμεν, τουτέστιν, ὅταν τὴν πρᾶξιν τῶν ἀγαθῶν προελώμεθα, τότε τὸν θεὸν ἕξομεν ὁδηγὸν, ὥστε μὴ πλανᾶσθαι ἐξ αὐτῆς μηδὲ σφάλλεσθαι. καλῶς δὲ τὴν τρίβον ἐκάλεσεν, ἵνα γνῷς ὡς οὐκ ἔστιν ἀήθης οὐδὲ ξένη. πολλῶν δὲ αὐτὴν ὁδευόντων, δηλαδὴ τῶν δικαίων τέτριπται καὶ δήλη τοῖς μετελθεῖν βουλομένοις καθέστηκε.

λϛʹ. ΚΛΙΝΟΝ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πάντα ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρουσιν οἱ ἅγιοι, διδάσκοντες ἡμᾶς ὅτι χωρὶς θεοῦ οὐδὲν δυνάμεθα. ἐὰν γὰρ μὴ ἐν ἐμοί, φησι, μένητε, οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν. ἀλλ᾽ ἴσως τις ἐρεῖ· εἰ πάντα ἀναφέρεται ἐπὶ τὸν θεὸν, ποῦ τὸ ἐπ᾽ ἐμοί; ἐπὶ τὸν θεὸν τοίνυν ἀναφέρει τὴν αὐτοῦ εὐμένειαν, καὶ τὸ ἄνωθεν, διδόσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς κατορθουμένοις εὐοδίωσιν. ἐπὶ σοὶ δέ ἐστιν ἡ συνέργεια τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἡ τῆς μοχθηρίας ἀποστροφή. ὥστε τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ αἰτοῦμεν γενέσθαι ἡμῖν, μετὰ τοῦ συνεισφέρειν τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ οὕτω τὰς πρὸς θεὸν συνθήκας οὐκ ἀθετήσομεν.

λζʹ. ΑΠΟΣΤΡΕΨΟΝ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ματαιότης ἐστὶν ἡ περὶ τὰς θέας μανία, ἡ περὶ τῶν μὴ δεόντων θεωρία, καὶ ἡ κατὰ διάνοιαν ἄτοπος φαντασία, ἣν καὶ σαφηνίζει ὁ Παῦλος λέγων· ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν ἐσκοτωμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ. ὅρα ματαιότητα νοὸς λεγομένην, ὅταν ἔχῃ τίς νοῦν, καὶ τούτῳ μὴ χρήσηται πρὸς τὴν τῶν ἀληθῶν θεωρίαν, ἀλλὰ παρέχῃ αὐτὸν τῷ δεσμεύοντι σατανᾷ· τοῦτο τοίνυν εὐχόμενος φησι· Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. καὶ τοῦτο γὰρ χάριτος θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ματαιότης ὁ παρὼν βίος· περὶ οὗ τὸν Ἐκκλησιαστὴν εὑρήσεις κηρύττοντα· ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ τὰ πάντα ματαιότης. Ταύτην ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς ὁ προφήτης ἀπεύχεται, μεμνημένος τῶν πρὸς τὸν Λὼτ ῥηθέντων· σώζων σῶζε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω. αἰτεῖ δὲ καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ζωοποιηθῆναι. ἡ γὰρ ὁδὸς τοῦ κόσμου θάνατον εἰσφέρει τοῖς ἐπὶ πολὺ τρέχουσιν.

λήʹ. ΣΤΗ-

λή. ΣΤΗΣΟΝ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΣΟΥ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπεὶ δοῦλός σου τυγχάνων φοβοῦμαί σε, βούλομαι δὲ λογικῶς καὶ κατὰ τὸν λόγον φόβον ἔχειν, στῆσον τὸ λόγιόν σου εἰς τὸν φόβον σου, τὸν ὄντα σόν, οὐκ ἀφ' οὗ φοβῇ σύ, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἐγὼ φοβοῦμαί σε, ἵνα μηδὲ ἄνευ λόγου φόβον, μηδὲ ἄνευ φόβου λόγον ἔχωμεν. Ἵστησι δὲ ὁ Θεὸς τὸ λόγιον αὐτοῦ εἰς τὸν φόβον αὐτοῦ, βεβαιῶν δι' ἀποδείξεων αὐτὸ τοῖς εὐλαβέσιν. ὥσπερ γάρ τινες εἰσὶν ἔχοντες ζῆλον, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· οὕτως εἰσὶ τινὲς ἔχοντες φόβον Θεοῦ, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ σαλευομένων ἡμῶν ἐκ τῆς τοῦ βίου μέθης, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ λόγιον ἀναγκαίως ἡμῖν σαλεύεται· (πάντα γὰρ οἱ μεθύοντες ὁρῶσι σαλευόμενα·) στηριχθῆναι αὐτὸν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο προσεύχεται. ἱκανὸς γὰρ εἰς νόμου φυλακὴν ὁ φόβος ὁ τοῦ προστάξαντος.

λθ'. ΠΕΡΙΕΛΕ ΤΟΝ ΟΝΕΙΔΙΣΜΟΝ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ποιήσας ὁ προφήτης ὡς ἄνθρωπος ἁμαρτίαν, παρακαλεῖ τὸν ὀνειδισμὸν παρακολουθοῦντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ὅταν μὲν ὀνειδίζωμαι διὰ τὸν Χριστόν, ἐκεῖνος ὁ ὀνειδισμὸς οὐκ ἔστιν ἐμός, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. ὅταν δὲ ὀνειδίζωμαι διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, ὀφείλω λέγειν· περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ἀπ' ἐμοῦ ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὀνειδισμὸν τὸν ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ὑποπτεύει πᾶς δίκαιος ὅνπερ αὐτοὺς ὀνειδίζειν, ὅταν τι καὶ μικρὸν ἀποσφάλωσι τῆς ἀρετῆς εἰώθασιν. ἀλλ' ὁ Θεὸς χρηστοῖς κρίμασι καὶ φιλανθρώποις χρώμενος, οὐ περιορᾷ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, περιαιρεῖ δὲ διορθούμενος, εἴτι καὶ μικρὸν ἀποσφαλέντες ἔτυχον.

μ'. ΙΔΟΥ ΕΠΕΘΥΜΗΣΑ ΤΑΣ ΕΝΤΟΛΑΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπεὶ ἐπεθύμησα, φησί, τὰς ἐντολάς σου, διὰ τοῦτο ζωοποίησόν με κατὰ τὴν σὴν δικαιοσύνην, καὶ ἄμειψαί με μὴ μόνον ποιήσαντά σου τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ ἐρωτικῶς πρὸς αὐτὰς διατεθέντα. διὸ οὐκ ἄλλου χάριν, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκα ἐπιτελῶν, αὐτός φημι ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. ὅπερ ἐστὶ ζῆσαι κατ' ἀρετήν. καὶ ἐπεὶ δικαιοσύνη τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, ὁ ἐν Υἱῷ ζῆσαι βουλόμενος, τοῦτο φησί. ζωοποιεῖ γὰρ

38. STATVE SERVO TVO ELOQVIVM TVVM.] *CATENA PATRVM.* APOLINARII. Quandoquidem seruus tuus existens te timeo, volo autem rationaliter & secundùm rationem habere timorem, statue eloquium tuum in timore tuo, qui tuus est, non quo tu timeas, sed quo ego timeam te, vt neque sine ratione timorem, neque sine timore rationem habeamus. Statuit autem Deus eloquium suum in timore suo, dum reuerentibus illud per argumenta confirmat. Sicut enim aliqui sunt qui habent zelum, *sed non secundùm scientiam:* ita sunt nonnulli qui timorem Dei habent, sed non secundùm scientiam.

Timor debet esse rationabilis.

Rom. 10, 2.

EVSEBII. Quandoquidem dum nos ex vitæ huius ebrietate titubamus, necessariò quoque nobis eloquium Dei titubat: (ebrij enim vident omnia titubare:) idcircò rogat vt timore Dei stabiliatur. Præcipientis enim timor sufficiens est ad legis obseruationem.

Ebrijs omnia titubant.

39. AMPVTA OPPROBRIVM MEVM.] ANONYMI. Cùm Propheta tamquam homo peccatum fecisset, deprecatur opprobrium quod illud in tribunali consequitur. Quando igitur opprobrium patior propter Christum, illud opprobrium non est meum, sed Christi. Quando autem opprobrio afficior propter peccata mea, debeo dicere: *Amputa opprobrium meum à me quod suspicatus sum; quia iudicia tua iucunda.*

Opprobriũ peccati amputandum.

HESYCHII. Omnis vir iustus suspectos habet peccatores de opprobrio quo solent ipsis exprobrare, quando vel minimum quid à virtute aberrauerint. Verùm Deus clementibus ac benignis iudicijs vtens, minimè despicit opprobrium eorum, sed illud amputat corrigendo, si quid etiam modicum aberrauerint.

40. ECCE CONCVPIVI MANDATA TVA.] THEODORI. Quandoquidem, inquit, concupiui mandata tua, idcircò viuifica me secundùm iustitiam tuam, & retribue mihi non solùm facienti mandata tua, verùm etiam illa diligenti. Quapropter cùm illa nullius alterius rei gratiâ, sed ipsa propter ipsa exequar, tu ipse inquam in iustitia tua viuifica me. Quod est viuere secundum virtutem. Et quoniam iustitia Patris est Filius, qui viuere in Filio cupit, hæc verba dicat. Viuificat enim

nos

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

nos per propriam iustitiam Deus & Pater: hæc autem est Christus.

Misericordiam Dei sequitur eius salutare.

Eivsdem. Ad ea quæ dicta sunt misericordia tua super me veniat secundùm verbum tuum, & post misericordiam tuam salutare tuum, vt ab eo misericordiam adeptus saluer. Finis enim misericordiæ Domini est salus eius. Quamobrem pulchrè non primùm orat salutare Dei, ac deinde misericordiam, sed è diuerso. Non tantum, inquit, propter dicta opera saluus fio, quantum propter gratiam tuam. An autem propter emissum Verbum hæc omnia dicta esse possint attende: ipsum enim & misericordia & salutare Domini est, quod vt supra nos veniat optandum est.

Anonymi. Si superuenerit super me misericordia & salutare secundùm eloquium tuum, salutem adeptus abundabo sermone, vt possim exprobrantibus respondere, ipsisque ostendere, minimè dignum esse opprobrio eum qui talia dogmata habeat, quæ infideles quidem vt stulta irrident, sed demonstrabo illa scientiæ sapientiæque referta esse.

VAV.

43. Et ne auferas de ore meo.] Apolinarii. Sic enim continget, vt tibi lex tua semper seruetur non solùm in hoc sæculo, sed etiam vsque in æternum, sermonibus Iesu nequaquam transeuntibus. Custodimus igitur Dei legem, quæ quidem secundùm rerum imaginem priùs à Iudæis in vmbra custodita fuit; sed à nobis secundùm veritatem custodietur in futuris bonis in sæculum sæculi.

Lex à Iudæis in vmbra, à nobis in veritate seruatur.

Didymi. Verbum veritatis intellige prædicationem. Hoc est, Quando ad modicum iusti silent propter errorem quempiam ipsis humanitus accidentem, etiam donum Prophetiæ ad exiguum tempus in illis impeditur: sed vbi in iudicijs Dei supersperauerint, eos qui peccauerant recipit propter pœnitentiam, & non ampliùs *vsquequaque*, id est, omnimodam subeunt doni priuationem, sed illud recipiunt, ad semetipsos reuertentes sibique aduigilantes.

Donum Prophetiæ interdum iustis subtrahitur ob aliquem eorum defectum.

44. Et cvstodiam legem tuam.] Athanasii. Custos, inquit, ero legis tuæ, non aliquando quidem illam implens, aliquando verò non, sed & in præsenti, inquit, vita & in futura illam implebo.

ἡμᾶς διὰ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης ὁ Θεὸς καὶ πατήρ· ἔστι δὲ αὕτη Χριστός.

Τοῦ αὐτοῦ. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις τὸ ἔλεός σου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι κατὰ τὸν λόγον σου, καὶ μετὰ τὸν ἔλεόν σου τὸ σωτήριόν σου, ἵνα ὑπ' αὐτοῦ ἐλεηθεὶς σωθῶ. τέλος γὰρ τοῦ ἀπὸ κυρίου ἐλέους ἡ παρ' αὐτοῦ σωτηρία. διὸ καλῶς οὐ πρῶτον τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ δέχεται, εἶτα τὸν ἔλεον, ἀλλ' ἀνάπαλιν. οὐ τοσοῦτον, φησι, διὰ τὰ εἰρημένα ἔργα, ὅσον διὰ τὴν σὴν χάριν σώζομαι. εἰ δὲ δυνατὸν πάντα διὰ τοῦ ἀποσταλέντος λόγου εἰρῆσθαι ἐπίστησον· αὐτὸς γὰρ καὶ ἔλεον καὶ σωτήριόν ἐστι κυρίου, ὃ εὐκταῖον ἥκειν ἐφ' ἡμᾶς.

Ἀνωνύμου. Ἐὰν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὁ ἔλεος καὶ σωτήριον κατὰ τὸ λόγιόν σου, σωθεὶς εὐπορήσω λόγου, ὥστε τοῖς ὀνειδίζουσί με ἔχειν ἀποκρίνεσθαι, καὶ παραστῆσαι αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἄξιόν ἐστιν ὀνειδίζεσθαι τὸν τοιαῦτα ἔχοντα δόγματα, ἅπερ γελῶσι μὲν οἱ τῆς πίστεως ἀλλότριοι ὡς μωρά, συνέσεως δὲ ἀποδείξω καὶ σοφίας πεπληρωμένα.

μγ'. Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου.] Ἀπολιναρίου. Οὕτω γὰρ ἔστι διαφυλάξαι, σοὶ διαπαντὸς τὸν νόμον συμβήσεται τηρούμενον οὐκ ἐν τούτῳ μόνον τῷ αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ μέχρις αἰῶνος, τῶν λόγων Ἰησοῦ οὐ παρερχομένων. φυλάττομεν γοῦν τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, κατὰ μὲν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων πρότερον ὑπὸ Ἰουδαίων κατὰ σκιὰν φυλαχθέντα· φυλαχθησόμενον δὲ ἡμῖν κατ' ἀλήθειαν κατὰ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Διδύμου. Λόγον ἀληθείας τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας νόησον. ὅπερ ἐστίν, ὅτε πρὸς μικρὸν σφάλματος ἕνεκα τινὸς ὡς ἀνθρώποις συμβάντος σιωπῶσιν οἱ δίκαιοι, καὶ τὸ χάρισμα πρὸς βραχὺ τὸ ἐν αὐτοῖς τῆς προφητείας κωλύεται· ἀλλ' ἐὰν ἐπελπίσωσιν ἐπὶ τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἡμαρτηκότας διὰ μετανοίας προσδέχεται, καὶ οὐκέτι ἕως σφόδρα, τουτέστιν, οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ὑπομένουσι τῆς δωρεᾶς τὴν ἀφαίρεσιν, ἀναλαμβάνουσι δὲ ἐπανελθόντες εἰς ἑαυτοὺς καὶ νήψαντες.

μδ'. Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου.] Ἀθανασίου. Φύλαξ, φησίν, ἔσομαι τοῦ νόμου σου, οὐ ποτὲ μὲν κατορθῶν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, φησι, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ τοῦτον κατορθώσω.

με'. Καὶ

με'. Καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ.] Θεοδώρου. Παρέρχεται ἐν πλατυσμῷ, κἂν θλίβηται, ὁ λέγων· ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. καὶ πάλιν· ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. καὶ τοιοῦτός ἐστι διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου γινομένην αὐτοῦ εὐρυχωρίαν, ἀλλοτρίαν τοῦ ἁμαρτάνοντος.

Ὠριγένους. Ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων εὐρυχωρίαν ἐργάζεται. ἡ ἀγάπη γάρ, φησιν, οὐ στενοχωρεῖται. ἡ ἀγάπη δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἡ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ζήτησις καὶ κατόρθωσις. φησὶ γὰρ ὁ κύριος· Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε. ὥστε δικαίως ὁ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ζητῶν ἐν πλατυσμῷ πορεύεται, τουτέστιν, ἐν εὐρυχωρίᾳ πολιτεύεται· ἐπειδὴ ὁ ἀγαπῶν τὸν κύριον πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει, καὶ οὐδεμίαν, εἰκότως, στενοχωρίαν ὑφίσταται.

μς'. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου.] Ἀπολιναρίου. Τοιοῦτος γέγονεν ὁ Παῦλος, τοιοῦτος ὁ Πέτρος, τοιοῦτος τῶν Ἀποστόλων ὁ χορὸς καὶ τῶν μαρτύρων.

Διδύμου. Χρὴ τὸν τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια διὰ στόματος προφέροντα μαρτυρικὸν ἔχειν τὸν νοῦν, καὶ πρὸς τὸ παθεῖν ἑτοιμότατον. μαρτύρια γὰρ ὁ προφήτης διὰ τοῦτο τοὺς θείους λόγους ὠνόμασεν.

Εὐσεβίου. Χαριέντως ἁρμόσει τοῦτο τῷ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀγομένῳ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ μαρτυρεῖν.

Ἀνωνύμου. Ἐπειδὴ μείζων παντὸς βασιλέως, μᾶλλον δὲ βασιλεὺς βασιλέων ὁ λαλῶν ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅταν τὰ τοῦ Θεοῦ λαλῶμεν. οὐ γάρ τι αἰσχύνης ἄξιον συμβαίνει ἡμῖν, ὅταν ἄξιοι τοῦ λαλοῦντος ἐν ἡμῖν ὄντως ὦμεν, ὥστε μὴ μόνον ἀπὸ τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἐν ἡμῖν λαλούντων γνωρίζεσθαι.

μζ'. Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου.] Ὠριγένους. Τέλος τῶν ἐντολῶν τῆς μελέτης τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐνέργεια καὶ πρᾶξις. διὸ καὶ καλῶς προστετάχθαι φαίνεται τό, ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου αἷς ἠγάπησα. μετὰ γὰρ τὴν μελέτην καὶ ἀνάληψιν τοῦ τῶν ἐντολῶν λόγου, καλὸν τὸ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς κατὰ τὰς ἐντολὰς πράξεις, δίχα τοῦ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἔργον ἀποδιδόναι τῶν ἐντολῶν.

Θεοδώρου. Μελέτη τῶν ἐντολῶν τοῦ

45. Et ambvlabam in latitvdine.] Theodori. Ambulat in latitudine, quantumuis tribuletur, qui dicit: *In tribulatione dilatasti mihi.* & rursus: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* Et talis est per latitudinem à verbo Dei promanantem, quæ remota est à peccatore.

CATENA PATRVM. Psal. 4, 2. 2. Cor. 4, 8.

Origenis. Dei dilectio animabus hominum indit latitudinem. Charitas enim, inquit, non coarctatur. Dilectio autem erga Deum est mandatorum eius inquisitio & executio. Nam Dominus ait: *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Meritò itaque is qui mandata Dei seruat in latitudine ambulat, id est, in latitudine vitam instituit; quandoquidem is qui diligit Dominum omnia suffert, omnia sustinet, & nullam, vti par est, angustiam subit.

Charitas cor dilatat. Ioan. 14, 15. 1. Cor. 13.

46. Et loqvebar in testimoniis tvis.] Apolinarii. Talis fuit Paulus, talis Petrus, talis Apostolorum ac Martyrum chorus.

Didymi. Oportet eum qui ore profert oracula Dei mentem habere ad martyrium inflammatam, & ad patiendum promptissimam. Idcircò enim Propheta diuinos sermones appellauit testimonia.

Cur diuini sermones vocentur testimonia.

Evsebii. Aptè hoc quadrauerit in eum qui ante Reges & Principes adducitur ad Christi nomen contestandum.

Anonymi. Quandoquidem maior omni Rege, quin potiùs Rex Regum est is qui in nobis loquitur, quando quæ Dei sunt loquimur. Nihil confusione dignum accidit nobis, quando reuerà digni sumus illo qui loquitur in nobis, ita vt non solùm ex verbis, sed etiam ex operibus in nobis loquentibus notificetur.

Efficaciter de Deo loquitur cuius opera ipsum testificantur.

47. Et meditabar in mandatis tvis.] Origenis. Meditationis mandatorum Dei finis est executio & operatio eorumdem mandatorum. Quamobrem quoque pulchrè adiunctum videtur, *Meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.* Nam post meditationem & resumptionem illius verbi *mandatorum,* pulchrum est manus attollere ad actiones mandatis consentientes, ita vt neque ex tristitia neque ex necessitate opus mandatorum executioni mandetur.

Executio est finis meditationis.

Theodori. Meditatio mandatorum

Dei

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII. Mandata Dei diligenda vt executioni mandentur.

Dei non solùm est lectio, sed etiam executio. Quapropter etiam subiunxit: *Quæ dilexi nimis.* Qui autem aliquid diligit, omnino etiam illud explet: si verò etiam valdè diligat, nihil negligit etiam perpeti, vt securè habeat id quod amat.

θεῦ οὐ μόνον ἡ ἀνάγνωσις, ἀλλὰ καὶ ἡ κατόρθωσις. διόπερ καὶ ἐπήγαγεν· αἷς ἠγάπησα σφόδρα. ὁ δὲ ἀγαπῶν τι, πάντως αὐτὸ καὶ πληροῖ· εἰ δὲ καὶ σφόδρα ἀγαπᾷ, οὐδὲν ὀκνεῖ παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ βεβαίως ἔχειν ὅπερ ἀγαπᾷ.

Manus sunt vires practicæ.

48. Et levavi manvs meas ad mandata.] Athanasii. Manus hoc loco vocat vires practicas. q. d. Meditabar vt plurimùm tractans ea quæ spectant ad iustificationes tuas.

μή. Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς.] Ἀθανασίου. Χεῖρας ἐνταῦθα τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας φησίν. οἷον· ἠδολέσχουν ἐπὶ πλεῖον ὁμιλῶν τὰ περὶ τῶν δικαιωμάτων σου.

Mandata Dei meditanda.

Evsebii. Tollere manus ad mandata, est omnem actionem ad diuina mandata spectantem operari. Itaque Psalmista quidem vtrumque de semetipso testatur; nobis autem simul præcipit, vt mandata Dei mandemus executioni, quin etiam vt plurimùm illa meditemur & contemplemur; sic enim & ipsimet ea exactiùs exequi, aliosque ad eorumdem executionem efficaciùs inducemus.

Εὐσεβίου. Ἆραι χεῖρας πρὸς ἐντολάς, ἐστι τὸ πᾶσαν πρᾶξιν πρὸς ἐντολὰς θείας ἁρμοζομένην ἐργάζεσθαι. Οὐκοῦν ἑκάτερον μὲν ὁ ψαλμῳδὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ· ὁμοῦ δὲ ἡμῖν νομοθετεῖ, ταῖς ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ παρέχειν τὴν κατόρθωσιν, παρέχειν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ πολὺ μελέτην καὶ θεωρίαν· οὕτω γὰρ αὐτοί τε κατορθοῦν ἀκριβέστερον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐνάγειν εἰς κατόρθωσιν ἕξομεν.

ANNOTATIONES CORDERII.

ה ז.

33. Legem *pone mihi Domine.*] S. Hieronymus loco primarum duarum dictionum vertit, *Ostende mihi:* quod est Hebraicè הוֹרֵנִי *horeni:* & ab alijs redditur, *Doce me:* Græcè est Νομοθέτησον: quod S. Hilarius vertit, *Legem statue*, & ait Latinum non satis potuisse explicare virtutem verbi Græci & Hebraici: Symmachus, Ὑπόδειξον, *Demonstra:* Aquila, Φώτισον, *Illumina:* Apolinarius, Δίδαξον, *Doce.*

Semita iustorum quales. Prou. 4, 18.

35. *Deduc me in semita mandatorum tuorum.*] Per semitam hîc intelligit tritam iustorum viam, vt benè in Catena obseruat Athanasius; de qua Sapiens ait: *Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem.* Vbi augmenta virtutum atque cognitionis Dei satis aptè cum diei incrementis conferuntur. Per has ergo lucidas iustorum semitas, ne cum impijs (quorum, eodem Salomone teste, tenebrosæ viæ sunt) in caligine vitiorum aberret, deduci à Deo poscit. Hæ autem semitæ sunt æquitatis, iustitiæ & honestatis; quibus à prima gratia progressa iustitia & cognitio Dei ad perfectum vsque æternæ gloriæ diem promouetur.

Hominis animus ex natura corrupta in auaritiam propensus est.

36. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.*] S. Chrysostomus hunc locum expendens, illud, *Inclina cor*, dictum putat sumptâ similitudine à corporibus; quorum quodlibet suapte naturâ in locum proprium mouetur; ita vt sicut terra suo pondere in ima vergit, sic animus suo ductu in auaritiam tendat. Quare cùm dixit, *Inclina cor meum in testimonia tua*, addit Propheta, *& non in auaritiam.* Ac si satis esset corda nostra ab auaritia auertere, vt in legem Dei vertantur. Tam enim frequens & commune est hoc vitium, vt si ab eo animum nostrum abducamus, satis esse videatur, vt eum ab omni labe immunem seruare possimus. Audi Chrysostomum: *Aquarum*, inquit, *natura hæc est, vt in pronum feratur; ac si quem decliuem locum nacta sit, illuc tota feratur: eodem modo, posteaquam diabolus viam ad peccatum patefecit, hominum natura se in peius inflexit. Quamobrem aptè obsecrat Propheta, vt ipsius pectus ad diuina testimonia inclinetur, neque in alteram partem impetu quodam feratur. Humanus quippe animus, quemadmodum in diuinis Litteris proditum est, iam inde ab adolescentia summo studio in malum protendit. Quapropter, vt à Propheta docemur, illud precamur, vt corda nostra ad Dei testimonia, ac non in auaritiam, & rapinas, & iniurias, atque huius mundi distractiones inclinentur.* Ita ille. Aptè autem ab inexplebili cupiditate Græci nomen auaritiæ excogitarunt, dixeruntque πλεονεξίαν, cùm quis plus appetit quàm satis est, vt interpretatur S. Augustinus: auaritiam autem pingunt hydropici lineamentis, qui tumidus aquâ petat aquam, & sitiat magis, quo potat sæpiùs & liberaliùs. Scilicet rem augendo non minuitur cupiditas, sed augetur. Et, vt præclarè dixit Hippocrates, lect. 2. Aphorismo 10. *Impura corpora quò plus nutrieris, eò magis læseris:* ita morbus ille cupidorum, quos auaritia corrupit, frequentium opum congestu non tollitur, verùm exardescit magis, & velut igneis paroxysmis inflammatur. Egregiè Aristoteles lib. 2. Polit. cap. 7. Ἄπειρος ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις, *Infinita & immensa est natura cupiditatis.* Ignem omnino imitatur, qui in maiori alimenti copia plus sæuit, & vix coërceri & opprimi potest.

Auaritia, Græcè πλεονεξία, à plus habendi cupiditate dicitur.

37. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.*]

Digitized by Google

tatem.] Vbi S. Hilarius diuinè: *Orat*, inquit, *auerti animi & corporis oculos, eos scilicet, qui in theatralibus ludis captiui incubant, eos qui vestium pretia mirantur; eos quos auri splendor & gemmarum varietas occupat*, &c. Hæc enim omnia quæ in mundo blandiuntur Propheta pius vnius vanitatis nomine intelligit, pro qua dixit Chaldæus Paraphrastes *mendacium*, quòd sint plenissima inanitatis, cùm tamen beatissimam sortem & choragium liquidarum voluptatum præ se ferre videantur. Ab his ergo S. Dauid orat oculos auerti suos, & potentissimè à Deo seuocari, ne pelliceant ad immoderatam cupiditatem, ne in fraudem scelusque inducant. Sic alio in loco beatum illum prædicat, *Qui non respexit in vanitates & insanias falsas.* Dixit *falsas*, hoc est *mendaces*, vt vertit S. Augustinus è Septuaginta, qui ponunt *μανίας ψευδεῖς*, *insanias mendaces:* D. Hieronymus eleganter ex Hebræo reddit *pompam mendacij*. Quare mihi videntur longè imprudentissimi, qui attentâ & & hianti curiositate oculos intendunt in formosarum mulierum calanticam & ornatus capitis ornatrice manu compositos, in calceos mulleos, in cycladem versicolorem, in crocotam segmentis variegatam, in peplum candidum, in collare multiplici rugâ distinctum, in chirothecas, in dextrariola, in fulgentia monialia, siue murænulas aureas pectus inumbrantes; quas habere formam serpentis vario plexu intorti ait Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 12. quòd idem ille serpens, qui Heuam decepit, ornamentis illis occultus & implicatus in contuentium pectus se insinuet, & venenum amoris infundat. Et quidem non dubitauit dicere Tertullianus de Spectaculis cap. 26. eos homines qui spectacula minus pudica intuentur fieri *dæmonijs penetrabiles.* Cùm ergo in theatrum eiusmodi inciderimus, in quo luxu dominante pudicitia in discrimen vocatur, dicendum est cum Regio Vate, & orandum: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* D. Augustinus lib. 10. Confessionum cap. 34. rectè nominabat *seductiones oculorum*, quibus ait se duce Deo resistere consueuisse: quippe altè sapientis monitum imbiberat, cuius in Ecclesiastico est illud oraculum: *Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius.* Hoc est, Ne inde impudicitiæ occasionem arripias: quod est propriè scandalizari in decore: quo sine dubio malus dæmon abutitur, vt instrumento ad decipiendum & euertendum opportuno.

38. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.*] Hæret Chrysostomus exponens hunc locum illi verbo *Statue.* id est, Firmum me fac seruum tuum, ne facilè à virtute defluam, ne facilè in vitia corruam. Sed quid est quod hanc firmitatem donare potest? *In timore tuo.* Timor est qui firmos reddit. Sumptâ fortè metaphorâ à plantis, quæ quò plus ventis concutiuntur, eò firmius hærent, eò altiores radices agunt, eò firmius terræ adhærent. *Statue* (inquit Chrysostomus) *seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Hoc est, Firmum & stabilem in tuis sermonibus me redde: nimirum per metum Numinis tui sic me custodiens, vt nullâ vi deijci queam.* In quem sensuum inserit versum illum: *Confige timore tuo carnes meas.* Vt enim ea quæ clauis figuntur eam firmitatem accipiunt, vt nullâ vi diuelli possint; ita timor contra ingruentes tentationum fluctus & procellas animum quasi clauis figit. Aliâ quoque pulchrâ similitudine locum hunc illustrat Ambrosius: *Sicut enim*, inquit, *simulachrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam, cùm in basi statua fuerit collocata, standique accipit firmitatem; ita Dei verbum in timore sancto melius statuitur*, &c. Pluribus deinde Scripturæ locis dictam similitudinem confirmat.

39. *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum.*] Tantum enim malum est peccatum (quod hîc *opprobrium* vocat) vt non modò fugere debeamus illud, quod certò nouimus commisisse; verùm vel leuem peccati suspicionem subterfugere debemus, & nos sæpiùs discutere, ne inscijs nobis hoc tantum malum irrepserit. In hunc sensum adfert Ambrosius illud Apostoli, *Sed neque meipsum iudico: nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Ac si dicat: Etiamsi nullius delicti mihi conscius sim; nihilominùs vereor, ne aliquod crimen contraxerim, quod ego non nouerim. Sicut enim ea quæ multum odimus, etiamsi longo spatio à nobis dissita sint; timemus tamen, & ad leuem illorum suspicionem trepidamus; non aliter vel ad vacuum peccati nomen trepidare debemus, & exhorrescere id quod animæ opprobrium adfert. Sed quanam de causa hoc petis ô Dauid? *Quia iudicia tua iucunda.* Id est, Quia meditari de extremo iudicio iucundum mihi fuit. Qui enim memoriam extremi iudicij sæpiùs mente versant, hi à Deo facilè criminum omnium indulgentiam consequuntur. *Quid* (inquit ad hunc locum Ambrosius) *vereor opprobrij mei mentionem facere apud eum, cuius iudicia dulcia sunt? Quod seuerum in alijs, in Christo dulce est, quia ipse suauis est.*

41. *Et veniat super me misericordia tua.*] Scilicet quæ petentis vota, voces & desideria anteuertere solet. Expressius habent eumdem sensum verba Isaiæ: *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adsum.* Itaque cùm nondum ad finem oratio venerit, ipsum orationis filum interrumpet, & dicet: *Ecce adsum.* Præstò est Deus, velox occurrit, neque vsquead finem patitur protrahi orationem. *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Dormiens sponsa quasi per somnium aduentum sponsi desiderare cœpit; ille verò vel somniantis vota irrita abire non patitur, sed statim adest: sponsa eum optabat segniter viam capientem; ille verò adest præcipiti cursu instar cerui aut capreæ. *Et veniat* (inquit S. Ambrosius ad hunc locum) *super me misericordia tua. Cùm inuocaret igitur Propheta aderat, vt probaret illud; quia adhuc loquentibus nobis dicit adsum.* Et paulò pòst: *Ecce*, inquit, *iste aduenit. Adhuc ego eum quæro, & ille iam venit: adhuc ego suffragia capto vt veniat, & ille iam proximus est. Ego suscitare mihi charitatem cupio, ego me vulnerari charitate peto, & ad me charitas ipsa festinat. Ego dixi veni, ille salit, & transilit.*

42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum.*] Id est, Maledicentibus benedicam. S. Ambrosius expendens hunc versum, *Quam bonum,*

Marginalia (left): à te ... udi. — 9. — ...no... it eu... fe... rum ...us. — cli. 9, 5. — imor Dei s firmos ddit in irtute. — ...l. 110.

Marginalia (right): ANNOTATIONES CORDERII. — Verbum Dei in basi timoris collocandum. — Iusti etiam vmbram criminis fugiunt. — 1. Cor. 4, 3. — VAV. Misericordia Dei solet vota nostra anteuertere. — Isaiæ 58, 9. — Cant. 2, 8. Deus celeriter exaudit suorum desideria.

ANNOTATIONES CORDERII.

Spes ex patientia desumit vires.

bonum, inquit, *est ferre conuitium, & conuitium non referre. Deum præsulem acquirit, qui conuitianti nescit irasci.* Et ibidem significat illa conuitia, quibus Christus Dominus petebatur, esse veluti quædam nutrimenta, quibus eius in Deum spes quodammodò alebatur. Quo enim maiora probra ab hominibus audiebat, eò maiora beneficia à Deo sperabat: idcircò illum comparat cum ceruo, qui veneno non deficit, sed proficit; non tollitur, sed nutritur. *Quam bonus*, inquit, *ceruus! Nequaquam humanorum serpentium spiras & maledicorum venena metuebat: coluber illi non erat noxa, sed præda, saginabatur venenatorum sermonibus. Illi sibila obtrectatorum ora tollebant, & sermonibus odij circumdabant innocentem. Bonus ceruus inter multos colubros positus non timebat. Fundebant obtrectationem, ego autem, inquit, orabam. Bonus ceruus in medio viperarum innocuus pascebatur. Illi trisulcis ora linguis micabant; hunc autem sancta pascebat oratio.* Vides vt ex aduersariorum maledicentia maior ad Deum orandum confidentia oriatur? Et quem maledicorum linguæ tamquam viperæ venenant; eumdem feruentiores ad Deum preces, tamquam spirituales quædam dapes, non solùm pascant, sed etiam saginent? Nemo igitur conuitijs lacessitus animum abijciat, sed potiùs in spem maximam erigatur, fore vt diuinitus non solùm sanetur, sed etiam recreetur.

Christus tamquam ceruus serpentum, hoc est maledicorum iniurijs saginabatur.

44. *Et custodiam legem tuam semper.*] S. Ambrosius obseruat hîc pro *semper* in Græco esse διαπαντὸς; quod non solùm significat *semper*, sed etiam *per omnia*; ac si vnico aduerbio & perpetuitas & vniuersalitas voti seu decreti significetur. Et subdit sanctus Doctor: *Sic*, inquit, *per omnia legem custodiemus, si legitimam pueritia atque adolescentiæ disciplinam, iuuentutis conuersationem, senectutis maturitatem, tramitemque singulis præscriptum ætatibus, nequaquam vita nostra vsus excedat.*

Martyres coram Regibus & tyrannis Christum confitentes non confunduntur.

46. *Loquebar in conspectu Regum, & non confundebar.*] Hanc vocem Martyris cuiusque nomine dici docet S. Ambrosius Serm. 6. in hunc Psalmum, dum ait: *Conuenit illa vox Martyris, qui vocatus ad sacrilegium, exprobrantibus sibi Regibus crucifixum Iesum, non erubescebat; sed magis gloriabatur in cruce Christi, & illam mundi salutem esse testimonijs cælestibus adstruebat.* Hisce consonat illud Tertulliani lib. de Carne Christi cap. 5. *Quodcumque*, inquit, *Deo indignum est mihi expedit. Saluus sum si non confundar de Domino meo. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent benè impudentem & feliciter stultum.* Quasi diceret: Hæc sola est bona impudentia de Christi Domini humilitate non pudescere. Hæc felix stultitia, *Quod stultum est Dei sapientiùs hominibus* prædicare.

1. Cor. 1, 25.

47. *Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis.*] S. Ambrosius hæc verba expendens: *Pulcherrimus*, inquit, *iste ordo, vt primò meditemur, & eorum præceptorum quæ diligimus sit nobis assueta meditatio. Meditatione enim mandatorum cælestium operis boni vsus inolescit. Nam sicut meditationi verborum finis memoria est, vt quæ meditamur verba teneamus: sic meditationum præceptorum cælestium intentio, vel finis, operatio est, actusque directus ad implenda præcepta diuina: quæ nisi quis diligat, implere non poterit; nec solùm diligat, sed etiam nimis diligat. Ideo priùs posuit: Et meditabar in præceptis tuis, quæ dilexi nimis. Et subiecit: Et leuaui manus meas ad præcepta tua, quæ dilexi nimis. Post meditationem enim bonum est leuare actus nostros ad præcepta Dei, atque id facere cum charitate & gaudio, vt non ex necessitate sit bonum nostrum, non cum mœrore atque mæstitia, sed voluntarium; quia seruus inuitus facit, amicus voluntarius.* Ita ille sanctus Doctor.

Mandata Dei cum charitate & gaudio meditanda, & opere implenda.

Ceterùm hanc Christianam meditandi exercitationem esse vehementer necessariam vel ex eo potest intelligi, quòd absque illa sit animus hospes & peregrinus non in cælestibus modò rebus, quæ opertæ vt plurimum atque reconditæ, cogitantis mentis industriam agitationemque requirunt, verùm etiam in muneris officijque sui ratione. Vnde multos videre licet in diuina œconomia cæcos, sui ignaros, dum in se penitus & animi affectiones non sæpè ingrediuntur; erga Deum minùs reuerentes: de cuius formidabili maiestate atque potentia vix cogitant: in virtutis via dubios & palabundos: de cuius actionibus atque præsidio ad beatam vitam parum soliciti sunt. Verùm aliter sapiebat Dauid, cuius vitam propè continuam fuisse meditationem accepimus, qui identidem hoc de se ipse profitetur: *Meditabar in mandatis tuis*, &c. idque tanto ardore mentis & contentione voluntatis fiebat, vt quemadmodum è grauidâ nube, sic è fœtu illo animi flamma gigneretur; vti alibi testatur, *Et in meditatione mea exardescit ignis:* ignis qui næuos omnes animique labem exurat: ignis qui mentem inflammet summi Numinis amore, de cuius infinita in omnem partem bonitate meditatio exquirit.

Quanta sit necessitas piè meditandi.

Dauidis ingens meditandi studium.

Psal. 38, 4.

48. *Et exercebar in iustificationibus tuis.*] Sensus est: q. d. Cùm primum viam virtutis ingressus sum, statim atque factus sum Philosophus pietatis, turpia aut humana verba obliuioni mandaui, nil nisi diuinum loqui potui. Nam cultor pietatis hoc in primis exequi debet, & in hoc virtutis specimen præbere, vt nil nisi diuinum ore promat. Atque ita S. Augustinus hunc locum exponit, qui adducit quorumdam lectionem pro *exercebar*, Græcè ἠδολέσχουν, *garriebam*, interpretantium. *Exercetur quippe*, inquit, *in iustificationibus Dei lætus & quodammodò garrulus, qui mandata eius quæ diligit, & cogitandi & operandi dilectione custodit.*

Quid sit exerceri in iustificationibus.

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

μθ΄. ΜΝΗΣΘΗΤΙ τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με.

Ἀντὶ τοῦ· Ἄλλως τε καὶ σ' αὐτὸν ὑπόμνησον δέσποτα ὅτι ὑπέσχου ἐκβαλεῖν με ἀπὸ Βαβυλῶνος μετὰ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. καὶ λοιπὸν καὶ ὁ χρόνος τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτεῖ. Τοῦτο γάρ με καὶ παραμυθεῖται ἐν τοσούτοις ὄντα κακοῖς. ὅθεν ἐπάγει·

ν΄. Αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου· ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με.

Καὶ γὰρ τὸν χρόνον, φησὶν, ἀναμετρῶν τῆς αἰχμαλωσίας παρεμυθούμην, καὶ ζῆν με παρεσκεύασεν ἡ ἐπαγγελία τῆς ἐπανόδου. Εἶτα ἐξηγεῖται ἅπερ ἔπαχε, Βαβυλωνίων πονηρίαν δεικνύς. ἐπάγει γὰρ οὕτως·

να΄. Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα.

Ὑπερηφάνους καλεῖ Βαβυλωνίους, καὶ παρανόμους εἶναι τοὺς αὐτούς. λέγει οὖν· ὡς ἐκεῖνοι πάσῃ ἐχρῶντο κατ' ἐμοῦ ὑπερηφανείᾳ καὶ ἀνομίᾳ, ἐμὲ δὲ μάλιστα τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐποίει ἐλπίζειν ἐπὶ σοί. ἡ γὰρ ἀνάγκη τοῦ πάσχειν κακῶς ἐπὶ τὸν βοηθεῖν δυνάμενον ἐποδήγει με. εἶτα λέγει καὶ ποίῳ λογισμῷ κεχρημένος ἐν ταῖς συμφοραῖς διεγίνετο. ἐπιφέρει γὰρ οὕτως·

νβ΄. Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος κύριε· καὶ παρεκλήθην.

Ὅτε, φησὶ, κακῶς ἔπασχον ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἀνελογιζόμην ὅσα ἡμᾶς εὐηργέτησας ἐξ ἀρχῆς· οἷον, ὅτι δι' ἡμᾶς πολλαῖς πληγαῖς ἐτιμωρήσω τοὺς Αἰγυπτίους.

νγ΄. Ἀθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου.

νδ΄. Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου.

Εἴποτε οὖν, φησὶν, ἠθύμουν διὰ τὰς πα-

ZAIN. * Vulgata verbi tui * quo

49. MEMOR esto * verborum tuorũ seruo tuo, in * quibus mihi spem dedisti.

Id est: Aliàs etiam memento Domine quòd promiseris te post septuagesimum annum me è Babylone erepturum. Deinceps etiam ipsum tempus promissionem efflagitat. Nam hoc in tantis malis versantem me quoque consolatur. vnde subiungit:

Deo memoriam refricat promissionum.

50. Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

Etenim tempus, inquit, captiuitatis dimetiens consolabar, & promissio reditus viuere me fecit. Deinde enarrat qualia perpessus sit, Babyloniorum nequitiam ostendens. sic enim subdit:

51. Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.

Superbos appellat Babylonios; eosdemque periniquos. Ait igitur: Quoniam ipsi contra me omni superbiâ & iniquitate vsi sunt, hoc ipsum autem me quàm maximè fecit in te sperare. Necessitas enim mala perpetiendi deducit me ad illum qui opem ferre possit. Deinde dicit etiam quali cogitatione vsus fuerit in ærumnis. sic enim subiungit:

Babylonij superbi & iniqui.

52. Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.

Quando, inquit, malè afficiebar à Babylonijs, recogitabam quanta nobis ab initio beneficia præstitisses: v. g. quomodo propter nos plurimis plagis Ægyptios punieris.

53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Si quando igitur, inquit, animo deficiebam

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

bam propter iniquitates quas Babylonij mihi irrogabant, illicò mentem meam exercebam pristinis tuis in me beneficijs recogitandis. vnde subdit:

* *Vulgata omittit* in

55. Memor fui * in nocte nominis tui Domine; & custodiui legem tuam.

Meditatio prouidentiæ Dei solatium adfert.

Potissimùm autem, inquit, in nocte solatium capiebam, vacans considerationi supernæ tuæ circa nos prouidentiæ. Nam illud, *Custodiui legem tuam.* id est, Meditabar, inquit, & considerabam tuas circa me dispensationes. & subdit:

56. Hæc facta est mihi; quia iustificationes tuas exquisiui.

Hæc, inquit, opportunitas & otium erant mihi consolationi, quia pristinam tuam circa nos prouidentiam expendebam.

HETH.
* *Vulgata omisit* es

57. Portio mea * es Domine; dixi custodire legem tuam.

Variata est hæc sententia. nam vult dicere: Quia pars tua sum ego. Loquitur iuxta dictum Moysis. Cùm enim Moyses multiplicem Dei erga Israël prouidentiam declarare vellet, dixit hoc modo: *Quando diuidebat Dominus Gentes, quando disseminauit filios Adam, constituit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum Dei. Et factus est pars Domini Israël, funiculus hereditatis eius Iacob.* Hoc igitur ait: Quia portio tua sum, & necessitatem habui quæ tua sunt meditandi.

Deut. 32. 8.

58. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo:

Idcircò, inquit, etiam ex toto corde meo inuocabam te. Quid autem diceret subiungit:

Miserere mei secundùm eloquium tuum.

Id est: Sicut mihi promisisti, inquit.

* *Vulgata* meas:

59. Cogitaui vias * tuas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Cùm, inquit, tua in me facta semper recogitem, & omnem meam viam omnemque actionem ad hoc dirigam, adiuua me.

60. Paratus sum, & non sum

γνωμίας τὰς εἰς ἐμὲ γινομένας τῶν Βαβυλωνίων, εὐθέως μου τὴν διάνοιαν ἠσχόλουν περὶ τὰ προλαβόντα εὐεργετήματά σου εἰς ἐμέ. ὅθεν ἐπιφέρει·

νε΄. Ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου κύριε· καὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου.

Μάλιστα δέ, φησιν, ἐν νυκτὶ τὴν παραμυθίαν ἐμαυτοῦ προσεπορίζομην, εὐσχολῶν ἀναλογίζεσθαι τὴν ἄνωθεν σου πρόνοιαν τὴν περὶ ἡμᾶς. τὸ γάρ, ἐφύλαξα τὸν νόμον σου, ἀντὶ τοῦ, ἐμελέτησα, φησι, καὶ ἐσχόλασα ταῖς οἰκονομίαις σου ταῖς περὶ ἐμέ. καὶ ἐπάγει·

νς΄. Αὕτη ἐγενήθη μοι· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

Αὕτη, φησὶν, ἡ εὐκαιρία καὶ ἡ σχολὴ ἐγίνετο μοι παρηγορία, ὅτι τὴν πρόνοιάν σου τὴν περὶ ἡμᾶς τὴν ἐξαρχαίων ἀνελογιζόμην.

νζ΄. Μερίς μου εἶ κύριε· εἶπα τοῦ φυλάξασθαι τὸν νόμον σου.

Ἐνήλλακται ἡ λέξις. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· Ὅτι μερίς σου εἰμὶ ἐγώ. κατὰ τὸ Μωσαϊκὸν λέγει. Βουλόμενος γὰρ Μωσῆς δεῖξαι τὴν πολλὴν πρόνοιαν τοῦ θεοῦ τὴν περὶ τὸν Ἰσραήλ, οὕτως εἶπεν· ὅτε διεμέριζεν ὁ κύριος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου Ἰσραὴλ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰακώβ. τοῦτο οὖν λέγει· ὅτι μερίς σου εἰμὶ, καὶ ἀνάγκην εἶχον τὰ σὰ μελετᾶν.

νη΄. Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου·

Διὰ τοῦτό, φησι, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας μου ἐπεκαλούμην σε. τί λέγων ἐπάγει·

Ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου.

Ἀντὶ τοῦ· καθὼς ἐπηγγείλω, λέγει.

νθ΄. Διελογισάμην τὰς ὁδούς σου· καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου.

Ἐπειδή, φησι, τὰς πράξεις σου τὰς εἰς ἐμὲ διαπαντὸς λογίζομαι, καὶ πᾶσάν μου ὁδὸν καὶ πᾶσαν πρᾶξιν εἰς τοῦτο ἀποσχολῶ, βοήθησόν μοι.

ξ΄. Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην,

Digitized by Google

ερράχθην, τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου.

Εἴρηται πολλάκις, ὅτι ἕτοιμον καλεῖ τὸ ἑδραῖον καὶ τὸ βέβαιον. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι ἀναλογιζόμενος τὰς ἐπαγγελίας σου τὰς ἀγαθὰς ὑπὲρ ἡμῶν, βεβαίαν εἶχον τὴν καρδίαν καὶ ἑδραίαν, καὶ οὐκ ἐτάραττόν με αἱ συμφοραί.

ξα΄. Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν με· καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Σχοινία ἁμαρτωλῶν τὰς ἐπιβουλὰς λέγει τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ τὸ δεδέσθαι ταῖς συμφοραῖς, καὶ τὸ δυσδιεξόδευτον τῶν κακῶν. ἀλλ' ὅμως, φησὶ, καὶ ἐν τοιούτοις περιεχόμενος, ταύτην εἶχον παραμυθίαν, τὸ ἀναλογίζεσθαι τὰ σά. ὅθεν ἐπιφέρει·

ξβ΄. Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

Μάλιστα γάρ, φησι, τὸ ἡσύχιον τῆς νυκτὸς ἐπιλεγόμενος, τότε ἀνελογιζόμην πάσας σου τὰς εὐεργεσίας τὰς ἐκ τῶν προγόνων ἡμῖν ὑπαρξάσας· ὅτι οὐδὲν τῶν θορυβούντων διέκοπτέ μου τοὺς λογισμούς. τοῦτο γὰρ λέγει μεσονύκτιον καὶ ἐπάγει·

ξγ΄. Μέτοχος ἐγώ εἰμι πάντων τῶν φοβουμένων σε, καὶ τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου.

Ἀντὶ τοῦ Ἐπεὶ οὖν εἷς εἰμι κἀγὼ τῶν ὀφειλόντων ἐλεηθῆναι παρὰ σοῦ, διὰ τὸ εἰς σὲ ἐλπίζειν (ὅλον δὲ ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ λέγει) μὴ ματαίαν μοι ποιήσῃς τὴν ἐλπίδα.

ξδ΄. Τοῦ ἐλέους σου κύριε πλήρης ἡ γῆ· τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

Καὶ ἐπειδή, φησι, πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς πράγματα ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ συνέστηκε σῇ, καὶ τὰ κατ' ἐμὲ διὰ φιλανθρωπίας πρᾶξον, καὶ ἐν ἀπολαύσει με κατάστησον ὧν ἐξαιτῶ. Τὸ γὰρ, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. ἀντὶ τοῦ ἐν ἀπολαύσει τῆς σῆς δικαιοσύνης ποίησον δι' ἧς ἀπαλλάττει με τῶν ἐναντίων.

turbatus, vt custodiam mandata tua.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Dictum frequenter, quomodo paratum vocet id quod firmum ac stabile est. Vult igitur dicere: Quoniam cùm bonas tuas pro nobis promissiones recogitarem, cor constans ac firmum obtinebam, & non turbabant me calamitates.

61. Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

Funes peccatorum quales sint.

Funes peccatorum vocat insidias peccatorum, & nexus calamitatum, & inextricabilia mala. Nihilominùs, inquit, istis obsessus, hanc habebam consolationem, quòd beneficia tua recogitarem. vnde subdit:

62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia * iustitiæ tuæ.

** Vulgata iustificationis*

Potissimùm enim, inquit, quietem noctis diligens, tunc omnia tua beneficia recogitabam iam inde à maioribus in nos collata: quia tunc nulli tumultus cogitationes meas interpellabant. Hoc enim vocat mediâ nocte. & subiungit:

63. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Id est: Cùm igitur ego etiam vnus sim eorum qui misericordiâ tuâ frui debent, eò quòd in te sperauerint (hoc totum autem dicit ex persona populi) ne inanem mihi reddas spem meam.

64. Misericordiâ tuâ Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Misericordiâ Dei plena sunt omnia.

Et quoniam, inquit, omnia quæ in terra sunt misericordiâ & clementiâ tuâ subsistunt, res quoque meas per clementiam dirige, & fac vt fruar postulatis. Nam illud, *Doce me iustificationes tuas*. id est: Fac me frui iustitiâ tuâ & per eam ab hostibus liberari.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. ZAIN.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

49. MEMOR ESTO VERBORVM TVORVM.] Legem, inquit, ferens, transgressoribus quidem supplicium, eam verò custodientibus salutem promisisti: recordare igitur eorum in quę nos sperare docuisti. Aquila verò ait, *Memento verbi seruorum tuorum, in quo me expectasti:* Symmachus, *Recordare verborum meorum serui tui, ex quo sperare me fecisti:* Theodotion, *Memento verborum tuorum seruo tuo, quibus mihi spem dedisti.* sicut etiam Septuaginta legunt. Exposco, inquit, verbum illud quo me suspensum reddidisti, verbum nempe appellans promissiones, quibus, inquit, alas nobis addidisti ad sperandum in te. Hæc autem mihi quoque fuit consolatio ac remedium, recordanti nimirum quæ mihi pollicitus fueris. Hæc spes à verbo tuo mihi indita consolabatur me, si quando quidpiam rerum difficilium me comprehendebat, & hac spe fultus calamitates transnauigabam. Aliàs verò quodnam fuerit istud verbum, cuius ipsum memorem esse rogat, nisi illud quod Apostolis & per illos omnibus Sanctis dictum est: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Illud autem, *Superbi iniquè agebant,* dixerit quidem Dauid quoque propter Saülem & Absalonem, dixerunt verò etiam diuini gloriosi Martyres à crudelibus tyrannis tormentis affecti.

Math. 28, 20.

52. MEMOR FVI IVDICIORVM TVORVM.] In mentem, inquit, reducens dispensationes quas à principio exercuisti, quomodo nimirum cùm plurimis tentationibus exerceri permisisses, postmodum illustriores reddideris, conuenientem hinc mihi ipsi consolationem referebant. Verùm iterùm discruciabar, & tristabar, videns plurimos absque metu leges tuas violare. Locum autem peregrinationis vocat vitam præsentem. Nam sic etiam reliqui exposuerunt. *Cantica erant mihi omnia præcepta tua in loco peregrinationis meæ.* Par est autem noctem quoque dicere tempus tentationum, vtpote quòd caliginem offundat: in qua nimirum nocte necessaria est Dei memoria quæ animum erigat, & fiduciam excitet. Quòd si verò etiam

Tempus tentationum nocti comparatur.

μθ΄. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΣΟΥ.] Νομοθετῶν, φησιν, ἐπηγγείλω, παραβαίνουσι μὲν τιμωρίαν, κατορθοῦσι δὲ σωτηρίαν· μνήσθητι οὖν ἐκείνων εἰς ἃς ἡμᾶς ἐλπίζειν ἐδίδαξας. ὁ δὲ Ἀκύλας, Μνήσθητι ῥήματος τῶν δούλων σου, ἐπὶ ᾧ περιέμεινάς με· Σύμμαχος, Μνημόνευσον λόγων ἐμῶν τοῦ δούλου σου, ἀφ᾽ οὗ ἐπήλπισάς με· Θεοδοτίων, Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με. ὡς καὶ οἱ ἑβδομήκοντα. ἀπαιτῶ, φησι, τοῦτον τὸν λόγον οὗ ἀνήρτησάς με, λόγον γὰρ χρηματίσας ἐπαγγελίας αἷς, φησιν, ἀντεπτέρωσας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ σοί. αὕτη δέ μοι γέγονε καὶ παράκλησις καὶ ἀποτροπὴ, τὸ μνησθῆναι δηλονότι τῶν ὑπεσχημένων σοι πρὸς με. αὕτη ἡ ἐλπὶς ἡ ἐγγενομένη μοι ἀπὸ τοῦ λόγου σου παρεμυθήσατό με, εἴ ποτε τί με τῶν χαλεπῶν κατελάμβανε, καὶ ταύτῃ ὀχούμενος ὑπερέπλεον τῶν συμφορῶν. Ἄλλως δὲ ποῖος ἂν εἴη ὁ λόγος, οὗ μνησθῆναι αὐτὸν ἀξιοῖ, ἢ πάντως ὁ τοῖς Ἀποστόλοις καὶ δι᾽ ἐκείνων πᾶσι τοῖς ἁγίοις ῥηθείς· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. τὸ δὲ, ὑπερήφανοι παρηνόμουν, εἴποι μὲν καὶ Δαβὶδ διὰ Σαοὺλ καὶ Ἀβεσσαλὼμ, εἴποιεν δὲ καὶ οἱ θεῖοι καὶ καλλίνικοι μάρτυρες ὑπὸ τῶν ἀπηνῶν τυράννων στρεβλούμενοι.

νβ΄. ΕΜΝΗΣΘΗΝ ΤΩΝ ΚΡΙΜΑΤΩΝ ΣΟΥ.] Λαμβάνων, φησὶν, εἰς νοῦν τὰς ἀπ᾽ ἀρχῆς γεγενημένας οἰκονομίας σου, πῶς πολλοῖς ἐάσας πειρασμοῖς γυμνασθῆναι, ὕστερον περιφανεστέρους ἐποίησας, ἀποχρῶσαν ἐντεῦθεν ἐμαυτῷ παραμυθίαν ἐπορειζόμην. ἠνιώμην δὲ αὖθις, καὶ ἤχαλλον, πολλοὺς ὁρῶν ἀδεῶς τοὺς νόμους σου παραβαίνοντας. τόπον δὲ παροικίας τὸν παρόντα βίον φησίν. οὕτω γὰρ καὶ οἱ λοιποί. Ἄσματα ἦν μοι τὰ προστάγματά σου ἐν τόπῳ τῆς παροικίας. εἰκὸς δὲ νύκτα καὶ τὸν τῶν πειρασμῶν εἰπεῖν καιρὸν, ὡς ζόφον ἐπιφέροντα· ἐν ᾗ διαφερόντως ἀναγκαία τοῦ θεοῦ ἡ μνήμη ψυχαγωγοῦσα, καὶ παραθαρρύνουσα. εἰ δὲ καὶ τὴν

τῆς

Digitized by Google

τῆς ἡμέρας ἀντίθετον δηλοῖ, οὐκ ἄτοπον· παντὶ μὲν γὰρ καιρῷ χρήζομεν τῆς μνήμης τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, μάλιστα δὲ ὅτε σκότος κύκλῳ ἡμῶν, καὶ οἱ τοῖχοι καλύπτουσιν, ὅτε μάλιστα ἡ ἀκάθαρτος ἐπεισερχομένη ἐπιθυμία διαταράττει τὸ ἡγεμονικόν. αὕτη οὖν ἡ μνήμη περιγενέσθαι ἐποίησεν. ἢ εἰπὼν ἀνωτέρω, ἀθυμία κατέσχε με, νῦν καὶ τὸ τῆς ἀθυμίας αἴτιον ὑφηγεῖται, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. ἠθύμησα ἐφ' οἷς ἕτεροι καταφρονητικῶς ἔχουσι πρὸς αὐτὰ, ὥσπερ καὶ προϊὼν λέγει σαφέστερον ὅτι· εἶδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην.

νζ'. ΜΕΡΙΣ ΜΟΥ ΕΙ ΚΥΡΙΕ, ΕΙΠΑ.] Οὐ πάντων ἐστὶ μερὶς ὁ κύριος, ἀλλὰ τῶν ἀσπαζομένων τὰς ἀρετὰς, ὡς ἐν τῷ νόμῳ τῶν Λευιτῶν. Κύριος γάρ, φησι, μερὶς αὐτῶν. τὸ μηδὲν οὖν κεκτῆσθαι κατὰ τὸν βίον, μερίδα ποιεῖ ἔχειν τὸν κύριον. πρόσωπον δὲ θεοῦ λέγεται ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. πανταχοῦ δὲ τὸ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τίθησι κατὰ τὸν νόμον. Ἀγάπα γάρ, φησι, κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου. κατὰ δὲ τὸ λόγιον· ἤτοι, ὅτι ὑπέσχου ἐλεεῖν. διελογισάμην δέ· ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε προπετῶς ἐλάλησα ἢ ἔπραξα, μὴ λογισάμενος τί λεκτέον εἴη καὶ τί πρακτέον, καὶ ἢ λαλητέον, ἢ σιωπητέον, ἢ καθήκουσά ἐστιν ἡ πρᾶξις, ἢ μή. αἱ γὰρ ὁδοὶ ἡμῶν ἐν διαλογισμοῖς εἰσι καὶ ἐν πράξεσι. πάντα οὖν, φησιν, ἐσκεμμένως ἐποίουν. καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, ἵνα μὴ ἔξωθεν αὐτῶν ὁδεύω.

ξ'. ΗΤΟΙΜΑΣΘΗΝ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΤΑΡΑΧΘΗΝ.] Εὐτρεπῆ, φησιν, ἐμαυτὸν καταστήσας πρὸς τὰς ἐπαγωγὰς τῶν δεινῶν, ἐκ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς οὐχ ὑπέμεινα ζάλην. σχοινία δὲ, ὡς εἴρηται, τὰς ἐπιβουλὰς τῶν δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων ἐκάλεσεν. εἶεν δ' ἂν καὶ οἱ κακοὶ λογισμοὶ σχοινία δαιμόνων περιπλεκόμενα τῇ ψυχῇ, καὶ οὐκ ἐῶντα ἀπιέναι ἐλευθερίως πρὸς τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. τούτοις τοῖς σχοινίοις δέδεκε τὴν θυγατέρα Ἀβραὰμ ὁ σατανᾶς. εἴπερ σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. ἀλλὰ καὶ τούτων περισπαθέντων μοι, φησὶ, τὴν τοῦ νόμου σου μνήμην οὐκ ἀπεσεισάμην, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς μέσης, ὅτε τοῖς ἄλλοις ὁ ὕπνος ἐν ἡδονῇ, ἐγὼ τὰς δικαίας σου ψήφους ἀνευφημῶν, διετέλουν ὥσπερ

noctem diei oppositam designet, nihil absurdi erit: siquidem omni tempore debemus oraculorum Dei meminisse, præsertim quando tenebræ nos circumdant, & muri abscondunt, quando potissimùm ingruens immunda concupiscentia perturbat rationem. Hæc igitur memoria victoriam contulit. Vel cùm superiùs dixisset, *Defectio tenuit me*, nunc etiam defectionis causam edisserit, *quia iustificationes tuas exquisiui.* Defeci [inquit] animo quia alij eas contemnunt, sicut etiam in decursu clariùs exponit dicens: *Vidi insensatos, & tabescebam.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Vers. 158.

57. PORTIO MEA ES DOMINE, DIXI.] Non omnium Dominus est portio, sed eorum qui virtutes amplectuntur, vt in lege Leuitarum. Dominus enim, inquit, pars eorum. Nihil igitur in hac vita possidere, facit vt Dominum habeamus in portionem. Facies autem Dei dicitur *figura substantiæ eius.* Vbique autem illud *in toto corde* ponit iuxta legem. *Dilige* enim, inquit, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Secundùm eloquium* verò *tuum:* id est, quia promisisti misereri. *Cogitaui* autem: id est, Nequaquam temerè locutus sum egíve, non considerando quid dicendum quídve agendum foret, & vtrùm loquendum, an silendum, & an conueniens esset actio, nec ne. Viæ enim nostræ in cogitationibus atque in actionibus versantur. Omnia igitur, inquit, consideratè faciebant. *Et conuerti pedes meos in testimonia tua*, ne extra illa incederem.

HETH.

Deus solorum proborum portio est.

Hebr. 1, 3.

Deut. 6, 5.

Matth. 22.

Consideratè omnia agenda.

60. PARATVS SVM, ET NON SVM TVRBATVS.] Cùm memetipsum, inquit, erga rerum tristium impetus paratum reddidissem, ex inopinatâ irruptione tempestatem minimè perpessus sum. *Funes* autem, vti dictum est, dæmonum hominumque insidias appellauit. Ceterùm prauæ quoque cogitationes fuerint funes dæmonum qui animam circumplectuntur, nec eam liberè abire permittunt ad eum qui dicit, *Ego sum via.* Hisce funibus filiam Abrahæ satanas illigauerat. Siquidem *catenis suorum peccatorum vnusquisque constringitur.* Cùm autem, inquit, hi funiculi me circumdedissent, legis tuæ memoriam minimè excussi, sed mediâ quoque nocte, quando alijs somnus voluptati est, ego iustas tuas sententias celebrare perrexi, sicut

Funes dæmonum sunt prauæ cogitationes.

Ioan. 14.

Prou. 5, 22.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

& Paulus & Silas faciebant. Symmachus autem pro *particeps* dixit *coniunctus*, Syrus verò *amicus*. q.d. Auersans eos qui legibus tuis repugnantia gerebant, socius eram & familiaris ijs qui tua magni faciebant. Cæterùm vir perfectus quidem particeps est Christi, iuxta Paulum: *Participes enim*, inquit, *Christi effecti sumus*. Sed hic quasi initium fecerit, ait se esse participem timentium Dominum; non simpliciter autem timentium, sed eorum qui propter timorem mandata custodiunt. Timoris enim Dei indicium est obseruatio mandatorum. Verùm particeps timentium etiam fuerit ipsemet iustus.

Act. 16.
Quis sit particeps timentium Dominum.
Hebr. 3, 14.

καὶ Παῦλος καὶ Σίλας ἐποίησαν. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ μέτοχος συνημμένος εἶπεν, ὁ δὲ Σύρος φίλος. οἷον· τῶν τἀναντία τῶν νόμων σου διαπραττομένων ἀποσχιζόμενος, κοινωνὸς ἤμην καὶ φίλος τῶν περὶ πολλοῦ ποιουμένων τὰ σά. ἀλλ' ὁ μὲν τέλειος μέτοχός ἐστι Χριστοῦ, κατὰ Παῦλον· μέτοχοι γάρ, φησι, Χριστοῦ γεγόναμεν. οὗτος δὲ ὡς εἰσαγόμενος μέτοχον, λέγει εἶναι ἑαυτὸν τῶν φοβουμένων τὸν κύριον· οὐχ ἁπλῶς δὲ τῶν φοβουμένων, ἀλλὰ τῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι φυλασσόντων τὰς ἐντολάς. δεῖγμα γὰρ φόβου θεοῦ ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακή. ὁ δὲ μέτοχος τῶν φοβουμένων καὶ αὐτὸς ἂν εἴη δίκαιος.

64. MISERICORDIA TVA DOMINE PLENA EST TERRA.] In omnes, inquit, affatim misericordiæ fontes profundis, & non inducis iram per singulos dies, ferens eos qui nuptias perfodiunt, sanguine contaminantur, aliena sibi vendicant, &c. Hacce clementiâ me quoque dignum faciens, iustorum tuorum scientiam mihi largire.

ξδ'. ΤΟΥ ΕΛΕΟΥΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ ΠΛΗΡΗΣ Η ΓΗ.] Πλουσίως ἐκχεῖς, φησιν, ἐπὶ πάντας τὰς τοῦ ἐλέους πηγάς, καὶ οὐκ ἐπάγεις καθ' ἑκάστην ὀργήν, φέρων γάμους διορυττομένους, αἵματι μιαινομένους, σφετεριζομένους τῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ τὰ λοιπά. τούτου κἀμὲ ἀξιώσας, τῶν σῶν δικαίων τὴν γνῶσίν μοι χάρισαι.

CATENA PATRVM.

ZAIN.

49. MEMOR ESTO VERBORVM TVORVM.] ORIGENIS. At quale est verbum, cuius petit illum esse memorem, nisi vt cum illis sit, iuxta promissionem quam ipsis dederat, quæ & illis consolationi erat in persecutionibus.

μθ'. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ποῖος ὁ λόγος, οὗ μνησθῆναι αὐτὸν ἀξιοῖ, ἢ τὸ εἶναι μετ' αὐτῶν, καθ' ἣν δέδωκεν αὐτοῖς ἐπαγγελίαν, ἥτις καὶ παράκλησις αὐτοῖς ἐν τοῖς διωγμοῖς ἐγένετο.

Verbum Dei spem affert.

THEODORI. Verbum appellans promissiones, excitasti nos ad sperandum in te, & ad pericula ingruentia contemnenda. Cùm autem cælestia desiderando, & æterna quærendo decertauerim, horum postulo remunerationem.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Λόγον χρηματίσας ἐπαγγελίας, ἀνεπτέρωσας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ σοί, καὶ καταφρονεῖν τῶν ἐνεστηκότων. ἐπεὶ δὲ τῷ ποθεῖν τὰ ἐπουράνια, καὶ ζητεῖν τὰ αἰώνια ἠγωνισάμην, ἀπαιτῶ τούτων τὴν ἀνταπόδοσιν.

ANONYMI. Septuaginta, *Reuiuificabis me*. Hæc, inquit, spes tua mihi à verbo tuo insita excitauit, & consolata est me, & spem suppeditauit in qualibet re solatium tuum mihi adfore, licet mortis periculum ingruerit, licet morbus, licet persecutio, licet iactura facultatum.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ ἑβδομήκοντα, ἀναζωώσεις με. αὕτη, φησίν, ἡ σὴ ἐλπὶς ἐγγενομένη μοι ἀπὸ τοῦ σοῦ λόγου παρεκάλεσε, καὶ παρεμυθήσατό με, καὶ ἐλπίδα ὑπέσχεν εἰς τὸ ἑκάστοτέ μοι τὴν παρὰ σοῦ προσγίνεσθαι παράκλησιν, κἂν θανάτου δοκιμὴ ἐπίῃ, κἂν νόσος, κἂν διωγμός, κἂν τῶν ὑπαρχόντων ἀπώλεια.

Spes vitæ æternæ medetur omnibus afflictionibus.

50. HÆC ME CONSOLATA EST IN HVMILITATE.] ORIGENIS. Hoc solum, inquit, satis est ad nos in omnibus afflictionibus consolandum, quòd veræ vitæ promissionem habeamus. Hæc igitur nobis

ν'. ΑΥΤΗ ΜΕ ΠΑΡΕΚΑΛΕΣΕΝ ΕΝ ΤΗ ΤΑΠΕΙΝΩΣΕΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μόνον, φησίν, ἱκανὸν ἡμᾶς ἐν ταῖς κακώσεσι παραμυθεῖσθαι, τὸ ζωῆς ἀληθινῆς ἔχειν ἐπαγγελίαν. ταῦτ' οὖν ἡμῶν ἐπιτε-

Digitized by Google

ἐπιτέλεσον. εἰ γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μόνον ἐν Χριστῷ ἠλπικότες ἐσμὲν, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν, ὅτι κακούμεθα νῦν καὶ οὐκ ἐπ' ἐλπίδι μελλούσης ζωῆς. ζωὴ δὲ ἡ μέλλουσά ἐστιν ἀναζώωσις, καθὸ τὴν ψυχὴν ἰδίαν ζωὴν, οὐδὲ ἀληθῆ εἶναι μανθάνομεν· εἴπερ οὐκ ἄνθρωπος ἡ ψυχή. εἰ γὰρ ἐν τῇ καθ' ἑαυτὴν ζωῇ τὸ ἀληθὲς εἶχε τοῦ ζῆν, οὐκ ἂν ἀναζωώσεως ὁ τεθνηκὼς ἐδεῖτο. διὸ καὶ ὁ κύριος τοὺς τεθνεῶτας θεῷ ζῆν εἶπεν, ὡς οὔπω τὸ ζῆν ἔχοντας, πλὴν ὅσον ἐν δυνάμει θεοῦ τοῦ ζωοποιήσαντος, καὶ ἀπολωλέναι φησὶν αὐτοὺς, εἰ μὴ τῆς ἀναστάσεως τύχοιεν.

Ἀνωνύμου. Οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ ζῆν λογικὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῆς ζωὴν ὡς τὸ λόγιον τοῦ θεοῦ, καὶ νοούμενον καὶ παραλαμβανόμενον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν· κατὰ τοῦτο αὔξεται καὶ τὰ τῆς ζωῆς. ταῦτα δέ ἐστι τὸ σὺν ἀρετῇ ζῆν ἐνταῦθα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομεῖν.

να'. Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα.] Θεοδώρου. Τῶν ὑπερηφάνων παρανομούντων οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα, ἐγὼ οὐδὲ κατὰ τὸ τυχὸν ἐξέκλινα ἀπὸ τοῦ νόμου σου, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἐπολιτευσάμην· ἐτήρουν τὸ ἡγεμονικόν μου, ἵνα μὴ γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἀνόμημα.

Εὐσεβίου. Τῶν ἑτεροδόξων ἀλαζονευομένων κατὰ τοῦ νόμου τῷ διαβάλλειν αὐτὸν· ἐγὼ σφόδρα τῆς φυλακῆς αὐτοῦ περιειχόμην, μηδὲ κατ' ὀλίγον κλονῆσαι τὴν πρὸς αὐτὸν συγκατάθεσιν ἀνεχόμενος.

Ἀνωνύμου. Παρανομίαν ἕως σφόδρα, τουτέστιν ὑπερβάλλουσαν, τὸ μὴ μόνον αὐτόν τινα παραβαίνειν τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐρεθίζειν ἐν τῷ σκώπτειν καὶ χλευάζειν τοὺς ζῶντας κατὰ τὸν νόμον· ὁ προφήτης ἀναγκαίως ἐνόησεν.

νβ'. Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου.] Θεοδώρου. Ἔτι τὴν διάθεσιν κατανοήσωμεν τοῦ δικαίου, μιμνησκόμενοι τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ τῶν ἀπ' αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος ἀποθησαυρισμένων ἑκάστῳ παρακαλεῖται, καὶ ἄλυπος μένει καὶ ἀτάραχος, καὶ λέγει· οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

Ἀνωνύμου. Ὧν ἐποίησας πάλαι τοῖς ἀδικοῦσι τὸν Ἰσραὴλ μνημονεύσας κριμάτων, πα-

perfice. Nam si in hac vita solùm in Christo sperauerimus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, eò quòd modò affligamur & non propter spem vitæ futuræ. Vita autem futura est reuiuificatio, in quantum animam propriam vitam, non veram esse discimus: siquidem anima non est homo. Si enim in vita secundùm seipsam haberet vitæ veritatem, is qui mortuus est nequaquam opus haberet resuscitatione. Quapropter etiam Dominus defunctos Deo viuere dixit, tamquam qui nondum vitam habeant, nisi in virtute Dei viuificantis, aitque illos perijsse, nisi compotes fiant resurrectionis.

Catena Patrum.

Anonymi. Nihil aliud facit animam rationalem suam ipsius vitam viuere nisi eloquium Dei, dum intelligitur & suscipitur in animam hominis: secundùm hoc augentur etiam ea quæ ad vitam pertinent. Hoc autem est hîc cum virtute viuere, postmodum verò æternam vitam hereditare.

Eloquium Dei vitam dat animæ.

51. Svperbi iniqve agebant vsqve valde.] Theodori. Dum superbi non simpliciter, sed valdè etiam iniquè agerent, ego ne in minimo declinaui à lege tua, sed in ea vitam institui: superiorem animi portionem conseruaui, ne occultum aliquod in corde meo verbum esset iniquum.

Iusti constantia in legis obseruatione.

Evsebii. Cùm hi qui peruersâ opinione imbuti sunt contra legem tuam insolenter agerent eam traducendo, ego eius obseruationi valdè attendebam, meum erga ipsam affectum ne vel ad modicum titubare permittens.

Anonymi. Iniquitatem vsque valdè, id est excessiuam, non solùm legem aliquam transgrediendo, verùm etiam alios instigando per scommata & irrisiones eorum qui secundùm legem viuunt; quomodo hic Propheta necessariò intellexit.

52. Memor fvi ivdiciorvm tvorvm.] Theodori. Adhuc affectum iusti consideremus, memores iudiciorum Dei quæ à sæculo & vsque in sæculum vnicuique reposita sunt: consolatur, & tristitiæ turbationisque expers manet atque ait: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.*

Iustus semper memor est iudiciorum Dei.

Rom. 8, 18.

Anonymi. Memor iudiciorum quæ olim Israëli iniuriam irrogantibus fecisti, con-

solatus sum, sciens me quoque in persecutionibus minimè derelictum iri, & vt omnia secundùm Dei iudicium hominibus eueniant.

53. DEFECTIO TENVIT ME PRO PECCATORIBVS.] ORIGENIS. Inter peccatores alij quidem sine lege peccant, quòd neque legum principium edocti sint; alij verò in lege, illam violando.

1. Cor. 12, 26.

Ob aliorum quoque peccata dolendum.

DIDYMI. Nam *si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra; siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Itaque etiam dum fratres nostri peccant tristari oportet, eò quòd sint istiusmodi, & ita affici sicut hic sanctus.

ANONYMI. Peccatori quidem ridicula solet esse religio: at viro religioso formidabilis est iniquitas, quia formidabile eius supplicium præuidet.

54. CANTABILES MIHI ERANT IVSTIFICATIONES TVÆ.] ORIGENIS. Locum peregrinationis appellat vitam præsentem; iuxta illud, *Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram.* Cùm itaque psallerem iustificationes tuas recreabar, & mandati desiderium ne somno quidem locum dabat.

Hebr. 11, 13.

THEODORI. Ceterùm, inquit, hæc sola mihi consolatio est, quod respiciam ad iudicia tua; mihique recreationi sunt præcepta tua cantico accommodata, & concentu ad lætitiam prouocantia, & hoc solum bonum reputabam, vtpote in peregrina & aliena commoratione constitutus, quæ nil reuerà boni habere possit. Peregrino enim domus exoptabilis est, & antequam ad eam redeat, omnia molesta.

Tempore tentationis maximè renouanda Dei memoria.

55. MEMOR FVI IN NOCTE NOMINIS TVI.] ORIGENIS. Omni quidem tempore indigemus memoriâ oraculorum Dei, maximè autem cùm tenebræ in circuitu meo sunt, & muri me contegunt, quando ingruit impura concupiscentia, & superiorem animæ portionem conturbat. Tunc enim necesse est meminisse eloquiorum Dei, vt seruemus legem eius quæ est de temperantia.

DIDYMI. Quamobrem in nocte? Quia tunc potissimùm prauæ cogitationes animam quiescentem solent obruere, atque aliæ quidem fornicationem, aliæ verò furtum, aliæ verò aliud quid simile, quippe isto tempore

περιλήψιν, εἰδὼς ὡς οὐδὲ αὐτὸς ἐν τοῖς διωγμοῖς ἐγκαταλειφθήσομαι, καὶ ὡς πάντα κατὰ θεοῦ κρίσιν τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνει.

νγʹ. ΑΘΥΜΙΑ ΚΑΤΕΣΧΕ ΜΕ ΑΠΟ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπὶ τῶν ἁμαρτωλῶν οἱ μὲν ἀνόμως ἁμαρτάνουσι, τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν παρειλῆφθαι νόμον· οἱ δὲ ἐν νόμῳ, τῷ παραβαίνειν αὐτόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἴτε γὰρ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· καὶ ἐὰν δοξάζηται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. καὶ ἐπὶ τοῖς ἀδελφοῖς οὖν ἡμῶν τοῖς ἁμαρτάνουσι λυπεῖσθαι καθήκει, ὅτι τοιοῦτοί εἰσι, καὶ οὕτω διακεῖσθαι κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῷ μὲν ἁμαρτωλῷ γελοῖον ἦθος ἡ θεοσέβεια· τῷ δὲ θεοσεβεῖ φρικτὸν ἡ παρανομία, διότι προορᾷ τὸ φοβερὸν τῆς τιμωρίας.

νδʹ. ΨΑΛΤΑ ΗΣΑΝ ΜΟΙ ΤΑ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τόπον παροικίας τὸν παρόντα βίον φησί· κατὰ τὸ, ὁμολογήσοντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς. ψάλλων οὖν τὰ δικαιώματά σου ηὐφραινόμην, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς ἐντολῆς οὐδὲ τῷ ὕπνῳ χώραν ἐδίδου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐμοὶ δέ, φησι, καὶ παραμυθία μόνη, τὸ πρὸς τὰ σὰ βλέπειν κρίματα· καὶ εὐθυμία τὰ προστάγματά σου δι' ᾠδῆς ἀναλαμβανόμενα, καὶ εἰς εὐφροσύνην ἄγοντα τῇ μελῳδίᾳ, καὶ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν ἡγησάμην, ὡς ἐν ξένῃ καὶ ἀλλοτρίᾳ κατοικῶν, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχειν ἀληθὲς δυναμένην. διότι τῷ ξένῳ τὰ οἴκοι ποθεινά, καὶ πρὸ τῆς εἰς ταῦτα ἐπανόδου, πάντα λυπηρά.

νεʹ. ΕΜΝΗΣΘΗΝ ΕΝ ΝΥΚΤΙ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παντὶ μὲν καιρῷ χρήζομεν τῆς μνήμης τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, μάλιστα δὲ ὅτε σκότος κύκλῳ μου, καὶ οἱ τοῖχοί με καλύπτουσιν, ὅτε εἰσέρχεται ἡ ἀκάθαρτος ἐπιθυμία, καὶ ταράσσει τὸ ἡγεμονικόν. τότε γὰρ ἀναγκαῖόν ἐστι μεμνῆσθαι τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, ἵνα φυλάξωμεν τὸν νόμον τοῦ θεοῦ τὸν περὶ σωφροσύνης.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τίνος χάριν ἐν νυκτί; ἐπειδὴ τότε μάλιστα οἱ πονηροὶ τῶν λογισμῶν σχολαζούσῃ τῇ ψυχῇ εἰώθασιν ἐπιτίθεσθαι, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν πορνείαν, οἱ δὲ κλοπήν, οἱ δὲ ἄλλο τοιοῦτον, ὡς καὶ τοῦ καιροῦ συμβαλλομένου

πρὸς

Digitized by Google

πρὸς τὸ ἔργον, ἕκαστα τῶν εἰρημένων ὑποβάλλουσιν.

νϛʹ. ΑΥΤΗ ΕΓΕΝΗΘΗ ΜΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὴν γραφὴν λέγει τὴν θεόπνευστον. αὕτη γὰρ τῷ δικαίῳ οὐ λέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ γίνεται, ἐπειδὴ τῇ μελέτῃ προστίθησι τὴν κατόρθωσιν· ὅθεν αὐτὸς καὶ ἐκζητεῖν τὰ δικαιώματα λέγεται, ὡς μὴ παρέργως αὐτὰ μελετῶν. τηρῶν οἱ λοιποὶ τῶν ἑρμηνευτῶν ἀντὶ τοῦ ἐξεζήτησα διετήρησα γράφουσιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Αὕτη ἡ μνήμη ἣν ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου· οὐκ ἔστι γὰρ ὅτι οὐκ ἐξεζήτησα σου τὰ δικαιώματα, ἐν παντὶ δὲ καιρῷ ἐμεμνήμην. καὶ μακάριόν ἐστιν ἐν παντὶ καιρῷ ζητεῖν τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ, ἵνα κατὰ ταῦτα ποιοῦντες, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ ἀληθινῇ δικαιοσύνῃ, δικαιωθῶμεν.

νζʹ. ΜΕΡΙΣ ΜΟΥ ΕΙ ΚΥΡΙΕ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ ἀποταξάμενος τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι, καὶ μηδεμίαν ἔχων μερίδα ἐπὶ γῆς, μηδ᾽ ἐν τῷ θέλειν τὰ τοιαῦτα, ἀλλ᾽ ἀρκούμενος ἀντὶ πάντων τῷ κυρίῳ, ἐρεῖ· μερίς μου κύριος. τούτῳ δὲ ἀκολουθεῖ λέγειν· Εἶπα φυλάξασθαι τὸν νόμον σου, τουτέστι τὸν πνευματικὸν περὶ οὗ ὁ Παῦλος λέγει· Οἴδαμεν δὲ ὅτι πνευματικός ἐστιν ὁ νόμος, καὶ τὰ ἑξῆς. πῶς γὰρ οὐ φυλάξουσι τὸν νόμον ἢ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, οἱ μερίδα αὐτὸν ἔχοντες κατὰ τοὺς Λευΐτας, οἷς διηγόρευται μηδὲν κεκτῆσθαι κατὰ τὸν βίον. λέλεκται γὰρ τοῖς Λευΐταις καὶ τοῖς ἱερεῦσιν υἱοῖς Ἀαρών· Οὐκ ἔστι μερὶς οὐδὲ κληρονομία ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, διότι κύριος μερὶς αὐτῶν.

νηʹ. ΕΔΕΗΘΗΝ ΤΟΥ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρόσωπον Θεοῦ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ὡς πολλάκις εἴρηται. ὁ τοίνυν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐφιέμενος τοῦ κυρίου, ὅπως καθαρᾷ αὐτῇ γινομένῃ θεωρήσῃ αὐτόν, καὶ ἐκ τοῦ ἀτενίζειν αὐτῷ ἐλεηθῇ, κατὰ τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας εἴποι ἂν τὰ συγκείμενα ῥητά. ὅρα δὲ πηλίκος ἐστὶν ὁ ὀψόμενος τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς σε διδαξάτω λέγων· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Κρίσει τὸν ἔλεον αἰτεῖ γίνεσθαι, καὶ μὴ παρανόμως. τῷ λογίῳ σου, φησίν, ἐλέησόν με κατὰ τὸ εὔλογον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τό, ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου, εἴποι καὶ συνετὸς ἄῤῥωστος τῷ ἰατρῷ, ὡς ἡ τέχνη διαγορεύει θεραπεύσον.

operi suffragante, singula eorum quæ dicta sunt suggerunt.

CATENA PATRVM.

56. HÆC FACTA EST MIHI.] ORIGENIS. Scripturam intelligit diuinitus inspiratam. Hæc enim iusto non solùm dicitur, sed etiam fit, quia meditationi adiungit executionem; vnde etiam eius iustificationes exquirere perhibetur, vt qui minimè obiter illas meditetur. Etenim reliqui interpretes pro *exquisiui* scribunt *obseruaui*.

THEODORI. Hæc memoria est quâ memor fui in nocte nominis tui: nunquam enim non exquisiui iustificationes tuas, sed in omni tempore earumdem memor extiti. Atqui beatum est in omni tempore quærere iustificationes Dei, vt secundùm illas facientes, in Christo Iesu, qui vera iustitia est, iustificemur.

57. PORTIO MEA ES DOMINE.] EVSEBII. Is qui rebus sæcularibus nuntium remittit, & nullam in terra partem habet, neque istiusmodi desiderat, sed præ omnibus contentus est Domino, dicet: *Portio mea Dominus.* Huic autem competit dicere: *Dixi custodire legem tuam*, scilicet spiritualem: de qua Paulus ait: *Scimus enim quòd lex spiritualis est*, &c. Quomodo enim non custodient legem vel mandata Domini, qui ipsum habent in portionem sicut Leuitæ, quibus præceptum est vt nihil in vita possiderent. Dictum est enim Leuitis ac Sacerdotibus filijs Aaron: Non est pars neque hereditas in filijs Israël, quoniam Dominus pars eorum.

HETH. *Dominus est portio eorum qui terrena contemnunt.*

Rom. 7, 14.

Num. 18, 20.

58. DEPRECATVS SVM FACIEM TVAM.] ORIGENIS. Facies Domini est figura substantiæ eius, vti sæpiùs dictum est. Qui igitur toto corde Dominum desiderat, vt illo iam puro effecto ipsum contempletur, & ex eo quòd in ipsum intuetur misericordiam consequatur, secundùm rationem disciplinæ eius proposita verba dicere poterit. Considera autem quantus sit is qui videtur; facies Dei Iesus ipse te doceat dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Facies Domini est figura substantiæ eius.

Math. 5.

THEODORI. Misericordiam petit fieri iudicio, & non iniquè. Eloquio tuo, inquit, miserere mei secundùm quod conuenit.

ANONYMI. Illud, *Miserere mei secundùm eloquium tuum*, dicere possit etiam sapienter infirmus Medico, Vt ars exposcit curá.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Nam is à quo petitur nouit misericordiæ modum ac formam. Sæpè igitur castigationis modum tenet, & pœna fit benignitas siue clementia.

59. COGITAVI VIAS TVAS.] ORIGENIS. Id quod dicit est eiusmodi: Numquam præcipitanter locutus sum, nullâ ratione priùs habitâ, loquendúmne mihi, an tacendum esset. Numquam temerè aliquid egi, nisi priùs examinassem, esséetne illa actio decens: nam viæ nostræ in cogitationibus vel ratiocinationibus sunt atque actionibus positę. Dicit igitur: Omnia considerate feci, ob idque ambulans conuerti pedes meos in testimonia tua, ne extra testimonia Dei ambularem, cùm omne consilium meum de mandatis tuis penderet.

Omnia considerate agenda.

60. PARATVS SVM, ET NON SVM TVRBATVS.] ANONYMI. Si exercitati, si præparati, si quodammodò instructi fuerimus, minimè turbabimur à virtutibus aduersis, quæ nos oppugnant, ne mandata Dei custodiamus. Istiusmodi cùm esset Apostolus, dixit: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio?* &c.

Rom. 8, 35.

61. FVNES PECCATORVM CIRCVMPLEXI SVNT ME.] THEODORI. Et quales funes, nisi prauæ cogitationes, & malignæ virtutes quæ ipsas suggerunt, quibus à diuino statu deijcere conantur; verumtamen incassum concidit studium illorum qui iusto funes circumplectere moliuntur, quando mens legis studiosè memor extiterit.

Funes sunt praua cogitationes & peccata.

ORIGENIS. Funes appellantur peccata quæ sibi inuicem implexa sunt. Nam qui peccatum sibi proponunt, propter illud etiam aliud attexere compelluntur: quemadmodum Dauid propter fornicationem etiam cædem adiecit: Cain propter fratricidium adiunxit mendacium. Verumtamen his circumplexum ait se legis non omnimodè oblitum fuisse; quandoquidem ad pœnitentiam respiciens, & conuersus, funem peccati abrupit.

62. MEDIA NOCTE SVRGEBAM.] DIDYMI. Propheta hoc ait volens ostendere, se numquam nocturnas preces neglexisse, sed in ipsa somni dulcedine surrexisse. Ceterùm Apostolos quoque reperies hoc ipsum in Actis fecisse. Nam Paulus & Silas mediâ nocte orantes hymnum Deo recitarunt, ceterique vincti ipsis

Noctu orandum exemplo Dauidis & Apostolorum.

Act. 16.

ὁ γὰρ αἰτούμενος οἶδε τοῦ ἐλέους τὸν τρόπον. πολλάκις γοῦν παιδείας πραγματεύεται τρόπον, καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία.

νθ'. ΔΙΕΛΟΓΙΣΑΜΗΝ ΤΑΣ ΟΔΟΥΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδέποτε προπετῶς ἐλάλησα, μὴ λογισάμενος πρότερον, εἰ λαλητέον μοι ἐστὶν, ἢ σιωπητέον. οὐδέποτε προπετῶς τι ἔπραξα, μὴ λογισάμενος, εἰ καθήκουσά ἐστιν ἡ πρᾶξις· αἱ γὰρ ὁδοὶ ἡμῶν ἐν διαλογισμοῖς εἰσι καὶ ἐν πράξεσι. φησὶν οὖν· πάντα περιεσκεμμένως ἐποίησα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπέστρεψα ὁδεύων τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, ἵνα μὴ ἔξωθεν τῶν μαρτυρίων τοῦ θεοῦ ὁδεύω, πᾶσαν τὴν ἐμὴν γνώμην εἰς τὰς σὰς ἀναθεὶς ἐντολάς.

ξ'. ΗΤΟΙΜΑΣΘΗΝ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΤΑΡΑΧΘΗΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ ἠσκήσαμεν, εἰ ἡτοιμασάμεθα, εἰ οἱονεὶ τρόπον παρεσκευασάμεθα, οὐ ταραχθησόμεθα ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τῶν ἀντιστρατευομένων ἡμῖν, ἵνα μὴ φυλάξωμεν τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. τοιοῦτος ὢν ὁ Ἀπόστολος, ἔλεγε· Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός; καὶ τὰ ἑξῆς.

ξα'. ΣΧΟΙΝΙΑ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ ΠΕΡΙΕΠΛΑΚΗΣΑΝ ΜΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ τίνα σχοινία, ἢ οἱ πονηροὶ διαλογισμοὶ, καὶ αἱ ὑποβάλλουσαι τούτους πονηραὶ δυνάμεις, δι᾽ ὧν τῆς κατὰ θεὸν στάσεως ἐπιχειροῦσι καταβάλλειν· ἀλλ᾽ ἀνήνυτος ἡ σπουδὴ τῶν περιβαλλόντων τὰ σχοινία τῷ δικαίῳ, ὅταν ἡ ἐν τῷ νῷ σπουδὴ διαμνημονεύῃ τοῦ νόμου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Σχοινία τὰ ἐπάλληλα καὶ τὰ συμπεπλεγμένα ἁμαρτήματα λέγεται. οἱ γὰρ ἁμαρτίαν προθέμενοι, πλέκειν δι᾽ αὐτὴν καὶ ἄλλην ἀναγκάζονται· ὥσπερ ὁ Δαβὶδ διὰ τὴν πορνείαν καὶ τὸν φόνον προσέθηκεν· ὁ Κάϊν διὰ τὴν ἀδελφοκτονίαν ἐπισυνῆψε τὸ ψεῦδος. ἀλλ᾽ οὐδὲ τούτων περιπλακέντων αὐτῷ τοῦ θείου νόμου φησὶν ἐπιλανθάνεσθαι πάντως· ὅτι πρὸς μετάνοιαν ἰδὼν, καὶ ἐπιστρέψας, τὸ σχοινίον τῆς ἁμαρτίας ἔρρηξεν.

ξβ'. ΜΕΣΟΝΥΚΤΙΟΝ ΕΞΕΓΕΙΡΟΜΗΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Δεῖξαι βουλόμενος ὁ προφήτης, ὅτι οὐδέποτε ἀμελεῖ νυκτερινῆς προσευχῆς, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτὸ τὸ λεγόμενον γλυκὺ τοῦ ὕπνου διανίσταται, τοῦτο φησι. Εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀποστόλους ποιοῦντας ἐν ταῖς πράξεσι τὸ αὐτό. κατὰ γὰρ τὸ μεσονύκτιον ὁ Παῦλος καὶ ὁ Σίλας ὕμνουν τὸν θεὸν προσευχόμενοι, ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν καὶ οἱ δέσμιοι.

Digitized by Google

δέσμιοι. καὶ γὰρ τὸ μεσονύκτιον καὶ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις ἐνεργοῦσι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ μεσονύκτιον ἐξεγείρομαι, φησι, μυστικῶς τοῦ ἐξομολογεῖσθαι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· καὶ λέγω ὅτι ὁ ἀπείραστός μοι καιρὸς ἐν ᾧ οὐ πειράζομαι. Καὶ γὰρ ἡμέρα ἐστὶ τοῦ διωγμοῦ· ὁ δὲ καιρός μοι τῶν πειρασμῶν ἡ νύξ ἐστιν. ἀκμαζόντων οὖν μοι τῶν πειρασμῶν, οὐκ ἤμην αὐτῶν ἀλλὰ τοῦ λόγου ἤμην· καὶ διήγειρέ μου τὴν ψυχὴν, τοῦ ἐξομολογήσασθαί σοι νοουμένου διὰ τὰ ἁμαρτήματα ἢ τὴν εὐχαριστίαν. ἀμφότερα γὰρ σημαίνει ἡ λέξις.

ξγ'. ΜΕΤΟΧΟΣ ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΠΑΝΤΩΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ μὲν τέλειος Χριστοῦ ἂν εἴη μέτοχος· κατὰ τὸ εἰρημένον μέτοχοι γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν. ὁ δὲ παρὼν εἰσαγόμενος τῶν φοβουμένων τὸν κύριον μέτοχον ἑαυτὸν εἶναι λέγει· οὐχ ἁπλῶς δὲ τῶν φοβουμένων, ἀλλὰ τῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. δεῖγμα δὲ τοῦ θείου φόβου ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακή. μέτοχον οὖν νοήσωμεν τὸ φίλον καὶ κοινωνόν· ὅ φησιν ὁ Ἐκκλησιαστής· Ἐὰν πέσῃ ὁ εἷς, ἐγερεῖ τὸν μέτοχον αὐτοῦ. μήποτ' οὖν τοῦτο βούλεται λέγειν ὅτι φίλος καὶ κοινωνός εἰμι πάντων τῶν φοβουμένων τὸν κύριον καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐάν τις ᾖ τέλειος καὶ δίκαιος, συμπαθὴς ἔσται πρὸς πάντα ἀδελφὸν τῶν πιστευόντων, ὥστε ἐν μηδενὶ αὐτῶν κεχωρίσθαι. ἀλλ' εἰσί τινες ὑπὲρ τοὺς φοβουμένους, οἱ φυλάσσοντες τὰς ἐντολάς· οἵτινες εἰσὶν οἱ ἐν ἀγάπῃ πλεονεκτοῦντες, μέτοχοι ὄντες τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ.

ξδ'. ΤΟΥ ΕΛΕΟΥΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ ΠΛΗΡΗΣ Η ΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐὰν κατανοήσῃς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτανόντων, τῶν ἀσεβούντων, τῶν ἀδικίαν εἰς ὕψος λαλούντων, καὶ ἴδῃς τοῦ θεοῦ τὴν μακροθυμίαν ἐπὶ τὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα, πῶς καὶ μετὰ τοσαῦτα πάντα ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ἐρεῖς, τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ, τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προφητικῶς τὰ ἐσόμενά φησιν, ὡς ἔσται πᾶσα ἡ γῆ πλήρης τῶν φοβουμένων τὸν κύριον· καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρας, φησὶ, τοῦτο χρείας γενήσεται ἢ ἐκ τοῦ σοῦ ἐλέου· καὶ αὐτὸς γὰρ τοῦτο ἐλεητικῶς ποιεῖς, ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν τῶν ἀνθρώπων εἶναι διδάσκαλον.

succinuerunt. Mediâ enim nocte aduersariæ quoque virtutes opus suum peragunt.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Mediâ nocte, inquit, excitor ad mysticè confitendum iudicia iustitiæ tuæ: & dico numquam mihi esse tempus in quo non tenter. Etenim dies est persecutionis; nox verò mihi tempus est tentationum. Cùm itaque vigerent in me tentationes, non eram ipsarum, sed eram rationis: & hæc erexit animam meam, vt cogitarem confiteri tibi propter peccata siue gratitudinem. vtraque enim hæc dictio significat.

63. PARTICEPS EGO SVM OMNIVM.] DIDYMI. Perfectus quidem Christi particeps fuerit; iuxta quod dictum est: *Participes enim Christi effecti sumus.* Hic autem qui in præsentiarum introducitur ait se participem esse timentium Dominum; non simpliciter autem timentium, sed propter timorem mandata Dei custodientium. Diuini porrò timoris argumentum est obseruatio mandatorum. Participem igitur intelligamus amicum & familiarem: quod Ecclesiastes ait: *Si ceciderit vnus, eriget participem suum.* Hoc igitur vult dicere: Quoniam amicus & socius sum omnium timentium Dominum & custodientium mandata eius.

Heb. 3. 14.

Timoris Dei argumentum est obseruatio mandatorum.

Eccle. 4. 10.

ANONYMI. Si quis sit perfectus ac iustus, compatiens erit erga omnem fratrem fidelium, ita vt in nullo ab illis separetur. Ceterùm sunt aliqui timentibus superiores, qui nempe mandata custodiunt: hi sunt illi qui abundant charitate, cùm sint participes dilectionis Dei.

64. MISERICORDIA TVA DOMINE PLENA EST TERRA.] EVSEBII. Si consideraueris multitudinem peccantium, impiè agentium, iniquitatem in excelsum loquentium, Deique erga tanta peccata longanimitatem conspexeris, quomodo etiam post hæc omnia oriri faciat Solem suum supra prauos & bonos, & pluat super iustos & iniustos, dices, *Misericordia Domini plena est terra, iustificationes tuas doce me.*

Misericordiâ Dei plena est terra.

Matth. 5. 45.

ANONYMI. Propheticè futura prædicit, quomodo omnis terra plena futura sit timentium Dominum: & non alia, inquit, ex causa hoc fiet nisi ex misericordia tua: etenim ipsemet hoc facis misericorditer, exhibens temetipsum hominum magistrum.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII. ZAIN.

ANNOTATIONES CORDERII.

49. MEMOR *esto verborum tuorum,* &c.] Hæc exponit Paraphrasis & Commentarius de sermone Dei ad Dauid, quo ipsi multa bona promisit: quo sensu etiam Origenes & Theodorus in Catena exponunt. S. Ambrosius verò sumptam putat metaphoram à cibis quibus homo nutritur, dicens: *Non vsurpatoriè sperani, qua vt sperarem ipse fecisti: seruus sum, expecto alimentum à Domino.* & post pauca: *Hæc enim est anima nostra vitalis substantia, qua alitur, pascitur, gubernatur. Nec quidquam est quod viuere faciat rationalem animam quàm alloquium Dei. Sicut enim augetur sermo Dei in anima nostra dum suscipitur, dum intelligitur, dum comprehenditur; ita etiam vita eius augetur. Et quemadmodum è contrario alloquium Dei deficit in anima nostra, ita & incurrit vita eius defectum. Itaque connexio ista animæ & corporis nostri spiritu vitali animatur atque alitur & tenetur; itaque verbo Dei, & spirituali gratiâ, anima nostra viuificatur.*

Animæ cibus est oratio.

52. *Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum.*] Alia littera teste Augustino habet, *Et exhortatus sum.* Nam consideratio operum diuinorum, eius prouidentiam & benignitatem ante oculos mentis ponens, nos vehementer consolatur, & simul efficaciter exhortatur, vt tam magno & benefico Domino pareamus. Audi ex S. Bernardo quæ considerationes maximè deuotionem promoueant: *Quatuor* (inquit) *esse dicuntur, quæ gratiam nostræ deuotionis adaugent; memoria peccatorum, quæ hominem reddit humilem apud se; recordatio pœnarum, quæ illum solicitet ad benè agendum; consideratio peregrinationis, quæ illum hortetur, visibilia debere contemni; desiderium vitæ perennis, quæ hominem incitans ad profectum, cogit eum à terrenis affectibus voluntatis mutatione suspendi.*

Quatuor quæ maximè deuotionem excitent augeantq́.

53. *Defectio tenuit me pro peccatoribus,* &c.] Vbi pro defectione quidam vertunt *horrorem, tædium, pusillanimitatem.* Apud Septuaginta est ἀθυμία, quæ deiectionem animi, æstuantem mentis ægritudinem angoremque significat. Dauid igitur profitebatur se intimo quodam horrore percelli, se propè linqui animo, & exanguem afflictumque iacere ob peccatores: quòd nimirum tot videret pereuntium naufragia, qui desertis rationis gubernaculis, & regentem à puppe Deum contemnentes, sceleri velificarentur, & ad funestum tandem exitium vt ad infames scopulos suæ vitæ nauem allidérent. Tanti periculi obiectu vt densâ nube operiebatur illius pia mens, &, vt dixi, ἀθυμίαν, defectionem, exanimationem sentiebat. Atque vt fructum pij zeli videamus, qui maximè hominum sacrorum est proprius, idem ille Regius Vates de Numinis bonitate confisus, quam in omnem partem maximam & infinitam erat expertus, efferebatur desiderio illos iuuandi, & ad beatissimum vitæ genus euocandi.

Pius Dauidis zelus quantus.

54. *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ.*] In Hebræo est זְמִרוֹת *zemiroth*: id est, *Cantiones musicæ*, seu, vt vertunt Caballici apud Genebrardum, *amputationes*. Verbum enim זָמַר *zamar* & *cantare* & *amputare* significat. Dicuntur igitur Scripturæ sanctæ ac piæ meditationes in quibus Dauid exercebatur, & cantiones, & amputationes; quia & mirâ suauitate animum demulcebant, & eximiâ efficacitate omnes molestias, insidias, perturbationes insultusque dæmonum amputabant; vt idem Genebrardus interpretatur. Qui igitur Dei verba concinit, sequestret omnium rerum amorem, ablegét pecuniarum sitim, diuitiarum famem: curis vacuum animum requirit spiritalis legis diuinæ cantilena. Hoc nempe significabat Dauid se curis vacuam habere mentem dum Dei iustificationes concinebat, & culpas relegasse, quæ mordentes animam ad planctum vocant, non ad cantum. Audi quàm opportunè nobis succinat S. Ambrosius, qui hæc Dauidis verba expendens ait: *Qui cantat, vacuus est, & diuersarum cogitationum curas releuat, culpas relegat, sequestrat auaritiam, vt non solùm corporis voce, sed etiam mentis suauitate se mulceat.* Cantemus igitur ita Domino in vita nostra. Nam cantus iste nobis erit vitalis; nec laborabit in vacuum, qui ita vacuus cantabit.

In spirituali cantu sequestranda auaritia & alia vitia.

55. *Memor fui nocte nominis tui Domine.*] D. Ambrosius Serm. 7. in hunc Psalmum, à Dauide cælestium rerum mysteria iugiter contemplante, totasque in ea meditatione noctes transigente, desumendum censet documentum, ne vmquam ab hac meditatione feriemur, sed noctem somno auferamus, vt Deo fœneremur: *Hoc nomen Iesus,* inquit, *innocetur diebus ac noctibus, nullumque tempus prædicandi vacuum sinat sancta deuotio præterire.* Et optimo ad rem persuadendam vtitur argumento: *Si studentes,* inquit, *doctrinis sæcularibus perparum somno indulgent; quantò magis qui Deum cupiunt cognoscere, non debent somno corporis impediri, nisi quantum natura satis est?* In hac vigilia Dauid non solùm voluptatem, sed etiam felicitatem constituendam censet. Vocat enim beatum virum qui in lege Domini *meditatur die ac nocte.* Sic enim D. Hieronymus in Regula Monachorum titulo de Vigilijs obseruat: vbi retexens longam seriem commodorum, quæ ex vigilijs oriuntur, *Vigilando,* inquit, *omnis timor excluditur, fiducia nascitur, caro maceratur, vitia tabescunt, charitas roboratur, recedit stultitia, accedit prudentia, mens acuitur, error obtunditur, criminum caput diabolus gladio spiritus vulneratur.* Et statim subdit: *Quid hac delectatione suauius? quid hac felicitate beatius? teste etiam Prophetâ, qui beatum virum describens, summam eius beatitudinem in hoc versiculo collocauit, si in lege Dei meditatur die ac nocte.*

Noctes in meditatione transigendæ.

Si studiis, cur non potiùs orationi vigiletur.

Psal. 1. 2.

Piarum vigiliarum commoda.

56. *Hæc facta est mihi.*] Hebraicè *mea.* q. d. Eo modo lex tua in meis dubitationibus & hæsitationibus consilium & opem mihi fert, sic pacatum ac tranquillum meum reddit animum, ac denique sic meis commoditatibus seruit, ac si ea lex mea esset, illamque ego ipse, meo bono atque vtilitati prospiciens, tulissem.

57. *Por-*

Digitized by Google

HIER. — ANNOTATIONES CORDERII.

Solus Dominus deberet esse portio Ecclesiasticorum.

57. *Portio mea es Domine*, &c.] S. Ambrosius hæc verba exponens, in hunc modum de Ecclesiasticis, quos Ministros altaris appellat, sermonem instituit: *Quàm rarus in terris qui potest dicere, Portio mea Dominus, quàm alienus à vitiis, quàm segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat commune cum sæculo, nihil mundi huius vendicet sibi, cui non sit corporalium possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet auaritia, non lasciuia effeminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua sæcularium negotiorum cura solicitet. Verùm minister altaris Deo, non sibi natus.* Ad eamdem rem explicandam adducit nominis *Leui* tacitum mysterium; vnde Leuiticus ordo & augustus Sacerdotij cultus manauit. *Leui* enim *ipse mihi assumptus*, vel *ipse meus* significat. Quod longè antè Philo Hebræus in monumentis suis prodidit: Est enim, inquit, *Leui* αὐτός μοι, *ipse mihi*, vel *ipse meus.* Addit verò institutum esse Leuitarum, omnia hæc caduca & inferiora despicere, vno Deo contentum esse, vno Deo lætari; adfertque exemplum antiqui Philosophi, qui viso magnificentissimæ pompæ apparatu; *Quàm multis*, inquit, *non egeo.* Sed longè præclariùs hoc verbo & exemplo docuit Philosophus verè Christianus S. Paulinus Nolæ Episcopus, quem eloquentia & multiplex inter homines eruditio, quem diuitiæ, quem splendor & dignitas, quem illustris familiæ decora & nobilitas commendabant: quibus omnibus Dei causâ repudiatis, proque nihilo habitis, religiosissimæ mentis pietatem anteposuit, Ecclesiæ se mancipauit, Christum solum pro parte & opima hereditate sua delegit. Audiamus igitur tantum Mystam in Epistola ad Aprum suauissimè & libero fastidio resonantem: *Sibi*, inquit, *habeant litteras suas Oratores, sibi sapientiam suam Philosophi, sibi diuitias suas diuites, sibi Regna sua Reges; nobis gloria & possessio & Regnum Christus est: nobis sapientia in stultitia prædicationis, nobis virtus in infirmitate carnis, nobis gloria in crucis scandalo, quo mihi mundus occiditur, & ego mundo, vt viuam Deo, non autem ego, sed in me Christus.* O mentem aris dignam & mysteriorum diuinorum curatione! Quid hac hominum Ecclesiasticorum perfectione dici mirabilius illustriusque possit? Homines in mundo reperire mundi exules, & mundo superiores, qui corpus ferant, sed ab ipsius labe & contagione seuocentur, in carne viuant, & Angelorum imitentur castimoniam, in rerum humanarum commotione non magis quàm Romanus Terminus loco cedant, & è quadro solidæ virtutis & religionis amoueantur; qui laborem quieti, penuriam opulentiæ, laudi & gloriæ humilitatem ignominiamque præferant, Christum denique omnium loco deliciarum & commodorum partem habeant & vnicam possessionem. Ita disertè & pulchrè Cresollius noster lib. 3. Mystagogi cap. 2.

Leui quid significet, & quod sit institutum Leuitarũ.

S. Paulini pars & portio Christus.

Quanta debeat esse perfectio Ecclesiasticorum.

Misericordia iusta postulanda pœnitenti.

58. *Miserere mei secundùm eloquium tuum.*] Vel, vt legit S. Ambrosius, *secundùm verbum tuum*; id est, secundùm tuas promissiones de probis præmiandis & improbis puniendis. Duas quippe personas gerebat Dauid, alteram hominis priuati, iuxta quam Deum admonebat suæ misericordiæ, vt ei missam faceret offensam; alteram Prophetæ, iuxta quam non misericordiam, sed iustitiam exposcit. Nam qui publicam personam gerit adeò stimulari debet zelo vindictæ, vt vel contra seipsum pœnas irrogari velit. Itaque dum Dauid peccatorum suorum pœnitentiam ageret, non nudam misericordiam deposcebat, sed etiam rigorem & iustitiam: quem imitari debent quotquot suorum peccatorum verè pœniteт, neque ægrè ferre, si Sacerdos grauiùs in eos agat, vt pœnitentis errata castiget, ne ex nimia indulgentia delinquendi licentia foueatur. *Facilitas enim veniæ* (inquit Ambrosius ad hunc locum) *incentiuum tribuit delinquendi. Hoc ideò dictum est, vt sciamus secundùm verbum Dei, secundùm rationem dispensandam esse misericordiam debitoribus.* Et paucis interiectis: *Propheta igitur in isto versiculo diuidit causas, vt & misericordiam quasi homo postulet, quia nemo sine sorde peccati, & iustitiam quasi Propheta deposcat. Vel certè, quoniam licet peccauerit sicut homo, & quasi peccator misericordiâ egeat, tamen correxit errorem, pœnitentiam gessit, abstinuit à temulentia delinquendi sobrietate virtutis. Petit ergo iustitiam secundùm Verbum Dei; quia Verbi Dei scientia est, vt conuersis venia donetur, si legitima est facta conuersio.* Ita S. Ambrosius.

Examinanda conscientia, & defectus emendandi.

59. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.*] Notat R. P. Noster Claudius Aquauiua examen conscientiæ & fructus eiusdem hoc versiculo apertissimè contineri: Nam cogitare vias suas, inquit, nihil est aliud quàm seipsum accuratè explorare ac perscrutari: fructus verò quod sequitur: *Conuerti pedes meos in testimonia tua.* Ad hoc enim quisque peruestigare se & examinare debet, vt vias suas corrigat, & conuertat pedes suos in testimonia Dei. Sic enim deflere mala debemus quæ admittimus, vt manu sanctæ solicitudinis abstergamus. Plura de conscientiæ examinis ratione vide apud P. N. Claudium ad hunc versum.

Non turbatur qui ad omnem Dei voluntatem paratus est.

60. *Paratus sum, & non sum turbatus*, &c.] Paratus, inquit, ad omnia quæcumque præceperis, & tibi plenè subiectus, emergentibus impedimentis non turbor, sed pacatè tua mandata custodio. Cùm enim meipsum non quæram, sed tuam voluntatem implere cupiam, nec afflictionibus, nec detractionibus, nec terroribus quatior, nec à via perfectionis dimoueor, quia tibi subesse, quod solum quærebam, inuenio. Ex hoc loco S. Basilius Hom. de ira pulchrè docet aduersus impotentes animi commotiones habendas esse quasdam, vt ipse vocat, προπαρασκευὰς καὶ διαθέσεις, *præparationes & animi dispositiones*, quæ, inquit, exilientis cordis pulsus & vehementes concitationes reprimunt, & mentem ad firmitudinem quamdam generosæ constantiæ & tranquillitatem deducunt.

Praua propensiones sunt peccatorum funes.

61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.*] Funium nomine non tam insidias ab iniquis paratas, quàm deprauatæ naturæ ad malum propensiones ex primis peccatoribus ac parentibus nostris per propagationem nobis ingeneratas hoc loco intelligẽdas censeo. Quare magna laus est, Deique ingens beneficium, si legem Dei non obliuiscatur is, quem tales funes & catenæ constringunt. Quoties enim legem diuinam violamus, dum his

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

his funibus ad malum trahimur? Quoties, dum conamur dissolui, reperimus nos indissolubiliori nodo ligatos, & maiori difficultate constrictos? De his vinculis videtur locutus Ambrosius Serm. 8. in hunc Psalmum cùm ait: *Isti sunt funes, quibus trahuntur peccata vt fune longo, & vt loro iugi vitulæ iniquitatis. Vitula enim indomita plus se iactat & excutit cùm tenetur, nec acquiescit imperio, nec stringitur vinculo, sed magis cùm loro retrahitur exasperatur: itaque nec coacta se subijcit: nec tamen libera vinculorum est. Sicut ergo trahit vitula lorum iugi, qua etsi non tenetur è proximo, tenetur tamen, nec se explicat & absoluit: ita trahit vnusquisque peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus subiectusque iudicio, & nescit quòd non sit exutus, sed magis, vt illa vitula, & ipse se implicat suorum nexibus peccatorum. Hi sunt ergo funes delictorum nostrorum, quibus inuoluimur & ligamur, quemadmodum sunt & vincula delictorum. Et ideò Saluator, qui habet in potestate peccatum dimittere, dicit ijs qui sunt in vinculis, Exite: vtinam & mihi dicat: Exi de vinculis tuis, exi de nexibus peccatorum tuorum, solue funes erroris tui, quibus circumdatus & ligatus es.* Hæc ille. Opus est ergo Dei, quòd ab affectibus expediamur, & nos virtutibus moderemur. Qui autem funes hîc dicuntur circumplectentes vel implicantes, ab Isaia dicuntur funiculi vanitatis, & vincula plaustri: quo plaustro scelere irretitus rectà in orcum inuehitur. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* (Isaiæ 5, 18.) Eleganter S. Augustinus in Psal. 139. *Optimè*, inquit, *dicitur restis peccatorum. Vt enim torqueatur restis additur & non adduntur recta fila, sed torta*, &c. Ad hos funes perrumpendos Samsonis heroicâ vi opus est, qui Spiritus sancti dono & munere fortis, & diuinâ constantiâ præditus, Philisthæorum funes conscidit, & vt fila aranearum in frusta comminuit. Peccator autem funes suos in dies corroborat, quibus vt victima & infelix piamentum trahitur ad necem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

TETH.

65. BONITATEM fecisti cum seruo tuo Domine secundùm verbum tuum.

Illud *fecisti* secundùm tempus mutatum est: ponitur enim pro *fac.* q. d. Benignitatem igitur tuam nobis largire, prout promisisti. Hoc enim ait, *secundùm verbum tuum.*

ξέ. ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΑ ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου κύριε κατὰ τὸν λόγον σου.

Τὸ ἐποίησας ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ποίησον. ἵνα εἴπῃ· ὅτι τὴν χρηστότητα οὖν τὴν σὴν ἡμῖν χάρισαι, καθὼς ἐπηγγείλω. τοῦτο γὰρ λέγει, κατὰ τὸν λόγον σου.

66. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Vt, inquit, castigatio quam sustinemus benignitas inueniatur, ad notitiam tuam adducens. Non enim ignoro, inquit, quòd pro peccatis pœnas pendo. vnde subdit:

ξς'. Χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν δίδαξόν με· ὅτι ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα.

Ὥστε, φησί, τὴν παίδευσιν ἣν ὑπομένομεν χρηστότητα εὑρεθῆναι, εἰς γνῶσιν τὴν σὴν ὁδηγοῦσαν. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ, φησιν, ὅτι ὑπὲρ ἁμαρτημάτων τίνω δίκας. ὅθεν ἐπιφέρει·

67. Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.

Hanc autem, inquit, humiliationem & ærumnam meam præcessit peccatum, atque ideò sustinui & sustineo flagella, sciens hæc infligi pro peccatis, vt post eorumdem tolerantiam boni quidpiam consequar. vnde subiungit:

ξζ'. Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα.

Τῆς δὲ ταπεινώσεώς μου, φησί, τῆς ἐνταῦθα καὶ τῆς συμφορᾶς ἡγήσατο ἁμαρτία, καὶ διὰ τοῦτο ὑπέμεινα καὶ ὑπομένω τὰς μάστιγας, εἰδὼς ὡς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων αὗται γίνονται, ἐπὶ τῷ με χρηστοῦ τινος ἀπολαῦσαι μετὰ τὴν ὑπομονήν. ὅθεν ἐπάγει·

68. Bonus es tu * Domine: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

* *Vulgata omisit.*

ξή. Χρηστὸς εἶ σὺ κύριε· καὶ ἐν τῇ χρηστότητί σου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Bonitas in Deo excedit iustitiam.

Id est: Maior in te bonitas est quàm

Ἀντὶ τοῦ· πλείων ἐστὶ παρά σοι χρηστότης τῆς δικαιο-

Digitized by Google

δικαιοσύνης. εἰ τοίνυν διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐτιμωρήσω, διὰ τὴν χρηστότητα συγχώρησον μετανοοῦσι. τοῦτο γὰρ λέγει πάλιν τό· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. ἀντὶ τοῦ, ἐναπολαύσαι με ποίησον τῆς σῆς γνώμης.

ξθ'. Ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων· ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξερευνήσω τὰς ἐντολάς σου.

Ἄλλως τέ, φησιν, ἐπειδὴ καὶ τὸν σκοπόν σου παρῆλθον οἱ Βαβυλώνιοι (πλέον γὰρ ἡμᾶς τιμωροῦνται ἢ αὐτὸς ἠβουλήθης) καὶ οὕτως ἡμεῖς ὑπομένομεν. δι' ἀμφότερα οὖν σῶσον ἡμᾶς, διά τε τὴν ἐκείνων ὑπερηφανίαν, διά τε τὴν ἡμετέραν ὑπομονήν. οὐ γὰρ ἐξέστησεν ἡμᾶς τοῦ προσήκοντος ἡ πλείων ἀδικία, λογιζομένους ὡς ἐφορᾷς, καὶ μισεῖς τὸ πλέον ἐν τιμωρίᾳ, κἂν τὴν ἀρχὴν κατὰ γνώμην σὴν πάσχωσιν οἱ πάσχοντες. καὶ αὐτὸ λέγων ἐκ παραλλήλου ἐπάγει·

ό. Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα.

Τύρωσιν πάλιν καλεῖ τὸ πυκνὸν καὶ ἀνένδοτον. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ μία παρὰ Βαβυλωνίων ἐστὶν ἔνδοσις ἢ χάλασις γνώμης, ἀλλὰ πεπύκνωνται, καὶ τετόνωνται περὶ τὸ κακῶς ποιεῖν τοὺς αἰχμαλώτους.

οά. Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με· ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου.

Ἀλλ' ἐμοί, φησιν, ἡ ἐκείνων ὠμότης καὶ τὸ ἀνένδοτον πρὸς ἀγαθοῦ γίνεται· ἐκ τούτου γὰρ συνελαύνομαι πρὸς τὸ σφόδρα σε ζητεῖν, καὶ τὴν παρὰ σοῦ ἀναμένειν βοήθειαν. εἰ μὴ οὖν κακῷ τοῦτο σκοπῷ ἐποίουν, καὶ χάριν εἶχον αὐτοῖς, ὅτι κινοῦσί σε διὰ τούτου πρὸς ἀντιπάθειαν, εἰς τὸ παντὶ τρόπῳ σῶσαι τοὺς κακῶς πάσχοντας παρ' αὐτῶν.

οβ'. Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου, ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου, καὶ ἀργυρίου.

Ἀλλὰ πλουτοῦσι, φησιν, ἐκεῖνοι· ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθόν ἐστιν ἡ σοῦ νόμου ἐντολή, καὶ ἡ διὰ τοῦτον ἔνδεια ἢ παντὸς πλούτου προτιμοτέρα.

iustitia. Si igitur propter iustitiam me punieris, propter bonitatem condona pœnitentibus. Hoc enim iterùm dicit: *Doce me iustificationes tuas.* id est, Fac me frui tuâ sententiâ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

69. Multiplicata est super me iniquitas superborum; ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Aliàs etiam, inquit, cùm Babylonij quoque tuum terminum transgressi sint (plus enim nos puniunt quàm ipse volueris) etiam sic nos sustinemus. Propter vtraque igitur [inquit] serua nos, tum propter illorum superbiam, tum propter nostram patientiam. Neque enim maior illa iniuria nos exorbitare fecit à decoro, cogitantes quomodo aspicias, & oderis nimiam vindictam, licet sub initium ex mente perpetiantur hi qui illam sustinent. Atque id ipsum per comparationem exponens subdit:

70. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego * autem legem tuam meditatus sum.

* Vulgata verò

Coagulationem rursus appellat densitatem & seueritatem. Vult igitur dicere, Babylonijs nullam esse clementiam aut mentis remissionem, sed illos animum obfirmasse, & intendisse ad mala captiuis irroganda.

71. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.

Verùm mihi, inquit, eorum crudelitas & seueritas in bonum cedit: exinde enim impellor ad vehementer te quærendum, & auxilium tuum præstolandum. Nisi vtique malo hoc fine fecissent, etiam gratiam ipsis habuissem, quòd per hoc te moueant ad auersionem, vt omni modo serues eos qui ab ipsis malè affliguntur.

72. * Bona mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti.

* Vulgata Bonum

Ceterùm ditescunt, inquit, illi: sed mihi bonum est legis tuæ mandatum, & paupertas propter eam diuitijs omnibus præferenda est.

Legis custodia diuitijs anteferenda.

PARAPHRASIS ANONYMI. IOD.

73. Manus tuæ fecerunt me, & psalmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.

Sicut, inquit, nos facere nosti, ita & id quod conducit nobis. Quocircà etiam da nobis intellectum: id est, Redde nos intelligentes, vt legem tuam iniquis diuitijs præferamus.

ογ'. Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου.

Ὡς ποιῆσαι ἡμᾶς, φησι, γινώσκεις, καὶ τὸ συμφέρον ἡμῖν. διὸ καὶ συνέτισον ἡμᾶς· ἀντὶ τοῦ, συνετοὺς ποίησον, τοῦ προτιμᾶν τὸν νόμον σου ἀδίκου πλούτου.

74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.

Cùm igitur, inquit, plurimi sint qui eamdem mecum mentem habent, & in me respiciunt, fac mihi benè, vt lætentur hi qui eiusdem mecum sententiæ sunt, certiores facti, quia minimè negligis sperantes in te.

οδ'. Οἱ φοβούμενοί σε ὄψονταί με, καὶ εὐφρανθήσονται· ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Ἐπεὶ οὖν, φησι, πολλοί εἰσιν οἱ τὴν αὐτήν μοι γνώμην ἔχοντες, καὶ ἀφορῶσιν εἰς ἐμὲ, ποίησόν μοι καλῶς, ὡς ἂν εὐφρανθεῖεν οἱ ὁμογνώμονες, πεπεισμένοι, ὡς οὐκ ἀμελεῖς τῶν ἐλπιζόντων ἐπί σε.

* Vulgata æquitas
* in veritate tua

75. Cognoui Domine, quia * iustitia iudicia tua: & * veritate humiliasti me.

Et ad hoc, inquit, respice Domine, quomodo captiuitatis causam non ignorauerim; scio enim illam esse peccata: vnde non sustinuisti me, sed tamquam iustus & verax humiliasti me, donec peccatum meum agnoscam.

οε'. Ἔγνων κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου· καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με.

Καὶ πρὸς τοῦτό, φησι, ἀπόβλεψον δέσποτα, ὡς τῆς αἰχμαλωσίας τὴν αἰτίαν οὐκ ἠγνόησα· ἐπίσταμαι γὰρ εἶναι αὐτὴν δι' ἁμαρτίας· ὅθεν οὐδὲ ἠνέσχου μου, ἀλλ' ὡς δίκαιος καὶ ἀληθὴς ἐταπείνωσάς με, ἕως ἂν ἐπιγνῶ μου τὸ ἁμάρτημα.

* Abest à Vulgata. Implorat Dei misericordiam.

76. Fiat * nunc misericordia tua vt consoletur me, secundùm eloquium tuum seruo tuo.

Quemadmodum igitur, inquit, peccantem me humiliasti, ita miserere pœnitentis.

ος'. Γενηθήτω δὴ τὸ ἔλεός σου τοῦ παρακαλέσαι με, κατὰ τὸ λόγιόν σου τῷ δούλῳ σου.

Οὐκοῦν, φησιν, ὥσπερ ἡμαρτηκότα ἐταπείνωσάς με, οὕτω μετανοοῦντα ἐλέησον.

77. Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Vtique, inquit, dignus sum miserationibus, qui curam gero custodiæ legis tuæ, & in captiuitate existo.

οζ'. Ἐλθέτωσάν οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ ζήσομαι· ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν.

Οὐκοῦν, φησιν, οἰκτιρμῶν ἄξιός εἰμι, ὁ τῆς φυλακῆς τοῦ νόμου σου φροντίσας, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὑπάρχων.

78. Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Si autem, inquit, me clementiâ dignum censes, vtpote pœnitentem, & mandata tua meditantem, puni Babylonios, tamquam plus æquo iniuriam inferentes.

οη'. Αἰσχυνθήτωσαν ὑπερήφανοι, ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ· ἐγὼ δὲ ἀδολεσχήσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου.

Εἰ δὲ ἐμέ, φησιν, ἀξιοῖς φιλανθρωπίας, ὡς μετανοήσαντα, καὶ τὴν μελέτην ἔχοντα εἰς τὰς σὰς ἐντολὰς, τιμώρησαι Βαβυλωνίους, ὡς πλέον τοῦ δέοντος ἠδικηκότας.

* Vulgata mihi timentes

79. Conuertantur * ad me qui

οθ'. Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φο-

Digitized by Google

βούμενοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σου.

Εἴ τι, φησὶ, καὶ χρεωστῶ ἔτι τιμωρηθῆναι, παρ' ἰδίων ἀρχόντων τοῦτο πάσχειν εὐδόκησον, ἐπαναγαγών με, καὶ μὴ παρὰ Βαβυλωνίων, οἱ τὸ δίκαιον οὐκ ἴσασιν. ὑπὸ γὰρ τῶν ἰδίων τιμωρούμενος σκοπῶ τοῦ γενέσθαι βελτίων. ὅθεν ἐπάγει·

timent te, & qui * cognoſcunt teſtimonia tua.

Si quid, inquit, adhuc pœnæ debeam, complaceat tibi vt à proprijs Principibus id perpetiar, cùm me reduxeris, & non à Babylonijs, qui neſciunt æquitatem. Nam à proprijs punitus conor melior euadere. vnde ſubdit:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Vulgata nouerunt

π'. Γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ.

Τότε γὰρ ἔσται, φησὶν, ἡ καρδία μου ἄμωμος, βελτιωμένη τοῦ μὴ τοῖς οἰκείοις περιπεσεῖν, ἐξ ὧν αἰσχύνη προσγίνεται.

80. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

Tunc enim, inquit, erit cor meum immaculatum, cùm fuerit emendatum à proprijs lapſibus, à quibus pudor progignitur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ξε'. Χρηστότητα ἐποίησας.] Πεῖραν γὰρ λαβὼν σου τῆς χρηστότητος, καὶ αὖθις ταύτης ἀπολαῦσαι παρακαλῶ. προσκείμενον δὲ τὸ, κατὰ λόγιόν σου, δηλοῖ ὡς σὺν λόγῳ καὶ αἰτίᾳ τινὶ γίνεται ἡ τοῦ κυρίου χρηστότης· διὸ αὐτὸν ἀξιῶ γενέσθαι διδάσκαλον, ἵνα σὺν αὐτῇ καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν μάθω· παιδείαν μὲν τὴν ἠθικὴν, γνῶσιν δὲ τὴν θεωρητικήν. ἢ οἶδεν ὁ προφήτης τῆς παιδείας τὸ χρήσιμον· οὗ χάριν ἐξαιτεῖ μετὰ χρηστότητος ἐπαχθῆναι ταύτην αὐτῷ. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ χρηστότητα ἐποίησας, εὐεργέτησας τὸν δοῦλόν σου, ἐξέδωκε. διδασκόμεθα δὲ μὴ ἀναισθήτως διακεῖσθαι πρὸς τὰς θείας εὐεργεσίας. καλῶς δὲ πρὸ τῆς ταπεινώσεως τὴν πλημμέλειαν ἔθηκε. πρὸ γὰρ τοῦ παθεῖν τελέως τὴν ἁμαρτίαν, προπλημμελοῦμεν ἡμεῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας ῥαθυμίας, θύραν ἀνοίγοντες τῷ τυραννοῦντι ἡμᾶς διαβόλῳ, καὶ θαῤῥαλεώτερον αὐτὸν ποιοῦντες καθ' ἡμῶν. ἰστέον δὲ, ὡς ὁ δίκαιος, κἂν ᾖ τὰ συμβαίνοντα λυπηρὰ, λέγει τῷ θεῷ, χρηστὸς εἶ σὺ κύριε.

ξς'. Ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία.] Πολλῇ, φησι, χρῶνται κατ' ἐμοῦ ἀδικίᾳ ἐξ ὑπερηφανίας, ἀλλ' ἐγὼ πρὸς ἄμυναν οὐκ ἐρεθίζομαι ταῖς σαῖς ἐντολαῖς ῥυθμιζόμενος. τὸ δὲ ἐτυρώθη ὅμοιον τῷ, ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραὼ, καὶ, ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. ἀντὶ τοῦ· ἐκεῖνοι μὲν ἀντίτυπον ἐσχήκασι τὴν καρδίαν· ἐγὼ δὲ

TETH.

65. Bonitatem fecisti.] Nam cùm benignitatis tuæ periculum fecerim, rurſus etiam vt hanc conſequar precor. Id autem quod additur, *ſecundùm eloquium tuum*, declarat quomodo Domini benignitas cum ratione & cauſa aliqua fiat; quapropter ipſum rogo vt præceptor meus ſit, vt cum ipſa ſimul & diſciplinam & ſcientiam diſcam; diſciplinam quidem moralem, ſcientiam verò ſpeculatiuam. Vel agnouit Propheta diſciplinæ vtilitatem; quapropter expetit vt hanc ipſi cum benignitate irroget. Symmachus autem pro *Benignitatem feciſti* edidit, *Benefeciſti ſeruo tuo*. Docemur autem ne diuinis beneficijs ingrati exiſtamus. Pulchrè autem ante humiliationem delictum poſuit. Antequam enim perfectè peccatum perpetiamur, priùs ex ſocordia noſtra delinquimus, oſtium aperientes diabolo qui tyrannicè nos tractat, & ipſum aduerſus nos audaciorem reddentes. Porrò ſciendum, quomodo iuſtus, tametſi triſtia acciderint, Deo dicat, *Bonus es tu Domine*.

Quid interſit inter diſciplinam & ſcientiam.

69. Mvltiplicata est svper me iniqvitas.] Ex ſuperbia, inquit, multâ aduerſum me iniquitate vtuntur, ſed ego ad vindictam non moueor mandatis tuis directus. Illud autem *coagulatum* ſimile eſt iſti, *Induratum eſt cor Pharaonis*, &, *Incraſſatum eſt cor populi huius*. Id eſt: Illi quidem cor refractarium habuerunt; ego autem

Afflictionibus improbi indurantur, probi emendantur.

Exod. 4, 21.
Matth. 13, 15.

medi-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

meditationi legis tuæ animum adieci. Agit autem gratias ob austera Medici remedia, hinc discens fructum se retulisse; quapropter ait: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Symmachus verò legit hoc modo: *Contulit mihi quòd afflictus fuerim, vt discerem præcepta tua.* Hæ autem voces sunt grati animi, & in omnibus etiam aduersis diuinam prouidentiam agnoscentis, atque eamdem boni consulentis, quemadmodum Paulus, qui in infirmitatibus & contumelijs gaudebat. Quando enim impinguati fuerimus, exultamus, & gaudium quod in tribulationibus colligimus, illud in rebus prosperis dissoluimus. Idcircò, inquit, lex oris tui antiquior mihi est cunctis diuitijs, omniq́ue excellentiâ, & omnibus quæ in mundo sunt delicijs: quæ per aurum & argentum insinuauit.

IOD.

73. MANVS TVÆ FECERVNT ME.] De cura erga hominem admonet Creatorem; & tamquam qui plurimum affectum erga figmentum hoc ostenderit, rogat Conditorem, vt etiam intellectum ei præbeat. Ac nonnulli quidem verbum *fecerunt* de anima, *plasmauerunt* verò de corpore dictum accipiunt: alij verò illud *fecerunt* de prima creatione, sed illud *plasmauerunt* de regeneratione per lauacrum & de reformatione dictum volunt. Existimo autem vtrumque idem significare. Siquidem hominem non tantùm fecit sicut ceteras creaturas, verùm etiam per semetipsum plasmauit, ipsum propriâ suâ formatione honorans. Manus autem Dei fuerint Filius ac Spiritus, per quos omnia creata sunt. Valdè autem consentaneum quoque erat vt à Creatore intellectum postularet, qui ad mandatorum executionem impellit. Sed & timentibus, inquit, te lætitiam adferam, conformem spei tuæ finem reperiens.

Quid interfit inter facere & plasmare.

75. COGNOVI DOMINE, QVIA IVSTITIA.] Noui, inquit, quàm iustè me omnis generis calamitatibus obieceris: sed deinceps hinc clementiæ & consolationis tempus edocemur, quia iustè nobis omnia eueniunt: & necessarium est vt in castigationibus animum minimè despondeamus. Vel sic: q. d. Ad consolationem & solatium rogo vt misericordia tua fiat secundùm eloquium tuum seruo tuo: nam pœnitentibus beneuo-

In calamitatibus animum minimè despondendum.

τῇ τοῦ σοῦ νόμου μελέτῃ προσέσχηκα. χάριν δὲ προσομολογεῖ τοῖς αὐστηροτέροις τοῦ ἰατροῦ φαρμάκοις, τὴν ἐντεῦθεν γενομένην ὠφέλειαν ἐκμανθάνων· διὸ λέγει· Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Συνήνεγκέ μοι ὅτι ἐκακώθην, ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν τὰ προστάγματά σου. εὐχαριστοῦμένου δὲ καὶ τοῖς περιστατικοῖς, καὶ ἐν πᾶσιν ἀποδεχομένου τὴν θείαν πρόνοιαν αἱ φωναί, καὶ ἀγαπῶντος τὸ συμβαῖνον, ὡς ὁ εὐδοκῶν ἐν ἀσθενείαις, καὶ ἐν ὕβρεσι Παῦλος, ἡνίκα γὰρ λιπανθῶμεν, σκιρτῶμεν, καὶ ἣν ἐν θλίψεσι συλλεγόμεθα χαρὰν, ταύτην διὰ πραότητος καταλύομεν. διὰ τοῦτο, φησιν, ὁ τοῦ σοῦ στόματος νόμος προτετίμηταί μοι παντὸς πλούτου, καὶ ὑπεροχῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν κόσμῳ ἡδέων· ἃ διὰ τοῦ χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἠνίξατο.

ογʹ. ΑΙ ΧΕΙΡΕΣ ΣΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΜΕ.] Τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονίας ἀναμιμνήσκει τὸν ποιήσαντα· καὶ ὡς πλείονα διάθεσιν εἰς τὸ ποίημα τοῦτο ἐνδειξάμενον, ἱκετεύει τὸν διαπλάσαντα, χορηγῆσαι καὶ σύνεσιν. καὶ τινὲς μὲν τὸ ἐποίησαν περὶ τῆς ψυχῆς εἰρῆσθαί φασι, τὸ δὲ ἔπλασαν ἐπὶ τοῦ σώματος· ἄλλος δὲ τὸ ἐποίησαν ἐπὶ τῆς πρώτης δημιουργίας φασὶν εἰρῆσθαι, τὸ δὲ ἔπλασαν ἐπὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀναπλάσεως. νομίζω δὲ ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ σημαίνεσθαι. τὸν γὰρ ἄνθρωπον οὐ μόνον ἐποίησεν ὡς τὰ λοιπὰ κτήσματα, ἀλλὰ καὶ ἔπλασε δι' ἑαυτοῦ, τῇ αὐτουργίᾳ τιμήσας αὐτόν. Χεῖρες δὲ εἶεν θεοῦ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, δι' ὧν πάντα δεδημιούργηται. Ἀκόλουθον δὲ λίαν καὶ τὸ παρὰ τοῦ ποιήσαντος αἰτεῖν σύνεσιν, ἣ πρὸς τὴν ποίησιν τῶν ἐντολῶν συνωθεῖ. καὶ τοῖς φοβουμένοις δέ σε, φησὶν, εὐφροσύνης πρόξενος ἔσομαι, κατάλληλον εὑρὼν τῇ εἰς σὲ ἐλπίδι τὸ τέλος.

οεʹ. ΕΓΝΩΝ ΚΥΡΙΕ, ΟΤΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.] Οἶδα, φησιν, ὡς δικαίως κατεψηφίσω μου ταῖς παντοδαπαῖς περιβαλὼν συμφοραῖς· ἀλλὰ φιλανθρωπίας λοιπὸν καὶ ψυχαγωγίας καιρὸς ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, ὡς δικαίως ἡμῖν ἅπαντα ἐπέρχεται· καὶ ἀναγκαῖον μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν ταῖς παιδείαις. ἢ οὕτως· ἐπὶ παρακλήσει καὶ παραμυθίᾳ τὸ ἔλεός σου γενέσθαι δέομαι κατὰ τὸ λόγιόν σου τῷ δούλῳ σου· τοῖς γὰρ μετανοοῦσιν ἐπηγγείλω

γεῖλω ἀμψῦνειαν. ἡ κατεύχεται δὲ τ᾽ ἐχθρῶν αἰσχυνθήτωσαν λέγων, ἀλλ᾽ ὑπερεύχεται. ἡ γὰρ αἰσχύνη σωτηρίαν πραγματεύεται, εἰς συναίσθησιν ἄγουσα τὸν ἁμαρτάνοντα. αἰσχύνθητωσαν οὖν, φησιν, ἐπὶ τὸ αἰσχυνθῆναι καὶ μαθέτωσαν ὡς ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ, ἐμοῦ μηδὲν ποιοῦντος, ἀλλ᾽ ἀδολεσχοῦντος ταῖς ἐντολαῖς σου.

οθ᾽. Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε.] Τῆς παρὰ τῶν σῶν οἰκείων τύχοιμι παιδείας, καὶ ἐκεῖνοί με ἐπιστρεψάτωσαν πόρρω γεγενημένον αὐτῶν. ἤ, ὡς ὁ Σύμμαχος, ἀναστρεψάτωσάν με οἱ πλουτοῦντες τὸν φόβον τὸν σόν, ὡς ἂν ἄμωμος γένηται ἡ καρδία μου, καὶ αἰσχύνης ἀπαλλαγῶ τῆς ἐφ᾽ οἷς ἐπλημμέλησα. αἰσχύνης γὰρ αἴτιον ἡ ἁμαρτία. ἕτερος δὲ ἀντὶ τοῦ ἄμωμος τελεία εἶπεν.

lentiam promisisti. Ceterùm cùm dicit *Confundantur*, non imprecatur inimicis, sed pro ipsis preces fundit. Nam confusio salutem operatur, dum peccantem adducit ad compunctionem. Confundantur igitur, inquit, & discant quàm iniustè aduersus me deliquerint, cùm ego nihil fecerim, sed in mandatis tuis exercerer.

CATENA PATRVM.

79. CONVERTANTVR AD ME QVI TIMENT TE.] Familiarium tuorum consequar castigationem, atque illi me procul ab ipsis elongatum conuertant. Vel, vt Symmachus ait, *Reuertantur ad me qui habent timorem tuum, vt immaculatum fiat cor meum*, & liberer à confusione quam pro delictis incurri. Peccatum enim est causa confusionis. Alius autem pro *immaculatum* dixit *perfectum*.

Castigatio Dei amicos ad ipsum conuertit.

CATENA PATRVM.

ξε. Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου.] Διδύμου. Ἀντὶ τοῦ χρηστότητα ἐποίησας, εὐεργέτησας τὸν δοῦλόν σου, ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. διδάσκεται δὲ ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος, μὴ ἀναισθήτως ἔχειν τῆς εἰς αὐτὸν γεγενημένης τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας· εἰδέναι δέ, ὅτι χρηστότητι θεοῦ φθανούσης εἰς αὐτὸν κατηξίωται δοῦλος χρηματίσαι θεοῦ, κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ γενόμενος, ὄντος παρὰ τῷ θεῷ χρηστότητος καὶ ἀποτομίας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. ἡ μὲν χρηστότης γίνεται ἐπὶ τοὺς ἑστηκότας τῇ πίστει, ἡ δὲ ἀποτομία ἐστὶν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας αὐτῆς. ἐπεὶ οὖν ὁ ἅγιος ἐβεβαιοῦτο ἐν τῇ πίστει χρηστότητα, εἶπεν, ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου. σοῦ δὲ ἔφη, παραστῆσαι βουλόμενος, μὴ κατὰ ἀποκλήρωσιν γινομένην μετά τινος τὴν χρηστότητα τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ τοῦ δουλεύοντος αὐτῷ, ὅστις ποτ᾽ ἂν ᾖ οὗτος. τὸ δὲ κατὰ τὸ λόγιόν σου προσκείμενον, δηλοῖ, σὺν λόγῳ καὶ αἰτίᾳ λογικῇ γίνεσθαι μετά τινος τὴν τοῦ θεοῦ χρηστότητα, παιδείαν μὲν τὴν ἠθικὴν, γνῶσιν δὲ τὴν διανοητικὴν ἀρετὴν καλῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπεὶ δέ, φησιν, ὀρθῶς καὶ δικαίως ταῖς παρὰ σοῦ ἐντολαῖς προσελθὼν ἐπίστευσα αὐταῖς, ὡς τηρῆσαι αὐτὰς ὄρεξόν μοι σοφίαν, διδάξας με χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν. συνᾴδει τούτοις τό, ἐπε-

65. BONITATEM FECISTI CVM SERVO TVO.] DIDYMI. Pro *Bonitatem fecisti* Symmachus exposuit, *Benefecisti seruo tuo.* Docetur autem is qui diuinis instructus est, ne insensatè se gerat pro beneficio ipsi à Deo præstito; sed sciat, quòd bonitate Dei ipsum præueniente dignus sit habitus vocari seruus Dei, secundùm verbum eius talis effectus, cùm apud Deum sit benignitas & seueritas, iuxta Apostolum. Siquidem benignitas fit in illos qui stant fide, seueritas verò in eos qui ab illa destiterunt. Cùm igitur hic sanctus in fide confirmatus esset, *Bonitatem*, inquit, *fecisti cum seruo tuo. Tuo* autem dixit, ostendere volens, bonitatem Dei non per sortitionem cum aliquo factam esse, sed cum seruo eius, qualiscumque tandem is fuerit. Illud autem quod adiungitur, *Secundùm eloquium tuum*, declarat, cum ratione & causa rationabili bonitatem Dei cum aliquo fieri, *disciplinam* quidem moralem, *scientiam* verò mentalem virtutem appellans.

TETH.

Dei in seruos suos benignitas.

ANONYMI. Ceterùm, inquit, cùm rectè ac iustè ad mandata tua accedens crediderim, vt ea obseruarem præbe mihi sapientiam, docens me bonitatem & disciplinam & scientiam. Consonat his illud, *Concupisti*

Eccli. 1, 33.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

cupisti sapientiam? serua mandata; & Dominus præbebit tibi eam.

67. PRIVSQVAM HVMILIARER.] ORIGENIS. In primis enim mentis motibus, &, vt sic dicam, primis naturalium cogitationum interſionibus, tyrannis tentatoris intolerabilior exiſtit, & antequam nos à diabolo humiliationem ſuſtineamus, prædelinquimus, interiorem euerſionem ipſo inſultu hoſtili antiquiorem intelligentes.

Quanta sit tyrannis primorum motuum natura corrupta.

THEODORI. Antequam humiliemur perfectè peccatum perpetramus, conſcientiâ cogitationum illud honorantes & admittentes, atque per ipſum ingreſſus locum ſatanæ præbentes. Ceterùm hæc paſſio typus & imago erit facinoris ipſius proditoris.

DIDYMI. Propter priora, inquit, peccata quæ commiſeram traditus humiliabar, Dei iudicio hæc perpeſſus. Quam ob cauſam quoque diſciplinæ traditus rogo erudiri, vt agnoſcam hanc humiliationem quæ mihi accidit per bonitatem & diſciplinam eueniſſe.

EVSEBII. Oſtendit humiliationem accidere ad noſtram vtilitatem. Et ſi priuſquam quidem humiliaremur delinquamus, humiliati certè non tantùm à delictis abſtinemus, verùm etiam eloquia Dei exequimur. *Quem enim diligit Dominus caſtigat; flagellat autem omnem filium quem ſuſcipit.*

Hebr. 12, 6.

68. BONVS ES TV DOMINE.] HESYCHII. Opus iuſti eſt, in omnibus quæ accidunt contentum à prouidentiâ hilariter accipiendo, etiam in ijs quæ acerbiora reputantur Deo dicere illud, *Bonus es tu*; item illud, *Benedicam Dominum in omni tempore*, idem animi propoſitum retinendo.

Pſal. 33, 1.

APOLINARII. Pro *Benignus es tu*, etiam reliquæ editiones *Bonus es tu* interpretatæ ſunt. Scio igitur, inquit, & nequaquam ambigo de natura tua, quòd nimirum ipſa bonitas ſit, ſed opus habeo diſciplinâ iuſtificationum tuarum, quam rogo vt me doceas. Opus enim eſt eruditione ad ſermones de ſuperbis cognoſcendos.

69. MVLTIPLICATA EST SVPER ME INIQVITAS.] ORIGENIS. Quantum iuſtus aliquis Deo magis afficitur, & in ipſo pax Dei multiplicatur, tantumdem, tamquam aduer-

θύμησας σοφίαν; διατήρησον ἐντολάς· καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν.

ξζʹ. ΠΡΟ ΤΟΥ ΜΕ ΤΑΠΕΙΝΩΘΗΝΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν γὰρ ταῖς τοῦ νοῦ προπαθείαις, καί, ἵν' οὕτως εἴπω, προσαποκινήσεσι ταῖς διανοημάτων φυσικῶν, ἡ τοῦ πειράζοντος τυραννὶς ἀφορητοτέρα γίνεται, καὶ πρὶν ὑπομεῖναι τὴν παρὰ τοῦ διαβόλου ταπείνωσιν, προπλημμελοῦμεν ἡμεῖς, πρεσβυτέραν τῆς ἐφόδου τὴν εἰς τὸ ἔσω νοοῦντες καταστροφήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πρὸ τοῦ γὰρ ταπεινωθῆναι τελείως τὴν ἁμαρτίαν προπλημμελοῦμεν, ἡμεῖς τῇ συνειδήσει τῶν λογισμῶν τιμῶντές τε αὐτὴν καὶ καταδεχόμενοι, καὶ τόπον εἰσόδου διδόντες διὰ τούτου τῷ σατανᾷ. ἔσται δὲ τύπος καὶ εἰκὼν τοῦ πράγματος τοῦ προδότου τὸ πάθος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διὰ τὰς προτέρας μοι, φησί, πραχθείσας ἁμαρτίας παραδοθεὶς ἐταπεινώθην, κρίσει θεοῦ ταῦτα παθών. οὗ δὴ καὶ χάριν παιδείᾳ παραδοθεὶς δέομαι διδασκαλίας, ὡς ἂν γνῶ ὅτι ἡ ταπείνωσις ἡ γενομένη μοι κατὰ χρηστότητα καὶ παιδείαν ἐγένετο.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δείκνυσιν ὅτι πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἡ ταπείνωσις γίνεται. εἰ γὰρ πρὶν μὲν ταπεινωθῆναι πλημμελοῦμεν, ταπεινωθέντες δὲ οὐ μόνον πλημμελημάτων ἀπεχόμεθα, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ κατορθοῦμεν τὰ λόγια. ὥστε ὃν ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

ξηʹ. ΧΡΗΣΤΟΣ ΕΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Δικαίου ἔργον ἐστίν, ἐπὶ πᾶσι συμβαίνουσιν ἀρεσκόμενον ἀπὸ τῆς προνοίας ἱλαρῶς δεχόμενον λέγειν, καὶ ἐπὶ τοῖς πικροτέροις εἶναι νομιζομένοις τῷ θεῷ τό, Χρηστὸς εἶ σύ· καὶ τό, εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, τῆς αὐτῆς ἐχόμενον προαιρέσεως.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ χρηστὸς εἶ σύ, καὶ αἱ λοιπαὶ ἐκδόσεις. ἀγαθὸς εἶ σὺ ἡρμήνευσαν. οἶδα μὲν οὖν, φησί, καὶ οὐκ ἀμφιβάλλω περὶ τῆς σῆς οὐσίας, ὅτι δὴ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν πέφυκεν, ἀλλὰ δέομαι διδασκαλίας τῶν δικαιωμάτων σου, ἣν ἀξιῶ διδάξαι με. διδασκαλίας γάρ μοι δεῖ εἰς τὸ γνῶναι τοὺς περὶ τῶν ὑπερηφάνων λόγους.

ξθʹ ΕΠΛΗΘΥΝΘΗ ΕΠ ΕΜΕ ΑΔΙΚΙΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσον δίκαιός τις ἐστὶ προστιθέμενος ἐπὶ πλεῖον τῷ θεῷ, καὶ πληθύνεται ἐν αὐτῷ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς

ἐπὶ

Digitized by Google

ἐπὶ ἀθλητὴν μείζονα, ἐπ' αὐτῷ πληθύνεται ἡ τῶν ἀδικεῖν αὐτὸν θελόντων ὑπερηφάνων, εἴτε δυνάμεων ἀντικειμένων, εἴτε ἀνθρώπων ἀδικία. τούτου δὲ γινομένου, οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἐνδίδωσι, τοῦ μὴ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξερευνᾷν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ ποιῆσαι αὐτάς.

ό. ΕΤΥΡΩΘΗ ΩΣ ΓΑΛΑ Η ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ὑπερηφανίας εὔτονοί τινες καὶ ἁπαλοὶ ἦσαν τὴν καρδίαν καὶ πότιμοι, ὡς γάλακτι παραβάλλεσθαι τρυφερωτάτῳ· ἡνίκα δὲ τὴν ὑπερηφανίαν ἐνεδύσαντο, πάντες σκληρυνθέντες, οἱονεὶ ἀπὸ γάλακτος εἰς τυρὸν μεταβεβλήκασιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐτυρώθη ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, ἐλιπάνθη ὡς στέαρ ἡ καρδία αὐτῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐμυαλώθη ὡς στέαρ ἡ καρδία αὐτῶν. πλὴν ἀλλ' εἰ κἀκεῖνοι ἐν τούτοις ἦσαν, ἐγὼ τὸν ἐμοὶ προκείμενον, οὐκ ἀπεχώρησα, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξερευνῶν τὰς ἐντολάς σου, ἀπὸ τῆς τούτων ἐρεύνης τὴν γνῶσιν τῆς σῆς προνοίας καὶ τῆς καθόλου διοικήσεως θηρώμενος. καὶ τῶν μὲν ἡ καρδία ἐλιπαίνετο ἐν τῇ παρούσῃ αὐτοῖς τροφῇ, ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα.

οα'. ΑΓΑΘΟΝ ΜΟΙ ΟΤΙ ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΑΣ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐαρεστούμενος τοῖς ἐπιπόνοις πειρασμοῖς καὶ περιστάσεσιν, ἅπερ ἔθος ταπείνωσιν ὀνομάζεσθαι, ταῦτά φησιν. ὡσεὶ ἔλεγεν· εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις, ἵν' ἐκ τοῦ ταῦτα ὑπομεμενηκέναι ἄξιος κριθῶ τοῦ μανθάνειν τὰ δικαιώματά σου, οὐδενὸς αὐτὰ εἰσομένου μὴ πρότερον ταπεινωθέντος, καὶ ἐν πολλοῖς θλιβέντος.

οβ'. ΑΓΑΘΟΣ ΜΟΙ Ο ΝΟΜΟΣ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διὰ τί; ἐπειδὴ ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ τοῖς προσέχουσι παρέχει τὸ αὔταρκες. χρυσίου δὲ καὶ ἀργυρίου χιλιάδες εἰς ὄρεξιν πλούτου καὶ πλεονεξίας ἐπιθυμίαν τὸν κεκτημένον διερεθίζουσι· καὶ οὐδέποτε ὁ τοιοῦτος ἀνενδεὴς εὑρίσκεται, ἐπιθυμῶν τοῦ πλείονος, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἐνδείᾳ καὶ ὑστερήσει γίνεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἀγαθός μοι ὁ νόμος ὃν ἀπὸ τοῦ στόματός σου ἐλάλησας· στόμα δέ σου ὁ Χριστός ἐστι. καταφρονῶ γὰρ χιλιάδων χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὑπὲρ τοῦ ἀπολαῦσαι τοῦ νόμου τοῦ στόματός σου. δύναται δέ τις καὶ νόμον στόματος λέγειν τὴν τάξιν τῶν χρηματιζομένων καὶ λεγομένων διὰ στόματος

ſus maiorem athletam, ſuper ipſum ſuperborum, ſiue virtutum aduerſariarum, ſiue hominum ipſi nocere cupientium iniquitas multiplicatur. Verùm cùm hoc fit, nequaquam tamen vel in minimo remiſſior euadit, quo minùs in toto corde ſcrutetur mandata Dei, vt faciat ea.

CATENA PATRVM.

70. COAGVLATVM EST SICVT LAC COR EORVM.] ANONYMI. Nonnulli enim ante ſuperbiam quidem ſtrenui erant & corde ſimplici atque potabili, ita vt cum lacte delicatiſſimo compararetur; poſtquam autem ſuperbiam induerunt, omnes indurati, quaſi è lacte in caſeum tranſmutati ſunt.

Superbia facit corda coagulari.

THEODORI. Pro *coagulatum* Aquila quidem ait, *Impinguatum eſt ſicut adeps cor eorum*; Symmachus verò, *Medullatum eſt ſicut adeps cor eorum.* Verumtamen licet illi in his verſarentur, ego propoſitum minimè deſerui, in toto corde ſcrutans mandata tua, ex eorumdem inueſtigatione prouidentiæ totiuſque gubernationis tuæ notitiam indagans. Atque illorum quidem cor impinguatum eſt præſenti cibo eorum; ego verò legem tuam meditatus ſum.

71. BONVM MIHI QVIA HVMILIASTI ME.] ORIGENIS. Boni conſulens laborioſas tentationes atque pericula, quæ humiliationem appellare ſolet, hæc dicit. q. d. Contentus ſum in infirmitatibus, in iniurijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs, vt iſtiuſmodi tolerando dignus iudicer diſcere iuſtificationes tuas, quas nemo nouit niſi priùs humiliatus fuerit, & in pluribus tribulatus.

72. BONA MIHI LEX ORIS TVI.] ANONYMI. Ad quid? Quia lex Dei ijs qui illi attendunt præbet id quod ipſis ſufficiat. Millia verò auri & argenti eorum qui illa poſſident appetitum irritat ad ampliores diuitias deſiderandas: & numquam talis non indigus reperitur, cùm plura ſemper concupiſcat, atque idcircò in penuria & egeſtate exiſtat.

DIDYMI. Id eſt, Bona mihi lex quam ore tuo pronunciaſti: os autem tuum Chriſtus eſt. Deſpicio enim millia auri & argenti, vt fruar lege oris tui. Poteſt quis etiam legem oris dicere ordinem eorum quæ pronuntiantur & dicuntur per os Dei,

Bona lex oris Dei ſuper aurum & argentum.

CATENA PATRVM.

Dei, quorum prima recitantur in ijs qui primùm instituuntur, & posteriora ijs qui priora susceperint, & sic deinceps, donec perfecti euaserint.

EVSEBII. Cùm duplex sit lex, vna quidem spiritualis, & secundùm intelligentiam, alia verò secundùm litteram & vmbram *ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Hic Propheta bonam sibi dicit legem oris diuini super omnia mundi delectabilia, quæ per millia auri & argenti declarauit. Secundùm theoriam autem accipiendum est argentum pro sermone, aurum verò pro sensu.

Galat. 3, 19.

IOD.

73. MANVS TVÆ FECERVNT ME.] ANONYMI. Cùm Deus cælum & terram & omnia quæ in eis sunt verbo & præcepto condidisset, quando venit ad hominem dixit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem.* Cui autem alteri dicit *Faciamus hominem* nisi Filio suo vnigenito Spirituique sancto, quos etiam manus modò appellat. Sed & in Iobo scriptum est: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, posteà mutatus me diro modo crucias, renouans in me quæstionem meam.* Itaque manus Dei fecerunt & plasmauerunt. Et Origenes quidem & nonnulli alij verbum *fecerunt* de anima dictum existimant; *plasmauerunt* autem de corpore. Alij porrò *fecerunt* de priore illa creatione dictum asserunt; *plasmauerunt* verò de lauacro regenerationis ac reformationis.

Gen. 1.

Cui Deus in creatione hominis dixerit, Faciamus hominem.

Iob 10, 8.

THEODORI. Ceterùm hæc postulatio consentanea est vt ad Conditorem fiat. q. d. Figmenti tui curam gere, & intelligentiâ perfice animal intellectuale, & quod ad familiaritatem tuam destinasti, hoc per consiliorum tuorum notitiam tibi intimum rede: quandoquidem homo etiam ab initio opus habuit præcepto, quo muniretur facilitas eius contra deceptionem: & certè cum ab illo aberrauerit, pluribus indiget quæ maiorem eius suppleant egestatem. Tamquam igitur à Deo formatus, rogat vt ab illo erudiatur, & intelligentiam accipiat.

74. QVI TIMENT TE VIDEBVNT ME.] ORIGENIS. Qui Deum timent, cùm nihil ipsis desit, perfecti sunt: tales autem existentes boni sunt per timorem quem habent; quapropter etiam omnes volunt proficere &

θεοῦ, τῶν πρώτων τοῖς εἰσαγομένοις λεγομένων, καὶ δεύτερον τοῖς τὰ πρότερα ἀνειληφόσι, καὶ οὕτω καθεξῆς, ἕως οὗ τελειωθῶσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διττοῦ ὄντος τοῦ νόμου, τοῦ μὲν πνευματικοῦ, καὶ πρὸς διάνοιαν, τοῦ δὲ κατὰ τὸ γράμμα καὶ τὴν σκιὰν διαταγέντος δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. ὁ προφήτης ἀγαθὸν αὐτῷ λέγει τὸν νόμον τοῦ θείου στόματος ὑπὲρ πάντα τοῦ κόσμου ἡδέα, ἃ διὰ χιλιάδων χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐδήλωσε. πρὸς θεωρίαν δὲ λεκτέον τὸ ἀργύριον ἀντὶ λόγου, τὸ δὲ χρυσίον ἀντὶ νοῦ.

ογ'. ΑΙ ΧΕΙΡΕΣ ΣΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ θεὸς οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ δημιουργήσας καὶ προστάγματι, ὅτε ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἶπε· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. τίνι δὲ ἄλλῳ λέγει ποιήσωμεν ἄνθρωπον ἢ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, οὓς καὶ χεῖρας νῦν ἀποκαλεῖ. καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ γέγραπται· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με, μετὰ ταῦτα μεταβαλών με δεινῶς ὀλέσεις, ἐπανακαινίζων ἐπ' ἐμὲ τὴν ἔτασίν μου. Οὐκοῦν αἱ χεῖρές τοῦ θεοῦ ἐποίησαν καὶ ἔπλασαν. Καὶ Ὠριγένης μὲν καὶ ἕτεροί τινες τὸ ἐποίησαν ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰρῆσθαι φασί· τὸ δὲ ἔπλασάν με ἐπὶ τοῦ σώματος. ἄλλοι δὲ τὸ μὲν ποιήσωμεν ἐπὶ τῆς πρώτης δημιουργίας φασὶν εἰρῆσθαι· τὸ δὲ ἔπλασαν ἐπὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀναπλάσεως.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀκόλουθον δὲ ὡς πρὸς δημιουργὸν τὸ αἴτημα. οἷον· τοῦ σοῦ φρόντισον ποιήματος, καὶ τελείωσον τῇ νοήσει τὸ ζῶον τὸ νοητικόν, καὶ ὃ πρὸς οἰκείωσιν τὴν σὴν παρεσκεύασας, τοῦτο διὰ τῆς σῆς γνώσεως τῶν βουλημάτων οἰκείωσαι· ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς προστάγματος ὁ ἄνθρωπος ἐδεήθη ἐξασφαλιζομένου τὸ ἄγαν εὔκολον πρὸς δελεασμόν· καὶ δὴ ἀποσφαλεὶς ἐκείνου, πλειόνων δεῖται τῶν τὴν μείζονα πληρωσόντων ἔνδειαν. ὡς οὖν παρὰ θεοῦ πλασθείς, παρ' αὐτοῦ μαθητευθῆναι πρεσβεύεται, καὶ σύνεσιν λαβεῖν.

οδ'. ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΣΕ ΟΨΟΝΤΑΙ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ θεὸν φοβούμενοι, τῷ μηδενὸς αὐτοὺς ὑστερεῖν, τέλειοί εἰσιν· ὄντες δὲ τοιοῦτοι ἀγαθοὶ τυγχάνουσι κατὰ τὸν οὗ ἔχουσι φόβον· διὸ καὶ πάντες βούλονται προκόπτειν καὶ

ὠφέλειαν

ὠφέλειαν ἔχειν, καὶ εὐφραίνονται ἐπὶ τοῖς εὐαρεστοῦσι Θεῷ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ πάντες οἱ βλέποντες τὸν δίκαιον εὐφραίνονται· βαρὺς γάρ τισιν ἐστι καὶ βλεπόμενος, ὅτι ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἡδέως αὐτὸν ὁρῶσιν. ὥσπερ δὲ τούτοις βαρύς ἐστι βλεπόμενος, οὕτως εὐφροσύνη τοῖς εὐσεβέσι. τὸ δὲ βλέπειν ἢ αἰσθητῶς νοεῖται καὶ κατὰ τὸ ὁρώμενον πρόσωπον, ἢ νοητῶς κατὰ τὴν ψυχὴν, ἵνα εἴπῃ τὸν λόγον αὐτοῦ, τὰ νοήματα αὐτοῦ, τὴν σοφίαν ἣν ἔχει. ζητήσωμεν οὖν οὕτως αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ εὐφρανθῆναι ταύτῃ τῇ νοήσει.

οέ. ΕΓΝΩΝ ΚΥΡΙΕ, ΟΤΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὅτι δικαιοσύνη ἐστι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ὁ πιστὸς πιστεύει, ἀλλ᾽ οὐκ αὖ ἔγνω εἰ μὴ ἔλαβε λόγον γνώσεως· ὁ δὲ ἄπιστος οὐδὲ πεπίστευκεν, ἀλλ᾽ ἐγκαλεῖ τῇ προνοίᾳ. περὶ τούτων οὖν τῶν κριμάτων ὁ μέν τις πεπίστευκεν, ὁ δὲ ἀπιστεῖ· ὁ δὲ βελτίων οὐ πεπίστευκε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔγνω, τίς ἡ ἐν τούτοις κρίσις τοῦ Θεοῦ. καὶ κατὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν γνῶσιν ἀνειλήφει ὁ προφήτης.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πολλάκις δὲ ἐτήρησα, ὅτι τὸ ἐταπείνωσάς με λέγεται πολλαχοῦ καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ψαλμοῖς ἀντὶ τοῦ πειρασμοῖς περιέβαλές με. χωρὶς γὰρ τῆς ἐν πολλοῖς διηνεκοῦς γυμνασίας, καὶ τῆς παρ᾽ ἐλπίδα γινομένης Θεοῦ βοηθείας, οὐκ ἔστι βεβαίως ἄνθρωπον ἐν ἀρετῇ παγῆναι.

ος΄. ΓΕΝΗΘΗΤΩ ΔΗ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἔλεος γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὃς καὶ παρεκάλεσεν ἡμῶν τὰς καρδίας τυραννουμένας ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· καὶ οὕτως δέομαι, κατὰ τὸν σὸν λόγον ἐμοὶ τῷ δούλῳ σου ἐπὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίᾳ τὸ ἔλεός σου γενέσθω. πολλοὶ γὰρ παρακλήσεως τυχόντες ἀπατῶνται, ὡς ἐξ ἰδίας φρονήσεως καὶ ἀπὸ λογισμοῦ τοῦ ἐσχηκέναι. ὅπως οὖν μὴ ὡσαύτως τούτοις πλανηθῶ, ἐμοὶ τῷ δούλῳ σου τὸ ἔλεος σου γενέσθω.

οζ΄. ΕΛΘΕΤΩΣΑΝ ΜΟΙ ΟΙ ΟΙΚΤΙΡΜΟΙ ΣΟΥ.] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ὁ προφήτης ὡς γενναῖος ἀθλητὴς, καὶ μεμαθηκὼς φέρειν τὰ συμβαίνοντα, εὔχεται οὐκ ἀποστῆναι τὰ λυποῦντα αὐτὸν, ἀλλὰ δοθῆναι αὐτῷ ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρασμῶν λόγον ἰσχυρὸν παρακλήσεως, τὸν δυνάμενον αὐτῷ χαρίσασθαι μετὰ πάσης ἐν-

vtilitatem referre, & recreantur ijs quæ Deo placent.

DIDYMI. Non omnes qui vident iustum lætantur: nonnullis enim etiam *grauis est ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius*, & idcircò non libenter illum vident. Sicut autem illis grauis est ad videndum, ita pijs est lætitia. Illa porrò visio vel sensibiliter accipitur & secundùm faciem quæ videtur, vel intelligibiliter secundùm animam, ac si dicat sermonem ipsius, cogitationes eius, sapientiam quam habet. Hoc modo igitur quæramus eum videre, & hac cognitione lætari.

75. COGNOVI DOMINE, QVIA IVSTITIA.] APOLINARII. Fidelis iudicia Dei iustitiam esse credit, sed minimè cognouit nisi acceperit sermonem scientiæ: infidelis verò ne quidem credidit, sed incusat prouidentiam. His igitur iudicijs alius quidem credidit, alius verò fidem denegat: probatior autem non solùm credidit, verum etiam agnouit, quodnam in his sit iudicium Dei. Et secundùm ea quæ hominibus accidunt hanc notitiam Propheta accepit.

EIVSDEM. Sæpenumerò autem obseruaui, illa verba *Humiliasti me* frequenter & potissimùm in Psalmis dici pro Tentationibus me circumdedisti. Nam nisi quis in plurimis molestijs exerceatur, & præter spem Dei auxilium adsit, non potest homo firmiter in virtute stabiliri.

76. FIAT NVNC MISERICORDIA TVA.] ATHANASII. Misericordia enim Patris est Filius, qui & consolatus est corda nostra à satana tyrannizata: & sic rogo, vt secundùm verbum tuum mihi seruo tuo in solatium & consolationem misericordia tua accidat. Plurimi enim solatium adepti decipiuntur, quasi ex propria industria & ratiocinatione illud obtinuerint. Ne igitur similiter atque illi decipiar, fiat mihi seruo tuo misericordia tua.

77. VENIANT MIHI MISERATIONES TVÆ.] TIMOTHEI. Hic Propheta tamquam generosus athleta, & qui quæcumque euenerint ferre didicerit, rogat non auferantur ea quæ ipsum affligunt, sed vt in tempore tentationum detur illi potens verbum consolationis, quod vires illi suggerat ad id quod euenerit cum omni alacritate

CATENA PATRVM.

Sap. 2, 15. *Iustus bonis gratus, improbis grauis est ad videndum.*

Filius Dei est misericordia Patris.

CATENA PATRVM.

tate & absque perturbatione ferendum. In hoc enim, inquit, miserere mei, vt fiat mihi solatium & consolatio.

Confusio vtilis est superbis.

78. CONFVNDANTVR SVPERBI.] THEODORI. Orat Propheta non aduersus superbos qui ipsi iniuriam fecerant, sed hæc pro illis dicit. Qui enim peccat, quamdiu non sentit se peccasse, minimè erubescit; quando verò peccatorum suorum sensum acceperit, tunc veretur. Adducantur igitur, inquit, ad confusionem, & discant se iniustè contra me deliquisse, cùm ego nihil aliud fecerim quàm vacare mandatis tuis.

79. CONVERTANTVR AD ME QVI TIMENT TE.] ORIGENIS. Vult Propheta vt hi qui timent Deum conuertantur, & ad se veniant, vt suæ gratiæ illos participes efficiat.

ATHANASII. Compos sim doctrinæ seruorum tuorum: erit autem istiusmodi, qualis possit animas conuertere, eò quòd contineat timorem tuum.

80. FIAT COR MEVM IMMACVLATVM.] DIDYMI. Hoc simile est isti, *Cor mundum crea in me Deus.* Psal. 50.

THEODORI. Omnia enim peccata confusione digna sunt. Quousque igitur cor imperfectum existit, multa illi sollicitudo & contentio est, ne fortè infirmetur & semetipso deterior euadat: quando autem ad apicem perfectionis attigerit, in virtutis habitu constitutum, fiet extra omnem metum, non ampliùs titubans, ne fortè confundatur.

Perfectus fit extra metum.

ANONYMI. Propheta nos docet desiderare Verbum, & amare salutare Dei.

θυμίας καὶ ἀταραξίας φέρειν τὸ συμβεβηκός. ἐν τούτῳ γάρ με, φησὶν, ἐλέησον, ἵνα γένηταί μοι παράκλησις καὶ παραμυθία.

οη΄. ΑΙΣΧΥΝΘΗΤΩΣΑΝ ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εὔχεται ὁ προφήτης οὐ κατὰ τῶν αὐτὸν ἀδικησάντων ὑπερηφάνων, ἀλλὰ ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν φησιν. ὁ ἁμαρτάνων γὰρ ὅσον μὲν ἀναισθητεῖ τοῦ ἡμαρτηκέναι, οὐκ ἐρυθριᾷ· ὅταν δὲ εἰς συναίσθησιν ἔλθῃ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, τότε αἰδεῖται. ἐλθέτωσαν οὖν, φησιν, ἐπὶ τὸ αἰσχυνθῆναι, καὶ μανθανέτωσαν ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, ἐμοῦ οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντος ἢ ἀδολεσχοῦντος ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου.

οθ΄. ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΤΩΣΑΝ ΜΕ ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Βούλεται ὁ προφήτης τοὺς φοβουμένους τὸν θεὸν ἐπιστρέψαι, πρὸς αὐτὸν καὶ οἰκεῖν, ἵν' αὐτοῖς μεταδῷ τῶν χαρισμάτων τῶν ἐν αὐτῷ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῆς παρὰ τῶν σῶν οἰκετῶν διδασκαλίας τύχοιμι· ἔσται δὲ τοιαύτη, οἵα ἐπιστρέφειν εἰδυῖα ψυχὰς, διὰ τὸ πλουτεῖν τὸν φόβον τὸν σόν.

π΄. ΓΕΝΗΘΗΤΩ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΑΜΩΜΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Παραπλήσιος τῷ, Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πάντα γὰρ τὰ ἁμαρτήματα αἰσχύνης ἐστὶν ἄξια. ἕως μὲν οὖν ἡ καρδία ἀτελὴς τυγχάνῃ, πολλὴ φροντὶς καὶ ἀγωνία, μήποτε ἄρα καὶ ἀσθενήσῃ καὶ χείρων ἑαυτῆς γένηται· ὅτι δὲ εἰς ἄκρον φθάσῃ τελειότητος, ἐν ἕξει ἀρετῆς κατασᾶσα, ἔξω γενήσεται παντὸς φόβου, οὐκέτι ἀμφιβάλλουσα, μήποτε ἄρα καταισχυνθῇ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ προφήτης ἐπιθυμεῖν τοῦ λόγου, καὶ ἐρωτικῶς ἔχειν πρὸς τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

IETH. Sanctitas cum scientia coniungenda.

66. BONITATEM, *& disciplinam, & scientiam doce me.*] Vbi notandum vt primò bonitatem & sanctitatem quærat, & propter illam disciplinam & scientiam acquirat; quæ dum hoc fine quæritur, & ipsa scientiæ acquisitio instrumentum virtutis efficitur, mirâ scientiæ sectator pulchritudine mentis decoratur: nam dum intellectum instruit, voluntatem regit, affectus dirigit, sensusque moderatur, & quidquid à rectitudine deuiat mirâ sedulitate componit. Egregiè sanè Bernardus Serm. 37. in Cant. ait: *Non dico contemnendam aut negligendam scientiam litterarum, quæ ornat animam, & erudit eam, & facit vt possit etiam alios erudire. Sed duo illa oportet & expedit vt præcedant, in quibus summam salutis constitui superior ratio declarauit. Et vide si non intuebatur, & non docebat hunc ordinem, qui dicebat: Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, & illuminate vobis lumen scientiæ.* Osee 10. *Vltimam posuit scientiam tamquam picturam, quæ statum habere nequeat super inane: & inde illa duo præmisit, & subiecit illi, tamquam si solidum aliquid picturæ substerneret.* Ita igitur scientiæ studendum, vt virtutis maiorem rationem habeamus; imò & ipsam scientiam adiumentum virtutis atque instrumentum sanctitatis faciamus: quod vtique fiet, si eius præsidio non solùm intellectum instruamus, verùm etiam affectum ad bonum diligen-

Virtutis maior quàm scientiæ est habenda ratio.

Digitized by Google

diligendum & malum odiendum excitemus. Hoc pulchrè expendit B. Laurentius Iustinianus de Casto connubio cap. 14. sic scribens: *Res quidem sancta est scientia, si diligendo operatur quod nouit: per se enim non sufficit. Hinc non solam scientiam à Domino poposcit Propheta; sed bonitatem, inquit, & disciplinam & scientiam doce me.* Per *bonitatem* exponit S. Ambrosius Dei clementiam, per *disciplinam* autem eiusdem timorem. Ergo vtrumque simul doceri exposcit Dauid, nempe *bonitatem & disciplinam*; ne solam misericordiam absque iustitia contempletur, néve solam iustitiam absque misericordia, sed vtramque simul. *Vnde* (ait Ambrosius) *bonitatem Dei ab ipso quærit doceri, ne fortè quis perfunctoriè accipiens bonum Deum esse, in erroribus perseueret, quòd per misericordiam Dei impunitatem suis possit dare peccatis. Cùm etsi indulgeat Dominus, tamen fœda est conuersatio, in criminibus semper hærere. Non ergo bonitas ista vulgaris est, sed quæ semper disciplinæ expectat profectum; ideoque qui intelligit aptam Dei esse bonitatem, doceri desiderat etiam disciplinam.* Sic ille. Felix nimirum doctrinæ & bonitatis nexus, suauis vitæ sermonisque harmonia, grata Dei, grata hominum auribus; alioquin absonus sonus est, vbi vita discordat à lingua, & mores ab ore.

Dauid sentiens pœnam, fatebatur culpam, & veniam consequebatur.

67. *Priusquam humiliarer ego deliqui.*] Quasi diceret: Propterea secuta est humiliatio, quia delictum antecessit. Ex qua confessione sibi remedium comparauit. Nam, vt benè D. Ambrosius Serm. 9. in eumdem Psalmum, *Si peccatis tuis*, inquit, *attribuas quòd humiliatus es; quidquid acciderit in te retorques, & ex reo incipis esse iustus, qui teipsum condemnas. Iustus enim accusator est sui in exordio sermonis.* Sic vnus è septem Macchabæis cùm torqueretur, *Nos*, inquit, *propter nosmetipsos hoc patimur peccantes in Deum nostrum.* Vbi iam martyrio coronandus oculos à proprijs peccatis non auertebat; vt priùs suis se lacrymis quàm effuso cruore expiaret. Nec aliter Azarias inter flammas Babylonicæ fornacis: *Peccauimus*, inquit, *& iniquè egimus*, &c. *omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti.* Dum animi noxas effusis lacrymis extinxit, ignis flammas illæso vestigio calcauit.

Prou. 18, 17.

2. Maccha. 7, 18.

Dan. 3, 29. & 31.

68. *Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.*] S. Augustinus paulò aliter legit: *Suauis es Domine, & in tua suauitate doce me iustitias tuas.* Quæ verba de V. Eucharistia exponit Serm. 4. de verbis Apostoli. Ac si dicat: Magistri flagris & virgâ adigunt discipulos suos ad doctrinam, ast tu Domine multâ suauitate & epulis concessis suauissimis me ad sapientiam protrahis. Sicut enim parentes datis placentulis & offulis mellitis filios paruulos ad ludum litterarium pertrahunt; non aliter tu, ô suauissime Pater, dato pane cælesti nos trahis ad Christiana dogmata haurienda, & ad labores perferendos. Ita S. Augustinus, cuius hæc sunt verba: *In tua suauitate doce me. Tunc disco vt faciam, si in tua suauitate doceas me. Ceterùm, quamdiu blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas, amara est veritas. In tua veritate doce me, vt suauis sit veritas: dulcedine tuâ contemnatur iniquitas*, &c.

69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum.*] Id est, Multorum hominum in me inuidiam lacessiui, dum ad exactiorem viuendi rationem adspiro. Vnde D. Ambrosius Serm. 9. in hunc Psalmum: *Quantò magis*, inquit, *quis Deo seruire desiderat, tantò magis in se excitat aduersarios; & tamquam athleta fortis coronam iustitiæ reportare desiderans, irritat in se plurimos, & lacessit qui inuident nostro profectui.* Sic etiam Christus Dominus cùm seuerioris vitæ exempla edidit orando, pernoctando & ieiunando, tunc diriora sustinuit dæmonis tentamenta: nam statim accessit tentator, nec alius quidem quàm ipse lucifer, vt D. Augustinus lib. 9. de Ciuitate cap. 21. testatur; seu, vt vocat D. Chrysostomus in Psal. 2. *archidæmon*: vt sicut nobilitate naturæ ceteris anteibat, ita & tentandi potestate acrior desæuiret. Nec semel tantùm, sed sæpiùs diabolum tentatorem passus est; iuxta illud Marci, *Tentabatur à satana*; & illud Lucæ, *Tentabatur à diabolo.* Vbi verbum illud *tentabatur* non vnum actum, sed frequentiam designat. Imò non ab vno tantùm dæmone, sed à pluribus tentationes patiebatur, vt Eusebius lib. 9. Demonstrationum cap. 7. testatur. Vbi enim maiora virtutum indicia exhibentur, ibi plures ad tentandum dæmones congrediuntur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dum crescit studium profectus crescunt etiam aduersarij.

Matth. 4, 3.

Marc. 1, 13. Lucæ 4, 2.

Vitium cor coagulat & indurat.

70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum.*] Sub hac metaphora inuehitur in homines immisericordes, qui scilicet stipem mendicantibus negant. Lac enim naturâ suâ fluidum est, & facilè dilabitur; si verò coaguletur, & in caseum subsistat, durescit illicò, neque ampliùs effluit. Non aliter natura humana quodam naturali ductu fertur ad succurrendum pauperi. Mouemur enim proprijs miserijs, vt alijs opem feramus. Quorumdam autem inhumanum est ingenium, & durescit instar casei. In hoc ergo istiusmodi hominum perditionem iure meritò refert Dauid; quia sicut dare libenter eleëmosynam, ad omnem pietatem efformat hominem; non aliter immitem esse ad succurrendum pauperi, in omnem inducit impietatem. Hæc est mens S. Ambrosij in hunc locum sic scribentis: *Coagulato enim lacte fit quædam concoctio, nec suauitatem habens eamdem, nec gratiam. Ergo coagulatum est per superbiam cor, & per inuidiam, quæ lenitatem naturæ fluentem & beneuolentiam malitiæ concoctione vitiat.*

Afflictio bonum pharmacum ad salutem.

71. *Bonum mihi quia humiliasti me.*] Hoc est, Amarum tribulationis poculum obtulisti; quod quia libenter exhausi, ad salutem fuit, & sanitatem mihi attulit. Huc vocanda Theodoreti paraphrasis: sic enim ille hæc verba exponit: *Gratias agit Vates ob seuera remedia; hinc discens sanitatem, quam consecutus est, processisse.* Salubre pharmacum afflictio & humiliatio fuit Prophetæ; erit & nobis si voluerimus, & hanc medicinam dementiâ correpti non reiecerimus. Nam, vt benè notauit peritus ille animorum Medicus Idiota lib. 2. de Vera patientia, Medicorum aphorisma ad Christi scholam in hunc modum traducens: *Scio, quòd sicut in medicamentis illa communiter sunt vtiliora, quæ amariora sunt, sic mundi attritio, correptio & tribulatio, quamuis sensualitati & carni sit medicina amara, tamen animæ & spiritui est* vtilis

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Humilitatis magna vtilitas.

vtilis & proficua, medicinalis & fructuosa. Ceterùm oportet vt quis lubens suscipiat ea quæ ipsum deprimunt, vt ipsa humilitas hominem altiùs euehat. Multa ad hoc institutum congerit S. Bernardus Serm. 34 in Cant. atque inter cetera hunc versiculum: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Non ait, Patienter tuli, quia humiliasti me, sed, *Bonum mihi*; id est, Iucundum & gratum fuit mihi, quòd humiliasti me. Sed quid inde emolumenti? *Vt discam iustificationes tuas.* id est, Abdita mysteriorum tuorum tenui, & opere mandata tua sum executus. En tibi in quantum apicem euehitur, quia lubens humilis est. *Vides* (inquit Bernardus) *quia humilitas iustificat, & non humiliatio. Quanti humiliantur, & humiles non sunt? Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxij, vltimi iusti.* Insuper adducit illud Iacobi: *Humilibus autem dat gratiam.* Non ait humiliatis, id est ijs qui patienter ferunt, & amant humiliari, his vberem gratiam Deus instillat. Talis fuit Rex Dauid cui hoc beneficium maius omnibus visum est, de hoc amplissimè gratias agens: *Bonum mihi*, inquit, *quia humiliasti me.* Dixerit Ioseph suo Pharaoni, Bonum mihi quia exaltasti me: dixerit Ruth suo Bozio, Bonum mihi quia ditasti me: dixerit Esther coniugi regio, Bonum mihi quia coronasti me: dixerit Mardochæus Assuero, Bonum mihi quia honorasti me: dixerit Tobias Angelo, Bonum mihi quia illuminasti me: dixerit Naaman Eliseo, Bonum mihi quia mundasti me: dixerit claudus Petro, Bonum mihi quia sanasti me: dixerit Lazarus Christo, Bonum mihi quia ad vitam reuocasti me. At Rex Dauid inter maxima beneficia reponens, *Bonum*, inquit, *mihi, quia humiliasti me:* bonum mihi, bonum omnino: nam hoc mihi longè vtilius, ideò & charius, quàm si aureos à te montes accepissem. Cur hoc obsecro huic Regi tam bonum? *Vt discam iustificationes tuas.* Hactenus, ait, cælestis curiæ stylum non satis intellexi, quid diuini iuris esset ignoraui; nunc demum Iureconsultus fio, sed in Academia patientiæ: hìc nemo doctus, nisi humiliatus. Iure merito itaque Dauid maximas refert gratias, non quòd ditatus & exaltatus, sed quòd humiliatus sit. Humiliatio siquidem & afflictio homini longè vtilissima est: hæc fortitudinem & fidelitatem, hæc commiserationem & abstinentiam, hæc orationem & mortificationem, hæc prudentiam & modestiam exactè docet. vt verum sit illud: *Quæ nocent docent.* quod Græci tam breuiter quàm eleganter: Παθήματα μαθήματα.

Iac. 4, 6.

IOD.

73. *Manus tuæ fecerunt me*, &c.] Hoc commendationis, inquit Ambrosius, vtitur Psaltes exordio, vt opus Dei se esse diceret, quò faciliùs circa operis sui gratiam fauor inclinaretur auctoris. Subdit proinde: *Da mihi intellectum, & discam mandata tua.* Quid est quòd Propheta, qui abditarum rerum reuelationem acceperat, & arcanorum cognitionem, qui secreta naturæ fuerat rimatus, nunc intellectum petat? Vide quid præmiserat: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.* Suæ naturæ cognitionem expetit: quapropter dari sibi intellectum exoptat. Difficile enim est, vt quis seipsum nouerit, & in suæ vilitatis cognitionem descendat. Vnde,

Intellectu opus est vt quis se nouerit.

quamuis multam diuinarum & humanarum rerum cognitionem acceperit quis, attamen in se inspiciendo & despiciendo adhuc tyro est, & vix è primo limine suæ humilitatis scientiam salutauit. Quamobrem Dauid cùm de sui cognitione agit, tamquam paruulus clamat: *Da mihi intellectum.* Non modò cognitionem petit, sed ipsam potentiam, quâ habenda sit cognitio. Siquidem ad inspicientiam & despicientiam nostram omnes sumus rudes, & veluti sine intellectu amentes & excordes. Ergo difficillimum est studium humilitatis & propriæ cognitionis. Huius doctrinæ S. Ambrosium idoneum auctorem accipe, cuius hæc sunt verba in hunc locum: *Intellectum petit, vt ipse se nouerit, & naturæ suæ possit scire rationem. At illi qui de rerum natura disputant, cæli scrutantur plagas, qui seipsos scire non possunt, putant intelligentiam sine Dei dono posse concedi. Vnde & nos humilitatem debemus sumere, ne extollamur.* Dauid ergo licet die ac nocte in Dei lege meditaretur, hìc tamen intellectum petit, significans hominis studium laboremque in diuinis Litteris perscrutandis nihil prodesse nisi Dei auxilium accedat, qui clausa reseret & aperiat. Vnde prudenter Cassiodorus Præfatione in lib. 1. de Diuinis lectionibus: *Oremus*, inquit, *vt nobis aperiantur illa quæ clausa sunt, & à studio legendi nullatenus abscedamus. Nam & Dauid cum esset in lege Domini iugiter occupatus, tamen clamabat ad Dominum dicens, Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Iungatur itaque humanus labor cum gratia diuina, & nostri studij imbecillitas diuini auxilij basi nitatur; alioquin ruet, nosque ingenti exitio obruet atque sepeliet.

Sine Dei dono & adiutorio nil possumus.

74. *Qui timent te videbunt me, & lætabuntur.*] Quasi ex solo iusti aspectu, vt malus ac durus, qui numquam in virtutem pronus est, ex onere conscientiæ contristatur & dolet, ita qui virtuti studet maximè lætetur, siue quòd viæ socium ac ducem, quo incitetur, inuenerit; siue quòd virtutis lineamenta in eius ore videns, in illius amorem accendatur. Audi S. Ambrosium Serm. 10. in hunc Psalmum: *Plerisque enim iusti aspectus admonitio correctionis est, perfectioribus verò lætitia est. Quàm pulchrum ergo, si videaris & prosis?* &c. *Nam si tanta est vis in naturalibus, vt animal visum prosit ictericis, ita vt mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratum ijs qui in huiusmodi inciderint passionem, dubitare possumus, quòd iusti sanet aspectus?* Similia habet S. Hilarius ad hunc locum, & S. Bernardus Serm. 14. in Cantica, vbi de se ingenuè fatetur, cùm aliquando in virtutis studio frigesceret atque torperet, solo viri alicuius spiritalis aspectu ad perfectionem vehementiùs incensum ac inflammatum fuisse.

Iusti aspectus contristat prauos, & lætificat probos.

75. *Cognoui Domine, quia iustitia iudicia tua*, &c.] Quasi dicat, Iudicia tua & rationes prouidentiæ tuæ occultæ esse possunt & absconditæ ab oculis hominum, sed iniustæ esse non possunt: non potest ab æquitate (quæ tu ipse es) nisi rectitudo & æquitas exoriri. Ceterùm, inquit, veritate ipsâ me deijcis, & ad humilitatem trahis, quia dum meipsum agnosco, dum abyssum meæ impotentiæ considero, statim (te donante, & iudicia tua exercente) meipsum ex humilitate

Iudicia Dei recta & iusta.

Digitized by Google

militate despicio. Vnde subdit: *Et in veritate tua humiliasti me.* Quorum verborum hic est sensus, si Ambrosio credimus, ac si dicat: Vt mihi cognitionem rerum abditarum veracem inderes, me priùs per humilitatem solidasti. Difficilè enim quis rerum humanarum aut diuinarum intelligentiam assequi potest, nisi priùs humilitate fundetur.

Pressura fugienda non sunt, sed quarendum à Deo solamen.

76. *Fiat misericordia tua,* &c.] Misericordiam quærit, qui se in miserijs & ærumnis esse cogitat; sed in quem finem? An vt à tribulationibus liberetur & à pressuris? Minimè; sed cur? Ipsemet exponit cùm subdit: *Vt consoletur me.* Quàm fortis, quàm prudens! Non quærit vt prementia Deus mala auferat, solamen postulat & refrigerium. Id quod eleganter expendit S. Ambrosius ad hunc locum: *Egregiam,* inquit, *& singularem Propheta expectato virtutem. Alius enim humiliatus ærumnis posceret vt circa eum tentamenta desinerent, & sedare Dominus aduersa dignaretur, ne tribulationum procella in eum saeuiret; iste autem quasi athleta fortis & patiens, qui exerceri & angi animam suam tribulationibus nosset, non tristia dimouere, non impugnantia declinare desiderat, sed magis in tempore laboris sui aduersum tentationum procellas dari sibi verbum consolationis exposcit, vt possit quæ ingruunt mente tolerare.* Cùm itaque aduersa nos premunt, & in nos ærumnæ desæuiunt, virili fortique animo omnia ferenda sunt, non fugienda; & diuinum auxilium ac superum quærendum solamen.

Sola vita æterna vitæ nomen meretur.

77. *Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam.*] Ac si non viueret, qui tamen loquebatur: viuebat, sed hac vitâ, quæ morti similior quàm vitæ, vt meritò speraret se victurum verâ scilicet vitâ, quæ æterna, quæ beata. Ita S. Augustinus ad hunc locum dicens: *Tunc verè viuam, quando nihil potero timere, ne moriar. Ipsa enim & sine vllo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi æterna & beata, tamquam sola dicenda sit vita, in cuius comparatione ista quam ducimus mors potiùs sit appellanda quàm vita. Quale illud est in Euangelio: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Neque hîc ait, In æternum viuam, vel, Beatè viuam; quasi aliud non sit viuere, quam sine vllo fine & sine vlla miseria viuere.* Rectâ igitur loquendi formulâ vsus est Dauid cùm dixit, *Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam;* ac si vita quam ducebat non esset vita, sed mors; vita verò quam expectabat vera vita existeret, vtpote æterna & beata.

ANNOTATIONES CORDERII.

Qualis meditatio diuinam conciliet miserationem.

IBIDEM. *Quia lex tua meditatio mea est.*] Non putandum est illud ob aridam & celerem meditationem legis diuinam miserationem poposcisse, sed ob illam, quæ ita sapienter diuinam voluntatem considerat, vt ad eam amplectendam & opere complendam inducat: ad quod confirmandum pulchrè dicit S. Augustinus Serm. 19. in hunc Psalm. *Hac meditatio nisi esset in fide qua per dilectionem operatur, numquam propter eam posset ad illam vitam quispiam peruenire. Hoc dicendum putaui, ne quisquam, cùm totam legem memoria mandauerit, eamque creberrimâ recordatione cantauerit, non faciens se fecisse quod legit; quia lex tua meditatio mea est; & hinc se adepturum existimet, quod verbis superioribus propter hoc meritum postulauit, vbi dictum est: Veniant super me miserationes tuæ, & viuam. Hac meditatio amantis est cogitatio, & tantum amantis, vt charitas non frigescat huius meditationis suæ quantalibet abundantiâ conspicetur iniquitatis alienæ,* &c.

PARAPHRASIS ANONYMI.

πα. ΕΚΛΕΙΠΕΙ εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου· εἰς τὸν λόγον σου ἐπήλπισα.

πβ. Ἐξέλειπον οἱ ὀφθαλμοί μου εἰς τὸ λόγιόν σου, λέγοντες· πότε παρακαλέσεις με;

Ἐπεὶ οὖν, φησι, ἐπιθυμῶ παιδεύσεως ἀγαθῆς (τοῦτο γὰρ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου) μὴ στερήσῃς με ὧν ἐπιθυμῶ. ταύτην γὰρ μόνην τὴν ἐλπίδα εἰς παράκλησιν ἀναμένω.

πγ. Ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ· τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἐπαχνώθην κατὰ τοὺς οὐκ αἰσθανομένους ἀσκοὺς, ὁ αἰσθανόμενος. Καὶ ὅμως αἱ τοσαῦται συμφοραὶ οὐκ ἐποίησάν με ἐπιλαθέσθαι,

CAPH.

** Vulgata addit &*

81 DEFECIT in salutare tuum anima mea: * in verbum tuum superspéraui.

82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quandò consolaberis me?

Cùm igitur, inquit, bonam correptionem desiderem (in hoc enim deficit anima mea) ne frustres me ijs quæ desidero. Hanc enim solam spem ad solatium expecto.

83. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

Id est, A calamitatibus congelatus sum tamquam vtres insensibiles, cùm sensu præditus sim. Attamen istiusmodi calamitates non reddiderunt me immemorem promissorum tuorum,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

rum, quibus me viuum reductur ũ te recepisti.

84. Quot sunt dies serui tui? Quando facies * mihi de persequentibus me iudicium?

* Abest à Vulgata.

Ego autem, inquit, iam non inter viuentes versor, quia infrigidatus sum: attamen nondum desperaui. Accelera igitur clementiam tuam: etenim exigui temporis me fecisti. Etsi hîc consumpsero potissimam partem vitæ meæ, quantum temporis mihi residui erit ad lætitiam?

85. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes; sed non vt lex tua * Domine.

* Vulgata omisit.

86. Omnia mandata tua veritas:

Cùm susque deque leges suas proposuerit; ac si quispiam opponeret etiam Babylonijs esse leges, subiunxit tamquam in comparatione, quòd sint quidem, sed iniquæ, & nugis plenæ. Nam nostræ [inquit] refertæ sunt iustitiâ & religione; illorum verò, quomodo iniuriam inferant & plura possideant. vnde subdit:

* Vulgata Iniquè

* Iniustè persecuti sunt me, adiuua me:

87. Paulò minùs consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Et huius, inquit, argumentum sum ego & res meæ. Tantam enim [inquit] iniuriam mihi fecerunt, vt sine vllo conscientiæ remorsu res meas abstulerint, neque cessarent cùm semel iniuriam intulissent, sed instarent donec morti me traderent. Ego autem mihi persuasi, illorum inhumanitatem clementiâ tuâ haudquaquam maiorẽ fore. vnde subdit:

88. Secundùm misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Pulchrè *Secundùm misericordiam tuam.* id est, Secundùm fortitudinem quam obtines habes quoque misericordiam, neque vlla natio te potentior est. Secundùm hanc igitur, inquit, misericordiam tuam viuifica me, vt memor quibus liberatus sim, totum me legitimis tuis addicam.

ὧν ἐπηγγείλω ζῶντά με ἐπαναγαγεῖν.

πδ΄. Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν;

Ἐγὼ δέ, φησιν, οὐκ ἐν ζῶσιν ἤδη εἰμί, διὰ τὸ πεψύχθαι· ὅμως οὔπω ἀπήλπισα. Τάχυνον οὖν τὴν φιλανθρωπίαν σου· καὶ γὰρ ὀλιγοχρόνιόν με ἐποίησας. καὶ ἐὰν ἐνταῦθα ἀναλώσω τὸ πλέον τῆς ζωῆς μου, πόσος μοι ἔσται ὁ τῆς εὐφροσύνης καιρός;

πε΄. Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας· ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ὡς ὁ νόμος σου κύριε.

πς΄. Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια·

Ἐπεὶ ἄνω καὶ κάτω τοὺς νόμους προεβάλλετο τοὺς ἰδίους· ὡς ἀντιτεθέντος τινὸς ὅτι καὶ Βαβυλωνίων εἰσὶ νόμοι, ἐπήγαγεν ὡς ἐν συγκρίσει, ὅτι εἰσὶ μέν, ἀλλὰ παράνομοι, καὶ ἀδολεσχίας πλήρεις. οἱ μὲν γὰρ δικαιοσύνης εἰσὶ πεπληρωμένοι καὶ εὐσεβείας· οἱ δέ, ὅπως ἂν ἀδικοῖεν καὶ πλεονεκτοῖεν. ὅθεν ἐπάγει·

Ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν με.

πζ΄. Παρὰ βραχὺ συνετέλεσάν με ἐν τῇ γῇ· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐγκατέλιπον τὰς ἐντολάς σου.

Καὶ τούτου, φησίν, ἀπόδειξις ἐγὼ καὶ τὰ εἰς ἐμέ. Οὕτως γὰρ ἠδίκησαν ἐμὲ καὶ ἀφεῖλον τὰ ἐμά, ὡς μηδὲ πληττόμενοι τὸ συνειδός, καὶ οὐδὲ ἀδικήσαντες ἅπαξ ἀπέστησαν, ἀλλ᾽ ἐπιμένουσιν, ἕως παραδῶσι θανάτῳ με. Ἐγὼ δὲ ἔπεισα ἐμαυτόν, ὡς οὐκ ἔσται ἡ τούτων ἀπανθρωπία τῆς φιλανθρωπίας σου μείζων. ὅθεν ἐπάγει.

πη΄. Κατὰ τὸ ἔλεός σου ζῆσόν με· καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια τοῦ στόματός σου.

Καλῶς κατὰ τὸ ἔλεός σου. ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὴν ἰσχὺν ἣν κέκτησαι καὶ τὸ ἔλεος ἔχεις, καὶ οὐδὲ ἓν ἔθνος ἰσχυρότερόν σου. κατὰ τοῦτον οὖν, φησι, τὸν ἔλεόν σου ζῆσόν με, ὡς ἂν μεμνημένος ὧν ἀπηλλάγην, ὅλον ἐμαυτὸν τοῖς σοῖς νομίμοις ἀναθήσω.

πθ΄. Εἰς

Digitized by Google

πθ'. Εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ.

ς'. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἡ ἀλήθειά σου· ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει.

ϛα'. Τῇ διατάξει σου διαμένει ἡ ἡμέρα· ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά.

Εἰς πίστωσιν τοῦ ἰδικωτέρου εἰς τὸ κοινὸν ἐξῆλθεν. ἀντὶ τοῦ, τὸ πρόσταγμά σου τὸ περὶ τοῦ γενέσθαι οὐρανὸν ἐν αὐτῷ θεωρεῖται· ἐπειδὴ γὰρ ἐκέλευσας εἶναι αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, αὐτὸ τὸ διαμένειν εἰς τὸ ἀεὶ τὴν δύναμίν σου διασαφεῖ. Ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν διαιωνίζειν παρεσκεύασας, καὶ μένειν ἀσάλευτον κρεμαμένην ὑπ' οὐδενός. τῷ ὁμοίῳ δὲ τρόπῳ καὶ ἡμέρα, καὶ νύξ, καὶ πᾶν ὅ τί ἐστι σῶμα σῷ προστάγματι ἔστη, καὶ τοῖς σοῖς εἴκει νεύμασιν.

PARAPHRASIS ANONYMI. ZAMEB.

89. In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.

90. In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

91. Ordinatione tuâ perseuerat dies; quoniam omnia seruiunt tibi.

Ordinatione Dei cuncta subsistunt.

Ad rem particularem confirmandam digressus est ad communem. q. d. Præceptum tuum circa cæli conditionem in hoc ipso cernitur: cùm enim iusseris vt in æternum esset, illud ipsum quòd perpetuò maneat potentiam tuam declarat. Sed & terram perennare fecisti, ac manere inconcussam super nihilum suspensam. Consimili autem modo & dies, & nox, & quodlibet corpus iussu tuo subsistit, tuisque nutibus obedit.

ϛβ'. Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ· τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.

ϛγ'. Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου· ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔζησάς με.

Κἀμὲ οὖν, φησι, τῷ προστάγματί σου ἐπελπίζοντα μὴ ἐάσῃς ἀπολέσθαι· οὐ γὰρ ἀποστείην τοιαύτης ἐλπίδος.

ϛδ'. Σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

Ἐπεὶ οὖν, φησιν, ὅλον ἐμαυτόν σοι ἀνέθηκα, δίκαιός εἰμι παρὰ σοῦ βοηθεῖσθαι.

ϛε'. Ἐμὲ ὑπέμειναν ἁμαρτωλοὶ τοῦ ἀπολέσαι με· τὰ μαρτύριά σου συνῆκα.

Ἁμαρτωλοὺς δὲ τοὺς Βαβυλωνίους λέγει. λέγει οὖν, ὅτι διὰ τοῦτο καίτοι ἀπολέσαι με ζητοῦντες οἱ Βαβυλώνιοι, οὐ δύνανται, ἐπεὶ ἐξήρτημαι τῆς ἐπαγγελίας σου. Τὸ γὰρ συνῆκα ἀντὶ τοῦ ἐφύλαξα. εἶτα δεικνὺς τὸ τῆς συμφορᾶς μέγεθος ἐπάγει·

ϛϛ'. Πάσης συντελείας εἶδον πέρας· πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

πᾶσα, φησιν, ἔννοια τῶν ἐχθρῶν πρὸς

92. Nisi quòd lex tua meditatio mea est; tunc * vtique perijssem in humilitate mea.

* *Vulgata* forte

93. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas; quia in ipsis viuificasti me.

Et me igitur, inquit, mandato tuo supersperantem non sines perire: non enim à tali spe destiti.

94. Tuus sum ego, saluum me fac; quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Cùm igitur, inquit, memetipsum totum tibi dedicauerim, dignus sum à te iuuari.

95. Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

Peccatores autem vocat Babylonios. Ait itaque, Idcircò etsi Babylonij quærant me perdere, tamen id minimè possunt, quia ex promissione tua dependeo. Nam illud *intellexi* idem est quod *custodiui*. Deinde calamitatum magnitudinem ostendens subiungit:

96. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Omnis, inquit, cogitatio inimicorum ad

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Spes promissionum Dei cordis latitudinem confert.

Psal. 4, 2.

portas mortis appropinquare me facit, sed promissio tua (hoc enim est mandatum tuum) latior reperitur quàm sint insidiæ illorum: nam in ipsa malorum tolerantia spes bonorum tuorum reddit me securum & animo liberum; iuxta illud, *In tribulatione dilatasti mihi.*

τὰς πύλας ἐγγίζειν με ποιεῖ τοῦ θανάτου, ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία σου (τοῦτο γὰρ ἡ ἐντολή σου) πλατυτέρα εὑρίσκεται τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς· ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ πάσχειν κακῶς ἡ ἐλπὶς τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν ἐν ἀνέσει με ποιεῖ καὶ εὐρυχωρίᾳ· ὡς καὶ τὸ, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

CAPH.

81. DEFECIT IN SALVTARE.] Salutis sitim indicans ait animam suam ad ipsam defecisse. Etenim qui rerum desideratarum aspectu priuantur & siti tabescunt, deficere dicuntur. Quid autem salutarius esse possit præsentiâ Domini? Hoc enim interpretans subiunxit, *In Verbum tuum supersperaui*, id est in Filium. Ait verò etiam oculos suos in eloquium defecisse, scilicet in Dominum nostrum Iesum: ipsum enim *aduocatum habemus apud Patrem: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Porrò hoc etiam promissionem & pollicitationem & diuinam Scripturam significat, in quam qui profundè se immergit, rogat hanc consequi consolationem, ne à vero sensu aberret.

1. Ioan. 2, 2.

πα'. ΕΚΛΕΙΠΕΙ ΕΙΣ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ.] Τῆς σωτηρίας ἐμφαίνων δίψος ἐκλείπειν λέγει τὴν ψυχὴν πρὸς αὐτό. καὶ γὰρ οἱ τῆς ὄψεως τῶν ποθουμένων στερούμενοι καὶ οἱ δίψει τηκόμενοι, ἐκλείπειν φασί. σωτήριον δὲ τί ἂν εἴη μεῖζον ἢ ἡ παρουσία τοῦ κυρίου; τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύων ἐπήγαγεν, εἰς τὸν λόγον σου ἐπήλπισα, ἤτοι εἰς τὸν υἱόν. Λέγει δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκλείπειν εἰς τὸ λόγιον, ἤτοι εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν φησιν· αὐτὸν γὰρ ἔχομεν παράκλητον πρὸς τὸν πατέρα· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. τοῦτο δὲ σημαίνει καὶ ὑπόσχεσιν καὶ ἐπαγγελίαν καὶ τὴν θείαν γραφήν, εἰς ἣν ὁ ἐμβαθύνων, ἀξιοῖ παρακλήσεως τυχεῖν, ὥστε τῆς ἀληθοῦς μὴ ἀστοχῆσαι ἐννοίας.

Corpus nostrum in Scripturis vtri comparatum.

83. QVIA FACTVS SVM SICVT VTER IN PRVINA.] Alius, *Sicut vter in fumo.* In multis autem Scripturæ locis reperies corpus nostrum vtri assimilatum esse. Quemadmodum igitur, inquit, vter in fumo vel pruina dum à siccitate ipsum obsidente marcescit, & constringitur, euacuatur spiritu qui ipsum intumescere faciebat: sic etiam ego, & si à te derelictus fuero, non obliuiscar iustificationum tuarum. Hoc autem est animæ feruentis & in bonum profusæ. Sicut etiam Petrus in passione, cùm asseuerasset se minimè negaturum, licet quiduis pateretur, fit etiam vter in pruina, qui tabefacit carnem suam: hæc siquidem delicijs eneruatur & inflatur velut vter calefactus & tumefactus, sed piâ exercitatione humiliatur & constringitur sicut vter in pruina concretus. Illud autem, *Quot sunt dies:* id est, Exiguum est tempus vitæ nostræ. Quando igitur ius mihi reddes, & ab inimicis me liberabis?

πγ'. ΟΤΙ ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΩΣ ΑΣΚΟΣ ΕΝ ΠΑΧΝΗ.] Ἕτερος, ὡς ἀσκὸς ἐν καπνῷ. πολλαχοῦ δὲ τῆς γραφῆς εὑρήσεις τὸ σῶμα ἡμῶν ἀσκῷ ἀπεικαζόμενον. ὥσπερ οὖν, φησι, ὁ ἀσκὸς ἐν καπνῷ ἢ πάχνῃ ὑπὸ τῆς συνεχούσης αὐτὸν ξηρότητος τηκόμενος, καὶ συμπιεζόμενος, κενὸς γίνεται τοῦ ἐξογκοῦντος αὐτὸν πνεύματος· οὕτως κἀγώ, εἰ καὶ καταλειφθείην ὑπὸ σοῦ, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν δικαιωμάτων σου. ζεούσης δὲ τοῦτο ψυχῆς καὶ σφόδρα ἐξεχομένης τοῦ κρείττονος. ὡς καὶ Πέτρος ἐν τῷ πάθει, διατεινόμενος μὴ ἀρνήσασθαι, εἴ τι καὶ πάθοι, γίνεται ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, καὶ ὁ τὴν ἑαυτοῦ κατατήξας σάρκα· χαυνοῦται μὲν γὰρ τῇ τρυφῇ καὶ ἐξογκοῦται ὡς ἀσκὸς θερμαινόμενος καὶ φυσώμενος· τῇ δὲ ἀσκήσει ταπεινοῦται καὶ συμπιέζεται ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ πηγνύμενος. τὸ δέ, πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι· ἀντὶ τοῦ, ὀλιγοστός ἐστι ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνος. πότε οὖν δικάσεις, καὶ τῶν δυσμενῶν ἀπαλλάξεις;

85. NARRAVERVNT MIHI INIQVI.] Tales etiam sunt qui Dauidi consulebant,

πε'. ΔΙΗΓΗΣΑΝΤΟ ΜΟΙ ΠΑΡΑΝΟΜΟΙ.] Τοιοῦτοι καὶ οἱ τῷ Δαβὶδ συμβουλεύοντες,

αἰτεῖν

ἀνελεῖν τὸν Σαοὺλ· καὶ αἱ τῶν αἱρετικῶν βλασφημίαι, καὶ Ἑλλήνων ἡ μακρὰ φλυαρία. ὁ δὲ Ἀκύλας, Ἔσκαλλόν μοι ὑπερήφανοι βόθρους· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπώρυξάν μοι ὑπερήφανοι ὑπόγεια· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, ὤρυξάν μοι ὑπερήφανοι βόθρους. ἀλλ' οὐχὶ τοιοῦτος ὁ νόμος σου· ἀλλὰ πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. ἐπεὶ δέ ἐστι καὶ δικαίως διωχθῆναι, ἐπήγαγεν· ἀδίκως κατεδίωξάν με. ἐχθρὸς γὰρ αὐτοῖς ἐγενόμην διὰ τὴν ἀλήθειαν. τὸ δὲ, παρὰ βραχὺ συνετέλεσάν με· ἀντὶ τοῦ, ἐκ τοῦ διωγμοῦ αὐτῶν μικροῦ δεῖν ἐκινδύνευσα τελευτῆσαι. Συνετελέσθη μοι ὁ τῆς ζωῆς χρόνος ἐπικειμένων μοι· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐξέκλινα σοῦ τῶν ἐντολῶν, οὐδὲ ἐνεκάκησα. καὶ ἄλλως δέ ἐστι συντελεσθῆναι ἐν τῇ γῇ, τὸ εἰς τὴν ὑλικὴν ἕξιν, ἣν ἐκάλεσε γῆν, ποιωθῆναι. κατὰ τὸ λόγιόν σου δὲ, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸν λόγον σου, καὶ ποιήσω τὰ μαρτύρια, ὅσα ἐκ στόματός σου προῆλθε. στόμα δὲ θεοῦ οἱ προφῆται.

πθʹ. ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΚΥΡΙΕ Ο ΛΟΓΟΣ ΣΟΥ.] Ἐν προκοπῇ γενόμενος ὑψηλοτέρων ἅπτεται δογμάτων, τοῦ ἀϊδίου λόγου τοῦ πατρὸς μνημονεύων, καὶ μονονουχὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, λέγων. καὶ ἄλλως δὲ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀντὶ τοῦ, ἐν ταῖς ἁγίαις δυνάμεσι. πάντων γὰρ τῶν ἐκεῖ τεταγμένων οὐδεμία λόγου παράβασις. ἐν τῇ γῇ δὲ οὐ διαμένει, ὅπου πορνεία καὶ ἡ λοιπὴ ἀκαθαρσία. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἡλιακῆς κινήσεως ἐπὶ γῆς οὐδεμία παράβασις, οὔτε τῶν τῆς σελήνης δρόμων. ὅρα καὶ τῆς θαλάσσης τὸ ἀπαράβατον τῶν τεθειμένων ὅρων καὶ τῶν ἄλλων, δι' ὧν καὶ ἐν γῇ διαμένει ὁ λόγος αὐτοῦ. εἰ πάντα δὲ δοῦλα σὰ, πῶς ὁ μύρμηξ λέγεται ἐν παροιμίαις μὴ ὑπὸ δεσπότην εἶναι; ὅτι διττῶς λέγεται δεσπότης ὁ θεός· ἢ ὡς δημιουργὸς, ἢ ὡς γινωσκόμενος. τὸ γὰρ ἐδουλώθητε τῷ θεῷ κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν φησί· τούτου τοῦ τέλους ἄμοιρός ἐστιν ὁ μύρμηξ· καὶ κατὰ ταύτην τὴν δεσποτείαν ἀδέσποτος. γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν τὴν τῶν Ἰουδαίων λέγει καὶ ἐθνῶν· αὗται γὰρ ἐχώρησαν τοῦ θεοῦ τὴν ἀλήθειαν, ἡ μὲν ἔχουσα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἡ δὲ τὴν καινὴν διαθήκην. οὐκ εἰς γενεὰς δὲ καὶ γενεὰς ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ, ἀλλ' εἰς γενεὰν τὴν προτέραν, καὶ γενεὰν

COMMENTARIVS HERACLEOTAE.

vt Saulem è medio tolleret: item contumeliæ hæreticorum, & prolixæ Gentium nugæ. Aquila autem ait, *Sarriebant mihi superbi laqueos*; Symmachus verò, *Suffoderunt mihi superbi subterranea*: Quinta verò editio, *Foderunt mihi superbi foueas.* Verùm nequaquam talis est lex tua: sed omnia mandata tua veritas. Quoniam verò etiam potest quis iustè pati persecutionem, subiunxit: *Iniustè persecuti sunt me.* Inimicus enim factus sum ipsis propter veritatem. Illud autem, *Paulò minùs consummauerunt me:* id est, Ex persecutione propemodum mortis periculum adiui. Illis ingruentibus vitæ meæ tempus consummatum fuit; attamen non recessi à mandatis tuis, neque malignatus sum. Aliter verò etiam potest quis consummari in terra, id est, materiali habitu, quem terram appellauit, affici. Porrò secundùm eloquium tuum, id est, secundùm verbum tuum, & faciam testimonia, quæcumque ex ore tuo prodierunt. Os autem Dei sunt Prophetæ.

LAMED.

Verbum Dei æternum est.

89. IN ÆTERNVM DOMINE VERBVM TVVM.] In progressu subliniora dogmata attingit, sempiterni Verbi Patris mentionem faciens, & tantum non dicens, *In principio erat Verbum.* Porrò illud *in cælo*, id est, in sanctis virtutibus. Omnium enim eorum quæ illic constituta sunt nulla est sermonis transgressio. In terra autem non permanet, vbi est fornicatio & reliqua immunditia. Sed nec solaris motus super terram vlla est digressio, neque cursuum Lunæ. Considera etiam maris intranabilem conditionem positis eius terminis ceterisque, ob quæ in terra permanet verbum eius. Ceterùm si omnia seruiant tibi, quomodo in Prouerbijs formica dicitur non esse sub Domino? Quia nimitum dupliciter dicitur Deus Dominus: vel tamquam Creator, vel tamquam Cognitor. Illud enim Seruiuistis Deo secundùm virtutem & cognitionem ait: huius autem finis expers est formica: & secundùm hoc dominium Domino caret. Generationem autem & generationem dicit Iudæorum & Gentium: hæ namque Dei veritatem perceperunt, cùm illa quidem habuerit legem & Prophetas, hæc verò nouum Testamentum. Ceterùm non in generationes & generationes veritas Dei, sed in generationem priorem, & gene-

Ioan. 1, 1.

Omnia Deo seruiunt.

Veritas Dei in generationem & generationem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

rationem posteriorem: reliquæ autem Gentes aberrarunt. Deinde sequitur: *Nisi quòd lex tua meditatio mea est.* Sæpenumerò dictum est, quomodo tempus tentationum atque periculorum humiliatio nominetur. Prauis igitur, inquit, cogitationibus & calamitatibus me oppugnantibus vtique perijssem, nisi lex tua pro sustentaculo mihi fuisset. Cùm igitur vita mea fuerint iustificationes tuæ, iuxta illud, *Qui facit ea, viuet in eis*, indelebilem habebo memoriam earum.

94. TVVS SVM EGO, SALVVM ME FAC.] Non quilibet dignus est hac voce (quomodo enim is qui peccati est seruus sit Dei?) sed qui diuinas leges exquirit & facit. Subaudiendum autem tuus sum seruus. Seruus secundùm naturam, secundùm gratiam filius. Ceterùm *Sustinuerunt*, id est, *Expectarunt*. Sic enim Symmachus & Aquila ediderunt. Illi quidem, inquit, sperarunt me morti tradere; ego verò testimonijs tuis attendens, vitam hinc fructificaui. Nam *perdere*, si propriè examinaueris, idem est quod nos à Deo excidere: quod maximè quærunt virtutes aduersariæ. Consummationem autem vocat dæmonum insidias: quarum, inquit, finem vidi in nihilum abire, vnde etiam latum mihi factum est mandatum tuum. Symmachus autem legit hoc modo, *Omnis apparationis vidi terminum: spatiosum est mandatum tuum valdè.* Omnia, inquit, humana finem habent, eumque velocem: tuum verò mandatum latum est, & incorruptum. Vel sic: Vnicus quidem finis virtutis est semper proficere. Attamen est etiam cuiuslibet profectus finis suus proprius: vt temperantiæ siue continentiæ, moderari affectionibus circa lumbos versantibus: prudentiæ, res agendas dirigere: fortitudinis, res generosas exequi: iustitiæ, cuique pro dignitate tribuere. quibus eorum qui saluantur impetus & quies ex vno & ad vnum spectans dilatatur.

Mandatum Dei latum est.

Quales sint virtutum fines.

τὴν δευτέραν· τὰ δὲ ἄλλα ἔθνη πεπλάνηται. εἶτα· εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστίν. εἴρηται πολλάκις, ὡς ὁ τῶν πειρασμῶν καιρὸς καὶ τῶν περιστάσεων ταπείνωσις ὀνομάζεται. τῶν πονηρῶν οὖν, φησι, λογισμῶν καὶ τῶν συμφορῶν πολεμουσῶν με, εἶχον ἂν ἀπολέσθαι, εἰ μὴ ὁ νόμος σου ἐγένετό μοι ἀντὶ στηρίγματος. ἐπεὶ οὖν ζωή μοι τὰ σὰ γέγονε δικαιώματα, κατὰ τὸ, ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς, ἀνεπίληστον ἕξω τὴν μνήμην αὐτῶν..

ϞΔʹ. ΣΟΣ ΕΙΜΙ ΕΓΩ, ΣΩΣΟΝ ΜΕ.] Οὐ πᾶς ἄξιος ταύτης τῆς φωνῆς (πῶς γὰρ ὁ ἁμαρτίας δοῦλος εἴη τοῦ Θεοῦ;) ἀλλ' ὁ τοὺς θείους νόμους ἐπιζητῶν καὶ πράττων. προσυπακουστέον δὲ τὸ σός εἰμι δοῦλος. θεράπων κατὰ φύσιν, κατὰ χάριν υἱός. τὸ ὑπέμειναν δὲ, ἀντὶ τοῦ, προσεδόκησαν. οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας ἐκδεδώκασιν. ἐκεῖνοι μὲν ἤλπισάν, φησι, παραδώσειν με θανάτῳ· ἐγὼ δὲ τοῖς σοῖς προσέχων μαρτυρίοις, τὴν ἐντεῦθεν ἐκαρπωσάμην ζωήν. τὸ μέντοι ἀπολέσαι, ἐὰν κυρίως ἐξετάσῃς, τὸ ἐκπεσεῖν ἡμᾶς ἐστι τοῦ Θεοῦ· ὃ μάλιστα ζητοῦσιν αἱ δυνάμεις αἱ ἀντικείμεναι. καὶ συντέλειαν δὲ τὴν ἐπιβουλήν φησι τὴν παρὰ τῶν δαιμόνων· ἧς, φησιν, εἶδον τὸ πέρας ἐκβὰν εἰς οὐδὲν, ὅτι καὶ πλατεῖά μοι γέγονεν ἡ ἐντολή σου. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, πάσης κατασκευῆς εἶδον πέρας· εὐρύχωρος ἡ ἐντολή σου σφόδρα. πάντα, φησὶ, τὰ ἀνθρώπινα τέλος ἔχουσι, καὶ ταχύ· ἡ δὲ σὴ ἐντολή σου πλατεῖα, καὶ ἀνώλεθρος. ἢ οὕτως· ἓν μὲν τέλος τῆς ἀρετῆς τὸ ἐν προκοπῇ ἀεὶ εἶναι. ἀλλ' οὖν ἐστι καὶ πάσης προκοπῆς ἰδιάζον τέλος· ὡς σωφροσύνης μὲν, τὸ παθῶν κρατεῖν τῶν περὶ τὴν ὀσφὺν στρεφομένων· φρονήσεως, τὸ περὶ τὰ πρακτέα εὐδόκιμον· ἀνδρίας, τὸ περὶ τὰ θάῤῥη κατορθωτικόν· δικαιοσύνης, τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμητικόν. οἷς πλατύνεται ἡ ἐξ ἑνὸς καὶ πρὸς ἓν ἀφορῶσα τῶν σωζομένων ὁρμὴ καὶ κατάπαυσις.

CATENA PATRVM.

CAPH. 81. DEFECIT IN SALVTARE TVVM ANIMA MEA.] APOLINARII. Valdè consequenter interpretans quid tandem sit salutare, deinceps subiungit, *In verbum tuum supersperaui*, significans salutare illud esse verbum Dei.

πα΄. ΕΞΕΛΙΠΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ΣΟΥ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Σφόδρα ἀκολούθως ἑρμηνεύων τί ποτέ ἐστι τὸ σωτήριον, ἐπιλέγει ἑξῆς, εἰς τὸν λόγον σου ἐπήλπισα, σημαίνων ὅτι τὸ σωτήριον ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

ΕΥΣΕ-

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπείπερ ὁ σὸς λόγος ἐκήρυξέ μοι τὸ σωτήριόν σου, καὶ τίνα ἀπόκειταί μοι ἐν τῷ σωτηρίῳ σου ἐξέλιπον ἐπιθυμῶν, καὶ ἐξελυόμην ἀπὸ τῆς ὀρέξεως, ὅλος γινόμενος ἐκείνου τοῦ ἐπιθυμητοῦ. τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν, ὁ ἐπώνυμος τῆς σωτηρίας ἡμῶν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ σωτηρία ἡ ἀλήθεια, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὅσα ἄλλα παρίστησιν ὁ θεῖος λόγος τὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ.

πβʹ. ΕΞΕΛΙΠΟΝ ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Νόει δή μοι τὴν ἐπαγγελίαν. λέγεται δὲ λόγιον καὶ ἡ θεόπνευστος γραφή. ἐκλείπει τοίνυν οὐ μόνον ὁ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν θείαν ἀναμένων, καὶ τὴν λύσιν τῶν ἐπικειμένων κακῶν προσδεχόμενος· ἀλλὰ καὶ ὁ τοῖς θείοις ἐντυγχάνων λογίοις, καὶ τὴν τούτων διάνοιαν καταμαθεῖν ἀκριβῶς ἱμειρόμενος, καὶ παράκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν ὑπολαμβάνει τὴν εὕρεσιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν φησιν· αὐτὸν γὰρ ἔχομεν παράκλητον πρὸς τὸν πατέρα, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

πγʹ. ΟΤΙ ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΩΣ ΑΣΚΟΣ ΕΝ ΠΑΧΝΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀσκὸς ἐν πάχνῃ γίνεται ὁ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα κατατήξας, καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ πυρώδες καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐῶν, ἀλλ' ἀποψύχων ὥσπερ αὐτήν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὑρήσεις πολλαχοῦ τῆς γραφῆς τροπολογούμενον τὸ σῶμα εἰς ἀσκόν. ὃ οὖν λέγει ὁ δίκαιος τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐνέκρωσά μου τὰ μέλη ἐπὶ τῆς γῆς· τῇ θερμότητι τοῦ σώματος ἔψυξα τῷ θείῳ λόγῳ· οὐκέτι εἰμὶ θερμὸς πρὸς ὄρεξιν τὴν κατὰ τὴν κοιλίαν ἢ πρὸς τὰ σωματικά· ἐνέκρωσα καὶ ἔψυξα τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος πνευματικὴ ὢν πάχνη (ἐπεὶ καὶ δρόσος καὶ ὑετὸς πολλαχοῦ λέγεται) καταψύχει μου τὸν ἀπὸ παθῶν ἀκόλαστον φλογμὸν, ὡς τὴν νέκρωσιν Ἰησοῦ φέρειν ἐν τῷ σώματί μου.

πδʹ. ΠΟΣΑΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ ΣΟΥ;] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πᾶσαι ἀνθρώπινοι ἡμέραι ὀλίγαι εἰσίν. ἐπεὶ οὖν ὀλίγον χρόνον ζῶ ἐπὶ γῆς, βούλομαι ἰδεῖν τοὺς καταδιώκοντάς με κρινομένους, καὶ παρακαλῶ σε μὴ ὑπερθέσθαι. τίνες δέ εἰσιν οἱ περὶ ὧν εὔχεται ἵνα γένηται ἐπ' αὐτοὺς κρίσις; οἱ καταδιώκοντες ἡμᾶς,

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Quia Verbum tuum prædicauit mihi salutare tuum, & quæ reposita mihi sint in salutari tuo, defeci præ desiderio, & diffluxi præ appetitu, totus effectus illius desiderati. Hoc salutare Dei est Dominus noster Iesus Christus, qui habet cognomen salutis nostræ: ipse enim salus est & veritas, & iustitia, & quæcumque alia sermo diuinus declarauit esse Filium Dei.

Christus est salutare Dei.

82. DEFECERVNT OCVLI MEI.] DIDYMI. Intellige autem mihi promissionem. Ceterùm Scriptura diuinitus inspirata eloquium quoque dicitur. Deficit igitur non solùm is qui diuinam præstolatur promissionem, & imminentium malorum solutionem expectat; verùm etiam is qui diuina eloquia voluens, accuratè sensum eorum percipere desiderat, quem vbi repererit, solatium recipit ac consolationem.

THEODORI. Dominum nostrum Iesum Christum intelligit: ipsum enim *habemus aduocatum apud Patrem*, secundùm Apostoli vocem; *& ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

1. Ioan. 2. 1.

83. QVIA FACTVS SVM SICVT VTER IN PRVINA.] ATHANASII. Vter in pruina fit qui carnem suam macerat, & in ea nihil à concupiscentia incendi permittit, sed illam quodammodò infrigidat.

Vter in pruina fit qui carnem macerat.

ORIGENIS. Inuenias frequenter in Scriptura corpus tropicè dici vtrem. Quod igitur hic iustus ait est eiusmodi: Mortificaui membra mea quæ sunt super terram; corporis calorem diuino verbo refrigeraui: non sum ampliùs calens ad ventris vel ad rerum carnalium appetitum: mortificaui & infrigidaui membra mea quæ sunt super terram.

Coloss. 3, 5.

THEODORI. Verbum Dei cùm sit pruina spiritalis (quandoquidem etiam ros & pluuia frequenter nuncupatur) intemperantem concupiscentiarum mearum ardorem restinguit, vt mortificationem Iesu feram in corpore meo.

84. QVOT SVNT DIES SERVI TVI?] ORIGENIS. Omnes dies humani pauci sunt. Cùm igitur exiguo tempore viuam supra terram, desidero videre persecutores meos iudicatos, & rogo te ne differas. Quinam autem sunt illi de quibus optat fieri iudicium? Vtique illi qui nos persequuntur, vt sata-

CATENA PATRVM.

Qui prior alium persequitur diabolus est.

satanas, & spiritalia nequitiæ. Quando autem etiam homo nos persequi visus fuerit, hoc ipso quòd prior persequitur iam non est homo, sed diabolus, cuius æmulator est.

DIDYMI. Hoc autem facies, quando satanam confestim contriueris sub pedibus meis, & virtutes tibi aduersantes subieceris animæ meæ, easque feceris conculcari à verbo tuo, quod est in affectu meo.

85. NARRAVERVNT MIHI INIQVI FABVLATIONES.] ORIGENIS. Vel aniles fabulas vocat doctrinas Iudæorum, vel etiam præcepta hominum, & nugas sapientum huius sæculi. Multi enim tam qui in Ecclesia quàm qui extra eam sunt, vt hæretici & Iudæi, vel etiam Samaritani, diuinas Scripturas interpretari aggrediuntur, sed non omnes rectè. Rarus enim est qui à Deo ad hoc gratiam habeat, cùm plurimi quidem promittant sermonem, sed non rectè aut etiam iniquè viuant: si quid igitur dixerint, fabulæ & nugæ sunt. Nequit enim sermo cordatus & robustus ac salutaris esse in anima iniqui.

Non omnes Scripturis interpretandis idonei.

86. OMNIA MANDATA TVA VERITAS.] APOLINARII. Mandata tua non sunt figura neque signum. *Iniquè persecuti sunt me, adiuua me.* Potest quis iustè & iniustè pati persecutionem. Iustè persecutionem patitur is qui iniquè viuit; iniustè, is qui iustus est & amicus veritatis, qui propter veritatem hominibus factus est inuisus.

ANONYMI. Persequentes me oppugnarunt: & cùm ferme illos conficere potuissem, parum absfui quò minùs ex illorum persecutione mortuus sim. Consummatum est mihi tempus vitæ meæ, dum imminet mihi crudelis; attamen non recessi à mandatis tuis. Non irritaui, non iniquum quid gessi, sed sustinebam amore mandatorum tuorum.

87. PAVLO MINVS CONSVMMAVERVNT ME IN TERRA.] DIDYMI. Consummari autem in terra non est vulgò mori, sed ad materialem statum, quem terram appellauit, tamquam ad finem peruenire, eò quòd secundùm illum factus sit.

Quid sit consummari in terra.

ORIGENIS. Rogat ne tradatur manibus insidiantium in mortem, vitam postulans non æternam, sed præsentem: hanc autem non tamquam finem postulat, sed quæ concausa futura sit boni finis. Quia dum vixero, inquit,

σατανᾶς τε, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. ὅταν δὲ ἡμᾶς καὶ ἄνθρωπος δοκῇ καταδιώκειν, τῷ πρώτως καταδιώκειν οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλὰ διάβολος, οὗ μιμητής ἐστι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ποιήσεις δὲ τοῦτο, συντρίβων τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου ἐν τάχει, καὶ τὰς ἀντικειμένας σοι δυνάμεις ὑποτάσσων τῇ ψυχῇ μου, καὶ ποιῶν αὐτὰς καταπατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ σοῦ λόγου γενομένους ἐν τῇ προαιρέσει μου.

πέ. ΔΙΗΓΗΣΑΝΤΟ ΜΟΙ ΠΑΡΑΝΟΜΟΙ ΑΔΟΛΕΣΧΙΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἢ τοὺς γραώδεις μύθους τῶν Ἰουδαίων φησὶ τὰς διδασκαλίας, ἢ καὶ τὰ ἐντάλματα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς φλυαρίας τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου. πολλοὶ γὰρ ἑρμηνεύειν ἐπιχειροῦσι τὰς θείας γραφὰς καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἔξω ταύτης, αἱρετικῶν τε καὶ Ἰουδαίων, ἢ καὶ Σαμαρειτῶν, ἀλλ᾽ οὐ πάντες λέγουσι καλῶς. σπάνιος γὰρ ὁ ἔχων ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τοῦτο χάριν, πολλῶν μὲν ἐπαγγελλομένων λέγειν, οὐ καλῶς δὲ ἢ καὶ παρανόμως βιούντων· εἴ τι οὖν λέγουσιν, ἀδολεσχία καὶ φλυαρία. οὐ γὰρ δύναται λόγος εὔτονος καὶ ἐρρωμένος καὶ σωτήριος εἶναι ἐν τῇ ψυχῇ παρανόμου.

πς´. ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΕΝΤΟΛΑΙ ΣΟΥ ΑΛΗΘΕΙΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οὐ τύπος οὐδὲ σύμβολον αἱ ἐντολαί σου. ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν μοι. ἔστι δικαίως καταδιωχθῆναι καὶ ἀδίκως. δικαίως καταδιώκεται ὁ παρανόμως βιούς· ἀδίκως δὲ, ὁ δίκαιος ὁ φιλαλήθης, ἐχθρὸς ἀνθρώποις γενόμενος διὰ τὴν ἀλήθειαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ καταδιώκοντές με προσεπολεμήκασιν· οἷός τε ὢν μικροῦ δεῖν συντετελεκέναι με αὐτούς, μικροῦ δεῖν ἐκ τοῦ διωγμοῦ αὐτῶν ἐτελεύτησα. συντετέλεσταί μοι ὁ χρόνος τῆς ζωῆς, ἐπικειμένου μοι τοῦ δεινοῦ· καὶ ὅμως οὐκ ἐξέστην σου τῶν ἐντολῶν. Οὐκ ἐξεκάκησα, οὐ παράνομόν τι ἐποίησα, ἀλλ᾽ ἐπέμενον τῇ ἀγάπῃ τῶν ἐντολῶν σου.

πζ´. ΠΑΡΑ ΒΡΑΧΥ ΣΥΝΕΤΕΛΕΣΑΝ ΜΕ ΕΝ ΤΗ ΓΗ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Συντελεσθῆναι δέ ἐστιν ἐν τῇ γῇ οὐ τὸ κοινῶς τεθνάναι, ἀλλὰ τὸ εἰς ὑλικὴν ἕξιν, ἣν ἐκάλεσε γῆν, ὡς εἰς τέλος ἐλθεῖν, ἐπὶ τῷ κατ᾽ αὐτὴν ποιωθῆναι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μὴ ἐκδοθῆναι ταῖς τῶν ἐπιβουλευόντων χερσὶν εἰς θάνατον ἀξιοῖ, ζωὴν αἰτῶν οὔπω τὴν αἰώνιον, ἀλλὰ τὴν παροῦσαν· οὐχ ὡς τέλος δὲ αὐτὴν αἰτεῖ, ἀλλ᾽ ὡς ἀγαθοῦ τέλους συναίτιον ἐσομένην. ὅτι ζήσας, φησὶ,

φυλά-

φυλάξω τὰ τοῦ θεοῦ προστάγματα, δι' ὧν καὶ τὴν αἰώνιόν ἐστι περιποιήσασθαι ζωήν.

πη'. ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ ΖΗΣΟΝ ΜΕ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταπεινοφροσύνῃ τὸν λόγον ἐκόσμησεν· οὐ γὰρ τῆς δικαιοσύνης ἀντίδοσιν ᾔτησε τὴν ζωήν, ἀλλὰ δῶρον ἐλέους ταύτην λαβεῖν ἠντιβόλησε, φυλάττειν ὑπισχνούμενος τοῦ θεοῦ τὰ μαρτύρια.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ζωοποίησόν με κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ ποιήσω τὰ μαρτύρια ὅσα ἐκ τοῦ στόματός σου ἐξῆλθον. στόμα δὲ θεοῦ οἱ προφῆται οἵτινες διηκονήσαντο τοῖς μαρτυρίοις, ταῖς ἐντολαῖς, τοῖς δικαιώμασι, τοῖς προστάγμασι τοῦ θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ κατὰ τὸ λόγιον τοῦ θεοῦ ζῆν, τὸ σὺν εὐσεβείᾳ ζῆν ἐστιν, οὐχ ἁπλῶς τὴν αἰσθητὴν ταύτην ζωήν. τούτου γὰρ τυχών, ἐν εὐζωίᾳ ἔσται, ὡς φυλάσσειν τὰ μαρτύρια τοῦ στόματος τοῦ θεοῦ μαρτυρηθέντα καὶ ἀποδειχθέντα ὑπὸ λόγου τοῦ θεοῦ, οὗ εἶπον αὐτοῦ στόματα εἶναι.

πθ'. ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΚΥΡΙΕ Ο ΛΟΓΟΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ ἐν προκοπῇ γενόμενος καὶ ὑψηλοτέρων ἅπτεται δογμάτων, τοῦ τε ἀϊδίου λόγου τοῦ πατρὸς μνημονεύων, καὶ τό, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, μονονουχὶ λέγων· καὶ τῆς διακοσμήσεως τοῦ παντὸς σαφῶς τε δούλην αὐτοῦ τὴν σύμπασαν κτίσιν ἀποκαλεῖ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν τῷ οὐρανῷ, φησίν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ταῖς ἁγίαις δυνάμεσι. Τέτακται γὰρ ἐκεῖνα πάντα, καὶ οὐδεμία λόγου παράβασις. ἐν τῷ οὐρανῷ δὲ λέγω οὐ μόνον τῷ παρερχομένῳ, ἀλλὰ καὶ ὃς εἴρηται θρόνος εἶναι τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ θέλεις ἀκριβέστερον θεωρῆσαι τὸ εἰρημένον τῷ προφήτῃ, ἐξέταζέ μοι τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια· οὐδεμία παράβασις τῆς ἡλιακῆς κινήσεως, ἀλλὰ τὸν δρόμον αὐτοῦ ἀπαραβάτως τηρεῖ. ἴδε καὶ τῆς σελήνης τοὺς δρόμους, τὴν τάξιν, τὰ σχήματα· ἀνάβα μετὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας καὶ τὴν λοιπὴν κτίσιν, καὶ εὑρήσεις ἅπαντα τῷ λόγῳ τοῦ διακοσμήσαντος ἰθυνόμενα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ δὲ περὶ ἁγίων δυνάμεων φῄς, ἀγγέλων, φημί, καὶ ἀρχαγγέλων, καλῶς φῄς· ἀκίνητοι γὰρ μᾶλλον δυσκίνητοι πρὸς τὸ κακόν. τοῦτο γὰρ πείθει με λέγειν ὁ πεσὼν ἑωσφόρος δι' ἔπαρσιν, ἐπεὶ οὐκ ἔχει λόγον τοῦ θεοῦ. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ. καλῶς δὲ οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων, ἢ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἀλλὰ εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ.

custodiam mandata Dei, quibus etiam vitam æternam consequi possim.

CATENA PATRVM.

88. SECVNDVM MISERICORDIAM TVAM VIVIFICA ME.] APOLINARII. Humilitate sermonem ornauit: non enim vitam pro iustitiæ remuneratione petijt, sed vt pro munere misericordiæ ipsam accipiat obsecrauit, custodire promittens Dei testimonia.

DIDYMI. Viuifica me secundùm misericordiam, & fac testimonia quæ de ore tuo egressa sunt. Os autem Dei sunt Prophetæ qui ministrarunt testimonijs, mandatis, iustificationibus atque præceptis Dei.

Quid sit viuere secundùm eloquia Dei.

ANONYMI. Illud viuere secundùm eloquium Dei, est viuere cum pietate, & non simpliciter hac vitâ sensibili. Qui autem hoc assequitur, is benè viuet, ita vt custodiat testimonia oris Dei quæ testificata sunt & demonstrata à sermone Dei, cuius ipsius ora esse dixi.

LAMID.

89. IN ÆTERNVM DOMINE VERBVM TVVM.] THEODORI. Cùm profecerit etiam sublimiora dogmata attingit, æterni Verbi ac Patris mentionem faciens, & tantum non dicens illud, *In principio erat Verbum:* & omnem totius vniuersitatis creaturam seruam eius appellat.

Ioan. 1, 1.

ORIGENIS. *In cælo,* inquit, id est, in sanctis virtutibus. Illa enim omnia posita sunt, & nulla est sermonis digressio. In cælo autem dico non solùm transitorio, sed quod dictum est esse thronus Dei. Si verò volueris exactiùs considerare id quod à Propheta dictum est, examina mihi cælestia terrestriaque: nulla digressio est motus solaris, sed cursum suum seruat inuariatum. Vide etiam cursus Lunæ, ordinem, figuras: post hæc ascende etiam ad reliquas stellas ceteramque creaturam, & inuenies omnia Conditoris verbo directa esse.

Cælestia omnia Dei verbo diriguntur.

DIDYMI. Si autem de sanctis virtutibus hoc dixeris, Angelis, inquam, & Archangelis, rectè dicis: immobiles enim quin potiùs difficulter mobiles sunt ad malum. Siquidem hoc suadet me dicere lucifer qui cecidit per superbiam, cùm non haberet verbum Dei. *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?* Pulchrè autem non in sæcula sæculorum, vel in sæculum sæculi, sed *in æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.*

2. Cor. 6, 14.

Nam

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Nam post sæculum cælum & terra transibunt. In quibus autem est verbum permanens (possit enim perfectus esse qui videatur quidem in terra existere, sed conuersationem habeat in cælo) sic est in ipsis verbum sicut in cælo.

Veritas Dei in generationem & generationem.

ANONYMI. Duæ sunt generationes quæ capiunt Dei veritatem, scilicet populus Iudæorum qui habet legem & Prophetas, & Ecclesia ex Gentibus. Non igitur in generationes veritas Dei, sed in generationem priorem & in generationem posteriorem. Aliæ autem Gentes errarunt. Ceterùm quando etiam prior generatio eiecit veritatem, & dixit, Tolle tolle de terra istiusmodi, tunc veritas ab illa generatione ad hanc generationem pertransiuit.

ALTERIVS. Veritatem autem vocat hanc promissionem, quam sciebat omnino futuram in generationem & generationem. Per vnamquamque enim generationem partes aliquas veritatis hominibus insinuat; omnesque mundi partes & ea quæ videntur ordinatione constant, terminis suis minimè mota, neque legem ipsis statutam vllatenus transgredientia. Causa verò horum omnium permansionis est, quòd tu solus Dominus sis vniuersorum, reliqua autem omnia tibi seruiant, & tamquam mancipia subiecta sint.

Deus per vnamquamque generationem insinuat suam veritatem.

90. FVNDASTI TERRAM.] ORIGENIS. Hac autem veritate terra fundata est. Nam super hoc angulari lapide pro fundamento posito ædificantur omnes qui de terra saluandi sunt. Vnde etiam permanet hæc terra inconcussam basim & tutum habens fundamentum. Sed & veritas illuminans diem quam fecerat, Deo ipsi illucescente, in eodem statu permanet, nullatenus immutata.

In veritate terra fundata est.

THEODORI. Cur, inquit, sicut alibi dixerat, *Tua est dies, & tua est nox*, non etiam nunc post diem quoque noctem nominauit? Si de hac die sermo esset, non dixisset *permanet:* non enim hæc permanet, sed desinit, & fit nox. Verùm si nouum sæculum intellexeris diem illam futuram, quando Dominus lumen æternum, & Deus iustorum gloria existit, tunc permanebit dies. Et cùm non omnes sint peccatores, non semper nox existit. Quando autem proborum ab impro-

Psal. 73, 16.

Dies iustorum & nox impiorum semper permanent.

μετὰ γὰρ τὸν αἰῶνα ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ἐν οἷς δέ ἐστιν ὁ λόγος διαμένων (δυνατὸν γὰρ τέλειον εἶναι δοκοῦντα μὲν ἐπὶ γῆς τυγχάνειν, τὸ δὲ πολίτευμα ἔχοντα ἐν τῷ οὐρανῷ) οὕτως ἐστὶν ἐν αὐτοῖς ὁ λόγος ὡς ἐν οὐρανῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δύο εἰσὶ γενεαὶ αἱ χωρήσασαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν, ὅ τε τῶν Ἰουδαίων λαὸς ὁ ἔχων τὸν νόμον καὶ προφήτας, καὶ ἐκκλησία ἐξ ἐθνῶν. οὐκ εἰς γενεὰς οὖν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' εἰς γενεὰν τὴν προτέραν καὶ εἰς γενεὰν τὴν δευτέραν. τὰ δὲ ἄλλα ἔθνη πεπλάνηνται. ὅτε δὲ καὶ ἡ προτέρα γενεὰ ἐξέβαλε τὴν ἀλήθειαν, καὶ εἶπεν, αἶρε αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν τοιοῦτον μεταβέβηκεν ἡ ἀλήθεια ἀπ' ἐκείνης τῆς γενεᾶς ἐπὶ ταύτην τὴν γενεάν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἀλήθειαν δὲ λέγει τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, ἣν οἶδε πάντως γενησομένην εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. καθ' ἑκάστην γὰρ γενεὰν μέρη τινὰ τῆς ἀληθείας ἀνθρώποις ἀποστέλλει· καὶ τὰ σύμπαντα τοῦ κόσμου μέρη τά τε ὁρατὰ τῇ σῇ διατάξει συνέστηκε, μὴ κινούμενα τῶν ὅρων, μηδὲ τὸν νόμον τὸν ὁρισθέντα αὐτοῖς παραβαίνοντα. αἴτιον δὲ τῆς τούτων ἁπάντων διαμονῆς, τὸ σὲ μόνον κύριον εἶναι τῶν ὅλων, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα σὰ δοῦλα, καὶ ὡς δοῦλα ὑποτέτακται.

ϛ'. ΕΘΕΜΕΛΙΩΣΑΣ ΤΗΝ ΓΗΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ταύτῃ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἡ γῆ τεθεμελίωται. ἐπὶ τούτῳ γὰρ τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ καταβεβλημένῳ θεμελίῳ οἰκοδομοῦνται πάντες οἱ ἐκ γῆς σωζόμενοι. ὅθεν καὶ διαμένει ἡ γῆ ἀῤῥαγῆ καὶ ἀσφαλῆ κρηπῖδα καὶ θεμέλιον ἔχουσα. ἀλλὰ καὶ φωτίσασα ἡ ἀλήθεια ἡμέραν ἣν ἐποίησε, Θεοῦ ἐπιλάμψαντος αὐτῇ, ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει μένει, οὐκ ἀλλασσομένη.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διὰ τί, φησιν, ὥσπερ ἀλλαχοῦ εἶπε, Σή ἐστιν ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ, μὴ καὶ νῦν μετὰ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ὠνόμασεν; εἰ περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας ἦν ὁ λόγος, οὐκ ἂν ἔλεγε διαμένει· οὐ γὰρ διαμένει, ἀλλ' ἀναπαύεται, καὶ γίνεται νύξ. ἀλλ' ἐὰν νοήσῃς τὸν καινὸν αἰῶνα τὴν ἡμέραν τὴν μέλλουσαν, ὅτε γίνεται κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα τῶν δικαίων, τότε διαμενεῖ ἡ ἡμέρα. καὶ ἐπειδήπερ οὐ πάντες ἁμαρτωλοί, οὐκ ἀεὶ νύξ ἐστιν. ὅτε δὲ διάκρισις γίνεται τῶν ἀγαθῶν

ἀπὸ

ἀπὸ τῶν φαύλων, τότε ἡ μὲν νὺξ ἔσαι τῶν ἀσεβῶν, ἀπελαυνομένων εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἡ δὲ ἡμέρα ἔσαι τῶν δικαίων, ἥτι διαμένει, καὶ οὐκέτι αὐτὴν διαδέξεται νύξ. περὶ ταύτης οὖν, ὡς οἶμαι, φησὶ τὸ, διατάξει σου διαμένει ἡ ἡμέρα, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σα. Αὕτη δὲ ἡμέρα οὐκ ἀλλαττομένη, οὐδὲ τέλος λαμβάνουσα, ὡς ὁ κατὰ τὴν παλαιὰν γραφὴν φωτισμὸς, ἐπεὶ καὶ μέχρι καιροῦ διορθώσεως τέθειτο. ταῦτα δὲ πάντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὑπῆρκται, ἐπείπερ κτίςου καὶ προνοητοῦ ὄντος, δοῦλα τὰ σύμπαντα ἐςὶν αὐτοῦ.

ϟβʹ. Ει μη οτι ο νομος σου μελετη μου εστι.] Απολιναριου. Εἴρηται, ὡς ὁ καιρὸς τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν περιςάσεων ταπείνωσις ὀνομάζεται. Μακάριος τοίνυν ἐςὶν ἀνδρὸς, τὸ γενέσθαι ἐν τῇ ταπεινώσει, καὶ μὴ ἀπολέσθαι· οἱονεὶ, ἐλήλυθα εἰς πειρασμὸν μαρτυρίου· εἰ μὲν ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ μελέτη μου ἦν ἀεὶ πρὸ τοῦ ἐμπεσεῖν ὡς ἤσκουν αὐτὸν, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τὴν κατὰ τὸν πειρασμὸν τῆς μαρτυρίας, οὐκ ἀπόλλυμαι. οὕτως ἁρμόζει καὶ ἐπὶ παντὸς πειρασμοῦ εἰπεῖν· καὶ γὰρ τῶν πονηρῶν λογισμῶν καὶ ἀντικειμένων δυνάμεων πολεμουσῶν ἐμοὶ, εἶχον ἂν ἀπολέσθαι, εἰ μὴ ὁ σὸς νόμος ἀντιςήριγμά μου ἐγένετο.

ϟγʹ. Εις τον αιωνα ου μη επιλαθωμαι.] Διδυμου. Ἀλλὰ μεμνήσομαι τῶν μαθημάτων σου ὧν ἔμαθον ἐν τῷ βίῳ· δι' ἐκεῖνα γὰρ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταςὰς οἰκῶ μετὰ ἀγγέλων. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐκ μεγάλης νόσου διά τινων ἰατρικῶν βοηθημάτων παγίαν καὶ βεβαίαν ἀναλαβὼν ὑγείαν, δι' αὐτοῦ τοῦ ὑγιαίνειν καὶ διάγειν οὐκ ἐπιλανθάνεται τῶν ἰατρικῶν ἐκείνων, οἷς ἠκολουθήσε τὸ οὕτως αὐτὸν μετ' εὐεξίας ὑγιαίνειν· οὕτως ὁ ἅγιος οὗτος, ὑπὸ Θεοῦ ζωοποιηθεὶς ἐν οἷς ἔσχε παρ' αὐτοῦ δικαιώμασι, λέγει παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα μὴ ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν, ἀποδιδοὺς τὴν αἰτίαν, τὸ ἐν αὐτοῖς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἐζωκέναι.

Αθανασιου. Τοῖς σοῖς νόμοις ὄψομαι, φησίν· ἕξω γὰρ ἐν αὐτοῖς τὴν ζωὴν, καθὰ δή μοι καὶ εἴρηκας, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ζῇ οὖν μόνος ὁ δίκαιος, κἂν τεθνηκέναι δοκεῖ. νεκροὶ δὲ οἱ ἄδικοι, κἂν ζῆν φαίνωνται. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὴν τῆς ζωῆς σύςασιν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι τὴν δικαιοσύνην· οἱ δὲ

bis secretio facta fuerit, tunc nox quidem erit impiorum, qui mittentur in tenebras exteriores; dies verò erit iustorum, quæ & permanebit, & non ampliùs illam nox excipiet. De hac igitur, vti arbitror, ait illud, *Ordinatione tuâ permanet dies, quoniam omnia seruiunt tibi*. Hæc porrò dies nequaquam immutatur, neque finem accipit, sicut illa veteris Scripturæ illustratio, quæ nimirum vsque ad tempus correctionis posita fuit. Hæc autem omnia à Deo facta sunt, quoniam cùm sit creator & prouisor, omnia seruiunt ei.

CATENA PATRVM.

92. Nisi qvod lex tva meditatio mea est.] Apolinarii. Dictum est, quomodo tempus tentationum atque periculorum humiliatio nuncupetur. Viri igitur beati est, fuisse in humiliatione, & non interijsse: v. g. cùm veni in tentationem martyrij: si quidem antequam in eam inciderem lex Dei semper fuerit meditatio mea, quoniam exercui illam veniens in humiliationem per martyrij tentationem, minimè pereo. Ita conuenit etiam in omni tentatione dicere: Etenim cùm prauæ cogitationes & aduersariæ virtutes me oppugnarent, perijssem vtique, nisi lex tua me confirmasset.

93. In æternvm non obliviscar.] Didymi. Ceterùm memor ero disciplinarum tuarum quas in hac vita didici: per illas enim à terra in cælum transiens cum Angelis habito. Quemadmodum enim is qui ex magno morbo medicis quibusdam auxilijs firmam stabilemque sanitatem recuperauit, post ipsam sanitatem ac valetudinem illarum medicinarum minimè obliuiscitur, quibus ipse tam commodam valetudinem consecutus fuit; ita hic Sanctus, à Deo in iustificationibus ab ipso obtentis viuificatus, ait se per totam æternitatem earum minimè oblitum iri, reddens rationem, quia Deus eum in ijs viuificauit.

Iusti semper Deo grati viuunt.

Athanasii. Tuis, inquit, legibus videbo: in illis enim vitam habebo, quemadmodum nempe mihi quoque dixisti, *Quoniam qui ea fecerit homo viuet in eis*. Viuit ergo solus iustus, etiamsi mortuus esse videatur. Mortui verò sunt iniusti, quantumuis viuere visi fuerint. Illi siquidem vitæ statum in semetipsis habent, scilicet iustitiam; hi verò

Leuit. 18, 5.

Iustus etiam mortuus viuit; impius verò viuens mortuus est.

CATENA PATRVM.

cùm hanc non habeant, inanimatis rebus non à se motis, sed extrinsecus impulsis persimiles existunt.

94. TVVS SVM EGO, SALVVM ME FAC.] ATHANASII. Subauditur tuus sum seruus, tuus sum secundùm gratiam filius, tuus sum famulus.

DIDYMI. Omnis qui per omnes actiones quæ secundùm Deum vocantur, & per omnes sermones qui secundùm Deum sunt ambulat, ostendens se nequaquam esse diaboli, sed solius Dei, rectè vtique dixerit: *Tuus sum ego, saluum me fac; quoniam iustificationes tuas exquisiui.*

CHRYSOSTOMI. Si Dei sis, ea quæ Dei sunt age, ipsi soli milita, exquire iustificationes eius, nil sæculare nil terrenum quærito. *Nemo* enim *potest duobus dominis seruire, Deo & mammonæ.* Nemo amicitiam cum tyranno & cum Rege habet. Solius igitur simus Dei, à mundi amicitia (hæc enim Deo inimica est) abstinentes, & tunc ad eum cum fiducia dicemus, *Saluum me fac:* hic autem adhuc loquente te dicet, Ecce adsum.

Nemo potest duobus dominis seruire. Matth. 6, 24.

95. ME SVSTINVERVNT PECCATORES.] THEODORI. Illud *sustinuerunt* Symmachus & Theodotion *expectauerunt* exposuere. Illi igitur sperabant me morti tradere, ego verò mysterijs tuis attendens, hinc vitæ fructum percipiebam.

DIDYMI. Illud *perdere* si propriè examinaueris, idem est quod à Deo excidere. Virtutes igitur aduersariæ nihil quærunt nisi quomodo perdamur: verumtamen illis exspectantibus vt me perderent, cognoui testimonia tua, & cùm illa intelligerem, non discessi ab eis.

96. OMNIS CONSVMMATIONIS VIDI FINEM.] ATHANASII. Consummationem appellat dæmonum insidias: harum, inquit, finem vidi in nihilum abire; quando etiam latum mihi factum est mandatum ambulanti. Etsi quis angustam & arctam viam incesserit (quandoquidem dicat, *In tribulatione dilatasti mihi)* in latitudine mandatorum ambulat. Nemo enim in mandatis Dei ambulans angustias patitur, cùm ex eo quòd illam complectatur, magnanimus & excelso spiritu fiat.

In latitudine ambulat qui Dei mandata seruat. Psal. 4, 2.

ταύτην οὐκ ἔχοντες, τοῖς οὐ παρ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ἔξωθεν κινουμένοις ἀψύχοις ἐοίκασιν.

ϞΔ'. ΣΟΣ ΕΙΜΙ ΕΓΩ, ΣΩΣΟΝ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Προσυπακούεται τὸ σός εἰμι δοῦλος, σός εἰμι κατὰ χάριν υἱός, σός εἰμι θεράπων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πᾶς ὁ διὰ τῶν πράξεων τῶν κατὰ θεὸν λεγομένων πασῶν, καὶ διὰ τῶν λόγων τῶν κατὰ θεὸν ὄντων ὁδεύων, δεικνὺς ὅτι διαβόλου μὲν οὐδαμῶς ἐστι, μόνου δὲ τοῦ θεοῦ, καλῶς ἂν λέγοι σός εἰμι ἐγώ, σῶσόν με· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ τοῦ θεοῦ τυγχάνεις τὰ τοῦ θεοῦ πρᾶττε, αὐτῷ μόνῳ στρατεύου, ἐκζήτει τὰ παρ' αὐτοῦ δικαιώματα, μηδὲν βιωτικὸν μηδὲ γήϊνον ἐπιζήτει. οὐδεὶς γὰρ δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, θεῷ καὶ μαμμωνᾷ δύναται. οὐδεὶς φιλίαν μετὰ τυράννου καὶ βασιλέως ἔχει. μόνου τοίνυν γενώμεθα τοῦ θεοῦ, τῆς τοῦ κόσμου φιλίας (ἔχθρα γάρ ἐστιν εἰς θεὸν) ἀποχόμενοι, καὶ τότε πρὸς αὐτὸν σὺν παῤῥησίᾳ ἐροῦμεν, σῶσον με· ὁ δὲ ἔτι σου λαλοῦντος ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι.

ϞΕ'. ΕΜΕ ΥΠΕΜΕΙΝΑΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ὑπέμειναν ὁ Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων προσεδόκησαν ἐξέδωκαν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἤλπιζόν με παραδώσειν θανάτῳ, ἐγὼ δὲ τοῖς σοῖς προσέχων μυστηρίοις, τὸν ἐντεῦθεν ἐκαρπούμην ζωήν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ ἀπολέσαι ἐὰν κυρίως ἐξετάζῃς, τὸ ἐκπεσεῖν ἐστι τοῦ θεοῦ. αἱ δυνάμεις οὖν αἱ ἀντικείμεναι οὐδὲν ζητοῦσιν ἢ ὅπως ἀπολώμεθα· ἀλλ' ὅμως ἐκείνων ὑπομενουσῶν εἰς τὸ ἐμὲ ἀπολέσαι, συνῆκα σου τὰ μαρτύρια, καὶ νοήσας αὐτά, οὐκ ἐξέστην αὐτῶν.

ϞϚ'. ΠΑΣΗΣ ΣΥΝΤΕΛΕΙΑΣ ΕΙΔΟΝ ΠΕΡΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Συντέλειαν τὴν ἐπιβουλήν φησι τὴν παρὰ τῶν δαιμόνων· ταύτης εἶδον τὸ πέρας ἐκβὰν εἰς οὐδέν· ὅτι καὶ πλατεῖά μοι γέγονεν ἡ ἐντολὴ πορευομένῳ. εἰ καὶ τὴν στενήν τις ὁδεύει καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν (ἐπείπερ λέγει, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι) ἐν τῷ πλάτει τῶν ἐντολῶν πορεύεται. οὐδεὶς γὰρ ἐν ἐντολῇ θεοῦ περιπατῶν στενοχωρεῖται, μεγαλόψυχος καὶ μεγαλόνους γινόμενος ἐκ τοῦ περιλαβεῖν αὐτήν.

Digitized by Google

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἓν τέλος τὸ ἐπὶ πάσῃ προκοπῇ ἐγγινόμενον, ἀλλ' οὖν γε καὶ ἑκάστης προκοπῆς ἐστί τις συντέλεια. Ὁ οὖν διὰ πάσης προκοπῆς ἀφιγμένος εἰς τὸ τέλος τῆς ἀρετῆς ἐρεῖ, πάσης συντελείας εἶδον πέρας· τοῦ ἐπὶ τὸ τέλειον ἀγαθὸν διαβαίνοντος, πολλὰς ἀρχὰς καὶ τέλη καταβαλλομένου. ἡ γὰρ τῆς προτέρας βελτιώσεως περιγραφὴ ἀρχὴ τῆς ἐχομένης ἐστὶ, καὶ τὸ ἐκείνης τέλος στοιχεῖον τῆς ἑπομένης. ὅθεν εἴρηται τὸ, ὅτε συντελέσῃ ἄνθρωπος, τότε ἄρχεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Συντέλειαν λέγει τοῦ ἐνταῦθα βίου τὴν καταστροφήν· πέρας δὲ ταύτης τὰ μετὰ ταύτην εἰκότως περιερχόμενα. πάσης τοίνυν συντελείας εἶδον πέρας. πέρας ἐστὶ, τὸ ἰδεῖν πῶς ἁμαρτωλοὶ συντελοῦνται, πῶς συντελοῦνται δίκαιοι· ποῖον πέρας ἡ τῶν πλουσίων καταστροφὴ, ποῖον ἡ τῶν πτωχῶν ἔχει. ἰδεῖν δὲ ποῦ; ἐν ταῖς θείαις ἱστορίαις· ἐκεῖ γὰρ θεωροῦμεν τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου τὸ τέλος· τὸ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Αἰγυπτίας· Ἰακώβου τοῦ ἀναιρεθέντος μαχαίρᾳ, καὶ Ἡρώδου τοῦ ἀνελόντος Ἰάκωβον. πλατεῖα γὰρ οὖσα ἡ ἐντολὴ τοῦ θεοῦ, πολλὰ τοιαῦτα πρὸς ὠφέλειαν ἡμῶν παρέθηκεν.

TIMOTHEI. Cùm etiam virtutis vnicus sit finis, qui in omni profectu inest, vtique etiam cuiuslibet profectus est aliqua consummatio. Qui igitur per omnem progressionem ad virtutis finem peruenerit dicet, *Omnis consummationis vidi finem*; cùm is qui ad perfectum bonum properat, multa initia finesque constituat. Prioris namque probitatis terminus initium est consequentis, & illius finis est fundamentum subsequentis. Vnde dictum est, *Cùm consummauerit homo, tunc incipit.*

CATENA PATRVM. Consummatio virtutis qualis.

Eccli. 18.

DIDYMI. Consummationem vocat præsentis vitæ conclusionem; finis autem huius sunt ea quæ post hanc meritò eueniunt. Omnis igitur consummationis vidi finem. Finis est, videre quomodo peccatores consummentur, quomodo consummentur iusti; qualem finem diuitum, qualem pauperum exitus habeat. Hoc autem vbi cernendum? vtique in diuinis historijs: ibi namque conspicimus Lazari & diuitis finem; item Iosephi & Ægyptiacæ mulieris; Iacobi gladio interfecti, & Herodis Iacobum interimentis. Cùm enim latum sit mandatum Dei, multa istiusmodi ad vtilitatem nostram tradidit.

Qualis sit proborum & improborum consummatio.

ANNOTATIONES CORDERII.

CAPH. 81. DEFECIT *in salutare tuum anima mea.*] Pulchrè ad hunc locum S. Gregorius lib. 4. Moralium cap. 39. *Qui*, inquit, *in auctoris sui amore roborantur, quò magis in concupita Dei fortitudine conualescunt, eò à propria virtute deficiunt; & quò robustiùs æterna appetunt, eò à temporalibus salubri defectione lassantur. Hinc Psalmista amoris sui robore fessus dicebat: Defecit in salutare tuum anima mea. In salutare enim Dei proficiendo defecerat, quia æternitatis lucem desiderans, à carnis iam fiducia fractus anhelabat. Hinc rursum dicit: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Qui nimirum cùm diceret, Concupiscit, rectè subdit, & deficit. Quia valdè minor est diuinitatis concupiscentia, quam non mox etiam proprius sequitur defectus. Qui enim ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profectò est, vt ab hoc temporalitatis amore lassetur; vt tantum frigescat ab studio sæculi, quantò surgit ardentior in amorem Dei: quem scilicet si perfectè arripit, mundum etiam planè derelinquit, & eò funditus temporalibus moritur, quò ad supernam vitam altiùs afflatu æternitatis animatur.*

82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?*] Vbi signatè dictum *consolaberis me*, vt nimirum perfecta consolatio ex externorum sensuum cum interiori homine omnimoda conformitate oriri designaretur, quemadmodum S. Ambrosius hæc verba expendens, *Si*, inquit, *oculi significati sunt, quibus cernimus & videmus, dicere debuerunt, Quando consolaberis nos? Sed quia oculus mentis & oculus carnis vnus fiunt, & tunc homo consolatione fulcitur, cùm caro & mens diuersa non cupiunt, sed vnum desiderant, vnum requirunt; ideò isti quoque oculi vnum se esse confitentur, quia vno atque eodem desiderio officioque funguntur.* Felix sanè cuius oculi ac sensus ita deficiunt. Tunc enim homo consolatione fulcitur, delectationi innatat, suaui quadam dulcedine madet, cùm subdita menti caro est, cùm ei tamquam serua dominæ suæ paret, nihilque ab illa diuersum cupit, nihil quod illa non dictet.

Vnde existat vera consolatio.

83. *Factus sum sicut vter in pruina*, &c.] S. Ambrosius legit, *Factus sum sicut vter in gelicidio.* Exponit autem hunc versum sumptâ metaphorâ à venatoribus, qui pelles ferarum quas prendiderunt simul cum capitibus asseruant, quasi verò spolia essent in bello capta ab inimicis, & plerumque paleis refertæ, ipsa animantia quibus sunt detractæ inani figurâ ostentant. Hac ratione se gerunt viri pij erga corpora sua, quæ adeò extenuant, vt sub hac corporea figura nihil prorsus carnalium affectuum asseruent, sed nudam pellem, quasi ex deuicto inimico spolia ostentent. Hoc autem fit iuxta S. Ambrosium

Viri spirituales dum carnem suam macerant fiunt sicut vter in pruina.

ANNOTATIONES CORDERII.

brosium ibidem, quando per ieiunium corpus exsiccatur, & simul omnis luxus libidoque abscedit. Ergo sensus est: q. d. Præ ieiunio aruit corpus meum *in pruina* vel *in gelicidio*. Id est, Omnis libidinis faces ieiunio extinctæ sunt. Quòd verò gelu vel nix castitatem adumbrent euincit ex illo Matthæi: *Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Induit niuem Dominus cùm futuræ resurrectionis speciem offert, vt quàm sint à libidine immunes qui immortalitatem induerunt, & quàm illis sint similes qui castitatem colunt, ostendat. Ergo *factus sum sicut vter in pruina.* id est, Dum cibis parciùs vtor, ad tantam corporis & mentis munditiem perueni, vt Beatorum candorem referre videar. Ipsa si placet S. Ambrosij verba audiamus: *Iustificationes*, inquit, *tuas non sum oblitus. Vox ista vox iusti est, qui mortificauerit suum corpus. Rectè enim vter dicitur iustus, qui exspoliatus, non nudus inueniatur. Vter enim de exuuijs fit animalis mortui. Igitur & nos peccato moriamur, vt viuamus Deo, atque repleti spiritus iucunditate & sanctitate lætitia erimus exuuia spirituales carentes infirmitate corporeâ. Frigescat æstus libidinis, & quodam continentiæ gelu ieiuniorumque restinctus, matutinâ oratione perfletur. Nescit virum bonum ista nix lædere, nix quæ diuini splendore fulget eloquij. Nix hæc refrigerat, non adurit, fœcundat sata, non internecat. Nix hæc præceptio continentiæ est, quæ calorem facit corporeum frigere. Et fortè ideò Iesus, cùm resurrectionis suæ demonstraret gloriam, vestimenta eius erant candida sicut nix; vt non solùm ipse existimaretur à contagio peccati immunis; verumtamen vt quicumque resuscitatur congelatis coniugij cupiditatibus resurgere frigidus videatur. In resurrectione neque nubent, neque ducent vxores.* Ita ille.

Matth. 17, 2.

85. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes.*] Hoc est, fabulæ cuiusdam nænias inutiles, aiunt Patres, quas damnat. Aristoteles apud S. Ambrosium ad hunc locum; cuius hæc docta est animaduersio: *Narratores superflui sicut hirundines disputationis suauitatem loquacitatis continuatione corrumpunt, vt Aristotelis sententia est.* Hinc Apollinaris eas fabulationes vocat ἀδεσχολίας, *stultitias*: in quibus silentio vtendum esse omnes sapientes censent. Sic Anastasius Imperatoris Iustiniani tempore Antiochenus Pontifex, cùm res seriæ tractandæ objicerentur, aures habuit ad audiendum promptas & apertas, & lingua eius fluminis in morem scaturiebat: erat enim non vulgari sapientiâ præditus & bonarum artium cognitione: porrò in negotijs otiosis, & ad rem minùs pertinentibus, communibusque in nugis, simul & aures penitus obturabat, & frenabat linguam, & nugarum imminente tempestate, in portum se modesti silentij conijciebat, vt auctor est Nicephorus lib. 17. Hist. cap. 30.

In nugis silendum.

86. *Iniustè persecuti sunt me.*] Vulgata *iniquè*, vel, vt alij cum Arabico, *Iniqui*. Bone Deus! potéstne dari vel iusta vel æqua persecutio, vt ab illa distinguatur iniusta & iniqua, ne otiosè addatur, iniquos & iniustos iniustè & iniquè persecutos esse iustos? Vtique. Nam vbi iusti & pij persequuntur iniustos atque impios, & piè & iustè persequuntur illos: nam persecutionem commouent, sed amantes; diligentes quippe in hominibus naturam, & odio habentes in illis iniquitatem: at iniqui & iniusti iniquè & iniustè persequuntur æquos & iustos. Audi S. Ambrosium Serm. 1. in Psalmum hunc rem totam illustrantem: *Non dixit, Quia persecutiones patior adiuua me; sed,* Iniustè, *inquit*, persecuti sunt me, adiuua me. *Potest enim quis & persecutiones pati, sed non iustè: quia est etiam iusta persecutio, si oderimus obscœnos, si infesti simus iniustis, si iniquos velimus opprimere, ne plurimis noceant; si auarum fraudis suæ compendijs exuamus, si execremur insolentiam superborum. Qui autem pro fide, pro iustitia, pro castitate persecutionem patitur, benè is dicit:* Iniustè persecuti sunt me, adiuua me.

Quid sit iustè vel iniustè persecutionem pati.

LAMED.

89. *In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.*] S. Ambrosius Serm. 12. in hunc Psalmum rationem reddit, cur in cælo seorsim dicatur permanere; *Quia*, inquit, *satanas de cælo cecidit in terras.* Et paulò post subdit: *In cælo permanet Verbum, quia inde deiectus est diabolus: in terris non permanet, quia huc totus aduenit.* Quasi in terra, vbi diabolus est, non possit diuinum Verbum nisi ad breue tempus peregrinari; in solo tamen cælo, vnde diabolus exulat, possit in æternum permanere. Quòd si in amplissimis cæli spatijs Christus & diabolus non potuerint simul permanere, quantò minùs poterunt exiguis humani cordis angustijs capi? Vt igitur Christus habitet in nobis, peccatum & diabolus expellantur necesse est.

Cur verbum Dei dicatur in cælo permanere.

91. *Ordinatione tuâ perseuerat dies.*] Quia omnis ordo qui est in structura vniuersi, vel partibus animalium & plantarum, vel in operationibus rerum, vel in vlla re corporali aut spirituali, à Deo est institutus ac dispositus, & per ipsius prouidentiam omnia in suis speciebus & naturis indiuiduis cum omnibus suis ornamentis & proprietatibus & functionibus existunt: nihil enim est in tota rerum natura, cui ipse non dederit esse speciem, formam & pulchritudinem, vt decorè & in suo statu consistere queat; & cui vlteriùs non dederit propriam indolem, propensionem, vires & instrumenta congruentissima ad suas functiones: Omnia enim in mensura & numero & pondere disposuit, vt manifestum est non solùm in primarijs mundi partibus, vt in cælis, in stellis, Sole, & Luna, & elementis, sed etiam in vilissimis vermiculis & eorum partibus, in plantis, in floribus, &c. Hinc nihil in tota rerum natura totoque vniuerso fieri potest, quod ipse anteà in luce infinita sapientiæ suæ exactissimè non considerauerit, & quasi deliberauerit, an conueniat illud velle vt fiat, aut saltem velle permittere, seu non impedire. Quæ consideratio, & (vt sic dicam) deliberatio, antecedit omne decretum tam permissiuum quàm effectiuum circa singula. Omnium enim euentuum causæ è manu ipsius ita religatæ tenentur, vt sine illius nutu nulla possit in vllum actum emicare: vnde nihil sine illius prouidentia fieri potest. Etsi autem propter peccatum, & arbitrij libertatem, multam in rebus præsertim humanis videatur permittere ἀταξίαν; nihil tamen permittit nisi summâ ratione, & quasi præuiâ deliberatione. Deinde, quidquid modò inordinatum videtur,

Nihil fit sine ordinatione Dei eiusque prouidentia.

Sap. 11, 21.

Digitized by Google

videtur, ipse postea ad exactissimam iustitiæ æqualitatem & pulcherrimum ordinem reuocabit.

Sine discretione non perseuerat virtus. Mysticè S. Bernardus Serm. 49. in Cantica versum hunc de die virtutis sic interpretatur: Si enim, inquit, ordinatio ac debita dispositio, id est discretio, absit, nec perseuerantia in die virtutis erit, nec quod cœptum est ad propositum finem perfectionis assequendæ conducet: hanc enim non abnegationis inceptio, sed consummatio, aut nonnulla affectionum nostrarum subiectio affert, quæ sine animo in abnegatione iugiter perdurante non subsistit.

Meditatione legis armamur contra vitia & diabolum. 92. *Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea.*] Id est, Nisi legem tuam meditarer, malis præsentibus & multis calamitatibus in me irruentibus opprimerer. En tibi contra mala omnia præsens remedium & antidotum, nempe legem Dei & sacras Scripturas mente voluere. *Ergo* (rectè infert Ambrosius ad hunc locum) *quando in afflictionis tempore sumus, & quatimur aduersis, meditatio nobis in lege sit, ne imparatos procella tentationis affligat. Athleta nisi exercitio palæstra fuerit assuefactus, non audet subire certamen. Vngamus igitur oleo lectionis nostræ mentis lacertos: sit nobis totâ die ac nocte exercitij vsus in quadam cælestium Scripturarum palæstra, artusque animorum nostrorum salubris spiritalium ferculorum esca confirmet.* Vbi pulchrè sanctus Doctor Scripturam sacram vocat gymnasium & palæstram, in qua homines exerceantur ad omne genus luctæ & certaminis. Sicut enim priùs in vmbratili pugna exercentur athletæ, vt posteà possint in lucem prodire, & in arenam descendere; sic etiam in studio Scripturarum & meditatione exercemur, & proludimus ad pugnam cum vitijs & dæmone ineundam.

94. *Tuus sum ego*, &c.] S. Ambrosius Serm. 12. vt in hunc Psalmum notat hanc vocem facilem & multorum videri, sed planè paucorum esse: *Satis rarus est*, inquit, *qui possit dicere, Tuus sum.* Et in huius assertionis ratione reddenda longior diuagatur: *Non potest*, inquit,

Iustus solius Dei est; peccator plurimis famulatur. *dicere sæcularis, Tuus sum: plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es; quia ea quæ sunt corporis concupiscis. Venit auaritia, & dicit: Meus es; quia argentum & aurum quod habes, seruitutis tuæ pretium est. Venit luxuria, & dicit: Meus es; quia vnius diei conuiuium pretium tuæ vitæ est. Venit ambitio, & dicit: Planè meus es; nescis quòd ideò imperare alijs te feci, vt mihi ipse seruires? nescis quòd ideò potestatem in te contuli, vt mea te subijcerem potestati? Veniunt omnia vitia, & singula dicunt: Meus es. Quem tanti competunt, quàm vile mancipium est!* Ita ille dilucidè ac disertè. Sed quid? solúsne sæcularis non potest dicere, *Tuus sum ego?* Vereor planè ne & Ecclesiastici plurimi

Multi Ecclesiastici vnà cum Iuda sunt diaboli & non Dei. ab hac professione iactanda impediantur, & dum singuli dicunt Deo, *Tuus sum ego*, audiant à diabolo; *Meus es tu.* Certè Iudas, qui non modò vniuersali fidelium Ecclesia, sed etiam peculiari Apostolorum Collegio tenebatur, si Christi Domini seruum se iactaret, facilè à dæmone confutaretur. Nam, vt benè S. Ambrosius paulò antè citatus disseruerat, *Venit & introiuit in eum satanas, & cœpit dicere: Non est tuus Iesus, sed meus est: ea quæ mea sunt cogitat; quæ mea sunt in pectore suo voluit: tecum epulatur, & mecum pascitur: à te panem accipit, à me pecuniam: tecum bibit, & mihi tuum sanguinem vendit: tuus est Apostolus, & meus mercenarius.* Quem igitur à vero Domino falsi tyranni, hoc est à Christo, vitia miseram in seruitutem abstraxerunt, hunc illi Ecclesiastici imitantur, qui cùm vni Deo seruire debeant, innumeris vitijs subijciuntur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Perfectioni nullus finis constituitur. 96. *Omnis consummationis vidi finem.*] Quæ verba nequaquam ita sunt accipienda, quasi Propheta dicat se perfectionis finem siue apicem iam attigisse, quod prorsus alienum est ab ipsius modestia; sed alia omnino huic dicto sententia subest; nam Hilario ad hunc locum obseruatore, Græca vox πέρας, quæ fini respondet, non *finem*, sed *vltra finem* significat. Audi illum: *Græcè* (inquit) *alia vis dicti huius est, quòd cùm Græcus πέρας nuncupatur, vltra finem est rerum statutarum, neque aliquo vt desinat continetur, sed omnem limitem sub indefinita significatione transscendit.* Quare adeò non dicit Vates, ad consummationis metam se iam peruenisse, vt potiùs affirmet virtutem siue perfectionem eius naturæ atque conditionis esse, vt nullus ipsi terminus præfigi possit, quòd vltra omnem metam & finem sit. Atque huic expositioni subscribit Timotheus in Catena ad hunc versum citatus, vbi docet illum denique ad perfectionem peruenire, qui nullum sibi perfectionis terminum designans, ad vlteriora semper tendat. Atque hunc germanum esse loci huius sensum conijcies ex eo quod subdit, *Latum mandatum tuum nimis*; vt tota sententia sit. Nulla quidem legis tuæ perfectioni meta aut finis subest, sed latissima & penè infinita est. Porrò pro voce *consummationis* in Hebræo fonte est תִּכְלָה *thiclah*: quæ vox & oblectationem

Terrenis delicijs defectio admixta. & defectionem significat, quia scilicet oblectatio omnis extra Deum diuturna esse nequit; statim vertitur in fastidium, & quod delectat statim finem habet: vti pro morali sensu rectè Agellius: Nonnulli, inquit, sic explicant, *Omni oblectationi vidi finem*, neque vlla est voluptas, quæ non habeat finem, & satiet, ac postremò fit molesta. Est enim & cibi, & quietis, & omnium quæ iucunda videntur, satietas. At verò *mandatum tuum latum est nimis*; neque cupiditas illa, per quam sapientiam mandatorum tuorum expetimus, est eiusmodi, vt molestiam satietatemque creare possit. Hæc ille. Vnde vides quàm cognata oblectationi terrenæ defectio sit, vt eodem vtræque gaudeant nomine, ne aliquis seiungere auderet, & putaret terrenas delicias sine fastidio sine satietate esse, sineque carere: quæ omnia à spiritualibus delicijs abesse plurimùm ille cognoscet, quicumque assiduus Dei cultor fuerit.

Latum mandatum est præceptum charitatis. IBIDEM. *Latum mandatum tuum nimis.*] Quod mandatum latissimum charitatis præceptum esse docet S. Augustinus in hæc verba, *Latum mandatum non intelligo nisi charitatem.* Et infrà: *Latum est mandatum charitatis nimis, mandatum illud geminum, quo iubetur Deus & proximus diligi. Quid autem latius, quàm vt ibi pendeat tota lex & omnes Prophetæ?* Verè latissimum mandatum, quòd

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

notos ignotosque, tam benefactores quàm hostes, dignos & indignos, inimicos perinde atque amicos amari præcipit. Nemo torque aureâ collo affusâ tam certò se vel diuitem, vel doctum aut nobilem probat, quàm certò quis Dei se Filium esse demonstrat, qui inimicos amat. Ita S. Chrysostomus Hom. 3. in Epist. ad Phil.

PARAPHRASIS ANONYMI.

MEM.

97. QVOMODO dilexi legem tuam Domine? totâ die meditatio mea est.

Ob hanc, inquit, causam amo mandata tua, eaque mihi semper salutaria esse existimo.

98. Super inimicos meos* sapere me fecisti mandatum tuum; quia in æternum * meum est.

* Vulgata prudentem me fecisti mandato tuo; * mihi est.

Illorum, inquit, malitiam spes reditus superat, nec vmquam desinam esse partis istiusmodi, scilicet sperantis te promissiones impleturum.

99. Super omnes docentes me intellexi; quia testimonia tua meditatio mea est.

Hoc vult dicere, quòd aliqui ex ijs qui hîc cunctantur peruersa consulant dicentes, Vsquequo speras? Etiam nos speramus, sed non assequimur. Verumtamen illis hæc me docentibus à spe non destiti.

100. Super senes intellexi; quia mandata tua exquisiui.

101. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

102. A iudicijs tuis non declinaui; quia tu legem posuisti mihi.

Considerans, inquit, quomodo omne sæculum non possit irritam reddere promissionem tuam, idcircò à iudicijs non declinaui, neque à proposito destiti. Et pulchrè Deo attribuit patientiam ipsorum. Humanâ enim virtute maior erat tolerantia quam exhibebant.

103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo!

Rursus *eloquia tua*, id est promissiones

ϛζ. ΩΣ ἠγάπησα τὸν νόμον σου κύριε; ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστίν.

Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, φησὶ, στέργω τὰς ἐντολὰς, καὶ διαπαντὸς ταύτας ἡγοῦμαι εἶναί μοι σωτηρίους.

ϛή. Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐμή ἐστιν.

Τῆς ἐκείνων, φησὶ, κακίας ἡ τῆς ἐπανόδου ἐλπὶς περιγίνεται, καὶ οὐδέποτε παυσαίμην τῆς τοιαύτης εἶναι μερίδος, τουτέστι τοῦ ἐλπίζειν ὡς πληρώσεις σου τὰς ἐπαγγελίας.

ϛθ΄. Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα· ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν.

Τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι τινὲς τῶν ἐνταῦθα χρονισάντων φαῦλα συμβουλεύουσι λέγοντες, ἕως πότε ἐλπίζεις; καὶ ἡμεῖς ἐλπίζομεν, ἀλλ' οὐκ ἐτύχομεν. Ἀλλὰ κἀκείνων ταῦτά με διδασκόντων ἐγὼ οὐκ ἀπέστην τῆς ἐλπίδος.

ρ΄. Ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

ρα΄. Ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου· ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου.

ρβ΄. Ἀπὸ τῶν κριμάτων σου οὐκ ἐξέκλινα· ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς με.

Λογιζόμενός, φησιν, ὡς πᾶς αἰὼν οὐκ ἀρκεῖ ἐξίτηλόν σου θεῖναι τὴν ἐπαγγελίαν, διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν κριμάτων σου οὐκ ἐξέκλινα, οὐδὲ τῆς προθέσεως ἀπέστην. Καὶ καλῶς ἐπέγραψε τῷ θεῷ τὴν αὐτῶν ὑπομονήν. πλέον γὰρ ἦν ἀνθρωπίνης ἀρετῆς τὸ καρτερικὸν ὃ ἐνεδείκνυντο.

ργ΄. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου;

Πάλιν τὰ λόγιά σου, ἀντὶ τοῦ αἱ περὶ τῆς ἐπανό-

ἐπανόδου ἐπαγγελίαις σου. Ὅσον γὰρ ἐπικεραννύμενον ταῖς ἐνταῦθα ἀλγηδόσι, τοσοῦτον ἐγλυκαινόμενον ταῖς ἐπαγγελίαις.

ρδʹ. Ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου συνῆκα· διὰ τοῦτο ἐμίσησα πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας.

Αὗται γάρ με καὶ παρεσκεύασαν, πάσης μὲν ἀτόπου πράξεως ἀποσχέσθαι ποιοῦσαι, πάσῃ δὲ ἐλπίδι χρηστοτέρᾳ προσβιβάσουσαι.

ρεʹ. Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.

Οὕτω δὲ διακείμενος, ὡς ὑπὸ λύχνῳ καὶ φωτὶ τῷ νόμῳ σου, ἐπὶ πᾶσαν ἀγαθὴν πρᾶξιν παραπεμπόμενον, ὑπ' οὐδενὸς ἐμποδιζόμενος τοῦ συνορᾷν τὸ δέον.

ρϛʹ. Ὤμοσα, καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

Τὸ ὤμοσα, ἀντὶ τοῦ, βεβαίως ἔκρινα. εἰπὼν γὰρ, ὅτι φωτίζει μοι τὸ δέον ὁ νόμος, ἐπήγαγε· διὰ τοῦτο ἔκρινα μὴ ἀποστῆναι τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν. κρίματα γὰρ δικαιοσύνης τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν φησὶ καὶ ἐπαγγελίαν.

ρζʹ. Ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα κύριε· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

Ἐπεὶ γάρ, φησιν, εἶδές με ταπεινωθέντα καὶ κατακαμφθέντα ταῖς συμφοραῖς, ἐπηγγείλω μοι ζωὴν καὶ ἐπάνοδον.

ρηʹ. Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δὴ κύριε· καὶ τὰ κρίματά σου δίδαξόν με.

Καὶ ἐπεί, φησιν, οὐδείς σε ἠνάγκασεν ἐπαγγείλασθαί μοι, ἀλλ' ἐξ ἀγαθότητος, πλήρωσον αὐτὴν (τοῦτο γὰρ λέγει εὐδόκησον) ἵνα ἀπολαύσω ὧν ἔκρινας ἀπολαῦσαί με.

ρθʹ. Ἡ ψυχή μου ἐν χερσί σου διαπαντός· καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Τοσαῦταί μοι, φησὶ, καθ' ἑκάστην ἐπήγοντο θλίψεις, ὡς ἀπογνῶναί με τοῦ ζῆν, εἰς χεῖράς τε τὰς σὰς παραθέσθαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ὅμως εἰχόμην τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος, τὸ δυνατὸν ἀποβλέπων τοῦ ἐπαγγειλαμένου. Ὅτι γὰρ τὸ μέγεθος τῶν συμφορῶν αἰνίττεται, καὶ τὰ ἑξῆς μηνύει λέγων·

tuæ de reditu. Quantum enim hîc doloribus afficiebar, tantumdem promissionibus tuis recreabar.

PARAPHRASIS ANONYMI.

104. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Hæc enim me imbuerunt, ab omni quidem inordinatâ actione abstinere facientes, omni verò spe meliori promouentes.

105. Lucerna pedibus meis * lex tua, & lumen semitis meis.

NVN.

* Vulgata verbum tuum, Lex lucerna & lux.

Ita autem sub lege tua, tamquam sub lucerna & luce constitutus, ad omnem probam actionem dirigebar, à nemine impeditus id quod decebat contemplari.

106. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

Illud *Iuraui*, id est, Firmiter decreui. Cùm enim dixisset, Quoniam lex illuminat me quid deceat, subiungit: Idcircò decreui minimè recedere à promissionibus tuis. Iudicia enim iustitiæ vocat Dei iudicium ac promissionem.

107. Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundùm verbum tuum.

Quia enim, inquit, vidisti me calamitatibus humiliatum & incuruatum, promisisti mihi vitam & reditum.

108. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

Et cùm, inquit, nemo te coëgerit vt hæc mihi promitteres, sed ex bonitate tua id feceris, imple promissum tuum (hoc enim ait beneplacitum fac) vt fruar ijs quæ decreuisti.

109. Anima mea in manibus * tuis semper: & * legis tuæ non sum oblitus.

* Vulgata meis

* legem tuam

Tantæ, inquit, tribulationes quotidie me vrserunt, vt de vita desperarem, & in manus tuas spiritum meum commendarem: attamen habui spem meliorem, quando respexi potentiam promittentis. Quod enim magnitudinem calamitatum insinuet, etiam deinde indicat dicens:

110. Po-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

110. Posuerunt peccatores laqueum mihi: & * à mandatis tuis non erraui.

* Vulgata de

ρί. Ἔθεντο ἁμαρτωλοὶ παγίδα μοι· καὶ ἐκ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἐπλανήθην.

111. Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

ρια. Ἐκληρονόμησα τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· ὅτι ἀγαλλίαμα τῆς καρδίας μου εἰσίν.

Hereditatem autem vocat stabilem possessionem. ac si dicat: Firmiter adhæsi promissioni tuæ: hæc enim me exhilarabat. Hoc autem etiam declarat id quod sequitur.

Κληρονομίαν δὲ καλεῖ τὴν βεβαίαν κτῆσιν. ἵνα εἴπῃ· ὅτι βεβαίως εἰχόμην τῆς ἐπαγγελίας σου· τοῦτο γάρ με καὶ ηὔφραινε. Τοῦτο δὲ δηλοῖ καὶ τὸ ἑξῆς.

112. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.

ριβʹ. Ἔκλινα τὴν καρδίαν μου τοῦ ποιῆσαι τὰ δικαιώματά σου εἰς τὸν αἰῶνα δι' ἀντάμειψιν.

Valdè, inquit, inclinaui in promissiones tuas, sciens fore mihi bonum finem & bonam retributionem.

Σφόδρα, φησὶν, ἀπέκλινα πρὸς τὰς ἐπαγγελίας σου, εἰδὼς ὡς ἔσται μοι πέρας χρηστὸν καὶ ἀμοιβὴ ἀγαθή.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

MEM.

97 QVOMODO DILEXI?] Vox *Quomodo* non comparationis aut similitudinis est, sed indicat verè & per se principaliter, & non propter quid aliud diuinam legem dilectam existimari: non enim quiuis tamquam diligens eam explet; sed alius quidem metu supplicij, alius verò gloriam sectans. Illud autem *totâ die*, id est in tota vita mea.

ϛζʹ. ΩΣ ΗΓΑΠΗΣΑ;] Οὐ παραβολῆς καὶ ὁμοιώσεως τὸ ὡς, ἀλλὰ τὸ ἀληθῶς καὶ πρωτοτύπως, καὶ οὐ δι' ἕτερόν τι ἀγαπητὸν ἡγεῖσθαι τὸν θεῖον νόμον· οὐ γὰρ πᾶς ὡς ἀγαπῶν τοῦτον πληροῖ· ἀλλ' ὁ μὲν δέει κολάσεως, ὁ δὲ δόξαν θηρώμενος. τὸ δὲ ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀντὶ τοῦ, ἐν ὅλῃ μου τῇ ζωῇ.

98. SVPER INIMICOS MEOS SAPERE ME FECISTI.] Hic Propheta cùm diuinam legem feruidè diligeret, eius quoque notitiam Deo acceptam refert. Tu me, inquit, sapere fecisti notitiam legis tuæ, idcircò eam in æternum habeo. Symmachus verò pro *meum* legit, *Quare etiam in æternum mihi est*. Alij autem istud *super inimicos meos*. Quoniam illi quidem, inquit, satagunt me occidere, ego autem non vlciscor. Docentes autem & seniores vocat eos qui per tempus seu ætatem alios corrigere & instruere debebant, sed ipsi manebant incorrecti: qualis erat Saül, qui & tempore & potestate Dauidem præcedebat, vtpote iuuenem quidem ætate, sed non ducentem manus iniquas, neque vlciscentem sibi iniurios, quos cùm prudens esset virtute superabat. Hoc enim est custodire legem diuinam, nempe operibus illam implere; quoniam non potest quis duas simul vias

Custodire legem, est operibus eam implere.

ϛή. ΥΠΕΡ ΤΟΥΣ ΕΧΘΡΟΥΣ ΜΟΥ ΕΣΟΦΙΣΑΣ ΜΕ.] Θερμῶς ἀγαπῶν ὁ προφήτης τὸν θεῖον νόμον, καὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν τῷ Θεῷ ἀνατίθησι. σύ με, φησὶν, ἐσόφισας τὴν τοῦ νόμου σου γνῶσιν, διὸ ταύτης εἰς αἰῶνα ἀντέχομαι. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἐμὴ, διὸ καὶ εἰς αἰῶνα αὕτη μοι. ἄλλοι δὲ τὸ ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου. ἐπεί, φησι, προδίδουσιν ἐκεῖνοι μὲν ἀνελεῖν, ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἀμύνομαι. διδάσκοντας δὲ καὶ πρεσβυτέρους λέγει τοὺς διὰ τὸν χρόνον ὀφείλοντας ἄλλους παιδεύειν καὶ νουθετεῖν, μένοντας δὲ ἀδιορθώτους· οἷος ἦν ὁ Σαοὺλ, καὶ χρόνῳ καὶ ἐξουσίᾳ προέχων τοῦ Δαβὶδ, τοῦ νέου μὲν ἡλικίαν ἄγοντος, μὴ ἄρξαντος δὲ χειρῶν ἀδίκων, μήτε ἀμυναμένου τοὺς ἀδικοῦντας, οὓς ὁ συνετὸς ὑπερβάλλει τῇ ἀρετῇ. τοῦτο γάρ ἐστι φυλάξαι τὸν θεῖον νόμον, τὸ τοῖς ἔργοις αὐτὸν πληρῶσαι· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐν ταὐτῷ δύο ὁδεύειν ὁδοὺς,

ὁδὺς, ἀκολασίας καὶ ἀρετῆς. ἢ ἐχθροὺς καὶ διδάσκοντας καὶ πρεσβυτέρους τοὺς Ἰουδαίους ἐκάλεσεν, ὁ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαὸς ὑπὲρ οὓς καὶ συνῆκεν, ὅτι τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ ἐξεζήτησε καὶ ἐφύλαξε. διὸ ὁ νομοθετηθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ μὴ ἐκκλῖναι τῶν θείων κριμάτων, φησίν·

ργ'. ΩΣ ΓΛΥΚΕΑ ΤΩ ΛΑΡΥΓΓΙ ΜΟΥ ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] Λάρυγγα εἶπεν, ὡς ὄργανον ὄντα φωνῆς. διὰ φωνῆς δὲ ἡ μελέτη τῶν θείων λογίων, οἷς ἡ ψυχὴ κεχρημένη τὴν ἐντεῦθεν καρποῦται ὠφέλειαν. ἁγίου δὲ διάθεσις τὸ ἐνευφραίνεσθαι λόγοις θεοῦ. ὑγιαίνοντι γὰρ αἰσθητηρίῳ τὸ μέλι γλυκὺ, πικρὸν δὲ νοσοῦντι. ὑπὲρ μέλι δὲ λέγει, τῶν παρ' ἀνθρώποις ἡδέων πάντων δι' αὐτοῦ δηλουμένων. ἢ λάρυγγα τροπικῶς τὴν ἐνδιάθετον καλεῖ, καθ' ἣν ὡς λάρυγγι τὰ πρακτέα καὶ μὴ διακρίνομεν. στόμα δὲ τὴν μεταχείρισιν τούτων, ἢ καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐκφαντικόν· ἐπεὶ τῷ στόματι τὸ νοηθὲν ἅπαν ἐξαγγέλλειν εἰώθαμεν. τρυφῶντος δὲ ἀφῆκε φωνήν· τρυφὴ γὰρ ἦν αὐτῷ τὰ θεῖα λόγια· κατὰ τὸ, κατατρύφησον τοῦ κυρίου. συνετὸς δέ φησι τίσιν ἀρέσκῃ.

ρε'. ΛΥΧΝΟΣ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ ΜΟΥ.] Οὐδὲ γὰρ ἐν σκότει βαδίζω, τῷ σῷ νόμῳ οἷον τινὶ λύχνῳ φωτιζόμενος. λύχνος μὲν γὰρ ὁ νόμος ὠνόμασται, ἥλιος δὲ δικαιοσύνης ὁ κύριος. ὁ μὲν γὰρ ἓν κατηύγασεν ἔθνος, ὁ δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

ρς'. ΩΜΟΣΑ, ΚΑΙ ΕΣΤΗΣΑ ΤΟΥ ΦΥΛΑΞΑΣΘΑΙ.] Τὴν βεβαίαν τῆς ψυχῆς κρίσιν ὅρκον ὠνόμασεν. ὅρκῳ γὰρ βεβαιοῦται τὰ πράγματα. στῆσαι δὲ τὸ βεβαίως ὁρίσαι, τὸ ἀμεταθέτως προθέσθαι, ἀπαράβατον φυλάττειν. ἑκούσια δὲ τοῦ στόματός τὰ περὶ ὧν οὐ προστεταγμένοι ποιοῦμεν, ἀλλὰ ποιοῦμεν τῇ προαιρέσει. οἷον· παρθενίαν ἐὰν ἀσκήσω, οὐ προστεταγμένην, ἀλλὰ προαιρέσει ποιῶ. τοῦτο εὐδόκησον. Ἀκύλας οὐχ ἁπλῶς δὲ λέγει τεταπεινώθην, ἀλλὰ σφόδρα. πρόφασιν γὰρ ἔχων εἰς τῦφον, ὡς βασιλεὺς, καὶ σοφὸς καὶ προφήτης ἐταπεινώθην. ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται. σπάνιον δὲ καὶ τὸ ζῆν κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ὡς τὸν προφή-

ingredi, scilicet intemperantiæ & virtutis. Vel inimicos & docentes & seniores appellauit Iudæos, super quos populus qui ex Gentibus est intellexit, quia mandata Christi exquisiuit & custodiuit. Quapropter cùm à Deo per legem edoctus esset à diuinis iudicijs minimè declinare, ait:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

103. QVAM DVLCIA FAVCIBVS MEIS ELOQVIA TVA!] Fauces dixit, vtpote quæ instrumenta vocis sint. Per fauces autem fit diuinorum meditatio oraculorum, quibus anima vsa vtilem inde fructum percipit. Sancti autem affectus est in sermonibus Dei delectari. Mel namque sano gustui dulce est, sed amarum ægrotanti. Super mel autem ait, per illud significando omnia quæ suauia sunt hominibus. Vel fauces figuratè appellat affectum internum, per quem tamquam faucibus discernimus quæ agenda sint & quæ non. Os autem vocat horum tractationem, vel etiam id quod alijs ea enuntiat; quandoquidem ore quidquid mente percipimus enuntiare solemus. Emisit autem vocem deliciantis: siquidem eloquia diuina ipsi deliciæ existebant; iuxta illud, *Delectare in Domino.* Prudens autem dicit quibus delectetur.

Quid per fauces intelligatur.

Psal. 36, 4.

105. LVCERNA PEDIBVS MEIS.] Minimè enim in tenebris ambulo, lege tuâ tamquam lucernâ quadam illustratus. Lucerna enim lex nominatur, Sol autem iustitiæ Dominus est. Siquidem illa quidem vnam Gentem illustrauit, hic verò orbem vniuersum.

NVN.

106. IVRAVI, ET STATVI CVSTODIRE.] Firmum animi iudicium appellauit iuramentum. Iuramento enim negotia firmantur. Statuere autem idem est quod firmiter decernere, immutabiliter proponere, inuiolabiliter seruare. Voluntaria verò oris sunt ea quæ non sumus iussi facere, sed facimus nostrâ sponte. v. g. Si virginitatem colam, non ex præcepto, sed liberâ voluntate id facio. Hoc designat illud *Beneplacita fac.* Aquila non simpliciter dicit *Humiliatus sum*, sed *valde*. Nam cùm superbiendi occasionem haberem, vt Rex, & sapiens & Propheta humiliatus sum. *Quia Deus superbis resistit.* Rarum autem vt quis viuat secundùm verbum Dei, ita vt Propheta

Iuramentum pro firmo animi iudicio ponitur.

1. Pet. 5, 5.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dicat *Viuifica me*; ac si nondum quid rectè gessisset.

109. ANIMA MEA IN MANIBVS TVIS.] In periculis constituti solemus dicere illud, *Anima mea in manibus tuis:* tamquam pro veritate periculum subituri. Verumtamen, inquit, in his periculis existentem legum tuarum obliuio non cepit. Sed cùm illi laqueos ad irretiendum me collocarent, ego mandata tua seruabam, & non sum deceptus. Credens enim testimonia tua mihi esse hereditatem sempiternam, illa prætuli. Tamquam de bilance autem dixit illud *Inclinaui.* id est, Huic animum applicabam, & ad id quod melius est inclinabam, scilicet ad facienda mandata tua, propter lucrum quod ex eis existit: sciebam enim quantæ sint retributiones eorum qui illa perficiunt.

Semper diuinæ legis memoria retinenda.

τὴν ζῆσόν με λέγειν· ὡς μήπω κατορθωκότα.

ρθ΄. Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΕΝ ΤΑΙΣ ΧΕΡΣΙ ΣΟΥ.] Ἐν κινδύνοις ὄντες εἰώθαμεν λέγειν τὸ, ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου· ὡς κινδυνεύειν μέλλοντες διὰ τὴν ἀλήθειαν. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ ἐν τούτοις ὢν ἔσχον, φησὶ, τοῦ νόμου σου λήθην. ἀλλὰ παγίδας μοι τιθεμένων ἐκείνων πρὸς τὸ θηρεῦσαι, ἐγὼ ἐτήρουν τὰς ἐντολάς σου, καὶ οὐκ ἐπλανήθην. κλῆρον γὰρ αἰώνιον πιστεύων εἶναί μοι τὰ μαρτύριά σου, ἀντεποιούμην αὐτῶν. ὡς ἐπὶ ζυγοῦ δὲ εἶπεν τὸ ἔκλινα. ἀντὶ τοῦ, προσετιθέμην τούτῳ, καὶ πρὸς τὸ ἄμεινον ἔκλινα, ἤτοι τὴν ποίησιν τῶν ἐντολῶν σου, διὰ τὸ ἀπ᾽ αὐτῶν κέρδος· εἶδον γὰρ ὅσαι τῶν κατορθούντων αἱ ἀμοιβαί.

CATENA PATRVM.

MEM.

97. QVOMODO DILEXI LEGEM TVAM DOMINE?] THEODORI. Indicium dilectionis legis posuit quotidianam eius meditationem. Nam exactum & minimè dubium dilectionis argumentum est, totâ die dilecto vacare & assidere, ita vt quis ad nihil aliud adspiciat, sed omnibus mortuus sit, & omnia mortua arbitretur, vt dilecto assiduè fruatur. Itaque qui obiter legitima meditantur, minimè meditantur illa ex legis dilectione, sed vt ab hominibus videantur.

Argumentum dilectionis est quotidiana legis meditatio.

ORIGENIS. Meditanda lex est non solùm dictionibus ac vocibus, sed etiam actionibus. Quando enim quis legit, intelligens ea quæ dicuntur, & faciens ea, non omittens in vlla actione, sed in omnibus faciens id quod lex vult, is & dicens & legens & faciens meditatur legem Dei. Hoc loco itaque dicitur, *Tota die meditatio mea est.* In primo verò Psalmo ait non solùm die, sed etiam nocte meditandam esse legem illi qui futurus sit beatus. Ad quid igitur hoc loco noctem omisit? Quia nimirum hîc mixta est vita hominum, idcircò nunc & diem habemus & noctem; quando verò sancti euaserimus ac beati, nulla nox nos consequetur, sed in sola die versabimur. Considera igitur, quomodο is qui hîc proficiscitur,

Meditanda lex non vocibus, sed actionibus.

ϚΖ΄. ΩΣ ΗΓΑΠΗΣΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ;] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀπόδειξιν τῆς ἀγάπης τοῦ νόμου τὴν μελέτην αὐτοῦ τὴν πανημέριον ἔταξεν. ἀκριβὴς γὰρ ἀγάπης καὶ ἀναμφιβολίας ἔλεγχος, τὸ πᾶσαν ἡμέραν τῷ ἀγαπωμένῳ σχολάζειν καὶ προσκαθίζεσθαι, ὥστε πρὸς μηδὲν ἕτερον ὁρᾷν, νεκρὸν δὲ εἶναι πᾶσι, καὶ νεκρὰ ἡγεῖσθαι τὰ πάντα, ἵνα τοῦ ἀγαπωμένου διηνεκῆ τις τὴν ἀπόλαυσιν κτήσηται. ὥστε οἱ παρέργως μελετῶντες τὰ νόμιμα, οὐκ ἐξ ἀγάπης αὐτὰ τοῦ νόμου μελετῶσιν, ἀλλ᾽ ἐνδείξασθαι τοῖς ἀνθρώποις βουλόμενοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μελετᾶται νόμος οὐκ ἐν λέξεσι καὶ φωναῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πράξεσιν. ὅτε γὰρ ἀναγινώσκει τις, νοῶν τὰ λεγόμενα, καὶ πράττων αὐτὰ, μὴ παραλιπὼν ἔν τινι πράξει, ἀλλ᾽ ἐν πᾶσι ποιῶν ὃ βούλεται ὁ νόμος, οὗτος καὶ λέγων καὶ ἀναγινώσκων καὶ πράττων μελετᾷ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον. ἐνθάδε μὲν οὖν λέγεται, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστίν. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ψαλμῷ οὐ μόνον τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ τὴν νύκτα φησὶ τὸν ἐσόμενον μακάριον δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον. τί δήποτε οὖν ἐνταῦθα παρέλιπε τὴν νύκτα; ὅτι μικτός ἐστιν ἐνταῦθα τῶν ἀνθρώπων ὁ βίος, διὰ τοῦτο καὶ ἡμέραν νῦν ἔχομεν καὶ νύκτα· ὅταν δὲ ἅγιοι γενώμεθα καὶ μακάριοι, νὺξ ἡμᾶς οὐ διαδέξεται, ἀλλ᾽ ἐν μόνῃ ἐσόμεθα τῇ ἡμέρᾳ. ὅρα οὖν, ὡς μὲν ὁ ἐνταῦθα πορευόμενος,

νος, ἤτοι μὴ κατὰ βίον τέλειος (πορεία γάρ ἐστιν ἡ κατὰ κόσμον ἀναστροφή) οὐδέπω καθαρῶς πορεύεται, ἀλλ' ὅτε μὲν ἐν ἡμέρᾳ ἐστὶν, ὅτε δὲ ἐν νυκτί· ἐν ἡμέρᾳ μὲν, ὅτε τὰ κατὰ τὸν νόμον καθήκοντα ποιεῖ· ἐν νυκτὶ δὲ, ὅτε οὐδέπω ὅλῃ καρδίᾳ (κἂν μελετᾷ τὸν νόμον) ποιεῖ τὸν νόμον, ἢ καὶ ὅτε παρὰ τὰ καθήκοντα πράττει. ὁ μὲν οὖν ἀρχόμενος, ἢ καὶ προκόπτων, μελετᾷ τὸν νόμον ἡμέρας καὶ νυκτός· ὁ δὲ τετελειωμένος, οὐκ ἔστιν ἐν νυκτὶ, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· ἡ νὺξ προέκοψεν ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. καὶ πάλιν· ἄρα οὖν οὐκέτι ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους, ἀλλ' ἐσμὲν τέκνα φωτὸς καὶ ἡμέρας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δυνάμεθα νοεῖν τὸ, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστὶν, ἐν ὅλῳ τῷ τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνῳ. πολλαχοῦ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων ἡμέρα καλεῖται· ὡς ἐν τῷ, καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. καὶ τὸ, ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.

ϟη'. ΥΠΕΡ ΤΟΥΣ ΕΧΘΡΟΥΣ ΜΟΥ ΕΣΟΦΙΣΑΣ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐχθροὺς νῦν φησὶν ἐπιδικαζομένους τὴν ἐντολὴν, καὶ μισοῦντας ἡμᾶς οἷς ἡμεῖς οὐκ ἐχθραίνομεν. σημαίνει τοὺς ἐκ περιτομῆς Ἰουδαίους· ὑπὲρ τούτους γὰρ ὁ Χριστιανὸς ἐσοφίσθη τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, πνευματικῶς τὸν νόμον νοῶν καὶ φυλάττων. διὰ τοῦτο δύναμαι νοῆσαι βαθύτερον τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ κυρίου· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. ἐχθροὶ γὰρ ἡμῶν εἰσιν ἐκεῖνοι, οἱ ἔχοντες ζῆλον Θεοῦ, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ ἐπιτιθέμενοι ἐχθροὶ ἀόρατοι πειρῶνται, διὰ πάσης σπουδῆς εἰς τὸ προτιμᾶν ἡδονὴν ἀγαγεῖν με, ὡς καὶ τὴν θείαν ἐντολὴν σὺν ἱδρῶτι κατορθοῦν παραιτεῖσθαι. κρείττων δὲ γίνεται τῆς ἡδονῆς καὶ τῶν πρεσβευόντων αὐτὴν ἐχθρῶν ὁ τὴν Θεοῦ ἐντολὴν σοφιζόμενος ὑπ' αὐτῆς, ὥστε εἰς αἰῶνα αὐτὴν ἔχειν προτιμήσας τῆς πρὸς ὀλίγον οὔσης καὶ προσκαίρου ἡδονῆς· διὸ τῷ Θεῷ εὐχαριστικῶς ὑμνῶν ἐρεῖ· ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου, ἐξ οὗ καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου γεγένημαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Θερμῶς τὸν θεῖον ἀγαπᾶν ὁ προφήτης ὁμολογήσας νόμον, τῇ θείᾳ χάριτι τὸ πᾶν ἀνατίθησι· παρά σου γάρ, φησι, σοφίαν καὶ γνῶσιν δεξάμενος, τὸν σὸν ἔστερξα

sive secundùm vitam minimè perfectus est (professio enim est huius mundi conuersatio) nondum purè incedit, sed aliquando quidem in die est, quandoque verò in nocte: in die quidem, quando ea quæ lege præscripta sunt agit; in nocte verò, quando nondum in toto corde (tametsi meditetur legem) facit legem; vel etiam quando contrà quàm deceat agit. Qui igitur incipit, vel etiam proficit, is meditatur legem die ac nocte; qui verò perfectus est, is non versatur in nocte, sed in die, quemadmodum Paulus ait: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit; sicut in die honestè ambulemus.* Et iterùm: *Igitur non ampliùs sumus noctis neque tenebrarum, sed sumus filij lucis & diei.*

CATENA PATRVM. *Quis in spiritali die & quis in nocte versetur.*

Rom. 13. 1. Thess. 5.

DIDYMI. Illud, *Tota die meditatio mea est*, possumus intelligere in toto vitæ nostræ tempore. Frequenter enim totum vitæ tempus hominum dies appellatur; vt in isto, *Et te sustinui totâ die.* atque illud, *Propter te mortificamur totâ die.*

Psal. 24, 5. Psal. 43, 22.

98. SVPER INIMICOS MEOS SAPERE ME FECISTI.] ORIGENIS. Inimicos vocat modò eos qui mandatorum rei sunt, & nos oderunt; quibus nos minimè indignamur. Intelligit de circumcisione Iudæos: super hos enim Christianus prudentior factus est in mandato Dei, cùm spiritaliter legem intelligat atque custodiat. Idcircò possum profundiùs intelligere id quod dictum est à Domino: *Diligite inimicos vestros.* Illi enim nostri inimici sunt, *qui æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam.*

Quis prudens fiat super inimicos suos.

Matth. 5, 44. Rom. 10, 2.

DIDYMI. Inuisibiles inimici ingruentes omni studio id satagunt, vt adducant me ad voluptatem amplectendam, ita vt etiam legem diuinam cum sudore exequi recusem. Verùm hac voluptate & inimicis eam commendantibus potior existit is qui à Deo ita sapiens factus est mandato eius, vt ipsum in æternum habere malit quàm temporariam & exiguo spatio durantem voluptatem; quapropter Deo cum laude gratias agens dicet: Sapere me fecisti mandatum tuum, vnde etiam inimicis meis superior euasi.

ANONYMI. Cùm Propheta diuinam legem feruenter se diligere professus esset, totum diuinæ gratiæ attribuit: à te enim, inquit, sapientiam & scientiam accipiens, legem tuam

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dilexi: siquidem scientiam inimicis potiorem mihi contulisti; quamobrem illi quidem me interimere conantur, ego verò illos qui me iniurijs afficiunt vlcisci non sustineo: nam æternum virtutis lucrum recogito.

99. SVPER OMNES DOCENTES ME INTELLEXI.] ORIGENIS. Scripturæ primæ fuerant illorum, ipsis concredita fuerant eloquia Dei, illi magistri fuisse dicuntur, vtpote qui primi legem & Prophetas acceperint. Nos igitur qui de Gentibus sumus dicimus: *Super omnes docentes me intellexi*. Cur porrò? *Quia testimonia tua meditatio mea est*. Noua reperio testimonia, præter illa testimonia quæ frequenter recitata sunt. Meditatio enim mea sunt testimonia Iesu Christi: siquidem hæc testimonia accepi, & idcircò ego super omnes docentes me intellexi. Ecclesiasticus appellauerat illos inimicos: dixerat illos docentes, nunc vocat illos etiam seniores.

EVSEBII. Ceterùm si Saluator alibi dixerit, *Non est discipulus super magistrum suum*, &c. dicendum est hoc dictum à Saluatore cùm priùs distinxisset ac dixisset: Ne vocetis magistrum super terram: vnus est enim vester Magister qui est in cælis. Illius igitur Magistri comparatione non est discipulus præstantior. Magistri verò qui hoc loco vt multi significantur, longè alij sunt: quibus sæpenumerò discipulus est præstantior ex vberiori & assidua erga Dei sermones exercitatione.

Matth. 10. *Quomodo intelligendum, quod non sit discipulus supra magistrum.* Matth. 23, 10.

100. SVPER SENES INTELLEXI.] ANONYMI. Esau senior erat Iacobo. Benedictio competebat Esau, & benedictio benedicentis dicta est ad Esau: dum ille egressus fuisset, induebar vestibus Esau. Ille namque egressus fuerat ad feras, negotijs domesticis relictis, atque ego illo egresso stolam Esau pulchram indutus ingredior, & accipio benedictionem. Stola autem eius pulchra est Lex & Prophetæ. Ritè dissimulans accedo ad patrem, offero illi cibos: vescitur is cibis cicuribus, non illis agrestibus: *(veloces enim sunt ad effundendum sanguinem:)* affero ego cibum mansuetum, hœdos teneros ac bonos, iuxta matris meæ subornationes. *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra*. Offero patri, accipio benedictiones. Super seniorem ego intellexi.

Iacob supra seniorem Esau intellexit.

Rom. 3, 15.

Galat. 4, 26.

νόμον· πλείονα γάρ μοι τῶν ἐχθρῶν εἴδησιν ἔδωκας· διὸ οἱ μὲν ἀνελεῖν με σπουδάζουσιν, ἐγὼ δὲ ἀμύνασθαι τοὺς ἀδικοῦντας οὐκ ἀνέχομαι· τὸ γὰρ αἰώνιον τῆς ἀρετῆς φαντάζομαι κέρδος.

ϟθʹ. ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΔΙΔΑΣΚΟΝΤΑΣ ΜΕ ΣΥΝΗΚΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αἱ γραφαὶ ἐκείνων ἦσαν πρῶται, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, ἐκεῖνοι διδάσκαλοι ἐπαγγέλλονται, γεγονέναι ἅτε πρῶτοι παραλαβόντες νόμον καὶ προφήτας. ἡμεῖς οὖν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λέγομεν· ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα. διὰ τί δέ; ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστί. καινὰ εὑρίσκω μαρτύρια, παρὰ τὰ πολλάκις εἰρημένα μαρτύρια. μελέτη μου γάρ ἐστι τὰ μαρτύρια Ἰησοῦ Χριστοῦ· παρεδεξάμην γὰρ αὐτὰ τὰ μαρτύρια, καὶ διὰ τοῦτο ἐγὼ ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα. εἶπεν αὐτοὺς ἐχθροὺς ὁ Ἐκκλησιαστικός· εἶπεν αὐτοὺς διδάσκοντας, νῦν λέγει αὐτοὺς καὶ πρεσβυτέρους.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰ δὲ λέγοι που ὁ σωτὴρ, Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς, λεκτέον ὅτι ταῦτ' εἴρηται τῷ σωτῆρι προδιαστειλαμένῳ καὶ φάντι· Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν διδάσκαλος ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὡς πρὸς ἐκεῖνον οὖν τὸν διδάσκαλον οὐκ ἔστι μαθητὴς κρείσσων. οἱ δὲ ἐνταῦθα δηλούμενοι πολλοὶ διδάσκαλοι, ἕτεροι τυγχάνουσιν· ὧν πολλάκις ὁ μαθητὴς κρείττων γίνεται διὰ πλείονος καὶ συνεχοῦς τῆς περὶ τοὺς θείους λόγους ἀσκήσεως.

ρʹ. ΥΠΕΡ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ ΣΥΝΗΚΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡσαῦ πρεσβύτερος ἦν τοῦ Ἰακώβ. ἡ εὐλογία ἀπέκειτο τῷ Ἡσαῦ, καὶ ἡ εὐλογία τοῦ εὐλογοῦντος εἴρηται πρὸς τὸν Ἡσαῦ· ἕως ἐκεῖνος ἐξῆλθεν, ἐνδυσάμην τοῦ Ἡσαῦ τὰ ἱμάτια. ἐξῆλθε γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰ θηρία, καταλιπὼν τὰς ἡμέρας διατριβὰς, κἀγὼ ἐκείνου ἐξελθόντος ἐνδυσάμενος τὴν Ἡσαῦ τὴν στολὴν τὴν καλὴν εἰσέρχομαι, καὶ λαμβάνω τὴν εὐλογίαν. ἡ στολὴ δὲ αὐτοῦ καλὴ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. καλῶς ὑποκρινάμενος προσέρχομαι τῷ Πατρί, προσφέρω αὐτῷ ἐγὼ τροφάς· τρέφεται ταῖς ἡμέραις μου τροφαῖς, οὐ ταῖς ἀγρίων ἐκείνων· (ταχινοὶ γὰρ εἰσιν ἐκχέαι αἷμα·) προσφέρω ἐγὼ ἥμερον τροφὴν, ἐρίφους ἁπαλοὺς καὶ καλοὺς, κατὰ τὰς ὑποθήκας τῆς μητρός μου. ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. προσφέρω τῷ πατρὶ, λαμβάνω τὰς εὐλογίας. ὑπὲρ τὸν πρεσβύτερον ἐγὼ συνῆκα.

Digitized by Google

ρα'. ΕΚ ΠΑΣΗΣ ΟΔΟΥ ΠΟΝΗΡΑΣ ΕΚΩΛΥΣΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πονηρὰς ὁδοὺς ὡδεύομεν, ἀνόητοι ὄντες ποτὲ καὶ ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐκεῖνοί μου ἦσαν ὁδοὶ πονηραί. τελείου ἡ φωνὴ αὕτη ἐκκλησιαστικοῦ. ὅσον γὰρ ἔτι ἁμαρτάνομεν, λέγειν ταῦτα οὐ δυνάμεθα· ἐκ τοῦ γὰρ κωλύειν τοὺς πόδας ἡμῶν ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς φυλάξομεν τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. ποίους λόγους; τοὺς ἐν νόμῳ, νοήσαντες αὐτοὺς πνευματικῶς, καὶ ἐπιγινώσκοντες τὸν δι' αὐτῶν κηρυττόμενον Ἰησοῦν Χριστόν. ἐμφαίνει δὲ τὸ ἐλεύθερον τῆς προαιρέσεως τὸ, ἐκώλυσα τοὺς πόδας. ὡς γὰρ, ἐπ' αὐτῷ ὄντος τοῦ κινεῖν τοὺς πόδας εἰς τὸ βαδίζειν, ἢ καὶ κωλύειν αὐτοὺς τὸ προκείμενον, εἶπεν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁδοὶ πονηραὶ ὅσαι, πάντως πρὸς πονηρίαν ἄγουσιν. ὁδὸς πονηρὰ ἀσωτία καὶ μέθη, ἐπειδὴ πρὸς πορνείαν χειραγωγοῦσιν ἑκάτεραι. ὁμοίως ὁ θυμός· ποτὲ γὰρ πρὸς φόνον, ποτὲ πρὸς βλασφημίαν ἐξάγει, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις.

ργ'. ΩΣ ΓΛΥΚΕΑ ΤΩ ΛΑΡΥΓΓΙ ΜΟΥ ΤΑ ΛΟΓΙΑ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Διαγράφει τὴν τοῦ ἁγίου διάθεσιν γλυκύτητος ἀντιλαμβανομένου ἐν τῷ προσεῖναι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφραινομένου ἐπ' αὐτῷ. ὥσπερ γὰρ τὸ ὑγιαῖνον αἰσθητήριον ἀντιλαμβάνεται τῆς τοῦ μέλιτος γλυκύτητος, ὁ δὲ νοσῶν καὶ πυρέττων πικραίνεται μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐὰν ὑγιαίνῃ σου τὸ θεῖον τῆς γεύσεως αἰσθητήριον, γλυκαίνεται τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν δὲ νοσῇ, οὐκ ἀποδέχεται αὐτὸν, οὐδὲ γλυκαίνεται. διὰ τοῦτο εἴρηται· εἰς ὦτα ἄφρονος μηδὲν λέγε, μήποτε μυκτηρίσῃ τοὺς συνετούς σου λόγους.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Γλυκέα διὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς λογικὴν τέρψιν· ἀλλ' ὑπὲρ μέλι, τῶν παρ' ἀνθρώποις πάντων ἡδέων δι' αὐτοῦ δηλουμένων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μέλι τὴν παιδείαν ὀνομάζει τὴν ἔξωθεν διὰ τὸ γλυκὺ τῆς λέξεως καὶ προσηνὲς, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν κολακείαν ἥτις ἐπὶ τὰς ἡδονὰς παρορμᾷ καὶ προτρέπει. ὑπὲρ ταῦτα γλυκέα τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ τῷ στόματι τοῦ δικαίου καὶ τῷ λάρυγγι διὰ τὴν κατάποσιν, τουτέστι τὴν ἐργασίαν· ἑκάτερα γὰρ ὁ τῶν νομίμων ἐργάτης ἀρέσκεται, καὶ τοῖς σώζουσιν· οὐχὶ τοῖς τέρπουσιν ἥδεται.

101. AB OMNI VIA MALA PROHIBVI.] ORIGENIS. Malas vias ambulabamus, cùm essemus aliquando *insipientes & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs*, &c. Hæ erant viæ meæ prauæ. illa est vox perfecti concionatoris. Dum enim adhuc peccamus, hæc dicere non valemus: pedes enim nostros ab omni via mala prohibendo sermones Dei custodiemus. Quales sermones? Illos qui in lege sunt, spiritualiter eos intelligentes, & Iesum Christum qui per ipsos prædicatur agnoscentes. Porrò illa verba, *Prohibui pedes meos*, declarant arbitrij libertatem. Hoc enim dixit, tamquam in eius potestate sit pedes ad ambulandum mouere, vel etiam eosdem prohibere.

CATENA PATRVM.

Tit. 3, 3.

DIDYMI. Viæ malæ sunt, quæ omninò ducunt ad malitiam. Via mala est luxuria & ebrietas, quia vtræque ad fornicationem manuducunt. Similiter furor: aliquando enim ad cædem, aliquando ad blasphemiam inducit, & quæ his sunt similia.

Via mala sunt vitia.

103. QVAM DVLCIA FAVCIBVS MEIS ELOQVIA.] APOLINARII. Describit viri sancti affectionem ex diuini verbi frequentatione dulcedinem haurientis, & in eo se oblectantis. Sicut enim sanus gustus mellis dulcedinem percipit, æger verò & febricitans ab illo magis amaricatur: eodem modo, si in te diuinus gustandi sensus sanus fuerit, dulcoratur verbo Dei, si autem morbitauerit, non percipit ipsum, neque dulcedine afficitur. Idcircò dictum est: *In aures imprudentis noli quidquam dicere, ne fortè irrideat sapientes sermones tuos.*

Verba Dei iustis dulcia sunt.

Prou. 23, 9.

ATHANASII. *Dulcia* propter rationalem quæ ijs inest delectationem: *super mel* autem, omnibus quæ apud homines dulcia sunt per hoc declaratis.

DIDYMI. Mel appellat exteriorem disciplinam propter dulcedinem ac lenitatem dictionis, quin etiam propter adulationem quæ ad voluptates instigat & adhortatur. Super hæc ori iusti dulcia sunt eloquia Dei & faucibus eius propter potationem, id est operationem: vtraque enim hæc legitimorum operario placent, & magis delectatur salutaribus quàm iucundis.

105. LV-

Digitized by Google

CATENA PATRVM. NVN.

105. LVCERNA PEDIBVS MEIS LEX TVA.] ATHANASII. Qui enim in diuinæ legis luce ambulat, rectum & inoffensum vitæ iter facit.

Verbum Dei lucerna.

THEODORI. Si quis habet verbum Dei, eoque in omni actione vtitur, q. d. ad singulos gressus pedem eleuans ad ambulandum, hic non potest impingere: habet enim lucernam, eaque vtitur: si verò lucernam quidem assumpserit, illique credere videatur, non assumat autem illam in omni actione, & in omni gressu suo non consideret cum ratione vbi pedem figat (pedem inquam animæ) hic vtique duplici peccato peccat, quòd nimirum habeat rationem, eaque non vbique vtatur. Verbo enim de cælis veniente, quilibet fidelium, illo minimè imminuto, ab eo in semetipso lucernam & lumen accendit, & sic ab vna luce plurimæ lucernæ factæ sunt. Et vnusquisque eorum qui verbo Dei accensam lucernam habet dicit: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* In omni igitur tempore omnino sumentes verbum Dei cùm gressus moturi sumus, siue in verbo, siue in opere, siue in cogitatione, vtamur lucernâ in conspectu nostro. Nemo enim accendens lucernam abscondit eam modio.

2. Cor. 13, 3. — Matth. 5, 15.

DIDYMI. Lucerna est sermo Dei, quam quis suscepit per hoc quod credidit Deo: hæc itaque sit ardens, & numquam extinguatur. *Lux iustis perpetuò; lux autem impiorum extinguitur.* Etiam in tabernaculo testimonij lucerna accenditur, vt hi qui ministrant Deo lucernam videant, & ministeria sua expleant ab illa illustrati: sic in tabernaculo testimonij, id est Ecclesia, lucerna accenditur. *Lucerna corporis est oculus.* Hic oculus non dicat manui, Quid facies? Et manus non dicat oculo, Opus te non habeo: quia non videt manus id quod geritur.

Prou. 13, 9. — Lucæ 11, 34. — 1. Cor. 12, 21.

ANONYMI. Duabus igitur rebus indigeo; lucernâ quidem propter pedes, lumine verò maiore propter semitas.

Lucerna lex.

EVSEBII. Lucerna lex est ijs qui ante ortum Solis iustitiæ in nocte ambulant, cùm vera lux non sit lucernæ, sed Solis, qui illuminat illos quibus nox præcessit,

ρε. ΛΥΧΝΟΣ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ ΜΟΥ Ο ΝΟΜΟΣ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ γὰρ ἐν τῷ φωτὶ τοῦ θείου νόμου περιπατῶν, ὀρθὴν καὶ ἀπρόσκοπον ποιεῖται τὴν πορείαν τοῦ βίου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἴ τις ἔχει τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ χρῆται τῷ λόγῳ ἐν πάσῃ πράξει, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, καθ' ἕκαστον βῆμα ἐπαίρων πρὸς τὸ περιπατεῖν τὸν πόδα, οὗτος οὐ δύναται προσκόψαι· ἔχει γὰρ τὸν λύχνον, καὶ χρῆται αὐτῷ· εἰ δὲ παρεδέξατο μὲν τὸν λύχνον, καὶ πιστεύειν αὐτῷ δοκεῖ, οὐ παραλαμβάνει δὲ αὐτὸν ἐν πάσῃ πράξει, καὶ ἐν παντὶ διαβήματι αὐτοῦ οὐ σκοπεῖ μετὰ τοῦ λόγου ποῦ θείη τὸν πόδα (τὸν πόδα λέγω τῆς ψυχῆς) οὗτος δὲ ἁμαρτάνει διπλῆν ἁμαρτίαν, ὅτι ἔχει τὸν λόγον, καὶ οὐ χρῆται αὐτῷ πανταχοῦ. ἐλθόντος γὰρ τοῦ λόγου ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἕκαστος τῶν πιστευόντων, μὴ μειουμένου ἐκείνου, ἀνῆψεν ἀπ' ἐκείνου ἐν ἑαυτῷ τὸν λύχνον καὶ τὸ φῶς, καὶ οὕτως ἀφ' ἑνὸς φωτὸς πολλοὶ γεγόνασι λύχνοι. καὶ ἕκαστος τῶν ἐχόντων τὸν ἀφθέντα λύχνον λόγῳ Θεοῦ λέγει· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; ἐν παντὶ οὖν καιρῷ ἅπαξ παραλαβόντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μέλλοντες κινεῖν τὰ βήματα, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν ἔργῳ, εἴτε ἐν διαλογισμῷ, χρησώμεθα τῷ λύχνῳ ἔμπροσθεν ἡμῶν. οὐδεὶς γὰρ λύχνον ἅψας καλύπτει αὐτὸν σκεύει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λύχνος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὃν παρεδέξατό τις δι' οὗ πεπίστευκε τῷ Θεῷ· οὗτος οὖν ἔστω καιόμενος, καὶ μηδέποτε σβεννύσθω. φῶς δικαίοις διαπαντός· φῶς δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου λύχνος ἅπτεται, ἵνα οἱ λατρεύοντες τῷ θεῷ βλέπωσι τὸν λύχνον, καὶ τὰς λατρείας ἐπιτελῶσι φωτιζόμενοι ὑπ' αὐτοῦ· οὕτως ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἤτοι τῇ ἐκκλησίᾳ, λύχνος ἅπτεται. ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. οὗτος ὁ ὀφθαλμὸς μὴ λεγέτω τῇ χειρὶ, τί πράξεις; καὶ ἡ χεὶρ μὴ λεγέτω τῷ ὀφθαλμῷ, χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἐπεὶ οὐ βλέπει ἡ χεὶρ ὃ πολιτεύεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δύο οὖν πραγμάτων δέομαι· λύχνου μὲν ὡς πρὸς τοὺς πόδας, φωτὸς δὲ μείζονος ὡς πρὸς τὰς τρίβους.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λύχνος ὁ νόμος ἐστὶ τοῖς πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἐν νυκτὶ βαδίζουσι, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς οὐ λύχνου ὄντος, ἀλλ' ἡλίου, φωτίζοντος ἐκείνους οἷς προέκοψεν ἡ νὺξ,

ἐγγισά-

ἐγγισάσης τῆς ἡμέρας· καθ' ἣν ἡμέραν εὐσχημόνως περιπατεῖν ἐστίν.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ἡ τῶν λύχνων χρῆσις ἐν νυκτὶ παραλαμβάνεσθαι εἴωθεν. ἐπειδὴ τοίνυν νυκτὶ διὰ τὴν σύγχυσιν καὶ τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας ἡ παροῦσα πολιτεία παρέοικε, λύχνος ἡμῖν ὁ νόμος παρὰ θεοῦ δεδώρηται, προσκόπτειν οὐ συγχωρῶν τοὺς πρὸς αὐτὸν ὁδεύοντας· ὅστις καὶ φῶς ταῖς ἡμετέραις τρίβοις γίνεται ταῖς πορείαις, δηλαδὴ καὶ ταῖς πράξεσιν.

ρϛʹ. ΩΜΟΣΑ, ΚΑΙ ΕΣΤΗΣΑ ΤΟΥ ΦΥΛΑΞΑΣΘΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τί ποιεῖ ἐνθάδε τὸ ὤμοσα ζητητέον. διέθετο διαθήκην πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ. καὶ ταύτην τὴν διαθήκην πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ διατιθεμένου τοῦ θεοῦ ὁ πιστὸς παρεδέξατο, καὶ οἱονεὶ ὅρκοις μεταξὺ τοῦ θεοῦ ἐποιήσατο παραδεξάμενος αὐτοῦ τὴν διαθήκην, ὥστε στῆσαι καὶ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. ἵστημι δέ, φησιν, αὐτὰ τῇ ἐμῇ ψυχῇ· καὶ ὅταν αὐτὰ στήσω, γίνεται ἐκεῖνο τὸ εἰρημένον παρὰ τῷ Σολομῶντι ἐν παροιμίαις· λογισμοὶ δικαίων κρίματα. ἐκεῖνα τὰ κρίματά ἐστι τῆς δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ· τότε δὲ γινόμενα, ὅτε ὤμοσα καὶ ἔστησα αὐτὰ ἐν ἐμαυτῷ. τὸ δὲ στῆσαι ἐνταῦθα τὸ βεβαίως ὁρίσαι δηλοῖ· καὶ τὸ ὀμόσαι τουτέστι τὸ ἀμεταθέτως τοῦτο προθέσθαι, καὶ ἀπαράβατον φυλάττειν τὸ ἔργον τοῦ ὅρκου μετὰ βεβαιώσεως προελέσθαι.

ρζʹ. ΕΤΑΠΕΙΝΩΘΗΝ ΕΩΣ ΣΦΟΔΡΑ ΚΥΡΙΕ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Εἰ καὶ εἶχον, φησιν, ὑπόθεσιν τοῦ ἐπαίρεσθαι, καὶ τυφοῦσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι ὡς βασιλεύς, καὶ σοφός, καὶ προφήτης, ἀλλ' ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα. ὁ θεὸς γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταπεινὸν καὶ ὑπήκοον ἑαυτὸν παραστάς, τὴν ἐπὶ τούτῳ σωτηρίαν αἰτεῖ παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ταπεινοῖς διδόντος χάριν, καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπαγγειλαμένου τὸν ἔλεον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταπείνωσις ἕως σφόδρα ἡ τῶν ἁμαρτημάτων εἰκότως ἐξαγόρευσις. τὸ γὰρ μηδὲ χρῄζειν ἐλέγχων, ἀλλ' αὐτὸν ἑαυτόν τινα κατηγορεῖν, ὑπερβολὴ ταπεινώσεως· τούτοις ζωοποιεῖν τὸ τοῦ θεοῦ λόγιον ἐπαγγέλλεται, ὡς ἀγαθότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ χρωμένου πρὸς ἡμᾶς τοῦ θεοῦ μετὰ τὴν ἐξαγόρευσιν. ἐξομολογεῖσθε γάρ, φησι, τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

dies autem appropinquauit: in qua die decenter ambulandum est.

CATENA PATRVM.

TIMOTHEI. Lucernarum vsus in nocte adhiberi solet. Cùm igitur vita præsens propter confusionem & tenebras peccati nocti assimilata sit, lucerna nobis lex à Deo data est, quæ non permittat impingere illos qui secundùm illam ambulant: hæc etiam lumen fit semitis nostris, id est itineribus & actionibus.

Lucerna vsus in nocte.

106. IVRAVI, ET STATVI CVSTODIRE.] ORIGENIS. Quærendum hoc loco quid sibi velit illa vox *Iuraui. Disposuit testamentum electis suis.* Atque hoc testamentum Deo illud electis suis disponente fidelis suscepit, atque iuramentis quodammodò se Deo obstrinxit suscipiens testamentum eius, vt statueret & custodiret iudicia iustitiæ illius. Statuo autem, inquit, illa animæ meæ: & cùm ipsa statuero, fit illud quod dictum est apud Salomonem in Prouerbijs: *Cogitationes iustorum iudicia.* Illa iudicia sunt iustitiæ Dei: tunc autem facta, quando iuraui & statui illa in memetipso. Porrò illud *statuere* hoc loco significat firmiter decernere; atque illud *iurare* idem est quod immutabiliter illud proponere, & opus iurisiurandi cum confirmatione inuiolatum seruare velle.

Psal. 88, 4.
Prou. 12, 5.

107. HVMILIATVS SVM VSQVEQVAQVE DOMINE.] APOLINARII. Etsi habuerim, inquit, occasionem me efferendi, & inflandi & superbiendi vt Rex, & sapiens, & Propheta, verumtamen humiliatus sum vsque valdè. *Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Dauidis humilitas quanta.
1. Pet. 5, 5.

ATHANASII. Cùm semetipsum humilem & submissum exhibuerit, propterea salutem postulat à Deo qui humilibus dat gratiam, & ipsum diligentibus misericordiam pollicitus est.

THEODORI. Humiliatio vsque valdè meritò est peccatorum enarratio. Nam accusatoribus non indigere, sed aliquem semetipsum accusare, excessus est humiliationis: hisce viuificum Dei eloquium promittitur, Deo nimirum post confessionem benignitate atque clementiâ nobiscum vtente. *Confitemini* enim, inquit, *Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia eius.*

Psal. 117, 1.

EVSE-

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Irrationalia animalia viuunt, sed tamquam irrationalia: rationalia verò secundùm rationem viuunt, in quantum naturâ suâ condita sunt rationalia. Ceterùm cùm plura sint viuentia prædita ratione (in Angelos enim & homines diuiduntur) Angeli quidem semper spiritualem & beatam vitam ducunt; homo autem admodum rarus est qui spiritualiter viuat, & qui propter hoc Propheta fiat. Quamobrem etiam Dauid, tamquam qui hoc ipsum nondum præstiterit, ait: *Viuifica me secundùm verbum tuum.*

Voluntaria oris quid significent.

108. VOLVNTARIA ORIS MEI.] ORIGENIS. Ea quæ non sumus iussi facere, sed quæ liberâ voluntate facimus, hæc appellat voluntaria oris nostri: v. g. si virginitatem coluero, quæ mihi neque præcepta neque iussa est, sed sponte hoc facere melius iudico. Hoc igitur beneplacitum fac Domine. Ceterùm in alijs quoque similiter istiusmodi in vita nostra reperiemus, quorum aliqua quidem iussi velut serui facimus, alia verò facimus liberè seu sponte.

ANONYMI. Scio, inquit, inscrutabilia esse iudicia tua, sed doce me illa, vt eadem edoctus etiam faciam, & optimis tuis iudicijs fruar.

Cuius anima dicatur esse in Dei manibus.

109. ANIMA MEA IN MANIBVS TVIS.] APOLINARII. Anima alicuius in manibus eius est, si quando in periculis fuerit, & hoc dicat: Quia animam habui in manibus tuis. Ego igitur, inquit iustus, quotidie morior, quotidie periclitor propter verbum tuum, propter veritatem tuam, propter reprehensionem, propter Regnum quod rego: & propterea *anima mea in manibus tuis semper.* Non enim periculum mortis fecit me obliuisci legis tuæ. Ceterùm possit quispiam sublimiùs hoc dictum intelligere, ac dicere; Quia anima mea in manibus tuis erat semper; id est in probis actionibus. Manus enim de actionibus frequenter traditur. Si autem in manibus eius fuerit, intelligemus Dei manus esse eius gubernationem, cui semper attendendum est.

THEODORI. Maius diligentiæ argumentum est, per pericula incedentem à lege minimè recedere, & in insidijs versantem irâ & indignatione in insidiantes à iustis minimè auelli, sicut non fefellerunt

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰ ἄλογα ζῶα ζῇ, ἀλλ' ὡς ἄλογα· τὰ λογικὰ δὲ ζῶα ζῇ λογικῶς, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει κατασκευασθέντα λογικά. ἀλλὰ πλειόνων ὄντων τῶν λογικῶν ζώων (εἰς ἀγγέλους γὰρ διῄρηνται καὶ ἀνθρώπους) οἱ μὲν ἄγγελοι τὴν νοερὰν ἀεὶ ζῶσι καὶ μακαρίαν ζωήν· ἄνθρωπος δὲ σπάνιός ἐστιν ὁ ζῶν νοερῶς, καὶ προφήτης διὰ τοῦτο γινόμενος. διὸ καὶ ὁ Δαβίδ, ὡς μηδέπω κατορθώσας αὐτό, φησί· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

ρή. ΤΑ ΕΚΟΥΣΙΑ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Περὶ ὧν οὐ διετάχθημεν ποιεῖν, ἀλλὰ προαιρέσει ποιοῦμεν ταῦτα, φησὶν ἑκούσια τοῦ στόματος ἡμῶν· οἷον, εἰ παρθενίαν ἀσκήσω, ἣν οὐ προσετάχθην οὐδὲ ἐκελεύσθην, ἀλλ' ἑκουσίως τοῦτο ποιῆσαι κρεῖσσον αἱροῦμαι. τοῦτο οὖν εὐδόκησον κύριε. καὶ ἐπὶ ἄλλων δὲ ὁμοίως τῶν κατὰ τὸν βίον ἡμῶν τοιαῦτα εὑρήσομεν, ὧν τινὰ μὲν ποιοῦμεν ὡς προστεταγμένοι δοῦλοι, τινὰ δὲ πράττομεν ἑκουσίως.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἶδα, φησίν, ὅτι ἀνεξερεύνητά ἐστι τὰ κρίματά σου, ἀλλὰ δίδαξόν με αὐτά, ἵνα διδασκόμενος καὶ ταῦτα ἐνεργήσω, καὶ τῶν χρηστῶν σου ἀπολαύσω κριμάτων.

ρθ'. Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΕΝ ΤΑΙΣ ΧΕΡΣΙ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἡ ψυχή τινος ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἐστιν, εἴ ποτε ἐν κινδύνοις γεγένηται, καὶ τοῦτο λέγει· ὅτι τὴν ψυχὴν εἶχον εἰς τὰς χεῖράς σου. ἐγὼ οὖν, φησὶν ὁ δίκαιος, καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, ἀεὶ κινδυνεύω διὰ τὸν λόγον σου, διὰ τὴν ἀλήθειάν σου, διὰ τὸν ἔλεγχον, διὰ τὴν βασιλείαν ἣν βασιλεύω· καὶ διὰ ταῦτα ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου διαπαντός. οὐ γὰρ ὁ κίνδυνος τοῦ θανάτου ἐποίει με ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου σου. Δύναται δέ τις καὶ ὑψηλότερον νοῆσαι τὸ ῥητόν, καὶ εἰπεῖν· ὅτι ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου ἦν διαπαντός· ἀντὶ τοῦ ἐν πράξεσιν ἀγαθαῖς. ἡ χεὶρ γὰρ ἐπὶ τῶν πράξεων πολλάκις παραδίδοται. εἰ δὲ ἐν χερσὶ σου εἴη, νοήσομεν χεῖρας εἶναι τοῦ θεοῦ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ, ᾗ προσεκτέον διαπαντός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Μείζων τῆς προθυμίας ἀπόδειξις τό, διὰ κινδύνων ἰόντα μὴ ἀφίστασθαι τοῦ νόμου, καὶ ἐν ἐπιβουλαῖς ὄντα μὴ ἀφέλκεσθαι τῶν δικαίων ὀργῇ καὶ παροξυσμοῖς τοῖς πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας, ὡς οὐκ ἐπλάνησε τὸν

Δαβίδ

Digitized by Google

Δαβὶδ ἡ τοῦ Σαοὺλ ἐπιβουλή, πρὸς τὸ ἀμύνασθαι κατὰ τὸ προσῆκον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐὰν πρὸς τὰς χεῖρας τοῦ θεοῦ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἀναπετάσωμεν, ὥστε ἐκεῖθεν αὐτῇ τὴν τροφήν, τὴν ζωήν, τὴν τιμήν, τὴν δόξαν προσδέχεσθαι, λήθην τοῦ νόμου τοῦ θεοῦ οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν ὑπομένομεν, ἀεὶ δὲ αὐτοῦ μεμνησόμεθα, οὐδενὸς ἡμᾶς τῶν βιωτικῶν ἀμελῆσαι τῶν θείων ἀναγκάζοντος.

ρί. ΕΘΕΝΤΟ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ ΠΑΓΙΔΑ ΜΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παγίδας οἱ ἁμαρτωλοὶ πολλὰς τοῖς δικαίοις καὶ διαφόρους ῥάπτουσιν· οἷον τῷ Ἰωσὴφ ἡ Αἰγυπτία καὶ οἱ ἀδελφοί· τῷ Δανιὴλ οἱ παρὰ τοῦ Δαρείου λαβόντες ἐξουσίαν· ἀλλ' οὐκ ἀπεπλανήθησαν τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ· διὰ τοῦτο τῶν παγίδων ἀνώτεροι ἐγένοντο.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ οἱ θηρευταὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἱστῶσι παγίδας ἵνα ταῦτα λάβωσιν· οὕτως ὁ διάβολος καὶ οἱ τούτου ἄγγελοι παγίδων πάντας πεπληρώκασιν. καὶ ὅλος ὁ βίος μεστός ἐστι παγίδων. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησίν, ἔθηκαν παγίδα μοι πανταχοῦ· ὅμως δὲ ἐτήρουν σου ἀεὶ τὰς ἐντολάς, καὶ οὐκ ἀπεπλανήθην αὐτῶν.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Χαριέντως ἄν ποτε ὁμολογῶν, καὶ μαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μὴ ἐπαισχυνόμενος τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἕως θανάτου ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τοῦ μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ, λέγοις ἂν τὰ εἰρημένα ῥητά.

ριά. ΕΚΛΗΡΟΝΟΜΗΣΑ ΤΑ ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσοι χαίρουσι ταῖς ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοπραγίαν ἀσπάζονται, ἤτοι διαπαντὸς κληρονομοῦσιν αὐτοῦ τὰ μαρτύρια, κλῆρον αὐτὰ καὶ μερίδα ἀντὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κτώμενοι· καὶ ὅπερ ἐὰν πάθωσιν ἐπ' αὐτοῖς, εὐφραινόμενοι.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀγαλλίαμα τῆς καρδίας τῶν Ἀποστόλων ἦν τὰ μαρτύρια τοῦ θεοῦ, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες· ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ ἀτιμασθῆναι.

ριβ'. ΕΚΛΙΝΑ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ ΜΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔκλινα ἐπὶ τὸν νόμον, ἐπὶ τὰ δικαιώματά σου, ἐπὶ τὰ προστάγματά σου, ἐπειδὴ ᾔδειν ἀποκειμένην μοι ἀμοιβήν. ἡ δὲ ἀμοιβὴ βασιλεία θεοῦ. ἣν ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Dauidem insidiæ Saülis, vt secundùm æquitatem se vlcisceretur.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Si animam nostram ad Dei manus extenderimus, vt ipsi inde cibum, vitam, honorem, gloriam præstolemur, nullam profectò legis Dei obliuionem capiemus, sed semper eius memores erimus, cùm nulla res temporalis cogere nos possit vt diuina negligamus.

110. POSVERVNT PECCATORES LAQVEVM MIHI.] ORIGENIS. Peccatores viris iustis plurimos variosque laqueos texunt: veluti Iosepho mulier Ægyptia fratresque: Danieli hi qui à Dario potestatem acceperant: sed minimè à mandatis Dei aberrarunt: quapropter laqueis sublimiores euaserunt.

Peccatores iustis laqueos ponunt.

THEODORI. Quemadmodum venatores brutorum animalium tendunt laqueos vt ea capiant; ita diabolus & angeli eius laqueis omnia repleuerunt. Et tota vita laqueis plena est. Illi igitur, inquit, vbique quidem laqueum mihi posuerunt; verumtamen mandata tua semper obseruaui, & ab ijs non aberraui.

Vita hæc laqueis plena.

ANONYMI. Si quando gratiosè confessus & testatus fueris veritatem, & nomen Christi coram hominibus minimè erubueris, sed vsque ad mortem pro testanda veritate certaueris, dicta verba pronuntiare poteris.

111. HEREDITATE ACQVISIVI TESTIMONIA TVA.] ORIGENIS. Qui mandatis Dei delectantur, & iustam actionem amplectuntur, hi semper hereditate acquirunt testimonia eius, cùm ea in sortem ac partem præ omnibus quæ in mundo sunt possideant; & si quid propter illa perpessi fuerint, lætantur.

APOLINARII. Testimonia Dei erant exultatio cordis Apostolorum, quando *ibant gaudentes à conspectu consilij; quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Act. 5,41.

112. INCLINAVI COR MEVM AD FACIENDAS.] ANONYMI. Inclinaui in legem, in iustificationes tuas, in mandata tua, quia sciebam repositam mihi esse remunerationem. Hæc autem remuneratio est Regnum Dei. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.*

1. Cor. 2, 9.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.
MEM.

ANNOTATIONES CORDERII.

97. QVOMODO *dilexi legem tuam Domine?*] Quærit Oleaster in cap. 3. Geneseos, cur Dauid sexcenta & tredecim Dei præcepta, non leges, sed tamquam vna esset, legem hoc loco dixerit: & respondet, amanti & parua & pauca fuisse visa quæ iubebantur. Quippe nil amanti graue est aut magnum.

Amor leuia omnia reddit.

98. *Sapere me fecisti mandatum tuum.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium, quod Græcè est ἐσόφισάς με: Vulgata & Romanum habent, *Prudentem me fecisti mandato tuo.* Vbi nota Dauidem hoc & sequentibus versibus omnem suam sapientiam, prudentiam & intelligentiam mandatis Dei acceptam referre. Subdit enim, *Super omnes docentes me intellexi; quia testimonia tua meditatio mea est.* item: *Super senes intellexi; quia mandata tua exquisiui.* ac tandem versu 104. *A mandatis tuis intellexi.* Quasi diceret: Excæcauit me prudentia oculata, verùm cæca me obedientia oculauit. Vnde vides, quàm rectè in veritatis scopum cæca obedientia collimet. Quis cæcior Abrahamo, cùm ad sacrificandum filium perrexit? & tamen in terram visionis ire iubetur: *Vade*, inquit, *in terram visionis*, seu, vt ex Hebræo transtulit Burgensis, *in terram doctrinæ.* Quia dum in cæcam obedientiam se conijciebat, diuinæ sapientiæ claritate fulgurabat; filium quidem immolandum ante oculos positum quodammodò non videbat, adeò non solùm siccis, sed etiam cæcis oculis ferebatur; & tamen Christum Dominum multis pòst sæculis ex eo nasciturum illustratâ diuinitus mente considerabat. Quod Christus ipse significauit dicens: *Abraham exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauisus est.*

Cæca mandatorum Dei obedientia prudentes & oculatos facit.
Gen. 22, 2.
Ioan. 8, 56.

99. *Super omnes docentes me intellexi.*] Quasi doctior his qui me docebant, & doctrinâ longè superaui magistros meos. Sed quid fuit, ô Dauid, quod mentis aciem acuerit, & te in tantum sapientiæ fastigium euexit? Statim subdit: *Quia testimonia tua meditatio mea est.* Scilicet mente contemplatus sum legem tuam, & opere executus, quod virtutis studium ad tantam sapientiam me extulit. Ex hac enim meditatione testimoniorum tuorum comparaui mihi intelligentiam, omni sapientiâ Philosophorum Politicorum, & similium qui sapientiæ magisterium præ se ferunt, præstantiorem.

Meditatio legis sapientiam parit.

100. *Super senes intellexi.*] Pulchrè ad hunc locum S. Ambrosius: *Dei gratiâ*, inquit, *erogata doctrina maturitatem ætatis supergreditur senilis. Cùm enim ætas senectutis vita immaculata sit; vtique doctrina vitæ immaculatæ senilem præstat ætatem.* Neque enim qui annis, sed qui virtutibus proficit, laudabiliter senescit. Vnde D. Ephræm Sermone de Timore Domini Tom. 3. metatur senectutem non à tremore corporis sine succo & sanguine frigentis, sed à timore animi Deum iudicem ac vindicem formidantis: *Expers*, inquit, *timoris Domini securitas cogitationem puerilem parit: & timor Domini etiam iuuenes senes reddit.*

Senectus non ab annis sed à prudentia debet æstimari.

101. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.*] Hoc oraculum D. Ambrosius diuinè, vti solet, illuminans præstantissimum quemdam pedum & laudabilem vsum adducit, in quo debeant excellere; ait enim faciendum esse, vt nos pedes ad augusta Numinis tabernacula & delubra sanctissima deducant, tum ad eas obeundas functiones, quibus de alijs benè mereri possimus, quos æquum sit ope nostrâ præsidioque iuuare. Quod vtile sapiensque documentum cùm attingant omnes qui pietatem & religiosum Dei cultum propriâ animi inductione sequuntur, & temporis sui partem ad vtilitatem quoque aliorum transmittendam esse putant; tum præsertim ad eos pertinet, qui animorum curam habent, atque ex munere officioque suo, & solari afflictos, & errantes in viam reducere, viuos denique atque morientes consilio suo & sacrarum rerum administratione tueri debent, & promouere ad felicitatem. Qua in re nisi pedes suos expediant, & inflammato studio rapiantur ad eos iuuandos, quos parens omnium Deus eorum fidei & curæ commisit, non expertes fuisse culpæ videantur: sic enim existimare debent, non se plantas à Deo fuisse consecutos, vt curiositati seruiant & recreationi, aut mollissimè in otio habeantur; sed vt bonarum actionum instrumenta sint, quas Deus ratioque imperat; quibus ignauè & malitiosè prætermissis, vindici criminum Deo sint in omnem æternitatem pœnæ persoluendæ. Ita eleganter Cresollius noster hunc locum ex S. Ambrosio illustrat, qui pedum nomine actus suæ voluntatis & affectus sui cordis intelligit dicens: *Reuoca ab istius mundi lubrico pedes animi tui & mentis incessum: prohibe, inquam, resiste cupiditatibus; obsiste motibus, qui videntur irruere sicut bestiæ atque iumenta, vt teneros fructus & noua ruris nostri culta depascant. Prohibui, inquit, pedes meos: non vtique corporis pedes prohibuit, qui mentis piæ plerumque obsequuntur arbitrio: neque enim prohibendi sunt cùm prodeunt ad Dei templum, viduæ opem ferre festinant, impium præuenire, supplantare aliquem fraudulentum. Alius igitur pes est qui iure prohibetur.* Affectus ergo nostri, quibus communiter bonum amplectimur, & à malo retrahimur, ab auxilio gratiæ prouenientes sunt pedes animæ, de quibus sponsa ait: *Laui pedes meos* (ab omni scilicet humano desiderio:) *quomodo inquinabo illos?* Et Dauid: *Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Neque enim terrenus & mortalis homo in patria illa cælesti habebat sui corporis pedes, cùm adhuc moraretur in terra; sed ibi collocauerat animi pedes, quia ibi fixerat sua desideria. Et Iob: *Posuisti in neruo pedes meos* [alligasti scilicet legis tuæ vinculis affectus meos, ne in vetita diffluerent:] *& obseruasti omnes semitas meas* [actiones nempe & opera mea] *ac vestigia pedum meorum* [fructus seu effectus affectuum & operum meorum] *considerasti.* Prorsus hi affectus ordinarij sunt pedes; non solùm, quia illis in Deum imus; verùm etiam quia non volando, sed paulatim ambulando, & proficiendo, & interdum currendo progredimur.

Quis sit laudabilis pedum vsus.
Pedes animi sunt affectus.
Cant. 5, 3.
Psal. 121, 2.
Iob 13, 27.

103. *Quàm*

Digitized by Google

103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua!*] Hunc locum expendens Hugo Victorinus ita scribit: *Non ait Dulcia ventri meo, sed faucibus meis; non stomacho meo, sed ori meo. ac si diceret: Per verbum quidem tuum Domine venter carnalitatis premitur, sed palatum cordis intus sapore dulcedinis delectatur.* Sic ille. Sapor iste deliciæ cordis, non carnis sunt, spiritus, non ventris. Itaque non mirum, si is qui ventris seruus ventri indulget, has delicias non gustet, his voluptatibus non fruatur. Terrenis voluptatibus libellum, vt ita dicam, repudij dare debet, qui vult castis hisce delicijs nubere. Litterarum sacrarum mellea dulcedo ventri, hoc est carnalibus, amarescit, ori ac spiritualibus sapit. In hunc locum quoque S. Hieronymus expendit non sine mysterio dictum esse *faucibus*; quia nimirum traiecto per guttur melle vel alio cibo, palatum nullum vltra saporem habet; at verò diuina eloquia siue in ore siue in faucibus semper sunt dulcia meditantibus. Notauit quoque Remigius, non solùm dictum esse *faucibus*, sed etiam *oris*: quia diuina verba prędicatores tunc sentiunt in faucibus dulcia, cùm ex ipsis ædificationi propriæ student; tunc verò in ore, cùm eorum dulcedinem alijs etiam eructant & communicant. Denique D. Ambrosius ait hîc adhiberi mellis similitudinem: *Quia sicut oris amara, quæ febribus vel alijs ægritudinibus acciderunt, mel mitigat, ita tristia corda ob delictorum pænitentiam diuino sermone dulcescunt.* Quod verò sensualitati & carni verbum Dei videatur acerbum, inde proficiscitur, quòd carnis petulantiam coërceat, deprauatæque naturæ licentiam comprimat. Quâ quidem in re diuinum verbum est pilulæ cuidam inauratæ quàm simillimum, quæ dulciarijs inuoluta in ore quidem dulcescit, sed posteà ventrem vniuersumque corpus commouet, nec sine molestia & nausea prauos humores pellit, & sanitatem adfert.

Eloquia Dei dulcia faucibus.

Verbum Dei dulce est rationi, amarum sensualitati.

104. *A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.*] Sic alibi ait, *Psallam & intelligam in via immaculata.* Quia nimirum vita munda & immaculata ad diuinorum custodiam mandatorum aditum scientiæ aperit, vt in abdito cordis introëat. Vnde Cassianus Collatione 14. cap. 9. egregiè ait: *Et idcircò si scientiæ spiritualis sacrum in corde vestro vultis tabernaculum præparare, ab omni vos vitiorum contagione purgate, & curis sæculi præsentis exuite. Impossibile namque est, animam, quæ mundanis vel tenuiter distentionibus occupatur, donum scientiæ promereri, vel generatricem spiritualium sensuum aut tenacem sacrarum lectionum fieri.*

Psal. 100, 2.
Cor mundum vt sacra scientia capax sit.

105. *Lucerna pedibus meis lex tua.*] Ita Græci Codices omnes, ὁ νόμος σου: pro quo Latini passim habent *verbum tuum.* Istud quidem verbum cordibus nostris immissum iniquis sæpè non lucet; non quia ipsum lucerna non sit, sed quia omnis iniquus cæcus sit. At viris perfectis lux est, quæ & pedes affectuum dirigat, ne in lapidem offensionis impingant, & semitas sanctarum actionum monstret, ne in loca inuia periculosaque diuertant. Nec solos pedes Sanctorum lux ista & semitas illorum illustrat, sed & eorum facies miro splendore perfundit. Quemadmodum enim Moyses cùm è monte descendit, faciem cornutam, id est radijs immensi luminis decoratam gestauit, quam filij Israël non audebant aspicere: ideoque velamine iniecto faciei lumen abscondebat, & vt alij accederent ad negotia tractanda, seipsum illis attemperabat: ita perfecti lumen sanctitatis in manibus, hoc est in operibus, præferunt, & lumen magnæ puritatis in facie, id est in mente, habent: quod, dum non semper ab omnibus perfecta exigunt, & pro bono pusillorum eis minora & imperfectiora facienda proponunt, quasi iniecto faciei velamine abscondunt. Huc commodè referri potest id quod Clemens Alexandrinus in Adhortatione ad Gentes ex Homero prompsit: aiebat ille Mineruam Vlyssi magno viro, quem prudentiâ clarum fuisse accepimus, χρύσεον λύχνον, *auream lucernam*, in manibus tenentem præluxisse, cùm significare vellet, prudentiæ vias omnes atque rationes illi à diuina mente bono in lumine collocatas, & in sublimi velut candelabro positas, quas in omni vita sequeretur. Hic enim Mineruam Dei sapientiam nuncupat, sacræ Litteræ Verbum dicunt, cui Dauid diuinitus eruditus auream quoque lucernam hoc loco attribuit dicens: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Qui etiam potentissimus & religiosissimus Princeps, ob rarum animi lumen, exquisitamque prudentiam, quam vbique monstrabat, *lucerna Israël* dictus fuit. Et nescio an illuc intuebatur S. Chrysostomus in Psal. 13. cùm magnificè de Prudentia & cum animo suo reputaret, & loqueretur: illam enim vocauit λαμπάδα, *lucernam animæ*, *reginam cogitationum, magistram eorum quæ bona, pulchra & honesta sunt.* Quâ laude nescio an vlla possit esse præstantior.

Verbum Dei Sanctos illustrat non impios.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dauid lucerna Israël dictus.
2. Reg. 21, 17.

106. *Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.*] Legis custodiam iurat. Nam, vt pulchrè S. Gregorius ait, *probatio dilectionis exhibitio est operis.* Natura quippe perfectionis non in charitate afficiente sed in efficiente consistit. Nec aliquis perfectus est, quia dulciùs ad Deum & teneriùs afficitur, quia in feruore orationis maiorem suauitatem aut consolationem percipit, sed quia maiori fidelitate & conatu ex charitate mandata vniuersa custodit, puriùs viuit, & accuratiùs in omnibus se diuinæ accommodat voluntati. Dominus enim, qui rerum naturas optimè nouit, & perfectionis substantiam explicatiùs verbo & exemplo monstrauit, non eam in affectis, sed in effectis constituit dicens: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Quasi dicat: Parum ad veram dilectionem atque adeò ad veram perfectionem proderit quòd quis affectibus abundet, si seipsum non vincat, si noxia non vitet, si suæ saluti proficua, id est mandata & consilia, non impleat. Multum verò dilectionis & perfectionis habet, qui affectibus & dulcedine carens præcepta complectitur, diuina iussa custodit, & iuxta præscriptum professionis suæ, ab eo quod Deo placitum est nullâ ratione discedit.

Perfectio non in charitate afficiente sed efficiente consistit.

Ioan. 13.

107. *Humiliatus sum vsquequaque, &c.*] S. Gregorius Hom. 31. in Euangelia de eo versum hunc exponit, qui amissâ memoriâ cælestium ad terrena humiliatur & incuruatur: expendit autem illud *vsquequaque*: quod summam

Affectus terrenorum hominem humiliat & incuruat.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

mam miseriam peccatoris indicat. Tanta nimirum est æternæ felicitatis magnitudo, vt indesinenter in eam figere oculos mentis deberemus: sed quoniam humana vita sine cura temporalium non transigitur, quandoque à cælestibus animum auertimus, & terrenis immergimur: tunc quidem humiliamur, sed non vsquequaque. Ceterùm si sit aliquis, quem cura temporalium aut transitoria voluptas omnino cogit cælestia deserere, & se lethali crimine fœdare, hic humiliatur vsquequaque. Hæc est explicatio Gregorij, cuius verba sunt ista: *Contemplationem namque cælestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, humiliatus & incuruatus esset; sed tamen vsquequaque non esset. Quem ergo à supernis cogitationibus non solùm necessitas deiecit, sed etiam voluptas illicita strauit, non solùm incuruatus, sed etiam vsquequaque incuruatus est.*

Animam in manibus portare est periclitari.

109. *Anima mea in manibus tuis semper.*] Id est, In continuo vitæ periculo versor. Animam enim in manibus portare consuetâ Scripturæ phrasi est, vt inquit S. Hieronymus in Epist. ad Suniam, periclitari & vitæ obire discrimen: in vita verò spiritali quoad legis animam aliter accidit: periclitatur qui manibus eam non ostendit, & defert; qui in operationibus tamquam manibus doctrinæ animam non portat. Sit igitur in manibus nostris hæc scientiæ anima, moribus & vitâ præferatur; sic pericula euadimus, non subimus. Indicauit hoc Moyses, cùm legem in Dei dextera esse dixit. Non ex ore prodibat, sed in manu splendebat, vt innueret magis eam factis quàm verbis exprimendam. Eleganter, vt solet, eloquenti suauitate D. Bernardus Serm. 3. in Vigilia Natiuitatis omnes ad hanc curam & solicitudinem inuitat, illis dignam, qui in gloriæ cursu laborantes triumphalem honorem expectant: vult autem, vt imitatione Regij Vatis prouideat quisque magno studio, & dicat, *Anima mea in manibus meis semper. Nam sicut quod in manibus*, inquit, *nostris tenemus, non facilè obliuiscimur; sic numquam obliuiscamur negotium animarum nostrarum, & illa cura principaliter vigeat in cordibus nostris.*

Legis anima in manibus, id est operibus, semper exhibenda. Deut. 33, 2.

Qualis sit hereditas testimoniorum Dei.

111. *Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum.*] Vide quid dicat se hereditate acquisiuisse, nempe verba Dei, seu testimonia Dei. Quis est qui amicum verborum dumtaxat heredem instituat? aut quid sola verborum hereditas prodesse possit? Quare ergo gloriatur Dauid, quòd hereditate acquisiuerit testimonia Dei? Sanè nihil esset hæc hereditas, si verba hæc quæ hereditate acquisiuit verba essent humana: hæc enim longè à rebus quas significant distant. Verùm verba Dei tantumdem valent ac res ipsæ quas verba notant. Vnde voces ipsæ etiam in hereditatem dari possunt, non aliter quàm diuitiæ & reliquæ aliæ facultates. vti pulchrè S. Bernardus Serm. 57. in Cantica: *Hereditate*, inquit, *acquisiui testimonia tua, quia exultatio cordis mei sunt; illâ puto hereditate quâ se esse præsumebat filium Patris sui, qui est in cælis: porrò si filium, & heredem, heredem quidem Dei, coheredem autem Christi. Magnam verò rem gloriatur se acquisiuisse hereditate ista testimonia Domini. Vtinam ego de me vel vnum nouerim tenere testimonium Domini, quia is non in vno, sed in multis exultat testimonijs. Denique ait iterùm: In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Et reuerà, quid diuitiæ salutis, quid deliciæ cordis, quid anima vera & cauta securitas, nisi Domini attestationes?*

Dauid cor suum inclinat Deo.

112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas*, &c.] *Cor*, inquit, *inclinaui*. Iam enim attigerat humani voti colophonem, & excelsum fastigium, regiam dignitatem; & amplissimâ inter suos gloriâ commodisque lætissimæ vitæ potiebatur; sed ab illo sublimium honorum culmine *cor inclinauit*, vel, vt vertit S. Hilarius, declinauit ad obedientiam Dei & humilitatem, *propter retributionem*. Doctissimi Patres, S. Basilius, S. Chrysostomus, & alij, stateræ simillimum esse dicunt ipsum animi consilium, quod à mente ratione prædita expenditur. Dauid igitur in trutina collocabat hinc quidem humana omnia bona, inde verò Beatorum gaudia, quæ piè Deum colentibus reseruantur: priora illa videbat futilia, vana, ephemera, incerta, atque leuissima, quæ facilè eleuantur, & in fumos abeunt; hæc autem solida & æterna, quæ animi cupiditatem explent. Staterâ in hanc partem meritissimò degrauatâ, pius Vates cor suum quoque inclinauit ad retributionem, quæ omni mundo præponderat. Et certè fatendum est, præmiorum spem multùm iuuare ad piæ vitæ labores subeundos, & exorbendas grauiores difficultates, quæ in via Dei sæpè occurrunt. Itaque S. Gregorius Magnus lib. 8. Moralium cap. 5. eleganter ait, Christianos *remunerationis linteo sudores laboris sui tergere:* datque exemplum in D. Paulo, qui longissimum texit catalogum earum acerbitatum, quas in omni propè vita patiebatur, quibus aliquando grauabatur supra modum, supra virtutem, ita vt tæderet etiam viuere: quod vehementem animi vexationem & ærumnas inexplicabiles ostendit. In ijs tamen solabatur animum suum, & deiectum erigebat, *quòd non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Lux illa futuræ gloriæ in medijs laboribus intermicans offusas menti nubes & mœrorem animi discutiebat; adeò vt pius ardor generoso conatu se ad noua certamina & triumphos liquidâ spe renouaret.

Animi consilium stateræ assimilatur.

Spes præmiorum multùm leuat molestiam laborum.

Rom. 8, 18.

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

ριγ΄. ΠΑΡΑΝΟΜΟΥΣ ἐμίσησα· τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.

Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τελεία ἀρετή, μισεῖν τοὺς φαύλους, τῷ δὲ Θεῷ κολλᾶσθαι.

ριδ΄. Βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ· εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, οὔτε βοηθὸν οὔτε ἀντιλήπτορα μείζονα ἢ ἀγαθώτερον εὗρον τῆς σῆς φιλανθρωπίας, εἰκότως ὅλον ἐμαυτὸν ἐκδέδωκα τῇ χρηστοτέρᾳ ἐλπίδι.

ριε΄. Ἐκκλίνατε ἀπ᾽ ἐμοῦ πονηρευόμενοι· καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ μου.

Ἀντὶ τοῦ, ἐὰν γὰρ ἐκκλίνωσί, φησιν, ἔξω καιρὸν κατορθῶν τὴν εὐσέβειαν. ὅθεν ἐπάγει·

ρις΄. Ἀντιλαβοῦ μου κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ ζῆσόν με· καὶ μὴ καταισχύνῃς με ἀπὸ τῆς προσδοκίας μου.

Ἀντὶ τοῦ, βοήθησόν μοι, καὶ χάρισαι ζωὴν παρ᾽ οἷς λοιπὸν ἐκλείπει τοῦτο. Καὶ ἐπεὶ τοῦτο προσδοκῶ, μὴ ἄπρακτόν μοι ποιήσῃς τὴν προσδοκίαν.

ριζ΄. Βοήθησόν μοι, καὶ σωθήσομαι· καὶ μελετήσω ἐν τοῖς δικαιώμασί σου διαπαντός.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ διωρθώθην, φησίν, ἔτι, δίκαιος ἦμην τιμωρεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ ἐπιθυμῶ, δίκαιός εἰμι τυχεῖν βοηθείας.

ριη΄. Ἐξουδένωσας πάντας τοὺς ἀποστατοῦντας ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου· ὅτι ἄδικον τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν.

Ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐγώ, φησι, δέομαι βοηθῆναι· οὕτως παρακαλῶ ἐξουδενωθῆναι καὶ εἰς οὐδὲν καταστῆναι τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλάς, οὐδὲν τῶν δεόντων βουλευομένων.

ριθ΄. Παραβαίνοντας ἐλογισάμην

SAMECH.

113. INIQVOS odio habui: * legem autem tuam dilexi.

Vulgata & legem tuam

Hæc eſt enim perfecta virtus, ſcilicet odiſſe prauos, Deo verò agglutinari.

114. Adiutor * meus & ſuſceptor meus es tu: * in verba tua ſuperſperaui.

Vulgata omittit.

Vulgata & in verbum tuum

Cùm enim, inquit, neque adiutorem neque protectorem maiorem veriorémve reperierim clementiâ tuâ, iure merito totum meipſum tradidi ſpei meliori.

Deus adiutor & protector verus.

115. Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.

Id eſt, Cùm enim declinent, inquit, extra tempus religionem exercendo. vnde ſubdit:

116. Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & * viuifica me: & non confundas me ab expectatione mea.

Vulgata viuam:

Id eſt, Adiuua me, & præbe vitam his quibus ea deficit. Et quandoquidem hoc expecto, ne irritam facias expectationem meam.

117. Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

Nam ſi quidem, inquit, non eſſem adhuc emendatus, dignus fuiſſem puniri; cùm verò deſiderem emendari, dignus ſum opem conſequi.

118. * Ad nihilum deduxiſti omnes diſcedentes à * iuſtificationibus tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

Vulgata Spreuiſti

iudicijs

Ceterùm ſicut, inquit, ego poſtulo adiuuari; ita rogo annihilari ſiue ad nihilum redigi inſidias inimicorum, qui nil cogitant eorum quæ decent.

119. Præuaricantes reputaui

omnes

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

omnes peccatores terræ; ideò dilexi testimonia tua.

πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς· διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου.

Cùm autem contingeret quosdam esse legis transgressores, seseque Babylonijs admiscere, dixit: Quoniam ego pro ijs rogo qui faciunt ea quæ decent, non pro transgressoribus; atque ego qui diligo testimonia tua dignus sum potiri reditu.

Ἐπεὶ δὲ συνέβαινεν εἶναί τινας παραβαίνοντας τὸν νόμον, καὶ ἀναμιγνύειν ἑαυτοὺς τοῖς Βαβυλωνίοις, εἶπεν· ὅτι ἐγὼ ὑπὲρ τῶν δέον ποιούντων παρακαλῶ, οὐχ ὑπὲρ τῶν παραβαινόντων· καὶ ἐγὼ δίκαιός εἰμι τυχεῖν τῆς ἐπανόδου ὁ τὰ μαρτύριά σου ἀγαπῶν.

* Vulgata omittit. Timore Dei caro configenda.

120. Confige * clauis à timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

ρκ΄. Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην.

Ego, inquit, à decoro minimè exorbitaui, quippe qui propter timorem tuum nullam carni meæ quietem dedi, sed legitimis tuis destitutus in dolore perpetuo versabar, non secùs atque illi quorum carnes clauis affixæ sunt.

Οὐχ ὁ τοῦ πρεσήκοντος ἐξοκείλας ἐγώ φησιν· ὅς διὰ τὸν φόβον τὸν σὸν ἄνεσιν οὐδεμίαν ἔδωκα τῇ σαρκί μου, ἀλλ᾽ ἐν ὀδύνῃ ἐτέλουν διηνεκεῖ ἐστερημένος τῶν νομίμων σου, ὡς εἰσὶν οἱ τὰς σάρκας προσηλωμένοι.

AIN.

* Vulgata calumniantibus

121. Feci iudicium & iustitiam: non tradas me * iniuriantibus me.

ρκα΄. Ἐποίησα κρίμα καὶ δικαιοσύνην· μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με.

Cùm igitur, inquit, ita meipsum doloribus confixerim per timorem tuum, libera me.

Ἐπεὶ οὖν οὕτως, φησὶν, ἐμαυτὸν περιέπειρα ταῖς ὀδύναις διὰ τὸν φόβον σου, ἀπάλλαξόν με.

* Vulgata Suscipe

122. * Excipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

ρκβ΄. Ἔκδεξαι τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθόν· μὴ συκοφαντησάτωσάν με ὑπερήφανοι.

Pulchrè dicit *Excipe*: q. d. Delectum fac, & tibi seruientes serua. Sola enim Tribus Iuda reuersa fuit, & pauci ex alijs simul redierunt: vnde ex potissima vocati sunt Iudæi. Hæc enim cùm haberet promissiones de Christo, maiori zelo & affectu erga legalia vtebatur. Ceterùm cùm dixisset, Parce electis tuis, subiunxit, non calumnientur me. q. d. Ne nos negligas. Etenim incipiunt nos mendacijs impetere hi qui gaudent malis nostris, ac si nulla tibi esset cura nostri. vnde subdit:

Καλὸν τὸ ἔκδεξαι· οἷον ἐκλογὴν ποίησαι, καὶ τοὺς δουλεύοντάς σοι σῶσον. μόνη γὰρ ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ ἐπανῆλθε, καὶ ὀλίγοι ἐκ τῶν ἄλλων συνανῆλθον· ὅθεν ἐκ τῆς ἐπικρατεστέρας ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. Αὕτη γὰρ τὰς περὶ Χριστοῦ ἔχουσα ἐπαγγελίας, πλείονι ζήλῳ ἐκέχρητο περὶ τὰ νόμιμα. ἐπεὶ δὲ εἶπε, τῶν ἐκλεκτῶν σου φεῖσαι, ἐπήγαγε, μὴ συκοφαντησάτωσάν με. οἷον· μὴ ἀμελήσῃς ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἄρχονται καταψεύδεσθαι οἱ ἐπιχαίροντες τοῖς κακοῖς ἡμῶν, ὡς οὐδέν σοι μέλει περὶ ἡμῶν. ὅθεν ἐπάγει·

123. Oculi mei defecerunt in salutare tuum; & in eloquium iustitiæ tuæ.

ρκγ΄. Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐξέλιπον εἰς τὸ σωτήριόν σου· καὶ εἰς τὸ λόγιον τῆς δικαιοσύνης σου.

Electorum enim erat valdè desiderare reditum: hoc enim *eloquium* vocat.

Τῶν γὰρ ἐκλεκτῶν ἦν τὸ ἄγαν ἐπιθυμεῖν τὴν ἐπάνοδον· τοῦτο γὰρ λέγει λόγιον.

124. Fac cum seruo tuo secundùm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

ρκδ΄. Ποίησον μετὰ τοὺς δούλους σου κατὰ τὸ ἔλεός σου· καὶ τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

Seruos autem vocat electos, quibus hoc

Δούλους δὲ καλεῖ τοὺς ἐκλεκτοὺς, τοὺς σπουδὴν

Digitized by Google

δῖω πεθυμένες, ϐδελεύφ αὐτῷ. Καὶ τῆς ἐπαγγελίας, φησὶν, ἧς δικαίως ἐπηγγείλω μοι, ἐν ἀπολαύσῃ με ποίησον.

ρκέ. Δοῦλός σου εἰμὶ ἐγώ· συνέτισόν με, καὶ γνώσομαι τὰ μαρτύριά σου.

Τὸ αὐτὸ ἐκ παραλλήλου λέγει· ἐπεὶ οὖν, φησι, σπουδή μοι ἐστὶ δουλεύειν σοι, μὴ ἀποστερήσῃς με μηδὲ τῶν τόπων μηδὲ τῶν καιρῶν, ἐν οἷς ταῦτα ἐργάσασθαι εὔκολόν μοι ἐστί.

ρκς'. Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ· διεσκέδασαν τὸν νόμον σου.

Ἄλλως τί, φησι, καὶ ὁ τῆς ἐπαγγελίας καιρὸς ἤγγικε· τὰ γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτη παρῆλθεν, ἅπερ δουλεύειν ἡμᾶς ἐδικαίωσας· τούτων οὖν πληρωθέντων, καιρός ἐστι λοιπὸν τοῦ σε ποιῆσαι τὰ πρέποντα. Καὶ οὐ μόνον, ὅτι ὁ καιρὸς πεπλήρωται, δίκαιον ἡμᾶς ἐπανελθεῖν, ἀλλ' ὅτι καὶ τρόπον τινὰ παντελῶς ἀφανίσαι σου τὰ νόμιμα ἠβουλήθησαν οἱ Βαβυλώνιοι· ἀλλ' ἐμοὶ τούτων μέλει οὐδέν. προτιμότερον γὰρ ἡγοῦμαι τὴν σὴν προσκύνησιν παντὸς κέρδους καὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης εὐθηνίας. ὅθεν ἐπιφέρει·

ρκζ'. Διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον.

Καὶ εἴ τις, φησὶ, λίθος τίμιος ἐν συγκρίσει, οὐκ ἔστι τοῦ κατορθοῦν ἑκάστην ἐντολήν σου.

ρκή. Διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατευθυνόμην· πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.

Ὁδὸν δὲ ἄδικον τὸν πλοῦτον ἐκάλεσεν. Ἐγὼ γάρ, φησι, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ ἐπιθυμεῖν ἀδίκου πλούτου καὶ ἀσεβοῦς, ὥστε καὶ μισεῖν τοῦτον ὡς βδελυκτὸν, ὅταν μισθὸς ἀσεβείας ὑπάρχῃ. τί οὖν ἐπαινῶ, φησι, καὶ πρὸς τί ἐκτέτακα;

studium est, vt seruiant ei. Et fac me, inquit, frui promissione, quàm meritò mihi promisisti.

PARAPHRASIS ANONYMI.

125. Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, * & sciam testimonia tua.

** Vulgata vt*

Idem vicissim dicit: Cùm igitur, inquit, studium meum sit vt seruiam tibi, ne frustraueris me locis quoque ac temporibus, in quibus hæc mihi factu facilia sint.

126. Tempus faciendi * Domino: dissipauerunt legem tuam.

** Vulgata Domine:*

Aliàs etiam, inquit, tempus promissionis appropinquauit: septuaginta enim anni transierunt, quibus seruiendum nobis iudicaueras: illis igitur annis iam expletis, in posterum tempus est vt facias ea quæ expediunt. Et non solummodò æquum est nos redire quia tempus expletum est, verùm etiam quia Babylonij legitima tua quodammodò delere voluerunt: sed nihil horum curo. Tuum enim cultum omni lucro cunctisque diuitijs atque omni prosperitate potiorem duco. vnde subiungit:

127. Ideò dilexi mandata tua super aurum & topazion.

Et si quis, inquit, lapis pretiosus sit, non potest tamen comparari cum impletione cuiusuis mandati tui.

128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Viam autem iniquam appellat diuitias. Ego enim, inquit, tantum absum vt concupiscam iniquas & impias opes, vt etiam illas oderim tamquam abominabiles, quando merces impietatis aduenerit. Quid igitur laudo, inquit, & ad quid intendi?

Diuitiæ sunt via iniqua.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ργ'. ΠΑΡΑΝΟΜΟΥΣ ΕΜΙΣΗΣΑ.] Ἤτοι, τοὺς παρανομεῖν ἐπιτεθυμένους ἀποσεισάμενος, τὸν σὸν προτετίμηκα νόμον. Ἄλλως δὲ οὐκ εἶπε παρανόμους ἀνθρώπους ἐμίσησα, ἀλλ' ὡς ἅγιος αὐχεῖ, ὅτι ἐμίσει τὰ μίσους ἄξια,

113. INIQVOS ODIO HABVI.] Id est, eos qui iniquè agere decreuerunt auersatus, legem tuam prætuli. Ceteroquin non dixit, Iniquos homines odio habui, sed tamquam sanctus gloriatur, quòd oderit ea quę digna sunt odio,

SAMECH. Odio habendi omnes qui à Deo auocant.

vt

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

vt sermones iniquos, praua dogmata, istiusmodi doctrinas, affectum quo peccant. Vnde iniquis prætuli illum qui legem diligit. Secundùm quem sensum, iussi sumus etiam odisse patrem & matrem cùm ad impietatem prouocant. Nam aliàs etiam inimicos diligere, respectu autem Dei etiam ipsammet animam odisse iussi sumus. Hæc autem appellat opus bonum. Quoniam adiutor meus & susceptor meus es tu, idcircò etiam in verba tua supersperaui. Quia spes eorum qui secundùm Deum proficiunt semper augetur, & incrementum sumit.

τοὺς λόγους τοὺς παρανόμους, τὰ δόγματα τὰ παράνομα, τὰς τοιαύτας διδασκαλίας, τὴν διάθεσιν καθ' ἣν ἁμαρτάνουσιν. ὅθεν τοῖς παρανόμοις ἀντέθηκα τὸν ἀγαπώμενον νόμον. καθ' ἣν ἔννοιαν, καὶ πατέρα μισεῖν καὶ μητέρα προσετάγημεν παρακαλοῦντας εἰς ἀσέβειαν. Ἄλλως μὲν γὰρ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν προσετάχθημεν, θεοῦ δὲ προκειμένου καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν μισεῖν. ταῦτα δὲ κατόρθωμά φησι. ὅτι βοηθός μοι καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ, διὸ καὶ εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. διότι ἡ ἐλπὶς τῶν κατὰ θεὸν προκοπτόντων ἀεὶ αὔξει, καὶ προστίθεται.

Praua cogitationes abigendæ.

115. DECLINATE A ME MALIGNI.] Dicebam, inquit, absurdis cogitationibus, ijsque qui praua facere consulebant, *Declinate à me*; sicut etiam alibi, *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Ego enim decreui viuere secundùm mandata Dei, quæ & scrutabor non simplici ratione inuestigando, sed frequenti etiam meditatione me ad opus excitando. Ac meum quidem, inquit, animi propositum est istiusmodi; tu autem mihi auxilio tuo ad hoc vires suggere, ne spe frustratus pudore replear. Alioquin verò etiam occultus homo cordis nostri malignis impletur: inde enim progrediuntur prauæ cogitationes. Quin etiam repletus sum aduersarijs virtutibus quæ animam meam oppugnant: quibus omnibus dico illud, *Declinate à me maligni.* Etsi autem superiùs dictum sit, *Adiutor meus & protector meus es tu*, attamen adhuc subsidio mihi opus est vt seruer. Tunc autem perfectam salutem consequemur, quando hinc migrauerimus, & cum electis Angelis viuemus: hîc enim nondum perfectam salutem consequi valemus. Tunc etiam perpetuò iustificationes Dei meditabimur.

Psal. 6, 9.

ριέ. ΕΚΚΛΙΝΑΤΕ ΑΠ ΕΜΟΥ ΠΟΝΗΡΕΥΟΜΕΝΟΙ.] Ἔλεγον, φησι, καὶ τοῖς ἀτόποις λογισμοῖς, καὶ τοῖς τὰ φαῦλά με συμβουλεύουσι πράττειν, ὅτι ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας. ἐγὼ γὰρ ἔκρινα ζῆν κατὰ τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολάς, ἃς καὶ ἐξερευνήσω οὐχ ἁπλῶς μετιών, ἀλλὰ καὶ συχνῇ μελέτῃ πρὸς ἐργασίαν διεγειρόμενος. ἀλλ' ἐμοὶ μέν, φησιν, ἡ πρόθεσις οὕτως· σὺ δὲ πρὸς τοῦτο ἐνίσχυσον ἀντιλαμβανόμενος, ἵνα μὴ τῆς ἐλπίδος διαμαρτὼν αἰσχύνης ἀναπλησθῶ. καὶ ἄλλως δὲ πεπλήρωται ἡμῶν ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος πονηρευομένων· ἐκεῖθεν γὰρ ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί. ἀλλὰ καὶ δυνάμεων ἀντιστρατευομένων μου τῇ ψυχῇ πεπλήρωμαι· οἷς πᾶσιν ἐρῶ τό, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ πονηρευόμενοι. εἰ καὶ ἀνωτέρω δὲ εἴρηται, βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ, ἀλλ' οὖν ἔτι δέομαι βοηθείας ὅπως σωθήσομαι. τότε δὲ τελείως σωθῆναί ἐστιν, ὅτε μεταστῶμεν τῶν ἐνταῦθα, καὶ ζήσομεν μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων· ἐνθάδε γὰρ οὔπω τελείως σωθῆναί ἐστι. τότε καὶ μελετήσομεν διηνεκῶς τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ.

118. AD NIHILVM DEDVXISTI OMNES DISCEDENTES.] Cùm sciam, inquit, risui habendos qui transgrediuntur iustificationes tuas, ego eos non imitabor. Ad tales autem Propheta quoque dicit: *Væ filij desertores.* item: *Væ eis, quoniam resilierunt à me:* quos defectio reprehendet. Omnes enim deficientes ad nihilum redacti sunt. Pro *præuaricantes* autem Aquila quidem *vinacea*, Theodotion verò *ad nihilum*, Symmachus verò *scoriam* ediderunt. *Peccatores* verò *terra*, eos

Isaiæ 30, 1.
Oseę 7, 13.
Præuaricatores ad nihilum rediguntur.

ριή. ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΑΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΠΟΣΤΑΤΟΥΝΤΑΣ.] Εἰδώς, φησι, καταγελάστους τοὺς παραβαίνοντας τὰ δικαιώματά σου, ἐγὼ οὐ μιμήσομαι. πρὸς τοὺς τοιούτους δὲ καὶ ὁ προφήτης φησὶ τό· οὐαὶ τέκνα ἀποστάται. καί· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἐξ ἐμοῦ· οὓς ἡ ἀποστασία ἐλέγξει. πάντες γὰρ οἱ ἀποστάντες ἐξουδένωνται. ἀντὶ δὲ τοῦ παραβαίνοντας ὁ μὲν Ἀκύλας στέμφυλα, ὁ δὲ Θεοδοτίων εἰς οὐδέν, ὁ δὲ Σύμμαχος σκωρίαν ἐξεδώκασιν. ἁμαρτωλοὺς δὲ γῆς, τοὺς

ἐπὶ

ἐπὶ γῆς ἡμαρτηκότας. εἰσὶ γὰρ καὶ ἁμαρτωλοὶ οὐρανοῦ, πρὸς οὓς ἡμῖν ἡ πάλη· ἐκεῖ γὰρ ἁμαρτάνοντες πρῶτον, ὕστερον καὶ ἐπὶ γῆς τοῦτο ποιοῦσιν. ἐκείνους οὖν, φησίν, ἐξουδενῶν ὡς παραβάτας, ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου, ἤτοι τὰ διὰ μαρτυρίας μοι παραδιδόμενα. ἀλλ' ἐπεί, φησίν, ἡ μὲν ψυχὴ τὸν σὸν κέκτηται φόβον, τὸ δὲ σῶμα κατεξανίσταται ταύτης, ἀξιῶ καὶ τὰς σάρκας καθηλωθῆναι τῷ φόβῳ σου, ὡς νεκρὰ γενόμενα τῇ τῆς ψυχῆς ἕπεσθαι ποδηγίᾳ. ὁ γὰρ καθηλωμένος νεκροῦται. τοιοῦτον καὶ τό· νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. τοῦτο δὲ ἀξιῶ, ἐπεὶ ἔφριξα ἀκούσας σου τὴν κρίσιν εἶναι ἀπροσωπόληπτον. ὁ δὲ Σύμμαχος, ὀρθοτριχεῖ ἐκ τοῦ φόβου σου ἡ σάρξ μου· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἡλώθη ἀπὸ πτοήσεως σου.

ρκα'. ΕΠΟΙΗΣΑ ΚΡΙΜΑ.] Ἡ πέμπτη ἔκδοσις, ἐποίησα κρίσιν. ἠκολούθησά σου τοῖς νόμοις, καὶ τετήρηκα τούτους· δέομαι οὖν μὴ γενέσθαι τοῖς δυσμενέσιν εὐάλωτος, ἢ ἐκπεσεῖν τῆς προκοπῆς. τίς δὲ οὕτως ἔχει τὸ συνειδός, ὡς εἰπεῖν τοῦτο;

ρκβ'. ΕΚΔΕΞΑΙ ΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΣΟΥ ΕΙΣ ΑΓΑΘΟΝ.] Ἀντὶ τοῦ ἔκδεξαι ὁ Ἀκύλας ἐγγύησαι. αὐτός, φησίν, ἐγγυητής μου γενοῦ, ὡς οὐ ψεύσομαι, ἀλλὰ πληρῶσαί σου σπουδάσω τοὺς νόμους. ἀναγκαίως δὲ ἀπαιτεῖ τὸν Θεὸν ἐγγυητὴν αὐτοῦ γενέσθαι, ἵνα αὐτὸς καὶ φύλαξ αὐτοῦ γένηται, τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ ἐγγύην, πρὸς τὸ μηδεμίαν λαβὴν παρασχεῖν τοῖς ἐφεδρεύουσιν αὐτῷ συκοφάνταις, ταῖς ἀντικειμέναις λέγω δυνάμεσιν. εἰ γὰρ μὴ ἐκδέξῃ με, φησί, ὑποχείριον γενόμενον ταύταις, μέλλουσί μου κατηγορεῖν, ἐνεργήσασαι καὶ πείσασαί με ἵνα ἁμάρτω· τὴν ὅλην δὲ αἰτίαν εἰς ἐμὲ ἀναρτήσουσιν. ἢ εὐλόγως καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπων πεφόβηται συκοφαντίαν. καὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος παρακελεύεται εὔχεσθαι, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. συκοφαντίας δὲ τί ἀλγεινότερον; ἐξέλιπον δὲ οἱ ὀφθαλμοί μου, εἶπε, τὴν ἐπίτασιν τῆς ἐπιθυμίας δηλῶν. λόγιον δὲ τὴν ὑπόσχεσιν καλεῖ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. ὁ δὲ τῆς τοσαύτης ἀρετῆς ἐργάτης, ἐλέους τυχεῖν ἀξιοῖ, καὶ οὐκ ἀπαιτεῖ μισθὸν, ἀλλὰ φιλανθρωπίαν, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν καλεῖ, εἰς οἰκειότητα εἰσωθῶν ἑαυτόν. πάντες μὲν γὰρ ἄνθρωποι φύσει δοῦλοι Θεοῦ, διαθέσει δὲ οἱ τὴν αὐτοῦ

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

qui in terra peccarunt. Sunt enim etiam peccatores cæli, cum quibus nobis lucta est: nam cùm illic primùm peccauerint, postmodum etiam in terra hoc faciunt. Illos igitur, inquit, tamquam præuaricatores despiciens, dilexi testimonia tua, siue illa quæ per testimonium mihi tradita sunt. Sed quoniam, inquit, anima quidem timorem tuum obtinet, corpus verò contra hanc insurgit, rogo etiam vt carnes timore tuo configantur, vt mortificatæ animæ ductum sequantur. Qui enim clauis confixus est mortificatur. Tale est & illud: *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.* Hoc autem rogo, quia timui audiens iudicium tuum esse sine acceptione personarum. Symmachus verò ait, *Horripilauit à timore tuo caro mea*; Aquila verò, *Clauis fixa est à pauore tui.*

Caro timore Dei configenda.

Coloss. 3, 5.

AIN.

121. FECI IVDICIVM.] Quinta Editio legit, *Feci indicationem.* Obsecutus sum legibus tuis, easque seruaui: rogo igitur ne hostibus præda fiam, vel ne à profectu excidam. Quis autem talem habet conscientiam, vt hoc dicat?

122. EXCIPE SERVVM TVVM IN BONVM.] Pro *Excipe* Aquila legit *Sponde*, seu *Fide iube.* Ipse, inquit, fideiussor meus esto, quia non mentiar, sed leges tuas implere satagam. Necessariò autem postulat vt Deus sponsor eius fiat, vt & ipse custos eius sit, seruans promissum suum, ne vllam ansam præbeat calumniatoribus ijs qui ipsi insidiantur, aduersarijs inquam virtutibus. Nisi enim, inquit, me illis subditum exceperis, me accusaturi sunt, vrgentes & instigantes vt peccem; totam autem culpam in me conijcient. Vel meritò etiam hominum calumniam metuit. Nam & Dominus iubet vt oremus, ne intremus in tentationem. Quid verò acerbius calumniâ? *Defecerunt* autem, inquit, *oculi mei*, desiderij intensionem declarans. *Eloquium* autem appellat promissionem salutis suæ. Porrò qui tantæ virtutis studiosus erat precatur, vt misericordiam consequatur, & non exigit mercedem, sed clementiam, ac semetipsum seruum vocat, sese in familiaritatem insinuans. Omnes enim homines naturâ quidem serui sunt Dei, affectu verò illi qui dominium

Deus sponsor & tutor timentium se.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

minium eius libenter amplectuntur. Et rogat vt intellectum ei tribuat ad testimonia Dei cognoscenda. Alioquin etiam is qui non seruit peccato dixerit: Seruus tuus sum ego. In mercedem autem seruitutis postulat intellectum.

126. TEMPVS FACIENDI DOMINO.] Symmachus, *Tempus clamandi Domino quando dißipant legem tuam.* Tempus faciendi Domino eos qui ex Gentibus sunt; nam illi qui ex Israël sunt dissipauerunt legem. Nondum enim erat lex dissipata, quâ dissipatâ, & tempore aduentus instante, dicit populus ex Gentibus: *Dilexi mandata tua super aurum & topazion.* Alius: *Tempus correctionis, quia dißipauerunt.* Tempus, inquit, Domine exurgendi in auxilium, & faciendi iudicium aduersus eos qui abijciunt & repudiant legem tuam quam ego custodio: scio enim fore tempus supplicij: nam omnia à te gubernantur. *Dilexi mandata tua.* Vel valdè impios significare cupit, qui non tantùm reliquam vitam suam luxuriosè transigunt, verùm etiam tempus Deo ad eum adorandum aliúdve bonum opus deputatum voluptatibus insumunt, Dei legem dissipantes. Idcircò, inquit, ego mandata tua auro lapidibusque pretiosis præstantiora duco. Topazius enim tunc temporis, vti par est, maximo erat in pretio: est autem colore prasco aureoque, fulgidus & speciosus, floridus. Auarus autem nequaquam dixerit illud: *Dilexi mandata tua super aurum.* Verùm qui hoc modo mandata non diligit, secundùm ea minimè dirigetur: qui verò illa omnia non perfecit, is omnem viam iniquam odio non habuit.

Mandata Dei pretiosa sunt.

δεσποτείας ἀσπασίως αἱρούμενοι. καὶ συνέσεως ἀξιοῖ ἀξιωθῆναι ὥστε γνῶναι τοῦ θεοῦ τὰ μαρτύρια. καὶ ἄλλως δὲ ὁ μὴ δουλεύων τῇ ἁμαρτίᾳ λεγέτω· δοῦλός σου εἰμὶ ἐγώ. μισθὸν δὲ τῆς δουλείας τὴν σύνεσιν ἀπαιτεῖ.

ρκϛʹ. ΚΑΙΡΟΣ ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Ὁ Σύμμαχος, καιρὸς κράξαι τῷ κυρίῳ ὅταν διασκεδαννύωσι τὸν νόμον σου. καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· διεσκέδασαν γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τὸν νόμον. οὔπω γὰρ ἦν διασκεδασθεὶς ὁ νόμος, οὗ διασκεδασθέντος, καὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιδημίας ἐνστάντος, ἐρεῖ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός· ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον. Ἄλλος· Καιρὸς κατορθώσεως, ὅτι διεσκόρπισαν. καιρός σοι, φησὶ, δέσποτα διαναστῆναι εἰς ἐπικουρίαν, καὶ ποιῆσαι κρῖμα κατὰ τῶν ἀπορριψάντων καὶ ἀθετησάντων τὸν νόμον σου ὅνπερ ἐγὼ φυλαττόμενος· οἶδα γὰρ ὡς ἔσται καιρὸς τιμωρίας· σταθμῷ γὰρ πάντα παρὰ σοὶ πρυτανεύεται. ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου. ἢ τοὺς ἄγαν ἀσεβεῖς βούλεται δηλοῦν, οἳ οὐ μόνον τὸν ἄλλον αὐτῶν ἀσελγαίνουσι βίον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀφωρισμένον θεῷ καιρὸν εἰς προσευχὴν ἢ ἄλλην ἀγαθοεργίαν ἡδοναῖς ἐκδαπανῶσι, τὸν τοῦ κυρίου νόμον διασκεδάζοντες. διό, φησιν, ἐγὼ τιμιωτέρας ἥγημαι τὰς σὰς ἐντολὰς χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν. ὁ γὰρ τοπάζιος ἴσως τότε μᾶλλον τιμώμενος ἦν· ἔστι δὲ τὸ χρῶμα πρασοειδὴς καὶ χρυσόχρους, αὐγοειδὴς καὶ ὡραῖος, εὐανθής. οὐκ ἂν δὲ ὁ φιλάργυρος εἴποι τό· ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον. μὴ ἀγαπῶν δέ τις οὕτως τὰς ἐντολὰς, οὐκ ἂν κατορθωθείη πρὸς αὐτάς· ὁ δὲ μὴ πάσας κατορθώσας, πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον οὐκ ἐμίσησεν.

CATENA PATRVM.

SAMECH.

Dauid non homines sed iniquitatem in iis oderat.

113. INIQVOS ODIO HABVI.] ORIGENIS. Non habuit odio homines iniquos. Etenim vita eius declarauit illum iniquos homines minimè odio habuisse. Nam neque parricidam Absalomum odio prosecutus fuit, neque Saülem (de quo Deus ait: *Pænituit me vnxisse Saülem in Regem*) qui variè Dauidi insidiatus fuerat, neque alium quemquam iniquum; sed tamquam sanctus gloriatur se odisse ea quæ

1.Reg.15, 11.

ριγʹ. ΠΑΡΑΝΟΜΟΥΣ ΕΜΙΣΗΣΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἐμίσει παρανόμους ἀνθρώπους. καὶ γὰρ ἔδειξεν ὁ βίος αὐτοῦ ὅτι οὐκ ἀνθρώπους παρανόμους ἐμίσησεν. οὔτε γὰρ τὸν πατρολοίαν Ἀβεσσαλὼμ ἐμίσησεν, οὔτε τὸν Σαοὺλ (περὶ οὗ εἶπεν ὁ Θεός· Μεταμεμέλημαι χρίσας τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα) διαφόρως τῷ Δαβὶδ ἐπιβουλεύσαντα, οὔτε ἄλλον τινὰ παράνομον· ἀλλ' ὡς ἅγιος αὐχεῖ ὅτι μισεῖ

τὰ

Digitized by Google

τὰ μίσους ἄξια, τοὺς λόγους τοὺς παρανόμους, τὰ δόγματα τὰ παράνομα, τὰς τοιαύτας διδασκαλίας, τὴν διάθεσιν, καθ' ἣν ἁμαρτάνουσιν. ὅτι γὰρ καύχημά ἐστιν ὃ λέγει, ὅρα πῶς ἐν τῇ πρὸς Θεὸν εὐχῇ παρρησιάζεται, καὶ φησί· παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοὺς παρανομεῖν ὑποτιθεμένους ἀποσεισάμενος λογισμοὺς, τὸν σὸν τετίμηκα νόμον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅταν παρανόμους μισήσωμεν, καὶ τὸν νόμον ἀγαπήσωμεν, βοηθὸν τὸν Θεὸν ἕξομεν καὶ ἀντιλήπτορα ἐν οἷς παρά τινων πολεμούμεθα. οὕτω δὲ αὐτοῦ καὶ εἰς τοὺς λόγους ἐπελπίζειν ἕξομεν, πάσης ἄλλης ἐλπίδος βιωτικῆς ὑπερεχόμενοι.

ριε. ΕΚΚΛΙΝΑΤΕ ΑΠ ΕΜΟΥ ΠΟΝΗΡΕΥΟΜΕΝΟΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἢ τοὺς πονηροὺς λογισμούς φησιν, ἢ τοὺς προειρημένους διδασκάλους. πεπλήρωται ἡμῶν ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος πονηρευομένων. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται πονηροὶ διαλογισμοὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, καὶ τὰ ἑξῆς τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. τούτοις τοῖς διαλογισμοῖς φησιν, Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ.

ρις'. ΑΝΤΙΛΑΒΟΥ ΜΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πρὸς τὸν θεὸν πάλιν ἀποστρέφει τὸν λόγον, καὶ φησίν· ἡ ἀντίληψις ἀπὸ σοῦ γινέσθω κατὰ σὸν λόγον, ἵνα τοῦ λόγου σου γενομένου ἐν ἐμοὶ, σου ἀντιλαμβανομένου, ὅλος γένωμαι τοῦ λόγου σου, καὶ ζήσω τὴν ἀληθινὴν ζωήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰπὼν, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ πονηρευόμενοι, ἀκολούθως τὸν θεὸν καὶ εἰς τοῦτο ἐπικαλεῖται, ὡς ἂν τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἀπελαθεῖεν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς οἱ πονηρευόμενοι, σχολῆς τε τυχὼν τῆς κατὰ θεὸν ζωῆς τε καὶ σωτηρίας τύχοι, καὶ μὴ ἀποπέσοι τῆς ἑαυτοῦ προσδοκίας· καὶ πολλῆς ἀξιοῖ βοηθείας τυχεῖν εἰς τὸ διασωθῆναι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ μὴ καταισχύνῃς με, φησὶν, ἀπὸ τῆς προσδοκίας μου, τῆς αἰωνίου δηλαδὴ ζωῆς, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. αὕτη γὰρ τῶν ἁγίων ἡ προσδοκία. ὅταν οὖν τις ἀνάξιος γένηται, μὴ ἑπόμενος ᾧ ἔδοξε πεπιστευκέναι λόγῳ, καταισχύνεται ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ προσδοκίας.

ριζ'. ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΜΟΙ, ΚΑΙ ΣΩΘΗΣΟΜΑΙ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἀνωτέρω μὲν εἴρηται, βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ· ἐνταῦθα δὲ, βοήθησόν μοι. οὐκ ἀρκεῖ μοι ἡ βοήθεια ἣν βεβοήθημαι, δέομαι βοηθείας ἔτι· ἀδιαλείπτως μοι βοήθησον. τὸ σωθήσομαι οὐδέπω τέ-

digna sunt odio, vt sermones iniquos, dogmata iniqua, istiusmodi doctrinas, animi propositum, secundùm quod peccant. Nam gloriationem esse quod dicit, vide quomodo in sua ad Deum oratione liberè profiteatur, ac dicat: *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.*

ATHANASII. Cogitationes ad delinquendum instigantes repellens, legem tuam colui.

THEODORI. Quando iniquos odio habuerimus, legemque dilexerimus, Deum habebimus adiutorem & defensorem in ijs in quibus ab aliquibus oppugnamur. Ceterùm sic etiam in sermones eius supersperare valebimus, omni alia sæculari spe superatâ.

115. DECLINATE A ME MALIGNI.] ANONYMI. Vel malas cogitationes ait, vel prædictos Doctores. Occultus homo cordis nostri malignis refertus est. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, & cetera quæ coinquinant hominem.* Hisce cogitationibus ait, *Declinate à me.*

116. SVSCIPE ME SECVNDVM ELOQVIVM TVVM.] ATHANASII. Ad Deum rursus conuertit orationem, & ait: A te sit mihi subsidium iuxta verbum tuum, vt verbo tuo in me existente, & me suscipiente, totus sim verbi tui, & viuam verâm vitam.

THEODORI. Cùm dixisset, *Declinate à me maligni*, consequenter etiam Deum ad hoc inuocat, vt virtute eius maligni animam suam deserant, & secundùm Deum viuendi otium consecutus salute potiatur, & expectatione suâ non excidat: & plurimam opem consequi rogat vt saluetur.

DIDYMI. *Et non confundas me*, inquit, *ab expectatione mea*, scilicet æternæ vitæ, Regni cælorum. Hæc enim est expectatio Sanctorum. Quando igitur illâ quis indignus euaserit, minimè secutus sermonem quem credere videbatur, confunditur ab expectatione sua.

117. ADIVVA ME, ET SALVVS ERO.] APOLINARII. Superiùs quidem dicebatur, *Adiutor & susceptor meus es tu*; hîc verò, *Adiuua me.* Non sufficit mihi auxilium quo adiutus sum, adhuc opis egeo: incessanter me adiuua. Illud *saluus ero* non-

CATENA PATRVM.

Matth. 15, 19.

Continuus Dei auxilio egemus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dum est perfectum dum hîc sumus. Quando ab hac vita liberi fuerimus, tunc salui esse poterimus, quando cum electis Angelis vixerimus.

THEODORI. Multi sunt qui hominem oppugnent, contra quos Dei ope indigemus, vt illâ confirmemur, & non priuemur illo munere quod pro armatura aduersus oppugnantes largitus est nobis Deus. Perpetuò igitur in iustificationibus eius meditari debemus. Assiduæ enim legis meditationes & inimicorum insidias repellunt, & Dei donum stabilius reddunt.

ANONYMI. *Semper:* id est, non solùm in hoc sæculo, verùm etiam in futuro: etenim illic facie ad faciem meditaturi sumus iustificationes, non ampliùs secundùm vmbram, sed secundùm veritatem.

118. AD NIHILVM DEDVXISTI OMNES DISCEDENTES.] ATHANASII. Hic enim finis manet eos qui legem Dei deserunt.

Isaiæ 30,1. DIDYMI. De illis Propheta dicit: *Væ filij desertores.* Et alibi: Væ ijs quia recesserunt à me. Tales igitur corripiens, & non castigans ampliùs sicut dilectos filios, à se abolebit, ad vnumquemque eorum dicens: Ier. 2,19. *Corripiet te rebellio tua, & malitia tua arguet te.*

119. PRÆVARICANTES REPVTAVI OMNES.] ORIGENIS. Nos quidem *præuaricantes* dicimus eos qui verbum edocti sunt, & postquam edocti fuissent, illud non obseruarunt, sed deseruerunt & præuaricati sunt. Hic autem spectat, quòd omnes habeant benè agendi occasiones, etsi non fuerint docti; ita vt non solos eos appellet præuaricantes qui fidem deseruerint, verùm etiam eos qui quomodocumque tandem peccant. *Peccatores* autem *terræ* sunt homines qui in terra peccarunt. Alij enim sunt peccatores cæli, aduersus quos nobis est colluctatio *contra spiritalia nequitiæ in cælestibus.* Cùm enim primùm illic peccauerint, postmodum etiam in terra hoc faciunt.

Qui dicantur præuaricantes. Ephes. 6, 12.

ANONYMI. Omnis, inquit, peccator inter legis præuaricatores censebitur, siue in paruo aliquo legem violauerit siue in magno. Idcircò Ioannes Theologus ait: *Omnis*

1. Ioan. 3, 4.

λειον ὅσον ἐσμὲν ἐνθάδε. ὅταν ἀπαλλαγῶμεν τούτου τοῦ βίου, τότε σωθῆναι ἔξεστιν, ὅταν ζῶμεν μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πολλοί τινες οἱ πολεμοῦντες τὸν ἄνθρωπον, πρὸς οὓς τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας χρῄζομεν, ὥστε ταύτῃ βεβαιοῦσθαι, καὶ μὴ συληθῆναι τὴν δωρεὰν ἥνπερ ἡμῖν ὁ θεὸς ἀντὶ πανοπλίας κατὰ τῶν πολεμούντων παρέχει. Μελετᾷν τοίνυν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ διαπαντὸς ὀφείλομεν. αἱ γὰρ διηνεκεῖς τοῦ νόμου μελέται καὶ τῶν ἐχθρῶν τὰς ἐπιβουλὰς ἀφιστῶσι, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δωρεὰν βεβαιοτέραν καθιστῶσι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διαπαντός· τουτέστιν, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ γὰρ ἐκεῖ μέλλομεν μελετᾷν τὰ δικαιώματα πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, οὐκέτι κατὰ τὴν σκιὰν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν.

ριη'. ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΑΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΠΟΣΤΑΤΟΥΝΤΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτο γὰρ περιμένει τὸ τέλος τοὺς τὸν νόμον ἀθετοῦντας τοῦ θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Περὶ αὐτῶν φησιν ὁ Προφήτης· Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται. καὶ ἐν ἄλλοις· Οὐαὶ αὐτοῖς ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ. τοὺς οὖν τοιούτους παιδεύων, οὐ μαστίζων ἔτι κατὰ τοὺς ἀγαπωμένους υἱοὺς, παρ' αὐτοῦ ἐξουθενεῖ, φάσκων πρὸς ἕκαστον· παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε.

ριθ'. ΠΑΡΑΒΑΙΝΟΝΤΑΣ ΕΛΟΓΙΣΑΜΗΝ ΠΑΝΤΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡμεῖς μὲν παραβαίνοντας λέγομεν τοὺς δεδιδαγμένους τὸν λόγον, καὶ μετὰ τὸ διδάχθαι, μὴ τετηρηκότας, ἀλλ' ἀποστάντας καὶ παραβεβηκότας. οὗτος δὲ ὁρᾷ, ὅτι πάντες ἔχουσιν ἀφορμὰς πρὸς καλοκαγαθίαν, εἰ καὶ μὴ ἐδιδάχθησαν· ὥστε μὴ μόνους παραβάτας λέγεσθαι τοὺς μετὰ τὴν πίστιν ἀποστάντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅπως ποτ' οὖν ἁμαρτάνοντας. ἁμαρτωλοὶ δὲ τῆς γῆς οἱ ἐπὶ γῆς ἡμαρτηκότες ἄνθρωποι. ἄλλοι γάρ εἰσιν ἁμαρτωλοὶ οὐρανοῦ, πρὸς οὓς ἡμῖν ἔστιν ἡ πάλη πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. ἐκεῖ γὰρ πρῶτον ἁμαρτόντες, ὕστερον καὶ ἐπὶ γῆς τοῦτο ποιοῦσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πᾶς, φησιν, ἁμαρτωλὸς ἐν τοῖς τοῦ νόμου παραβάταις ταχθήσεται, εἴτε βραχύ τι παραβαίνῃ τοῦ νόμου, εἴτε μέγα. διὰ τοῦτο ὁ θεολόγος Ἰωάννης ἔγραψε· πᾶς ὁ

ποιῶν

ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ποιεῖ καὶ τὴν ἀνομίαν· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. ὁ τοίνυν τοῦτο εἰδὼς, ἀγαπᾷ καὶ κατορθοῖ τοῦ θεοῦ τὰ μαρτύρια· ἀγάπη γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ κατόρθωσις.

ρκ΄. ΚΑΘΗΛΩΣΟΝ ΕΚ ΤΟΥ ΦΟΒΟΥ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ καθήλωσον ἀντὶ τοῦ πῆξον. πῆξον οὖν, φησιν, εἰς ἁγνείαν τὰς σάρκας μου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ καθηλωμένος σταυροῦται. ζητῶ οὖν τὸν σταυρὸν, καὶ ζητῶ, μήποτε ὁ σταυρός ἐστιν ὁ φόβος τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ εἶπεν ὁ σωτήρ· ὃς ἐὰν μὴ ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. πολλάκις δὲ διειλάμεθα περὶ φόβου καὶ ἀγάπης· καὶ τελειότερον εἰρήκαμεν τὸν ἀγαπῶντα τοῦ φοβουμένου, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι τὸν φόβον πρὸς εἰσαγωγήν. ὅπου δὲ εἰσέλθῃ τελεία ἀγάπη, ἔξω βάλλει τὸν φόβον. ἐπεὶ τοίνυν εὑρίσκεται καθηλωμένος ἐκ τοῦ φόβου ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὁ δίκαιος, ζητῶ, μήποτε ὁ μὲν σταυρούμενος φοβεῖται καθηλωμένος ἐκ τοῦ φόβου, ἵνα νεκρώσῃ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἡνίκα δ᾽ ἂν ἔλθῃ ἡ τελεία ἀγάπη, καθαιρεῖται ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, θάπτεται, ἐκ νεκρῶν ἐγείρεται, ἵν᾽ ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσῃ, οὐκέτι κατὰ φόβον, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ρκα΄. ΕΠΟΙΗΣΑ ΚΡΙΜΑ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ποιήσας κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, οὐ παραδίδοται τοῖς ἀδικοῦσιν αὐτόν· ἐκδέχεται γὰρ αὐτὸν δοῦλον αὐτοῦ γενόμενον ὁ θεὸς εἰς ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν συκοφαντεῖσθαι ὑπὸ τῶν ὑπερηφάνων. ἥκων δὲ πρὸς τὸν θεὸν, διατείνει τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὴν ἐν θεῷ σωτηρίαν, καὶ ἀεὶ τῇ διανοίᾳ οὐδαμοῦ τέταται, ἢ ἐπὶ ταύτην ἐπιθυμητικῶς ἔχων νοῆσαι τὸν λόγον τῆς δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ, πῶς πάντα δικαίως καὶ γίνεται, καὶ ἔστιν. ὁ προφήτης τοίνυν εἰ καὶ προέκοψε, καὶ πιστὸς γέγονε, δεῖται ἔτι τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ. πᾶς γὰρ ὁ ἐπὶ τῆς γῆς δεῖται τοῦ ἐλέους, ἐν μέσῳ παγίδων καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν καὶ ἐπάνω ἐπάλξεων περιπατῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ κατὰ τὴν ἀρχὴν στοιχειούμενος, ὡς ἂν ἤδη προκόψας ἐπὶ πολὺ, καὶ τὰ μεγάλα κατορθώσας, εὔχεται μὴ ἐκπεσεῖν τῆς προκοπῆς. εἶτα συνορῶν ὅτι τοῖς καλοῖς πολλοὶ βασκαίνουσι, καὶ λέγειν μέν τι φαῦλον περὶ αὐτῶν οὐδὲν ἔχουσι, περιπλέκουσι δὲ συκοφαντίας, ἱκετεύει καὶ δεῖται τούτων ῥυσθῆναι. αὐτὶ δὲ

qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas. Qui igitur hoc scit, is diligit & facit Dei testimonia: dilectio enim eorum est perfectio.

CATENA PATRVM.

120. CONFIGE A TIMORE TVO.] ATHANASII. Illud *Confige* idem est quod *Firma*. Stabilias igitur, inquit, in castitate carnes meas.

ORIGENIS. Is qui clauis affixus est crucifigitur. Quæro igitur crucem, & quæro, num fortè crux sit timor Dei. Etenim Saluator dixit: *Qui non accipit crucem, & sequitur me, non est me dignus.* Sæpenumerò autem distinximus inter timorem & dilectionem: & diligentem timente perfectiorem esse diximus, & necessarium esse timorem pro introductione. Vbi autem ingressa fuerit *perfecta charitas, foras mittit timorem.* Cùm igitur iustus ex timore à Deo confixus reperiatur, quæro, num fortè crucifixus quidem timeat confixus ex timore, vt mortificet membra sua quæ sunt super terram, quando autem venerit perfecta charitas, deponatur de cruce, sepeliatur, à mortuis suscitetur, vt in nouitate vitæ ambulet, non ampliùs secundùm timorem, sed secundùm dilectionem quæ est in Christo Iesu.

Timore Dei carnes configenda.

Matth. 10, 38.

1. Ioan. 4, 18.

121. FECI IVDICIVM ET IVSTITIAM.] AIN. DIDYMI. Qui fecerit iudicium & iustitiam non traditur ijs qui illi iniuriam faciunt: suscipit enim ipsum iam seruum suum effectum Deus in bonum, & non finit eum à superbis calumnijs affici. Vbi autem ad Deum accesserit, animæ oculum intendit in salutem illam quæ in Deo est, & nusquam aliò vmquam mentem intendit, nisi vt erga hanc diligenter affectus intelligat rationem iustitiæ Dei, quomodo omnia iustè & fiant, & sint. Hic Propheta igitur tametsi profecisset, ac talis euasisset, adhuc misericordiâ Dei opus habet. Omnis enim qui in terra est indiget misericordiâ, cùm in medio laqueorum & supra pinnas quotidie ambulet.

Omnes opus habemus misericordiâ.

EVSEBII. Qui in principio fundatus fuerat, tamquam iam multùm profecerit, & magna operatus sit, rogat ne à profectu excidat. Deinde considerans bonis plurimos inuidere, & cùm nihil mali de ipsis dicendum habeant, calumnias tamen struant, obsecrat & rogat ab ijs liberari. Ceterùm pro *ijs qui*

 mihi

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

mihi iniuriam faciunt, Aquila & Symmachus ediderunt, *Ne dimittas me calumniantibus me.*

122. EXCIPE SERVVM TVVM IN BONVM.] ORIGENIS. Qui pœnitentiam egit, & ab obsidentibus ipsum egressus, & à captiuitate liberatus est, ait: *Excipe seruum tuum in bonum.* Hi enim me in malum exceperant. Nam nisi me seruum tuum ab inimicis subactum exceperis, superbæ illæ virtutes aduersariæ calumnias mihi struent. Quomodo autem calumniantur? nempe cùm me ad peccatum instigauerint, & vt illud committerem persuaserint, illæ ipsæ me accusant, totam causam peccatorum in me refundentes.

Deus susceptor & sponsor noster.

EVSEBII. Necessariò rogat Deum vt susceptor eius fiat & sponsor, vt ipse custos eius sit, sibi ipsi seruans & custodiens pignus, ne vllam ansam præbeat calumniatoribus ipsi insidiantibus.

123. OCVLI MEI DEFECERVNT.] THEODORI. Sursum aspiciens ad salutare tuum & ad verbum tuum, omnes, inquit, spes meas ad hæc erexi, rogans liberari ab his qui saluti meæ inuident.

124. FAC CVM SERVO TVO.] DIDYMI. Inter miserationes Dei meritò numeratur disciplina iustificationum ipsius. Non enim digni sumus hac cognitione, cùm transgressores simus legis naturalis: verumtamen per misericordiam Dei erudimur, & Creatoris commiseratione hac ex parte fruimur.

Deus erudit eos qui illi seruiunt.

APOLINARII. Vides vt illi soli à Deo legem edoceantur, qui ipsi seruire eligunt, ceteris nimirum seruitutibus abdicati? Hos vtique etiam prudentes facit, ijsque testimoniorum suorum notitiam instillat, ita vt non solùm nos legamus, verùm etiam sensum intelligamus, ne dum lingua meditatur, mens ipsa sterilis existat. Hoc enim etiamnum Iudæi patiuntur.

125. SERVVS TVVS SVM EGO.] ORIGENIS. Nullus seruus peccati seruus est Dei: qui igitur seruit ei in omni actione ac cogitatione, faciens omnia secundùm verbum eius, hic dicat: *Seruus tuus sum ego.* Talis cùm esset hic Propheta, in mercedem seruitutis suæ postulat illud: *Da mihi intel-*

τοῖς ἀδικοῦσί με, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐξέδωκαν, μὴ ἀφῇς με τοῖς συκοφαντοῦσί με.

ρκβʹ. ΕΚΔΕΞΑΙ ΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΣΟΥ ΕΙΣ ΑΓΑΘΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μετανοήσας, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνεργησάντων εἰς αὐτὸν ἐξελθών, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας λυτρωθείς, φησίν· Ἔκδεξαι τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθόν. οὗτοι γάρ με εἰς πονηρὸν ἐξεδέξαντο. ἐὰν γὰρ μὴ ἐκδέξῃ με τὸν δοῦλόν σου ὑποχείριον γενόμενον τοῖς πολεμίοις, ἔτι οἱ ὑπερήφανοι, αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις μέλλουσί με συκοφαντεῖν. πῶς δὲ συκοφαντοῦσιν; αὗται ἐνήργησαν καὶ ἔπεισαν ἁμαρτωλὸν γενέσθαι, καὶ αὗταί μοι κατήγοροι γίνονται, ὅλην τὴν αἰτίαν τῶν ἁμαρτημάτων εἰς ἐμὲ ἀναφέρουσαι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀναγκαίως παρακαλεῖ τὸν θεὸν ἀνάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι καὶ ἐγγυητήν, ἵν' αὐτὸς φύλαξ αὐτοῦ γένηται, τηρῶν ἑαυτῷ καὶ φυλάττων τὴν ἐγγύην, πρὸς τὸ μηδεμίαν λαβὴν παρασχεῖν τοῖς ἐφεδρεύουσιν αὐτῷ συκοφάνταις.

ρκγʹ. ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ ΕΞΕΛΙΠΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἄνω βλέπων ἐπὶ τὸ σωτήριόν σου καὶ τὸν λόγον σου, πάσας, φησίν, ἀνήρτησα ἐπὶ ταῦτα τὰς ἐμαυτοῦ ἐλπίδας ῥυσθῆναι, εὐχόμενος ἀπὸ τῶν διαφθονούντων μου τῇ σωτηρίᾳ.

ρκδʹ. ΠΟΙΗΣΟΝ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ ΣΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ θεοῦ εἰκότως ἀριθμεῖται τὸ μαθεῖν αὐτοῦ τὰ δικαιώματα. οὐδὲ γὰρ ἄξιοι ταύτης ἐσμὲν τῆς γνώσεως, παραβάται τοῦ νόμου τοῦ κατὰ φύσιν γενόμενοι· ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ διδασκόμεθα, καὶ τῆς δημιουργοῦ συμπαθείας κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀπολαύομεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὁρᾷς ὅτι μόνοι παρὰ τοῦ θεοῦ τὸν νόμον διδάσκονται, ὅσοιπερ αὐτῷ δουλεύειν αἱροῦνται, ταῖς ἄλλαις δηλαδὴ δουλείαις ἀποταξάμενοι; τούτους καὶ συνετίζει, καὶ γνῶσιν τῶν ἑαυτοῦ μαρτυρίων ἐντίθησιν, ὥστε μὴ μόνον ἀναγινώσκειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ γινώσκειν τὸ νόημα, μηδὲ τῆς γλώττης μελετώσης, ἄκαρπον ὑπάρχειν τὴν διάνοιαν. τοῦτο γὰρ καὶ νῦν οἱ παῖδες τῶν Ἰουδαίων πάσχουσιν.

ρκεʹ. ΔΟΥΛΟΣ ΣΟΥ ΕΙΜΙ ΕΓΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐδεὶς δοῦλος τῆς ἁμαρτίας δοῦλός ἐστι τοῦ θεοῦ· ὁ οὖν δουλεύων ἐν πάσῃ πράξει καὶ διανοήσει, ποιῶν πάντα κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, οὗτος λεγέτω· δοῦλός σου εἰμὶ ἐγώ. τοιοῦτος ὢν ὁ προφήτης, ἀξιοῖ μισθὸν λαβεῖν τῆς δουλείας τό· συνέτισόν με.

ἔστι

ἔστι γὰρ σύνεσις διδομένη ἀπὸ θεοῦ, ἣ ἀπόκειται παρὰ τῷ θεῷ ὡς ἐν θησαυροφυλακίῳ. πνεῦμα γάρ, φησι, σοφίας καὶ συνέσεως, καὶ τὰ ἑξῆς τῶν ἀγαθῶν τὰ χαρίσματα ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτόν.

ρκϛʹ. ΚΑΙΡΟΣ ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· διεσκέδασε γὰρ τὸν νόμον ὁ Ἰσραὴλ ἐκεῖνος· οὔπω γὰρ ἦν καιρὸς αὐτοῦ τῆς ἐπιδημίας, ὅσον ἐκεῖνοι ἦσαν διασκεδάσαντες τὸν νόμον τοῦ θεοῦ. ὡς προφήτης οὖν πνεύματι ᾄδων φησὶ περὶ τούτου τοῦ καιροῦ· καὶ Ἡσαΐας προφητεύει, καὶ ὁ Ἀπόστολος διηγεῖται. Ἡσαΐας μὲν οὕτω λέγει· καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τὸ ῥητὸν ἐκθέμενος ἐπιφέρει· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας, ὅτε καιρὸς γέγονε τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ, διασκεδασθέντος τοῦ νόμου ὑπὸ τῶν παραλαβόντων αὐτόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διασκεδάζουσι τὸν νόμον οἱ μὴ μίαν παρανομίαν, διαφόρους δὲ καὶ πολλὰς ἐργαζόμενοι, καὶ πάντα εἰς πολυσχιδεῖς ἑαυτῶν κακίας ἐρεθίζοντες, ὅταν ἄρχοντες οὗτοι μάλιστα τῶν λαῶν τυγχάνωσιν ἢ διδάσκαλοι. τότε τοίνυν χρὴ δικαιοπραγεῖν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ τινα βίον ῥυθμίζειν μετὰ σπουδῆς εἰς εὐσέβειαν.

ρκζʹ. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΗΓΑΠΗΣΑ ΤΑΣ ΕΝΤΟΛΑΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐγὼ μὲν ἐποίησα κρῖμα καὶ δικαιοσύνην· καὶ σοὶ δὲ τῷ θεῷ ἔσται ποτὲ τοῦ ποιῆσαι καιρὸς, δηλονότι κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, διὰ τῶν κατασκεδασάντων τὸν νόμον σου. τοῦτο οὖν εἰδὼς ἐγὼ, καὶ φυλαττόμενος, περιπεσεῖν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ πάντα τὰ παρὰ ἀνθρώποις τίμια νενομισμένα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τελειοτέρου ἐστὶ τὸ ποιεῖν μετὰ τοῦ ἀγαπᾷν, ἀτελεστέρου δὲ ποιεῖν μὲν, οὐ μετὰ τοῦ ἀγαπᾷν δέ. τῶν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τιμιώτατον δοκεῖ εἶναι χρυσός. παρακειμένου γοῦν πλούτου παντὸς καὶ ἐντολῆς σου, οὐχ οὕτως ἐνεώρων τῷ πλούτῳ ὡς τῇ ἐντολῇ σου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα συνᾴδει τῷ, Ἀγαθόν μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου· καὶ τῷ, Λάβετε παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον, καὶ γνῶσιν

lectum. Est enim intellectus ille à Deo donatus, qui apud Deum quasi in thesauri custodia deponitur. Spiritus enim, inquit, sapientiæ & intellectus, & cetera bonorum dona requiescent super eum.

CATENA PATRVM. Isaiæ 11, 2.

126. TEMPVS FACIENDI DOMINO.] ANONYMI. Id est, Tempus faciendi Domino illos qui ex Gentibus sunt: nam ille Israël legem dissipauit: nondum enim erat tempus illius aduentus, quando illi iam erant dissipantes legem Dei. Tamquam Vates igitur in spiritu canens agit de hoc tempore: quod etiam Isaias prædicit, & Apostolus exponit. Isaias quidem ait hoc modo: *Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Et Apostolus hanc sententiam exponens subiungit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis,* quando tempus factum est faciendi Domino, cùm lex dissipata sit ab ijs qui illam acceperant.

Isaiæ 49, 8.

2. Cor. 6, 2.

DIDYMI. Legem dissipant hi qui non vnicam inquitatem, sed diuersas & multas operantur, & omnia ad multifidas suas malitias pelliciunt, præsertim quando sunt Principes populorum vel Doctores. Tunc vtique oportet exercere iustitiam, & vitam suam componere cum omni diligentia ad pietatem.

Quinam sint dissipatores legis.

127. IDEO DILEXI MANDATA TVA.] ORIGENIS. Ego quidem feci iudicium & iustitiam: sed & tibi Deo erit aliquando tempus faciendi, scilicet iudicium & iustitiam, propter eos qui dissipant legem tuam. Hoc itaque cùm scirem ego, & custodirer, vt inciderem in tempus illud, dilexi mandata tua super omnia quæ apud homines pretiosa existimantur.

EVSEBII. Perfectioris est facere cum dilectione, imperfectioris verò facere quidem, sed non cum dilectione. Eorum autem quæ in mundo sunt pretiosissimum videtur esse aurum. Cùm igitur omnes diuitiæ & mandatum tuum mihi proponerentur, non tam attendebam diuitijs quàm mandato tuo.

Perfecti cum dilectione operantur.

ATHANASII. Hæc consentiunt cum illo, *Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti*; item cum illo, Accipite disciplinam, & non argentum, & scientiam super

Prou. 8, 10.

ANNOTATIONES CORDERII.

super aurum probatum: melior enim est sapientia lapidibus pretiosis: omne autem pretiosum non est illâ dignum.

ὑπὲρ χρυσίον δεδοκιμασμένον· κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστιν.

ANNOTATIONES CORDERII.

SAMECH.

113. INIQVOS *odio habui.*] Vel, vt S. Ambrosius Serm. 15. ad hunc Psalmum legit, *Exleges odio habui.* Vbi per iniquos seu exleges intelligit eos qui propinquos suos à diuinæ legis obseruantia retrahebant. Sine lege enim sunt qui cognatos suos sub diuina lege viuere non permittunt. Hos igitur oderat Dauid: & qui inimicos suos, Saülem, Semëi, Doëg ac similes diligebat, is, vt notat D. Ambrosius, etiam cognatos, sibi in diuino obsequio aduersantes, odio prosequebatur; ratus id quod erat, maius nobis periculum à falsis cognatis quàm à veris hostibus impendere: vt ibi D. Ambrosius aduertit, dicens plurimos à fide & martyrio reuocatos non tam tormentorum vi quàm prauo cognatorum affectu.

Qui alios à diuina lege retrahunt iniqui & exleges sunt.

114. *In verba tua supersperaui.*] Non contentus fuit dicere se *sperasse*, sed *supersperasse* dixit, vt innueret in spe proficiendum semper esse, vt semper hac catenâ ad superiora euehamur. Scitè S. Ambrosius hic: *Quid*, inquit, *de eo dicitur qui semper addit ad sperandum, & cùm sperauerit aliquid iterùm sperat, & spe proficit, extendens se semper ad superiora*; vt longiùs ab humano auxilio ac fiducia abeat, quò quis magis in spe profecerit.

Spe proficere semper debemus.

115. *Declinate à me maligni*, &c.] Quasi nimirum improborum hominum concursus diuinæ legis scrutationem ac cum Deo familiaritatem impediret. Sic Moyses & Aaron oraturi Dominum, priùs dimissâ multitudine ingressi sunt in tabernaculum fœderis. Neque enim æquum erat, vt praua illa hominum multitudo diuinis oraculis petendis ac reddendis interesset. Hinc est etiam quòd Deus multa reuelaturus Abrahæ, *eduxit eum foras.* Quasi intra domesticos, vbi multi aderant familiares, diuina mysteria nemini panderentur.

Improborum concursus cum Deo familiaritatem impedit.
Num. 20, 6.
Gen. 15, 5.

116. *Non confundas me ab expectatione mea.*] Ex Hebræo legi potest, *Non tardes ab expectatione mea*: ponitur enim ibi verbum בוש *bos*: quod significat non solùm *confundere*, sed etiam *tardare.* Quasi qui tardat expectationem confundat. Sic & mater Sisaræ filium diu expectans, *De cœnaculo* (inquit Textus) *loquebatur: Cur moratur regredi currus eius?* Ex Hebræo transferri potest: *Cur pudore afficit currus eius?* Dum enim tardabat filius expectantem matrem confundebat. Sic populus Israël: *Videns quòd Moyses moram faceret descendendi de monte*, &c. Ex Hebræo legi potest: *Videns quòd confunderet eum Moyses*; seu, vt vertit Oleaster, *quòd illuderet illi Moyses.* Qui enim tardat expectantem confundit: confundit autem, quia illudere videtur, dum fidem datam redimere non curat.

Tardatio confusionem adfert.
Iud. 5, 28.
Exod. 32, 1.

117. *Adiuua me, & saluus ero.*] Græcus quidam explanator Anonymus, cuius verba refert Agellius, sic explicauit: Κύκλωσον τῇ χάριτί σου τὴν καρδίαν μου, καὶ φυλαχθήσομαι· καὶ εἰρήνης οὔσης, οὐδεμία μοι ἄλλη φροντίς ἐστι, ἢ μὴ τὸ ποιεῖν τὰ θελήματά σου διαπαντός. id est, *Circumda gratiâ tuâ cor meum, & tutus ero: & vbi pax erit, nihil aliud curabo, nisi vt semper voluntatem tuam exequar.* In Hebræo est סַעֲדֵנִי *sebbadeni*, id est, *Cibo me fulci*, sacrorum scilicet eloquiorum. Dant enim hæc vires animæ, vt corpori corporeus cibus.

118. *Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis*, &c.] Vide quo nomine iniquos homines compellet, *discedentes.* Iure hac appellatione censentur impij, quia sola impietas nos à Deo separat. Non discedimus à Deo gressibus corporis, sed vitijs animi. Vnde postquam dixisset, *Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis*, exponens quinam sint isti à Deo discedentes, vel quâ ratione à Deo discedere possimus, subdit; *Quia iniusta cogitatio eorum.* Id est, Illi longiùs à Deo abeunt, qui iniqua mente versant, & opere exequuntur. Non nos seiungit à Deo paupertas, non rerum penuria temporalium, non humilis conditio, non obscurum genus, non reliqua quæ homines oderunt; vnum est peccatum, quod nos à Deo longè facit. *Vnusquisque igitur* (inquit Ambrosius) *suis studijs sese aut iungit, aut separat. Denique, quòd plerosque neque locorum interualla secernant, vel finitima vel vicina connectant, indicio est, quia sunt plerique in corpore siti, qui peregrinantur à corpore, & adsunt Deo. Vt ille qui dicente Deo, Quem mittam? respondit, Ecce ego. Audet & Paulus adesse Deo, quia nihil in eo præter carnis materiam videbat esse corporeum. Denique ille discessit, qui peregrè profectus est, omne quod acceperat à patre fidei & gratiæ patrimonium dissipauit.*

Peccatum solum à Deo separat.

119. *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.*] Quid sibi vult hic loquendi modus? An fortè sunt aliqui peccatores cæli, ad quorum distinctionem hi terræ peccatores appellentur? Sunt vtique: qui nimirum postquam multa commiserunt piacula, tandem aliquando sapiunt, & dolorem peccatorum meditantur. Exemplum vtriusque clarum habemus in parabola illius prodigi; qui dum *peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè*, tum terræ peccator fuisse conuincitur, terrenis voluptatibus immersus: at dum dolore tactus regressum in paternam domum meditatur, seque ad frugem meliorem disponit, non iam ampliùs peccator terræ, sed cæli dicitur; dum secum pœnitentiâ ductus ait: *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cælum & coram te.* Sententiam hanc confirmat his verbis Ambrosius: *Rectè præuaricator dicitur qui discedit à Domino: denique Græcè à discedendo apostata nominatur. Vnde ille: Vinum & mulieres faciunt apostatare. Peccatores terræ sunt, ergo & cæli peccatores; sicut ille qui ait: Peccaui in cælum*

Qui sint terræ & qui cæli peccatores.
Lucæ 15, 13.

&

Digitized by Google

& coram te. Dicitur autem pœnitens peccator cæli; vel quia Cælites suâ pœnitentiâ lætificat; vel quia inter cæli ciues connumerandus est, & quodammodò cælestibus sedibus illatus æthera colit, diuina sapit.

Quomodo timore Dei carnes configi dicantur.

120. *Confige timore tuo carnes meas.*] Si timor in animo collocatur, cur figi carnes deposcit? Anne efflagitat, vt timor ab extrinseco tamquam clauus iniectus, dum animum figere contendit, priùs se per corpus immittat, vt sic corpoream molem perforans & terebrans, compages & medullas traijciens, vsque ad animam clauorum cuspide transfigendam subintret; vt corpus & animus hoc vno clauo comprehensi vnius Domini esse compareant? Sic cogitarem, ac si diceret: Vt corpus animæ subijciatur, quæ à te vero Deo creata est, nec à tua se potestate eripiat, quasi quod non creatione, sed generatione, quæ carnis est, in vitam erupetit, perforet timor, & tamquam pariete diuulso faciat vtraque vnum; patescat aula hæc diruto carnis limite, vt te Dominum vniuersi homines esse fateantur. Timorem, inquit, quem in animo verso, deduc etiam in carnem, exspatietur vsque ad corpus more claui, qui postquam trabem traiecit, cuspis post terga redundans figere potest aliud quod adhæreat. Aptè Euthymius: *Dum iudicia tua lego, in animo quidem timore corripior: ipsum tamen corpus huiusmodi timore non castigatur. Tu igitur confige & ipsum corpus hoc timore.* Causam porrò cur hoc petat subdit:

IBIDEM. *A iudicijs enim tuis timui.*] Vbi S. Augustinus expendit illud verbum *timui.* q. d. Timui quidem vorticibus libidinis obrui; nec hoc satis mihi fuisse existimaui, sed semper nouum timorem antiquo superinduci exposco. *Quid est* (inquit S. Augustinus) *Confige à timore tuo? timui enim. Si enim timuerat, vel timebat, cur adhuc, vt à timore suo Deus configeret carnes suas, orabat? An addi sibi volebat timorem, vt tantum timeret quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est concupiscentijs affectibusque carnalibus?* Iterùm ad examen vocandum illud, *Confige timore tuo carnes meas,* vel, vt habet S. Augustinus, *Confige clauis à timore tuo carnes meas.* q. d. Alia crimina in malo nos ligant, & quasi funibus irretiunt: at libido strictiùs nos premit, ferro & clauis nos figit. Vnde Christus Dominus non funibus alligatus fuit cruci, sed clauis affixus: quâ re præcipuè eis remedium attulit qui libidinis clauis affixi sunt. Hoc enim vitium inter omnia alia frequentissimum est. *Tali timore* (inquit S. Augustinus) *carnes crucifiguntur, quando carnales delectationes, quæ legis litterâ vetantur potiùs quàm vitantur, spiritualium bonorum delectatione vincuntur, & eadem vsque ad perfectionem crescente victoriâ perimuntur.* Porrò S. Hieronymus hîc vertit: *Horripilauit à timore tuo caro mea.* Qui loquendi modus pauoris magnitudinem ostendit: sed Septuaginta seniores aliâ metaphorâ eamdem rem significantissimè exponunt καθήλωσον: quod est propriè *clauis configere:* quasi timorem simile quiddam esse vellent atrocissimo illi instrumento, in quod M. Attilium Regulum Carthaginienses hostili animo miserunt, ad exquisitum genus tormenti & inhumanæ vexationis. Dolium fuit intus clauis acutis vndique horrescens, vt vir ille in Historia celebratus, clausus in eo commouere se non posset, quin miserrimè in aciem incurreret, & immani dolore compungeretur. Sic timor circumambiebat sanctum virum Dauidem horribilia Dei iudicia meditantem: assiduè mens vellicabatur horrentibus clauis, & velut spinis cruentæ formidinis animus ictus intimo cruore stillabat. Quæ omnia vim timoris magnam ante oculos obijciunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

AIN.

122. *Excipe seruum tuum,* &c.] Vulg. *Suscipe:* S. Hieronymus cum Symmacho & Aquila, *Fideiube.* quasi moris Dei conscius Propheta dicat: Ecce calumniatores bonis euertere & vitâ me spoliare volunt, fideiussorem ergo pro me te interpone, vt irritis illorum conatibus ego abeam immunis.

123. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum.*] Hoc in Commentario & Catena exponitur, quasi ex iugi ac intensissima auxilij expectatione siue desiderio Vatis oculi extabuerint. Sed altiori sensu Hilarius: *Propheta*, inquit, *anima suæ oculos in Dei salutare defixit, id est Iesum.* quasi nimirum oculis aspicientibus Christum non dignaretur aliud aspicere; ac si Christi pulchritudine oculi capti ad alia videnda defecerint, & quasi inutiles ac cæci facti sint. Pergit Ambrosius, ac huius rei rationem reddens ait: *In eo enim quem diligimus totis oculis occupamur, nec quidquam aliud videre delectat:* ita vt qui rei cuiuspiam pulchritudine captus est, ad alia videnda integros aut sui iuris oculos non habeat: id verò nil aliud est, quàm oculos defecisse siue munus suum perfecisse dixeris.

Deus tempore opportuno remedium malis affert.

126. *Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.*] Cùm iam homines, inquit, se vniuersis malis dederint, legemque tuam adeò fregerint, vt quasi dissipatam eam reliquerint, tempus aduenisse videtur, in quo assumendo carnem facias quod ipsi destruxerant. In hunc sensum S. Ambrosius pulchrè ait: *Tempus est faciendi, vt si ingrauescente ægritudine alicuius incommodi curras ad Medicum, vt citiùs veniat, ne posteà subuenire non possit. Medicus tunc amplius desideratur, cùm grauis incubuerit ægritudo languentis. Ergo cùm videat in Spiritu sancto Propheta præuaricationes populi, luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quasi pro nobis interueniat, currit ad Christum, quem solum tantis sciebat subuenire posse peccatis, vrget vt veniat, nec patitur fieri moras. Tempus faciendi, inquit, Domine, hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum vltimum mundus vrgetur, veni vt tollas peccata mundi; veniat vita morientibus, veniat resurrectio iam sepultis: factum tuum subueniat, quoniam nec præcepta tua prodesse potuerunt. In lege præceptum est, in Euangelio mysterium. Cæcus omnis populus proprium non videbat auctorem. Claudus erat mundus, & titubante vestigio fidei fluctuabat. Non erat qui malagma imponeret, neque oleum, neque alligaturam. Omne patrimonium suum in Medicos erogauerat mulier illa Euangelica, speciem habens congregationis humanæ, quæ coibat ex Gentibus, cui nec fluentem sanguinem & inueterata passionis letale profluuium poterant sæculi huius Medici restringere. Principis populi posteritas*

PARAPHRASIS ANONYMI.

ritas interierat, & omnes occiderant huius heredes. Videns hæc Propheta, dicit ad Christum: Tempus faciendi Domine: non iubendi, inquit, sed faciendi, quia non legatus, nec nuntius, sed Dominus saluaturus erat populum. Hæc ille. Quod autem Dominus in primo opere ac præcipuo obseruauit, vt illud opportunè faceret, idem omnino in reliquis omnibus operibus ad nostram salutem & eruditionem pertinentibus custodiuit, vt scilicet occasionem operandi nequaquam perdiderit.

Mandata Dei super aurum & topazion diligenda.

127. *Super aurum & topazion.*] Mandatorum Dei dilectionem volens extollere, eam rebus vulgò pretiosissimis præfert. Quod (inquit ad hunc locum Hilarius) *vt cæteris metallis aurum, ita & alijs lapidibus præstet topazion, continens in se solo, & in diuersorum colorum permixtione, omnium pretiosissimarum gemmarum speciem.* Id ipsum Hugo Victorinus confirmat ex nomine: *πᾶν enim Græcè, Latinè dicitur omne. Nam topazius lapis omnium lapidum colores in se continet.* Sed hæc deriuatio nimis longè petita, nec vera istius nominis etymologia est. Nam τοπάζιον ἀπὸ τοῦ τοπάζειν, τουτέστι ζητεῖν, id est, à quærendo nomen habet topazion, quòd multo studio quæratur, propter suum pretium atque excellentiam, vt Suidas & alij tradunt. Quamobrem ego hanc coniunctionem auri topazijque contemplans, vt desiderium legis admiror in auro, ita legis studium & indagationem complector in topazio, vt significetur vir iustus semetipsum indesinenter ad perfectiorem mandatorum obseruationem exstimulare.

Omnis via iniquitatis fugienda.

128. *Omnem viam iniquitatis odio habui.*] Hanc doctrinam luculenter tractat S. Ambrosius Serm. 16. in hunc Psalmum: *Nisi omnem,* inquit, *viam iniquitatis oderis, non poteris in omnibus præceptis Dei corrigi. Potest enim fieri, vt aliquis se temperet à crudelitatis horrore; lubrico tamen deceptus amore meretricis, & semitas incontinentiæ iuuenilis ingressus, impressum semel non queat reuocare vestigium. Multos enim vitia blandiora decipiunt; è contra auertit à se plurimos tristis & nimiùm seuera crudelitas; sed iuuentus ad amorem liberior, ad lapsum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior est. Alius se restrinxit à luxu, sed auaritiæ cupiditate raptatur. Plerumque enim peccata huiusmodi sunt, vt si alterum declines, incurras alterum: & natura vsus adiuuat infirmitatem,* &c. Vide plura apud S. Ambrosium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

PHI.

129. MIRABILIA testimonia tua: ideò scrutata est ea anima mea.

Admiror, inquit, & superdiligo legitima tua, eaque accuratè perficere: hoc enim ait scrutatus sum.

ρκθ'. ΘΑΥΜΑΣΤΑ τὰ μαρτύριά σου· διὰ τοῦτο ἐξηρεύνησεν αὐτὰ ἡ ψυχή μου.

Θαυμάζω, φησὶ, καὶ ὑπεραγαπῶ τὰ νόμιμά σου, καὶ τὸ κατ' ἀκρίβειαν αὐτὰ κατορθοῦν· τοῦτο γὰρ τὸ ἐξηρεύνησα.

130. Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Declaratio sermonum Dei mentem illuminat.

Primùm siquidem declaratio & notitia eorum hominem, & quidem valdè rudem, erudiunt, quanam re delecteris, & quâ non delecteris: & quilibet cùm nouerit quæ tibi grata sint, eadem perficere satagit; idcircò etiam ego, inquit.

ρλ'. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ· καὶ συνετιεῖ νηπίους.

Πρῶτον μὲν γὰρ ἡ δήλωσις αὐτῶν καὶ γνῶσις διδάσκουσιν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἄγαν ἀσύνετον, τίνι χαίρεις, καὶ τίνι οὐ χαίρεις· καὶ ἕκαστος εἰδὼς τὰ σοὶ φίλα, σπουδάζει ταῦτα κατορθοῦν· διὰ τοῦτο κἀγώ, φησιν.

131. Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Cùm igitur, inquit, ego etiam sciam quæ sit voluntas tua, os meum aperui. Nam in meditatione, inquit, oraculorum tuorum sufficiens auxilium suppeditatur illa facere desideranti. Oris enim apertionem appellat meditationem, & spiritus attractionem, gratiæ suppeditationem.

ρλα'. Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεπόθουν.

Εἰδὼς οὖν, φησι, κἀγὼ τί τὸ θέλημά σου, τὸ στόμα μου ἤνοιξα. ἐν γὰρ τῷ μελετᾶν, φησι, τὰ λόγιά σου ἱκανὴ βοήθεια συνέρχεται τῷ ἐπιθυμοῦντι κατορθοῦν αὐτά. Ἄνοιξιν γὰρ στόματος τὴν μελέτην καλεῖ, καὶ ἕλκυσιν πνεύματος, τὴν ἐπιχορηγίαν τῆς χάριτος.

** Vulgata Aspice*

132. * Respice in me, & mise-

ρλβ' Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ

ἐλέησόν

ἐλέησόν με κατὰ τὸ κρίμα τῶν ἀγαπώντων τὸ ὄνομά σου.

Ἐπεί, φησι, τοιοῦτοι πεφήναμεν ἡμεῖς, καθὼς ἔκρινας ἐλεεῖν τοὺς προσκειμένους σοι, ἐλέησον καὶ ἡμᾶς τῆς αὐτῆς ὄντας μερίδος. εἰπὼν δὲ τὸ ἐλέησον, λέγει καὶ τὸν τρόπον τοῦ ἐλέους.

ρλγ΄. Κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου· καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία.

Κατεύθυνόν, φησι, ἡμῖν τὴν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ὁδὸν, ἵνα μὴ χρονίσαντες ἐνταῦθα κυριευθῶμεν, καὶ ἡττηθῶμεν ἀνομίᾳ τινί.

ρλδ΄. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου.

Συκοφαντίαν δὲ πάλιν καλεῖ τὴν οὐ καλὴν ἐπίνοιαν τῶν ἀσεβῶν. Λύτρωσαί με, φησὶ, τῆς ὑπονοίας τῶν λεγόντων, ὅτι οὐ μέλει σοι, ἀποκαταστήσας με τοῖς οἰκείοις. καὶ τὸ αὐτὸ δεόμενος ἐπιφέρει·

ρλε΄. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου· καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Πρόσωπον καλεῖ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐπὶ κακῷ· ὡς τὸ, πρόσωπον κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά· νῦν δὲ ἐπὶ καλῷ ἐπιφάνηθί μοι, καὶ ἐν ἀπολαύσει με κατάστησον τῆς ἐπαγγελίας σου, ὑφ᾽ ἧς οὐ παύομαι δακρύων δαψιλῶς. τοῦτο γὰρ τὸ ἑξῆς·

ρλϛ΄. Διεξόδους ὑδάτων κατέβησαν οἱ ὀφθαλμοί μου· ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου.

Διὰ τοῦτο γάρ, φησι, δακρύω συνεχῶς, ἐπειδὴ οὐ δύναμαι ἐνταῦθα φυλάξαι τὰ νόμιμά σου, ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ.

ρλζ΄. Δίκαιος εἶ κύριε, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.

Μίαν δὲ ἔχω, φησὶ, παραμυθίαν τῆς βραδυτῆτος, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ οὐκ ἂν ἡμᾶς περιίδοις ἐπὶ πολὺ ταλαιπωρουμένους.

ρλη΄. Ἐνετείλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά σου, καὶ ἀλήθειαν σφόδρα.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἔφθασας ἀποφήνασθαι ἀπόφασιν ἀληθῆ, ὡς πάντως ἀπολήψο-

rere mei secundùm iudicium diligentium nomen tuum.

Cùm, inquit, nos tales apparuerimus, quemadmodum decreuisti misereri eorum qui tibi addicti sunt, ita etiam miserere nostri qui sumus partis eiusdem. Ceterùm cùm dixisset *miserere*, addit & modum miserendi.

PARAPHRASIS ANONYMI.

133. Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis * iniquitas.

* Vulgata iniustitia.

Dirige, inquit, nobis iter ad propria, ne hîc cunctantes subigamur, & succumbamus alicui iniquitati.

134. Redime me à * calumnia hominum, * & custodiam mandata tua.

* Vulgata calumnijs
* vt

Calumniam autem rursus vocat improbam impiorum cogitationem. Redime me, inquit, à suspicione dicentium, non esse tibi curæ, vt me proprijs sedibus restituas. atque hoc ipsum deprecans ait:

135. Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

Faciem vocat aduentum Dei: verùm quandoque quidem in malum: vt illud, *Facies Domini super facientes mala:* hîc autem in bonum appareas mihi, & fac vt fruar promissione tuâ, pro qua non cesso vbertim lacrymari. hoc enim sequitur:

Psal. 33, 17.

136. Exitus aquarum * transierunt oculi mei; quia non * custodiui legem tuam.

* Vulgata deduxerunt
* custodierunt

Idcircò enim, inquit, lacrymor indesinenter, quia hîc non possum custodire legitima tua, vtpote in terra aliena.

137. Iustus es Domine, & * recta iudicia tua.

SADE.
* Vulgata rectum iudicium tuum.

Vnicum autem, inquit, habeo tarditatis solatium, quòd iustus sis, & nos minimè despicias longo tempore miserijs affectos.

138. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.

Cùm enim, inquit, veram sententiam anteà pronuntiaueris, me nempe propria omnino

PARAPHRASIS ANONYMI.

omnino recuperaturum; idcircò fero & premo tarditatem, idque zelo tuo tabefactus. subiungit enim:

139. Tabescere me fecit zelus * tuus; quia obliti sunt verba tua inimici mei.

* *Vulgata meus.*

Maximè enim, inquit, zelor, quòd inimici tarditatem tuam ignorantes, eam obliuioni tuæ adscribant; quasi oblitus fueris quæ nobis promiseris. Verumtamen, inquit, non est hoc. Atque vnde patet?

Eloquium Dei ignitum.

140. Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.

Ambiguitas, inquit, in te non habet locum: liquida enim est sententia tua, sicut aurum igne examinatum, & argentum probatum: atque nobis hoc à iuuentute persuasum est. vnde subiungit:

141. Adolescentulus sum ego, & contemptus; * & iustificationes tuas non sum oblitus.

* *Abest à Vulgata vox &*

Adolescentiam appellat populi in Ægypto commorationem. Ex ijs, inquit, quæ in Ægypto contigerunt experimentum accepimus decretorum tuorum, quomodo nullum maneat imperfectum & inane: idcircò præstolamur promissum tuum, tametsi tardes.

142. Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.

Quæ enim ex iustitia decreuisti æternitati coëxtenduntur, & excidere non possunt.

143. * Tribulationes & angustiæ inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

* *Vulgata* Tribulatio & angustia

Hæc ad superiora quoque referuntur. Idcircò, inquit, multitudo calamitatum me minimè incuruauit, neque spe deturbauit, quia credidi te minimè mendacem esse.

144. * Iustitia testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

* *Vulgata* Æquitas

Quandoquidem, inquit, iustitiâ motus sententiam protuleris, æternitas eam inconcussam conseruat. Concede igitur vt ijs fruar, scilicet vitâ tali.

μαι τὰ οἰκεῖα· διὰ τοῦτο φέρω καὶ στέγω τὴν βραδυτῆτα, καὶ ταῦτα, φησιν, ἐκτετηκὼς διὰ τὸν ζῆλον τὸν σόν. ἐπάγει γάρ·

ρλθ'. Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου· ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ ἐχθροί μου.

Ζηλῶ γὰρ μάλιστα, φησιν, ὅτι τὴν βραδυτῆτα οὐκ εἰδότες οἱ ἐχθροί, λήθην σου καταψηφίζονται· ὡς σου ἐπιλαθομένου ὧν ἡμῖν ἐπηγγείλω. οὐκ ἔστι δέ, φησι, τοῦτο. καὶ πόθεν δῆλον;

ρμ'. Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα· καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό.

Ἀμφιβολία, φησίν, ἐπὶ σοὶ οὐ κρατεῖ· καθαρὰ γάρ σου ἐστὶν ἡ ἀπόφασις, ὡς τὸ πεπυρωμένον χρυσίον, καὶ τὸ δεδοκιμασμένον ἀργύριον· καὶ ἡμεῖς τοῦτο πεπείσμεθα ἐκ νεότητος. διὸ ἐπάγει·

ρμα'. Νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ ἐξουδενωμένος· καὶ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Νεότητα καλεῖ τοῦ λαοῦ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγήν. ἐκ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, φησί, πεῖραν ἐλαβόμεθα σου τῶν ἀποφάσεων, ὡς οὐδεμία μένει ἄπρακτος καὶ ἀργή· διὸ ἀναμένομεν τὴν ἐπαγγελίαν, κἂν βραδύνῃ.

ρμβ'. Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια.

Ἃ γὰρ ἐκ δικαιοσύνης ἀπεφήνω συμπαρεκτείνεται τῷ αἰῶνι, διαπεσεῖν οὐ δυνάμενα.

ρμγ'. Θλίψεις καὶ ἀνάγκαι εὕροσάν με· αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου.

Πρὸς τὰ ἄνω καὶ ταῦτα. Διὰ τοῦτο, φησι, τὸ τῶν συμφορῶν πλῆθός με οὐ κατέκαμψε, οὐδὲ τῆς ἐλπίδος ἐξέκρουσεν, ὅτι ἠπιστάμην σε ἀψευδῆ.

ρμδ'. Δικαιοσύνη τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι.

Ἐπεί, φησιν, ἐκ δικαιοσύνης ὁρμώμενος ἀποφαίνῃ, ἀσάλευτον τὴν ἀπόφασιν ὁ αἰὼν διαφυλάττει. ταύτην οὖν ἐν ἀπολαύσει με κατάστησον, ἤτοι τῆς τοιαύτης ζωῆς.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. PHE.

ρκθ'. ΘΑΥΜΑΣΤΑ ΤΑ ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΣΟΥ.] Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν, φησι, χρυσὸς καὶ πλοῦτος ἐν θαύματι, ἐμοὶ δὲ ἀξιάγαστα μᾶλλόν εἰσι τὰ σὰ μαρτύρια· διὸ ἐξηρεύνησα αὐτά. δεῖται δὲ διανοίξεως τὰ λόγια ὥστε γνωσθῆναι· κατὰ τὸ, διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι. ἱκανὰ δέ, φησιν, ὄντα καταθέλξαι καὶ ἐφελκύσασθαι, ἐφειλκύσαντο κἀμὲ πρὸς τὴν ἔρευναν. ὁ γὰρ σὸς νόμος καὶ τοὺς ἀγνοίᾳ κατεχομένους, καὶ βρέφεσιν ἐοικότας συνέσεως ἐμφορεῖ. στόμα δὲ καλεῖ τὸ τῆς διανοίας, ὅπερ ἐπιποθήσει ἀνοίγει τῶν ἐντολῶν· αὕτη γὰρ ἕλκει τὴν χάριν τοῦ πνεύματος.

ρλβ'. ΕΠΙΒΛΕΨΟΝ ΕΠ' ΕΜΕ, ΚΑΙ ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ.] Οὐχ ἁπλῶς ἐπιβλέψαι ἀξιοῖ, ἀλλ' ὡς εἴωθας, φησιν, ὡς κέκρικας τοῖς ἀγαπῶσι σε παρέχειν τὸν ἔλεον. ἀντὶ τοῦ, ἐξίσου τούτοις με ἀξίωσον τῆς σῆς ἐπισκοπῆς καὶ τοῦ σοῦ ἐλέους. οἱ μὲν γὰρ ἐλεοῦνται παυσάμενοι, διὰ μετανοίας ἁμαρτάνειν, οἱ δὲ διὰ προκοπῆς ἐν τῷ σπεῦσαι πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀρετῆς γενέσθαι, ὡς ὀφθῆναι παῤῥησίᾳ τῷ θεῷ. τὸ δὲ ἐλεηθῆναι παρὰ θεοῦ τῷ ὀραθῆναι παρέπεται, οἷον οὐ κατὰ τὸ κρῖμα τῶν διὰ μετανοίας (τοῦτο γὰρ τῶν οὐ σφόδρα ἀγαπώντων) ἀλλὰ κατὰ τὸ κρῖμα τῶν ἐν τάξει υἱῶν, οἳ καὶ πρὸς τοὺς σφόδρα ἀγαπῶντας ἀναφέρονται. κατευθύνονται δὲ κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον τὰ διαβήματα τοῦ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν μεταβαίνοντος. ἐπεὶ καὶ τῶν μὲν ὀλίγα ἁμαρτόντων κυριεύει ἡ ἀνομία, τῶν δὲ πολλὰ κατακυριεύει. τοῦ λυτρωθῆναι δὲ συκοφαντίας πραγματικῶς τετύχηκε καὶ Ἰωσὴφ καὶ Σωσάννα. ἐπιφάνειαν δὲ προσώπου αἰτῶν, ἔοικε σωματικώτερον καὶ παχύτερον διειλέχθαι. τὸ γὰρ θεῖον ἀσώματον. νῦν δὲ τὴν λύσιν τῶν λυπηρῶν ἐπιφάνειαν νοητέον, ἢ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίαν· ὃν ὁ ἑωρακὼς τὸν πατέρα ἑώρακε. διεξόδους δὲ ὑδάτων τὸ πλῆθος τῶν δακρύων ἐκάλεσεν. ἀντὶ τοῦ, κρουνηδὸν ἔφερον τὰ δάκρυα, τὰς τῶν ἀδίκων παρανομίας θεώμενος. ἀποστολικὸς δὲ ὁ νόμος, τὸ τὰς τῶν ἄλλων παρανομίας ὀλοφύρεσθαι.

129. MIRABILIA TESTIMONIA TVA.] Ceterùm illis quidem, inquit, aurum & diuitiæ sint admirationi, mihi autem maiori admiratione digna sunt testimonia tua; quapropter ea perscrutatus sum. Eloquia autem opus habent adapertione vt intelligantur; iuxta illud, *Aperuit illis sensum vt intelligerent.* Sufficientia autem, inquit, sunt ad alliciendum & attrahendum, & me quoque ad inuestigandum attraxerunt. Nam lex tua prudentiâ implet eos qui ignorantiâ detinentur, & infantium instar sunt. Os autem appellat mentis, quod mandatorum desiderio aperit: hæc enim gratiam spiritus attrahit.

Lucæ 24, 45.

132. RESPICE IN ME, ET MISERERE MEI.] Non simplici ratione vt respiciat rogat, sed prout soles, inquit, sicut decreuisti diligentibus te præbere misericordiam. Id est, Pari me visitatione & misericordiâ tuâ dignare. Alij siquidem misericordiam consequuntur, dum per pœnitentiam cessauerint à peccatis, alij verò dum per profectum ad finem virtutis aspirant, vt confidenter Deo appareant. Ceterùm misericordiæ Dei consecutio respectionem eius consequitur, scilicet non secundùm iudicium pœnitentium (hoc enim non est valdè diligentium) sed secundùm iudicium eorum qui in ordine sunt filiorum, qui & ad valdè diligentes referuntur. Porrò secundùm verbum Dei diriguntur gressus eius qui à prauitate ad virtutem transit. Quoniam ijs quidem qui pauca peccant iniquitas dominatur, sed ijs qui multa delinquunt prædominatur. Ceterùm à calumnia liberationem re ipsâ Ioseph & Susanna obtinuerunt. Faciei autem apparitionem postulans, visus est magis corporeo & crassiori modo loqui. Diuinum enim numen incorporeum est. Hoc loco igitur rerum tristium dissolutio per apparitionem intelligenda est, vel Saluatoris nostri aduentus: quem qui vidit Patrem vidit. *Exitus* autem *aquarum* appellauit multitudinem lacrymarum. id est, Lacrymas vbertim profundebam, iniquorum scelera conspiciens. Est autem lex apostolica, vt aliorum quoque iniquitates defleamus.

Respectio Dei misericordiam precedit.

Quid per faciei Dei apparitionem intelligatur.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Vel suam ipsius iniquitatem deflens hoc dixit.

SADE.

137. IVSTVS ES DOMINE, ET RECTA IVDICIA TVA.] Hæc vox est sibi in omnibus quæ à Deo immittuntur complacentis. Deinde rationem reddit, ob quam defleat eos qui diuinam legem violant: quia supplicium comminatus, illudque testificatus es. Nam valdè, inquit, mandasti testimonia tua, quæ sunt iustitia & veritas exactissima. Pro *Tabefecit* autem Aquila legit, *Consumpsit me*; Symmachus verò, *Tacere me fecit zelus tuus*. Talis autem erat etiam Elias dicens: *Zelo zelatus sum Domino*. Et: *Zelus domus tua comedit me*. Tabefecit me, inquit, zelus tuus propter eos qui violant sermones tuos. Probatum autem, inquit, & sincerum est verbum tuum, & exploratum, atque omni examine comprobatum; quapropter etiam mihi charum est. Illud autem, *Adolescentulus sum ego*, vel de semetipso hoc dicit Propheta; quia pro nihilo habitus fuit tamquam adolescentulus iuuenisque, quando Samuel iussus fuit vngere vnum aliquem de filijs Iesse; & quasi gratias agens dicit: Quoniam me quoque iuuenem existentem hoc beneficio affecisti, & contemptum honorasti, idcircò desidero facere iustificationes tuas. Vel disertè hoc dictum sit de iuniore, scilicet populo ex Gentibus, qui contemptus fuit ab ijs de circumcisione. Quin etiam ad iuniores excitandos hoc dictum sit: *Multi enim erunt primi nouissimi, & nouissimi primi*. Porrò vnusquisque dum orat, hæc dicat semetipsum extenuans & humilians. Ceterùm, inquit, humana quidem iustitia exiguo tempore ius tribuit ei cui adiudicatur; tua verò æternum ius obtinet.

Zelus tabefecit.

3. Reg. 19. Psal. 68, 10.

Matth. 19, 30.

143. TRIBVLATIONES ET NECESSITATES INVENERVNT ME.] Illud *inuenerunt* dicit, ac si tribulationes ac necessitates nos quærerent. Vel fortè tribulationes vocat eos qui tribulant, & necessitates, illos qui eas inferunt. Solet enim Scriptura habitus nominare pro ijs qui illos habent, sicut etiam è diuerso. Verumtamen, inquit, his superuenientibus, ego mandata tua meditor: illic enim reperio remedium fortitudinis. Illud autem, *Iustitia testimonia tua*. id est, Iustificant eum qui affectu ea frequentat.

ἢ τὴν ἑαυτοῦ ἀνομίαν ἀποκλαιόμενος τοῦτο εἴρηκεν.

ρλζ'. ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙ ΚΥΡΙΕ, ΚΑΙ ΕΥΘΕΙΣ ΑΙ ΚΡΙΣΕΙΣ ΣΟΥ.] Εὐαρεστουμένου φωνὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐπαγομένοις ὑπὸ θεοῦ. εἶτα τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι, δι' ἣν ἀποκλαίεται τοὺς παραβαίνοντας τὸν θεῖον νόμον· ὅτι τιμωρίαν ἠπείλησας, καὶ ταύτην διαμαρτύρῃ. τὰ γὰρ μαρτύριά σου, φησὶν, ὄντα δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν τελειοτάτην σφόδρα ἐνετείλω. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐξέτηξεν ὁ Ἀκύλας, ἐξανάλωσέ με· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπεσιώπησέ με ὁ ζῆλός σου. τοιοῦτος δὲ καὶ Ἠλίας λέγων· ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ. καὶ· ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. ἐκτέτηκέ με, φησὶν, ὁ πρὸς σὲ ζῆλος ἐπὶ τοῖς παραβαίνουσί σου τοὺς λόγους. δόκιμος δέ, φησι, καὶ ἀκίβδηλος ὁ σὸς λόγος, καὶ δεδοκιμασμένος ἐν πάσῃ βασάνῳ ἀνέλεγκτος· διὸ καὶ ἠγάπηταί μοι. τὸ δὲ, νεώτερος ἐγώ εἰμι, ἢ περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης· ἐπεὶ ἐξουδένωτο ὡς μειράκιον καὶ νέος, ὅτε χρίσαι ὁ Σαμουὴλ ἕνα τῶν υἱῶν Ἰεσσαὶ ἐκελεύσθη· καὶ ὥσπερ εὐχαριστῶν λέγει· ὅτι καὶ νέον ὄντα με εὐηργέτησας, καὶ ἐξουδενωμένον ἐτίμησας, διὸ ἐφίεμαι τὰ σὰ πράττειν δικαιώματα. ἢ πιθανῶς ἂν τοῦτο λέγοιτο, ὑπὸ τοῦ νεωτέρου ὅς ἐστιν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ἐξουτενιζόμενος παρὰ τῶν ἐκ περιτομῆς. ἀλλὰ καὶ εἰς προτροπὴν νεωτέρων εἴρηται· πολλοὶ γὰρ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ ἔσχατοι πρῶτοι. ἕκαστος δὲ εὐχόμενος λέγοι, ταῦτα ἑαυτὸν ἐξουτενίζων καὶ ταπεινῶν. ἀλλ' ἡ μὲν παρ' ἀνθρώποις δικαιοσύνη, φησὶ, πρὸς ὀλίγον ψηφίζεται χρόνον τῷ κρινομένῳ τὸ δίκαιον· ἡ δὲ σὴ αἰώνιον ἔχει τὸ δίκαιον.

ρμγ'. ΘΛΙΨΕΙΣ ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΑΙ ΕΥΡΟΣΑΝ ΜΕ.] Ὥσπερ ζητουσῶν ἡμᾶς τῶν θλίψεων καὶ τῶν ἀναγκῶν λέγει τὸ εὕροσαν. ἢ τάχα θλίψεις οἱ θλίβοντες, καὶ ἀνάγκαι, οἱ τὰς ἀνάγκας ἐπάγοντες. ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ τὰς ἕξεις ἀντὶ τῶν ἐχόντων αὐτὰς ὀνομάζειν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. ἀλλὰ καὶ τούτων, φησὶν, ἐπερχομένων, ἐγὼ τὰς σὰς ἐντολὰς μελετῶ· ἐκεῖθεν γὰρ εὑρίσκω τῆς ἀνδρίας τὸ φάρμακον. τὸ δὲ, δικαιοσύνη τὰ μαρτύριά σου. ἀντὶ τοῦ, δικαιοῦσιν τὸν διαθέσει τούτοις ἐγγίζοντα.

αἰτεῖ δὲ καὶ σύνεσιν ἵνα ζήσῃ. εἰς γὰρ τὴν μακαρίαν ζωὴν ἀνόητος οὐκ εἰσέρχεται.

Ceterùm postulat quoque intellectum vt viuat. Nam ad vitam beatam insipiens minimè ingreditur.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ρκθ΄. ΘΑΥΜΑΣΤΑ ΤΑ ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ μὲν ἄλλοι, φησὶ, χρυσίον θαυμάζουσι καὶ λίθους τιμίους· ἐγὼ δὲ θαυμάσιον καὶ μόνον καλὸν ἐπιστάμενος τὰ θεῖα προστάγματα, τούτων ἐρῶμαι, καὶ θησαυροῦ παντὸς μᾶλλον διαφυλάττω.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ μεγάλα ὄντα καὶ πολὺν ἔχοντα νοῦν τὰ μαρτύριά σου, θαυμαστά ἐστι· τούτου χάριν οὐχ ὡς ἔτυχον αὐτοῖς προσέχω, ἀλλ' ἐπισταμένως ἐξερευνᾷ αὐτὰ ἡ ψυχή μου· ἔχων γὰρ τὴν αὐτῶν θεωρίαν ὁρῶ, ἐμαυτὸν πολὺ τῆς ἐπιστήμης αὐτῶν ἀπολειπόμενον, καὶ δεύτερον αὐτοῖς ἐπιβάλλω· εἶτα πάλιν ὁρῶν ὅτι μόγις ἐν εἰσαγωγῇ αὐτῶν ὑπάρχω, ἐπιτείνω τοίνυν ἐγχωρηθεῖσάν μοι ἔρευναν, ἕως οὗ τὴν ἀκραιφνεστάτην τῆς ἐπιστήμης αὐτῶν ἕξω ἀλήθειαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πῶς γὰρ οὐ θαυμαστὰ, ἐν οἷς πᾶν εἶδος ἀρετῆς παιδευόμεθα, κακίαν ἑκάστην μανθάνομεν ἀποστρέφεσθαι, τὰς ἐπὶ τούτοις ἀμοιβὰς ὁπόσαι τινές εἰσι διδασκόμεθα, καθάπερ ὄψεσι ταῖς διατάξεσι τοῦ νόμου παραλαμβανόμεναι. ἐξερευνᾶν τοίνυν αὐτὰ τὴν ψυχὴν προτρέπεται, ὥστε μηδὲ μικρὸν αὐτῶν ζημιωθῆναι, ὅλα δὲ κερδαίνειν, ὅλα μανθάνειν, καὶ ὅσα κατὰ τὴν πρώτην ὄψιν τοὺς ἐρευνῶντας λέληθεν.

ρλ΄. Η ΔΗΛΩΣΙΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ πρώτη γνῶσις καὶ ἡ ἐν ἀρχῇ παραδεδομένη διδασκαλία τῶν λόγων σου φωτίζει, καὶ συνετίζει νηπίους. τὰ δὲ μαρτύριά σου θαυμαστὰ, καὶ ἐκπλήξεως πλήρη. εἰκότως οὖν τὸ δοχεῖον τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς ἀναπετάσας, καὶ ὥσπερ τὸ στόμα ἀνοίξας, τὸ παρὰ σοῦ θεῖον πνεῦμα ὑποδεχόμενον, πιστεύσας ἐπαγγελίᾳ λεγούσῃ· Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. καὶ τοῦτο ἐποίησα τὸν, ἐφελκόμενος εἰς ἐαυτὸν τὸ παρὰ σοῦ πνεῦμα, ἵνα καὶ τὰ μαρτύριά σου θαυμαστὰ γνῶ, καὶ τῶν λόγων τὸν φωτισμὸν κτήσωμαι, διὰ τοῦ σοῦ πνεύματος τὴν τούτων εἰληφὼς κατάληψιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διανοίξεως δεῖται τὰ λόγια· διὸ καὶ ὁ κύριος διήνοιξε τὸν νοῦν τῶν

129. MIRABILIA TESTIMONIA TVA.] THEODORI. Alij quidem, inquit, aurum admirantur & lapides pretiosos; ego autem cùm præcepta tua verè admirandum ac solum bonum esse sciam, illa desidero, & præ omni thesauro custodio.

Testimonia Dei mirabilia.

ORIGENIS. Cùm magna sint & vberem sensum habeant testimonia tua, admirabilia existunt: idcircò non quomodolibet ijs attendo, sed anima mea studiosè illa perscrutatur: cùm enim ea contemplatus fuero, meipsum video plurimùm ab eorumdem cognitione defecisse, & iterùm ijs animum adijcio: deinde cernens me vix in eorumdem introductione versari, denuò concessam mihi inquisitionem intendo, donec exactissimam cognitionis eorum veritatem obtineam.

DIDYMI. Quomodo enim non mirabilia sint, in quibus omnem speciem virtutis edocemur, quamlibet malitiam discimus auersari, quales tandem in ijs retributiones sint erudimur, legis constitutionibus quasi oculis perceptæ. Animam igitur hortatur ad illa perscrutanda, ne vel minimum ijs defraudetur, sed integra lucretur, integra perdiscat, etiam illa quæcumque primo intuitu scrutantes latuerant.

130. DECLARATIO SERMONVM TVORVM.] ORIGENIS. Prima notitia & doctrina sermonum tuorum quæ in principio tradita fuit illuminat, & intellectum dat paruulis. Testimonia verò tua sunt admirabilia, & stuporis plena. Meritò igitur animæ meæ receptaculum expandens, & quasi os aperiens, diuinum à te Spiritum suscepi, credens promissioni dicenti: *Aperi os tuum, & implebo illud.* Et hoc feci, spiritum tuum in memetipsum attrahens, vt & testimonia tua mirabilia cognoscam, & sermonum illustrationem obtineam, per Spiritum tuum eorumdem intellectum accipiens.

Sermones Dei illuminant.

DIDYMI. Oracula indigent expositione; quamobrem etiam Dominus aperuit disci-

Lucæ 24.

CATENA PATRVM.

discipulis sensum vt intelligerent Scripturas. Et intelligentia quæ per verba instillatur, voluptatis gloriæque fallaciam declarat.

ATHANASII. Paruulos intelliges eos qui ignorantiâ tenentur, & infantibus similes sunt. Hos enim, inquit, verbum tuum luce tuâ collustratos implet scientiâ.

THEODORI. Summus Sacerdos in oraculo iussus est adferre declarationem & veritatem, ita vt doctrina eius manifestationem veritatemque contineat. Hæc igitur manifestatio illuminat, & intellectum dat paruulis.

131. OS MEVM APERVI, ET ATTRAXI SPIRITVM.] ORIGENIS. Merces igitur suppeditationis spiritus est elocutio & executio mandatorum Dei; ita vt, dum nos dumtaxat os aperimus, illicò etiam spiritum è cælis attrahamus.

THEODORI. Is qui os mentis dilatare ac spiritum attrahere valet, est ciuitas supra montes posita.

132. RESPICE IN ME, ET MISERERE MEI.] TIMOTHEI. Eorum qui Dei misericordiam consequuntur alij quidem eam consequuntur per pœnitentiam, dum recèns à peccatis recedunt, & confitentur; alij verò misericordiæ Dei experimentum capiunt, quia proficientes ad ipsum virtutis apicem contendunt. Hic igitur rogat vt misericordiam adipiscatur, non secundùm iudicium eorum qui agunt pœnitentiam, sed eorum qui diligunt nomen Domini. Persona enim quæ hæc dicit est ex illis qui in virtute & scientia veritatis plurimùm profecerunt. Quapropter etiam confidenter petit apparere Deo. *Respice* enim, inquit, *in me*, & necessariò tua in me misericordia sequetur.

133. GRESSVS MEOS DIRIGE.] *Dei verbum gressus dirigit.* APOLINARII. Oraculum Dei dirigit gressus meos dum de malitia & ignorantia ad virtutem & scientiam veritatis transeo. Nam sermo rectus istiusmodi gressuum director ac dux existit.

EVSEBII. Oportet nos proponere viam bonam, eamque inchoare; Dei autem est dirigere ambulantes: si enim ipse viam direxerit, & vitam nostram gubernauerit, secundùm legem eius progreditur, & nullum peccatum nobis poterit dominari.

μαθητῶν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς, καὶ τὴν δι' ἡδονῆς ἢ δόξης ἀπάτην ἀφίστησιν, ἡ διὰ τῶν λόγων ἐνδιδομένη σύνεσις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Νήπια νοήσεις τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ κατεχομένους, καὶ βρέφεσιν ἐοικότας. τούτους γὰρ ὁ λόγος σου, φησὶ, τῷ σῷ καταυγαζομένους φωτὶ συνέσεως ἐμφορεῖ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δήλωσιν φορεῖν, ὁ ἀρχιερεὺς ἐν τῷ λογίῳ προσετάχθη καὶ ἀλήθειαν, ὥστε τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ φανέρωσιν κεκτῆσθαι καὶ ἀλήθειαν. αὕτη τοίνυν ἡ φανέρωσις φωτίζει, καὶ συνετίζει νηπίους.

ρλα'. ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΜΟΥ ΗΝΟΙΞΑ, ΚΑΙ ΕΙΛΚΥΣΑ ΠΝΕΥΜΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μισθὸς ἄρα τῆς χορηγίας τοῦ πνεύματος ἡ φράσις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ κατόρθωσις· ὥστε ἀνοῖξαι μόνον ἡμᾶς τὸ στόμα, καὶ παραχρῆμα πνεῦμα ἐξ οὐρανῶν ἕλκειν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ τὸ στόμα τῆς διανοίας δυνάμενος πλατῦναι καὶ ἑλκῦσαι πνεῦμα, πόλις ὑπάρχει ἐπάνω ὄρους κειμένη.

ρλβ'. ΕΠΙΒΛΕΨΟΝ ΕΠ' ΕΜΕ, ΚΑΙ ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ.] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Τῶν ὑπὸ Θεοῦ ἐλεουμένων οἱ μὲν τυγχάνουσι τούτου διὰ μετανοίας, ἄρτι ἁμαρτιῶν ἀναχωροῦντες, καὶ ἐξομολογούμενοι· οἱ δὲ πεῖραν ἐλέους Θεοῦ λαμβάνουσιν, ἐπεὶ τῷ προκόπτοντες φθάσαι ἐπὶ τὸ τέλος αὐτὸ τῆς ἀρετῆς. εὔχεται οὖν οὗτος ἐλεηθῆναι; οὐ κατὰ τὸ κρίμα τῶν μετανοούντων, ἀλλὰ τῶν ἀγαπώντων τὸ ὄνομα κυρίου. τῶν γὰρ κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας πολὺ προκοψάντων τὸ λέγον πρόσωπον· διὸ καὶ παρρησιάζεται ὀφθῆναι τῷ Θεῷ. ἐπίβλεψον γάρ, φησιν, ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἕψεται τὸ ἐλεηθῆναί με.

ρλγ'. ΤΑ ΔΙΑΒΗΜΑΤΑ ΜΟΥ ΚΑΤΕΥΘΥΝΟΝ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ κατευθύνει τὰ διαβήματά μου ἐκ κακίας καὶ ἀγνοίας εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας διαβαίνοντος. εὐθυντὴρ γὰρ καὶ ἡγεμὼν τῶν τοιούτων διαβημάτων ὁ ὀρθὸς λόγος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡμᾶς δεῖ προτίθεσθαι τὴν ἀγαθὴν ὁδὸν, ἄρξασθαί τε αὐτῆς· Θεοῦ δὲ τοῦ κατευθῦναι τοὺς ὁδεύοντας· ἐὰν γὰρ αὐτὸς κατευθύνῃ τὴν ὁδὸν, καὶ τὴν ἡμετέραν κυβερνήσῃ πολιτείαν, κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ προβαίνει, καὶ οὐδεμία ἁμαρτία ἡμῶν κατακυριεῦσαι δυνήσεται.

ρλδ'. Ατ-

Digitized by Google

ρλδ'. ΛΥΤΡΩΣΑΙ ΜΕ ΑΠΟ ΣΥΚΟΦΑΝΤΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Συκοφαντίαν ἀνθρώπων τὴν τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίαν φησὶ καὶ τὴν τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μισθὸν τοῦ ἐλέους λελυτρῶσθαι ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, ὑπισχνεῖται δώσειν τὴν τῶν ἐντολῶν κυρίου φυλακήν. ἢ οὐδὲ μισθόν, φησιν, ἀλλ' εὐχαριστίας οἷον εἰς τὸ λυτρωθῆναί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων. τετυχήκασι δὲ αἰσθητῶς τῆς αἰτήσεως Ἰωσὴφ καὶ Σωσάννα. ῥηθεῖεν δὲ ἄνθρωποι τροπικῶς διάβολος καὶ αἱ κατ' αὐτὸν πονηραὶ δυνάμεις, ἀφ' ὧν τῆς συκοφαντίας μόνος ὁ Θεὸς λυτροῦται.

ρλέ. ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΣΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν παρουσίαν ἐπιποθεῖ τοῦ κυρίου θεάσασθαι· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ χαρακτὴρ τοῦ Πατρός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν δευτέραν τοῦ σωτῆρος ἐπέλευσιν ἰδεῖν ποθῶν, ἀξιοῖ περὶ αὐτῆς τῷ πατρὶ φάσκων· τὸ πρόσωπόν σου κύριε ἐπίφανον· ὅπερ ἰδών τις, ἑώρακε καὶ τὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ περὶ ἑαυτοῦ λέγει· ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Παχύτερον ἡ θεία γραφὴ περὶ τοῦ Θεοῦ διαλέγεται, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων μετροῦσα τοὺς λόγους. τοῦ μέντοι προσώπου τοῦ θείου προσώπου τὴν ἐπιφάνειαν νοητέον τὴν λύσιν τῶν λυπηρῶν καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν.

ρλς'. ΔΙΕΞΟΔΟΥΣ ΥΔΑΤΩΝ ΚΑΤΕΒΗΣΑΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἡμέτεροι ὀφθαλμοὶ εἰς διεξόδους ὑδάτων καταδύουσι τὰ τοῦ βίου ἄστατα πράγματα, οἷς ἐστι χρεία λοιπὸν ἐκεῖθεν ἀναχθῆναι καὶ διαβλέψαι, ὥστε τὰ ἑστηκότα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος περιαθρεῖν λοιπόν.

ρλζ'. ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙ ΚΥΡΙΕ, ΚΑΙ ΕΥΘΗΣ Η ΚΡΙΣΙΣ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι δι' ἣν ἀπεκλαίετο τοὺς παραβαίνοντας τὸν τοῦ θεοῦ νόμον· ὅτι δὴ τοῖς τούτων παραβαίνουσιν ἐν τῷ θείῳ δικαστηρίῳ τιμωρίαν ἠπείλησε, καὶ ταύτην ἐντεῦθεν ἤδη διαμαρτύρεται καὶ ἐνετείλατο φυλάττεσθαι, καὶ ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι· καὶ βεβαιοῖ τὰς ἐπαγγελίας τοῖς ἔργοις. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἀλήθειαν σφόδρα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τοῦτο ἁγίου ἐστὶν εἰπεῖν διαθέσει καὶ χείλεσι, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ περιστατικῷ πειρασμοὺς αὐτῷ ἐπιφέροντι, καὶ ἐπὶ πᾶσιν οἷς κρίνει περὶ ἡμῶν ὁ Θεός.

CATENA PATRVM.

134. REDIME ME A CALVMNIA.] ATHANASII. Calumniam hominum appellat doctrinam hæreticorum & huius sæculi sapientum.

ANONYMI. In mercedem misericordiæ quâ liberatus est à calumnia hominum, promittit se custodiam mandatorum Domini exhibiturum. Vel non tam mercedem, inquit, quàm gratiarum actionem adferam vt liberer à calumnia hominum. Sensibiliter autem consecuti sunt hanc petitionem Ioseph & Susanna. Ceterùm tropicè homines dici possint diabolus & prauæ virtutes quæ cum ipso sunt, à quorum calumnia solus Deus potest redimere.

135. FACIEM TVAM ILLVMINA.] ATHANASII. Præsentiam Domini videre desiderat: ipse enim est figura Patris.

Filius dicitur facies Patris.

THEODORI. Secundum Saluatoris aduentum videre desiderans, rogat pro eo ad Patrem dicens: *Faciem tuam* Domine *illumina:* quam qui vidit, vidit & Patrem. Ipse enim de semetipso ait: *Qui vidit me, vidit & Patrem.*

Ioan. 14, 9.

ANONYMI. Diuina Scriptura crassiùs de Deo loquitur, verba sua naturæ hominum admetiens. Etenim diuinæ faciei apparitio intelligenda est rerum tristium abolitio bonarumque suppeditatio.

136. EXITVS AQVARVM TRANSIERVNT.] ORIGENIS. Oculi nostri in exitus aquarum fluxa vitæ huius negotia demergunt, quibus deinde opus est, vt inde deducantur & dispiciant, vt in posterum res stabiles futuri sæculi contueantur.

SADE.

137. IVSTVS ES DOMINE, ET RECTVM IVDICIVM TVVM.] THEODORI. Causam reddit cur defleuerit eos qui legem Dei transgrediuntur; quia nimirum ipsius præuaricatoribus supplicium in diuino tribunali comminatus est, eamque iam pridem contestatus præcepit custodiri, & semper ante oculos poni: ac promissiones operibus confirmat. hoc enim declarat *veritatem valdè.*

EVSEBII. Hoc sancti est dicere labijs & affectu, etiam in omni tempore periculoso quo tentationes ipsi ingruunt, & in ijs omnibus, in quibus de nobis Deus iudicat.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Idcircò rectum est iudicium tuum, quia cùm iustus sis, secundùm regulas iustitiæ, quæ rectissimæ sunt, iudicas omnes qui iudicia tua suscipiunt.

139. TABEFECIT ME ZELVS TVVS.] ORIGENIS. Qualem zelum assumebam, si quando videbam aliquem verborum tuorum obliuisci? vtique non qualemcumque zelum, sed accensum & calidum, atque illicò ardentem, si quando viderem aliquos verborum tuorum oblitos. Huius zeli meminerunt discipuli ex persona Domini in Psalmo dicentis; Quia *zelus domus tuæ comedit me.*

Psal. 68, 10. Ioan. 2, 17.

ANONYMI. Quid porrò cogitandum de oraculis Dei? quòd nempe sint exquisita, quòd nulla syllaba temerè & quasi fortuitò Scripturis inserta sit, sed omnia ita sint conscripta sicut argentum igne examinatum. Quemadmodum enim argentum ignitum ab omni aliena materia purum est (nam *argentum*, inquit, *igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*) ita eloquia Domini nihil habent euanidum aut omnino spurium. Idcircò Saluator docet nos, ne vel vnicum apicem qui in Scriptura scriptus sit contemnamus dicens: *Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

Eloquia Dei exquisita sunt.

Psal. 11, 7.

Matth. 5, 18.

140. IGNITVM ELOQVIVM TVVM VEHEMENTER.] ORIGENIS. Doli, inquit, expers est lex Dei, vtpote ipso Spiritu ignita: quapropter non adulationem, non simulationem continet, sed manifestè peccantes arguit, negligentes perstringit. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Illum igitur, si quidem serui Dei sumus, nos quoque diligemus, nequaquam eum ludificantes aut falsificantes (quod de quibusdam Paulus insinuauit) sed purum proferentes, prout illum ex fornace spiritus accepimus.

Eloquium Dei ignitum.

Hebr. 4, 12.

DIDYMI. Ceterùm etiam ignitus est ignis quem Christus venit mittere in terram: qui etiam omnem affectum materialem deuorat vt fœnum: qui item in nobis noxias cogitationes comburit, atque animam puram reddit instar auri perpurgati.

Lucæ 12, 49.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διὰ τοῦτο εὐθύς ἐστιν ἡ κρίσις σου, ἐπεὶ δίκαιος ὢν, κατὰ τοὺς τῆς δικαιοσύνης κανόνας εὐθυτάτους ὄντας, κρινεῖς πάντας τοὺς δεξαμένους τὰ κρίματά σου.

ρλθʹ. ΕΞΕΤΗΞΕ ΜΕ Ο ΖΗΛΟΣ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἷον ζῆλον ἀνελάμβανον, εἴποτε ἑώρων τινὰ ἐπιλελησμένον τῶν σῶν λόγων; οὐχ ἁπλῶς ζῆλον, ἀλλὰ διάπτοντά τι καὶ ἔνθερμον, καὶ αὐτίκα καῦσον, εἰ ἐθεώρουν τινὰς ἐπιλανθανομένους σου τῶν λόγων. περὶ τούτου τοῦ ζήλου ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου ἐν ψαλμῷ εἰρημένου· ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί δεῖ φρονεῖν περὶ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ; ὅτι ἐστὶν ἐξητασμένα, ὅτι οὐδεμία συλλαβὴ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε παρέρριπται ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀλλὰ πάντα οὕτως ἐστὶ γεγραμμένα ὡς τὸ πεπυρωμένον ἀργύριον. ὡς γὰρ τὸ πεπυρωμένον ἀργύριον καθαρὸν ἀπὸ πάσης ὕλης ἀλλοτρίας ἐστὶν (ἀργύριον γάρ, φησι, πεπυρωμένον δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως) οὕτως τὰ λόγια κυρίου οὐδὲν ἔχει διάκενον ἢ ἀλλότριον πάντη. διὰ τοῦτο ὁ σωτὴρ διδάσκει ἡμᾶς, μὴ καταφρονεῖν μηδὲ μιᾶς κεραίας γεγραμμένης ἐν τῇ γραφῇ λέγων· Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

ρμʹ. ΠΕΠΥΡΩΜΕΝΟΝ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΣΟΥ ΣΦΟΔΡΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἄδολός, φησιν, ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος, ὡς αὐτῷ πεπυρωμένος τῷ πνεύματι· διόπερ οὐ κολακείαν, οὐκ εἰρωνείαν κέκτηται, ἀλλὰ φανερῶς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐλέγχει, τοὺς ἀμελοῦντας σύφει. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. τοῦτον τοίνυν, εἴπερ ἐσμὲν δοῦλοι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσωμεν, μηδαμῶς αὐτὸν κυβεύοντες μηδὲ δολοῦντες (ὅπερ τινὰς ὁ Παῦλος ᾐνίξατο) καθαρὸν δὲ προσφέροντες, καθάπερ ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος χωνείας ἐδεξάμεθα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλὰ καὶ διάπυρόν ἐστι τὸ πῦρ ὃ ἐλήλυθεν Ἰησοῦς βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· ὃ καὶ πᾶσαν τὴν ἕξιν οὖσαν ὑλικὴν καταφάγεται ὡς χόρτον· ὃ καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν ἐπιβλαβεῖς λογισμοὺς καταφλέγει, καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται χρυσίου δίκην κεκαθαρμένην.

ρμαʹ. ΝΕΩ-

ρμα΄. ΝΕΩΤΕΡΟΣ ΕΓΩ ΕΙΜΙ, ΚΑΙ ΕΞΟΥΔΕΝΩΜΕΝΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δύναται μὲν καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸν Δαβὶδ τὰ ἐγκείμενα, λέγοντος αὐτὰ περὶ ἑαυτοῦ· βραχύτατος γὰρ ἦν πάντων τῶν Ἰεσσαὶ παίδων, ἀλλὰ καὶ ἐξουδενωμένος. πάντων γοῦν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ παραληφθέντων ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς ἣν εὐτρέπισε Σαμουὴλ ἑστίαν, ὁ Δαβὶδ ἐν τοῖς προβάτοις ἦν τοῦ πατρὸς οὐ παραληφθεὶς εἰς τὴν εὐωχίαν. ἀλλὰ καίτοι νεώτερος ὢν καὶ ἐξουδενωμένος, τὴν βασιλείαν αὐτὸς ἔσχε ψήφῳ θεοῦ, ἐπεὶ οὐκ ἐπελέληστο τὰ τοῦ θεοῦ δικαιώματα. νεώτερος δὲ καὶ ὁ τοῖς θείοις λόγοις στοιχειούμενος, καὶ ἐξουδενωμένος διὰ τὸ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν δὲ λαὸς κληθεὶς μετὰ τὸν πρεσβύτην καὶ πρωτότοκον Ἰσραὴλ, τὰ φθέγξαιτο ἂν τὸ προκείμενον ῥητόν. ἐξουτελίζουσι γὰρ αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς, ἀλήστῳ μνήμῃ φυλάττοντα τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ.

ρμβ΄. Η ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΣΟΥ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἡ δικαιοσύνη σου οὐκ ἔστιν ὁμοία τῇ παρὰ ἀνθρώποις δικαιοσύνῃ. ἵνα γὰρ δίκαιος ᾖ ἄνθρωπος ἢ δικαστής, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἀποδίδωσι τὸ δίκαιον τῷ κρινομένῳ· καὶ πρὸς πέντε ἡμέρας πλείονας οὐ δύναται ἀποδοῦναι. ὁ μέντοι γε θεὸς δικαιοσύνην ἔχει κρίνουσαν, καὶ ἀποδίδωσιν αἰωνίως τὰ τῆς κρίσεως τῆς δικαίας· διὸ λέγεται ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ἦν· οὐ ποτὲ μὲν ἔχων ποτὲ δὲ οὐκ ἔχων δικαιοσύνην, πηγὴ καὶ γεννήτωρ αὐτῆς ὑπάρχων. οὕτω καὶ ὁ παρὰ Ἰουδαίοις νομιζόμενος νόμος εἶναι ἀλήθεια, οὐκ ἀλήθεια ἦν, ἀλλὰ τύπος· παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς ἐπιστρέψασι πρὸς κύριον οὐκέτι τύπος, ἀλλὰ ἀλήθεια.

ρμγ΄. ΘΛΙΨΕΙΣ ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΑΙ ΕΥΡΟΣΑΝ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ Σύμμαχος ἑτέραν παρέστησε διάνοιαν εἰπών· θλίψεις καὶ ἐκκακώσεις κατέλαβόν με. ὡς παντὸς θεοσεβοῦς βαρυνομένου μὲν καὶ δυσχεραίνοντος ἐπὶ τοῖς τοῦ βίου πράγμασιν, ἀποκακοῦντός τι ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων κακίας, μόνην δὲ ἔχοντος παραμυθίαν καὶ ἀνάκτησιν καὶ τέρψιν τὴν μελέτην τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αὕτη ἡ δικαιοσύνη ἣν ἀσκοῦμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀποδίδοται ἡμῖν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα. ἐν τούτοις πᾶσιν αἰτεῖ ὁ προφήτης ἀπὸ τοῦ θεοῦ σύνεσιν, τὸ

141. IVNIOR EGO SVM, ET CONTEMPTVS.] THEODORI. Hæc etiam secundùm historiam ad Dauidem referri possunt, ita vt illa de semetipso dicat: minimus enim erat omnium Iesse filiorum, quin etiam contemptus. Omnibus igitur fratribus eius ad epulum quod Samueli præparatum erat à patre accitis, Dauid inter oues patris versabatur ad conuiuium minimè adhibitus. Nihilominùs licet iunior esset & contemptus, Dei tamen ipsius suffragio Regnum obtinuit, quandoquidem iustificationes Dei minimè fuerat oblitus. Ceterùm iunior quoque diuinis sermonibus institutus, & propter sui ipsius humiliationem contemptus, populus [inquam] ille qui de Gentibus post seniorem & primogenitum Israëlem vocatus est, propositam sententiam dicere possit. Nam hi qui de circumcisione sunt contemnunt ipsum, tenaci memoriâ iustificationes Dei custodientem.

CATENA PATRVM. *Dauid ex humili emersit in Regem.*

142. IVSTITIA TVA IVSTITIA.] EVSEBII. Iustitia tua non est similis iustitiæ humanæ. Nam vt homo iustus sit aut iudex, iustitia eius tribuit ius illi qui iudicatur: & ad quinque dies plures non potest tribuere. Verumtamen Deus habet iustitiam iudicantem, & tribuit æternaliter ea quæ iudicij sunt iusti: quapropter dictum est: *Iustitia tua iustitia in æternum:* siquidem inuariabilis & immutabilis erat: non aliquando quidem habens aliquando verò non habens iustitiam, cùm illius genitor existat. Sic etiam lex quæ apud Iudæos esse veritas putabatur, non erat veritas, sed figura: apud nos autem qui ad Dominum conuersi sumus non ampliùs figura, sed veritas est.

Iustitia Dei non est similis humana.

143. TRIBVLATIONES ET NECESSITATES INVENERVNT ME.] ANONYMI. Symmachus alium sensum exhibuit dicens: *Tribulationes & defectiones comprehenderunt me.* ac si omnis Dei cultor in rebus huius vitæ grauaretur atque ægrè afficeretur, & ex hominum malitia vexaretur, solam autem consolationem & recreationem ac delectationem haberet in mandatorum Dei meditatione.

Sola iusti delectatio in mandatis Dei.

DIDYMI. Hæc iustitia quam exercemus in præsentiarum non datur nobis ad paucos dies, sed in æternum. In his omnibus Propheta petit à Deo intellectum, qui est

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

est maximè necessarium Dei donum, & ait: *Intellectum da mihi vt viuam.* In beatam enim illam vitam stultus vel insipiens non ingreditur. Ceterùm postulandus est à Deo intellectus qui dat omnibus ex toto corde petentibus eum, vt accepto intellectu possimus dicere: *Intellectum da mihi, & viuam.*

ἀναγκαιότατον τῶν τοῦ Θεοῦ δωρημάτων, καὶ λέγει· Συνέτισόν με ἵνα ζήσω. ἐπ' ἐκείνην γὰρ τὴν μακαρίαν ζωὴν ἀνόητος οὐκ ἔρχεται ἢ ἀσύνετος. ἀλλὰ δεῖ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ σύνεσιν, τοῦ διδόντος πᾶσι τοῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς αἰτουμένοις αὐτὸν, ἵνα λαβόντες σύνεσιν δυνηθῶμεν λέγειν· Συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι.

ATHANASII. Testimonia, inquit, quæ mihi dedisti cùm non ad modicum vtilia sint, iustitia sunt in æternum, iustificantia illum qui affectu ipsis appropinquat.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἃ δέδωκάς μοι, φησὶ, μαρτύρια οὐ πρὸς ὀλίγον ὄντα ὠφέλιμα, δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα τυγχάνουσι, δικαιοῦντα τὸν διαθέσει συνεγγίζοντα αὐτοῖς.

ANNOTATIONES CORDERII.

PHE. Os cordis in oratione aperiendum ad attrahendum Spiritum sanctum.

131. Os *meum aperui, & attraxi spiritum.*] Os cordis intelligit, & eleganti similitudine vim desiderij sui exponit, dum ait tantum ardorem atque æstum esse animi Deum appetentis & sempiternam felicitatem, vt interclusus propè suffocetur, & sit necesse ad refrigerandum spiritum attrahere. Cor igitur aperiebat identidem ad tuendam vitam in se diuinam; cuius causam in inflammatum & perenne desiderium suum refert: *Quia mandata tua desiderabam.* Euentilatis bonis desiderijs, & in horas exsuscitatis fiebat cordis sacra diastole atque systole ad nouum spiritum hauriendum, ne concepta in animo pietas & vita languesceret. Spiritum aërem vocat; vnde imaginem illam duxit explicandæ rei opportunam, quemadmodum & Medici antiquissimi sumpserunt, vt in primis Cous Hippocrates libro de Flatibus: vbi de vi spiritus siue aëris amplè gloriosèque prædicat: ait enim nihil sine hoc aut fieri aut esse posse, quòd quidquid inter cælum & terram est spiritu repleatur; Solis ac Lunæ cursum astrorumque omnium per spiritum procedere: in mari quoque esse tenuem aërem, sine quo natantes belluæ non possent viuere: aërem mortalibus esse auctorem vitæ: qui cùm absque cibo & potu plures dies sine sui pernicie ducere vitam possint, sine aëre semihoram vix possint: ab alijs operibus aliquando vacuos & liberos quiescere homines, ab hoc autem quotidiano opere nulli animantium quietem contingere, vt cessent aërem adducere aut emittere. Alio verò loco dicit aërem conferre homini sapientiam, & fontem veluti quemdam esse intelligentiæ: cùm enim homo spiritum, inquit, in se attraxerit, primùm quidem ad cerebrum peruenit, & sic ad reliquum corpus dispergitur relinquens in cerebro suum ipsius vigorem, & quidquid est prudens ac sapientiâ præditum, si tamen purus, atque, vt ita dicam, luminosus fuerit: sic autem in venas dispergitur, vt si quando excludatur ab eis, admittique non potuerit ob pituitæ copiam & multitudinem, homo vecors mutusque reddatur. Denique Medici aërem putant esse partem animalis. Hæc & similia non ignorata fuere Dauidi, & sapienti & Theodidacto; qui tamen à communi hoc aëre mentem referebat ad principem diuinumque aërem, spiritumque per omnia meantem, quem Ecclesia *viuificantem* appellat: cuius nobis aspiratio & respiratio magis quàm vita necessaria est. Absque illo & cerebrum sine prudentia, & venæ sine cruore, & arteriæ sine spiritu, & corpus sine motu est, & anima sine gratia. Ipse hominibus salus, vitæ flos, religionis integritas. Suspirare ad ipsum spirare est, atque viuere, & cum Deo vitæ auctore coniungi. Mens ab eo pietasque vigorem, vires deuotio & ardentes motiones capit, cælestia ab illo desideria efflorescunt. Hinc, vt dixi, illud est, *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Varijs curis oppressus humanarum rerum, & penè suffocatâ pietate, corde angusto & compresso, vt in cardiogmo & minuendæ vitæ periculo respirat, sacris desiderijs repetitis haurit aërem, atque motu reciprocante in spiritali vita renouatur. Ita eleganter Cresollius noster in Anthologia sua cap. 4. hunc Psalmi locum illustrat.

Sine aëre & respiratione nulla animalia viuere.

Sine aspiratione ad Deum anima diu viuere non potest.

133. *Et non dominetur mei omnis iniquitas.*] Vbi *dominari* est tyrannico more superbâ vti potentiâ & crudelitate ad imperandum pro animi sui libidine, & cogendum: quod Septuaginta *κατακυριεύειν* dicunt. Quò spectat docti Origenis animaduersio, qui hanc distinctionem inter *κυριεύειν* & *κατακυριεύειν* profert ad peccati intelligendum dominatum opportunam. Nam peccatum dicitur illi *κυριεύειν*, hoc est *dominari*, qui tantùm mente & cogitatione delinquit; qui verò facto & opere implet cogitationem suam, ei scelus *κατακυριεύει* violento quodam imperio dominatur: quod iugum, vt ait Origenes, religiosissimi vir animi Dauid amansque puritatis magno ardore mentis & omni impetu refugiebat. S. Paulus *Regnum peccati* vocat, siue tyrannidem: quam cum Poëta *sanam & crudam* appellare licet. Peccato enim cùm regnare occœperit nullus tyrannus violentior, nulla bellua crudelior est.

Iniquitas tyrannico more improbis dominatur.

Rom. 6. 12.

134. *Redime me à calumnijs hominum.*] Expende cum S. Ambrosio vocem illam *à calumnijs.* Non ait à detractionibus, vel alio modo iniuriam mihi infligentibus, sed *à calumnijs.* Detractio enim dicitur, quando aliquid falsò nobis imponitur, quod nequaquam fecimus: ast calumnia dicitur, cùm aliquid, quod iustè & piè fecimus,

Calumnia toleratu difficilis.

Digitized by Google

fecimus, vitio datur. A quo petit Dauid redimi. Etenim etsi difficilè quis ferat, cùm ea quæ fecit per probrum obijciuntur, difficiliùs fert, quando ei imponitur quod ei neque in mentem venit: omnium tamen difficillimum est ea tolerare quæ nobis obijciuntur per probrum, cùm tamen iustè, piè & sanctè facta sint. Ab his igitur redimi se petit Dauid. *Calumnia enim*, inquit Ambrosius, *eò grauior est; quia non solùm quæ falsa sunt componit; verùm etiam quæ vera sunt decolorat. Ideò ait Propheta: Libera me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua. Qui enim opprimitur calumniâ, non facilè potest custodire mandata diuina.*

Cælestes aquæ compunctionis facilè ad humiles deriuantur.

136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.*] Agit hîc de aquis compunctionis & piarum lacrymarum: quæ sanè aquæ non aquæ terrestres, sed cælestes sunt, non de venis terræ, sed de supernis emanantes; quas facillimum erit ad loca inferiora, id est ad corda humilia deriuare, vnde se per veram humilitatem deijciat, qui has cælestes aquas compunctionis exoptat. Istudque esse præcipuum compunctionis instrumentum, hominem scilicet seipsum humiliare & deijcere, pulchrè docet Richardus de S. Victore hunc Psalmi versum interpretans: *Sciendum est*, inquit, *quòd aqua quæ in locis sublimibus oritur, facilè iuxta deducentis votum ad humiliora quæque loca irriganda deriuatur; quæ autem in imo defluit ad eminentiora infundenda non assurgit. Sic nimirum desideriorum vena, quæ in infimis labitur, ad sublimia appetenda non attollitur: & qui non nisi terrena appetit, cælestia suspirare nescit. Plus adhuc dico: Cui hoc sufficit, tantum ne pereat, quando pro verbo otioso vel cogitatu superfluo gemens plorat? Vis & tu ad Prophetæ similitudinem aquam hanc salubrem deducere? Memineris sublimia concupiscere; memineris nihilominùs de te humilia sentire, & tunc facile erit de desideriorum tuorum collibus ad desectionis tuæ vallem compunctionis fluenta decurrere.*

SADE. Nihil à Deo non iustum.

137. *Iustus es Domine*, &c.] Quâ ratione Deus dicatur iustus, vide superiùs in Annotationibus ad Psalmi decimi versum octauum theologicè explicatum: cùm autem iustus sit, nisi quod iustum est efficere non potest, etiamsi aliqua exorbitare videantur; hoc tamen non in Deum referamus, sed in nos ipsos, qui eius altitudinem tenere non possumus. In omnibus itaque quæ patimur reos nos fateamur. pro se quisque dicat: Meritò hæc patior: Ego quidem iustissimè affligor. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Rectissimè dixit S. Augustinus ad hunc locum: *Iudicia Dei plerumque occulta, numquam tamen iniusta.* Quamdiu nosmet insontes credimus & immerentes affligi, tamdiu & patientia languet & constantia.

Zelus Dei consumit Sanctos.

139. *Tabescere me fecit zelus tuus.*] Grauissimo vtitur verbo, quod Hebræi *constrictionem* siue *contractionem neruorum* interpretantur, in qua sæpè acutissimi sunt dolores, similesque parientis. Verùm Hebræa vox צמת *tsamath* multa significat, nimirum *succidere, conficere, dissipare, consumere, necare, constringere, opprimere, affligere*, &c. quæ omnia perpessu sunt violenta atque atrocia. Septuaginta vertunt, τήκειν, *tabescere.* Quam tabem nonnulli opinantur esse phthisin, aut febrem quamdam hecticam, quæ sensim robur omne corporis vitalemq; vim exhaurit & consumit. Vt Dauid significare videatur, cùm magnam mortalium partem scelere coopertam & miserrimè in orcum præcipitantem animaduerteret, contabuisse animo se, & defectis viribus totum exsuccum, & tantum non mortem è vicino salutantem. Vbi nempe verus Dei amor est & salutis aliorum, ibi comes est ea molestia, cùm vix amor sine dolore esse possit. Quem animi affectum omnes Sancti & diuini honoris zelo inflammati semper habuerunt, & tabuerunt cum Dauide in ruina & peste animarum. De se id profitetur S. Hilarius ad hunc locum: *Quantus*, inquit, *nobis dolor est, cùm vnum ex Dei populo effici videmus sæculi ministrum, & operarium diaboli, & vas mortis, & materiam gehennæ?* in eodem loco ait Prophetas viros sanctissimos, qui omnes Dei afflatu cupiebant erudire ad salutem, ex pio zelo ad omnia vitia nostra & crimina exanimari. Vnde Aquila hîc legit: Ἐξώλεσέν με ὁ ζῆλός σου: *Consumpsit me zelus tuus.* Deficio, inquit, Dauid, & tabesco præ zelo: sed quam ob causam? *Quia obliti sunt verba tua inimici mei*, vel vt alij legunt *vexatores mei, molestatores mei.* Siccine zelat Dauid molestatores suos? itáne zelat delicta subiecti populi? Tabescebat Thamar fraterno stupro violata: insultabat Absalom fraterno sanguine cruentus: iacebat cadauer Amnonis vltionem clamans: impunis erat Ioab procerum cæde violatus, & tamen non tabescebat Dauid; & modò tabescit, quia eius molestatores & inimici non seruant legem Dei? Erátne zelus Dei zelus iste Dauidis, an zelus proprius? Vulgata legit, *zelus meus.* Sic in se pinxit Dauid zelum istum non bonum, sed zelum hypocritam & inimicum, quo multi agitantur, & alios exagitant. Vel forsitan instigabatur à zelo non bono, sed ipso renuente. A qua specie delicti vindicat eum Symmachus sic locum exponens: Ἀπεσιώπησέν με ἡ ζήλωσίς μου: *Tacere me fecit zelus meus*, &c. Id est: Quando zelantissimè obseruo inimicos meos, nec ita zelo proximos, aut familiares, suspectus est mihi eiusmodi zelus, etsi specie virtutis me incitet; & ne foras erumpat, mirâ taciturnitate os meum obsigno. *Tacere me fecit zelus meus.* Id est, Non modo non loquor de his defectibus, quos zelus obseruat in meis inimicis, sed ipse zelus me facit tacere; suspecta mihi sunt verba, quæ instigante istiusmodi zelo erumpere conantur. Zelus linguam frænat, non armat.

Dauid dicitur consumi à zelo inimicorum.

Verbum Dei ignis consumens peccata.

140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.*] Pulchrè S. Ambrosius Serm. 8. in hunc Psalmum: *Ignis*, inquit, *hic sermo Christi est, & bonus ignis, qui calefacere nouit, nescit exurere nisi sola peccata, mundat animam, consumit errorem.* Et paulò pòst, alludens ad miraculum rubi incombusti; *Hoc igne*, inquit, *vrebatur rubus, & non exurebatur. Vrit enim sermo diuinus, vt corrigat conscientiam peccatoris; non exurit vt perdat.* Itaque de Deo quisquis loquitur, sanctitatem vel acquirit, vel manifestat; imò diuinitatem iuxta illud S. Dionysij Areopagitæ Cæl. Hierarchiæ cap. 2. §. 5. ad Timothæum: Σὺ δὲ ὦ παῖ, κατὰ τὴν ὁσίαν τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχικῆς παραδόσεως θεσμοθεσίαν, αὐτός τε ἱεροπρεπῶς,

Exodi 3, 2.

Sermo Dei diuinos efficit.

ANNOTATIONES CORDERII.

πρεπῶς,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

φρετῶν, ἄκυε τῶν ἱερῶν λεγομένων, ἔνθεος ἐνθέων ἐν μυήσει γενόμενος: *Tu verò fili, iuxta sanctam Hierarchicæ nostræ traditionis sanctionem, prout sancta decet, audi quæ sacrosanctè proferuntur, ipsemet diuinus diuinâ doctrinâ euadens.* Ibi anima cum regio Vate dicat libentiùs, *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Quid enim aliud loquetur, nisi vt est apud Zachariam, *verba bona, verba consolatoria?* imò & ignita, quibus homo salubriter vstulatus & ardens euolet in sublime, & attollat se supra se. Est enim potentissimi rerum effectoris Dei ignea lex, & eiusdem *ignitum eloquium vehementer:* quo plenus regius Vates, & è beato incendio viuidior, id maximo religionis sensu aiebat, *In meditatione mea exardescet ignis:* vnde videlicet animi lux, diuus ardor & felicissima purgatio existit. Ibi deuotus animus pedes ceruorum & columbæ diuinæ pennas adeptus, omni studio & contentione fertur in cælum, & æthereo vectus pilento, aurigante spiritu Deo propinquat. Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον, *Aura Deorum pretiosissimum vehiculum est*, ait Tatianus.

Psal. 84, 9. Zach. 1. Psal. 38, 4.

143. *Tribulatio & angustia inuenerunt me.*] Non secùs quidem, ac si ab illis diu quæsitus, opportunè tandem inuentus fuisset. Pulchrè ad hunc locum Ambrosius: *Tribulationes*, inquit, *& necessitates iustum interdum inueniunt, & interdum non inueniunt eum: inuenitur, cui corona debetur; non inuenitur, qui idoneus certamini non probatur.* ac si sub eorum persona, quibus donatum est pro Christo pati, diceret cum Seneca lib. de Prouidentia cap. 4. *Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura possit pati.* Quibus accinunt, quæ eodem libro idem ethnicus de eo, qui aduersa numquam pertulit, dixit: *Malè de illo Dij iudicauerunt: indignus visus est à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauissimum quemque refugit.* A quo non abit Pauli monitum ad Timotheum Epist. 2. *Labora vt bonus miles Christi Iesu.* Vbi Græcè pro *labora* est κακοπάθησον, id est, *afflictiones & mala perfer*, & dura quæque tolera, quasi hæc Christiani militis nota, is character sit, tribulationes pro eo perferre; aliter Christianâ militiâ censeatur indignus.

Iustorum proprium est pati tribulationes.

2. Tim. 2, 3.

PARAPHRASIS ANONYMI.

COPH.

145. CLAMAVI in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas * exquiram.

* Vulgata requiram.

ρμέ. ΕΚΕΚΡΑΞΑ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐπάκουσόν μου κύριε· τὰ δικαιώματά σου ἐκζητήσω.

146. Clamaui ad te, saluum me fac: * & custodiam * testimonia tua.

* Vulgata vt
* mandata

ρμϛ. Ἐκέκραξά σοι, σῶσόν με· καὶ φυλάξω τὰ μαρτύριά σου.

Ex animi, inquit, profundo hæc peto, vt instificationes quascumque præcepisti accuratè custodiam: rursus enim easdem inclamo.

Ἐκ βάθους, φησὶ, τῆς διανοίας τὰ τοιαῦτα αἰτῶ, ἵνα ὅσα προσέταξας δικαιώματα μετ' ἀκριβείας φυλάξω· πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐπιβοῶμαι.

147. Præueni in * immaturitate, & clamaui: * & in verbis tuis supersperaui.

* Vulgata maturitate,
* quia in verba tua

ρμζ. Προέφθασα ἐν ἀωρίᾳ, καὶ ἐκέκραξα· καὶ εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Hæc, inquit, in nocte peto & die, tuam præstolans promissionem; & non solùm in nocte ac die, sed etiam omne diluculum reperit me ista cogitantem, quemadmodum subiungit:

Ταῦτα, φησι, καὶ ἐν νυκτὶ αἰτῶ καὶ ἡμέρᾳ, τὴν σὴν προσμένων ἐπαγγελίαν· καὶ οὐ μόνον ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὄρθρος εὑρίσκει με ταῦτα διαλογιζόμενον, ὡς ἐπάγει·

148. Præuenerunt oculi mei * ad matutinum; vt meditarer eloquia tua.

* Vulgata ad te diluculo;

ρμή. Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον· τοῦ μελετᾶν τὰ λόγιά σου.

149. Vocem meam * audi Domine secundùm misericordiam tuam: * secundùm iudicium tuum viuifica me.

* Vulgata *, secundum misericordiam tuam Domine:
* addit &

ρμθ'. Τῆς φωνῆς μου ἄκουσον κύριε κατὰ τὸ ἔλεός σου· κατὰ τὸ κρίμά σου ζῆσόν με.

Audi igitur, inquit, vocem meam, & ex-

Ἄκουσον οὖν, φησι, τῆς φωνῆς μου, καὶ ἐπάκουσόν

Digitized by Google

χυσόν με, τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἐκμιμησάμενος, καὶ κρῖνόν μοι τὸ δίκαιον. ποῖον δὲ δίκαιον ἐπάγει·

ρν'. Προσήγγισαν οἱ καταδιώκοντές με ἀνομίᾳ· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου ἐμακρύνθησαν.

Κατὰ τοῦτο, φησί, κρῖνόν μοι ὅτι οἱ ἐχθροὶ τὰς θλίψεις συνάπτουσί μοι, μηδεμίαν ὥραν ἐνδιδόντες. Καὶ εἰκότως· οὐδὲ γὰρ μέλει αὐτοῖς τοῦ νόμου σου, οὐδὲ ἔστιν αὐτοῖς τι τὸ ἀνακόπτον τὰς ἀδίκους ὁρμάς. μόλις γὰρ φόβος θεοῦ καὶ νόμος ἀπειλῶν διαστέλλειν δύναται ταῦτα.

ρνα'. Ἐγγὺς εἶ σὺ κύριε· καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια.

Ἀντὶ τοῦ, ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἐκείνων συμφορᾶς καὶ θλίψεως ἐγγύτερος εἶ ἐμοί, καὶ οὐκ ἂν ἡ ἐκείνων ἀδικία προσεγγίσῃ μοι, συνημμένης μοι τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας.

ρνβ'. Κατ' ἀρχὰς ἔγνων ἐκ τῶν μαρτυρίων σου· ὅτι εἰς αἰῶνα ἐθεμελίωσας αὐτά.

Καὶ τούτων ὧν λέγω, φησί, πεῖραν ἔχω, οὐ νῦν λαβών, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς, ὡς βέβαια μένει, μὴ ἀδυνατοῦντα διὰ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος.

ρνγ'. Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἐξελοῦ με· ὅτι τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Ἴδε οὖν, φησί, καὶ πρόσχες εἰς ὅσον τεταπείνωμαι, καὶ ὡς ἐκλείπω, καὶ ὡς ὀλίγη μοι ἰσχὺς ὑπολέλειπται· καὶ ὅμως τῆς πρὸς σὲ οὐκ ἀπέστην ἐλπίδος.

ρνδ'. Κρῖνον τὴν κρίσιν μου, καὶ λύτρωσαί με· διὰ τὸν λόγον σου ζῆσόν με.

Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν σκοπόν, φησί, κρῖνον τὴν κρίσιν μου· ὅτι ἐγὼ μὲν τεταπείνωμαι, ἐκεῖνοι δὲ ἐνθάλλουσι· καὶ διὰ τὸν λόγον σου, ἤτοι τὴν ἐπαγγελίαν σου, βοήθησόν μοι.

ρνε'. Μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία· ὅτι τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐξεζήτησαν.

Εἰ δὲ καὶ χρή σε, φησί, μακρὰς ἐπάγειν τιμωρίας, καὶ χωρίζειν σωτηρίας, τοὺς οὐκ ἀξίους σωθῆναι ἔχεις ὑπόθεσιν τοὺς Βαβυλωνίους, ἀξίους

audi me, tuam clementiam æmulatus, & iudica mihi iustum. Quid autem iustum sit subiungit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

150. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.

Secundùm hoc, inquit, iudica mihi; quoniam inimici tribulationes mihi adornant, nullam horam indulgentes. Et meritò; quia nullam curam habent legis tuæ, neque est illis quidquam quod iniustos eorum impetus infringat. Vix enim timor ipse Dei & lex minitans hos inhibere possunt.

151. Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

Id est, Verumtamen tu ipsorum calamitate ac tribulatione mihi es propinquior, neque illorum iniustitia appropinquabit mihi, si tuum auxilium mihi adfuerit.

152. Initio cognoui de testimonijs tuis; quia in æternum fundasti ea.

Et horum, inquit, quæ dico experimentum habeo, non illud nunc accipiens, sed ab initio, vt firma maneant, minimè deficientia propter temporis longinquitatem.

153. Vide humilitatem meam, & eripe me; quia legem tuam non sum oblitus.

Vide igitur, inquit, & attende quantum humiliatus sim, & quomodo deficiam, & quàm exigua mihi fortitudo relicta sit; & tamen à spe tua minimè defeci.

154. Iudica iudicium meum, & redime me: propter * verbum tuum viuifica me.

* Vulgata eloquium

Iuxta hunc scopum igitur, inquit, iudica iudicium meum; quia ego quidem humiliatus sum, ipsi verò vigent: & propter verbum tuum, siue promissionem tuam, adiuua me.

155. Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Ceterùm, inquit, si oportuerit te etiam longa supplicia infligere, & salutes auferre, habes Babylonios indignos salute, dignos tamen

PARAPHRASIS ANONYMI.

men vt istiusmodi patiantur, quia nolunt scire quidquam eorum quæ decent.

156. * Miserationes tuæ multæ Domine: secundùm iudicium tuum viuifica me.

* Vulgata Misericordiæ

Atque in illis quidem, inquit, sic; mihi verò ius dicito secundùm miserationes tuas, & prout soles misereri.

157. Multi qui persequuntur me, & tribulant me: à testimonijs tuis non declinaui.

Multi enim, inquit, ijque acerbi sunt persecutores, & iniustitias propter multitudinem ferre minimè valemus: vnico autem promisso tuo supersperantes sustinemus expectantes meliora.

158. Vidi * insensatos, & tabescebam; quia eloquia tua non custodierunt.

* Vulgata præuaricantes,

Auxit autem, inquit, tabem meam, quòd aliqui qui sunt eiusdem mecum religionis, non intelligentes tribulationes spectare ad emendationem, legem tuam transgressi sint.

159. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.

Vide igitur, inquit, quomodo nihil horum me à spe tua dimouerit, & clementiâ tuâ saluum me fac.

160. Principium verborum tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Id est, Et cùm incipis castigare, & dum prorogas supplicium, vno eodemque fine cuncta facis, vt nempe conuenienter castiges illa sustinentes.

ὄντας τοιαῦτα παθεῖν, διὰ τὸ μὴ τὰ δέοντα ἐθέλειν εἰδέναι μηδέν.

ρνς´. Οἱ οἰκτιρμοί σου πολλοὶ κύριε· κατὰ τὸ κρίμα σου ζῆσόν με.

Καὶ ἐπ᾽ ἐκείνοις μὲν οὕτως, φησίν· ἐμοὶ δὲ κατὰ τοὺς οἰκτιρμούς σου δίκασον, καὶ καθὼς ἔθος σοι ἐλεεῖν.

ρνζ´. Πολλοὶ οἱ ἐκδιώκοντές με, καὶ θλίβοντές με· ἐκ τῶν μαρτυρίων σου οὐκ ἐξέκλινα.

Πολλοὶ γάρ, φησιν, οἱ διώκοντές εἰσι καὶ λυπηροί, καὶ τὰς ἀδικίας φέρειν διὰ τὸ πλῆθος οὐχ οἷοί τε ἐσμέν· ἔτι δὲ μόνῳ ἐπελπίζοντες τῇ ἐπαγγελίᾳ τῇ σῇ ὑπομένομεν προσδοκῶντες τὰ χρηστά.

ρνη´. Εἶδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην· ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο.

Ἐπίτασις δέ, φησί, μοι τῆς ἐκτήξεως γέγονεν, ὅτι καὶ τῶν ὁμοθρήσκων τινές, μὴ συνιέντες ὡς πρὸς σωφρονισμὸν βλέπουσιν αἱ θλίψεις, παρέβησάν σου τὸν νόμον.

ρνθ´. Ἴδε ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα κύριε· ἐν τῷ ἐλέει σου ζῆσόν με.

Ἴδε οὖν, φησιν, ὅτι οὐδὲν ἐμὲ τούτων ἀπέστησε τῆς πρὸς σὲ ἐλπίδος, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου σῶσόν με.

ρξ´. Ἀρχὴ τῶν λόγων σου ἀλήθεια· καὶ εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

Ἀντὶ τοῦ, καὶ ἀρχόμενος παιδεύειν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐκτείνων τὴν τιμωρίαν, ἑνὶ σκοπῷ πάντα πράττεις, τοῦ παιδεῦσαι δεόντως τοὺς ὑπομένοντας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COPH. 145. CLAMAVI.] Priùs autem clamaui tibi. Quod enim in corde loquebar non aliud * erat quàm Deus. Vehementer igitur inuocantem idcircò salua. Clamorem enim appellat animi promptitudinem. Nam vbi salutem consecutus fuero, promitto custodire testimonia tua.

ρμέ. ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] Πρότερον δὲ τὸ ἐκέκραξά σοι. ὃ γὰρ ἐλάλουν ἐν καρδίᾳ οὐκ ἄλλο τι ἦν ἢ ὁ θεός. μεγάλως οὖν ἐπικαλεσάμενον διὰ τοῦτο σῶσον. κραυγὴν γὰρ τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν λέγει. ἐπαγγέλλομαι γὰρ σωθεὶς τὰ σά, φυλάξαι μαρτύρια.

ρμζ´. Προ-

ρμζ'. ΠΡΟΕΦΘΑΣΑ ΕΝ ΑΩΡΙΑ.]
Ταῦτα ὁ Προφήτης, ταῦτα ὁ βασιλεὺς ὁ πολλαῖς φροντίσιν ἐνδεδεμένος, ἐποίει ὁ πολλοῖς ἐπικλυζόμενος πράγμασιν· οὕτως ὅλος ἦν τοῦ θείου πόθου, καὶ πρὸς τοῦτον εἶχε τὴν καρδίαν ἐκκαιομένην, ὡς μὴ ἀρκεῖσθαι ταῖς ἐν ἡμέρᾳ εὐχαῖς, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς ἀωρεὶ τὴν θείαν εὐμένειαν ἐξαιτεῖν. ὡσεὶ ἔλεγεν· οὐ περιέμενον τὴν ἡμέραν ἵνα προσεύξωμαι, ἀλλὰ προφθάσας ἐμὴν, ἵνα νυκτὸς εὐξάμενος τῆς τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐπιτύχω ἀνατολῆς. δεῖ γὰρ καὶ ἐν ὥρᾳ καὶ ἐν ἀωρίᾳ μάλιστα κράζειν καθ' ἡσυχίαν θεῷ, ὅπως ῥυσθῶμεν τῶν κατὰ ταύτην ἡμῖν ἐπιβουλευόντων δαιμόνων. ἢ ἀωρίαν τὸν σκότον ἢ τὴν σύγχυσιν τῶν πραγμάτων καλεῖ. καὶ οὐ μόνον, φησὶν, ἐν ἀωρίᾳ, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὄρθρον· ὡς ἂν σοι πρὸ πάσης προσεύξωμαι πράξεως. ἡμεῖς δὲ δι' ὅλης καλινδούμενοι νυκτὸς ἐπὶ κλίνης, οὐδὲν ἀνισχούσης πολλάκις τῆς ἡμέρας τοῦτο ποιεῖν ὑπομένομεν. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ποιῶν ὅμως, οὐ θαρρεῖ διὰ πράξεις εἰσακουσθῆναι· ἀλλὰ τῆς φωνῆς μου, λέγει, ἄκουσον κύριε κατὰ τὸ ἔλεός σου. ὡς γὰρ ἂν κρίνῃς περὶ τοῦ ζῆσαί με, οὕτω καὶ βούλομαι. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτὸν καταδιώκουσι, τὸ μακρυνθῆναι ἀπὸ τοῦ θείου νόμου. οἱ γὰρ προσεγγίζοντες ἀνομίᾳ, ἀπὸ τοῦ θείου νόμου μεμάκρυνται.

ρνα'. ΕΓΓΥΣ ΕΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ.]
Ὅμοιον τῷ· θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι. Οὐκ ἀφέστηκας, φησι, δέσποτα, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην πληροῖς, καὶ αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια· ὅτι πρὸς σὲ πάντες φέρουσιν. ἐγγὺς γὰρ ἡ δικαιοσύνη τοῦ πεφυκότος δικαιοπραγεῖν. πόθεν δῆλον ὅτι ἐγγὺς εἶ, κατ' ἀρχὰς ἔγνων, οἷον ἀφ' οὗ ἠρξάμην θεοσεβεῖν. ἢ ἐκ τῶν μαρτυρίων σου, φησιν, ἔγνων οὐρανοῦ καὶ γῆς τὴν εἰς πάντα σου πρόνοιαν, ὅτι διαμένει τεθεμελιωμένα· καὶ ὅτι ἐγγὺς εἶ καὶ πάρει τοῖς γινομένοις, καὶ οὐδέν σε λέληθε.

ρνγ'. ΙΔΕ ΤΗΝ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ ΜΟΥ.]
Μέλλων τὰς ἄλλας αὐτοῦ ὁ προφήτης ἐπικοσμῆσαι ἀρετὰς, ἴδε, φησὶ, τὴν ταπείνωσίν μου· θεατὴν γὰρ τῆς ταπεινώσεως καλεῖ τὸν θεὸν, ὡς κατορθώσας αὐτήν. αὕτη δὲ καὶ πειραζομένου καὶ νικῶντος φωνή· ὡς εἴ τις ἐν μαρτυρίῳ πάντα πάσχων, βοηθὸν καλέσοι τὸν θεὸν, λήθην αὐτοῦ μὴ λαβεῖν.

147. PRÆVENI IN IMMATVRITATE.] Hæc Propheta, hæc Rex plurimis curis implicatus, plurimis negotijs intricatus faciebat: ita totus diuino desiderio æstuabat, & ad Deum cor accensum habebat, vt diurnæ preces illi minimè sufficerent, sed intempestâ quoque nocte diuinam beneuolentiam imploraret. ac si diceret: Non expectabam diem ad orandum, sed illum præueniebam, vt noctu orans veræ lucis ortum consequerer. Oportet enim in maturitate & in immaturitate secundùm quietem potissimùm clamare ad Deum, vt à dæmonibus tunc nobis insidiantibus liberemur. Vel immaturitatem appellat tenebras siue negotiorum confusionem. Et non solùm, inquit, in immaturitate, sed etiam diluculo; vt nimirum ante omne negotium te orem. Nos autem cùm totâ nocte in lecto volutemur, sæpenumerò ne exoriente quidem die hoc facere sustinemus. Ceterùm etiam dum hæc faceret, non præsumit propter actiones suas exaudiri: Sed *vocem meam audi*, inquit, *Domine secundùm misericordiam tuam*. Quomodocumque enim decreueris me viuificare, ita & ego volo. Deinde etiam causam adiungit ob quam ipsum persequantur, nempe quia elongati sunt à lege diuina. Nam qui iniquitati appropinquant, à diuina lege remoti sunt.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Dauidis orandi studium nocturnum.

151. PROPE ES TV DOMINE.] Hoc simile est isti: *Deus appropinquans ego sum*. Non recessisti, inquit, Domine, sed orbem terrarum reples, *& via tua veritas*; quia ad te omnes tendunt. Iustitia enim propè est illi qui solet iustè agere. Vnde manifestum est quòd propè sis? *Initio cognoui*, nempe ex quo incepi Deum colere. Vel ex testimonijs tuis, inquit, scilicet cælo & terra cognoui tuam in res omnes prouidentiam, quoniam permanent fundata; & quòd propè sis & adsis ijs quæ fiunt, & nihil te lateat.

Ier. 23.

Deus suis prope est per prouidentiam.

153. VIDE HVMILITATEM MEAM.] Propheta reliquas eius virtutes exornaturus, *Vide*, inquit, *humilitatem meam*. Deum enim inspectorem humilitatis vocat, tamquam qui illam præstiterit. Hæc autem & tentati & vincentis vox est: quemadmodum si quis in martyrio cuncta sustinens, Deum inuocat adiutorem, ne sui obliuionem capiat.

RES.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Iudicium autem exposcit propter insolentiam inimicorum, & memorem reddit promissionum: Quia, inquit, promisisti venire, & saluum me facere.

Salus remota est à peccatoribus.

155. LONGE A PECCATORIBVS SALVS.] Cuius quidem propè est iudicium, eius quoque salus est vicina: cuius verò remota est salus, eius quoque iudicium remotum est. Quî sic? *Quia*, inquit, *iustificationes tuas non exquisierunt.* Non enim salus nos fugit, sed nos ipsam: *Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia.* Miserationes autem Dei multæ, cùm multi sint quibus fiant. Illud autem, *Secundùm iudicium tuum viuifica me.* Id est, Prout decreueris me viuificare ita placet & mihi. Sed neque multis, inquit, inimicis aut calamitatibus circumdatus sustinui quidquam eorum quæ à te lege sancita sunt transgredi; sed sicubi quosdam videbam *insipientes* (vel, vt Symmachus, *fœdifragos*) tabescebam propter stultum zelum illorum, quia insensatè se habebant circa mandata tua, quæ ego cognoscens haud simplici ratione obseruabam, sed etiam diligebam, nullo modo coactè circa illa me habens. Nihilominùs misericordiâ tuâ indigeo vt me viuifices.

Sap. 1, 4.

160. PRINCIPIVM VERBORVM TVORVM VERITAS.] Certas, inquit, habes promissiones, & veritas tua eas ornat. Principium autem verborum vocat pollicitationes Abrahæ factas, quas etiam multiplicasti populum augens. Illud autem *& in æternum* tacitè dicit de populo ex Gentibus: siquidem in illis non permansit.

κρίσιν δὲ ἐξαιτεῖ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπήρειαν, καὶ ἀναμιμνήσκει τῶν ὑποσχέσεων· ὅτι ἐπηγγείλω, φησὶν, ἥξειν, καὶ σώζειν με.

ρνέ. ΜΑΚΡΑΝ ΑΠΟ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑ.] Οὗ μὲν ἐγγὺς ἡ κρίσις, ἐγγὺς καὶ ἡ σωτηρία· οὗ δὲ μακρὰν ἡ σωτηρία, καὶ ἡ κρίσις μακράν. διὰ τί; ἐπειδὴ τὰ δικαιώματά σου, φησὶν, οὐκ ἐξεζήτησαν. οὐ γὰρ ἡ σωτηρία φεύγει ἡμᾶς, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτήν· εἰς δὲ κακότεχνον ψυχὴν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται. πολλοὶ δὲ καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ τοῦ Θεοῦ, πολλῶν ὄντων ἐφ' οἷς γίνονται. τὸ δὲ, κατὰ τὸ κρῖμά σου ζῆσόν με. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἂν κρίνῃς σὺ περὶ ἐμοῦ ζῆσαί με τοῦτο θέλω. ἀλλ' οὐδὲ πολλοῖς, φησι, περιστοιχιζόμενος ἐχθροῖς ἢ συμφοραῖς ἠνεσχόμην τι τῶν ὑπὸ σοῦ παραβῆναι νενομοθετημένων· ἀλλ' εἴ που τινὰς εἶδον ἀσυνετοῦντας (ἢ, ὡς ὁ Σύμμαχος, ἀσυνθετοῦντας) τῆξις μοι ἐγίνετο διὰ ζῆλον τὸν ἐκείνων ἀσύνετον, ὅτι ἀναισθήτως εἶχον πρὸς τὰς σὰς ἐντολάς, ἃς ἐγὼ εἰδὼς οὐχ ἁπλῶς ἐτήρησα, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησα, μηδὲν ἔχων πρὸς ταύτας ἠναγκασμένον. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τοῦ ἐλέους σου δέομαι πρὸς τὸ ζῆσαί με.

ρξ'. ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΣΟΥ ΑΛΗΘΕΙΑ.] Ἀψευδεῖς, φησιν, ἔχεις τὰς ὑποσχέσεις, καὶ ἀλήθειά σου τὰς ἐπαγγελίας κοσμεῖ. ἀρχὴν δὲ λόγων καλεῖ τὰς Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας, ἃς καὶ ἐπλήθυνας τὸν λαὸν αὐξήσας. τὸ δὲ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα λανθανόντως περὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ· οὐ γὰρ ἐν ἐκείνοις παρέμεινεν.

CATENA PATRVM.

COPH.

145. CLAMAVI IN TOTO CORDE MEO.] ORIGENIS. Hic clamor non est magna vox, sed magnitudo rerum earum quæ per illam Deo significantur. Iustus enim magnam ad Deum vocem emittit, postulans cælestia & magna. Sic etiam iustus Abel mortuus loquitur: *Nam vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra:* vt declaretur iustus magnâ voce ad Deum exclamasse. Et Moysi ab Ægyptijs persecutionem patienti ait: *Quid clamas ad me?*

Gen. 4, 10.

Exod. 14, 15.

ρμέ. ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΕΝ ΟΛΗ ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐχ ἡ κραυγὴ μεγάλη ἐστὶ φωνὴ, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τῶν σημαινομένων ὑπ' αὐτῆς τῷ Θεῷ. ὁ γὰρ δίκαιος μεγάλην ἀποτελεῖ πρὸς τὸν Θεὸν φωνὴν, αἰτῶν ἐπουράνια καὶ μεγάλα. οὕτω καὶ ὁ δίκαιος Ἄβελ ἀποθανὼν λαλεῖ· φωνὴ γὰρ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς· ἵνα δηλωθῇ ὅτι δίκαιος πρὸς τὸν Θεὸν μεγάλῃ κέκραγε φωνῇ. καὶ τῷ Μωσῇ καταδιωκομένῳ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων λέγει· Τί βοᾷς πρός με;

ΘΕΟΔΩ-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πρότερον μὲν ἐκέκραξα ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· δεύτερον δὲ ἐκέκραξά σοι· καὶ αὐτὸ ὃ ἐλάλουν κατὰ τὸ ἡγεμονικὸν οὐκ ἄλλο τί ἦν ἢ ὁ Θεός. ἐπεὶ οὖν σε μεγάλως ἐπικαλεσάμην, διὰ τοῦτό με σῶσον.

ρμζ΄. ΠΡΟΕΦΘΑΣΑ ΕΝ ΑΩΡΙΑ.] ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Καὶ τὸ ῥητὸν ἡμᾶς οἰκοδομησάτω, καὶ ἡ ἀναγωγὴ ὠφελησάτω. τὸ μὲν ῥητὸν τοῦτον ἔχον τὸν νοῦν. οὐ περιέμενον τὴν ἡμέραν ἐγγίζουσαν, ἵνα εὔξωμαι πρὸς σὲ, ἀλλ' ἔτι ἀωρίᾳ νύκτωρ ἀνιστάμην, προλαβὼν τὰ σημεῖα τῆς ἡμέρας, καὶ νυκτὸς εὐξάμενος· ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνατέλλοντος καταυγασθῆναι μου τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς τὸ ἐλπίζειν πάλιν ἐπήλπισα, προκόπτων τῇ ἀγάπῃ· ἐπεὶ ἡ ἀγάπη πάντα ἐλπίζει. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ ὁ πρεσβύτης, καὶ μηκέτι ὀχλούμενος ὑπὸ τῶν σωματικῶν ὀρέξεων, ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι ἀσκήσει τῆς θεοσεβείας, θαυμαστὸν δὲ ἂν νέος καταπατῇ τὰ τῆς νεότητος κακὰ, καὶ προφθάνῃ ἐν ἀωρίᾳ, βουλόμενος νικῆσαι τὴν νεότητα πρεσβυτικῷ φρονήματι. τότε γὰρ εἴποιμι ἂν περὶ τούτου ὅτι πνευματικῶς ἐποίησε τὸ· προέφθασα ἐν ἀωρίᾳ, καὶ ἐκέκραξα, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ ἀωρία τῆς νυκτὸς ἰσχυροτέρας τῶν νοητῶν ἐχθρῶν μάλιστα τὰς ἐπιβουλὰς κέκτηται, ὡς συνεργοῦντος τοῦ σκότους πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν αἰσχρὰν καὶ ῥυπαρὰν καὶ ἄτοπον. ἀλλ' ὁ προφήτης φησὶ προφθάσαι, τουτέστι προλαβεῖν καὶ βοῆσαι, δηλαδὴ τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος, οὕτω τε αὐτὸν ἠσφαλίσατο ἐλπίσας ἐπὶ τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ τοῦ λέγοντος· ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν· σκεπάσω αὐτὸν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ ἐν ἀωρίᾳ προλαβὼν, καὶ τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος, ἐλευθεροῦται τῆς νυκτερινῆς ἐπιβουλῆς, καὶ ἐν τῷ ὄρθρῳ αὐτοῦ, τουτέστιν ἐν τῇ ἀνατολῇ τοῦ φωτὸς, προφθάνοντος δηλαδὴ, τοὺς ὀφθαλμοὺς προαπαντῶντας κέκτηται, καὶ μελετᾷ τοῦ Θεοῦ σὺν παῤῥησίᾳ τὰ λόγια· ἐκείνη γὰρ μάλιστα τῷ νόμῳ χαίρει ψυχὴ, ἥτις αὐτὴ σύνοιδεν ἑαυτῇ τὴν κατόρθωσιν.

ρν΄. ΠΡΟΣΗΓΓΙΣΑΝ ΟΙ ΚΑΤΑΔΙΩΚΟΝΤΕΣ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διδασκόμεθα ἀπὸ τῶν λεγομένων εἰδέναι τί πάσχει ὁ καταδιώκων τὸν δίκαιον· ὅσον γὰρ ἐγγίζει εἰς τὸ διώκειν τὸν δίκαιον, τοσοῦτον μακρὰν γίνεται τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ·

THEODORI. Prius quidem clamaui in toto corde meo; postmodum verò clamaui tibi: & id quod secundùm supremam animæ portionem loquebar non aliud erat quàm Deus. Quia igitur vehementer te inuocaui, idcircò saluum me fac.

CATENA PATRVM.

147. PRÆVENI IN IMMATVRITATE.] ANONYMI. Et hæc littera nos ædificet, & anagoge nobis prosit. Littera quidem hunc sensum continet. q.d. Non expectabam diem appropinquantem, vt ad te orarem, sed adhuc intempestâ nocte surgebam, diei signa præueniens, & nocte orans: vt verò lumine exoriente meus animus illustraretur, adijciebam etiam ad simplicem spem, vt supersperarem proficiens charitate; quia *charitas omnia sperat*. Minimè verò mirum si senex, qui non vltrà carnalibus desiderijs inquietatur, semetipsum addicat exercitio pietatis, sed mirum si iuuenis conculcet vitia iuuentutis, & præueniat in immaturitate, studens vincere senili prudentiâ iuuentutem. Tunc vtique de tali dixero ipsum spiritaliter fecisse illud: *Præueni in immaturitate, & clamaui, in verba tua supersperaui.*

Oratio diem præuenire debet.

1. Cor. 13. 7.

DIDYMI. Intempestiuitas noctis vehementioribus spiritalium præsertim inimicorum insidijs exposita est, vtpote tenebris ad omnem turpem & sordidam atque absurdam actionem suffragantibus. Verùm hic Propheta dicit se præuenisse, id est anticipasse & clamasse, Deum scilicet inuocando, atque hoc modo se tutum reddidisse sperando in sermones Dei dicentis: *Quoniam in me sperauit, & liberabo eum; protegam eum, quia cognouit nomen meum.*

Nox maioribus exposita insidijs.

Psal. 90. 14.

EVSEBII. Is qui in immaturitate anticipat, & Deum inuocat, à nocturnis insidijs liberatur, & in diluculo suo, id est in ortu lucis, scilicet præuenientis, oculos ei occurrentes habet, & cum fiducia Dei eloquia meditatur. Illa namque anima Dei lege potissimùm delectatur, quæ sibi ipsi conscia est eius executionis.

150. APPROPINQVAVERVNT PERSEQVENTES ME.] ORIGENIS. Ex eo quod dictum est discimus cognoscere quid patiatur is qui iustum persequitur: quantum enim ad iustum persequendum accesserit, tantumdem à lege Dei elongatur;

CATENA PATRVM.

gatur; quantum autem à lege, tantumdem etiam à vita remouetur, quia ipsa est vita nostra.

Dæmones sunt veri persecutores.

ANONYMI. Veros inimicos ac persecutores habemus dæmones, vel etiam eos qui ab illis obsidentur: hi admouent nobis iniquitatem, voluptatem suggerentes, mundi gloriam commendantes, & afflictiones comminantes, nisi ipsorum laqueis ac dolis cesserimus.

151. PROPE ES TV DOMINE.]

Iere. 23.

ATHANASII. Deus alibi dicit: *Deus appropinquans ego sum, & non Deus à longè, dicit Dominus.* Potentia enim Dei vbique est secundùm rationem creationis ac prouidentiæ.

ORIGENIS. Ipse igitur hoc modo quidem appropinquat: verumtamen nisi nos etiam ipsi appropinquanti cooperemur, per accessionem eius minimè fruemur eius propinquitate. Idcircò peccatores à Deo remoti sunt. *Ecce qui elongant se à te peribunt.* Iustus autem efficit vt Deo appropinquet.

Psal. 72, 27.

ANONYMI. *Prope es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.* Corporalis Iudæus non potest hæc cum veritate dicere: figuram enim refert: circumciditur non verâ circumcisione: azyma celebrat, sed minimè vera: & simpliciter dicendo, in figuris versatur, licet illas non ampliùs habeat. Qui itaque res ipsas intelligit & mysteria Regni cęlorum, & quæ sit veritas, is de singulis quæ scripta sunt dicet: *Omnia mandata tua veritas.* Alia autem scriptura hoc loco habet, *Et omnes viæ tuæ veritas*, scilicet quæ ad eum ferunt. Finis enim omnium harum viarum est is qui ait, *Ego sum via, & veritas, & vita.*

Ioan. 14.

152. INITIO COGNOVI DE TESTIMONIIS TVIS.] ORIGENIS. Mihi olim ab initio Deum colere incipienti notitia obuenit à testimonijs tuis: cùm enim testimoniorum à te traditorum notitiæ cooperarer, hoc modo illuminabar, & ad scientiam collimabam, & cognoui quia testimonia tua in æternum fundasti. Si autem Deus fundauerit testimonia, nondum cessat à fundatione, sed viuit id quod fundatum & ædificatum est. Quid porrò superædificat? præcepta, mandata, iustificationes, iudicia, sapientiam, scientiam; & sic perficit ædifica-

Deus fundauit testimonia sua.

ὅσον δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου, μακρύνεται καὶ ἀπὸ τῆς ζωῆς, ὅτι αὐτὴ ζωὴ ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐχθροὺς ἡμεῖς ἀληθεῖς καὶ διώκοντας τοὺς δαίμονας, ἢ καὶ τοὺς παρ' ἐκείνων ἐνεργουμένους ἔχομεν· οὗτοι προσεγγίζουσιν ἡμῖν ἀνομίαν ἡδονὰς ὑποτιθέμενοι, τοῦ κόσμου δόξαν προτρεπόμενοι, καὶ θλίψεις ἀπειλοῦντες, ἐὰν μὴ ταῖς παγίσιν αὐτῶν καὶ ταῖς ἀπάταις εἴξωμεν.

ρνά. ΕΓΓΥΣ ΕΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ θεὸς ἀλλαχοῦ φησι· θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ θεὸς πόρρωθεν, λέγει κύριος. ἡ δύναμις γὰρ τοῦ θεοῦ πανταχοῦ ἐστι κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας λόγον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αὐτὸς μὲν οὖν ἐγγίζει οὕτως· ἀλλ' ἐὰν μὴ καὶ ἡμεῖς ἐνεργήσωμεν αὐτοῦ ἐγγίζοντος, τὸ ἐγγίζειν αὐτῷ οὐκ ἀπολαύσομεν τῆς ἐγγύτητος αὐτοῦ. διὰ τοῦτο πόρρω εἰσὶν οἱ ἁμαρτωλοὶ τοῦ θεοῦ. ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. ὁ δὲ δίκαιος ἐνεργεῖ τὸ ἐγγίζειν τῷ θεῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐγγὺς εἶ σὺ κύριε, καὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. ὁ σωματικὸς Ἰουδαῖος οὐ δύναται ταῦτα λέγειν ἀληθεύων· τύπον γὰρ ποιεῖ· περιτέμνεται οὐ τὴν ἀληθινὴν περιτομήν· ἄζυμα ἄγει, οὐ τὰ ἀληθῆ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τύποις ἀσχολεῖται, καίτοιγε οὐκέτι αὐτοὺς ἔχων. ὁ μέντοιγε νοῶν τὰ πράγματα καὶ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τίς ἡ ἀλήθεια, περὶ ἑκάστου τῶν γεγραμμένων ἐρεῖ· πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. ἑτέρα δὲ γραφὴ ὧδε ἔχει, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια, δηλονότι αἱ πρὸς αὐτὸν φέρουσαι. τέλος γὰρ πασῶν τῶν ὁδῶν τούτων ὁ εἰπών, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή.

ρνβ'. ΚΑΤ ΑΡΧΑΣ ΕΓΝΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ γνῶσίς μοι ἀρχῆθεν ἀρξαμένῳ τοῦ θεοσεβεῖν ἐλήλυθεν ἀπὸ τῶν σῶν μαρτυρίων· συνεργούμενος γὰρ ἀπὸ τοῦ νενοηκέναι τὰ μαρτύρια τὰ παραδεδομένα, οὕτως ἐφωτιζόμην, καὶ ἠκοντιζόμην ἐπὶ τὴν γνῶσιν, καὶ ἔγνων ὅτι τὰ μαρτύρια εἰς τὸν αἰῶνα ἐθεμελίωσας. εἰ δὲ ἐθεμελίωσεν ὁ θεὸς τὰ μαρτύρια, οὐδέπω λήγει εἰς τὸ θεμελιοῦσθαι, ἀλλὰ ζῇ τὸ θεμελιούμενον καὶ οἰκοδομούμενον. τί δὲ ἐποικοδομεῖ; προστάγματα, ἐντολὰς, δικαιώματα, κρίματα, σοφίαν, γνῶσιν· καὶ οὕτως ἀπαρτίζει τὴν

τὴν οἰκοδομὴν ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς ἔργοις, λόγοις σοφίας, ἐπιστήμης γνώσεως· ἅτινα ἐὰν μετὰ τὴν θεμελίωσιν τεθῇ, ἔχει τὶς ἑαυτοῦ οἰκοδόμημα τέλειον, ἄξιον τοῦ ἐνοικῆσαι ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν καὶ ἐμπεριπατῆσαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐθεμελιώθη τὰ μαρτύρια ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδένα δύνασθαι σεῖσαι ἢ ἀναστρέψαι αὐτά· ὁ γὰρ σὸς λόγος σοφία καὶ υἱός σου τυγχάνων, θεμέλιος αὐτῶν ὑπάρχει· διὸ καὶ παριστὰς τὸ ἀκαταμάχητον καὶ ἀκαθαίρετον αὐτῶν ἔφη· οἱ λόγοι μου οὐ μὴ παρελεύσονται, κἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρέρχωνται.

ρνγʹ. ΙΔΕ ΤΗΝ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ ΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτὸν ἀντικαταστῆναι τὸν Θεὸν ἀξιοῖ, καὶ τὴν δίκην ἰδίαν ποιήσασθαι. τοῦτο δὲ ἔοικε τοὺς ἀοράτους κτείνειν ἐχθροὺς, πρὸς οὓς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἔστη Χριστὸς, αὐτὸς ὡς ἰδίαν τὴν δίκην ἀναδεξάμενος. ἀντὶ δὲ τοῦ λύτρωσαι Ἀκύλας ἀγχίστευσόν με φησί. τουτέστι, συνέγγισον τῇ πρὸς ἀνθρώπους οἰκειότητι, δι' ἧς καὶ λύει τοὺς ἀνθρώπους ἐκ φθορᾶς, καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν ἐλέῳ διορθοῖ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μακάριον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ταπεινοῦσθαι. φησὶ γὰρ Ἰάκωβος· ταπεινώθητε ἐνώπιον κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς. ὅταν τοίνυν οὕτως ταπεινωθῶμεν, κἂν ὑπὸ δαιμόνων ἐπιβουλευθῶμεν, κἂν ὑπὸ ἀνθρώπων μισούντων τὰς ἀρετὰς πολεμηθῶμεν, ἔχομεν τὸν Θεὸν ἐξαιρούμενον, μόνον ἵνα τοῦ νόμου αὐτοῦ μὴ ἐπιλαθώμεθα, μηδὲ ἀποκάμωμεν ἐν ταῖς θλίψεσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κριθῆναι πρὸς τοὺς ἐχθροὺς αἰτεῖ τοὺς ἀφανῶς ἢ ἐμφανῶς πολεμοῦντας καὶ λυτρωθῆναι· μόνος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ ἐξ ἑκατέρων λυτρούμενος, καὶ οὐ θανάτου μόνον ἡμᾶς ἀπαλλάττων ὃν ἀπειλοῦσι καὶ ἐνεργοῦσιν οἱ δαίμονες, ἀλλὰ καὶ ζωὴν παρέχων διὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

ρνεʹ. ΜΑΚΡΑΝ ΑΠΟ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τίς ἡ αἰτία; ὅτι τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐξεζήτησαν. εἴ τις οὖν τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐκζητεῖ, τούτου μακράν ἐστιν ἡ σωτηρία.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Γέγραπται γάρ· Ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. Οὐκ οὖν ἡ σωτηρία φεύγει ἡμᾶς· ἀλλ' ἡμεῖς φεύγομεν τὴν σωτηρίαν. ἦλθεν γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἡ σωτη-

tionem in omnibus operibus bonis, sermonibus sapientiæ, scientiæ cognitione; quæ si post fundationem posita fuerint, habet quis in semetipso ædificium perfectum, dignum in quo Deus inhabitet & inambulet.

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Testimonia fundata sunt à Deo, ita vt nemo possit ea concutere aut euertere: tuum enim Verbum cùm sapientia & Filius tuus existat, fundamentum eorum est; quapropter etiam inexpugnabilem & ineuertibilem constantiam eorum ostendens dixit: Verba mea non transibunt, etsi cælum & terra transeant.

Lucæ 21, 33.

153. VIDE HVMILITATEM MEAM.] APOLINARII. Rogat Deum vt sibi iniuriam irrogantibus obsistat, & propriam causam faciat. Hoc autem videtur inuisibiles inimicos occidere, quod contra ipsos pro hominibus Christus ipse steterit, eorum velut propriam causam suscipiens. Pro *Redime* autem Aquila legit *Propinquum me fac*. Id est, Per familiaritatem ad homines accede, per quam etiam soluit homines à corruptione, & humilitatem nostram misericordiâ erigit.

RES.

ORIGENIS. Beatum est coram Deo humiliari. Ait enim Iacobus: *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Quando igitur hoc modo fuerimus humiliati, etsi dæmonum insidijs impetiti, etsi ab hominibus virtutum osoribus oppugnati fuerimus, habemus Deum qui nos eripiat, dummodò legis eius non obliuiscamur, neque in tribulationibus animum despondeamus.

Beatum est coram Deo humiliari.
Iac. 4, 10.

ANONYMI. Postulat vt contra inimicos tam occultè quàm palàm oppugnantes iudicio decernatur ac liberetur: solus enim Deus est qui ab vtrisque redimit, & non solùm liberat à morte quam dæmones minantur inferuntque, verùm etiam ob eamdem rationem vitam præbet.

155. LONGE A PECCATORIBVS SALVS.] ATHANASII. Quam ob causam? *Quia iustificationes tuas non exquisierunt*. Si quis igitur iustificationes Dei non exquirat, ab hoc salus remota est.

Longè à peccatoribus salus.

THEODORI. Scriptum est enim: *Ecce qui elongant se à te peribunt*. Non igitur salus fugit nos; sed nos fugimus salutem. *Venit enim Filius hominis*, qui est salus:

Psal. 72, 27.
Lucæ 19, 10.

 quam

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quam ob causam? *quærere & saluum facere quod perierat.*

DIDYMI. Non igitur omnes peccatores remoti sunt à Dei salute, sed illi qui non exquirunt Dei iustificationes, è quibus sibi ipsis medicinas in salutem, occasiones ad pœnitentiam, à vulneribus auersionem & liberationem accipere valeant.

Misericordia Dei multa.

156. MISERATIONES TVÆ MVLTÆ DOMINE.] ORIGENIS. Multitudinem miserationum Dei quis enumerare aut excogitare valeat? quoniam quotidie inobedientes ipse quotidie inuitat: blasphemantes tamquam filios instruit: eos qui semetipsos negant ipse minimè negat aut repudiat.

ANONYMI. Misericordia hominis in proximum suum, misericordia verò Dei super omnem carnem, qui etiam longè iustissimus esse videtur. Nam factâ comparatione hominum quasi cum exacto iudicio Dei, ipsamet iustitia indiget misericordiâ. Omne enim quod factum videtur secundùm misericordiam, id Dei misericordiâ fit. Quid enim quis vnquam æternâ beatitudine & Regno cælorum dignum gesserit, nisi à Deo fuerit adiutus?

157. MVLTI QVI PERSEQVVNTVR ME.] ORIGENIS. Multitudo inimicos visibiles & inuisibiles insinuat, quorum variæ sunt persecutiones ac tribulationes. Alij namque amicitiam simulantes, suggerunt voluptates: alij verò inimicitiam detegentes, omne genus tentationum inferunt. Verùm nos à testimonijs Dei minimè declinemus, in quibus nobis testificatum est; *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei.*

Act. 14, 21.

DIDYMI. Oraculum quoque ab Apostolo traditum est in altera Scriptura, idque non in vna sed plurimis pronuntiatum. *Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur.* Etenim iusto semper persecutiones excitantur. *Foris pugnæ, intus timores.* Nam virtutes aduersariæ per familiares, per vxorem contentiosam, & linguosam, & iracundam, per seruum inordinatum nos tentant vt peccemus, per alia plurima, per ipsa peccata. Si enim non certauero, vt per temperantiam ceterasque vir-

2. Tim. 3, 12.

Iustis numquam deest persecutio.

2. Cor. 7, 5.

ρία· τίς ἡ αἰτία; ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐκ ἄρα πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ πόῤῥω τῆς τοῦ Θεοῦ σωτηρίας τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὅσοι οὐκ ἐκζητοῦσι τοῦ Θεοῦ τὰ δικαιώματα, ἐξ ὧν ἑαυτοῖς φάρμακα λαβεῖν εἰς σωτηρίαν, ἀφορμὰς εἰς μετάνοιαν, ἀποτροπὴν τῶν τραυμάτων καὶ ἀπαλλαγὴν δύνανται.

ρνς'. ΟΙ ΟΙΚΤΙΡΜΟΙ ΣΟΥ ΠΟΛΛΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ τίς ἀριθμεῖν ἢ διανοεῖσθαι δύναται; ὅτι τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρακούοντας αὐτὸς καθ' ἑκάστην παρακαλεῖ· τοὺς βλασφημοῦντας ὡς υἱοὺς νουθετεῖ· τοὺς ἑαυτῶν ἀπεγνωκότας αὐτὸς οὐκ ἀπογινώσκει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔλεος ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἔλεος δὲ κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, ὃς καὶ πάνυ δικαιότατος εἶναι δοκεῖ. συγκρίσει γὰρ ἀνθρώπων ὡς πρὸς τὴν ἀκριβῆ κρίσιν τοῦ Θεοῦ, ἐλέους δεῖται τὸ δίκαιον. πᾶν γὰρ ὃ δοκεῖ γεγονέναι κατ' ἔλεον, ἐλέῳ Θεοῦ γίνεται. τί γάρ τις ἄξιον πεποίηκεν αἰωνίου μακαριότητος καὶ βασιλείας οὐρανῶν, μὴ ὑπὸ Θεοῦ βοηθούμενος;

ρνζ'. ΠΟΛΛΟΙ ΟΙ ΕΚΔΙΩΚΟΝΤΕΣ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ πλῆθος ἐχθροὺς ὁρατοὺς καὶ ἀοράτους αἰνίττεται, ὧν οἱ διωγμοὶ καὶ αἱ θλίψεις διάφοροι. οἱ μὲν γὰρ φιλίαν ὑποκρινόμενοι, τὰς ἡδονὰς ὑποβάλλουσιν· οἱ δὲ τὴν ἔχθραν γυμνώσαντες, πᾶν εἶδος πειρασμῶν ὑποφέρουσιν. ἀλλ' ἡμεῖς ἐκ τῶν μαρτυρίων τοῦ Θεοῦ μὴ ἐκκλίνωμεν, ἐν οἷς ἡμῖν διεμαρτύρατο· ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Χρησμός ἐστι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένος, καὶ ἐν ἄλλῃ γραφῇ οὐ μιᾷ ἀλλὰ πλείοσιν ἐπαγγελλόμενος. πάντες οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται. Καὶ γὰρ διωγμοὶ ἀεὶ τῷ δικαίῳ γίνονται. ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. αἱ γὰρ δυνάμεις αἱ ἀντικείμεναι διὰ οἰκείων, διὰ γυναικὸς μαχίμου, καὶ γλωσσώδους, καὶ ὀργίλου, δι' οἰκέτου ἀτάκτου πειράζουσιν ἵνα ἁμαρτήσωμεν, δι' ἑτέρων πολλῶν, δι' αὐτῶν τῶν ἁμαρτημάτων. ἐὰν γὰρ μὴ ἀγωνίσωμαι, ἵνα ὁμολογήσω τὸν Θεὸν διὰ τῆς σωφροσύνης

σιωπῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, ἀρνησίθεος γίνομαι. ὁσάκις γὰρ εὖ ἐξιχνιάζῃ τίς τῶν μαρτύρων τὰ ἀγωνίσματα, σκοπῷ τῆς ὁμοίας ἀθλήσεως, οὗτος τοσαυτάκις γίνεται τοῦ Θεοῦ· ὁσάκις τε διώκεται ὑπὸ δυνάμεων ἀντικειμένων, οὐχ ἡττᾶται, οὐδὲ νικᾶται πάθει τινὶ ἀτιμίας. ὁ οὖν δίκαιος οὐκ ἔστι ὅτε οὐ διώκεται, οὐκ ἔστι ὅτε οὐ μαρτυρεῖ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας. περὶ τούτου τοῦ μαρτυρίου φησὶν ὁ Ἀπόστολος· Τοῦτο γάρ ἐστι καύχημα ἡμῶν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν. πόσοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ δικαστηρίου εὑρεθήσονται, ἐν τῷ κρυπτῷ πολλάκις ἀρνησάμενος τὸν θεόν. τὰ γὰρ κρυπτὰ κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τὰ δὲ φανερὰ ἡμῖν καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν.

ρνή. ΕΙΔΟΝ ΑΣΥΝΕΤΟΥΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΕΞΕΤΗΚΟΜΗΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἴ τινα ἑώρακα μὴ συνιέντα, ἐγὼ ἐπὶ τὸν τοιοῦτον ἐξετηκόμην ἀπὸ τοῦ ζήλου κατὰ τὴν θεοσέβειαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπὶ παντὶ μὲν παρανομοῦντι προσήκειν ὀδυνᾶσθαι τὸν δίκαιον, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τούτοις οἵτινες πρὸς τὸν Θεὸν ἔθεντο συνθήκας βίου τινὸς ἢ πίστεως, οἷον παρθενίας, ἢ τῆς ἐν γάμῳ σωφροσύνης, ἢ ἐγκρατείας, εἶτα ταύτας παραβαίνουσι, καὶ τοῦ Θεοῦ τὰ λόγια οὐ φυλάττουσιν.

ρνθ'. ΙΔΕ ΟΤΙ ΤΑΣ ΕΝΤΟΛΑΣ ΣΟΥ ΗΓΑΠΗΣΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἐπὶ τούτῳ προσκαλεῖται τὸν θεὸν, καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν, καλῶ σου τὸ πρόσωπον. θαρρῶ γὰρ ὅτι τὸ πρόσωπόν σου κλίνων πρός με, ἵνα με κατανοήσῃς, ὄψει τίνα τρόπον τὰς ἐντολάς σου τετήρηκα· τοὺς γὰρ τύπους τῶν ἀγαθῶν ἔργων εὑρήσεις ἐν ἐμοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἴδε ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐχ ἁπλῶς ἐτήρησα, ἀλλ' ἠγάπησα· ἔστι γὰρ τηρῆσαι ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης· τελείου δὲ ἐστιν ἀγαπῆσαι τὰς ἐντολάς, καὶ ὅλῃ τῇ ψυχῇ αὐτὰς ἀγαπήσαντα ποιῆσαι. εἰ καὶ ἐντολὰς δὲ ἠγάπησα, οὐδὲν ἧττον δέομαι τοῦ ἀπὸ σοῦ ἐλέου, ἵνα ζήσω σοι.

ρξ'. ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΣΟΥ ΑΛΗΘΕΙΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὕτη πρώτη τῶν σῶν δέδοται ἐντολῶν, τὸ ἀληθεύειν ἐν πᾶσι καὶ πράξει, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐξαγγέλλεται, φησιν, ἡμῖν

tutes Deum profitear, Dei negator euado. Quotiescumque enim aliquis Martyrum certamina inuestigat, eo fine vt simili ratione decertet, ille toties fit Dei; & quoties ab aduersarijs virtutibus persecutionem patitur, minimè succumbit, neque ab aliqua passione ignominiæ superatur. Qui igitur iustus est numquam non patitur persecutionem, numquam non præbet testimonium in arcano cordis: de quo testimonio Apostolus ait: *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Quot enim in die iudicij reperientur, qui in occulto sæpè Deum negauerint. Nam arcana ad Dominum Deum nostrum spectant, manifesta verò ad nos & ad filios nostros.

CATENA PATRVM.

2. Cor. 1, 12.

158. VIDI INSENSATOS, ET TABESCEBAM.] ATHANASII. Si videbam aliquem non intelligentem, ego contra talem tabescebam à zelo erga cultum Dei.

THEODORI. Propter omnem quidem iniquè agentem docet iustum contristari, multò magis autem propter eos qui cum Deo vitæ alicuius aut fidei professionem fecerint, v. g. virginitatis, aut in coniugio continentiæ, aut castitatis, deinde illam violant, & eloquia Dei non custodiunt.

159. VIDE QVONIAM MANDATA TVA DILEXI.] ORIGENIS. Et propterea Deum prouocat, & ait ad eum, Faciem tuam appello. Confido enim si faciem tuam ad me considerandum inclinaueris, visurum te quomodo mandata tua obseruauerim: nam bonorum operum typos in me inuenies.

ANONYMI. Vide quoniam non simplici ratione mandata tua custodiui, sed dilexi: possunt enim seruari ex tristitia vel ex necessitate: perfecti autem est diligere mandata, & totâ animâ eadem diligendo facere. Ceterùm licet mandata dilexerim, nihilominùs tamen misericordiam tuam flagito, vt viuam tibi.

Mandata Dei ex dilectione seruanda.

160. PRINCIPIVM VERBORVM TVORVM VERITAS.] ATHANASII. Hoc primum mandatorum tuorum traditum est, vt veraces simus in omnibus tam actione quàm sermone, quàm cogitatione.

ANONYMI. Enuntiant, inquit, nobis bona,

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

bona, ſcilicet ſermonum tuorum veritatem & iuſtitiæ immutabilitatem.

Theodoreti. Principium verborum vocat promiſſiones quæ Abrahæ factæ ſunt: ex illo namque populus Iudæorum conſtitit. Ceterùm impleuit promiſſa, & auxit populum ſicut ſtellas cæli multitudine, & in ſemine eius ſecundùm promiſſiones benedixit omnes Gentes. Hoc enim indicauit cùm dixit, *Et in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ*. Cùm enim eſſet Vates, ſempiternum Domini imperium perſpiciebat: idcircò etiam veritate ait præditum eſſe ſermonum diuinorum principium.

τὰ ἀγαθά, τὴν σὴν λέγων τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ἀσάλευτον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀρχὴν λογίων καλεῖ τὰς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας· ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ Ἰουδαίων συνέστη λαός. ἀλλ' ἐπλήρωσε τὰς ὑποσχέσεις, καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ἐν τῷ σπέρματι δὲ αὐτοῦ ηὐλόγησε κατὰ τὰς ἐπαγγελίας πάντα τὰ ἔθνη. τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰπών, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. προφήτης γὰρ ὤν, ἑώρα τοῦ κυρίου τὸ αἰώνιον κράτος· διὸ καὶ ἀληθείᾳ ἔφησε κεκοσμῆσθαι τὴν τῶν θείων λογίων ἀρχήν.

ANNOTATIONES CORDERII.

COPH.

Quis ſit clamor cordis.

145 Clamavi *in toto corde meo, exaudi me Domine.*] Quid eſt toto corde clamare, niſi ad ea quæ meditamur & poſtulamus vehementer attendere? Sic enim loquitur S. Auguſtinus Serm. 29. in hunc Pſalmum: *Siue cum voce carnis, quando id opus eſt, ſiue cum ſilentio, ad Deum cùm oramus corde clamandum eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio: quæ cùm eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis & petentis affectum, vt non deſperet effectum. Tunc porrò in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Tales orationes raræ ſunt multis, crebræ autem paucis.* Hunc igitur ſpiritalem clamorem exaudit Deus, hanc cordis attentionem benignè reſpicit, & quæ eâ deſideramus, quæ petimus, pro quibus gemimus, liberaliter impertit. De hoc feruore in orando ſic ſcribit Climacus gradu 28. *Si*, inquit, *vmquam viſibili iudici obnoxius fuiſti, non tibi aliâ formâ iam opus erit, quam imitari debeas dum orationi inſiſtis: quod ſi neque ipſe reus extitiſti, neque alios examinari perſpexiſti, vel ex infirmorum precibus, quas Medicis, dum ſecandi aut vrendi ſunt, fundunt, huiuſmodi aliquid addiſce.* Enimuerò ſi hi, vt pœnam euadant, aut ſalutem corporis conſequantur, tanto conatu orant, quo conatu & feruore par eſt nos orare, ſi non terrena, ſed ſpiritualia & cæleſtia oratione quæramus. Clamor hic cordis non oris intelligendus eſt. De quo Ambroſius ad hunc locum: *Clamat*, inquit, *cor meum non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate concentuque virtutum.* Quomodo clamabat Moyſes. cui Deus: *Quid clamas ad me?* & Ionas: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum.* id eſt, inquit Hieronymus, *Toto cordis affectu: qui vtique in auribus Dei magnus eſt clamor*, vt ait Rupertus. Vnde Tertullianus de oratione: *Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector.*

Quantus in orando feruor adhibendus.

Exod. 14. Ion. 2, 3.

147. *Praeueni in immaturitate.*] Græcè eſt ἐν ἀωρίᾳ: Chaldæus vertit *in aurora*: S. Proſper, *intempeſtâ nocte*: Vulgata *in maturitate*. hoc eſt maturè, diluculo. Nonnulli putant deſignari illud tempus quod eſt ante diluculum, & quod Græci dicunt ὥραν ἄπρακτον, *horam expertem operis* vel *antelucanam*: in qua vulgò omnes quieſcunt. Rem igitur augere cupiens S. Dauid, vt magnitudinem ſui erga Deum amoris & deuoti animi impetum declararet, ait ſe præueniſſe ætatis maturitatem, in ipſo pueritiæ diluculo, ἐν ἀωρίᾳ, ante conſuetum aliorum iuuenum tempus, cùm vix adhuc lumen rationis affulſiſſet, ante iubar efflorescentis iuuentæ, quaſi dato à Numine ſigno, in apertum ſe beatæ vitæ circum & virtutis immiſiſſe. Ita exponit S. Ambroſius: *Præcurrit*, inquit, *ætatis maturitatem, quiſquis in adoleſcentia poſitus ſenilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentiâ regit.*

Ibidem. *Et in verbis tuis ſuperſperaui.*] Vbi nota verbum *ſuperſperaui*, Græcè ἐπήλπισα: quod S. Ambroſius exponit, *ad ſperandum ſemper creſcere, & ſpem ſpei adiungere.* At quæ cauſa & occaſio Dauidi ſperandi & ſuperſperandi? Diſce ex titulo ſiue ex littera Hebræa illis verbis in titulum ſuperpoſita: eſt enim *Coph*, quæ *concluſionem*, id eſt, extremam animi vndequaque oppreſſi anguſtiam ſignificat, ita id penſitante Ambroſio Serm. 19. *Concluditur namque vnuſquiſque tumeſcentibus viſceribus internis ve faucibus, cùm intercluſo ſpiritus commeatu ſpirandi ac reſpirandi commercia coarctantur.* En ſuperſperandi materiam & cauſam, cùm humana omnia deficiunt, cùm vndique mœror, dolor & anguſtia, non ſecùs ac cùm omnis reſpirationis aditus præcluditur. Audi Ambroſium: *Iuſtus ſemper ſperat, & in aduerſis poſitus, & frequentibus afflictus ærumnis, deſperare non nouit; ſed quò grauiora tolerauit, magis ſperat, & ſperandi ſumit profectum.*

Superſperare quid ſit.

148. *Praeuenerunt oculi mei ad te diluculo.*] Præueni, inquit, Solem, & ante lucem eius ad quærendam animæ meæ lucem ſurrexi, Solem diligentiorem eſſe non ſuſtinens. Ita & tu ô homo Prophetæ veſtigijs inhærens præoccupa lucem. vt Deo vigiles, & Solem ac diem quaſi inertiores poſt te relinquas. *Graue eſt enim* (vt inquit S. Ambroſius Serm. 19. in hunc Pſalmum) *ſi te otioſum in ſtratis radius Solis orientis*

Tempus antelucanum orationi aptiſſimum.

Digitized by Google

tis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos somnolento adhuc torpore depressos. Arguit nos tanti temporis spatium sine vllius deuotionis munere & sacrificij spiritalis oblatione feriata transmissum. An nescis ô homo, quòd primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas? Quotidiana tibi messis, quotidanus est fructus. Occurre ergo ad Solis ortum, vt te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua, madido adhuc sopore mergentia, primus diei fulgor exagitet. In cubiculo meo in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea, dicit Ecclesia: ideò meruit eum inuenire, ideò eius gratiam promereri; quia etiam in cubiculo quæsiuit: quæsiuit in noctibus, propterea copia eius adepta. Est igitur hora commodissima ad orandum illa, quæ lucem auroræ præcedit, in qua omnia silent, vniuersa quiescunt; corpusculum post moderatum somnum mentem ad suas necessitates non auocat, & sensus à sensibilibus elongati eam ad superna volantem minimè ad suas vanitates intorquent.

Cant. 3.

151. *Propè es tu Domine.*] Id est, Præstò es colentibus legem tuam, eis ades. Theodoretus hoc ad prouidentiam refert. q. d. Cernis omnia, totum terrarum orbem imples & moderaris, nullaque res te præterit. Huc spectat illud Ieremiæ 23. *Deus appropinquans ego sum, & non Deus à longè.*

153. *Vide humilitatem meam, & eripe me.*] Considera, inquit, ô Domine, quia humilis sum, quia legem humilitatis, quâ tibi in omnibus subderer, oblitus non sum, & à malis imminentibus libera me. Humilitatem pro afflictione positam multi existimant. Non abnuo: sed S. Ambrosius & Augustinus humilitatis nomine virtutem humilitatis & lege Dei legem humilitatis intelligunt. De voce humilitatis hæc Ambrosius ait: *Fortasse dicat aliquis, Gloriatur de se Propheta; & si gloriatur, gloriatur in infirmitatibus suis, in quibus & Apostolus gloriatur dicens: Gloriabor in infirmitatibus meis. Alius in diuitijs, alius in titulis nobilitatis ac prosapia sua, alius in administrationibus & honoribus gloriatur, iustus in humilitate gloriatur. Bona enim gloria, Christo esse subiectum. Vt scias autem, quia iactare non se cupiat, sed Domini in se gratiam prouocare, alibi idem Propheta ait: Vide humilitatem meam & laborem meum. Ergo quasi is qui humiliauerit cor suum; quasi is qui plurimum laborauerit, ibi sibi dimitti peccata desiderat, hîc erui se precatur.* De lege verò hæc S. Augustinus: *Hoc loco*, inquit, *nullam Dei legem conuenientiùs intelligimus, nisi quâ immobiliter fixum est, vt omnis qui se exaltat humilietur, & qui se humiliat exaltetur. Superbus ergo malis vt humilietur innectitur, humilis à malis vt exaltetur eripitur.* Hæc illi.

ANNOTATIONES CORDERII.

Bonum est gloriari in humilitate & subiectione.

2. Cor. 12, 9.

Psal. 24, 18.

Lucæ 14, 11.

154. *Iudica iudicium meum*, &c.] Hoc S. Ambrosius de delictis inter iudicandum admissis exponit; *quasi grauior nobis causa sit de iudicio nostro quàm de errore dicenda. Erranti enim faciliùs datur venia quàm improbè in alium iudicanti. Necesse est enim eam formam in te redire iudicij, quam in alium ipse decernendam putaueris.* Meritò ergo Dauid subdit:

Iudicium malum grauiùs iudicandum.

156. *Misericordia tua multa Domine*, &c.] Ac si dicat, Fateor grauissimè offendere illum qui iniquè alios iudicauit; quapropter timeo ne causâ eadem: ceterùm mihi animos addunt misericordiæ tuæ, quæ quia multæ sunt, spero me veniam consequi posse eorum quæ peccaui, dum in alios iniquum iudicium ferrem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ρξα΄. ΑΡΧΟΝΤΕΣ κατεδίωξάν με δωρεάν· καὶ ἀπὸ τῶν λόγων σου ἐδειλίασεν ἡ καρδία μου.

Τὸ δὲ ἐδειλίασα, ἐν ἤθει οἷον καταδιωξάντων ἀρχόντων ἐπιβουλευσάντων.

ρξβ΄. Ἀγαλλιάσομαι ἐγὼ ἐπὶ τὰ λόγιά σου, ὡς ὁ εὑρίσκων σκῦλα πολλά.

Μὴ ἐδειλίασα, φησιν, οὐχί, ἀλλ' ἐν τοσαύτῃ ἤμην εὐφροσύνῃ ἐκείνων ἐπιβουλευόντων κατὰ τοὺς ἐν πολέμῳ νικῶντας, καὶ τὰ σκῦλα διατιθεμένους ὡς ἂν ἐθέλωσιν.

ρξγ΄. Ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην· τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.

Ἀδικίαν δὲ λέγει τὸν παρὰ Βαβυλωνίοις πλοῦτον. Βδέλυγμά, φησιν, ἡγησάμην τὸ παρ'

161. PRINCIPES persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

SIN.

Illud autem *formidaui*, more scilicet Principum persequentium & insidiantium.

162. * Exultabo ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

* Vulgata Lætabor

Nequaquam, inquit, formidaui, sed in tanta lætitia fui dum illi insidiarentur atque hi qui in bello vincunt, & spolia diuidunt prout voluerint.

163. * Iniustitiam odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

* Vulgata Iniquitatem

Iniustitiam autem vocat diuitias Babyloniorum. Abominationem, inquit, existimaui aliquid

PARAPHRASIS ANONYMI.

aliquid ab ipsis postulare. Totus autem, inquit, fui in adimplenda lege tua. quare subdit:

* Vulgata laudem dixi tibi

David septies quotidie orabat.

164. Septies in die * laudaui te super iudicia iustitiæ tuæ.

Illud *Septies* pro *sæpè* dicit. Si autem volueris etiam de ipso numero accipere, Dauid ait: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum*. & dum cubitum concessurus est: *In pace in idipsum dormiam*. deinde: *Media nocte surgebam*. item: *Præuenerunt oculi mei ad matutinum*. Ceterùm quòd etiam Sancti tertiâ sextâque horâ orauerint, clarum fit ex die Pentecostes: in ipsos tertiâ horâ orantes descendit Spiritus sanctus. *Petrus item & Ioannes ascenderunt ad horam orationis nonam*. Illud autem *super iudicia*; id est, de quibus non potest non iustè iudicare.

Psal. 140, 2. Psal. 4, 9. Psal. 118, 148. Act. 2, 15. Ibid. 3, 1.

165. Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Nihil, inquit, contrarium, vel quod turbationem adferat, occurrit iis qui attendunt verbis tuis; & scandalum ipsis minimè oboritur.

166. Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

Hæc, inquit, cùm scirem, ego præstolabar in omnibus tribulationibus salutare tuum quod promisisti mihi.

167. Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea * valdè.

* Vulgata vehementer.

Idcircò etiam omni diligentiâ desiderabam custodire legitima tua, diligens ea.

168. Seruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo * Domine.

* Vulgata omisit.

Et sic, inquit, custodiebam, tamquam in oculis tuis vitam meam instituens.

TAV. * Vulgata deprecatio * iuxta

169. Appropinquet * oratio mea in conspectu tuo Domine: * secundùm eloquium tuum da mihi intellectum.

Perueniat, inquit, postulatio mea ad aures

αὐτοῖς τί αἰτεῖν. Ὅλος δὲ ἐγενόμην τοῦ πληροῦν τὰ τοῦ νόμου σου. διὸ ἐπάγει·

ρξδʹ. Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

Τὸ ἑπτάκις ἀντὶ τοῦ πολλάκις λέγει. εἰ δὲ βούλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ, λαβεῖν ὁ Δαβὶδ λέγει· ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή. καὶ ἐν τῷ μέλλειν καθεύδειν· ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι. εἶτα· μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην. εἶτα· προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον. Ὅτι δὲ καὶ τρίτην καὶ ἕκτην ὥραν προσηύχοντο οἱ ἅγιοι, δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ τὴν τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραν· ἐν τρίτῃ προσευχομένοις ἐπιφοιτῆσαι τὸ πνεῦμα. Πέτρος δὲ πάλιν καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην. τὸ δὲ ἐπὶ τὰ κρίματα· ἀντὶ τοῦ, ἐφ' οἷς οὐκ ἀνέχῃ μὴ δικαίως κρίνειν.

ρξεʹ. Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον.

Οὐδὲν, φησιν, ἐναντίον, οὐδὲ ταραχώδες συναντᾷ τοῖς ἐχομένοις τῶν λόγων σου· καὶ σκάνδαλον αὐτοῖς οὐκ ἀναφύεται.

ρξϛʹ. Προσεδόκων τὸ σωτήριόν σου κύριε· καὶ τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα.

Ταῦτα, φησιν, εἰδὼς, ἐγὼ ὑπέμενον ἐν ταῖς θλίψεσι πάσαις τὸ σωτήριόν σου ὃ ἐπηγγείλω μοι.

ρξζʹ. Ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου· καὶ ἠγάπησεν αὐτὰ σφόδρα.

Διὰ τοῦτο καὶ πάσῃ σπουδῇ φυλάττειν ἐπεθύμουν τὰ νόμιμά σου, ἀγαπῶν αὐτά.

ρξηʹ. Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ μαρτύριά σου· ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου κύριε.

Καὶ οὕτως, φησὶν, ἐφύλαττον ὡσεὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου πολιτευόμενος.

ρξθʹ. Ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου κύριε· καὶ τὸ λόγιόν σου συνέτισόν με.

Φθάσαι, φησὶν, ἡ αἴτησίς μου τὰ ὦτα τὰ σά,

Digitized by Google

σαι, καὶ ἡ ἀξίωσίς μου καὶ ἡ δέησις προσδεχθείη. ἵνα κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν σου τῶν πολεμίων ῥυσθῶ.

ρο΄. Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου κύριε· κατὰ τὸ λόγιόν σου ῥῦσαί με.

Τὸ αὐτὸ ἐκ παραλλήλου λέγει.

ροα΄. Ἐξερεύξονται τὰ χείλη μου ὕμνον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου.

ροβ΄. Φθέγξεται ἡ γλῶσσά μου τὰ λόγιά σου· ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου δικαιοσύνη.

Ἐὰν γὰρ δέξῃ μου τὴν δέησιν, φησὶ, καὶ ἐν ἀπολαύσει καταστήσῃς τῆς δικαίας ἐπαγγελίας σου, ἀνάλογον ὕμνον οἴσει τὰ χείλη μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου ἀνυμνήσει σου τὴν δόξαν· ὅτι ὃ ἐπηγγείλω οὐ διέπεσεν.

ρογ΄. Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην.

Ἐξαπόστειλον οὖν, φησὶ, δέσποτα, τὴν ἐνέργειάν σου (τοῦτο γὰρ λέγει χεῖρα) ἐπὶ τὸ σῶσαι ἡμᾶς· ἐπεὶ αἱρετὰ ἡγησάμεθα τὰ προστάγματά σου.

ροδ΄. Ἐπεπόθησα τὸ σωτήριόν σου κύριε· καὶ ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστί.

Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐποίουν πόθῳ καὶ οὐκ ἀνάγκῃ τινί· διετέθην γὰρ πολλῇ καὶ στοργῇ εἰχόμην τῶν νομίμων σου, καὶ ἡ τούτων μελέτη ἐπλήρου μοι τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν καὶ τὸν πόθον.

ροε΄. Ζήσεται ἡ ψυχή μου, καὶ αἰνέσει σε· καὶ τὰ κρίματά σου βοηθήσει μοι.

Ἡ ψυχή μου πάλιν ἀντὶ τοῦ ἐγὼ λέγει, ἐκ μέρους τὸ ὅλον ὀνομάζων. εἰ δὲ τὸ αὐτὸ πολλάκις αἰτεῖ, οὐ ταυτολογεῖ. ἴδιον γὰρ τοῦ ἐνθύμως αἰτοῦντος, τὸ ἀνακυκλεῖν· ὃ πόθου ἐστὶ μᾶλλον ἀπόδειξις ἢ ταυτολογία.

ροϛ΄. Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν δοῦλόν σου, ὅτι τὰς ἐντολάς σου οὐκ ἐπελαθόμην.

tuas, & oratio ac deprecatio mea admittatur, vt secundùm promissionem tuam ab hostibus liberer.

PARAPHRASIS ANONYMI.

170. Intret postulatio mea in conspectu tuo * Domine: secundùm eloquium tuum eripe me.

* Abest à Vulgata.

Illud ipsum vicissim dicit.

171. Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me iustificationes tuas.

172. Pronuntiabit lingua mea * eloquia tua: quia omnia mandata tua * iustitia.

* Vulgata eloquium tuum: * æquitas.

Si enim, inquit, susceperis deprecationem meam, & frui me feceris iustâ promissione tuâ, conformem hymnum afferent labia mea, & lingua mea cantabit gloriam tuam; quia id quod promisisti minimè excidit.

173. Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.

Emitte igitur, inquit, Domine, operationem tuam (hoc enim manum vocat) vt nos saluemur; quandoquidem mandata tua optabilia existimauimus.

174. Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.

Et hæc, inquit, faciebam desiderio & non necessitate aliquâ: affectu enim & amore magno ferebar erga legitima tua, & horum meditatio animæ meæ desiderium votumque implebat.

175. Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Anima mea iterùm ponitur pro *ego*, ex parte totum denominans. Cùm autem id ipsum frequenter petit, non committit ταυτολογίαν. Proprium enim est eius qui auidè aliquid petit, vt circuitione vtatur: quod vehementis desiderij potiùs argumentum est quàm ταυτολογία.

176. Erraui sicut ouis * perdita: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

* Vulgata quæ periijt.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Pulchrè autem per hanc vocem *Erraui* totum Pſalmi ſcopum indicauit. Quid, inquit, opus eſt multis? Quære me tamquam ouem perditam, cùm ſis paſtor bonus. Et pulchrè dixit *Quære:* nam ego ob nimium errorem non reperio modum reuertendi, niſi à te paſtore quærar.

Καλῶς δὲ διὰ τοῦ ἐπλανήθην ὅλον τὸν σκοπὸν εἶπε τοῦ ψαλμοῦ. τί, φησι, τὰ πολλὰ δεῖ λέγειν με; ὡς πεπλανημένον πρόβατον ἐπιζήτησον, ποιμὴν ὑπάρχων ἀγαθός. καὶ καλῶς εἶπε ζήτησον· ἐγὼ γὰρ διὰ πλάνην πολλὴν οὐδὲ ἐπιστρέψαι εὑρίσκω, εἰ μὴ παρά σου τοῦ ποιμένος ζητηθείην.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

SIN.

161. PRINCIPES PERSECVTI.] Principes autem qui ipſum perſecuti ſunt gratis vocat eos qui cum Saüle erant, quibus etiam pepercit, propter mandatum quod præcipit parcere inimicis. Vſus eſt autem verbo *formidauit*, pro *reueritum eſt*. Formidaui, inquit, non à perſequentibus, ſed à verbis tuis: quæ qui veretur, à peccatis deſiſtit. Ceterùm cùm de hoſtibus mentionem feciſſet, ſubiungit etiam de ſpolijs, quibus, inquit, non ita lætatus ſum ſicut in tuis legibus. id eſt, Non ſolo metu diuinis verbis morem geſſi, ſed etiam gaudio; æquè ac ſi quis in diuitijs ampliſſimis gaudeat. Numerus autem ſeptenarius frequentiam & aſſiduitatem deſignat: nam illud *ſepties* alij *ſæpiſſimè* interpretati ſunt. hoc autem ſignificat aſſiduitatem. q. d. Semper iudicia tua commemoraui.

ρξα΄. ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΤΕΔΙΩΞΑΝ.] Ἄρχοντας δὲ καλεῖ καταδιώξαντας δωρεὰν τοὺς περὶ Σαοὺλ, ὧν καὶ ἐφείσατο, διὰ τὴν κελεύουσαν ἐντολὴν φείδεσθαι τῶν ἐχθρῶν. τὸ δὲ ἐδειλίασεν, ἀντὶ τοῦ ηὐλαβήθη ἐχρήσατο. ἐδειλίασα, φησιν, οὐκ ἀπὸ τῶν διωκόντων, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν λόγων σου· οὓς ὁ φοβούμενος, ἀφίσταται τῶν ἁμαρτημάτων. Πολεμίων δὲ μνημονεύσας, ἐπήγαγε καὶ περὶ σκύλων, οἷς, φησιν, οὐκ ἂν οὕτως εὐφράνθην ὡς ἐπὶ τοῖς νόμοις σου. ἀντὶ τοῦ, οὐ φόβῳ μόνῳ τὴν ὑπακοὴν τὴν πρὸς τοὺς θείους λόγους ἐποιούμην, ἀλλὰ καὶ χαρᾷ· ὡς εἴ τις ἐπὶ πλούτῳ χαίρει πολλῷ. ὁ δὲ ἑπτὰ ἀριθμὸς τὸ ἀδιάλειπτον σημαίνει καὶ τὸ πολύ· τὸ γὰρ ἑπτάκις πλειστάκις οἱ ἄλλοι ἡρμήνευσαν. τοῦτο δὲ σημαίνει τὸ ἀδιάλειπτον. διὰ παντός φησιν, ἐμνημόνευσα τῶν σῶν κριμάτων.

Probi ſunt pacis amantes.

165. PAX MVLTA DILIGENTIBVS LEGEM TVAM.] Quibus amica pax eſt ex eo quòd diuinis legibus attendant, ſcandalis quoque obuenientibus minimè conturbantur. Puſillorum enim eſt ſcandalizari, non magnorum. *Videte* enim, inquit Saluator, *ne * ſcandalizetis vnum de puſillis iſtis.* Expectatio autem ſalutaris fuerit Chriſti præſtolatio. de quo ſcriptum eſt: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Primum autem diligens ita cuſtodiuit, ſciens eum omnia quæ geruntur inſpicere. Tamquam ſub te ſpectatore, inquit, inſtitutus, impleui mandata tua.

Matth. 18, 10.
* Vulgata contemnatis
Lucæ 3, 6.

ρξέ. ΕΙΡΗΝΗ ΠΟΛΛΗ ΤΟΙΣ ΑΓΑΠΩΣΙ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΣΟΥ.] Οἷς ἐστιν εἰρήνη φίλον ἐκ τοῦ τῶν θείων νόμων ἀντέχεσθαι, οὐδὲ τοῖς συμβαίνουσι σκανδάλοις ἐπιταράττονται. μικρῶν γὰρ τὸ σκανδαλίζεσθαι, ἀλλ᾽ οὐ μεγάλων. ὁρᾶτε γάρ, φησιν ὁ σωτὴρ, μὴ σκανδαλίσητε ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. προσδοκία δὲ σωτηρίου εἴη ἂν ἡ τοῦ Χριστοῦ προσδοκία. περὶ οὗ γέγραπται· καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. πρῶτον δὲ ἀγαπήσας οὕτως ἐφύλαξεν, εἰδὼς ὡς ὡς ἅπαντα τὰ πραττόμενα ἐφορᾷ. ὡς ὑπὸ σοί, φησι, θεατῇ πολιτευόμενος, ἐπλήρωσά σου τὰς ἐντολάς.

TAV.

169. APPROPINQVET ORATIO MEA IN CONSPECTV TVO.] Cùm omnem ſupplicationem obtuliſſet, precatur vt eam ſuſcipiat, & diuinorum verborum intellectum accipiat. Poſtulationem autem vocat deprecationem: cibum verò eructationi conformem dicit. Nam eructatio vt plurimum accidit ſaturitatis. Nos quoque quando viuifico pane Chriſti

ρξθ΄. ΕΓΓΙΣΑΤΩ Η ΔΕΗΣΙΣ ΜΟΥ ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ.] Πᾶσαν ἱκεσίαν προσενεγκὼν ἀντιβολεῖ, δεχθῆναι ταύτην, καὶ σύνεσιν τῶν θείων λόγων λαβεῖν. καὶ ἀξίωμα δὲ τὴν ἱκετείαν καλεῖ· κατάλληλον δὲ λέγει καὶ τῇ ἐρυγῇ τὴν τροφήν. ἡ ἐρυγὴ γὰρ ὡς ἐπίπαν τοῖς κακορεσμένοις γίνεται. καὶ ἡμεῖς ὅτε κορεσθῶμεν τοῦ ζωτικοῦ ἄρτου τοῦ Χριστοῦ, ἐρυγό-

Digitized by Google

ἐρδυγόμεθα ὕμνον· τότε δὲ, ὅταν καὶ τὰ αὐτοῦ δικαιώματα διδαχθῶμεν. τὰ γὰρ σά, φησι, μανθάνων δικαιώματα, τὴν ἀνάλογόν σοι προσοίσω εὐχήν. ὅρα δὲ τῶν θείων ῥημάτων τὸ εὔτακτον. πρῶτον τὸ, ἐγγισάτω· εἶτα τὸ μεῖζον, εἰσελθεῖν. πρὸ γὰρ τοῦ εἰσελθεῖν τὸ ἐγγίσαι. ἐγγίσας γάρ τις οἰκίᾳ, ἐὰν ᾖ φίλος, εἰσέρχεται. ἐγγίζει δέ τις τῷ θεῷ οὐκ ἐν τόπῳ (ἀσώματον γὰρ καὶ ἀπερίγραπτον τὸ θεῖον καὶ ἀόρατον) ἀλλὰ τῷ ἐν ἡμῖν ἀοράτῳ τῆς καρδίας ἀνθρώπῳ κεκοσμημένῳ δικαιοσύνῃ καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ. ἣν δὲ κέκληκε δέησιν, νῦν εἶπεν ἀξίωμα παρὰ τὸ ἀξιοῦν. ἀξίωμα δὲ ψυχῆς καὶ τὸ ἔχειν ἀρετάς. Λόγια δὲ τοὺς ὕμνους λέγει.

ρογ´. Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με.] Χεῖρα καλεῖ τὴν θείαν ἐνέργειαν. ἢ ὡς χεὶρ λέγεται βασιλέως ἡ στρατιωτικὴ δύναμις, οὕτω χεὶρ θεοῦ πᾶσα δύναμις ἀγγελικὴ καὶ ἁγία, ἡ ἀποστελλομένη εἰς διακονίαν διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἡ τοιαύτη οὖν σου χεὶρ γενέσθω μὴ πρὸς τὸ τιμωρῆσαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ σῶσαί με. ἀντὶ δὲ τοῦ ᾑρετισάμην ὁ μὲν Σύμμαχος εἱλόμην· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἐξελεξάμην. σωτήριον δὲ τοῦ θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ σωθῆναί ἐστιν. ἀντὶ τοῦ ἐπεπόθησα ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξεχόμην· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐπεποίθησα· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, ὑπερεπεθύμησα. νόμον δὲ ἐνταῦθα καλεῖ πᾶσαν τὴν παλαιὰν καὶ θείαν γραφήν. ἐπεὶ δὲ τὸ αἰνεῖν τὸν θεὸν ζώντων ἐστὶ, ζήσεταί, φησιν, ἡ ψυχή μου, καὶ αἰνέσει σε. ἢ ἐπείπερ τῶν κριμάτων σου μνημονεύων ἐκκλίνω τὸν τῇ ἁμαρτίᾳ παρεπόμενον θάνατον, ζήσεται ἡ ψυχή μου κατὰ τὰ τῆς ζωῆς ἐνεργήματα. εἰς τὴν μέλλουσαν δὲ καὶ αἰωνίαν ζωὴν τὴν ψυχήν φησιν αἰνέσαι τὸν θεόν. τότε γὰρ κυρίως ὑμνήσει τὸν θεόν. μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν τὰ ἑαυτοῦ ἔργα, πάλιν πρόβατον λέγει ἑαυτὸν πεπλανημένον, ταπεινοφροσύνην ἐπιτηδεύων· κατὰ τὸ, ὅταν πάντα κατορθώσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν.

faturati fuerimus, hymnum eructamus; quin etiam tunc, quando iustificationes eius edocti fuerimus. Cùm enim, inquit, didicero iustificationes tuas, consentaneam tibi precem offeram. Vide autem diuinorum verborum ordinem præclarum. Primùm dixit, *Appropinquet*; deinde id quod maius est, *Intret*. Ante ingressum enim appropinquãdum. Nam cùm quis domui appropinquauerit, si amicus fuerit, ingreditur. Porrò appropinquat quis Deo non loco (incorporeum enim & incircumscriptum & inuisibile est numen diuinum) sed inuisibili cordis nostri homine iustitiâ & spiritali sapientiâ exornato. Quam autem appellauerat deprecationem, modò postulationem dixit à postulando. Porrò dignitas quoque animæ est habere virtutes. Eloquia autem vocat hymnos.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

173. Fiat manvs tva vt salvet me.] Manum appellat diuinam inoperationem. vel sicut manus Regis dicitur potentia exercitus, ita manus Dei sit omnis vis angelica & sancta, in ministerium missa propter eos qui hereditatem capient salutis. Istiusmodi igitur manus tua fiat mihi non ad supplicium, sed ad salutem. Pro *Elegi* autem Symmachus *Malui*; Aquila verò & Theodotion *Selegi*. Salutare autem Dei idem est quod in ipso saluari. Pro *Concupiui* Aquila quidem *Auidè pendebam*; Symmachus verò, *Confisus sum*, seu *Speraui*: Quinta verò editio, *Superconcupiui*. Legem autem hoc loco vocat omnem antiquam & diuinam Scripturam. Ceterùm cùm laudare Deum sit viuorum, *Viuet*, inquit, *anima mea, & laudabit te*. Vel cùm iudiciorum tuorum memor declinem mortem illam quæ peccatum consequitur, viuet anima mea secundùm vitæ operationes. In futura autem & æterna vita dicit animam suam Deum laudaturam. Tunc enim propriè ac verè Deum laudabit. Postquam autem opera sua dixerat, rursus vocat se ouem erraticam, vt humilitatem exerceat: iuxta illud, *Cùm feceritis omnia, dicite, Serui inutiles sumus.*

Quid per Dei manum intelligatur.

Heb. 1, 14.

Lucæ 17, 10.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

SIN.

161. PRINCIPES PERSECVTI SVNT ME GRATIS.] ORIGENIS. Hic sermo continet quidem id quod & Dauidis est proprium: quod nimirum frustrà temereque à Saüle per inuidiam perpessus persecutionem, timore Dei inhibuerit vltionem. Trãsit verò etiam ad id quod commune est, quòd nimirum ab hostibus principalibus sine damno aliter liberari minimè valeamus, nisi timore Dei fuerimus muniti.

THEODORI. Ait autem se non timore solùm diuinis sermonibus obtemperasse, sed etiam gaudio quod ex ijs capiebat; ac si quis in diuitijs plurimis lætetur: firmior verò illa obseruatio est quæ fit cum lætitia.

Duplex formido.

DIDYMI. Duplex est formido: vna quidem irrationalis in irascibili animæ portione orta, alia verò rationalis in corde & intellectu sita non absque ratione: & fortassis eadem est cum timore diuino.

162. EXVLTABO EGO SVPER ELOQVIA TVA.] APOLINARII. Cùm insequentium hostium meminerit, meritò quoque spoliorum introduxit mentionem. Ait autem vt omnes illos interfecerit. Et cùm, inquit, ipsos exuissem, plurima quæ retuli spolia non ita me recrearunt, sicut in legibus tuis exulto.

ATHANASII. In quibus verbis, nisi in ijs de quibus Paulus ait, Primi enim credidimus eloquia Dei, de Iudæis loquens.

Rom. 3. 2.

Christiani Iudæorum spolia obtinuerunt.

THEODORI. Quæsitu dignum, cur eum qui exultat in eloquijs comparauerit cum illo qui spolia inuenit. Si noueris quinam habuerint eloquia Dei, & consideraueris quinam ea nunc habeant, videbis quòd Christiani Iudæos spoliauerimus, dicente Christo: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Multa autem spolia sunt, quia multi sunt diuinæ Scripturæ libri: illi enim non habent ea, vtpote qui ne sensum quidem eorum intelligant.

Math. 21. 43.

163. INIQVITATEM ODIO HABVI, ET ABOMINATVS SVM.] ANONYMI. Id quod dicit fermè est istiusmodi: Illi namque abominantur murem mortuum & corpus hominis defuncti, stellionem & mustelam, ego verò id quod

ρξα΄. ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΤΕΔΙΩΞΑΝ ΜΕ ΔΩΡΕΑΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔχει μὲν καὶ τὸ ἴδιον τοῦ Δαβὶδ ὁ λόγος· ὅτι μάτην καὶ ματαίως καὶ κατὰ φθόνον ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, φόβῳ τῷ πρὸς θεὸν ἐπέσχε τὸ ἀμύνασθαι. διήκει δὲ καὶ εἰς τὸ κοινόν, ὅτι τῶν ἀρχοντικῶν πολεμίων οὐκ ἔστιν ἑτέρως ἀβλαβῶς ἀπαλλάττεσθαι, μὴ οὐχὶ φόβῳ θεοῦ φρουρουμένους.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ φόβῳ δὲ μόνον τὴν ὑπακοὴν τὴν πρὸς τοὺς θείους λόγους πεποιῆσθαί φησιν, ἀλλὰ καὶ χαρᾷ τῇ ἐπ' αὐτοῖς· ὡς εἴ τις ἐπὶ πλούτῳ χαίροι πολλῷ· βεβαιοτέρα δὲ ἡ τῶν λόγων τήρησις ἡ ἐν χαρᾷ γινομένη.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διττή ἐστιν ἡ δειλία· ἡ μὲν ἄλογος περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς κατασκευαζομένη, ἡ δὲ λογικὴ περὶ τὴν καρδίαν συνισταμένη καὶ τὴν νόησιν οὐκ ἄνευ λόγου· καὶ τάχα ἡ αὐτὴ τῷ θείῳ φόβῳ τυγχάνει.

ρξβ΄. ΑΓΑΛΛΙΑΣΟΜΑΙ ΕΓΩ ΕΠΙ ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπειδὴ πολεμίων ἐμνημόνευσε διωκόντων, εἰκότως καὶ τῶν σκύλων τὴν μνήμην παρήγαγε. λέγει δὲ ὅτι πάντας ἀνεῖλεν ἐκείνους. καὶ σκυλεύσας, φησί, πλεῖστα ὅσα συνήγαγον λάφυρα, οὐκ ἂν οὕτως ηὐφράνθην, ὡς τοῖς σοῖς ἐπαγάλλομαι νόμοις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ποίοις λόγοις, ἢ περὶ ὧν λέγει ὁ Παῦλος, Πρῶτοι γὰρ ἐπιστεύσαμεν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, περὶ τῶν Ἰουδαίων φάσκων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἄξιον ζητῆσαι, διὰ τί παρέβαλε τὸν ἀγαλλιῶντα ἐπὶ τοῖς λόγοις τῷ εὑρίσκοντι σκῦλα. Ἐὰν ἴδῃς τίνες εἶχον τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, καὶ κατανοήσῃς τίνες νῦν ἔχουσιν αὐτά, ὄψει ὅτι Ἰουδαίους Χριστιανοί, ἐσκυλεύσαμεν τοῦ Χριστοῦ εἰπόντος· ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. πολλὰ δὲ σκῦλα, ἐπειδὴ πολλαὶ τῆς θείας γραφῆς αἱ βίβλοι· ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἔχουσιν αὐτά, ἅτε δὴ μηδὲ τὸν νοῦν αὐτῶν ἐπιστάμενοι.

ρξγ΄. ΑΔΙΚΙΑΝ ΕΜΙΣΗΣΑ, ΚΑΙ ΕΒΔΕΛΥΞΑΜΗΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σχεδὸν ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ βδελύσσονται μῦν νεκρὸν καὶ σῶμα ἀνθρώπου νεκρόν, ἀσκαλαβώτην καὶ γαλῆν, ἐγὼ δὲ τὸ ἄξιον βδε-

βδέλυγμα. τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ ἐκεῖνα βδελύττεσθαι; ἀδικίαν δὲ ἐβδελυξάμην, ὃ μεγάλην ὠφέλειαν παρέχει τῷ βδελυξαμένῳ. ἐγὼ τὸν νόμον σου ἠγάπησα, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι ἕλκοντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ γήϊνα, καὶ καταστρέφοντες αὐτὸν ἐπὶ τὰ κάτω πράγματα. ἡμεῖς γὰρ ὡς συνεγερθέντες Χριστῷ τὰ ἄνω ζητοῦμεν, οὐ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ πνευματικῶς τὸν νόμον νοοῦμεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀληθῶς τῇ ἀγάπῃ τοῦ νόμου τὸ μῖσος τῆς ἀδικίας συνέζευκται· ὥστε χρὴ τὸν θέλοντα νόμον ἀγαπᾶν, ἀδικίαν βδελύττεσθαι· οὕτω γὰρ ἡμῖν καλὰ τὰ τοῦ νόμου φανήσεται. διδάξει δὲ καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος ἀπόφασις· οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ρξδ'. ΕΠΤΑΚΙΣ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΗΝΕΣΑ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παρ' ὅλον τὸν βίον αὐτοῦ ὁ δίκαιος φωτιζόμενος ἐν ἡμέρᾳ ἔσται τελείᾳ οὐ μεσολαμβανομένῃ ὑπὸ νυκτός· καὶ αἰνεῖ τὸν θεὸν ἑπτάκις ὑπερκόσμιος γενόμενος, τῷ ἄνω κεχωρηκέναι τοῦ ἐξ ἡμέραις γενομένου κόσμου· ὅτι καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ γενόμενος, τὸν τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας θεοῦ λόγον θεωρήσας, ἐξομολογεῖται τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ· καθ' ἃ κρίματα ἕκαστον πρᾶγμα ποικίλην δημιουργίας καὶ προνοίας ἔχει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο νοήσεις καὶ οὕτως, ὅτι πρὸ ἡλίου ἐξανιστάμενος τῆς κοίτης (κατὰ τό, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ θεός. καί, ὁ θεὸς ὁ θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω) τὸν πρῶτον ἀνέπεμπεν ὕμνον· εἶτ' ἐπιστάσης ἡμέρας κατὰ τὴν πρώτην ὥραν ὥσπερ ἑωθινὴν θυσίαν προσέφερε τῷ θεῷ τὸν δεύτερον, κατὰ τὴν τρίτην ὡσαύτως τὸν τρίτον· καὶ πάλιν κατὰ τὴν ἕκτην τὸν τέταρτον, κατὰ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν τὸν πέμπτον· κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην τὸν ἕκτον· τελευταῖον δὲ κατὰ τὸν δυσμὸν τὸν ἕβδομον· καὶ οὕτως ἐπλήρου τό, ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Περιορισικῶς οὐ προσήκει νοεῖν, ὡς ἑπτάκις μόνον ἡμῶν ὀφειλόντων αἰνεῖν τὸν θεόν, καὶ οὐκ ἐν πάσῃ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, κατὰ τὴν δύναμιν. τὸ ἑπτάκις ἀντὶ τοῦ πολλάκις παρ' Ἑβραίοις σύνηθες λέγεσθαι· καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, χιλιάκις καὶ μυριάκις ἐλάλησα, τὸ χιλιάκις ἀντὶ τοῦ πολλάκις κεχρημένοι, καὶ οὐ δηλοῦν βουλόμενοι ῥητὸν ἀριθμόν. ἀμέλει προφητ-

CATENA PATRVM.

abominatione dignum est. Quæ enim vtilitas ex istiusmodi abominatione? Iniquitatem igitur odio habui, quod illam abominanti plurimùm prodest. Ego legem tuam dilexi, non vt illi trahentes illam ad terrena, & ad res inferiores detorquentes. Nos enim tamquam cum Christo resuscitati superna quærimus, non ea quæ super terram sunt, & spiritualiter legem intelligimus.

EVSEBII. Cum legis dilectione meritò coniunctum est odium iniquitatis; quia qui vult legem diligere, debet abominari iniquitatem: sic enim ea quæ legis sunt pulchra nobis apparebunt. Ceterùm hoc ipsa quoque Saluatoris sententia docebit: *Nemo potest duobus dominis seruire*, & quæ sequuntur.

Matth. 6, 24.

164. SEPTIES IN DIE LAVDAVI TE.] ORIGENIS. Iustus per totum vitæ suæ tempus illuminatus in perfecta die versabitur à nocte non intercepta: & laudat Deum septies supermundialis effectus, eò quòd mundum sex diebus absolutum transscenderit; quando etiam in paradiso Dei existens, gubernationis ac prouidentiæ Dei rationem contemplatus, confitetur iudicia iustitiæ Dei: secundùm quæ iudicia quælibet res diuersam conditionem ac prouidentiam sortita est.

Iustus semper in die versatur.

DIDYMI. Hoc intelliges etiam hoc modo, quod nimirum ante Solem è lecto surgens (iuxta illud, *De nocte manè consurgit spiritus meus ad te Deus.* &, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*) primum obtulerit hymnum; deinde instante die sub horam primam quasi sacrificium matutinum Deo attulerit secundum, sub horam tertiam similiter tertium; & rursus sub horam sextam quartum, sub horam autem nonam quintum; sub horam verò duodecimam sextum; denique sub occasum septimum; & sic adimpleuit illud, *Septies in die laudaui te.*

Isaiæ 26, 9. Psal. 62, 2.

Quomodo septies in die Deo laudem dixerit.

APOLINARII. Non definitiuè hoc intelligendum est, quasi septies dumtaxat Deum laudare debeamus, & non omni horâ diei, prout valemus. Illud *septies* apud Hebræos dici solet pro *sæpius*: quemadmodum etiam nos dicere solemus, *Millies & decies millies locutus sum*, illâ voce *millies* pro *frequenter* vtentes, & non volentes declarare numerum determinatum. Sic Anna

Septies apud Hebræos idem designat quod sæpius.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

1. Reg. 2, 5.

Anna mater Samuelis initio Regum de Ecclesia ex Gentibus & de synagoga Iudæorum prophetice ait: *Quoniam sterilis peperit septem, & multa in filijs infirmata est.* Et non intelligimus Ecclesiam numero septies dumtaxat peperisse, sed potiùs plurimos & infinitos filios. Quin & Dauid manifestè declarat, non tam septies in die quàm omni tempore laudandum esse

Psal. 33, 2.

Deum. ait enim: *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.*

165. PAX MVLTA DILIGENTIBVS LEGEM TVAM.] THEODORI.

Pax obtingit diligentibus Deũ.

Dei nomen desiderantibus plurima pax obtingit, non tam illa externa (hæc enim non est in nostra potestate) quàm illa quæ sita est in cogitationibus, ex qua vacuitas passionum ac perturbationum existit: hanc simul cum mutua charitate acceperunt, qui illam à Deo ac Patre & Domino Iesu Christo habent. Cùm igitur eam obtineant per nomen Dei, eximiè perfecti existentes scandalum non habent in semetipsis: pusillorum enim & non magnorum est hoc ha-

Matth. 18, 10.

bere, quemadmodum Saluator ait: *Videte ne scandalizetis vnum de pusillis istis.* Ceterùm si pax multa sit legem diligentibus (vt alia Scriptura continet) hoc ita intelliges: q.d. Si quis diligat legem Dei, pacem plurimam habet, bellum non tangit animam eius: nullum enim peccatum animam illius exurit: & quia pacem habet, istiusmodi euasit vt à nullo

Rom. 8, 35.

ampliùs scandalizetur dicens: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?* &c.

Iusti cum Deo pacem habent.

ANONYMI. Etsi enim ab iniquis bellum sustineant, attamen pacem habent cum Deo: nihil autem istâ pace lautius: vnde neque scandalum in vlla re sustinent quæ alijs offendiculo esse solet. Cùm enim in legem Dei intueantur, quomodo nimirum iustos coronet, peccatores puniat, in tempore futuri iudicij nihil ex ijs quæ modò accidunt sustinent offensionis.

166. EXPECTABAM SALVTARE TVVM DOMINE.] ORIGENIS.

Beatus qui expectat salutare Dei.

Beatus qui expectat salutare Dei, quin & mandata eius diligit: hic enim ad vitam perfectam ad supremum proficit beatitu-

καὶ ἡ Ἄννα φησὶν ἡ μήτηρ τοῦ Σαμουὴλ ἐν ἀρχῇ τῶν βασιλειῶν περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς· ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, καὶ ἡ πολλὴ ἐν τέκνοις ἠσθένησε. καὶ οὐ νοοῦμεν ὡς ἑπτάκις μόνον ἔτεκεν ἡ Ἐκκλησία τῷ ἀριθμῷ, πολλὰ δὲ μᾶλλον καὶ ἄπειρα. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Δαβὶδ δηλοῖ φανερῶς, ὡς οὐχ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ πολλάκις καὶ κατὰ πάντα καιρὸν αἰνεῖν δεῖ τὸν Θεόν. λέγει γάρ· Εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου.

ρξέ. ΕΙΡΗΝΗ ΠΟΛΛΗ ΤΟΙΣ ΑΓΑΠΩΣΙ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῖς τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα ποθοῦσιν εἰρήνη τυγχάνει πολλὴ, οὐ τοσοῦτον ἡ ἔξωθεν (οὐ γὰρ ἐν ἡμῖν αὕτη) ἀλλ' ἐν τοῖς λογισμοῖς, καθ' ἣν συμβαίνει ἀταραξίαν καὶ ἀνενοχλησίαν τὴν ἐξ ἀπαθείας ἔχειν· ταύτην ἅμα τῇ καταλλήλῳ χάριτι εἰλήφασιν, οἱ ἔχοντες ἀπὸ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. κεκτημένοι γοῦν αὐτὴν διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ὑπερβαλλόντως ὑπάρχοντες τέλειοι σκάνδαλον οὐκ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς· μικρῶν γὰρ ἀλλ' οὐ μεγάλων τὸ ἔχειν τοῦτο, ὥς φησιν ὁ σωτήρ· ὁρᾶτε μὴ σκανδαλίσητε ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. εἰ δὲ ἡ εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον (καθὼς ἑτέρα περιέχει γραφὴ) νοήσεις οὕτως· Ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, εἰρήνην ἔχει πολλὴν, πόλεμος οὐχ ἅπτεται τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· οὐδὲν γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαίει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· καὶ ἅτε εἰρήνην ἔχων, τοιοῦτος γεγένηται ἵν' ὑπὸ μηδενὸς ἔτι σκανδαλισθῇ λέγων· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; καὶ τὰ ἑξῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κἂν γὰρ ἐκ τῶν παρανόμων ὑπομένωσι πόλεμον, ἀλλ' ὅμως εἰρήνην ἔχουσι πρὸς τὸν Θεόν· οὐδὲν δὲ τῆς εἰρήνης ἐκείνης λαμπρότερον· ὅθεν οὐδὲ σκάνδαλον ἐπί τινι τῶν εἰωθότων τοῖς ἄλλοις ὑφίστανται. πρὸς τὸν νόμον γὰρ ὁρῶντες τοῦ Θεοῦ, ὅτι τοὺς δικαίους στεφανοῖ, τοὺς ἁμαρτωλοὺς κολάζει, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως οὐδὲν ἐκ τῶν νῦν συμβαινόντων ὑπομένουσι πρόσκομμα.

ρξς'. ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΝ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μακάριος ὁ προσδεχόμενος τοῦ Θεοῦ τὸ σωτήριον, ἀγαπῶν δὲ αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολάς· οὗτος γὰρ εἰς βίον τέλειον εἰς ἀκμὴν προκόπτει μακαριότη-

ειότητος, ἥτις αὐτοῖς τοῖς Ἀποστόλοις κεκλήρωτο, πρὸς οὓς ἔλεγεν· ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Προσδοκῶν τὴν ἀπὸ σοῦ σωτηρίαν τὴν ἀληθινὴν, οὐ μόνον ἐτήρησα, ἀλλὰ καὶ ἠγάπησα τὰς ἐντολάς. τῆς γὰρ μετὰ ἀγαπήσεως τῶν ἐντολῶν κατορθουμένης ἐνεργείας ὑπαρξάσης, εὐθὺς ἀκολουθήσει τὸ προσδοκώμενον σωτήριον· οὐχ ἕτερον ὂν τῆς τῶν προσδοκωμένων σωτηρίας. εἰ δὲ καὶ τὸν σωτῆρα προσδοκᾷ, περὶ οὗ εἴρηται, Πᾶσα σὰρξ ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, ἀκολούθως ἀγαπᾷ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, οὗ καὶ τὸ σωτήριον προσεδόκησεν· ἵνα καὶ τὴν πρᾶξιν ᾖ καθαρὸς καὶ τὴν προσδοκίαν θεωρητικὸς, προσδοκῶν ἀεὶ καὶ θεωρῶν ἐληλυθότα τὸν θεὸν λόγον ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μόνον τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα, ἀλλὰ καὶ τὰ μαρτύριά σου σφόδρα ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, καὶ ἐφύλαξεν αὐτά. πρότερον μὲν φησιν, ἠγάπων, καὶ ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου· δεύτερον, ἐφύλαξεν ἡ ψυχή μου τὰ μαρτύριά σου· τρίτον, συναγαγὼν ἀμφότερα, φησιν, ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ μαρτύριά σου, ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου κύριε.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ τὰς ὁδοὺς τῶν ἀρετῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τρέχων, ὥστε κατὰ σκοπὸν τοῦ θεοῦ κατορθοῦν αὐτὰς δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, οὔτε δὲ δι' ἐμπορείαν τινὰ ἢ δι' ἐπίδειξιν, οὗτος τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ἐφύλαξε, τὴν ἐλεημοσύνην ἐκ δικαιοσύνης προσφέρων, καὶ χωρὶς ἐπιδείξεως ἐπὶ τῇ νηστείᾳ φαιδρυνόμενος, οὐ σκυθρωπάζων, ἄλλα τε ὅσα καὶ ὅπως τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ διατέτακται.

ρξθ'. ΕΓΓΙΣΑΤΩ Η ΔΕΗΣΙΣ ΜΟΥ ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κατὰ τὰ πρότερα στοιχεῖα ὥδευε πρὸς τὸν θεὸν, καὶ οὐδέπω ἦν ἐγγὺς αὐτοῦ· ὅτε δὲ ἐπὶ τέλει γεγένηται τοῦ λόγου τοῦ προκειμένου, καὶ κατὰ τὸ τελευταῖον παρ' ἑβραίοις στοιχεῖον, τότε εὔχεται ἵνα ἡ εὐχὴ αὐτοῦ ἐγγίσῃ τῷ θεῷ, καὶ φθάσῃ πρὸς αὐτόν. περὶ δὲ τοῦ ἐγγίζειν θεῷ, χρὴ εἰδέναι ὅτι διαφορὰς εὕρομεν ταύτας. ὁ μὲν τελειότερος ἐγγίζει τῷ θεῷ· ὁ δὲ ὑποδεέστερος καὶ ἐγγὺς τούτου, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐγγίζει τῷ θεῷ, εὐχὴν δὲ ἔχει ἐγγίζουσαν

dinis, quæ ipsis Apostolis reposita est, ad quos dixit: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes [in manibus vestris:] & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* (Lucæ 12, 35.)

THEODORI. Cùm à te veram salutem expectarem, non solùm seruaui, verùm etiam dilexi mandata tua. Quando enim opus mandatorum cum dilectione traditum fuerit executioni, illicò expectatum salutare subsequetur: quod non est aliud quàm salus eorum qui expectant. Si verò etiam Saluatorem expectet, de quo dicitur, *Videbit omnis caro salutare Dei*, (Lucæ 3, 6.) consequenter diligit mandata Dei, cuius etiam salutare expectauit; vt & actione purus & expectatione contemplabundus existat, expectans semper & considerans Deum Verbum venientem *quærere & saluum facere quod perierat.* (Lucæ 19, 10.)

ANONYMI. Non solùm mandata tua dilexi, verùm etiam testimonia tua valdè dilexit anima mea, & custodiuit ea. Primùm quidem ait, *Diligebam*, & *Dilexi mandata tua*; secundò, *Custodiuit anima mea testimonia tua*; tertiò, vtraque coniungens, ait, *Custodiui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo Domine.*

Virtus propter bonitatem Dei facienda.

DIDYMI. Qui vias virtutum in conspectu Domini decurrit, vt secundùm intentionem Dei illas propter ipsam earum bonitatem exequatur, non autem propter lucrum aliquod aut ad ostentationem, is mandata Dei custodiuit, cùm eleëmosynam ex iustitia offerat, & absque ostentatione in ieiunio serenus sit, non exterminans faciem, ceteraq; faciat prout lege Dei præceptum est.

TAV.

169. APPROPINQVET ORATIO MEA IN CONSPECTV TVO.] ORIGENIS. In prioribus elemẽtis ambulabat ad Deum, & nondum ei propinquus erat: quando autem fuit in fine propositi sermonis & in littera quæ apud Hebræos est postrema, tunc obsecrat vt oratio eius Deo appropinquet, & ad ipsum perueniat. Ceterùm de propinquitate Dei sciendum, has nos varias reperire. Siquidem is qui perfectior est appropinquat Deo: qui verò inferior & huic propinquus existit, is quidem non appropinquat Deo, sed habet orationem illi

Qui sint gradus & differentia appropinquantium Deo.

CATENA PATRVM.

Exodi 24, 2.

appropinquantem. Vnde de Moyse reperias illud, ***Accedet Moyses solus ad Deum, ceteri autem non accedent***; insuper verò orationem dicentem, ***Appropinquet deprecatio mea***,&c. Quæ porrò horum sit differentia considera-tione dignum est. Deus non est in loco, sed est virtus arcana & ineffabilis & inuisibilis. Si autem Deus non sit in loco, & aliquando tamen Deo appropinquare possimus, vtique per id quod in nobis inuisibile est ipsi appropinquamus. Quid porrò in nobis inuisibile existit, nisi occultus cordis homo, quem Scriptura *interiorem hominem* nominauit? Per hunc igitur possumus appropinquare Deo. Ceterùm possumus quoque appropinquare per Iesum Christum, & presertim si intellexerimus Christum esse iustitiam, esse veritatem, & sapientiam, & resurrectionem & lucem veram: sine his enim minimè possumus Deo appropinquare, sed nec sine pace, quæ cor & intelligentias custodit, quæ est Christus. Quantum autem quis istis destituitur, iustitiâ inquam & sapientiâ, tantumdem talis remotus est à Deo.

Rom. 7, 22.

1. Cor. 1, 32.

Ioan. 1.

Philip. 4, 7.

170. INTRET POSTVLATIO MEA IN CONSPECTV TVO.] ANONYMI. In hac vita sunt sæculares dignitates eorum qui funguntur ijs quę excelsa existimantur in potestatibus & principatibus: sic est etiam animæ dignitas quam habet Apostolus. Siquidem dignitas est esse Apostolum Christi Iesu, & seruare Apostoli characterem. Dignitates quoque sunt ordines Ecclesiastici; vt esse Episcopum v.g. vel Sacerdotem, vel aliud quid ex sequentibus. Dignitates verò animæ sunt, habere virtutes, vel saltem vnam aliquam ex ijs. Cùm igitur quis habuerit istiusmodi dignitatem, quæ propriè ac verè dignitas est, obsecrat Deum dicens: *Intret* dignitas seu *postulatio mea in conspectu tuo: secundùm eloquium tuum eripe me.*

Dignitates animæ sunt virtutes.

ORIGENIS. Rogat vt istiusmodi postulatio sit probata, & stabilis, & irrefragabilis, vt intret in conspectu Domini. Cognoscam autem vtrùm postulatio mea intrauerit in conspectu tuo, si à te liberatus fuero secundùm verbum & postulationem meam & sapientiam tuam. Qui enim omnibus passionibus celsior euasit, & quàm maximè procul ab inutili malitia fuerit segregatus, is ereptus est à Deo secundùm eloquium ipsius. Ceterùm pro *postulatio mea* Aquila quidem *deprecatio*

αὐτῷ. ὅθεν περὶ Μωϋσέως εὕρεσις ἂν τὸ, ἐγγιεῖ Μωσῆς μόνος πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἐγγιοῦσιν· ἐπὶ δὲ τούτου εὐχὴν λέγουσαν, ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου, καὶ ἑξῆς. Τίς δὲ τούτων ἡ διαφορὰ ἄξιον ἤδη θεωρῆσαι. ὁ Θεὸς οὐκ ἐν τόπῳ ἐστὶν, ἀλλὰ δύναμίς ἐστιν ἄῤῥητος καὶ ἄφθεγκτος καὶ ἀόρατος. εἰ δ' οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ ὁ Θεὸς, ἐγγίζειν δέ ἐστι ποτὲ τῷ Θεῷ, δηλονότι τῷ ἐν ἡμῖν ἀοράτῳ ἐγγίζομεν αὐτῷ. τί δὲ ἐν ἡμῖν ἀόρατον, ἢ ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ὃν ὠνόμασεν ἡ γραφὴ ἔσω ἄνθρωπον; τούτῳ γοῦν ἐστιν ἐγγίσαι τῷ Θεῷ. ἔστι δὲ ἐγγίσαι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ μάλιστα ἐὰν νοήσωμεν τὸν Χριστὸν ὅτι ἐστὶ δικαιοσύνη, ὅτι ἐστὶν ἀλήθεια, καὶ σοφία, καὶ ἀνάστασις καὶ φῶς ἀληθινόν· ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔστιν ἐγγίσαι Θεῷ, ἀλλ' οὐδὲ χωρὶς εἰρήνης, τῆς φρουρούσης τὴν καρδίαν καὶ τὰ νοήματα, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. ὅσον δέ τις ἀπολείπεται τούτων, δικαιοσύνης φημὶ καὶ σοφίας, τοσοῦτο μακρὰν ἐστιν ὁ τοιοῦτος τοῦ Θεοῦ.

ρό. ΕΙΣΕΛΘΟΙ ΤΟ ΑΞΙΩΜΑ ΜΟΥ ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κοσμικά ἐστιν ἀξιώματα τούτων τῶν πραττόντων τὰς νομιζομένας ὑπεροχὰς ἐν ἐξουσίαις καὶ ἀρχαῖς· οὕτως ἐστὶ καὶ ψυχῆς ἀξίωμα ὅπερ ἔχει ὁ Ἀπόστολος. ἀξίωμα γάρ ἐστιν εἶναι Ἀπόστολον Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ σώζειν τὸν χαρακτῆρα τοῦ Ἀποστόλου. ἀξιώματά ἐστι καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ τάγματα· τὸ εἶναι Ἐπίσκοπον, εἰ τύχοι ἢ πρεσβύτερον, ἢ ἄλλό τι τῶν ἑξῆς. Ἀξιώματα δὲ ψυχῆς, τὸ ἔχειν τὰς ἀρετὰς, ἢ μίαν τινὰ ἐξ αὐτῶν. ἐὰν οὖν ἔχῃ τίς τοιοῦτον ἀξίωμα, ὃ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐστιν ἀξίωμα, εὔχεται τῷ Θεῷ λέγων· εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου· κατὰ τὸ λόγιόν σου ῥῦσαί με.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Παρακαλεῖ τοιαύτην εἶναι τὴν ἀξίωσιν δόκιμον, καὶ βέβαιον, καὶ ἀκατάγνωστον, ὥστε εἰσελθεῖν ἐνώπιον κυρίου. γνώσομαι δὲ εἰ εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, εἰ ῥυσθείην ὑπὸ σοῦ κατὰ τὸν λόγον καὶ τὸ ἀξίωμά μου καὶ τὴν σοφίαν σου. ὁ γὰρ ἀνώτερος πάντων παθῶν γεγονὼς, καὶ τῆς ἀχρειούσης μακρὰν ὅτι μάλιστα κακίας χωρήσας, ἐῤῥύσθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ λόγιον αὐτοῦ. ἀντὶ δὲ τοῦ τὸ ἀξίωμά μου ὁ μὲν Ἀκύλας δέησίς

μου,

Digitized by Google

μου, ὁ δὲ Σύμμαχος ἱκεσία μου εἰρήκασι. δύο δὴ οὖν αἰτεῖ, τὴν σύνεσιν τῆς ἱεροθεολογίας, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἐν τῷ βίῳ κακῶν· ὃ δὴ καὶ ἡμῖν ἀναγκαῖον.

ροα´. ΕΞΕΡΕΥΞΟΝΤΑΙ ΤΑ ΧΕΙΛΗ ΜΟΥ ΥΜΝΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ ἐρυγὴ ὡς ἐπίπαν γίνεται τοῖς κεκορεσμένοις. πλησθέντες γὰρ οὕτως ἐρευγόμεθα τὴν ποιότητα τῆς τροφῆς ἣν εἰλήφαμεν. Οἶδεν οὖν ὁ θεῖος λόγος πνευματικὴν τροφήν. αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος φησὶν ἄρτος εἶναι· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβάς· ὁ φαγὼν τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ φησὶ γὰρ ὁ λόγος ἔχειν σάρκας ἐν τῷ· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ· ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις. ἐὰν οὖν κορεσθῶμεν τούτου τοῦ ἄρτου, ὅ ἐστι τοῦ λόγου, ἐρευξόμεθα ὕμνον· ποτὲ δὲ ἐξερεύξονται καὶ εὐχήν. τὸ γὰρ αὐτὸ γενέσθαι ἐπάναγκες καὶ διὰ τῆς εὐχῆς· ὅταν δὴ διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου· ἐὰν γὰρ μὴ διδαχθῶ τὰ δικαιώματά σου, ταύτην ἐρυγὴν ἐξερεύξασθαι οὐ δύναμαι.

ροβ´. ΦΘΕΓΞΕΤΑΙ Η ΓΛΩΣΣΑ ΜΟΥ ΤΑ ΛΟΓΙΑ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὁ λέγων τοῦτο, εὔχεται ἵνα ἃ φθέγγεται φθέγξηται λόγοις θεοῦ· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ γέγραπται· Ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ. ὁ δὲ τοιαῦτα εὐχόμενος, ἀργὸν ῥῆμα οὐ λαλήσει. φθέγγεται δὲ κυρίως τὸν περὶ δικαιοσύνης λόγον, οὐχ ὁ φωνῇ μόνῃ αὐτὸ προσφέρων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις καὶ προθέσει πρακτικῇ, τῇ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον εὐθυνομένῃ.

ρογ´. ΓΕΝΕΣΘΩ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ ΤΟΥ ΣΩΣΑΙ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεγάλην χεῖρα ἔχειν λέγεται βασιλεύς, ἀντὶ τοῦ πολλὴν στρατιωτικήν· οὕτως ἐστὶ χεὶρ θεοῦ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ, πᾶσα δύναμις ἀγγελικὴ καὶ ἁγία. πάντα δὲ ταῦτα ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπων ἐξαποστέλλεται· περὶ ἧς γέγραπται, Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ὅλη οὖν ἡ χείρ σου γενέσθω καὶ πᾶσα δύναμις ἁγία, πρὸς τὸ σῶσαί με· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ᾑρετισάμην ὁ μὲν Σύμμαχος εἱλόμην, ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων ἐξελεξάμην, εἰρήκασι. χεῖρα δὲ καλεῖ τὴν θείαν ἐνέργειαν, ὑφ' ἧς ἀντιβολεῖ τῆς θείας σωτηρίας τυχεῖν.

mea, Symmachus verò *obsecratio mea* dixerunt. Duo igitur postulat, scilicet intelligentiam sacrorum oraculorum, & liberationem ac libertatem à malis vitæ huius; quod vtique nobis necessarium est.

CATENA PATRVM.

171. ERVCTABVNT LABIA MEA HYMNVM.] ORIGENIS. Eructatio vt plurimum accidit saturatis. Sic enim repleti eructamus qualitatem cibi quem sumpsimus. Nouerat igitur diuinus hic sermo cibum spiritalem. Ipsum enim Verbum ait se esse panem: *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Etenim hoc Verbum ait quoque se carnes continere: *Qui manducat meam carnem, habet vitam in semetipso: caro enim mea verè est cibus.* Si igitur hoc pane, id est Verbo, saturati fuerimus, eructabimus hymnum: quandoque verò etiam eructabunt orationes. Hoc enim etiam per preces necesse est fieri: quando nimirum docueris me iustificationes tuas: nam nisi iustificationes tuas edoctus fuero, nequaquam valeo istiusmodi eructationem eructare.

Eructat quisque quod sumpsit.

Ioan. 6, 51.

Ibid. 54.

172. PRONVNTIABIT LINGVA MEA ELOQVIA TVA.] APOLINARII. Is qui hæc dicit, rogat vt illa quæ loquitur proferat verbis Dei: nam & alibi scriptum est: *Aperi os tuum verbo Dei.* Qui autem istiusmodi orat, minimè loquetur verbum otiosum. Porrò pronuntiat propriè verbum iustitiæ, non qui solâ voce tenus illud profert, verùm etiam operibus & affectu practico, secundùm rectam rationem directo.

Ezech. 3, 8.

173. FIAT MANVS TVA VT SALVET ME.] ANONYMI. Dicitur Rex habere magnam manum; id est copiosum exercitum: ita manus Dei est vniuersa militia cæli, omnis angelica sanctaque virtus. Omnia autem hæc ad salutem hominum emittuntur; iuxta quod scriptum est, *Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?* Tota igitur manus tua omnisque virtus sancta fiat, vt saluet me; quoniam mandata tua elegi.

Hebr. 1, 14.

THEODORI. Illud *Elegi* Symmachus quidem *Malui*, Aquila verò & Theodotion *Selegi*, dixerunt. Manum autem vocat diuinam operationem, per quam obsecrat vt diuinam salutem adipiscatur.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Dei manus, vtpote Iudicis veri simul ac iusti, alijs quidem fit ad salutem, alijs verò ad correptionem & supplicium. Verùm si mandata Dei elegerimus, quantumuis alij impedimenta obiecerint, quantumuis insidias struxerint visibiles inimici, Dei tamen dextra nos seruare etiam ex improuiso potest. Eò enim quòd legem elegerimus, omnino etiam concedit vt illam exequamur.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ τοῦ Θεοῦ χείρ, ἐπειδὴ κριτής ἐστιν ἀληθινὸς ἅμα καὶ δίκαιος, τοῖς μὲν εἰς τὸ σώζειν, τοῖς δὲ εἰς τὸ παιδεύειν καὶ τιμωρεῖσθαι γίνεται. ἀλλ᾽ ἐὰν τοῦ Θεοῦ τὰς ἐντολὰς ἑλώμεθα, κἂν ἐμποδίζωσιν ἕτεροι, κἂν ἐπιβουλεύωσιν ἐχθροὶ ὁρατοί, ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ σῶσαι ἡμᾶς καὶ ἀπὸ σκοποῦ δύναται. αὐθ᾽ ἂν γὰρ τὸν νόμον ἐξελεξάμεθα, πάντως αὐτὸν καὶ κατορθῶσαι δίδωσι.

174. CONCVPIVI SALVTARE TVVM DOMINE.] DIDYMI. Plurimi homines concupiscunt salutare, at non Dei, sed carnis salutare, quod in mundo est. Verùm opus est vt salutare Dei concupiscamus vt in Deo saluemur, in ipso quiescamus, sancta hereditemus. Hoc enim salutare Dei est vita æterna.

ροδ΄. ΕΠΕΠΟΘΗΣΑ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιποθοῦσι σωτήριον, ἀλλ᾽ οὐ τὸ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ τῆς σαρκὸς σωτήριον, τὸ ἐν κόσμῳ. ἔργον δέ ἐστιν ἐπιποθῆσαι τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ὥστε ἐν Θεῷ σωθῆναι, ἐν αὐτῷ ἀναπαύεσθαι, κληρονομῆσαι τὰ ἅγια. τὸ γὰρ σωτήριον τοῦ Θεοῦ τοῦτό ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή.

ATHANASII. Si per hunc sermonem transscendere volueris, salutare Dei Christus est: nam Iesus interpretatur Dei salus: hic nobis missus est.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐὰν θέλῃς ἐπαναβῆναι τῷ λόγῳ, τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός ἐστιν· Ἰησοῦς γὰρ ἑρμηνεύεται Θεοῦ σωτηρία· οὗτος ἡμῖν ἐπέμφθη.

175. VIVET ANIMA MEA, ET LAVDABIT TE.] ORIGENIS. Ad futurum tempus vitam animæ retulit. *Vita* enim *nostra abscondita est cum Christo in Deo.* Tunc laudabit propriè Deum.

Coloss. 3, 3.

ροε΄. ΖΗΣΕΤΑΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ, ΚΑΙ ΑΙΝΕΣΕΙ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἀνήνεγκε τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς. ἡ γὰρ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. τότε ὑμνήσει κυρίως τὸν Θεόν.

APOLINARII. Rectè, inquit, scio iudicia tua, quæ alijs formidanda sunt, mihi opem latura. *Reddes* enim *vnicuique secundùm opera eius.*

Rom. 2, 6.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Εὖ οἶδα, φησίν, ὅτι τὰ σὰ κρίματα, ἑτέροις ὄντα φοβερά, ἐμοὶ βοηθήσει· ἀποδώσεις γὰρ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

176. ERRAVI SICVT OVIS QVÆ PERIIT.] ATHANASII. Postquam dixerat se opera eius perfecisse, rursus semetipsum vocat ouem perditam, exhibens humilitatem.

ρος΄. ΕΠΛΑΝΗΘΗΝ ΩΣ ΠΡΟΒΑΤΟΝ ΑΠΟΛΩΛΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μετὰ τὸ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ ἔργα κατωρθωκότες, πάλιν πρόβατον πεπλανημένον ἑαυτὸν λέγει ἑαυτόν, ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύων.

DIDYMI. Etsi errauerim, minimè tamen oblitus sum mandatorum tuorum, sed volui secundùm illa viuere. Quære me, suscipe reuertentem ad te.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ καὶ ἐπλανήθην, οὐκ ἐπελαθόμην τῶν ἐντολῶν σου, ἀλλ᾽ ἠθέλησα βιῶσαι κατ᾽ αὐτάς. ζήτησόν με, ἀνάλαβε ἐπανελθόντα πρὸς σέ.

ANONYMI. Quære me seruum tuum. *Venisti* enim *quærere & saluum facere quòd perierat.* Quære autem me, vt inuenias ad hoc paratum; quia mandata tua desideraui.

Luc. 19, 10.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ζήτησον ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου. ἦλθες γὰρ ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. ζήτησον δὲ ἐμέ, ἐπὶ τὸ εὑρεῖν ἕτοιμον ὄντα πρὸς τοῦτο· ὅτι ἐπεπόθησα τὰς ἐντολάς σου.

THEODORI. Accurrit bonus pastor ad ouem quæ perierat, & circumiens montes & colles (in illis enim errauerat dæmonibus seruiens) inuenit eam, & in humeros assumens reduxit, & super eam magis gauisus fuit quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt.

Matth. 18, 12.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἔδραμε ὁ καλὸς ποιμὴν ἐπὶ τὸ πλανώμενον πρόβατον, καὶ περιελθὼν τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς (παρὰ ταῦτα γὰρ ἐπλανᾶτο λατρεύον τοῖς δαίμοσιν) εὗρεν αὐτό, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων λαβὼν ἐπανήγαγε, καὶ ηὐφράνθη ἐπ᾽ αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα ἐννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

SIN. 161. PRINCIPES *persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.*] Immeritò nempe Saül Dauidem persequebatur: sed hic, vt ab eius insidijs terrore plenis se liberaret, solum Deum formidabat. Vbi D. Ambrosius Serm. 21. in hunc Psalmum: *Vtinam ego*, inquit, *talis esse merear, vt si fortè persecutor ingruerit, non considerem suppliciorum meorum acerbitatem, non metiar tormenta, non cogitem vllius atrocitatem doloris; sed hæc omnia leuia ducam, trepidem ante Christum, ne Christus me neget, ne Christus excludat.* Et paulò post: *Qui habet*, inquit, *in corde suo verba Dei, excludit sermones Principum à corde suo: excludit timor timorem. Si enim ingressus quis balnea Solis deponit æstus, & calor excludit calorem; quantò magis diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum? feruorem gratia sæcularis gratia feruor æternæ?*

Iudicij diuini timor timorem humanum excludit.

162. *Lætabor ego super eloquia tua*, &c.] Pulchrè ad hunc locum S. Ambrosius: *Meritò*, inquit, *exulto, sicut qui inuenit spolia multa: inueni Scripturam sacram, inueni vetus Testamentum, inueni Nouum, inueni admirabilem Consiliarium Christum, inueni Paulum prudentem architectum*, & cetera, quæ vir tantus summo gaudio delibutus & exultans fundit. Hæc autem piæ mentis & feliciter otiosæ spolia vel potiùs præmia sunt eiusmodi, vt in ijs viri sapientes repositam esse hominum felicitatem in hoc vitæ cursu existiment. Cùm enim in libris qui diuino afflatu conscripti sunt, noua semper occurrant quæ discamus & admiremur, non mirum est, si inexplicabilis quædam animi suauitas ex eorum lectione affluat: quæ tum maior solet esse, cùm in profundis & latentibus mysterijs eruendis mens omni contentione elaborauit. Quod video à S. Augustino animaduersum in Psal. 38. expositione: vbi multam ait esse delectationem in diuinis Litteris, in verbo Dei, in Parabola aliqua Scripturarum scrutata & inuestigata, *ex dulcedine inuentionis, quam præcessit labor inquisitionis.* Idem alio loco in Psal. 106. de magnis & profundis Sacramentis mysteriorum plenis, quæ latent in Oraculis diuinis: *Quàm dulciter inuenta, quàm diu latentia.* Deinde incredibilis quædam dissimilium rerum multitudo & copia infinitam propè dicam & humanissimam oblectationem efficit. Habet enim Scriptura sancta eximiam varietatem, expressam in ea Regina, vt ait S. Basilius in Psal. 44. quæ in vestitu deaurato circumdata est varietate. Nam dogmata Christiana non vnius, inquit, sunt generis, sed ποικίλα καὶ πολύτροπα, *multiplici & insigni varietate fulgentia*, vt quæ habeant ἠθικούς τε, καὶ φυσικοὺς, καὶ τοὺς ἐποπτικοὺς λεγομένους λόγους, *Ethicos, Physicos & Epopticos sermones*, ad mysticam Theologiam pertinentes, quibus omne genus grauiorum scientiarum est complexus. Ob hanc causam non verentur sancti Patres dicere, in diuinis libris esse fontes omnium scientiarum, è quibus magni Græciæ Philosophi, aliique apud alias nationes eruditionis nomine clari, riuulos suos duxissent. Præclarè in hanc rem Theodoretus lib. 2. de Cur. Græc. *Cur non ad Moysem Oceanum Theologiæ transimus, a quo, vt Poëticè dicam, fluuij omnes & maria deriuantur? Illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras, Platoque post eos, parua quædam veritatis lumina quædamque initia desumpserunt.* Accedit verò quiddam in diuinis Litteris ad gignendam animi delectationem, quod in alijs disciplinis non inuenitur: agit enim in illis Deus, seque in intimum insinuat pectus, & gratiæ suæ rorem instillat. Et si verùm est, quod aiebat Tatianus Orat. contra Græcos, eloquia diuina efficere illos, qui animum ijs applicuerint, θεοφιλεῖς, *Deo acceptos*, verè omnino dici potest, nihil esse eâ lectione & meditatione iucundius.

Mira delectatio lectionis Scripturæ.

Scriptura est fons scientiarum.

164. *Septies in die laudem dixi tibi*, &c.] Hæc verba sic exponit S. Augustinus: q.d. Sæpiùs aut semper laudem dixi tibi, id est, gratias egi *super iudicia iustitiæ tuæ*: quia cùm ego dignus sim qui semper à te puniar, & peccatorum pœnas luam, non tamen semper me castigas, non semper me supplicio afficis. Et ob hanc eamdem causam instituit Ecclesia, vt septem diei temporibus laus Deo dicatur, & conceptas precationes recitent qui Sacris inseruiunt, quas septem Horas Canonicas appellari decreuit. Quia etiam viri iusti, qualibus semper Ecclesia abundat, sæpiùs delinquunt, & passim se offendere putant, & ob id subinde sine intermissione feriendos irâ Dei se credunt; agunt verò semper gratias, quòd quandoque à supplicijs cesset, iramque cohibeat. Ergo vide districtum Dei examen & peccatorum grauitatem, quæ tanta est, vt vel viri pij putent se dignos esse, qui sine intermissione feriantur ob leuia peccata quæ committunt. *Super iudicia iustitiæ tuæ* (inquit S. Augustinus) *septies in die quod ait, significat semper: solet quippe ipse iste numerus vniuersitatis esse indicium, propter quod sex diebus diuinæ operationis septimus adiectus est quietis, & per septem dies currentes & remorantes tempora vniuersa voluuntur. Nec ob aliud dictum est, Septies in die cadit iustus, & resurgit. id est, Non perit iustus modis omnibus humiliatus, sed non præuaricatus; alioquin non erit iustus. Nam pro omni genere tribulationis, quâ in conspectu hominum deijcitur, positum est, Septies cadit; & pro eo quod ex omnibus tribulationibus proficit positum est, Resurgit. Satis illustrat in eo libro consequens sententia præcedentem: ibi enim sequitur; Impij autem infirmabuntur in malis. Hoc est itaque iusto septies cadere & resurgere, in omnibus malis non infirmari. Meritò ergo septies in die laudauit Ecclesia Deum super iudicia iustitiæ ipsius, quia cùm tempus esset vt iudicium inciperet à domo Dei, in omnibus tribulationibus suis non infirmata, sed coronis Martyrum glorificata est.*

Septies pro sæpè aut semper ponitur in Scripturis.

165. *Pax multa diligentibus legem tuam.*] Vocat *multam*, hoc est amplam, copiosam, abundantissimam, & quantum sinit humani æui imbecillitas, & in communi omnium exilio acerbi

Pax multa diligentibus legem.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII. Psal. 36, 11.

vitæ casus, plenam & perfectam: sic alio loco dixit mansuetos, qui se Deo libentissimè in omni vitæ parte subijciunt, delectari *in multitudine pacis*. Ad hanc autem pacem consequendam removenda in primis animi labes atque turpitudo, ne offensus Deus exacuat vt fulgur gladium suum, & animam peccatricem & belligerantem cruentet: concilianda est illius amicitia, quæ gratiam inducat proxenetriam felicissimæ & amabilissimæ pacis, quæ mortalium eximium bonum est, & cæli donum. Adiungenda est deinde voluntas fidelissimusque conatus ad Dei voluntatem, in cuius seruitute mori debemus, & in omni vita imperijs illius sanctissimis obedire. Hæc regio est pacis, in qua Deus inuenitur: hæc cum summo & inexplicabili bono animæ coniunctio: inde felix aureaque beati æui tranquillitas in interioris animi politia exoritur. Quò spectat hoc oraculum: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Qui legem illam & iustissimam Numinis voluntatem oppugnant, tametsi rerum omnium abundantissimâ copiâ circumfluere videantur, non fruuntur vllâ verâ solidâque animi tranquillitate, quorum capiti horribile Dei fulmen imminet. Iustorum proprium est illud bonum, qui totâ mente & deuoti animi conatu ad amandum honorandumque Deum feruntur, & ad nutum sese illius accommodant.

Lex Dei ex dilectione seruanda.

167. *Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.*] Vbi illa particula & videtur caussalis, vt sæpè aliàs. Custodiuit, quia dilexit. Aut certe sensum auget, vt vult S. Ambrosius Serm. 21. in hunc Psalmum: *Plus*, inquit, *est diligere quàm custodire; quia custodire interdum est necessitatis vel timoris, diligere charitatis. Ideò cum hic dixisset Custodiuit, adiecit Dilexit, vt custodia amantis fuerit, non timentis.* Quare Christus Dominus suos discipulos non dicebat seruos, sed amicos, ne seruiendo coactè, sed diligendo spontaneè obedirent. quod egregie notauit S. Ambrosius Serm. 13. in hunc Psalmum: *Dominus*, inquit, *operationes seruulorum suorum spontaneas probat potiùs quàm coactas: ideò ex seruis liberos facit, vt magis voluntatum nostrarum munera quàm necessitatum obsequia conferamus.*

Ioan. 15, 15.

XXV.

169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo*, &c.] Quasi diceret: Non deficiat oratio mea, non resiliat à suo ascensu, deorsum in terram non retorqueatur; si quidem diuinæ legis obseruantiâ nititur, & virtutum præsidijs tamquam alarum remigijs in sublime promouetur. Vnde S. Ambrosius Serm. 22. in hunc Psalmum: *Volare*, inquit, *facit orationem bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus Sanctorum ad Deum euehatur oratio.* Et statim subdit: *Dauid orationem suam dirigit in cælestia, dans illi flabra iustitiæ, sapientiæ flamina & remigia deuotionis, & fidei, innocentiæ puritatisque subsidia. Peccato enim ingrauescit oratio, & longè fit à Deo: tantò autem plus grauatur, quantò improbior est vita deprecantis. Innocentium ascendit oratio.* Itaque si bonis operibus oratio nitatur, ad diuinum conspectum feliciter euolabit.

Bona vita addit alas orationi.

170. *Intret postulatio mea.*] Græcè ἀξίωμα: quod S. Ambrosius vertit *dignitas*, ac præfert interpretationi Vulgatæ. Ceterùm vtramque lectionem in concordiam redigit satis aptè. ac si dicat: Memineris, rogo, vt rationem habeas dignitatis meæ, siue vt respicias ad personam publicam quam gero. Effert enim hæc verba Dauid in persona ministrorum Ecclesiæ, qui publicam personam agentes, & nomine totius Ecclesiæ orationem fundunt. Ait ergo: Audi ô Deus preces quas nomine Ecclesiæ profero. Nam hoc genus orationis maximè gratum solet esse Deo, & cùm sit dignum vt statim exaudiatur, dicitur intrare in conspectu Dei. Hac occasione S. Ambrosius plura enumerans quæ faciant orationem intrare in conspectu Dei: *Si*, inquit, *pro vidua roges, si pro pupillo, si roges pro misericordi, si roges pro nimium deuoto & fideli, si roges in tribulatione, roges cum dolore: si mœsto & ipse qui rogas compatiaris affectu, intrat oratio tua Dei gratiam, intrat domum eius, si tecum Ecclesia deprecetur, si populus vniuersus imploret, vt Domini inclinet fauorem.*

Quæ oratio intret in conspectu Dei.

171. *Eructabunt labia mea hymnum*, &c.] Dauid de iustificationibus diuinis edoceri cupiebat, vt non alios quàm diuinos sermones eructaret: quasi non posset non de Deo loqui, qui de Deo doceretur. Et statim, quasi non satis esset eructare, quod fit per discreta interualla, sed habere iugem & continuam de rebus diuinis orationem oporteret, subdit:

Dei verba eructanda.

172. *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum.*] Vt nimirum qui Deum perfectè disceret, Deum perpetuò loqueretur. Ad quem locum D. Ambrosius Serm. 22. *Qui*, inquit, *didicerit iustitias Dei, loquitur verbum Dei, otiosum verbum non loquitur.* Et statim docet verbum otiosum esse quod de rebus profanis instituitur, imò periculosum; quale proinde Dauid effugiebat dicens: *Non loquatur os meum opera hominum.* Et rationem reddit, cur hoc verbum periculosum arbitretur: *Non enim*, inquit, *mediocre periculum est, cùm habeas tanta eloquia Dei, & opera Dei quæ fecit in Genesi, in Exodo, in Leuitico, & in ceteris Scripturæ libris, si illis prætermissis loquaris quæ sæculi sunt.* Ita S. Ambrosius.

Psal. 16, 4.

173. *Fiat manus tua vt saluet me.*] Secundùm sensum mysticum pulchrè ad hunc locum S. Gregorius, explicans ista verba Ezechielis, *Et facta est super eum ibi manus Domini*, ita philosophatur: *Manus vel brachium Domini Filius dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt. de quo etiam Psalmista ait:* Fiat manus tua, vt saluum me faciat. *Manus quippe Dei, quæ per diuinitatem non est facta, sed gratia per humanitatem facta est, vt humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo Propheta incarnationem vnigeniti agnouit, vbi super se manum Domini factam vidit.*

Ezech. 1, 3.

Manus Domini est Filius Dei.

175. *Iudicia tua adiuuabunt me.*] Quænam sunt illa Dei iudicia quæ nos adiuuant, cùm potiùs impios torqueant, & omnibus timorem incutiant? Respondet S. Ambrosius, memoriam futuri iudicij pios adiuuare ac gaudio perfundere, propter spem salutis, impios verò terrere, quia non resurgent in iudicio: id est, Non lætabuntur, non attollent caput, sed multo mœrore deprimentur. Nempe Christus Iudex auxilium & solatium adfert pijs, mœrorem ac terrorem impijs.

Iudicium Dei solatur pios, terret impios.

176. *Erra-*

Digitized by Google

Ouis error facilis, & veniâ dignus.

176. *Erraui sicut ouis quæ perijt*, &c.] q. d. Fateor me errasse & à pietatis itinere deflexisse; sed ipse lapsus ad maiorem pietatis apicem me euehat quàm priùs tenui: ideò scilicet se quæri postular, quia instar ouis errauerat; & hunc errorem ad sui defensionem inducit, & quodammodò gloriatur, quòd sicut ouis errauerit. Lucem accipit hic locus à Parabola Christi Luc. 15. vers. 4 in persona boni Pastoris ouem perditam quærentis, & in humeros attollentis. *Vides ergo* (inquit Ambrosius in hunc locum) *quia errori renuntiasse non vitij, sed profectus est. Nec immeritò ceteris antefertur, quia plus est à vitio se reuocasse, quàm propè vitia ipsa nesciisse*. Pulchrè autem ibidem expendit illa verba *quæ perierat*, vt ipse legit, non verò *quæ perit*, de præsenti; quia dum se errare cognouit, errare desiuit; atque adeò qui verè errauerat, dum ignorabat se errare, dum errorem agnouit, destitit errare; & qui errorem deposuit, rogat Deum, vt se in veram viam reducat.

IN PSALMVM CXIX. ARGVMENTVM.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, εἰς τὰς ἀναβάσεις, ὁ δὲ Θεοδοτίων, ᾆσμα τῶν ἀναβάσεων. τίνος δὲ ἕνεκεν οὕτως εἴρηνται; Κατὰ μὲν ἱστορίαν, ὅτι περὶ τῆς ἀνόδου διαλέγονται τῆς ἐκ Βαβυλῶνος· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ὅτι εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν χειραγωγοῦσι· καὶ γὰρ ἡ ἐκεῖ φέρουσα ἀναβαθμοῖς ἔοικε, κατὰ μικρὸν ἀνάγουσα τὸν φιλάρετον. Οὐ ταῦτα δὲ ἕκαστος τῶν ψαλμῶν προθεσπίζει· ἀλλ' ὁ μὲν τὰς ἐν Βαβυλῶνι συμφορὰς καὶ τὴν θείαν εὐμένειαν· ὁ δὲ τῆς ἐπανόδου τὰ εὐαγγέλια· ὁ δὲ τὴν κατὰ τὴν ὁδὸν εὐφροσύνην· ὁ δὲ ἄλλο τι τῶν μετέπειτα, ἵνα τὸ ποικίλον τῆς ᾠδίας ἀπελαύνῃ τὸν κόρον τῆς ἀηδίας.

1. Canticum graduum.

Cur hi Psalmi graduum vocentur.

Aquila quidem & Symmachus, In ascensus, *Theodotion verò*, Carmen ascensuum. *Cur autem sic dicti sunt? Secundùm historiam quidem, quia disserunt de reditu è Babylone: secundùm anagogen verò, quia ad viam virtutis manu ducunt; quandoquidem via quæ eò ducit gradibus assimiletur, virtutis amatorem sensim adducendo. Non eadem tamen singuli Psalmi Graduum vaticinantur; sed alius quidem calamitates in Babylone toleratas & diuinam beneuolentiam; alius autem reditus promissiones; alius verò viæ iucunditatem; alius denique aliud quidpiam eorum quæ posteà contigerunt, vt varietas concentus nauseam abigeret satietatis.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΠΡΟΣ κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσέ μου.

Εἶπεν ὅτι θλιβόμενος ἐκέκραξα· τί δὲ ἐβόησεν ἐπάγει·

β΄. Κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας.

Ἐδεήθην, φησὶ, τοῦ θεοῦ ῥυσθῆναι τῶν διαβαλλόντων· εἶτα ἐπιφέρει πρὸς αὐτοὺς τὸν λόγον, καί φησι·

γ΄. Τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν;

Ἀντὶ τοῦ, ποία δὲ ἀξία τιμωρία γένοιτο γλώσσης δολιευομένης;

δ΄. Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα

AD Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Dixit se cùm affligeretur exclamasse: quid autem clamauerit subiungit:

2. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.

Rogaui, inquit, Deum vt à calumniantibus liberarer: deinde subiungit ad illos sermonem, & ait:

3. Quid detur tibi,* & quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

* *Vulgata aut*

Id est, Quali porrò supplicio digna sit lingua dolosa?

4. Sagittæ potentis acutæ cum

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

cum carbonibus desolatorijs.

Potentem appellat ipsum Deum. Vult igitur dicere, quòd etiam Deus habeat supplicia quæ desolantem ignem imitentur. *Desolatorios* enim vocat desolationem afferentes. Deinde deplorat commorationem in terra aliena, & ait:

5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est:

Id est: Multo enim tempore ago in terra aliena. deinde dicit etiam vbi: subdit enim:

Habitaui cum habitantibus Cedar:

Cedar appellat Idumæam, quam habitabant posteri Esau, Nabaioth & Cedar.

6. Multum incola fuit anima mea.

Id est, Multo tempore in aliena terra commoratus fui.

7. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cùm loquebar illis impugnabant me gratis.

Etenim, inquit, ego erga illos qui me modò gratis oppugnant eram pacificus: illi verò, inquit, cùm pacificus essem me non sustinuerunt, sed assiduè me oppugnabant.

σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς.

Δυνατὸν αὐτὸν καλεῖ τὸν Θεόν. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἔχει καὶ τιμωρίας ὁ Θεὸς μιμουμένας πῦρ ἐρημοποιόν. ἐρημικοὺς γὰρ τοὺς ἐρημοποιοὺς λέγει. εἶτα ἀποδύρεται τὴν ἐν ἀλλοδαπῇ διατριβήν, καὶ φησιν·

έ. Οἴ μοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη·

Ἀντὶ τοῦ· πολὺν γὰρ χρόνον ἔχω ἐν ἀλλοδαπῇ διάγων. εἶτα λέγει καὶ ποῦ· ἐπάγει γάρ·

Κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων κηδάρ·

Κηδὰρ τὴν Ἰδουμαίαν λέγει, ἣν ᾤκουν οἱ ἀπόγονοι τοῦ Ἡσαῦ, Ναβαιὼθ καὶ Κηδάρ.

ς΄. Πολλὰ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου.

Ἀντὶ τοῦ, πολὺν χρόνον παρῴκησεν ἐν ἀλλοδαπῇ.

ζ΄. Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικός· ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς ἐπολέμουν με δωρεάν.

Καίτοι γε, φησὶν, ἐγὼ πρὸς τοὺς νῦν πολεμοῦντας με δωρεὰν ἤμην εἰρηνικός· ἐκεῖνοι δέ, φησιν, οὐδὲ εἰρηνεύοντος ἠνείχοντο, ἀλλὰ πολεμοῦντες πρὸς ἐμὲ διετέλουν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Templum Ierosolymitanum habebat gradus quindecim.

SCIENDVM autem quomodo templum Ierosolymitanum habuerit quindecim gradus, illique qui hymnis decantandis præerant, inter adscendendum in quolibet gradu consistentes canticum recitarent: vnde etiam contigit cantica ista gradibus esse numero paria. de his autem dictum est in libris Paralipomenon.

In tribulatione Deus inuocandus.

1. AD DOMINVM CVM TRIBVLARER.] Hoc exordium & mœroris magnitudinem & diuinæ benignitatis excessum insinuauit. Mœrens, inquit, deprecabar; & illicò annuit inuocanti. Vidisti lucrum tribulationis. Et tu igitur in tribulatione constitutus ne desperes. Obserua autem hîc etiam exemplum Euangelicum: *Orate*, inquit, *vt non intretis in tentationem*. Nulla verò tentatio par est conuersa-

Matth. 26, 41.

ΙΣΤΕΟΝ δὲ ὡς ὁ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ναὸς ἀναβαθμοὺς εἶχε δεκαπέντε, καὶ ἐφ' ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ἀναβαίνειν, εἰς αὐτὸν ἑστηκότες οἱ εἰς τὸ ὑμνεῖν τεταγμένοι ᾠδὴν ἔλεγον· διὸ καὶ συνέβη ἰσαρίθμους ᾠδὰς τοῖς ἀναβαθμοῖς εἶναι. εἴρηται δὲ τὰ περὶ τούτων ἐν τοῖς παραλειπομένοις.

ά. ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΝ ΤΩ ΘΛΙΒΕΣΘΑΙ ΜΕ.] Καὶ τὸ μέγεθος τῆς αἰτίας ἐνέφηνε τὸ προοίμιον καὶ τὴν τῆς θείας φιλανθρωπίας ὑπερβολήν. Λυπηθείς, φησιν, ἐδεήθην· καὶ εὐθέως καλοῦντι ἐπένευσεν. Εἶδες τῆς θλίψεως τὸ κέρδος. καὶ σὺ τοίνυν ἐν θλίψει γενόμενος μὴ ἀπογίνωσκε. ὅρα δὲ κἀνταῦθα εὐαγγελικὸν παράδειγμα· Εὔχεσθε, φησι, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Οὐδεὶς δὲ πειρασμὸς ἴσος τοῦ δολερῷ περιτυχεῖν

χεῖν ἀνθρώπῳ· ἔστι γὰρ καὶ θηρίου χαλεπώτερος· τὸ μὲν γὰρ ὅπερ ἐστὶ φαίνεται· οὗτος δὲ ὑπὸ παραπετάσματι ἐπιεικείας τὸν ἰὸν ἀπέκρυψεν, ὡς δυσφορωτάτην γενέσθαι τὴν ἐνέδραν. εἴποι δ' ἄν τις, μάλιστα ἄδικα χείλη ἐκεῖνα τὰ περὶ τὴν ἀρετὴν βλάπτοντα. εἶτα ψυχαγωγοῦσα τοὺς ἀθυμοῦντας ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, ὡσανεὶ ἐρωτῶντός τινος τό· τί δοθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; ἐπάγει· τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ. ὡσεὶ ἔλεγε· ποία εὑρεθείη τῆς κακίας ταύτης ἀξία τιμωρία; πρῶτον μὲν, φησιν, ἀξία τιμωρία, τὸ οἴκοθεν τὴν κακίαν ἔχειν, ἔπειτα καὶ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ πληγή. διὸ ἐπήγαγε· Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ. βέλη μὲν τὰς τιμωρίας καλῶν, ἀπὸ τῆς ὀξύτητος τῶν ἀφιεμένων βελῶν ἐκ δυνατοῦ. Ἄνθρακας δὲ ἐρημικοὺς τοὺς ἐρημοποιοὺς τοὺς ἀφανιστικούς. Μὴ ἀθύμει, φησὶν, ὑπὸ τῆς ἀδίκου γλώττης βαλλόμενος· εὐτρεπεῖς γὰρ παρὰ δικαίου κριτοῦ πεμπόμεναι τιμωρίαι. Ἄλλος· Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκόνηται μετὰ ἀνθράκων ἐστοιβασμένων· ἄλλος· ἐν ἀνθρακιαῖς ἀρκευθίναις· τῇ μεταφορᾷ τῶν ὀνομάτων αὔξων τὸν φόβον. τό τε γὰρ ἐστοιβασμένων τό τε ἀρκευθίναις τὴν αὐτὴν ἔχει λέξιν. κἀκεῖ μὲν τὸ πλῆθος παρίστησιν, ἐνταῦθα δὲ τὴν ποιότητα καὶ τὴν σφοδρότητα τῆς τιμωρίας. οἱ δὲ ἑβδομήκοντα ἄνθραξιν ἐρημικοῖς, ἀντὶ τοῦ ἐρημοποιοῖς, δαπανῶσιν, ἀναλίσκουσιν, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ὑλῶν τοῦ θεοῦ τὰς τιμωρίας χρηματίζοντες. εἶτα ἀποδύρεται τὴν ἐν ἀλλοδαπῇ διατριβὴν, καί φησιν·

έ. ΟΙ ΜΟΙ, ΟΤΙ Η ΠΑΡΟΙΚΙΑ ΜΟΥ.] Ἕτερος· Οἴ μοι, ὅτι παροικίαν παρέλκυσα· ἄλλος· ὅτι προσηλύτευσα ἐν μακρυσμῷ. ταῦτα μὲν οὖν θρηνοῦσιν ὑπὲρ τῆς αἰχμαλωσίας. Ὁ δὲ Παῦλος ὑπὲρ τῆς ἀναισίου ζωῆς ἀποδύρεται λέγων· Καὶ γὰρ αὐτοὶ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν. καὶ γὰρ παροικία ὁ παρὼν βίος. εἰκότως δὲ ἀποδύρεται ὁ προφήτης τὴν ἐνταῦθα ζωὴν σκότῳ παραπλησίαν οὖσαν. Κηδὰρ γὰρ σκοτασμὸς ἑρμηνεύεται. οἱ δὲ ἐν Βαβυλῶνι Ἰουδαῖοι, ἅτε τῶν ἀπογόνων Ἠσαῦ, Ναβαιὼθ καὶ Κηδὰρ ἐκεῖσέ που πλησίον οἰκούντων, ἄνωθεν μεμισημένων ὄντων (ἔκβαλε γάρ, φησι, τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς) εἰκότως νῦν ὀλοφύρονται, ὡς οἱ ἐλευθερίας ἀξιωθέντες, πάλιν μετὰ τῶν δούλων συνδιάγουσιν. ἢ βαρβάρων τινῶν λί-

tioni hominis dolosi: hic enim quauis ferâ truculentior est: siquidem illa quid sit apparet; hic verò sub velamento æquitatis venenum suum abscondit, ita vt insidiæ eius sint toleratu difficillimæ. Dixerit autem quis, illa labia maximè iniqua esse quæ virtuti officiunt. Deinde gratiâ spiritus mœrentes consolans, nonnemine quodammodò interrogante: *Quid detur tibi ad linguam dolosam?* subiungit: *Sagitta potentis.* ac si diceret: Quale supplicium tantâ malitiâ dignum reperiri possit? Primum quidem, inquit, supplicium illâ dignum est, quòd domi suæ malitiam habeat, deinde illi etiam à Deo plaga obueniat. Quapropter subiunxit: *Sagitta potentis.* sagittas quidem appellans supplicia, sumpto exemplo à celeritate sagittarum à potente emissarum. Carbones verò desolatorios vocat illos qui desolationem & interitum adferunt. Ne afflicteris, inquit, ab iniqua lingua percussus: parata namque sunt supplicia à iusto Iudice emittenda. Alius legit: *Sagitta potentis acuta cum carbonibus constipatis:* alius: *In carbonibus iuniperinis:* ex horum nominum translatione timorem adaugens. Nam & illud *constipatis* & illud *iuniperinis* eumdem sensum habet. In illo namque multitudinem, hîc verò qualitatem & supplicij vehementiam declarat. Septuaginta autem dixerunt *carbonibus desolatorijs*, id est desolantibus, consumentibus, euertentibus, à nostris materijs supplicia Dei figurantes. Deinde deplorat in aliena terra commorationem, & ait:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Homo dolosus quauis ferâ nocentior.

Qualesit supplicium lingua dolosa.

5. HEV MIHI, QVIA INCOLATVS MEVS.] Alius: *Hei mihi, quia incolatum protraxi:* alius: *Hei mihi, quia aduena fui in prolongatione.* Hæc quidem illi lamentantur de captiuitate. Paulus autem miserabilem hanc vitam deplorat dicens: *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus.* Est enim præsens vita incolatus. Meritò autem Propheta deflet hanc vitam tenebris non absimilem. Cedar enim obtenebratio interpretatur. Iudęi autem qui in Babylone erant, cùm essent ex posteris Esau, Nabaioth & Cedar illic alibi in vicinia habitantibus, qui desuper inuisi erant (*Ejjce* enim, inquit, *ancillam & filium eius*) meritò nunc lamentantur, vtpote qui cùm libertate dignati fuissent, nunc iterùm cum seruis commorentur. Vel barbarorũ quorumdam genus

Vita præsens incolatus & peregrinatio est.

2. Cor. 5, 4.

Cedar quid interpretetur.

1. Paral. 1, 29.

Gen. 22.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quæ sit regio Cedar.

dicit, tabernaculis & tugurijs vtentium. Cedar enim regio quædam est in deserto ad Orientem sita, & vsque ad Persarum terram pertingens, in qua genus Sarracenorum commoratur, vbi incola fuit populus captiuus. Quomodo autem ait, ***Multum incola fuit anima mea?*** Nam septuaginta dumtaxat anni erant. Sed non appellat illos multos propter multitudinem, sed propter rerum difficultatem. Malitia autem Babyloniorum erat, quòd pro nihilo oppugnarent eos qui pacificè agebant: nam cùm nihil possent expostulare, insidias struebant. Vidisti quomodo ostendat, quàm graue sit illic versari? Non enim dixit, ***Cum ijs qui non habent pacem***, sed, ***Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.*** Vidisti commodum afflictionis? Quis autem nostrûm poterit hoc dicere? Satis enim fuerit si cum pacificis simus pacifici. Hic autem etiam cum ijs qui pacem oderant erat talis. Ceterùm illud, ***Cùm loquebar illis impugnabant me***, alius ait, ***Cùm loquebar illis ad bellum.*** Vel igitur, quia cum his qui oderant pacem eram pacificus quando loquebar illis: vel quia quando ipsis loquebar ipsi me oppugnabant. Quod autem dicit tale est: In ipso tempore collocutionis, quando, inquit, maximè ostendebam charitatem, tunc efferabantur, tunc dolos struebant; ego tamen etiam tunc propriam virtutem ostendebam. Ita etiam nos oportet affici, quantumuis iaculentur, quantumuis insidientur.

Agendum etiam pacificè cum ijs qui pacem oderunt.

γει γένος, σκηναῖς καὶ καλύβαις κεχρημένων. Κηδὰρ γὰρ χώρα τίς ἐστιν ἐπὶ τῇ πρὸς ἀνατολὰς ἐρήμῳ κειμένη, καὶ μέχρι τῆς τῶν Περσῶν παρατείνουσα γῆς, ἐν ᾗ γένος Σαρακηνῶν οἰκεῖ, ἐν ᾗ καὶ πάροικος γέγονεν αἰχμαλωτισθεὶς ὁ λαός. πῶς δὲ πολλὰ λέγει παρῴκησεν ἡ ψυχή μου; ἑβδομήκοντα γὰρ ἔτη μόνα ἦν. ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει αὐτὰ πολλὰ καλεῖ, ἀλλὰ τῇ δυσκολίᾳ τῶν πραγμάτων. κακία δὲ Βαβυλωνίων, τὸ πολεμεῖν ἀντ' οὐδενὸς τοῖς εἰρηνεύουσιν· οὐδὲν γὰρ ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἐπεβούλευον. εἶδες πῶς δείκνυσι, τὸ φορτικὸν τῆς ἐκεῖσε διατριβῆς; οὐ γὰρ εἶπε, μετὰ τῶν οὐκ ἐχόντων εἰρήνην, ἀλλὰ, μετὰ τῶν μισούντων ἤμην εἰρηνικός. εἶδες τῆς θλίψεως τὸ κέρδος; τίς δὲ ἡμῶν δυνήσεται τοῦτο εἰπεῖν; ἀγαπητὸν γὰρ καὶ μετὰ τῶν εἰρηνικῶν εἶναι εἰρηνικόν. οὗτος δὲ καὶ μετὰ τῶν μισούντων τοιοῦτος ἦν. Τὸ δὲ, ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς ἐπολέμουν με, ἕτερος, ὅτε ἐλάλουν αὐτοῖς εἰς πόλεμον. ἢ τοίνυν, ὅτι μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικὸς ὅτε ἐλάλουν αὐτοῖς· ἢ ὅτι ὅτε ἐλάλουν αὐτοῖς αὐτοὶ ἐπολέμουν με. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς διαλέξεως, ὅτε, φησὶ, μάλιστα τὴν ἀγάπην ἐνεδεικνύμην, τότε ἠγρίαινον, τότε δόλους ἔρραπτον· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐγὼ τὴν οἰκείαν ἐπεδεικνύμην ἀρετήν. οὕτω καὶ ἡμᾶς διακεῖσθαι χρὴ, κἂν βάλλωσι, κἂν ἐπιβουλεύωσιν.

CATENA PATRVM.

Quando Cantica graduum recitari solita sint, & quæ sint illorum argumenta.

ORIGENIS. Soli illi qui vitâ rationeque ascendunt apti sunt gradualibus, ijsque mysterijs quæ in hisce Canticis continentur. Conijcimus quidem primum Canticum graduum in populo recitari, si quando bellum immineret: secundum verò, quando se præparabant, & socios aduocabant: tertium autem, postquam cum hostibus congressi ipsis quodammodò superiores euaserant: quartum, quando de victoria finali sperabant: quintum, postquam eam fuerant consecuti: sextum, quando redibant: septimum, quando iam redierant: octauum, quando templum exstruebant: nonum, postquam in pace versabantur, describentes quis beatus esset, eò quòd domesticos suos recepisset, & cum illis versaretur:

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μόνοι οἱ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ ἀναβαίνοντες οἰκεῖοί εἰσι τῶν ἀναβαθμῶν, καὶ τῶν ἐν ταῖς ᾠδαῖς αὐτῶν μυστηρίων. στοχαζόμεθα τὴν μὲν πρώτην ᾠδὴν τῶν ἀναβαθμῶν λέγεσθαι ἐν τῷ λαῷ, εἴ ποτε πόλεμος προσεδοκᾶτο· τὴν δὲ δευτέραν, ὁπότε παρεσκευάζοντο, καὶ συμμάχων ἐδέοντο· τὴν δὲ τρίτην, μετὰ τὸ συμβαλόντας τοῖς πολεμίοις ὑπερτέρους πως αὐτῶν γεγονέναι· τὴν δὲ τετάρτην, ὅτε περὶ τῆς νίκης ἐπὶ τέλει ἤλπιζον· τὴν δὲ πέμπτην, ἐπὶ τῷ κατορθῶσαι· τὴν δὲ ἕκτην, ἐπανερχόμενοι· τὴν δὲ ἑβδόμην, ἐπανεληλυθότες· τὴν δὲ ὀγδόην, ἐπισκευάζοντες τὸν ναόν· τὴν δὲ ἐννάτην, μετὰ τὸ ἐν εἰρήνῃ γενέσθαι, διαγράφοντες τίς ὁ μακάριος, ἐπὶ τὸ τοὺς οἰκείους ἀπειληφέναι, καὶ εἶναι σὺν αὐτοῖς·

τοῖς· τὴν δὲ δεκάτην ἐν βαθείᾳ τυγχάνοντες εἰρήνῃ, ὅτε φασὶν πολλάκις μὲν πεπολεμῆσθαι, μηδεπώποτε δὲ δεδυνῆσθαι κατ' αὐτῶν τοὺς πολεμίους· τὴν δὲ ἑνδεκάτην, ἤδη τοῖς θείοις σχολάζοντες, καὶ τὰ βάθη αὐτῶν συνιέντες· τὴν δὲ δωδεκάτην, ὡς οὐκ ἐπαιρόμενοι ἐπὶ τοῖς γνωσθεῖσιν· τὴν δὲ τρεῖς καὶ δεκάτην, περὶ ἀποκαταστάσεως εὔχονται Χριστοῦ· τὴν δὲ τέσσαρες καὶ δεκάτην, περὶ ἀποκαταστάσεως τῆς Ἐκκλησίας· τὴν δὲ πέντε καὶ δεκάτην, περὶ τοῦ δεῖν αὐτοὺς, φθάσαντας εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἑστάναι ἐν αὐτῷ, καὶ εὐλογεῖν αὐτὸν, ἐπαίροντας τὰς χεῖρας εἰς τὰ ἅγια, ἵνα καὶ αὐτοὶ εὐλογηθῶσιν ἀπὸ κυρίου.

Χρυσοστόμου. Τῶν μὲν ἄλλων ψαλμῶν ἑκάστῳ ἰδία τίς ἐστιν ἐπιγραφή· ἐνταῦθα δὲ ἅμα πολλοὶ συνελθόντες μίαν προσηγορίαν ἔλαβον τὴν τῶν ἀναβαθμῶν, τὴν τῶν ἀναβάσεων. τινὲς δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς καλοῦσιν. τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἰσὶν εἰρημένοι; κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, ὅτι δὴ περὶ τῆς ἀνόδου διαλέγονται τῆς ἐκ Βαβυλῶνος, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας μνημονεύουσι τῆς ἐκεῖσε· κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν, ὅτι εἰς τὴν κατ' ἀρετὴν ἄνοδον χειραγωγοῦσι· καὶ γὰρ ἡ ἐκεῖ φέρουσα ὁδὸς ἀναβαθμοῖς ἔοικε, πρὸς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀνιστῶσα, καὶ κατὰ μικρὸν ἄγουσα τὸν φιλόσοφον ἄνδρα. Ἄλλοι δὲ διὰ τούτων τὴν κλίμακά φασιν αἰνίττεσθαι τὴν τοῦ Ἰακὼβ τὴν ἀπὸ γῆς ἐστηριγμένην πρὸς οὐρανόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς ἀνελθόντας, ἐπειδὰν εἰς ὕψος ἀνενεχθῶσιν, ἀνάγκη καὶ ἰλιγγιᾶν, διὰ τοῦτο οὐχὶ ἀναβαίνοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὰ ἄκρον γινομένους ἀσφαλίζεσθαι χρή. Μία δὲ ἀσφάλεια, ὅταν μὴ ὅσον ἀνέβημεν ἴδωμεν, καὶ ἀπονοηθῶμεν, ἀλλ' ὅσον ἀναβῆναι λείπει κατοπτεύσωμεν, καὶ πρὸς ἐκεῖνα τεινώμεθα, ὃ καὶ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε· τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενοι, πρὸς δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἐκτεινόμενοι. Ἀλλ' ὁ μὲν τῆς ἀναγωγῆς λόγος οὗτος. Ἴωμεν δὲ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὴν ἱστορίαν, καὶ ἴδωμεν τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγέντας τῷ πόθῳ τῆς Ἱερουσαλήμ· ὡς εἴγε μὴ τοῦτο κατωρθώσαντες, οὐδὲν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐκέρδανον, ἀλλ' ἐνέμειναν τῇ δουλείᾳ, καὶ ἐναπέθανον· ὃ καὶ ἡμεῖς ἂν μὴ ζηλώσωμεν, τὸ αὐτὸ πεισόμεθα· ἂν γὰρ μὴ τῷ τοῦ οὐρανοῦ ἔρωτι κατασχεθῶμεν καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς μητροπόλεως, ἀλλὰ τῷ παρόντι προσηλωθῶ-

decimum in alta pace existentes, quando dicunt se sæpè quidem impugnatos fuisse, nunquam tamen inimicos aduersus ipsos præualuisse: vndecimum, cùm iam rebus diuinis vacarent, & profunda earum intelligerent: duodecimum, vt qui minimè elati fuerant ijs quæ cognouerant: decimum tertium, orant pro Christi restitutione: decimum quartum, pro restitutione Ecclesiæ: decimum quintum denique, quomodo oporteat ipsos, postquam ad domum Dei peruenerint, in eadem stare, & ipsum benedicere, attollentes manus in sancta, vt & ipsi à Domino benedicantur.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Aliorum quidem Psalmorum vnusquisque propriam habet inscriptionem; hîc autem multis simul coniunctis vna imposita est appellatio, scilicet *graduum*, seu *ascensionum*. Nonnulli autem eos etiam gradus appellant. Quare igitur ita sunt appellati? Si historiam quidem spectes, quia loquuntur de reditu ex Babylone, & captiuitatis quæ illic fuit mentionem faciunt: secundùm anagogen verò, quia ad virtutis ascensum manuducunt: nam via quæ eò deducit est assimilis gradibus, cùm ad cælum ipsum erigat, & virum sapientiæ studiosum paulatim adducat. Alij autem dicunt per hæc significari scalam Iacob à terra in cælum erectam. Quoniam autem eos qui ascendunt, postquam in altum euecti fuerint, caligare necesse est, propterea non eos solùm qui ascendunt, sed eos etiam qui ad ipsum cacumen peruenerunt acceptâ cautione confirmari oportet. Vna est autem cautio atque securitas, quando non quantum ascendimus respexerimus, & ita elatâ mente euaserimus, sed quantum restat ascendendum considerauerimus, & ad illud tetenderimus. quod etiam Paulus significans dicebat: Eorum quæ retrò sunt obliuiscentes, ad anteriora verò nos extendentes. Et est hæc quidem ratio anagoges. Nos autem deinceps ad historiam veniamus, & videamus eos qui desiderio Hierosolymæ à captiuitate liberati fuerunt: quod quidem desiderium nisi eis adfuisset, ex Dei gratia nihil lucri retulissent, sed in seruitute permansissent, ac mortui fuissent: quod nisi nos etiam imitati fuerimus, id ipsum nobis eueniet: nam nisi amore cælestium & desiderio supernæ ciuitatis Hierusalem teneamur; sed præsenti vitæ affigamur,

Cur hi Psalmi graduales vocati sint.

Quid Psalmi graduales mysticè designent.

Phil. 3, 13.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

mur, in cœno curarum sæcularium perpetuò volutati, non poterimus patriam recipere.

1. AD DOMINVM CVM TRIBVLARER.] CHRYSOSTOMI. Vidisti lucrum afflictionis? vidisti clementiæ promptitudinem? lucrum quidem afflictionis, quòd eos ad puras preces fundendas adduxerit: clementiæ autem promptitudinem, quòd vocantibus eis statim annuerit. Si enim Elisæus Propheta non permisit vt discipulus venientem ad se mulierem repelleret, nihil aliud dicens quàm hoc ipsum, *Dimitte eam, quoniam mærens est anima eius:* maximam enim, inquit, excusationem & defensionem habet ipsam afflictionem: multò magis Deus minimè repellet eum qui cum tristi anima accesserit. Ideò Christus quoque eos qui lugent beatos pronuntiat. Si igitur hos gradus ascendere volueris, id quod in vita molle ac dissolutum est reseca, laboriosâ viuendi ratione teipsum adstringe, à terrenis negotijs abstine. Hic est primus adscensus. Non potest enim fieri, non potest, vt simul & scalam conscendas, & in terra hæreas. Vides quanta sit cæli altitudo? nosti breuitatem temporis, scis quàm incertus sit exitus? ne cuncteris igitur nec differas, sed hanc peregrinationem magnâ vi aggredere, vt vno die & duos, & tres, & decem & viginti gradus conscendas.

Quantum sit lucrum afflictionis.

4. Reg. 4, 27.

Math. 5, 4.

Ascensus cæli arduus est.

2. DOMINE LIBERA ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Assiduè susque deque Deum obsecrat, vt ab istiusmodi insidijs liberetur. Si autem dolosi & subdoli fugiendi sint, multò magis impostores, & qui peruersa dogmata disseminant. Maximè autem iniqua dixerit quis esse labia illa quæ virtuti officiunt, quæ ad malitiam inducunt: idcircò vtique hic Propheta etiam postulat animam suam ab illis liberari. Eò enim sagittas dirigit.

Impostores maximè fugiendi.

3. QVID DETVR TIBI, ET QVID APPONATVR TIBI?] ANONYMI. Alius: *Quid præbebit tibi, aut quid adijciet lingua dolosa?* alius autem: *Quid dederit tibi, & quid adiecerit tibi lingua inuasionis?* Quid igitur sibi vult hoc dictum? Nempe hanc maximam esse improbitatem & tetrum vitij genus. Quocircà vides etiam Prophetam indignabundum & iratum dicere, *Quid detur tibi, & quid apponatur*

Lingua dolosa quanto supplicio digna sit.

μένοι, ἐγκαλινδούμενοι τῷ πηλῷ τῶν βιωτικῶν φροντίδων, οὐ δυνησόμεθα τὴν πατρίδα ἀπολαβεῖν.

α'. ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΝ ΤΩ ΘΛΙΒΕΣΘΑΙ ΜΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες τῆς θλίψεως τὸ κέρδος, εἶδες τῆς φιλανθρωπίας τὸ ἕτοιμον, τῆς θλίψεως μὲν τὸ κέρδος, ὅτι προσευχὴν αὐτοῖς ἤγαγε καθαράν· τῆς φιλανθρωπίας δὲ τὸ ἕτοιμον, ὅτι καλοῦσιν αὐτοῖς ἐπένευσεν. εἰ γὰρ ὁ προφήτης Ἐλισσαῖος προσιοῦσαν τὴν γυναῖκα οὐκ ἀφῆκε τὸν μαθητὴν ἀπώσασθαι, οὐδὲν ἕτερον λέγων ἢ τοῦτο αὐτὸ, ἄφες αὐτὴν, ὅτι κατώδυνός ἐστιν ἡ ψυχὴ αὐτῆς· ἀπολογίαν μεγίστην ἔχει, φησὶ, καὶ συνηγορίαν τὴν θλίψιν· πολλῷ μᾶλλον ὁ θεὸς οὐ διακρούσεται τὸν μετὰ κατωδύνου ψυχῆς προσιόντα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς πενθοῦντας μακαρίζει. εἰ τοίνυν βούλει τοὺς ἀναβαθμοὺς ἀναβαίνειν τούτους, περίκοψον τὸ διαλελυμένον καὶ χαῦνον τοῦ βίου, σύσφιξον σεαυτὸν τῷ ἐπιπόνῳ τῆς πολιτείας, ἀπόστηθι τῶν γηΐνων πραγμάτων. αὕτη πρώτη ἀνάβασις. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ὁμοῦ καὶ κλίμακα ἀναβαίνειν, καὶ τῆς γῆς ἔχεσθαι. ὁρᾷς πόσον τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ; οἶδας τοῦ χρόνου τὴν βραχύτητα, οἶδας τὸ ἄδηλον τῆς ἐξόδου; μὴ τοίνυν μέλλε μηδὲ ἀναβάλλου, ἀλλὰ πολλῇ τῇ σφοδρότητι, ταύτης ἅψαι τῆς ἀποδημίας, ἵνα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ δέκα καὶ εἴκοσιν ἀναβαίνεις ἀναβαθμούς.

β'. ΚΥΡΙΕ ΡΥΣΑΙ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Συνεχῶς ἄνω καὶ κάτω τοῦτο παρακαλεῖ τὸν θεὸν, τῶν τοιούτων ἐπιβουλῶν ἀπαλλάττεσθαι. εἰ δὲ τοὺς δολεροὺς δεῖ φεύγειν καὶ ὑπούλους, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἀπατεῶνας, καὶ πονηρὰ δόγματα ἐνιέντας. μάλιστα δὲ ἄδικα εἴποι τις ἂν χείλη ἐκεῖνα τὰ περὶ τὴν ἀρετὴν βλάπτοντα, τὰ πρὸς κακίαν ἐπάγοντα· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐνταῦθα καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀξιοῖ ῥυσθῆναι. ἐκεῖ γὰρ ἐνίησι τὰ βέλη.

γ'. ΤΙ ΔΟΘΕΙΗ ΣΟΙ, ΚΑΙ ΤΙ ΠΡΟΣΤΕΘΕΙΗ ΣΟΙ;] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος· τί παρέξει σοι, ἢ τί προσθήσει σοι γλῶσσα δολία; ὁ δὲ ἕτερος· τί δώσει σοι, καὶ τί προσθήσει σοι γλῶσσα κατεπιθέσεως; τί τοίνυν ἐστὶ τὸ εἰρημένον; ὅτι μεγίστη αὕτη ἡ πονηρία καὶ χαλεπὸν τῆς κακίας τὸ εἶδος. διὰ τοῦτο ὁρᾷς καὶ τὸν προφήτην θυμούμενον καὶ λέγοντα ὀργιζόμενον, τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη

σοι

σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; ἢ τοῦτό φησι· ποία ἂν εὑρεθείη τῆς κακίας ταύτης ἀξία τιμωρία; ὅπερ καὶ Ἰουδαίοις ὁ Ἡσαΐας ἔλεγε· τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; τοῦτο δὴ καὶ αὐτός· τί δοθείη σοι, καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; Ἢ τοῦτο τοίνυν φησί· ποία εὑρεθήσεται ἀξία τιμωρία τῆς κακίας· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸ τιμωρία, καὶ πρὸ τῆς δίκης σεαυτὸν ἀπαιτεῖς δίκην, οἴκοθεν τὴν κακίαν τίκτων. μεγίστη γὰρ ψυχῆς τιμωρία κακία, καὶ πρὸ τῆς δίκης. τίς ἂν οὖν γένοιτο, φησίν, ἀξία τῷ τοιούτῳ δίκη; ἐνταῦθα μὲν οὐδεμία, ἡ δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ πληγή. ἄνθρωπος μὲν οὐκ ἄν σε κατ' ἀξίαν ἀμύναιτο· ὑπερβαίνει γὰρ τιμωρίαν ἡ πονηρία. ὁ δὲ θεὸς ἐπάξει τὴν πληγήν· διὸ ταχέως ἐπήγαγε λέγων·

δ'. Τα βελη του δυνατου ηκονημενα.] Χρυσοστομου. Πάλιν βέλη ἐνταῦθα τὰς τιμωρίας καλεῖ. ἕτερος δέ φησι, τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκόνηται μετὰ ἀνθράκων ἐστοιβασμένων· ἕτερος δὲ, ἐν ἀνθραξιαῖς ἀρκευθίναις· τῇ μεταφορᾷ τῶν ὀνομάτων αὔξων τῆς τιμωρίας τὸν φόβον. τό τε γὰρ ἐστοιβασμένοις τό τε ἀρκευθίναις τὴν αὐτὴν ἔννοιαν δηλοῖ· ἐκεῖ μὲν τὸ πλῆθος παριστὰν, ἐνταῦθα δὲ τὴν ποιότητα καὶ τὴν σφοδρότητα τῆς τιμωρίας. ὅπερ καὶ οἱ ἑβδομήκοντα ἐδήλουν λέγοντες, σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. τουτέστι, τοῖς ἐρημοποιοῖς, τοῖς δαπανῶσι, τοῖς ἀναλίσκουσι. ἀπὸ γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν ὑλῶν τῶν φοβερῶν καὶ τοῦ θεοῦ τὰς τιμωρίας σχηματίζουσιν αἱ γραφαί, βέλη καὶ πῦρ αὐτὰς καλοῦσαι. ἐνταῦθα δέ μοι καὶ τοὺς βαρβάρους αἰνίττεσθαι δοκεῖ, διὸ καὶ ἕτερος ἑρμηνευτὴς ἔλεγε· ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χείλους ψευδοῦς. τοιαῦτα γὰρ αὐτῶν τὰ ῥήματα, τοιοῦτοι οἱ δόλοι, καὶ αἱ ἐπιβουλαί.

Ωριγενους. Ὁ λέγων, Ἔθηκάς με βέλος ἐκλεκτὸν, οὕτως ἐστὶν ἐν πολλοῖς βέλεσι βέλος ἐκλεκτὸν, ὡς ἐν πολλοῖς υἱοῖς καὶ υἱὸς ἐκλελεγμένος. Οὐκ ἂν δὲ φαρέτρα ἦν τοῦ θεοῦ, δι' ἓν βέλος περὶ οὗ φησι· Καὶ τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Πάντα οὖν τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ θεοῦ ἠκονημένα, ἐναντία ὄντα τοῖς βέλεσι τοῦ πονηροῦ.

έ. Οι μοι, οτι η παροικια μου εμακρυνθη.] Χρυσοστομου. Καὶ γὰρ παροικία ὁ παρὼν βίος, καὶ παροικίας εὐτελέστερος· διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ τοῦτο ὁμολογοῦν·

tibi ad linguam doloſam? q.d. Quodnam hoc vitio dignum inueniatur ſupplicium? quod etiam Iudæis dicebat Iſaias: *Quid adhuc percutiamini addentes iniquitatem?* hoc etiam ipſe dicit: *Quid detur tibi, & quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Vel hoc ergo dicit: Quale ſupplicium hac malitiâ dignum reperietur: vel quòd hoc ipſum etiam ſit ſupplicium, & ante ſententiam à temetipſo pœnas exigas, ex teipſo vitium pariens. Maximum enim ſupplicium animæ eſt vitium, etiam antequam puniatur. Quodnam ergo ſupplicium, inquit, tali dignum fuerit? Hîc quidem nullum, ſed plaga quæ à Deo infertur. Homo quidem non poterit dignas pœnas ſumere: nam omnem cruciatum ſuperat improbitas. Deus autem illi plagam infliget; quapropter ſtatim ſubiunxit dicens:

CATENA PATRVM.

Iſaiæ 1, 5.

4. Sagittæ potentis acutæ.] Chryſoſtomi. Sagittas hîc rurſus appellat ſupplicia. Alius autem ait, *Sagitta potentis acuta cum carbonibus conſtipatis*; alius verò, *in carbonibus iuniperinis*; nominum tranſlatione augens metum ſupplicij. Nam & illud *conſtipatis* & hoc *iuniperinis* eumdem habet ſenſum: illic enim oſtendit multitudinem, hîc autem qualitatem & vehementiam ſupplicij, quod etiam Septuaginta ſignificarunt dicentes, *cum carbonibus deſolatorijs*. hoc eſt, Qui deſerta faciunt, perdunt, & conſumunt. Ex materijs enim quæ ſunt apud nos formidabiles Dei ſupplicia effingunt & exprimunt Scripturæ, ſagittas & ignem ea vocantes. Hîc autem videtur mihi ſignificare barbaros, & ideò alius quoque interpres dixit: *Libera animam meam à labio doloſo*. Talia enim ſunt eorum verba, tales doli, & tales inſidiæ.

Quid vocet carbones deſolatorios.

Origenis. Is qui ait, *Poſuiſti me ſagittam electam*, hoc modo eſt in multis ſagittis ſagitta electa, ſicut in multis filijs etiam eſt filius electus. Haudquaquam autem Deo pharetra erat, propter vnicam ſagittam de qua dicit: *Et in pharetra ſua abſcondit me.* Omnes igitur ſagittæ potentis Dei acutæ ſunt, cùm ſint contrariæ ſagittis maligni.

Iſaiæ 49, 2.

Ibidem.

5. Hev mihi, qvia incolatvs mevs prolongatvs est.] Chryſoſtomi. Eſt enim præſens vita incolatus, & incolatu inferior: quocircà veteres quoque id confitebantur;

Vita præſens incolatus eſt.

CATENA PATRVM.

quòd nimirum incolæ essent. Atque id ipsum Paulus ait: *Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorum.* Qualem ob causam? Quia confessi sunt se esse hospites & peregrinos. Hoc enim est fundamentum & radix omnis virtutis. Qui enim rerum quę hîc sunt est hospes, erit supernarum ciuis. Quocircà iubemur etiam illud dicere in oratione, *Adueniat regnum tuum*, vt illius diei desiderium & cupiditatem animo fouentes, & ipsum præ oculis habentes, ne videamus quidem præsentia.

Heb. 11, 6.

Matth. 6, 10.

ὅτι πάροικοί εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησι· Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ὁ θεὸς θεὸς αὐτῶν καλεῖσθαι. ποίαν αἰτίαν; ὅτι ὡμολόγησαν ξένοι καὶ παρεπίδημοι εἶναι. τοῦτο γὰρ ἁπάσης ἀρετῆς ῥίζα καὶ ὑπόθεσις. ὁ γὰρ τῶν ἐνταῦθα ξένος, τῶν ἄνω πολίτης ἔσται. διάτοι τοῦτο καὶ ἐν τῇ προσευχῇ κελευόμεθα λέγειν, Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἵνα τὸν πόθον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἡμέρας ἐκείνης φέροντες, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτὴν ἔχοντες, μηδὲ ἴδωμεν τὰ παρόντα.

ANONYMI. Hîc non solùm deflent quòd in alieno solo commorentur, sed etiam quòd cum barbaris versentur: quod nimirum etiam Prophetæ deplorabant de præsenti vita dicentes, *Hei mihi, quia perijt pius de terra, & qui corrigat in hominibus non est.* Neque enim hæc vita est eò tantùm laboriosa, quòd plurimam habeat vanitatem & curas importunas, sed etiam quòd copiosus sit malorum prouentus. *Habitaui cum tabernaculis Cedar.* Est hoc genus barbarorum feris truculentius, tabernaculis & tugurijs vtens: sed his multò efferatiores sunt raptores, auari & qui luxuriosè viuunt. *Multum incola fuit anima mea.* Atqui non multum: fuerunt enim solùm septuaginta anni. Sed non appellat multum propter multitudinem, sed propter rerum difficultatem atque molestiam.

Mich. 7, 1.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐνταῦθα οὐ τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβὴν θρηνοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μετὰ τῶν βαρβάρων διαγωγήν· ὃ δὴ καὶ οἱ προφῆται ἐθρήνουν ὑπὲρ τοῦ παρόντος βίου λέγοντες, Οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν. Οὐ γὰρ ταύτῃ μόνον ἐπίπονος ὁ βίος, ὅτι πολλὴν ἔχων ματαιότητα καὶ ἀκαίρους φροντίδας, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴ τῶν πονηρῶν ἡ φορά. κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων κηδάρ. βαρβάρων τοῦτο γένος ἐστὶ θηριωδέστερον διακείμενον, σκηναῖς καὶ καλύβαις κεχρημένον· ἀλλὰ τούτων πολλῷ χαλεπώτεροι οἱ ἅρπαγες, οἱ πλεονέκται οἱ ἐν ἀσελγείαις ζῶντες. πολλὰ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου. καὶ μὴν οὐ πολλά· ἑβδομήκοντα γὰρ ἔτη μόνον ἦν. ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει αὐτὰ πολλὰ καλεῖ, ἀλλὰ τῇ δυσκολίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν πραγμάτων.

Cedar interpretatur obtenebratio.

ORIGENIS. *Cedar* interpretatur *obtenebratio.* Habitaui igitur, inquit, cum tabernaculis tenebrarum, id est corporis ac mortis. Et anima mea, inquit, ipsa sæpè incola fuit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κηδὰρ ἑρμηνεύεται σκοτασμός. Κατεσκήνωσα οὖν, φησι, μετὰ τῶν σκηνωμάτων τοῦ σκοτασμοῦ, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου. καὶ ἡ ψυχή μου αὕτη, φησὶ, πολλάκις παρῴκησεν.

7. CVM LOQVEBAR ILLIS IMPVGNABANT ME.] ANONYMI. In ipso, inquit, tempore collocutionis, quando maximè ostendebam charitatem, tunc efferabantur, tunc dolos consuebant aduersum me; ego tamen propriam virtutem ostendebam.

ζ'. ΟΤΑΝ ΕΛΑΛΟΥΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΠΟΛΕΜΟΥΝ ΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν αὐτῷ, φησι, τῷ καιρῷ τῆς διαλέξεως, ὅτε μάλιστα τὴν ἀγάπην ἐνεδεικνύμην, τότε ἠγριαίνοντο, τότε δόλους ἔρραπτον κατ' ἐμοῦ· ἀλλ' ὅμως ἐγὼ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐνεδεικνύμην.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

PSALMI quindecim sequentes post centesimum decimum octauum omnes in titulo habent *Canticum graduum*, Græcè ἀναβαθμῶν, seu ἀναβάσεων; id est propriè *ascensionum:* siue quòd in ascensu in Hierusalem aut ad templum Salomonis, quod per quindecim gradus ascendebatur, cani soleant: siue quòd spiritualibus pleni sint affectionibus, quibus anima spiritaliter in Deum erigitur, & ad cælestia ascendit.

1. *Ad Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.*] Ita passim in omnibus Codicibus Græcis & Latinis legitur in tertia persona; in vetere tamen Psalterio, & apud S. Augustinum, Prosperum & Hilarium legitur in secunda persona: *Ad te Domine cùm tribularer clamaui,*

Digitized by Google

mani, & exaudisti me. Quo item pacto obseruat Lorinus noster etiam haberi in Athanasio, Πρός σε κύριε ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ εἰσήκουσάς με. Quàm optimè sanè clamores istiusmodi extorquentur tribulationibus, perinde atque organorum fistulæ non canunt, & sine voce sunt, nisi cùm follium flatus compellunt. Ita Moses plurimis pressus ærumnis, Iacob fraternis agitatus insidijs, Samson illusus à Philisthæis, Tobias amissis & opibus & oculis, Sara grauibus lacerata conuitijs, tres Hebræi iuuenes in medijs flammis, Daniel in leonum cauo, Petrus in pelago, Paulus & Silas in ergastulo, alijque sexcenti precandi & occasionem & disciplinam hauserunt inter aduersa. Ita Ionas Propheta vim obedientiæ in ceto didicit; Apostoli mergendâ nauiculâ clausi ardentissimè diuinam opem expetiuerunt. Tunc scilicet fera latibulum quærit, cùm canes à tergo insequuntur. Tunc arbor patula viatori charissima est, cùm aut Sol vrit, aut subitus imber defluit. Ita nos prorsus, quamdiu benè est, Deum importunis clamoribus non fatigamus: aut enim non oramus, aut segniter: at verò cùm canes venaticis suis nos rictibus petunt, hîc properamus, hîc currimus, sicubi asylum reperiamus; cùm ærumnarum æstus fatigat, cùm lacrymarum imbre perfundimur, hîc Deum omnesque Superos inclamamus. Huic tali Deus opportunè dixerit: Non venisses ad me, nisi vt pater virgis vocassem te. Tam ingenuæ indolis erat Rex Dauid, vt hoc ipsum fassus dixerit: *Ad Dominum cùm tribularer clamaui.* Certè si quis hominem se gerat, in afflictione orare discet, si id anteà nescierit. Afflictio enim & tribulatio passim optima precandi magistra est.

Tribulatio cogit clamare ad Dominum.

2. *Domine libera animam meam à labijs iniquis.*] Sed cur, inquies, Dauid in primo statim ascensu à labijs iniquis & à lingua dolosa postulat liberari? Optimè D. Basilius citatus in Glossa: *Cùm, inquit, incipit homo ascendere, id est, cogitat proficere, contempto sæculo soli hærens Deo, incipit pati linguas aduersantium, & quod est grauius, à salute auertentium: has qui non patitur, nondum proficere conatur.* Rem expertus est ipse Dauid: nam cùm à Deo postularet de iustificationibus illius edoceri, hoc est ad meliorem viuendi rationem traduci, subdit: *Multiplicata est super me iniquitas superborum,* quasi eum tentantium, & à salute retrahentium De quo vide in Annotationibus ad Psalmi præcedentis versum 69.

Iusti maledicas linguas patiuntur.

Psal. 118, 69.

3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*] Apud S. Chrysostomum alius legit: Τί χαρίζεται σοι, ἢ τί προσθήσει σοι γλῶσσα δολία; *Quid præbebit tibi, aut quid apponet tibi lingua dolosa?* alius: Τί δῴη σοι, καὶ τί προσθείη σοι γλῶσσα κατασείσεως; *Quid dederit tibi, & quid adiecerit tibi lingua insidiosa inuasionis?* Quodnam, inquit, inuentum fuerit hac improbitate dignum supplicium? Sed hæc diuinæ vindictæ trutina est æquissima, vt qui alterum dolosâ linguâ momorderit mordeatur. Id luculenter Habacuc prædicens: *Numquid non repentè,* inquit, *consurgent qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?* Rex ergo Dauid huic malo curando remedium dictat, quale nec Æsculapius, nec Auicenna, nec Galenus, nec vllus Hippocrates, sed nec Apollo ipse suggesserit: *Quid detur tibi*, inquit, *aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Velut Medicus loquitur, qui ægroti linguam inspicit, num ea sit adusta, num scabra, num lentore glutinosa. Et ex his signis pronuntians subdit:

Habac. 2, 7.

ANNOTATIONES CORDERII.

4. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorijs.*] Refert S. Chrysostomus in Catena citatus aliam versionem: Τὰ βέλη τοῦ δυνάστου ἠκονημένα μετ' ἀνθράκων ἐστοιβασμένων, *Sagitta dynastæ exacuta cum carbonibus constipatis:* alius: σὺν ἀνθραξι ἀρκευθίναις, *cum carbonibus iuniperinis:* quod S. Hieronymus vertit *cum carbonibus iuniperorum:* Chaldæus legit: *Sagitta robusti acuta sicut fulgura superna cum carbonibus ardentibus in gehenna inferius.* Itaque lingua dolosa instar est sagittæ acutæ, cui pro cuspide inferuntur carbones ardentes, qui veniunt de gehenna inferni. Vt enim in sagitta proprius est locus & sedes, vbi ponitur acuta ferri cuspis, sic in lingua dolosa & peruersa sedes est & locus proprius vbi carbones infernales sunt ac quiescunt. Addit Lorinus adhuc aliam ex Chrysostomo lectionem quæ habet: *Sagitta potentis acuta cum carbonibus in lecti formam constratis.* Sed non licuit, inquit, Græcè legere, quomodo id recitet. Videtur autem allusio fieri ad lectisternia dæmonum. Ethnici namque conuiuia in dæmoniorum templis celebrantes lectos compositos mensis apponebant, & lectisternia nuncupabant, in quibus dæmones accumberent. Sic habes apud Athenæum: *In Capitolio stratis tribus lectis conuiuium apponebant tribus dijs, Ioui, Iunoni & Mineruæ,* &c. Est igitur lingua dolosa & serpentina sagitta acuta *cum carbonibus in lecti formam stratis,* hoc est, cum lectisternijs, in quibus acquiescit & accumbit diabolus. Sic de conuitiatrice lingua dicebat Chrysostomus Hom. 52. in Matthæum: *Diaboli quippe lectus est omne conuitium.* Vbi lingua maligna est, iam habet diabolus lectisternium in quo quiescat, & ex quo orbem perdat. Hinc D. Cyrillus Alexandrinus in Apologetico ad Theodosium, qui habetur in Concilio Ephesino Tomo 5. cap. 2. reddens rationem cur diabolus vsus sit Nestorio hæretico, ait: *Draco igitur apostata ille, hoc est satanas, virum Sacerdotem incautum menteque seductum nactus, & linguam nihilominus adeptus temerariam, & ad veritatem dogmatum calumniandum Christique seruatoris nostri gloriæ detrahendum promptissimam (erat enim pertinax effrenatoque impetu, quæuis etiam absurdissima audacter inconsulteque aggrediens) turbis seditionibusque omnes Ecclesias adimpleuit.* Vbi nempe linguam temerariam plenamque veneno inuenit, non dubitauit se posse orbem perdere.

Lingua dolosa instar sagittæ acutæ.

Lingua maligna lectisternium est diaboli.

S. Augustinus pari quidem sapientiâ locum hunc illuminans, dispari tamen ratione exponit, dum eas *sagittas potentis acutas* ait esse *verba Dei, quæ hominum corda cùm transfixerint, amor excitatur, non interitus comparatur.* Nisi fortè dicere lubet, ex eodem vulnere perire malitiam, vigere virtutem & sanctitatem homine Christiano dignam. Sunt enim γλυκύπικροι hæ sagittæ, & Aiacis hastâ longè mirabiliores: quæ feriendo lancinant, sed, vt Tertulliani verbis vtar, *vltimant ad medelam.* cælesti enim illâ phala-

Verba Dei sunt sagitta acuta.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

phalaricâ vsti, in charitatem incenduntur: quod de se magnus idem Augustinus refert lib. 8. Confess. cap. 8. *Sagittaueras cor nostrum charitate tuâ, & gestabamus verba tua transfixa visceribus.* Gestabamus, inquit, non vt ceruus, qui per campi æquora fugit, cum telo vitam in dumoso nemore positurus, sed è vulnere salutem hausturus. Atque omnino fatendum est plurimùm ea valere tela, cùm zelo diuinitus inflammato sapientiæ lacertis & amentis doctæ eloquentiæ mittuntur; cum exemplis charitatis igne succensis. *Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*: cui si accedat exemplum ex vera charitate prodiens, fit quasi carbo ignitus, cui nihil resistere possit.

Hebr. 4, 12.

5. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.*] S. Augustinus legit, *longinquus factus est*: apud S. Chrysostomum alius, Οἴ μοι, ὅτι παροικίαν παρείλκυσα, *Hei mihi, quia protraxi incolatum*: alius, ὅτι προσηλύτευσα ἐν μακρισμῷ, *quia proselytus fui in longitudinem*: S. Hieronymus vertit, *Peregrinatio mea prolongata est*: quod aliqui ex Hebræo reddunt, *Hei mihi, quia peregrinor in exilio* seu *peregrinatione protractionis* aut *durationis*, hoc est diuturna. Cùm enim illi omnis mora nimia videretur, hinc quàm celerrimè euolare cupiebat, & ob exilij prolongationem comploratione & lamentis conclaue interius complebat. Quod cùm probi & innocentiæ amantes intelligunt, & ipsi desiderium suum eò intendunt, vt euolent citissimè ex hoc corpore; quod vallum est interiectum, ne in gloriæ campum atque lucem introëamus. Quàm igitur pijs hominibus dulcis & optabilis illa hora esse debet humanæ vitæ, hoc est miseriæ postrema, auspicium æternæ & cumulatæ felicitatis? Hinc mortis pia & immensa cupiditas, quæ propria & perennis semper fuit diuinorum hominum & verè sapientium: quos videmus omnibus retrò sæculis vt auiculas dolo inclusas è corporis inamœna custodia euolare cupientes. Sic Moyses incredibili animi motu petit ostendi sibi faciem Dei. Sic Elias, qui ab æthere ignem euocabat, & legem dicebat pluuijs, ac pro arbitratu cælum claudebat aperiebatque, tolli animam cupit, & ab ista valle plorationis discedere. Sic Tobias, sic Abrahamus, ceterique. Sed post Euangelium cùm Seruator cælum priùs clausum & obstructum feliciter aperuisset, & acuisset piorum desideria, patefactis ijs thesauris, & cælestium bonorum abundantiâ, quam morte & cruore suo Dei filijs comparauerat; tum nimirum ardere cœpit vehementiùs iustorum æmulanda cupiditas perfruendæ gloriæ Dei, & potiundæ æternitatis: tum vita cœpit esse in fastidio, mors in desiderio, quæ ianua vitæ beatæ futura videbatur; vt multi sint reperti, qui longiorem in hoc mundo moram genus quoddam luctuosi acerbique martyrij esse putarent.

Sancti vitæ præsentis moram molestiam putantes ad cælum anhelant.

Exod. 33, 13.

3. Reg. 19, 4.

IBIDEM. *Habitaui cum habitantibus Cedar.*] In Hebræo est: *Habito cum tabernaculis seu tentorijs Cedar*. Vbi sumptâ metaphorâ à Cedarenorum & Arabum vita, quæ & molestissima & innumeris erat obnoxia periculis, quippe in tentorijs degentes, nec vllis mœnibus cincti aut ædificijs muniti, tam cæli inclementijs, Soli, frigori, pluuijs, quàm hostium incursionibus patebant obnoxij; ad hæc in voce *Cedar*, quæ tenebras significat, indicans caliginem & obscuritatem, quam mundus, caro & concupiscentiæ menti offundunt (*Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum*, vt ait Sapiens) maximo in discrimine indesinenter se versari ostendit. Vnde Nazianzenus Orat. 10. in laudem Cæsarij premens hæc verba mortales vitæ addictos sic increpat: *Si quid etiam mœroris concipiendum, idcircò potiùs mœrorem suscipiemus, quòd incolatus noster prolongetur* (*Dauidis illius instar tenebrarum tabernacula, & afflictionis locum, & profundi limum, & mortis vmbram res huius vitæ appellantis*) *quòd in sepulchris ijs, quæ circumferimus, diutiùs hæreamus, quòd vt homines peccati morte moriamur, cùm dij facti simus.*

Cedar quid.

Sap. 4, 12.

7. *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.*] Haudquaquam, inquit, mihi sufficit ex parte mea non dare causam interruptæ aut non conseruatæ cum illis pacis; sed insuper curæ mihi fuit, vt essem *pacificus*; id est, vt quibus possem & opportunum foret officijs aduersarios meos ad pacem componerem, redigerem ac prouocarem, ostendens sibi ad pacem quærendum animum omnino fuisse propensum, imò se prorsus deditum fuisse paci, & omnia tentasse ad illos sibi conciliandos, quantumuis implacabilis eos crudelitas ad nocendum impelleret. De qua re ita pulchrè S. Bernardus Serm. 40. in Cant. *Non mediocris*, inquit, *virtutis est inter prauos viuere bonum*; *magis autem, si his qui oderunt pacem pacificum & amicum ipsis te exhibeas inimicis, secundùm Euangelium orando pro inimicis, benefaciendo his qui oderunt te.* Ceterùm pro eo quod nos habemus, *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus*, S. Hieronymus, Caietanus & alij ex Hebræo vertunt: *Cum odiente pacem ego pax*. In quo etiam Dauid Christi typum eleganter expressit. Hæc enim Messiæ est vox mundum ingredientis, *Ego pax*; vt pace vestitum & coronatum intelligamus; & verè, quemadmodum cælesti præconio dixit Apostolus, *Deus pacis*. In Deo enim nihil suauius & amabilius cogitari potest, nullum maius & illustrius donum, quod inferre in mundum voluerit. In triumphis Christi titulus ille nobilissimus est & gloriosissimus, *Rex pacificus*; quippe regiè magnificentissimeque *pacificans quæ in terris & quæ in cælis sunt*, lauream in sublime Dei capitolium inuexit. In trophæo honorato, quod ibidem domitis humani generis hostibus fixit ad sempiternam beneficij memoriam is qui raptus ad tertium cælum fuit Apostolus, hoc elogium notis aureis sculptum vidit: *Ipse est pax nostra.*

Dauid verè pacificus.

Christus est pax nostra & Deus pacis.

Rom. 15, 33.

Coloss. 1, 20.

Ephes. 2, 14.

IBIDEM. *Cùm loquebar illis impugnabant me gratis.*] Hoc est, Cùm causas impugnandi non haberent, impugnandi tamen studium non deponebant: quod eorum est qui pacem non solùm fugiunt, sed, quod peius est, pacem oderunt. Cum his itaque Psaltes ait se pacificum fuisse, vt significet pacem non solùm cùm latet quærendam, cùm fugit persequendam; verùm etiam apud eos, à quibus odiosè repellitur, procurandam esse. Nam *loqui* hoc loco tantumdem valet ac placidè offerre pacis conditiones, vel de reconciliatione agere.

Pax omnimodo procuranda.

IN

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM CXX. ARGVMENTVM.

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Canticum graduum.

Τοῖς ἐν Βαβυλῶνι καὶ οὗτος προσφορος, ὡς ἂν τῶν Ἰσραηλιτῶν τὰ οἰκεῖα ἐπιθυμούντων, καὶ πρὸς τὰ μέρη τῆς Ἱερουσαλὴμ συνεχῶς ἀποβλεπόντων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν φανταζομένων βοήθειαν.

Hic Psalmus quoque conuenit iis qui in Babylone versabantur, vtpote Israëlitis propria sua concupiscentibus, & ad partes Hierosolymæ assiduè respicientibus, atque inde sibi auxilium imaginantibus.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. Ἦρα τὸν ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου.

Τὰ ὄρη νῦν λέγει τὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὡσανεὶ τοῦ θεοῦ τοὺς τόπους ἐκείνους κατοικοῦντος, καὶ μέλλοντος προστάττειν αὐτοῖς τὴν ἐπάνοδον. ὅθεν ἐπιφέρουσιν·

1. Levavi oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Montes nunc vocat Hierosolymam, ac si Deus loca illa inhabitaret, & ad ea reditum ipsis præcepturus esset. vnde subiungunt:

β. Ἡ βοήθειά μου παρὰ κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰς τὰ ὄρη ἐκεῖνα μόνα κατοικεῖ, πῶς δύναται προστάττειν ἐν Βαβυλῶνι, ἐπήγαγεν· ὅτι δὴ ὁ τὰ ὄρη ἐκεῖνα κατοικῶν θεὸς, αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης. εἶτα παραινοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ φασί·

2. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.

Ne quis enim diceret, quandoquidem solos illos montes inhabitat, quomodo possit in Babylonia præcipere, subiunxit: quod nimirum Deus qui montes illos inhabitat, sit etiam Dominus vniuersi. Deinde se mutuo adhortantur, & aiunt:

γ. Μὴ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου· μηδὲ νυστάξῃ ὁ φυλάσσων σε.

Ἡμεῖς οὖν, φησι, τὸ ἡμέτερον ποιῶμεν, τὰς δὲ ὁδοὺς ἡμῶν ἀσφαλισώμεθα, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν πρὸς τὸν θεόν· καὶ αὐτὸς οὐκ ἄν ποτε παύσαιτο φυλάττων ἡμᾶς, καὶ τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τὰς ἀγαθὰς βεβαιῶν. ἀμέλει τὸ αὐτὸ ἐπιφέρουσι φάσκοντες·

3. Non * des in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

* Vulgata des

Nos igitur, inquit, munere nostro fungamur, vias autem nostras tueamur, ne in Deum peccemus: atque ipse numquam desinet nos custodire, & spes nostras bonas stabilire. Nempe id ipsum subiungunt dicentes:

Deus non desinit custodire sperantes in eum.

δ. Ἰδοὺ οὐ νυστάξει οὐδὲ ὑπνώσει, ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ.

Ὥσπερ ἔλεγον· ἀλλὰ καὶ δείκνυσι τοῦτο αὐτὸ διὰ τῶν πραγμάτων ὅτι τοὺς μὴ παραβαινομένους τῆς εὐθείας ὁδοῦ οὐ παύεται φυλάττων. θαρροῦντες οὖν ἀλλήλοις εὔχονται καὶ φασί·

4. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël.

Ac si dicerent: Quin imò rebus ipsis id ipsum ostendit se minimè desinere custodire illos qui rectas vias tenent. Sibi inuicem igitur animos addentes rogant & dicunt:

ε. Κύριος φυλάξει σε, κύριος σκέπη σου, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου.

5. Dominus * custodiet te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.

* Vulgata custodit

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Id eſt, Auxilium tuum erit dextera manus eius. Dexteram autem manum ſuam vocat Deum, vtpote potenter adiuuantem.

Ἀντὶ τοῦ, βοήθειά σου ἔσται ἡ δεξιὰ αὐτοῦ χείρ. δεξιὰν δὲ χεῖρα αὐτοῦ καλεῖ τὸν θεὸν, ὡς ἰσχυρῶς βοηθοῦντα.

6. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.

ϛʹ. Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα.

Deo protegente nil poteſt nocere.

Vult dicere, quòd Deo protegente nihil tibi officere poſſit, neque diurnum neque nocturnum detrimentum: per vſtionem enim Solis & vſtionem Lunæ omnia detrimenta complexus eſt, quæ diu noctúque hominibus accidunt. Nempe ſubdit:

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι θεοῦ δὲ φυλάττοντος οὐκ ἄν σε λυμήνοιτο, οὐδὲ ἡμερινὴ οὐδὲ νυκτερινὴ βλάβη· ἀπὸ γὰρ τῆς καύσεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς καύσεως τῆς σελήνης πάντα περιέλαβε τὰ βλαβερὰ, τὰ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνοντα. ἀμέλει ἐπιφέρει·

** Vulgata cuſtodit*

** cuſtodiat*

7. Dominus * cuſtodiet te ab omni malo: * cuſtodiet animam tuam Dominus.

ζʹ. Κύριος φυλάξει σε ἀπὸ παντὸς κακοῦ· φυλάξει τὴν ψυχήν σου ὁ κύριος.

Id eſt, cogitationes & conſilia tua. Deinde ſubiungit:

Ἀντὶ τοῦ, λογισμούς σου καὶ τὰς βουλάς. εἶτα ἐπιφέρει·

** Vulgata cuſtodiat*

8. Dominus * cuſtodiet introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

ηʹ. Κύριος φυλάξει τὴν εἴσοδόν σου καὶ τὴν ἔξοδόν σου, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Non ſolùm autem, inquit, cogitationes & conſilia tutabitur, ſed etiam omnem actionem; quandoquidem omnis noſtra actio vel in domo vel extra domum fit.

Οὐ μόνον δέ, φησι, τὰ διανοήματα καὶ τὰς βουλὰς ἀσφαλίσεται, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πρᾶξιν· ἐπείπερ πᾶσα ἡμῶν πρᾶξις ἢ ἐν τῷ οἴκῳ ἢ ἐκτὸς τοῦ οἴκου γίνεται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quale ſit lucrum tentationum.

1 LEVAVI OCVLOS MEOS IN MONTES.] Vide animam deficientem & anxiantem, vtpote in malis exiſtentem, & conſolatione potiri volentem. Iſtiuſmodi eſt lucrum tentationum, vt illam erigat exciterque ad ſupernum auxilium implorandum. Si enim craſſi Iudæi terræque affixi à captiuitate adeò probi euadebant, vt etiam montes Ieruſalem eminus imaginarentur, atque inde auxilium poſtularent, quantò magis nos malorum afflictio corriget, vt ad cælum ſuſpiciamus. Et ne quis dixerit, quoniam in ſolis illis montibus habitet, ſubiungunt, quòd qui illos incolit ſit Dominus vniuerſi. Vidiſti ſenſim adductos? Qui cælum, inquiunt, terramque fecit, poteſt etiam in aliena terra opitulari, & à barbaris reducere. Non ab equis, inquit, non à ſocijs, non à ſagittis auxilium meum, ſed à Domino. Quia verò auxilij mentionem fecerant, vide quomodo hic ſermo conſulat. q. d. Si velis opem conſequi, quæ tua quoque ſunt

αʹ. ΗΡΑ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΟΡΗ.] Ὅρα ψυχὴν ἀποδυρομένην καὶ ἀμηχανοῦσαν, ὡς ἐν κακοῖς οὖσαν, καὶ παραμυθίας ἐπιτυχεῖν βουλομένην. τοῦτο τὸ κέρδος τῶν πειρασμῶν, τὸ πτεροῦν αὐτὴν καὶ τὴν ἄνωθεν ποιεῖν ἐπιζητεῖν ῥοπήν. εἰ γὰρ οἱ παχεῖς Ἰουδαῖοι καὶ τῇ γῇ προσηλωμένοι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας οὕτω σπουδαῖοι ἐγίνοντο, ὡς καὶ τὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὄρη ἐκ μακροῦ ἐφαντάζοντο, καὶ ἐκεῖθεν ᾔτουν βοήθειαν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἡ θλῖψις τῶν κακῶν διορθώσεται, πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν. καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰς τὰ ὄρη ἐκεῖνα μόνα κατοικεῖ, ἐπάγουσιν, ὅτι ὁ ἐκεῖνα κατοικῶν αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης. εἶδες κατὰ μικρὸν ἀναγομένους; ὁ τὸν οὐρανόν, φασι, καὶ τὴν γῆν ποιήσας, δύναται καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ βοηθῆσαι, καὶ ἐκ βαρβάρων ἐπαναγαγεῖν. οὐ παρ' ἵππων, φησὶν, οὐ παρὰ συμμάχων, οὐ παρὰ βελῶν ἡ βοήθεια, ἀλλὰ παρὰ κυρίου. Ἐπεὶ δὲ βοηθείας ἐμνήσθησαν, ὅρα πῶς συμβουλεύει ὁ λόγος. ὡς, εἰ βούλει ἐκείνης τυχεῖν, καὶ τὰ παρὰ σαυτοῦ εἰσ-

εἰσένεγκε. Μὴ γὰρ δώῃς, φησὶν, εἰς σάλον τὸν πόδα σου· ὁ Σύμμαχος, Μὴ δώῃς περιτραπῆναι. οἷον, μὴ περιτραπῇς, μὴ σκανδαλισθῇς, καὶ τότε ἕξεις συμμαχίαν τὸν θεὸν χεῖρα ὀρέγοντα. ὥστε ὅταν τινὸς ἐπιτυγχάνειν βουλώμεθα, δεῖ καὶ ἡμᾶς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν. εἰ γὰρ μὴ σύ, φησι, περιτραπῇς, ἀλλὰ βεβαίαν ἔχοις τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου ἕψεται. εἰ σύ, φησιν, ἀσφαλίσῃ τὰς ὁδούς σου τοῦ, μὴ ἁμαρτάνειν· οὐκ ἄν ποτε αὐτὸς παύσεται τῆς φυλακῆς. Τίς δὲ δίδωσιν εἰς σάλον τὸν πόδα; ὁ πράγμασιν ἐπιβαίνων ὀλισθηροῖς, καὶ ἰσχυρὰν βάσιν οὐκ ἔχουσιν· οἷόν ἐστιν ὁ τοῦ πλούτου ἔρως ὁ τῶν βιωτικῶν πόθος. τὸ μέντοι οὐ νυστάξει ἀνθρωπίνως τέθεικεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τὰ ποίμνια φυλαττόντων. ὅτι γὰρ ἀπαθὴς ἡ θεία φύσις ἐπάγει· Ἰδοὺ οὐ νυστάξει. φύσει μὲν γὰρ ἄγρυπνος ὁ φύλαξ. σοῦ δὲ νυστάζοντος, καὶ αὐτὸς οἷόν τινα νυσταγμὸν δέξεται τὴν ἀμέλειαν. οὐ νυστάξει οὖν· τουτέστιν, οὐκ ἐγκαταλείψει, οὐ προήσεται, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας προστήσεται. διὸ ἐπήγαγε, Κύριος φυλάξει σε· ἕτερος, παρὰ τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν σου παραστήσεταί σοι συμμαχία βοηθείας. ὁρᾷς πῶς καὶ ἐνταῦθα βούλεται ἐνεργὸν εἶναι; ἀπὸ τῆς μεταφορᾶς δὲ τῶν ἐν παρατάξει ἑστώτων, παρὰ τὴν χεῖρά σου, φησὶ, στήσεται, ὥστε ἀχείρωτον εἶναι, ὥστε τὴν νίκην αἱρεῖσθαι· αὕτη γὰρ μάλιστά ἐστι δι' ἧς πάντα ἐνεργοῦμεν. ἀλλὰ καὶ σκέπη σοι, φησὶν, ἔσται. πάλιν γὰρ διὰ τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων τοῦ θεοῦ χαρακτηρίζει τὴν συμμαχίαν καὶ φυλακήν.

ϛʹ. Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε.] Καὶ ποῦ τοῦτο γέγονεν; Ἀναβαίνουσιν ἐξ Αἰγύπτου, ἢ καὶ ἐκ Βαβυλῶνος, περιεποιεῖτο σκέπην ἡμέρας μὲν, ἵνα μὴ φλέγοιντο τῇ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνι, νυκτὸς δὲ, ἀπὸ τῆς σελήνης· ἐπεὶ καὶ αὕτη, εἰ καὶ μετρίως, ἀλλ' ὅμως καίει. πρὸς δὲ διάνοιαν, ὁ τοῖς δεξιοῖς σκεπόμενος ὑπὸ κυρίου ἔργοις, οὐδὲν φοβήσεται τῶν ἐπιβουλῶν. ἐκ περιουσίας δὲ τοῦτο λέγει, τὴν πρόνοιαν δεῖξαι βουλόμενος, ὡς οὐ μόνον τῶν δεινῶν ἀπαλλάξει, ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀφήσει παθεῖν. ἀπὸ γὰρ τῆς καύσεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης πάντα τὰ λυπηρὰ περιέλαβεν. ὁ δὲ μηδὲ τὰ μικρὰ λυπῆσαι συγχωρῶν, ἀλλὰ μέχρι καὶ τούτων ἐκτείνων τὴν πρόνοιαν, πολλῷ

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

conferas. *Non des* enim, inquit, *in commotionem pedem tuum:* Symmachus, *Ne des circumuerti*. q.d. Ne deijciaris, ne scãdalizeris, & tunc habebis Deum auxiliarem manum porrigentem. Itaque quando aliquid cõsequi volumus, oportet etiam vt ea quæ nostrarum sunt partium conferamus. Si enim, inquit, tu minimè deijciaris, sed firmam in ipsum spem habueris, quæ sunt illius quoque sequentur. Si tu, inquit, firmaueris vias tuas, ne pecces; numquam ipse desinet te custodire. Quis est autẽ qui pedem dat in cõmotionem? qui res fluxas & caducas aggreditur, & quarum basis minimè firma est: cuiusmodi est amor diuitiarum & rerum sæcularium. Illud nempe *Non dormitabit* humano more posuit, ex translatione eorum qui greges custodiunt. Naturam enim diuinam passionibus minimè obnoxiam esse subiungit: *Ecce non dormitabit*. Naturâ enim somni expers est custos. Te autem dormitante, ipse quasi dormitationem quamdam admittet tui neglectum. *Non dormitabit* igitur: id est: Non derelinquet, non deseret, verùm etiam cum magna securitate defendet. Quapropter subiunxit, *Dominus custodiet te*: alius, *Iuxta manum dexteram tuam præbebitur tibi suppeditatio auxilij*. Vides quomodo hîc quoque te vult in opere exerceri? A metaphora autem eorum qui stant in acie, stabit, inquit, ad manum tuam dexteram, vt sis inexpugnabilis, vt victoriam referas: hæc enim est potissimùm per quam omnia agimus. Quin imò, inquit, protectio tua erit. Iterùm enim per ea quę apud nos sunt Dei auxilium & custodiam exprimit.

Cum Dei auxilio nostra industria coniungenda.

6. Per diem Sol non vret te.] Vbinam autem hoc factum est? Quando nimirum egressi sunt ex Ægypto, vel etiam ex Babylone, circumdedit illis vmbraculum quidem de die, vt Solis radio minimè adurerentur, per noctem verò, ne quid à Luna paterentur; quandoquidem hæc etiam, licet moderatè, adurit tamen. Quoad intelligentiam verò, is qui dexteris à Domino operibus protegitur, nil timebit insidiantes. Hoc autem dicit ex abundanti, volens ostendere prouidentiam, quomodo non solùm à malis liberaturus, sed neque permissurus sit vt humanitus aliquid patiantur. Per Solis enim ac Lunæ vstulationem tristia omnia complexus est. Qui enim ne hæc quidem parua sinit tibi molestiam afferre, sed eo vsq; extendit suam prouidentiam, multò

Quomodo Deus Israëlitas protexerit.

Deus futurum protector est.

CATENA PATRVM.

magis efficiet vt ab alijs expugnari nequeas. Animam autem, vti par est, ratiocinationes ac cogitationes intelligit; & non solùm cogitationes, verùm etiam omnem actionem. Ceterùm pro *introitum tuum* alius *accessum tuum* dixit. Vidisti eius perpetuum auxilium vbique adesse introëunti & exeunti? Quid potest cum hac charitate conferri? Hic quidem certè omnem vitam insinuat. In his enim vita vniuersa consistit, nempe in egressu & exitu. Hoc autem [inquit] non semel, nec ad paucos dies, sed perpetuò faciet. Vel quia sub tempus exitus huius vitæ,& sub ingressum in ciuitatem Dei, anima nostra maximè indiget custodiâ.

μᾶλλον ἀφ᾽ ἑτέρων ἀχείρωτόν σε κατασκευάσει. ψυχὴν δὲ τοὺς διαλογισμοὺς, ἴσως, καὶ τὰ διανοήματά φησι· καὶ οὐ μόνον τὰ διανοήματα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν πρᾶξιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν εἴσοδόν σου ἕτερος τὴν προσέλευσίν σου. εἶδες συνεχῆ συμμαχίαν πανταχοῦ παροῦσαν εἰσιόντι, ἐξιόντι; τί ταύτης ἴσον γένοιτ᾽ ἂν τῆς ἀγάπης; ἐνταῦθα μέντοι τὸν βίον ἅπαντα αἰνίττεται. ἐν τούτοις γὰρ ὁ βίος ἅπας, ἐν εἰσόδοις καὶ ἐξόδοις. τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ πρὸς βραχείας ποιήσει ἡμέρας, ἀλλὰ διηνεκῶς. ἢ ὅτι κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου τοῦ βίου καιρὸν, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὴν τοῦ θεοῦ πόλιν, μάλιστα ἡ ψυχὴ ἡμῶν δεῖται φυλακῆς.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. His qui in Babylone degebant etiam hic Psalmus conuenit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῖς ἐν Βαβυλῶνι διάγουσι καὶ ἐνταῦθα πρόσφορος ὁ ψαλμός.

1. LEVAVI OCVLOS MEOS IN MONTES.] CHRYSOSTOMI. Non erat ipsis ciuitas, non arx, non mœnia, neque aliquid aliud eiusmodi, sed captiui & serui inter hostes simul & Dominos versabantur: calamitatum autem magnitudine oppressi ad inuictam manum confugiebant, & ab humanis deserti præsidijs, ex ea ipsa desertione conferebant se ad philosophiam dicentes: *Leuaui oculos meos in montes*, &c. Omnia præsidia humana defecerunt; vna, inquit, deinceps salus residua est, illa quæ à Deo est.

A Deo salus & auxilium est.

α. ΗΡΑ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΟΡΗ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ πόλις αὐτοῖς, οὐ πύργος, οὐ τεῖχος, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ αἰχμάλωτοι καὶ δοῦλοι μεταξὺ τῶν πολεμίων ὁμοῦ καὶ δεσποτῶν ἀνεστρέφοντο· τῷ μεγέθει δὲ τῶν συμφορῶν πιεζόμενοι, πρὸς τὴν ἄμαχον κατέφυγον χεῖρα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐρημωθέντες, ἀπὸ τῆς ἐρημίας ταύτης φιλοσοφεῖν ἤρχοντο λέγοντες· ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, καὶ ἑξῆς. τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων πάντα ἐγκαταλέλειπται· μία λοιπὸν ἐπιλέλειπται σωτηρία, φησὶν, ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ.

ORIGENIS. Ego quidem, inquit, leuaui oculos meos in montes, sanctos scilicet Angelos, tamquam ab aliquo illorum opem consecuturus: venit autem mihi auxilium à Domino, qui fecit cælum & terram. Non frustrà autem apposuit illa verba, *Qui fecit cælum & terram.* Si enim, inquit, ipse cælum terramque fecerit, potest vbique atque adeò etiam in terra aliena opem ferre, & inter barbaros manum porrigere.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐγὼ μὲν ἦρα, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ὡς μέλλων ὑπό τινος αὐτῶν βοηθεῖσθαι· ἦλθεν δέ μοι ἡ βοήθεια παρὰ κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς προσέθηκε, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Εἰ γὰρ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν αὐτὸς, φησὶν, ἐποίησεν, πανταχοῦ δύναται καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ βοηθῆσαι, καὶ ἐν βαρβάροις χεῖρα ὀρέξαι.

CHRYSOSTOMI. Vidisti eos vbique Deum quærere, è terra, è montibus, è solitudine, cum vbique sibi ob oculos ponere? Vidisti eorum mentem fieri excelsiorem, & summam Dei prouidentiam ab eis vbique prædicari? Vi-

Deus semper ante oculos habendus.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πανταχοῦ τὸν θεὸν ἐπιζητοῦντας, ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τῶν ὀρῶν, ἀπὸ τῆς ἐρημίας, πανταχοῦ αὐτὸν φανταζομένους; εἶδες τὴν διάνοιαν ὑψηλοτέραν γινομένην, καὶ τὴν πανταχοῦ πρόνοιαν αὐτοῦ τεταμένην ἀνακηρύττοντας;

ὁρᾷς

Digitized by Google

ὁρᾷς πῶς φιλοσοφοῦσιν, οἱ λίθων ὄντες ἀναισθητότεροι; ἡνίκα ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας διέτριβον, οὐκέτι ναοῦ μέμνηνται, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ γῆς. ὅρα πῶς καὶ τὴν δημιουργίαν ἀνακηρύττουσι καὶ τὴν σοφίαν ἀναγορεύουσι καὶ τὴν πρόνοιαν; ἡ βοήθειά μου παρὰ κυρίου, οὐ παρὰ ἀνθρώπων, οὐ παρὰ χρημάτων, οὐ παρὰ ἄλλου τινός, ἀλλὰ παρὰ κυρίου. αὕτη ἀχείρωτος ἡ συμμαχία, αὕτη ἄμαχος ἡ βοήθεια. ταύτην καὶ οἴκοι μένοντα δυνατὸν ἐπισπάσασθαι τὴν ῥοπήν, μόνον ἂν ὑψηλά τις ὄμματα ἔχοι, καὶ πάντων ἀναρτήσας ἑαυτὸν τῶν ἀνθρωπίνων, ἐκείνης ἐκκρέμηται τῆς ἐλπίδος.

γ'. ΜΗ ΔΩΗΣ ΕΙΣ ΣΑΛΟΝ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μὴ περιτραπῇς, φησί, μηδὲ σκανδαλισθῇς, καὶ τότε ἕξεις τὸν θεὸν χεῖρα ὀρέγοντα. ὥστε παρ' ἡμῶν δεῖ εἶναι τὰς ἀρχάς, καὶ ὁ θεὸς τοῦ ὀρέξαι χεῖρα ἕτοιμος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πόσην ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν σπουδὴν ὁ λόγος. ἐπειδὴ γὰρ βοηθείας ἐμνήσθησαν, καὶ τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν καλοῦσι, παραινεῖ καὶ συμβουλεύει λέγων· εἰ βούλει καὶ ταύτης ἀπολαῦσαι, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσένεγκε. μὴ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου.

δ'. ΙΔΟΥ ΟΥ ΝΥΣΤΑΞΕΙ ΟΥΔΕ ΥΠΝΩΣΕΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἂν οὕτως διακείμενος ᾖς, φησίν, οὐ νυστάξει οὐδὲ ὑπνώσει. τουτέστιν, οὐκ ἐγκαταλείψει, οὐ προήσεται, οὐκ ἀφήσει γυμνὸν καὶ ἔρημον. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔθηκεν, ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. ἀλλὰ τοῦτο ἔργον αὐτοῦ διηνεκές, τὸ ἄνωθεν καὶ ἐκ τῶν προγόνων τῶν σῶν ἐν ἀσφαλείᾳ σε καθιστᾶν. οὐ τοίνυν τὸ ἔργον προήσεται τὸ αὐτοῦ, ἐὰν μὴ σὺ δώῃς εἰς σάλον τὸν πόδα σου· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐγκαταλείψει, ἀλλὰ καὶ προστήσεται μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας. διὸ καὶ ἐπήγαγε λέγων·

ε'. ΚΥΡΙΟΣ ΦΥΛΑΞΕΙ ΣΕ, ΚΥΡΙΟΣ ΣΚΕΠΗ ΣΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἕτερός φησι, παρὰ τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν σου παραστήσεταί σοι, σύμμαχος, βοηθός. Ὁρᾷς πῶς καὶ ἐνταῦθα βούλεται ἐνεργὸν εἶναι. ἀπὸ τῆς μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ παρατάξει ἑστώτων, παρὰ τὴν χεῖρά σου στήσεται τὴν δεξιάν, ὥστε ἀχείρωτον εἶναι, ὥστε ἐνεργόν, ὥστε τρόπαιον ἱστᾶν, ὥστε νίκην αἱρεῖσθαι· ἐπειδὴ μάλιστα αὕτη ἐστὶ δι' ἧς ἅπαντα ἐνεργοῦμεν· οὐκ ἔσται δέ σοι παραστάτης μόνον, ἀλλὰ καὶ σκέπη.

des quomodo philosophentur, qui vel minùs habebant sensus quam lapides? Dum in aliena regione versantur, non ampliùs templi, sed cæli & terræ meminerunt. Vide quomodo mundi fabricationem Deique sapientiam ac prouidentiam prædicent? *Auxilium meum à Domino*, non ab hominibus, non à pecunijs, non ab alia re aliqua, sed à Domino. Hoc auxilium est inuictum, hoc præsidium est inexpugnabile. Hanc autem opem diuinam etiam domi manens attrahere valeat, dummodò quis oculos habeat sursum eleuatos, & à rebus humanis omnibus se seiungens, ab illa spe dependeat.

CATENA PATRVM.

3. NON DES IN COMMOTIONEM PEDEM TVVM.] ORIGENIS. Ne deijciaris, inquit, ne scandalizeris, & tunc habebis Deum manum præbentem. Nos igitur oportet incipere, & Deus manum præbere paratus est.

Nobis simul cum auxilio Dei laborandum.

CHRYSOSTOMI. Vide quantam hic sermo exigat à nobis diligentiam. Quia enim auxilij meminerunt, & supernam opem inuocant, adhortatur & consulit dicens: Si velis eam assequi, quæ tua quoque sunt conferas. *Ne des in commotionem pedem tuum.*

4. ECCE NON DORMITABIT NEQVE DORMIET.] ANONYMI. Si te, inquit, ita comparaueris, *non dormitabit neque dormiet.* hoc est, Non derelinquet, non finet, non dimittet nudum & desertum. Et non abs re posuit, *Qui custodit Israel.* Sed hoc est eius perpetuum munus, vt desuper & à maioribus tuis te in tuto collocet. Haudquaquam igitur opus suum deferet, nisi tu dederis in commotionem pedem tuum: neque verò solùm non deferet, sed te etiam cum magna securitate defendet. Et ideò subiunxit dicens:

5. DOMINVS CVSTODIET TE, DOMINVS PROTECTIO TVA.] DIDYMI. Alius ait, *Iuxta manum dexteram tuam erit defensor tuus, adiutor, auxiliator.* Vides quomodo hîc quoque te vult in opere exerceri. A metaphora autem eorum qui stant in acie, stabit ad manum tuam dexteram, vt sis inexpugnabilis, vt sis strenuus, vt trophæum erigas, & referas victoriam; quandoquidem hæc est maximè per quam omnia agimus: non solùm autem tibi assistet, verùm etiam proteget te.

Dei in adiuuando liberalitas.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII. Exod. 13.

6. PER DIEM SOL NON VRET TE.] CHRYSOSTOMI. Vbinam autem hoc factum est? Quando egressi sunt ex Ægypto, & degebant in solitudine. Hîc autem dicit magnam securitatem. Est autem verisimile, eos etiam cùm tunc redirent eiusmodi aliquod miraculum fuisse consecutos aliquo aliò modo. Volens igitur ex abundanti ostendere eius prouidentiam, quòd non solùm liberet à malis, imò ne ea quidem sinat perpeti quæ solent accidere hominibus, hoc subiunxit. Est enim auxilij eius liberalis & effusa suppeditatio.

ϛʹ. ΗΜΕΡΑΣ Ο ΗΛΙΟΣ ΟΥ ΣΥΓΚΑΥΣΕΙ ΣΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ πῦ τοῦτο γέγονεν; ὅτε ἐξ Αἰγύπτου ἐπανήεσαν, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ διῆγον. ἐνταῦθα δὲ τὴν πολλὴν ἄδειαν λέγει. εἰκὸς δὲ, καὶ τότε ἐπανιόντας τοιαύτης τινὸς ἀπολαῦσαι παραδοξοποιΐας ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ. ἐκ περιουσίας τοίνυν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐ μόνον τῶν δεινῶν ἀπαλλάττει, ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀφίησί σε παθεῖν, τοῦτο ἐπήγαγε. δαψιλὴς γὰρ ταύτης τῆς βοηθείας ἡ χορηγία.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Psalmus, qui est secundus gradualium, consolatur peregrinos ascendentes Hierosolymam, promittens perpetuam Dei custodiam. Ac primùm loquitur Propheta in persona peregrini: deinde loquitur in persona propria, & consolatur peregrinum.

1. *Leuaui oculos meos in montes*, &c.] Hic locus sic posset transferri ex Hebræo: *Leuaui oculos meos in montibus*. vt sit sensus: In montium cacumine positus circumspexi vndique, si quà mihi auxilium poterat aduenire; & reperi nullum mihi ab hominibus creaturisque omnibus, sed à solo Deo præsidium adferri posse. Quos autem alios montes hîc debemus accipere nisi illos ad quos viri spirituales per contemplationem spiritualemque solitudinem conscendunt: à quibus aquas gratiarum accipiunt, quas deinde in egenos ac sitibundos deriuent. Non desunt etiam istis montibus metallorum venæ ditissimæ, & talentorum sibi commissorum repositoria, quibus Ecclesiam ditant atque sustentant. Perfectis enim tamquam seruis fidelibus dare solet Dominus aurum sapientiæ, argentum eloquij, & æs constantiæ ac fortitudinis, vt alios illuminent, doceant & in fide aut in virtute stabiliant. Nam quid est Ecclesiæ sanctitas nisi mons aureus, splendore suo infideles à luto cæcitatis auertens, & ad quærendam pulchritudinem veritatis alliciens? Quid est Ecclesiæ puritas, nisi mons argenteus claritate verbi venientes edocens, & in itineribus salutis erudiens? Quid est Ecclesiæ perfectio, nisi mons æreus suâ stabilitate ac fortitudine, aduersus quem portæ inferi non præualebunt, paruulos protegens, & ab omni incursu aduersarij defendens? Quid sunt sancti & perfecti viri, nisi quidam monticuli super hunc magnum montem collocati, à quo diuitias auri & argenti, sapientiæ nimirum ac puritatis, & robur æris ac ferri, scilicet patientiæ ac longanimitatis, accipiunt? Hinc amor studiumque Patriarcharum veterum & piorum, qui rebus alijs soluti sese ad montes conferebant tamquam ad diuinitatis commercium & Sancta sanctorum, vt orarent, vt litarent sanctè, vota soluerent, & referrent dona. Cui rei præiuisse Deus videtur aut arcanis monitis aut exemplo: nam cùm iussit Abrahamum, virum omni prædicatione maiorem, candidam illam offerre victimam, animæ dimidium, spem domus; designauit illi montem, in quo facinus illud magnum & religiosum obiret, famosum illum montem, cui Moria nomen est, omnium Gentium litteris celebratum. Deinde ipsius quoque afflatu, in eodem monte Moria & designatum à Dauide & perfectum à Salomone fuit magnificentissimum illud templum, orbis miraculum, Iudaicæ religionis asylum; sic vt templum in monte, mons in templo, Numen in vtroque videretur. Ab eo tempore montium religio multum effloruit, cùm Iudæi in montem atque templum, tamquam in alterum cælum, non tam corporis quàm pio animorum motu contendere viderentur.

Viri sancti montes sunt spirituales.

Patriarchæ veteres in montibus orabant & sacrificabant.

3. *Non des in commotionem pedem tuum.*] Ita Codices Græci, & S. Chrysostomus, & Theodoretus, & Apollinarius: at Psalterium Vetus & S. Augustinus, *Ne des ad mouendum pedem meum:* ceteræ editiones Latinæ & S. Hilarius: *Non det in commotionem pedem tuum.* Petit *pedem*, id est affectum, in bono stabiliri. Nihil enim facilius est, quàm in naturæ hac corruptione labi, quàm à bono & laudabili proposito desciscere, quàm exire de via, nisi quis sibi studiosissimè attendat, & diuinâ manu sustentetur. Adeò verùm est quod dixit Homerus Iliad. 15. Στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν, *Mutabiles quidem sunt mentes bonorum*, cùm tam multos, quorum summus ad virtutem ardor extiterat, cecidisse videamus. Illud ipsum mores hominum quotidiani & rationis quoque lumen satis comprobant, nihil esse humanâ voluntate mutabilius, nihil leuius, nihil quod in bono fluctuet magis, coloremque & naturam sæpiùs immutet. *Habitum vertere, natura totius solemne munus est*, inquit Tertullianus lib. de Pallio cap. 2. Et paulò pòst ait *mundum diuersitatibus corporatum, & vicibus temperatum & versiformem.* Sed inter omnia inconstantissimâ suâ varietate lucet homo, nec chamæleon de corio suo ita ludit, vt de moribus ille: neque aër elatæque nubes tot sumunt effigies diuersarum rerum, quàm ille affectuum diuersitatem. Quod cùm Sancti omnes profiteantur, tum Doctor Gentium id sæpiùs, & clarissimè quidem ostendit: nam cùm dicit, *Qui stat, videat ne cadat*, haud obscurè innuit, vniuscuiusque imbecillitatem & alienum

Homo natura labilis & mutabilis, nisi à Deo sustentetur.

1. Cor. 10.

Digitized by Google

alienum præsidium esse intuendum; neque id vulgare esse Dei beneficium, atque ab eo donari consueuisse, alio in loco docet, cùm de Numinis prouidentia loquitur in stantes & cadentes: *Potens*, inquit, *est illum statuere*. Vbi ostendit rei difficultatem, cùm ad *statuendum*, hoc est firmandum, & tribuendam in bono constantiam, requirit vim potentiamque Dei velut omni brachio contendentis. Inde fit vt rara sit constantia & firmitudo in hominibus languidis, ignaris sui, neque satis in Deum intentis: in quibus S. Dionysius lib. de Diuinis nominibus cap. 9. esse monet σάλον ἄνιερον, *saltationem quamdam impuram atque profanam*, fluctuantem motum inconstantiæ & temeritatis; cui Deus fit ἵδρυσις ἱερά, *sacra & diuina confirmatio*, quam hoc loco Dauid summis votis expetit.

Rom 14, 4.

4. *Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël.*] Hinc pulchrè Chrysostomus oculum Dei ἀκοίμητον appellat, id est, *somni expertem*. Et apud Danielem Deus ipse antonomasticè *vigil* appellatur. *Videbam* (inquit Nabuchodonosor) *in visione capitis mei super stratum meum: & ecce vigil & sanctus de cælo descendit*. Quin etiam Angeli mundi præsides, imò & homines animarum custodes, vigiles dicuntur. *Inuenerunt me vigiles*, inquit sponsa, *qui custodiunt ciuitatem*. vbi D. Bernardus Serm. 77. *Benè*, inquit, *tecum agitur, ô Mater Ecclesia, benè tecum agitur in loco peregrinationis tuæ: de cælo & de terra venit auxilium tibi: qui custodiunt te non dormitant, neque dormiunt custodes tui Angeli sancti, vigiles tui spiritus & animæ iustorum*. De vtrisque in Ecclesiæ tutelam & custodiam inuigilantibus est illud propheticum, vt D. Bernardus ibidem notat: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes totâ die, in perpetuum non tacebunt*. Nec immeritò homines vigilando pares Angelis efficiuntur. Nam, vt benè Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 9. *Anima*, inquit, *Deum mente semper versans, per continuam consuetudinem corpori vigiliam inserens, exæquat hominem angelicæ gratiæ, vita æternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens*.

Deus antonomasticè vigil dicitur. Dan. 4, 10. *Angeli & Ecclesiæ Rectores vocantur vigiles.* Cant. 4, 3. Isaiæ 62, 6.

5. *Dominus protectio tua.*] Hebræa dictio (vt benè notat Iansenius) non significat simpliciter protectionem, sed *vmbram*; proinde oportet intelligere de huiusmodi protectione, qualis est vmbra vel vmbraculum, totum hominem omni ex parte obumbrans. Ex quo item consequens est, particulam sequentem, *super manum*, non sic cum superiori connecti, vt significetur Deum protegere & obumbrare manum dexteram, qui totum hominem quasi sub velamento alarum suarum tegit: sed intelligendum est, Dominum adstare iuxta manum dexteram, vt *super* accipiatur pro *iuxta*; sicut cùm dicitur posteà, *Super flumina Babylonis*, &c. vt idem sit hic loquendi modus qui alibi, dum dicit: *A dextris est mihi, ne commouear*. Itaque postquam dixisset, *Dominus custodit te*, subiungit duplicem rationem quâ Deus intelligatur prouidè admodum nos custodire, vt eo intellecto securiùs nos illi credamus. In anagogico tamen sensu rectè S. Augustinus per manum dexteram intelligit bonas operationes, in quibus Deus nobis adest adiutor. S. Chrysostomus hoc loco hunc loquendi modum vult petitum à bellis, & describi Deum vt παραστάτην, *parastatam*, quem Gaza dicit *adstitem*, Nicephorus ἀσπιζοντα, scutatum, peltastam, clypeo defendentem. Fuerunt enim in prælio adstites, qui ad bellantium latus hærerent, atque armorum suorum obiectu & fortissimi animi contentione eos tuerentur. Deus igitur est parastata noster, & protectio ad manum dexteram, quasi tegat assiduissimè latus, & potentissimâ suâ manu defendat, vbique adsit & volitet, nobis lauros & victoriam conciliet, tutos & beatos reddat. Sunt quidem nostræ manus debiles, atque omni præsidio nudæ, si natura spectetur, atque humanæ mentis infirmitas; sed si magnus ille bellator, & cælestis militiæ Princeps nobiscum fuerit, iuxta manum dexteram nostram in eo faciemus virtutem. Hic igitur ille oris aurei Præsul ait significari beneuolentissimi Dei custodiam, ὁλόκληρον, suis numeris absolutam, acerrimam, & præsentissimum auxilium dignum Deo, cuius item fauor in dextera vt arcano symbolo notetur.

Qualis protectio sit Dominus. Psal. 136, 1. Psal. 15, 8.

ANNOTATIONES CORDERII.

6. *Per diem Sol non vret*, &c.] Ad litteram quidem hîc aliud Propheta significare non vult, quàm omni tempore ab omni malo Deum in se confidentes custodire. vnde quasi exponens tropum subdit: *Dominus custodit te ab omni malo*. Secundùm anagogicum tamen sensum rectè per *diem* tempus prosperitatis, per *noctem* tempus aduersitatis intelligitur. S. Augustinus autem subtiliùs per *Solem* Christi diuinitatem, per *Lunam* Christi humanitatem intelligit. Fuerunt enim hæretici qui in Christi diuinitate scandalizati sunt, & errauerunt; alij verò in Christi humanitate.

Dies significat tempus prosperitatis, nox aduersitatis.

8. *Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum.*] Familiare est linguæ Hebrææ, per *introire & egredi* significare omnem vitæ humanæ conuersationem: vt cùm dicitur in Deuteronomio, *Benedictus eris ingrediens & egrediens*: vel, vt habent Hebræa, *Benedictus eris in introitu tuo, & benedictus in egressu tuo*. Sic Dauid dicitur egredi & ingredi coram populo. Et Salomon: *Ego autem*, inquit, *sum puer paruulus, ignorãs egressum & introitum meum*; id est, Quomodo conuersari & omnia mea instituere debeam. D. Augustinus mysticè introitum accipit cùm ingredimur tentationem, exitum, cùm eâ liberamur, eamque superamus. Porrò etsi Latinus Interpres in hoc Psalmo bis vertat per præsens indicatiui, *Dominus custodit*, bis per optatiuum, *Dominus custodiat*; Græcis tamen semper est futurum indicatiui, κύριος φυλάξει, *Dominus custodiet*; vt correspondeat quarto versui, *Non dormitabit neque dormiet*. Hebræis verò in tribus vltimis locis est *custodiet*, primo verò *custodit*; quomodo & S. Augustinus legit; editio tamen Complutensis omnibus quatuor locis habet optatiuum φυλάξαι, *custodiat*. Per voces autem illas, *introitum & exitum*, periodum humanæ vitæ significauit Propheta, teste Chrysostomo ibidem. Ac si dicat: Quæres, quid sit humana vita. Ego sanè nihil aliud existimo esse, quàm introitum & exitum. Statim enim atque per natiuitatem in vitam introimus, statim nullâ interpositâ morâ per mortem eximus. Ac si dicat: Nullam moram in hac vita trahimus, neque minimum temporis in vita persistimus: nihil aliud quàm introitum & exitum habemus;

Introitus & exitus quid apud Hebræos significet. Deut. 28. 2. Reg 17. 3. Reg. 3, 7.

Vita humana est tantùm introitus & exitus.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

mus; statim atque intramus eximus. Apud Chrysostomum, & superiùs in Commentario, alius Interpres significantiùs legit pro introitu *προσελθεῖν, accessum:* siquidem tam breui tempore cogimur de vita exire, vt non videamur introisse, sed accessisse ad vitæ limina, & ipsâ vitâ vix è limine salutatâ per mortem discessisse.

IN PSALMVM CXXI. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

Supradictos quidem Psalmos mœrentibus Vates accommodauit, hunc autem qui præ manibus est ijs qui læta reditus nuntia iam acceperant.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Τοὺς μὲν προειρημένους ψαλμοὺς ὁ προφήτης τοῖς ἀθυμοῦσι συνήρμοσε, τὸν δὲ μετὰ χεῖρας τοῖς ἤδη δεξαμένοις τῆς ἐπανόδου τὰ εὐαγγέλια.

PARAPHRASIS ANONYMI.

** Vulgata his quæ dicta sunt*

LÆTATVS sum in * ijs qui dixerunt mihi: In domum Domini ibimus.

Gaudet de Hierosolyma instauratione.

Id est, Recreauit me auditus eorum qui dicebant nos templum sanctum recuperauros.

2. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.

Ac si diceret, Vbi etiam priùs eramus.

3. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Ceterùm, inquit, lætatus sum, cùm intellexi Hierosolymam denuò ædificandam esse, & proprias ædes sibi inuicem continua serie cohærentes & contiguas recepturam. Participationes enim ciuitatis appellat ipsas domos. Porrò illud *in idipsum* vocat densitatem & continuam seriem.

4. Illuc enim ascenderunt Tribus,

Iudæi ad festa ascendebant in Hierusalem.

Vbi, inquit, ascendebant Tribus per singula festa; subauditur autem in Hierusalem.

Tribus Domini, testimonium Israël

Tribus, inquit, istæ Israëlis testimonium sunt Dei & virtutis eius argumentum; quandoquidem ex vnico Abrahamo tanta multitudo orta est.

Ad confitendum nomini Domini.

Ascendebant autem, inquit, hæ Tribus, vt illic Deo iuxta placitum legis gratias agerent.

5. Quia illic sederunt sedes in

ΗΥΦΡΑΝΘΗΝ ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι· εἰς οἶκον κυρίου πορευσόμεθα.

Ἀντὶ τοῦ, καὶ ἡ ἀκοή με ηὔφρανε τῶν εἰπόντων ἀπολαμβάνειν ἡμᾶς τὸν ναὸν τὸν ἅγιον.

β΄. Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου Ἱερουσαλήμ.

Ἵνα εἴπῃ, ὅπου καὶ πρότερον ἦμεν.

γ΄. Ἱερουσαλὴμ ᾠκοδομημένη ὡς πόλις· ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ηὐφράνθην δέ, φησι, μαθών, ὅτι καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ ἀνοικοδομεῖται πάλιν, καὶ τὰς οἰκήσεις ἀπολαμβάνει τὰς ἰδίας ἐχομένας ἀλλήλων κατὰ τὸ συνεχές. μετοχὰς γὰρ τῆς πόλεως τὰς οἰκήσεις καλεῖ. τὸ δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὸ πυκνὸν λέγει καὶ συνεχές.

δ΄. Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαί,

Ὅπου, φησὶν, ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ καθ᾽ ἑκάστην ἑορτήν· προσυπακούεται δὲ ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ.

Φυλαὶ κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραὴλ

Αἱ φυλαί, φησιν, ἐκεῖναι τοῦ Ἰσραὴλ μαρτύριον εἰσὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἀπόδειξις τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· εἴγε ἐξ ἑνὸς τοῦ Ἀβραὰμ τοσοῦτον πλῆθος ἐγένετο.

Τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι κυρίου.

Ἀνέβησαν δὲ αἱ φυλαί, φησιν, εὐχαριστεῖν ἐκεῖ τῷ θεῷ κατὰ τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν.

ε΄. Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι

εἰς

Digitized by Google

εἰς κρίσιν, θρόνοι ἐπὶ οἶκον Δαβίδ.

Ἐν ᾗ, φησι, Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰ βασίλεια ὑπῆρχε, καὶ οἱ ἐκ τοῦ Δαβὶδ κατήγοντο βασιλεῖς· ἐν ᾗ καὶ αἱ κρίσεις ἐγίνοντο τῶν βασιλέων, δικαζόντων τοῖς ἀδικουμένοις.

ς'. Ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τῇ Ἱερουσαλήμ· καὶ εὐθηνία τοῖς ἀγαπῶσί σε.

Παρακαλέσατε οὖν, φησιν, ἅπαντες τὸν θεὸν περὶ τῆς εἰρήνης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ περὶ τῆς εὐθηνίας τῶν ἀγαπώντων τὴν Σιών. τὸ γὰρ ἀγαπῶσί σε ἀντὶ τοῦ τὴν Σιὼν λέγει καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. ὅθεν εἰπὼν, ὅτι παρακαλέσατε περὶ τῆς εἰρήνης αὐτῆς, καὶ περὶ τῆς εὐθηνίας τῶν ἐνοικούντων, ἐπιφέρει·

ζ'. Γενέσθω δὴ εἰρήνη ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ εὐθηνία ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου.

Εὐκτικόν ἐστι τοῦτο τὸ ῥῆμα. εἰπὼν γὰρ ὅτι παρακαλέσατε ἐπήγαγεν, ὅτι γενέσθω δὴ εἰρήνη. τὸ δὲ ἐν τῇ δυνάμει σου ἀντὶ τοῦ διὰ τῆς δυνάμεώς σου λέγει, τουτέστι τοῦ θεοῦ. πυργοβάρεις δὲ καλεῖ τὰς στρογγύλας οἰκήσεις· αὗται γὰρ ἐδόκουν εἶναι περιφανέστεραι τῶν ἄλλων οἰκημάτων.

η'. Ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου καὶ τῶν πλησίων μου ἐλάλουν δὴ εἰρήνην περὶ σοῦ·

Παρακαλέσωμεν δέ, φησιν, εἰρήνην γενέσθαι τῇ Ἱερουσαλὴμ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἕνεκα· τουτέστι, τῶν ὑπὲρ ἀλλήλων ποιουμένων λόγον. καὶ τοῦτό φησιν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τίνος χάριν ἐπάγει.

θ'. Ἕνεκα τοῦ οἴκου κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι.

Ὡσανεὶ ἔλεγεν· ὅτι παρακαλῶ δὲ γενέσθαι εἰρήνην τῇ Ἱερουσαλὴμ, οὐκ αὐτῆς ἕνεκα τῆς πόλεως, οὐδὲ τῶν ἀδελφῶν μου χάριν· ἀλλ' ὥστε τὸν οἶκον ἡμᾶς τὸν ἅγιον πάλιν ἀπολαβεῖν, καὶ ἔχειν τόπον καὶ καιρὸν, ἐν ᾧ τὰς εὐχαριστίας προσφέρειν ὀφείλομεν τῷ θεῷ, καὶ δεικνύναι ἐν αὐτῷ τὸν τῆς εὐγνωμοσύνης καιρόν.

* iudicium, sedes super domum Dauid.

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata iudicio.

In qua, inquit, Hierusalem erant etiam regalia, & Reges qui ex Dauide genus deducebant: in qua etiam iudicia fiebant Regum, qui iniuriâ oppressis ius decernebant.

6. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Pro pace rogandum.

Rogate igitur, inquit, omnes Deum pro pace Hierusalem, & pro abundantia eorum qui diligunt Sion. Illud enim *diligentibus te* dicit pro Sion & Hierusalem. Vnde cùm dixisset, Rogate pro pace eius, & pro incolarum prosperitate, subiungit:

7. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

Hoc optatiuè dictum est. Nam cùm dixisset *Rogate* subiunxit, *Fiat pax*. Illud autem *in virtute tua* dicit pro *per virtutem tuam*, scilicet Dei. *Turres* autem vocat rotundas ædes: hæ enim ceteris domibus illustriores apparebant.

8. Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.

Rogemus autem, inquit, vt pax fiat Hierosolymis propter fratres nostros; id est, pro nobis inuicem sermonem facientes. Atque hoc non abs re dicit, sed quam ob caussam subiungit:

9. Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.

Ac si dixisset: Quòd autem rogem vt pax fiat Hierosolymæ, non facio propter ipsam ciuitatem, neque propter fratres meos; sed vt sacram ædem denuò recuperemus, & locum tempusque habeamus, in quo Deo gratiarum actiones offerre debemus, & hoc ipso beneuolentiæ occasionem declarare.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quanta fuerit Iudæorum erga templum deuotio.

1 Lætatvs svm in iis qvi dixervnt mihi.] Hæc vox est hominum religiosorum: non enim gaudebant eò quòd res proprias recepturi, sed quia diuinum templum visuri erant. At multi nunc hoc verbum ægrè ferunt: & si quis quidem ad theatra vocauerit, multi concurrunt; sed si ad domum orationis, plurimi cunctantur. At non sic Iudæi: quò quid possit esse grauius, quando illis negligentiores cernuntur Christiani? Verùm ipsos afflictio tales reddidit. Qui enim anteà templum negligebant, nunc etiam ad promissionem ipsam incalescunt, & cum maiori desiderio ea requirunt à quibus exciderant, & vel ipsum solum amplectebantur dicentes: *Complacuerunt seruis tuis lapides eius.* Et: *Memor ero tui de terra Iordanis.* Item: *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.* Quid recordatus es? *Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis:* hoc est, Quando transiui ad choreas & celebritates. Ceterùm pro *Stantes* alius ait, *Lætatus sum cùm dixissent mihi, In domum Domini venimus. Steterunt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Vidisti voluptatis excellentiam? perinde ac si rebus ipsis fruerentur, vel ad ipsa verba gaudebant.

Psal. 101, 15.
Psal. 41, 7.
Ibid. 5.

3. Hiervsalem qvæ ædificatvr vt civitas.] Vel quia ædificabitur vt ciuitas: vel vt alius ait, *Recepimus Hierusalem ædificatam vt ciuitatem*; eò quòd nihil in ea desertum esset. Deinde etiam aliud encomium eius dicit: *Illuc enim ascenderunt Tribus.* Hoc enim maximè ornabatur ciuitas, quòd omnes illic congregabantur in solemnitatibus & concilijs & publicis sacrificijs: nam illic tantùm licebat sacrificium offerre, quod erat argumentum diuinæ cognitionis: ne si vbiq; vagarentur, viam haberent ad idololatriam, loci angustia aberrantem eorum mentem coërcet. Quid porrò est *testimonium Israël?* Testimonium maximum, argumentum, probatio Dei prouidentiæ, vt nulla relinquatur excusatio ijs qui desciscunt.

Maxima erat Hierosolymis frequentia in solemnitatibus.

5. Qvia illic sedervnt sedes.] Cùm diuina vaticinatus esset, etiam humana vaticinatur, & aliam recenset ciuitatis excel-

α. Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι.] Εὐσεβοῦντων ἡ φωνή· οὐ γὰρ ὅτι τὰ οἰκεῖα ἔμελλον ἀπολήψεσθαι ἔχαιρον, ἀλλ' ὡς τὸν θεῖον ὀψόμενοι ναόν. Ἀλλὰ νῦν πολλοὶ καὶ δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῷ ῥήματι· κἂν μὲν τις εἰς θέατρα καλέσοι, πολλοὶ οἱ συντρέχοντες· ἂν δὲ ἐπὶ οἶκον εὐκτήριον, πολλοὶ οἱ ὀκνοῦντες. Ἀλλ' οὐχ Ἰουδαῖοι οὕτως· οὗ τί ἂν γένοιτο χαλεπώτερον, ὅταν ἐκείνων φαίνονται χριστιανοὶ ῥαθυμότεροι; καίτοι γε δὲ ἡ θλίψις τοιούτους ἐποίησεν. οἱ γὰρ πρὸ τούτου τὸν ναὸν ἀφιέντες, νῦν καὶ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν διαθερμαίνονται, καὶ μετὰ πλείονος ἐπιθυμίας ταῦτα ζητοῦσιν ὧνπερ ἐξέπεσον, καὶ τὸ ἔδαφος αὐτὸ περιέπλεκον λέγοντες· Εὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς. καὶ· μνησθήσομαί σου ἐκ γῆς Ἰορδάνου. καὶ· ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου. Τί ἐμνήσθης; ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς· ἀντὶ τοῦ, ὅτι διηρχόμην τὰς χορείας τὰς πανηγύρεις. ἀντὶ δὲ τοῦ ἑστῶτες ἕτερος, εὐφράνθην εἰπόντων μοι, εἰς τὸν οἶκον κυρίου ἤλθομεν. ἔστησαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς πύλαις Ἱερουσαλήμ. εἶδες ἡδονῆς ὑπερβολήν; ὡς τῶν πραγμάτων ἀπολαύοντες αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰ ῥήματα ἔχαιρον.

γ'. Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις.] Ἢ ὅτι οἰκοδομηθήσεται ὡς πόλις· ἢ ὡς ἕτερός φησιν, ἀπελάβομεν τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ᾠκοδομημένην ὡς πόλιν· τὸ μηδὲν ἔρημον ἔχειν μέσον. εἶτα καὶ ἕτερον ἐγκώμιον αὐτῆς φησιν· ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαί. τούτῳ γὰρ μάλιστα ἐκοσμεῖτο ἡ πόλις, τῷ πάντας ἐκεῖ συνάγεσθαι ἐν ἑορταῖς καὶ βουλαῖς καὶ δημοτελέσι θυσίαις· ἐκεῖ γὰρ μόνον θύειν ἐξῆν, ὅπερ ἦν θεογνωσίας ὑπόθεσις· ἵνα μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι, ἐξόδους ἔχωσι πρὸς εἰδωλολατρείαν, τῇ στενοχωρίᾳ τοῦ τόπου τὴν πεπλανημένην αὐτῶν διάνοιαν ἀποτειχίζει. Τί δέ ἐστι μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ; μαρτυρία μεγίστη, ἔλεγχος, ἀπόδειξις τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, τοῦ μηδεμίαν αὐτοῖς καταλιμπάνεσθαι ἀπολογίας ἀποσκιρτῶσιν.

ε. Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι.] Προθεσπίσας τὰ θεῖα, προθεσπίζει καὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἕτερον λέγει τῆς πόλεως προτέρη-

τέρημα· ποῖον τοῦτο; ὅτι αὐτόθι ἦν τὰ βασίλεια. Ἕτερος· θρόνοι τοῦ οἴκου Δαβίδ. ἡ γὰρ διπλῆ ἀρχὴ, ἥτε τῶν ἱερέων, ἥτε τῶν βασιλέων, ἐκεῖ τὸ ἓν ζεῦγμα εἶχεν, ὥσπερ διπλῷ στεφάνῳ καὶ διαδήματι καλλωπιζομένης τῆς πόλεως. τί δέ ἐστιν, ἐρωτήσατε τὰ εἰς εἰρήνην; τουτέστιν, ἀξιώσατε, παρακαλέσατε, ἢ ὡς ἕτερος, ἀσπάσασθε τὴν Ἱερουσαλήμ· δεήθητε ὥστε αὐτὴν εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν δύναμιν· ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς εὐθηνίας τῶν ἀγαπώντων καὶ οἰκούντων αὐτήν. ἀπὸ κοινοῦ γὰρ τὸ, ἐρωτήσατε τὰ εἰς εἰρήνην. ἀντὶ τοῦ· εἰ εἰρήνη αὐτὴν καταλήψεται, εἰ εὐθηνία, ἠρεμήσουσι, καὶ εὐπαθήσουσι οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν. ἐπεὶ γὰρ φθοροποιὸν ὁ πόλεμος, ἐπεύχεται τὴν εἰρήνην. ὁ δὲ Σύμμαχος, εἰρήνη ἐν τῷ περιβόλῳ σου, ἡσυχία ἐν τοῖς βασιλείοις σου, εὐθηνία, εὐστάθεια, ἠρεμία. οὐ γὰρ ἀπαλλαγὴν αὐτοῖς μόνον κακῶν προφητεύει, ἀλλὰ καὶ προσθήκην μυρίων ἀγαθῶν.

η'. ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ ΜΟΥ.] Ἢ τοὺς ἐκ γειτόνων τοὺς ἐφησθέντας αὐτοῖς ἐπταικόσι τοῦτο λέγει, καὶ εὔχεται γενέσθαι εἰρήνην, ὥστε κἀκείνους ταπεινωθῆναι, καὶ γνῶναι τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν. ἢ ἀδελφοὺς τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας λέγει. γενέσθω δὲ εἰρήνη, ὥστε ὀψὲ γοῦν ποτε αὐτοὺς ἀναπνεῦσαι, βελτίους ἀπὸ τῶν συμφορῶν γενομένους. ταῦτα ἐπεύχεται ὁ προφήτης οὐχ' ἕνεκεν ἑαυτοῦ, πρὸ πολλῶν γὰρ χρόνων ἐτελεύτησεν, ἀλλὰ τοὺς ὁμοφύλους ἱμειρόμενος εἰρήνης τυχεῖν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ τὴν προτέραν περιφάνειαν ἀπολαβεῖν.

lentiam: quænam ea est? Quòd illic esset regia. Alius ait: *Sedes domus Dauid.* Illic enim duplex erat Principatus, & Sacerdotum & Regum, vno vinculo coniunctus, quibus veluti duplici coronâ & diademate ciuitas ornabatur. Quid porrò est, *Rogate quæ ad pacem sunt?* Hoc est, Petite, postulate, vel vt alius ait, *Amplectimini* seu *Salutate Hierusalem*; rogate vt ea redeat ad pristinam felicitatem; quin etiam pro abundantia eorum qui diligunt & habitant eam. Subaudiendum enim est illud, *Rogate quæ ad pacem sunt.* id est: Si pax ei fuerit, si abundantia obtigerit, quiete perfruantur, & benè sit ijs qui diligunt eam. Cùm enim bellum res exitiosa sit, ei pacem precatur. Symmachus autẽ ait, *Pax sit in ambitu tuo, securitas in regijs tuis, abundantia, constantia, quies.* Non solùm enim prædicit ijs futuram à malis liberationem, sed etiam innumerabilium bonorum accessionem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. Hierusalem duplici Principatu illustris.

8. PROPTER FRATRES MEOS.] Vel propter vicinos hoc dicit qui ipsorum casu lætati fuerant, & optat fieri pacem, vt illi quoque deprimantur, & cognoscant Dei potentiam. Vel fratres eos dicit qui ciuitatem inhabitant. Fiat autem pax, vt vel serò tandem respirent, cùm calamitatibus facti fuerint meliores. Hæc Propheta non propter semetipsum optat, quandoquidem multo tempore iam antè vitâ functus fuerit, sed desiderans suos contribules pace frui, & domum Dei pristinam recipere celebritatem.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοὺς μὲν προειρημένους ψαλμοὺς τοῖς ἀθυμοῦσιν ὁ προφήτης προσήρμοσε· τοῦτον δὲ τὸν μετὰ χεῖρας, τοῖς ἤδη δεξαμένοις τῆς ἐπανόδου τὰ εὐαγγέλια, καὶ τῆς περιποθήτου πορείας ἁψαμένοις· γεγηθότες γὰρ καὶ χορεύοντες πρὸς ἀλλήλους φασίν·

α'. ΗΥΦΡΑΝΘΗΝ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΕΙΡΗΚΟΣΙ ΜΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πόθεν οὗτοι ἐγένοντο βελτίους, οἱ πρότερον μὲν τὸν ναὸν ἀφιέντες, ὄρεσι δὲ καὶ νάπαις ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες; ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐκεῖθεν δυσχερείας. ἐπειδὴ γὰρ ἐν λιμῷ κατέστησαν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου, μετὰ πλείονος τῆς ἐπι-

ORIGENIS. Psalmos quidem prædictos Propheta mœrentibus accommodauit; hunc autem qui præ manibus est, ijs qui iam pridem de reditu læta nuntia receperant, & desideratissimum iter arripuerant: exultantes enim & tripudiantes ad inuicem dicunt:

1. LÆTATVS SVM IN IIS QVI DIXERVNT MIHI.] CHRYSOSTOMI. Vndenam hi facti sunt meliores, qui priùs quidem templum deseruerant, seipsos autem montibus & saltibus dedicauerant? A captiuitate & molestijs eius. Cùm enim laborassent fame audiendi verbum Domini, cum maiori desiderio illa

Proborum lætitia de cultu Dei.

Amos 8, 11.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

illa requirunt, à quibus pridem exciderant.

ORIGENIS. Possent illi qui iusto dixerant, *In domum Domini ibimus*, dicere etiam illud, *Stantes erant pedes nostri*; dicentes nimirum hoc Filio & Spiritui sancto, vel etiam sanctis Angelis aut hominibus, qui per vitam probam rectà tendunt ad domum Dei.

2. STANTES ERANT PEDES NOSTRI.] ORIGENIS. Futurum tanquam præteritum effertur; sicut etiam in illo, *Diuiserunt sibi vestimenta mea:* item in illo, *Dederunt in escam meam fel.*

Psal. 21, 19.

Psal. 68, 22.

CHRYSOSTOMI. Cùm enim tunc esset maxima solitudo ciuitatis, turribus euersis, & mœnibus deiectis, reuertentes ac videntes solitudinem in memoriam reuocabant antiquam illam prosperitatem, & eius encomia enarrabant dicentes, illam illustrem & splendidam celeberrimamque ciuitatem modò ad tam turpem & deformem speciem redactam esse. Quod autem hoc ita sit, audi quæ sequuntur.

3. HIERVSALEM QVÆ ÆDIFICATVR VT CIVITAS.] ORIGENIS. Quando fuerit cor credentium vnum & anima vna, & idem pro inuicem membra sollicita fuerint, tunc sunt Hierusalem, & quasi ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

ANONYMI. Quæ enim nunc deserta est, domosque disiectas habet, rursus efflorescet & frequentabitur, pristinaque mœnia recipiet.

4. ILLVC ENIM ASCENDERVNT TRIBVS.] CHRYSOSTOMI. Hoc enim maximè ornabatur ciuitas, non tam propter magnitudinem & ædificia, quàm quod omnes illic congregabantur, seu senatus haberetur, seu concio, seu de re quapiam deliberaretur. Tribus autem maximè ter in anno illic congregabantur in festis publicis & solemnioribus, in Paschate, in Pentecoste, & in Scenopegia seu festo Tabernaculorum: non enim licebat alibi.

Maxima Hierosolymæ in celebritatibus solemnitas.

ANONYMI. Alius autem ait: *Illuc enim ascenderunt sceptra.* Non dixit autem simpliciter *Tribus*, sed *Tribus Domini*. Omnes autem Tribus erãt Domini, nec tamen eis ideò licebat hæc in sua patria peragere; sed eo honore afficiebatur metropolis, quæ omnes cogebat

θυμίας ταῦτα ἐπιζητοῦσιν, ὧν πρότερον ἐξέπεσον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύνανται οἱ εἰρηκότες τῶν δικαίων, εἰς οἶκον κυρίου πορευσόμεθα, αὐτοὶ λέγειν καὶ τό, Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν· τοῖς εἰρηκόσιν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἢ καὶ ἀγγέλοις ἁγίοις ἢ ἀνθρώποις, τοῖς διὰ τοῦ βίου καλῶς τὴν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ πορείαν ποιουμένοις.

β'. ΕΣΤΩΤΕΣ ΗΣΑΝ ΟΙ ΠΟΔΕΣ ΗΜΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ μέλλον ὡς παρεληλυθὸς λέγεται· ὡς καὶ ἐν τῷ, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῷ, ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ τότε ἐρημία πανταχοῦ τῆς πόλεως ἦν, τῶν πύργων καταβεβλημένων, καὶ τῶν τειχῶν ἐρριμμένων, ἐπανελθόντες καὶ ἰδόντες τὴν ἐρημίαν ἀνακαλοῦνται τὴν παλαιὰν ἐκείνην εὐημερίαν, καὶ τὰ ἐγκώμια αὐτῆς διηγοῦνται λέγοντες, ὅτι ἡ λαμπρὰ καὶ περιφανὴς καὶ πολλὴν ἔχουσα σύγκλητον τὸ δυσχερὲς τοῦτο σχῆμα περιβέβληται νῦν. ὅτι γὰρ τοῦτό ἐστιν, ἄκουσον τῶν ἑξῆς λεγομένων.

γ'. ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ ΩΚΟΔΟΜΗΜΕΝΗ ΩΣ ΠΟΛΙΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅταν ἡ τῶν πιστευόντων καρδία καὶ ψυχὴ μία ᾖ, καὶ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη, Ἱερουσαλήμ εἰσι, καὶ ὡς πόλις, ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ γὰρ νῦν ἔρημος, καὶ ἐσκεδασμένας ἔχουσα οἰκίας, πάλιν αὐθήσει καὶ πυκνωθήσεται, καὶ τοὺς προτέρους ἀπολήψεται περιβόλους.

δ'. ΕΚΕΙ ΓΑΡ ΑΝΕΒΗΣΑΝ ΑΙ ΦΥΛΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τούτῳ γὰρ μάλιστα ἐκοσμεῖτο ἡ πόλις, οὐχ οὕτως τῷ μεγέθει καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν, ὡς τῷ πάντας ἐκεῖ συλλέγεσθαι, εἴτε βουλή τις, εἴτε ἐκκλησία ἐγένετο, εἴτε περί τινων σκέψις ἦν προκειμένη. αἱ δὲ φυλαὶ συνελέγοντο μάλιστα τρίτον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐν ταῖς ἐπισήμοις καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς, ἐν τῷ πάσχα, ἐν τῇ πεντηκοστῇ, καὶ ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ· οὐ γὰρ ἐξῆν ἀλλαχοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος δέ φησιν· Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν σκῆπτρα. οὐχ ἁπλῶς δὲ φυλαί, ἀλλὰ φυλαὶ κυρίου. πᾶσαι δὲ φυλαὶ ἦσαν κυρίου, ἀλλ' οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς οὐδ' οὕτως ἐν τῇ οἰκείᾳ πατρίδι ταῦτα ἐπιτελεῖν· ἀλλὰ τούτῳ τετίμητο ἡ μητρόπολις, πάντας συνάγουσα

καὶ

Digitized by Google

καὶ εἵλκυσα πρὸς ἑαυτήν. τοῦτο δὲ ἐγίνετο, εἰς θεογνωσίας ὑπόθεσιν, ἵνα μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι, ἀφορμὰς ἔχωσι καὶ ἐξόδους ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ διῃρέθησαν αἱ φυλαί, καὶ τῆς Δαβιδικῆς αἱ δέκα βασιλείας ἀπεσχοινήθησαν· μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον μία γέγονεν ἡγεμονία, καὶ εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ συνέτρεχον ἅπαντες, κατὰ τὸν θεῖον νόμον τῷ θεῷ τὴν συνήθη λειτουργίαν προσφέροντες. τοῦτο τοίνυν ὁ προφήτης ἐνταῦθα προθεσπίζει, ὅτι αἱ φυλαὶ τὴν προτέραν ὁμόνοιαν ἀπολήψονται, καὶ εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ συνδραμοῦνται συνήθως τὸν θεὸν ἀνυμνοῦντες. μαρτύριον δὲ τὸν θεῖον ἐκάλεσε νόμον, τὸν διαρρήδην κελεύοντα συντρέχειν τὸν Ἰσραὴλ εἰς τόπον ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός. Τοῦ ἐξομολογήσασθαι, τουτέστι, τοῦ εὐχαριστῆσαι, τοῦ λατρεῦσαι, τοῦ εὔξασθαι, τοῦ εἰσενεγκεῖν, τοῦ θῦσαι, ἅπερ αὐτοὺς εἰς εὐλάβειαν ἦγεν.

ε. ΟΤΙ ΕΚΕΙ ΕΚΑΘΙΣΑΝ ΘΡΟΝΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἰδοὺ καὶ ἕτερον λέγει τῆς πόλεως προτέρημα· ποῖον δὴ τοῦτο; ὅτι αὐτόθι τὰ βασίλεια. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν, θρόνοι ἐπὶ οἶκον Δαβίδ. αὐτόθι δὲ καὶ οἱ κριταί· ἐφ' οὓς καὶ τὰ ὑπερβαίνοντα τοὺς πολλοὺς ἀνεφέρετο. εἰ γάρ τις ἐγίνετο ψῆφος ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἀπορίαν τινὰ ἔχουσα, ἐπὶ τὴν τῶν κριτῶν τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις γνῶσιν τὴν ψῆφον ἔφερον, καὶ ἐκεῖθεν λύσις ἐγίνετο.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Περὶ τῶν θρόνων τούτων καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἴρηται τό· Καθήσεσθε ἐπὶ θρόνους δώδεκα, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. περὶ τῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ θρηνῶν ὁ Ἱερεμίας οὕτως φησί· Καὶ εἶπε κύριος πρός με· ἀπὸ προσώπου τοῦ Βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν· διότι ἰδοὺ ἐγὼ καλῶ πάσας τὰς βασιλείας ἀπὸ Βορρᾶ, λέγει κύριος· καὶ ἥξουσι, καὶ θήσουσιν ἕκαστος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῶν πυλῶν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ τείχη τὰ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς πόλεις Ἰούδα. καὶ λαλήσω μετὰ κρίσεως πρὸς αὐτοὺς περὶ πάσης τῆς κακίας αὐτῶν, ἧς ἐγκατέλιπόν με, καὶ ἔθυσον θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

ϛ'. ΕΡΩΤΗΣΑΤΕ ΔΗ ΤΑ ΕΙΣ ΕΙΡΗΝΗΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί ἐστιν ἐρωτήσατε; ἀξιώσατε,

CATENA PATRVM.

& attrahebat ad seipsam. Hoc autem fiebat, vt id eis esset causa Dei cognitionis, ne si quoquouersus vagarentur, occasionem haberent ac viam ad idolorum cultum.

ORIGENIS. Sub Roboam diuisæ fuerunt Tribus, & Dauidici Regni decem separatæ fuerunt: verùm post reuersionem vnum imperium euasit, & omnes ad Hierusalem concurrerunt, vsitatum cultum secundùm legem Deo afferentes. Hoc igitur Vates hîc vaticinatur fore, vt Tribus pristinam concordiam resumant, & in Hierusalem concurrant Deum more solito laudantes. *Testimonium* autem appellauit Legem diuinam, quæ disertè iubebat vt Israël concurreret in locum quem Dominus Deus elegerat. *Ad confitendum*, id est, Ad gratias agendum, ad colendum, ad precandum, ad offerendum, ad sacrificandum, quæ ipsos ad pietatem adducebant.

5. QVIA ILLIC SEDERVNT SEDES.] CHRYSOSTOMI. Ecce dicit etiam aliam ciuitatis prærogatiuam: quæ porrò illa? Quòd ibidem esset Regia. Hoc enim sibi vult illud, *Quia illic sederunt sedes in iudicium, sedes super domum Dauid.* Ibidem autem erant etiam iudices: ad quos referebantur ea quæ plurimorum captum superabant. Si qua enim in alijs ciuitatibus esset lata sententia de qua dubitaretur, ad iudicum Hierosolymis existentium cognitionem sententiam referebant, atque inde sumebatur solutio.

Hierosolyma Dauidis Regia.

ORIGENIS. De thronis hisce in Euangelio quoque dictum est: *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Israël.* De ijs quæ Hierosolymis erant lamentando Ieremias sic ait: *Et dixit Dominus ad me: A facie Aquilonis exardescent mala super omnes habitatores terræ: quia ecce ego conuoco omnia Regna terræ ab Aquilone, ait Dominus: & venient, & ponent vnusquisque solium suum super vestibula portarum Hierusalem, & super omnes muros qui in circuitu eius, & super vniuersas vrbes Iudæ. Et loquar ad eos cum iudicio de omni malitia eorum, quomodo dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, & adorauerunt opera manuum suarum.*

Matth. 19, 28.

Ier. 1, 14.

6. ROGATE QVÆ AD PACEM SVNT.] ANONYMI. Quid est *Rogate?* Petite, postu-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

postulate. Alius: *Amplectimini Hierusalem.* Id est, Rogate vt ea redeat ad pristinam prosperitatem. Vel hoc ergo ait vel prophetat dicens: *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Id est, pacem ipsam recipiet.

ET ABVNDANTIA DILIGENTIBVS TE.] THEODORI. Alius: *Quiescant, & benè afficiantur qui diligunt te.* Tunc est magna copia prosperitatis, quando non in ea sola bona consistunt, sed etiam qui eam diligunt ijsdem fruuntur. Qui porrò hi? nisi qui vel erant ex eorum partibus futuri, vel ipsi ciues.

7. FIAT PAX IN VIRTVTE TVA.] ANONYMI. Quid est *in virtute tua*? In substantia tua, in ijs qui in te habitant. Cùm enim bellum sit exitiosum, illudque ipsam perdiderit, ei pacem apprecatur.

8. PROPTER FRATRES MEOS.] CHRYSOSTOMI. Cùm dixisset *Propter fratres meos & proximos meos*, ostendens se hoc non precari propter meritum illorum, sed solùm vt illos beneficio afficeret, subiunxit, *Propter domum Domini Dei nostri.* Hoc est, Propter gloriam eius, vt eius cultus rursum redeat, & doctrina amplificetur. Vides quomodo illorum reprimat arrogantiam, ne existiment se bona recepisse, vt qui satis pœnarum dederint, sed sciant se propter Dei gloriam in suam patriam reuersos esse; & cùm id didicerint, maneant cum summa securitate, ne peccantes eadem rursus experiantur. Quapropter subiunxit: *Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.* Nos igitur quoque maximè quidem operam demus ne labamur; sed si nos labi contigerit, resurgere studeamus.

παρακαλέσατε. ἕτερος· ἀσπάσασθε τὴν Ἱερουσαλήμ. τουτέστι, δεήθητε ὥστε αὐτὴν εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν εὐημερίαν. ἢ οὖν τοῦτό φησιν ἢ προφητεύει λέγων· ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ. τουτέστιν, εἰρήνην αὐτὴν καταλήψεται.

ΚΑΙ ΕΥΘΗΝΙΑ ΤΟΙΣ ΑΓΑΠΩΣΙ ΣΕ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἕτερος· ἠρεμήσειαν, καὶ εὐπάθοιεν οἱ ἀγαπῶντές σε. ἐνταῦθα τῆς εὐπραγίας πολλὴ ἡ περιουσία, ὅταν μὴ μέχρις αὐτῆς ἵστανται τὰ ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ φιλοῦντες αὐτὴν τούτων ἀπολαύσονται. τίνες δὲ οὗτοι; ἢ τοὺς μέλλοντας αὐτοῖς συμπράττειν λέγει, ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς πολίτας.

ζʹ. ΓΕΝΕΣΘΩ ΔΗ ΕΙΡΗΝΗ ΕΝ ΤΗ ΔΥΝΑΜΕΙ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί ἐστιν ἐν τῇ δυνάμει σου; ἐν τῇ ὑποστάσει σου, ἐν τοῖς οἰκήτορσί σου. ἐπειδὴ φθοροποιὸν ὁ πόλεμος, καὶ τοῦτο αὐτὴν ἀπώλεσεν, ἐπεύχεται αὐτὴν εἰρηνεύειν.

ηʹ. ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ εἶπεν ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου καὶ τῶν πλησίον μου, δεικνὺς ὅτι οὐ διὰ τὴν ἀξίαν τὴν ἐκείνων, ἀλλ᾽ ἵνα αὐτοὺς εὐεργετήσῃ μόνον, ἐπήγαγεν, Ἕνεκα τοῦ οἴκου κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. τουτέστι, διὰ τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὥστε πάλιν αὐτοῦ τὴν λατρείαν ἐπανελθεῖν, καὶ πλείονα γενέσθαι διδασκαλίαν. ὁρᾷς δὲ πῶς αὐτῶν καταστέλλει τὴν ἀπόνοιαν, ἵνα γὰρ μὴ, ὡς ἀξίαν δεδωκότες δίκην νομίζωσιν ἀπειληφέναι τὰ ἀγαθὰ, ἀλλ᾽ ἵνα μάθωσιν ὅτι διὰ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον πατρίδα· καὶ μαθόντες, μένωσι μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς, καὶ ἁμαρτόντες πάλιν λάβωσιν αὐτῶν πεῖραν. διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ἕνεκα τοῦ οἴκου κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι. Καὶ ἡμεῖς οὖν μάλιστα μὲν μὴ πταίειν σπουδάζωμεν· ἂν δ᾽ ἄρα συμβῇ, σπουδάζωμεν ἀνίστασθαι.

ANNOTATIONES CORDERII.

De argumento Psalmi.

HIC est tertius Psalmus gradualis, in quo Propheta describit pulchritudinem & nobilitatem ciuitatis sanctæ Hierusalem, ad quam reuerti cupiebant Hebræi ex Babylonica captiuitate: sed vt ciuitas illa typus erat cælestis patriæ, ita redeuntes Hebræi ex captiuitate ad terrenam Hierusalem figura erant peregrinationis & ascensionis nostræ ad eam quæ sursum est Hierusalem. Itaque totus Psalmus de vtraque ciuitate & de peregrinis vtriusque intelligi debet. Sed primaria intentio Spiritus sancti ad primarium finem sine dubitatione dirigitur. Ita Bellarminus.

1. *Lætatus sum in ijs qui dixerunt mihi.*] Græcè, ἐν τοῖς εἰποῦσι, non ἐν τοῖς εἰρημένοις. Et sic videtur etiam legisse S. Augustinus, licet habeat vt Vetus Psalterium, *in his quæ dixerunt*; nam sic ait in Explanatione: *Iocundatus sum in Prophetis, iocundatus sum in Apostolis: omnes enim isti dixerunt nobis, In domum Domini ibimus.* Hebræa quoque habent participium actiuum, *in dicentibus mihi*: quod meliùs cohæret cum sequentibus:

Digitized by Google

quentibus: Vulgata tamen & Latini passim efferunt passiuè, *in his quæ dicta sunt mihi*. Apud S. Chrysostomum alius legit, Εὐφράνθην εἰπόντων μοι, εἰς οἶκον κυρίου ἤλθομεν, *Lætatus sum cùm dicerent mihi, In domum Domini venimus*. Hęc verba in primis quadrant piæ animæ in mortis articulo ad cælestem domum aspiranti, cùm audierit blandum illud & melle dulcius Sponsi inuitamentum, *Veni de Libano sponsa mea*, veni de florida vita, quotidianis virtutum actionibus & gloriæ seminibus circumfluente: (Libanus enim locus fuit cultu & amœnitate speciosissimus, odoratarum frugum copia nitescens:) *veni de Libano*, hoc est de monte thuris, de monte odoratarum precum, cum quibus vt cum leui & suaueolente suffitu toties in cælum ferebaris. Æquum enim est, vt cùm ad thus illud pretiosum & dulcedinem orationis euocaueris me, atque ad tuum velut amplexum adiunxeris, ego pariter ad gloriæ meæ sinum & iucunditatem & felicissimum vitæ fructum te vocem. Quæ pij animi consolatio est eiusmodi, vt in illo à corpore diuortio nulla maior & liquidior voluptas excogitari possit. Est proprium hoc omnium Deo deuotorum, quos idem ille dulcis parens beneuolentissimâ & potentissimâ manu exceptos ad se ducet. Quod expressum in honoratis nummis Constantini Magni video: qui cùm terrenum dominatum cæli possessione mutauisset, ita fuit pictus & insculptus, vt aurigæ instar quadrigis volantibus insidens demissâ illi cælitus manu exciperetur, atque in sublime duceretur. Magnus sanè mortalium honor, & singularis Numinis dignatio, Deum habere ducem ad felicissimam beatitudinis regionem, & pro carruca triumphali comites Angelos, qui in diuinis oraculis Equi gloriæ Dei nominantur. Est apud Tatianum, vetustum pro religione Christiana scriptorem, Poëtæ Gręci dictum pulcherrimum: Αὔρη θεῶν ὄχημα τιμιώτατον, *Aura Deorum pretiosissimum vehiculum*. Splendor & charitas beatarum mentium essedum est honoratum, quarum manibus pro vehiculo vsi æternitatis candidati in altum vehuntur. Quemadmodum, inquit S. Chrysostomus Orat. de S. Ignatio, pugilem generosum, qui omnes deuicit aduersarios, spectatores cum plausu consurgentes sublimem statim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, sed humeris sublatum, innumerabilibus laudibus ornantes domum reportant: sic illi Dei palatini formosique spiritus incredibili gaudio & humanissimo delibuti ob præstantes innocentis animæ victorias, eam à corpore digredientem excipiunt, & deducunt ad domicilium Beatorum.

Cant. 4. 8.

Gloriosus animæ in cælum ingressus.

2. *Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.*] Sicut Hierosolyma significat patriam cælestem, ita atria eius non terrestria sunt, sed vitæ spiritualis opera, in quibus dum stamus, citra dubium iam patriæ cælestis atria tenemus. Nec semel in Scripturis nomine atrij hæc spiritualis vita signatur. Hæc enim sunt apud eumdem Prophetam *atria domus Dei nostri*, in quæ introimus, vt adoremus eum in spiritu & veritate. Hæc sunt atria, quæ nos à vita carnali fugientes excipiunt, vt dies lætos & iucundos traducamus: *Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia*. Et fortè hoc significat atrium interius templi, quod ædificauit Salomon Rex pacificus tribus ordinibus lapidum politorum & vno ordine lignorum cedri. *Quod* (vt inquit Hugo lib. 3. de Claustro animæ cap. 25) *vitam designat illorum, qui non tantùm hostias offerunt, sed etiam immolant & occidunt: affligunt enim carnem suam in laboribus & ieiunijs, & incendunt igne tribulationis*. Hoc autem atrium tribus ordinibus lapidum politorum construitur, quia spiritualis vita ex incipientibus & proficientibus & perfectis coalescit; & vno ordine lignorum cedri, quia in his omnibus vna perseuerantia in bono requiritur. Signatur ergo vita spiritualis in atrijs; quoniam sicut illa media sunt inter plateam aut viam publicam & interiorem domum, atque aliquid vtriusque participãt; ita spiritualis vita media est inter vitam naturalem atque cęlestem, & aliquas mutuatur ex vtraque functiones. Manducat & dormit, & quiescit vt illa: laudat Deum, amat & famulatur vt ista: vel, vt veriùs dicam, omnia hæc præstat neque vt illa, neque vt ista: nam modum deserit, licet substantiam operis teneat. Hinc dictu difficile est, plúsne in terris quàm in cælo morentur viri spirituales, nisi in vtroque agere dicendi sint more Angelorum, qui salutem humani generis procurant. Iureconsultibus D. ad municipal. l. 6. placuit, *duobus locis posse aliquem habere domicilium*. Sic illi rerum suarum tabernaculum habent in cælo domiciliumque certum, in diuinas functiones intenti, quibus se cum Deo & mentium beatarum choro amabilissimo coniungunt, ijdem in terris quoque morantur, ob commune bonum, aliorum & salutem, quam curant. Sed profectò plus in Empyreo diuersantur quàm in inferiori hoc mundo, à cuius se colluuione subducunt. *Miles ibi domicilium habere videtur vbi meret, etsi nihil in patria possideat*, aiunt leges D. eodem. l. 23. Ita & religiosi viri, cùm actiones omnes suas & consilia referant in cælum, vbi merent, & pulcherrimè negotiantur, illic potiùs habitare dicentur quàm in terris, communi mortalium patria, in qua nihil possidere cupiunt. Quare in hac vita & medijs Religionis actionibus, quibus vacant, exules quodammodò sunt mundi, sed non tamen Deo peregrini, cum quo assiduè tractant & loquuntur.

Hierusalem designat patriã cælestem, atria eius vitam spiritualem.

Psal. 133.

Psal. 83, 11.

ANNOTATIONES CORDERII.

Vita spiritualis inter naturalem & cælestem media est.

Viri spirituales plus in cælo quàm in terris viuunt.

3. *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.*] Per epanalepsin (inquit Agellius) affectu quodam vrgente repetit nomen Hierusalem, vt illius laudes celebret. Laudat itaque veterem illam Hierusalem ex frequentia maxima populi, quòd cùm eò ter in anno vniuersa gens conueniret, videretur metropoli persimilis, ad quam vndique ex oppidis castellisque & circumiacentibus regionibus fiat concursus, &, vt ipse dicit, participatio & associatio. Alij commemorari veterem vrbis gloriam his verbis putant. q. d. Quis talem vmquam vidit vrbem, qualis erat Hierusalem, cùm ædificia eius starent, quò ter in anno ex omnibus vrbibus Israël conueniebant, & in vnum colligebantur? Alij volunt ciuitatem Hierusalem, hoc est Ecclesiam, cum illa cælesti conferri, & ita frequentem ac sociatam atque coniunctam in vnum dici, vt illius cælestis quodammodò imaginem referat. Itaque Symmachus vertit, συνάφειαν ἔχουσαν ὁμοῦ, *coniunctionem habentem simul*. Itaque qui moribus & sanctimoniâ

Quanta fuerit celebritas ciuitatis Hierusalem.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Sancti etiam dum hic viuunt sunt cœlo vicini & coniuncti.

moniâ Christiano dignis prædiri sunt, in proxima & continente prouincia degunt, vnde modicum est interuallum in cælum, quippe iam in optatæ Sionis vicinia versantes, tam cælo gloriæque finitimi, vt à magno splendidoque Empyreo tantùm vno veluti passu disiungi videantur. Continentes olim prouinciæ apud Romanos dicebantur quæ Italiæ coniunctæ forent, vt Gallia: sed ex mente Iurisconsultorum definit Imperator D. de verb. sign. l. 99. Siciliam quoque prouinciam magis inter continentes poni oportere: & hanc reddit in lege rationem, *quia modico freto Italia diuiditur*. Sic illi quorum conuersatio in cælis est, quique vsurâ breuis æui, vt modico freto, à beatissima terra viuentium disiunguntur, in continente sunt prouincia & optatæ regionis confinio: & promouere gradum nequeunt, quin subitò in amœnissima Tempe veniant & mentium beatarum sedem, quam perpetuò in oculis habent.

IBIDEM. *Cuius participatio eius in idipsum.*] Notat Iansenius in hac oratione, secundum relatiuum *eius* iuxta Hebraicam phrasim additum redundare; quod ad sensum attinet; porrò relatiuum *cuius* referri posse vel ad *Hierusalem*, vel ad nomen *ciuitas*. Significatur autem secundùm quosdam connexio domorum ob multitudinem inhabitantium; secundùm alios, ciuium communio & vnanimitas. Secundùm quem sensum duo hic versus continet quæ ad absolutam ciuitatis gloriam faciunt, nempe ædificiorum splendorem dum dicit, *Ædificatur vt ciuitas*; & ciuium concordiam cùm dicit, *Cuius participatio eius in idipsum*.

Quanta sit sacrorum conuentuum & festorum vtilitas.

4. *Illuc enim ascenderunt Tribus*, &c.] In solemnitatibus scilicet Hebræorum: quibus diebus ad Salomonium templum mirifici concursus fiebant incredibili omnium commodo, ad augendam & corroborandam pietatem: quod significant illa verba, *Ad confitendum nomini Domini*. hoc est (inquit S. Chrysostomus) τῷ εὐχαριστῆσαι, τῷ λατρεῦσαι, &c. *Ad gratias agendas, ad colendum adorandumq́; numen, ad orandum, offerendum, sacrificandum*: quæ miranda & magnifica bona quinque Dauid vno verbo *confitendi* est complexus. Hæc autem Chrysostomus monet Hebræos deduxisse ad pietatem, & accuratam priscæ religionis disciplinam effecisse tutiorem: addit verò non hæc tantùm, sed etiam alia μυρία καλὰ, *innumerabilia bona*, è sacris illis conuentibus velut vberrimo è fonte manasse. Quæ tamen omnia in Catholica religione longè in omnem partem sunt illustriora, in qua non ter in anno, sed quotidianis propè ferijs sanctè & religiosè consecratis & gratias Deo habemus, cultumque augustum & orationes, oblationes, sacrificia offerimus, & excitamur viuis & frequentibus aculeis ad diuina beneficia recolenda. Nam inclyta Seruatoris & egregia facinora, quæ ad humani generis salutem confecit, diebus certis & solemnibus vincta & conclusa sunt, ne memoria nobis vllo vmquam tempore obsolescat. Hinc Pascha nostrum Iudaico sanctius, & Pentecoste, & alia mysterijs magnis plena, quæ ducant nos ad Deum. Quare S. Gregorius Nazianzenus cùm exponit causas, cur festa & conuentus sacri instituti sint, ex tribus quas magnâ mente profert hæc vna est, κατά τι μυστήριον, *mysterij celebrandi causâ*. Vita enim Iesu & heroica illius acta, quæ anniuersario cultu celebrantur, mysteria sunt, & arcanam significationem continent, quæ omnium mentes ad sublimium & magnarum rerum cognitionem attollant, affectusque pios exsuscitent. Adiungit & alias duas: alteram διὰ θεραπείαν τῶν ψυχῶν, *ob animorum curationem*; alteram διὰ τοὺς μάρτυρας, *ad martyres honorandos*. vtraque pia & Christiano pectore dignissima: quæ per se multum omnium animos commouere debeat.

Orat. 16.

5. *Illic sederunt sedes.*] Benè notat Iansenius: Aut verbum *sederunt* impropriè debere accipi pro collocatæ sunt; (quamuis tamen Græca dictio ἐκάθισαν propriè significet *sedere* seu *constituere*;) aut hanc vocem *sedes*, &, vt habent Græca, θρόνοι, debere sumi pro ipsis iudicibus sedentibus. Nisi fortè illud *sederunt* accipiatur hìc significare perpetuitatem quamdam; vt sit idem quod *permanserunt* & firmiter constitutæ sunt. Hebræa enim dictio significat sedere, manere & habitare. Hæc est autem tertia laus Hierusalem, quòd ea ciuitas esset, in qua iudicandi potestas resideret, ac maiestatis Regiæ sedes collocatæ essent. Ibi, inquit, statutæ sunt sedes. Quænam porrò eæ sedes sint exponit, ac duplices esse ait: quarum alteræ ad sacerdotalis potestatis dignitatem pertinerent (de multis enim causis Sacerdotes iudicabant, vt videre est in Deuteronomio) alteræ ad Regiæ potestatis arbitrium. Regum porrò legitima successio domus ac familiæ Dauid erat propria. Prior autem illa iudicandi potestas penes principes Sacerdotum erat, & totum Concilium, quod Συνέδριον Græco vocabulo appellabant: ad quod iudicia & causæ illorum legis propriæ deferebantur.

Hierosolymis residebat potestas iudiciaria.

6. *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.*] Hortatur vt salutent vrbem ipsam Hierusalem, & salutando felicitatem ei apprecentur. Nonnulli putant vocem *Hierusalem* dandi aut gignendi casu exponendam; q. d. Rogate à Deo pacem ipsi vel ipsius Hierusalem; imò verò mendum inesse Græcis Codicibus, in quibus accusandi casu ponitur τὴν Ἱερουσαλὴμ: sed ex consuetudine Septuaginta benè ostendit Agellius & accusandi casu legendum, & salutationis exhortationem in his verbis contineri. Est enim idioma Hebræum *rogare aliquem pacem*, vel, vt est apud Septuaginta, ἐρωτᾶν, *interrogare*, vt etiam hoc loco vertit S. Augustinus, pro *salutare*, & salutando nomine pacis omne bonorum & felicitatis genus apprecari. Sic in libris Regum, cùm præcepit Dauid nuntijs suis, quos ad Nabal mittebat, ἐρωτήσατε αὐτὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου τὰ εἰς εἰρήνην, *Rogate eum meo nomine quæ ad pacem*, D. Hieronymus eruditè vertit, *Salutabitis eum ex meo nomine pacificè*. Subijcitur deinde formula salutationis, *Sit fratribus meis & tibi pax, & domus tua pax, & omnibus quæcumque habes sit pax*. hoc est, vt Vatablus interpretatur, Vitam, pacem, incolumitatem optamus & tibi & domui tuæ & omnibus quæ habes. Ita igitur Dauid omnes inuitans ad benè precandum sanctæ Ciuitati; *Rogate*, inquit, *quæ ad pacem sunt Hierusalem*. Quod Symmachus apud Theodoretum ita suâ versione illustrat, Ἀσπάσασθε τὴν Ἱερουσαλὴμ, *Salutate Hierusalem*; ex communi videli-

Pacem aprecandi formula salutationis.

1. Reg. 25.

Digitized by Google

videlicet more pacem optando, vt bonum omnium aggregatione perfectum;&,vt interpretatur etiam doctus Genebrardus, *Optate illi bonorum omnium affluentiam.* Denique hoc constat ex diuinis Oraculis, opinionem fuisse Hebræorum, pacis nomine comprehendi bona corporis animique valetudinem, sospitatem,copiam,affluentiam, iucunditatem, prosperum & florentem omnium rerum statum, vno verbo, bona omnia, quæ homines in votis habere solent. Sic vbi in Genesi ait Iacob stylo Hebræo, *Si rediero in pace*, vertit Latinus Interpres, *Si reuersus fuero prosperè*; quasi pax sit rerum felix & beata prosperitas. Hunc etiam sensum illuminabit Eugubini, præstantis eruditione viri, notatio: qui obseruat tribus nominibus Hebræos precari solitos rebus suis felicitatem & successum; nimirum סֶלָה *selah*, id est *semper*, שָׁלוֹם *scalom*, id est *pax*, & אָמֵן *amen*, id est *fiat*. Ex illis tribus, vt nobilibus gemmis, contexitur votum illud pium, salutatio amica & opulenta, *Sit pax semper.* Vigeat inter omnes concordia, & in moribus atque in omni vita dominetur: sit quodammodò sacra & inuiolabilis animorum coniunctio, vt illa tandem pax cælestis nos excipiat, quæ & perennis est, ac turbari nequit, & bonorum omnium copiâ & communione perfruitur.

7. *Fiat pax in virtute tua.*] Aquila vertit ἐν προτειχίσματί σου, *in antemurali tuo:* & in eumdem sensum Symmachus, ἐν περιβόλῳ σου, *in ambitu tuo:* hoc est, in aggere mœnibus circumposito: quem aliqui προμαχῶνα, *propugnaculum* vocant, humiliore scilicet muro sublimioribus præiacto, vnde milites propugnare solent. In sensu autem morali petit, vt iustis hominibus ex virtute pax proueniat. Quia nisi præcedat virtus ad pugnandum, & ad domandos iustitiæ hostes; numquam pax optata succedet. Sic alibi ait: *Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.* Optimus sanè ordo, & generaliter in diuina prouidentia seruatus, vt post generosam vitiorum extirpationem tandem pacis nos benedictione multiplicet.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pax ex virtutis exercitio existit.

Psal. 28, 10.

IBIDEM. *Et abundantia in turribus tuis.*] Græcè est εὐθηνία, vel, vt alij vertunt, ἀπάθεια, *iucunditas*, vel, vt quidam, ἡσυχία, *quies in turribus tuis:* pro quo in Hebræo est *in Regijs palatijs:* & nobilis Interpres apud S. Chrysostomum vertit, ἐν τοῖς βασιλείοις σου, *in regijs tuis.* Quot nempe Ecclesiæ tot Regiæ sunt, tot Soles Principum, tot aulæ Dominantium: vbi sint Reges, non vt Nabuchodonosor in regia sua vecordi mente gloriosi, pompâ tumidi, potentiâ intolerandi, sed virtute & sanctimonia coronati.

Ecclesiæ sunt Regia.

IN PSALMVM CXXII. ARGVMENTVM.

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Τῶν τηνικαῦτα δικαίων δείκνυσι τὴν εὐσέβειαν, ἐπιθυμούντων κατ' ἐπίτασιν ἰδεῖν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δεομένων τυχεῖν τοῦ ἐπιθυμουμένου.

Canticum graduum.

Hic Psalmus quoque pietatem iustorum illius temporis ostendit, qui intensè desiderabant videre Hierosolymam, & rogabant vt re desideratâ potirentur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. ΠΡΟΣ σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.

Εἶτα ἐπειδὴ κοινόν ἐστιν αἴρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν πάντων τῶν χρείαν ἐχόντων τοῦ Θεοῦ, ἐπιφέρει ὑπόδειγμα, δεικνὺς τὴν ἐπίτασιν.

β. Ἰδοὺ ὡς οἱ ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν,

Εἶτα μικρὸν εἶναι νομίσας τοῦτο προστίθησι, καί φησιν·

Ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς·

Πλέον γὰρ παιδίσκη τῇ δεσποίνῃ προσανέχει, ὅσον ἡ δέσποινα τῷ οἴκῳ παραμένει, καὶ τῇ κατὰ τὸν οἶκον διοικήσει.

1. AD te leuaui oculos meos qui habitas in * cælo.

* *Vulgata cælis.*

Deinde cùm id omnibus qui Deo indigent commune sit vt in cælum oculos attollant, subiungit exemplum, ostendens intensionem.

Iusti in cælum oculos attollunt.

2. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,

Deinde cùm id exiguum esse existimaret adiungit, & ait:

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ:

Magis enim ancilla dominæ suæ attendit, eò quòd domina domi remaneat, & domesticæ gubernationi incumbat.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Eodem modo, inquit, etiam nos in cælos respicimus, inde semper miserationes expectantes.

3. Miserere nostri Domine, miserere nostri:

Dixit etiam vocem quâ vsi sunt, assiduè respicientes in cælum. Deinde reddit etiam causam deprecationis.

Quia multùm repleti sumus despectione:

* Vulgata Quia multùm

4. * In plurimum repleta est anima nostra:

Idem dicit. Nos enim & anima nostra magno opprobrio & miseriâ diuexamur. Quid igitur postulet subiungit:

Opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Ceterùm verte, inquit, Domine opprobrium hoc & miseriam istam in eos qui nunc prosperè agunt. Intelligit autem Babylonios qui prosperitate non sunt vsi prout conueniebat, sed ad superbiam & nostri despectionem.

Οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, ἕως οὗ οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς.

Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, φησὶ, καὶ ἡμεῖς εἰς οὐρανοὺς ἀποβλέπομεν, διαπαντὸς τοὺς ἐκεῖθεν ἀναμένοντες οἰκτιρμούς.

γʹ. Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς·

Εἶπε καὶ τὴν φωνὴν ᾗ ἐκέχρηντο, συνεχῶς ἀποβλέποντες εἰς οὐρανόν. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς δεήσεως.

Ὅτι ἐπὶ πολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουδενώσεως·

δʹ. Ἐπὶ πλεῖον ἐπλήσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν·

Τὸ αὐτὸ λέγει. ἡμεῖς τε γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐν πολλῷ ὀνειδισμῷ καὶ ταλαιπωρίᾳ ἐξεταζόμεθα. τί οὖν παρακαλεῖ ἐπιφέρει·

Τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι, καὶ ἐξουδένωσις τοῖς ὑπερηφάνοις.

Ἀλλὰ τρέψον, φησὶ, δέσποτα τὸν ὀνειδισμὸν τοῦτον καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ἐπὶ τοὺς νῦν εὐθηνουμένους. λέγει δὲ τοὺς Βαβυλωνίους τοὺς οὐκ εἰς δέον κεχρημένους τῇ εὐπραγίᾳ, ἀλλ᾽ εἰς ὑπεροψίαν καὶ τὸ μηδὲν ἡμᾶς ἡγεῖσθαι.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Matth. 6, 21.

Prou. 17, 24.

1. AD TE LEVAVI OCVLOS MEOS.] Propter illud, *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*. Nemo autem qui thesaurizat super terram dixerit Deo, *Ad te leuaui oculos meos. Oculi enim imprudentis ad extrema terræ*, vel saltem ad id quod concupiscit; oculi autem iusti ad Dominum qui habitat in cælo. Quandoquidem cælum est thronus Dei, idcircò habitare dicitur in cælo.

Sicut serui dominos suos, ita iusti Deum obseruant.

2. ECCE SICVT OCVLI SERVORVM.] Hoc per istiusmodi verba insinuatur, quòd non aliunde illis spes sit auxilij præsidiive, neque ad aliud quidpiam respiciant; quandoquidē tam ancilla quàm famulus hanc vnicam commoditatem habeant & alimoniæ, & vestimentorum & reliquæ sustentationis, quòd ad dominos respiciant: & hæc à domino donec receperint non recedunt,

αʹ. ΠΡΟΣ ΣΕ ΗΡΑ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ.] Διὰ τὸ, ὅπου ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία σου. οὐδεὶς δὲ θησαυρίζων ἐπὶ γῆς εἴποι ἂν τῷ θεῷ, πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄφρονος ἐπ᾽ ἄκρα τῆς γῆς, ἢ ἐφ᾽ ὅτι δήποτε οὖν ἐπιθυμεῖ· οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ τοῦ δικαίου πρὸς τὸν κύριον τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ. ἐπείπερ ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦτο κατοικεῖν λέγεται ἐν τῷ οὐρανῷ.

βʹ. ΙΔΟΥ ΩΣ ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΔΟΥΛΩΝ.] Τοῦτο διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων αἰνίττεται, ὅτι οὐδαμόθεν αὐτοῖς ἐλπὶς βοηθείας οὐδὲ συμμαχίας, οὐδὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον βλέπουσιν· ἐπεὶ καὶ ἡ παιδίσκη καὶ ὁ οἰκέτης μίαν ταύτην ἀφορμὴν ἔχει καὶ διατροφῆς, καὶ ἐνδυμάτων καὶ τῆς ἄλλης διαγωγῆς, τὸ πρὸς τοὺς κυρίους βλέπειν· καὶ οὐκ ἀφίσταται ἕως ἂν λάβῃ,

καὶ

κἂν μὴ λάβῃ, παραμένει, κἂν λάβῃ, χάριν οἶδε· καὶ διηνεκῶς τοῦτο ἔργον αὐτοῖς. θέλων οὖν δηλῶσαι ὅτι καὶ διηνεκῶς τοῦτο ποιοῦσι, καὶ εἰς οὐδὲν ἕτερον ἐλπίζουσι, καὶ ὅτι τὰ αὐτῶν πάντα αὐτοῦ, τῆς παιδίσκης ἐμνημόνευσε καὶ τῶν δούλων. καὶ οἱ πρότερον ἀναπεπτωκότες, νῦν δουλεύειν ἐπαγγέλλονται καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ ζητεῖν, ἕως οἰκτειρηθῶσιν. Οὐκ εἶπεν, ἕως ἂν ἀποδῷ τὸν μισθὸν, ἢ τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ', ἕως οἰκτειρήσῃ. καὶ σὺ τοίνυν νῦν παράμενε ἕως λάβῃς, κἂν μὴ λάβῃς, μὴ ἀποστῇς. εἶτα λέγουσι καὶ τὴν φωνὴν ἣν ἐκέχρηντο βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν.

γ'. ΕΛΕΗΣΟΝ ΗΜΑΣ ΚΥΡΙΕ.] Ἀπὸ ἐλέους σωθῆναι ἀξιοῦσιν. ὁ διπλασιασμὸς δὲ δηλοῖ τὸ θερμὸν τῆς αἰτήσεως. εἶτα προστιθέασι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς δεήσεως· ὅτι πολλὴν ἔδομεν δίκην, τὴν ἐσχάτην ὑπεμείναμεν ξαγωδίαν, μετανάσται γεγόναμεν, βαρβάροις ἐδουλώθημεν, ὀνειδιζόμενοι διετελέσαμεν, λιμῷ κατειργάσθημεν, διαπτυόμενοι, καταπατούμενοι· διὰ ταῦτα ἐλέησον. τί δέ, ἐστιν ἐπλήσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν; ἐξελύθη, φησὶν, ἐταριχεύθη τῷ τῶν κακῶν μεγέθει, ἀλύομεν, κοπτόμεθα. ἢ τὸ αὐτὸ λέγει· ὅτι καὶ ἡμεῖς ἐξουδενώσεως ἐπλήσθημεν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐχορτάσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπιλαλούντων τῶν εὐθηνούντων, ἐξουτενιζόντων τῶν ὑπερηφάνων. τῶν γὰρ Βαβυλωνίων ἐπιπεδαζόντων, ἡμῖν καὶ κερτομούντων ἡμεῖς ἀνιώμεθα. ἐπίστρεψον οὖν, φησι, δέσποτα τὰ πράγματα, καὶ τοῖς ἀλαζονευομένοις νῦν δι' ἣν περίκεινται εὐκληρίαν τὰς ἡμετέρας ἐπάγαγε συμφοράς. μετασταίη ταῦτα ἐπ' ἐκείνους, καὶ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσαιεν ὧν ἐποίησαν, καὶ κατενεχθείη τὸ φύσημα αὐτῶν καὶ ἡ φλεγμονή. ὃ δὴ καὶ συνεχῶς ποιεῖ ὁ θεὸς, τοὺς μεγάλα φυσῶντας καταστέλλων, καὶ τοὺς φλεγμαίνοντας ταπεινῶν, ὡς αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐπὶ κακίαν ὁδοῦ. Ὑπερηφανίας γὰρ οὐδὲν χαλεπώτερον· διὰ τοῦτο θλίψεις καὶ πειρασμοὶ, καὶ σῶμα θνητὸν, καὶ νόσοι ἵνα μυρίοι χαλινοὶ περικείμενοι τῇ ψυχῇ, μὴ ἐῶσι πρὸς ὄγκον ἐπαίρεσθαι.

COMMENTARIVS HERACLEOTAE.

& si non acceperint, expectant, & cùm acceperint, gratias agunt: & hoc perpetuum negotium eorum. Volens igitur declarare quod & assiduè hoc agant, & in nullo alio sperent, & quòd omnia illorum sint ipsius, ancillæ seruorumque mentionem fecit. Et qui priùs desciuerant, nunc se seruos & omnia ab ipso quærere profitentur, donec misericordiam consequantur. Non dixit, Donec mercedem reddat, aut vicem rependat, sed, Donec misereatur. Et tu igitur modò perseuera donec accipias, & si non acceperis, ne recedas. Deinde referunt etiam vocem qua vsi sint in cælum intuentes.

Per misericordiam saluari postulant.

3. MISERERE NOSTRI DOMINE.] Per misericordiam saluari postulant. Repetitio autem declarat feruorem deprecationis. Deinde etiam causam adiungunt postulationis; quia magnas pœnas dedimus, extremam perpessi sumus calamitatem, exules facti sumus, barbaris seruiuimus, contempti viximus, fame extenuati sumus, despecti, conculcati: propterea miserere. Quid autem sibi vult istud, *Repleta est anima nostra?* Dissoluta est, inquit, macerata est magnitudine malorum, tristamur, exscindimur. Vel idem dicit: Quoniam & nos repleti sumus despectione & anima nostra. Symmachus autem legit, *Satiata est anima nostra obloquentibus his qui abundant, despicientibus superbis.* Efferentibus enim se Babylonijs, nobisque insultantibus & exprobrantibus, nos tristitiâ afficimur. Conuerte igitur, inquit, Domine res, & ijs qui nunc efferuntur propter felicitatem quâ circumfluunt nostras calamitates irroga. Hæc in illos transferantur, & fruantur ijs quæ fecerunt, & elatio ac tumor eorum deprimatur. Hoc vtique Deus perpetuò facit, valdè elatos deprimens, & tumidos humilians, vt illos à malitiæ via liberet. Nihil enim grauius est superbiâ: propter hanc afflictiones & tentationes, propter hanc corpus est mortale, propter hanc morbi & millena frena sunt animæ iniecta, quæ non sinant eam in tumorem efferri.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Etiam hic Psalmus pietatem iustorum illius temporis ostendit.

1. AD TE LEVAVI OCVLOS MEOS.] CHRYSOSTOMI. Vides vbique captiuitatis commodum elucescere? quomodo ex omnibus sese extricantes ad inuictum auxilium confugiant, & terræ templique curâ liberati, de cælo deinceps Deum vocant? Hic autem cælum inhabitare dicitur, non tamquam loco conclusus, absit (omnia enim ipse implet) sed potiùs tamquam in cælestibus virtutibus ibidem requiescens; quandoquidem etiam in hominibus habitare perhibetur. *Inhabitabo* enim, inquit, *in vobis, & inambulabo.* Quia nimirum nouæ conuersationis radius oriturus erat, incipit hic Propheta præludere ad futura, sensim & per ænigmata locorum obseruationem dissoluens.

Quomodo Deus in cælis & in nobis habitare dicatur.

2. Cor. 6, 16. Leuit. 26, 12.

2. ECCE SICVT OCVLI SERVORVM.] ORIGENIS. Serui Dominorum Patris & Filij sunt spiritus & corpus; ancilla verò Dominæ Spiritus sancti est anima. Hæc autem tria Dominus Deus noster est: siquidem tres vnum sunt. Oculi igitur seruorum in manus dominorum respiciunt, dum per manus annuentes præcipiunt. Vel manus Dominorum quidem Patris ac Filij sunt vtriusque Angeli; Dominæ verò sancti Spiritus sunt propriæ illorum virtutes.

EIVSDEM. Oculi quidem eorum qui spiritum seruitutis habent in timore sunt in manibus Dominorum, & in manibus Dominæ; illius autem qui spiritum habet adoptionis filiorum ad Dominum Deum.

ANONYMI. Non dixit, Donec mercedem reddat, neque, Donec vicem rependat, sed, Donec misereatur. Et tu igitur ô homo exspecta iugiter, siue acceperis siue non acceperis, & ne discesseris, quantumuis non acceperis: omnino enim recipies ea quæ vtiliter postulaueris.

3. QVIA MVLTVM REPLETI SVMVS DESPECTIONE.] ORIGENIS. *Contemptibilia mundi elegit Deus:* idcircò oportet contemptos sedere in Ecclesia. Atque hoc ést quod contemptis solatio esse potest.

1 Cor. 1, 28.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν τηνικαῦτα δικαίων δείκνυσι τὴν εὐσέβειαν.

α'. ΠΡΟΣ ΣΕ ΗΡΑ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πανταχοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τὸ κέρδος διαλάμπον; πῶς πάντων ἑαυτοὺς ἀπορρήξαντες ἐπὶ τὴν ἄμαχον καταφεύγουσι βοήθειαν, καὶ τῆς γῆς ἀπαλλαγέντες καὶ τῆς περὶ ναὸν ἠσχολῆσθαι, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ λοιπὸν καλοῦσι τὸν Θεόν; οἰκεῖν δὲ οὐρανὸν λέγεται, οὐχ ὡς τόπῳ περικλειόμενος, ἄπαγε (πάντα γὰρ αὐτὸς πληροῖ) ἀλλ' ὡς ταῖς ἐκεῖ δυνάμεσιν ἐπαναπαυόμενος μᾶλλον· ἐπεὶ καὶ ἐν ἀνθρώποις οἰκεῖν λέγεται. Ἐνοικήσω γάρ, φησιν, ἐν ὑμῖν, καὶ ἐμπεριπατήσω. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τῆς καινῆς πολιτείας ἡ ἀκτὶς ἀνίσχειν, ἄρχεται τὰ μέλλοντα προαναφωνεῖσθαι ὁ προφήτης, τὴν τῶν τόπων παρατήρησιν περιλύων ἠρέμα καὶ δι' αἰνιγμάτων.

β'. ΙΔΟΥ ΩΣ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΔΟΥΛΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δοῦλοι κυρίων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ πνεῦμα καὶ σῶμα· παιδίσκη δὲ κυρίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ψυχή. τὰ δὲ τρία κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν· οἱ γὰρ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν. ὀφθαλμοὶ γοῦν δούλων εἰς χεῖρας κυρίων ὁρῶντες, ὅτι διὰ χειρῶν νεύοντες κελεύουσιν. ἢ χεῖρες κυρίων μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οἱ ἑκατέρου ἄγγελοι· κυρίας δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ δυνάμεις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τῶν μὲν ἐχόντων τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας εἰς φόβον οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς χεῖρας κυρίων, καὶ εἰς χεῖρας κυρίας· τοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἔχοντος πρὸς κύριον τὸν Θεόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκ εἶπεν, ἕως ἂν ἀποδῷ τὸν μισθόν, οὐδέ, ἕως ἂν ἀποδῷ τὴν ἀμοιβήν, ἀλλ', ἕως ἂν ἐλεήσῃ. καὶ σὺ τοίνυν ἄνθρωπε παράμενε διηνεκῶς, ἄντε λάβῃς ἄντε μὴ λάβῃς, καὶ μὴ ἀποστῇς, κἂν μὴ λάβῃς, πάντως γὰρ λήψῃ ἅπερ αἰτεῖς συμφερόντως.

γ'. ΟΤΙ ΕΠΙ ΠΟΛΥ ΕΠΛΗΣΘΗΜΕΝ ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΕΩΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ ἐξουδενωμένα τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός· διὸ δεῖ τοὺς ἐξουδενωμένους καθίζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ ἔστι τοῦτο δυνάμενον παραμυθήσασθαι ἐξουδενωμένους.

ΧΡΥ-

Digitized by Google

Χρυσοστόμου. Τί δέ ἐστιν, ἐπὶ πλεῖον ἐπλήσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν; Αὕτη, φησίν, ἐξελύθη λοιπὸν, ἐπαρεχύθη τῷ μεγέθει τῶν κακῶν. ἔστι γὰρ πολλοὺς μὲν πάσχειν δεινά, φέρειν δὲ γενναίως. ἡμεῖς δέ, φησι, καὶ τοῦτο ἀπωλέσαμεν, ταλαιπωροῦμεν, κοπτόμεθα. ἐπειδὴ γὰρ δεόντως ταῖς τιμαῖς οὐκ ἐχρήσαντο, τοῖς ἐναντίοις αὐτοὺς διορθοῦται, καὶ τοῦτο πανταχοῦ ποιεῖ.

δ'. Τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι.] Ὠριγένους. Ἀντίστρεψον, φησι, τὰ πράγματα ἡμῶν δέσποτα, καὶ τοῖς ἀλαζονουμένοις νῦν δι' ἣν περίκεινται εὐκληρίαν, τὰς ἡμετέρας ἐπάγαγε συμφοράς.

Ἀνωνύμου. Τὸ ὀνειδίζειν ἐστὶν ἐν τοῖς εὐθηνοῦσι κατὰ τὰ κοσμικὰ, καὶ τὸ ἐξουθενεῖν ἐν τοῖς ὑπερηφάνοις· ὡς τοῦ Φαρισαίου ἐξουθενοῦντι τὸν τελώνην, καὶ τοῖς Φαρισαίοις ἐξουθενοῦσι τοὺς λοιπούς.

Annotationes Corderii.

Chrysostomi. Quid porrò sibi vult istud, *Multùm repleta est anima nostra*? Hæc, inquit, deinceps defecit, extenuata est magnitudine malorum. Siquidem contingit plurimos quidem mala perpeti, sed ferre generosè. Nos verò, inquit, etiam hoc perdidimus, affligimur, deijcimur. Cùm enim honoribus non sint vsi prout oportuerat, rebus aduersis ipsos corrigit, atque hoc vbique facit.

4. Opprobrium abundantibus] Origenis. Conuerte, inquit, res nostras Domine, & ijs, qui nunc propter prosperitatem quâ circumfluunt extolluntur, nostras ærumnas irroga.

Anonymi. Opprobrium est in ijs qui rebus sæcularibus affluunt, & despectio in superbis; v. g. in Pharisæo publicanum despiciente, & in Pharisæis ceteros contemnentibus.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus orationem continet hominis ad cælestem Hierusalem peregrinantis, & in exilio vel itinere pressuram patientis. Græcus quidam auctor Anonymus apud Agellium tale tradit Psalmi huius argumentum: Ἡ τετάρτη ᾠδὴ εὐχὴν περιέχει τῶν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ διὰ πολλῶν ἐτῶν τὴν ἐπάνοδον ποιουμένων· οἷον καὶ κάμνοντες κατὰ τὴν ὁδὸν, ἐλέους καὶ οἴκτου δέονται τυχεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς ἐξουδενωμένοι παρὰ τῶν ἐθνῶν. διὸ καὶ ἀναφθέγγεται πρὸς αὐτοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι: *Quartum Canticum preces continet hominum post multos annos iter aggressorum ac redeuntium; qui etiam ob itineris laborem quodammodò fessi, benignitatem ac misericordiam à Deo consequi petunt, vt à Gentibus neglecti atque ludibrio habiti. Quamobrem respondet illis Spiritus sanctus illa verba, Opprobrium abundantibus.*

Eleuatio oculorum est habitus orantium.

1. *Ad te leuaui oculos meos*, &c.] Hic est orantium habitus, quem Tertullianus in Apologetico cap. 30. describit, dicens *Christianos in cælum suspicientes manibus expansis orare consueuisse.* Id Vates pius eodem spiritu eruditus faciebat; & proprium id amantium filiorum seruorumque bonorum ait. Hinc S. Martinus illo intuitu mirificè recreabatur, & fructum eximiæ deuotionis capiebat & in lecto, vbi felicissimè ad beatam vitam migrauit, supinus voluit eâ gratiâ consistere, vt in æternnm Beatorum domicilium intenderet, vbi cor fixum & spes omnes sitas habebat. Eusebius lib. 4. cap. 15. memorat in nummis tabulisque pictis fuisse expressum Constantinum passis manibus oculisque in cælum elatis: quod vocat εὐχομένου σχῆμα, *precantis habitum & compositionem.* Ceterùm nota hic per *oculos* spiritaliter intelligi mentem nostram & interiorem intentionem, quæ dum munda est, totum interiorem hominem illuminat, & dum immunda est, totum obfuscat, iuxta doctrinam Seruatoris nostri in Euangelio. In omnibus itaque operibus nostris intentio ad Deum est erigenda, vt propter Deum fiant. Cùm autem omnis vita nostra spiritualis in contemplatione & actione versetur, vtriusque intentionem, velut ambos oculos, ad Deum semper leuare debemus, vt scilicet dum contemplamur superna, non ob sciendi curiositatem id fiat, sed intentio nostra in solum Deum dirigatur; & dum actiuæ vitæ opera exercemus, non nostram ipsorum, sed solius Dei gloriam quæramus: vti pulchrè docet S. Gregorius lib. 6. Moral. cap. 25.

Mentis oculi ad Deum eleuandi. Matth. 6.

Quomodo intendendum Deo.

2. *Ecce sicut oculi seruorum*, &c.] Spem in Deum duobus similibus exponit. Sicut, inquit, oculi seruorum respiciunt ad manus, id est gestus, nutus & significationes herorum suorum, vt eis promptissimè ministrent ac seruiant; vel ad largitionem, dona, victum, vt ab eis aliquid accipiant; vel ad fidem & defensionem ac præsidium dominorum suorum, vt oppressi à potentioribus opem ab eis consequantur. (Hæc enim omnia serui à dominis & ancillæ à dominabus suis expectant.) Ita nos in hoc exilio vexati, in solum Dominum Deum nostrum intuemur, & in ipsum vnum spectamus, vt misereatur nostri. In manibus autem Domini, inquit, stant oculi seruorum, non in facie. Nimirum hic oculorum coniectus petit vt accipiat; ad heri dextram peruolat, vt eam aperiat ad dandum. Ita nos prorsus oculos nostros in Dei manus statuamus, & gratiæ vnionem pretiosissimum violentiâ Deo gratâ extorqueamus.

4. *In plurimum repleta est anima nostra*, &c.] Ita S. Augustinus & vetus Psalterium: quod Græcè est, Ἐπὶ πλεῖον: Romanum, *Et multùm*: S. Hilarius & Vulgata, *Quia multum*:

 Symma-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Symmachus autem sic: Πολλὰ ἐχορτάσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπιλαλούντων τῶν εὐθηνούντων, ἐξουδενιζόντων τῶν ὑπερηφάνων: *Multùm satiata est anima nostra obloquentibus abundantibus, & spernentibus superbis.* Chrysostomus hæc eadem refert, & addit. Alius, τοῦ μυχθισμοῦ (fortasse μυκτηρισμοῦ) τῶν ὑπερηφανῶν, *subsannatione elatorum:* alius, ἐξουδενώσεως αὐτῶν εὐθηνούντων, *despectione eorum qui bonis affluunt:* Scholion ex Aquila, Πολλὰ ἐνεπλήσθη, *Multùm impleta est.*

IN PSALMVM CXXIII. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

E captiuitate liberati, & quæ ibi mala fuerint commemorantes, hæc dicunt. Aliàs autem propter finitimorum contra ipsos iram, quâ post reditum eos exterminare satagebant, à Deo auxilium consecuti hæc dicunt.

Ἀπαλλαγέντες τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ὑπομιμνησκόμενοι τῶν ἐκεῖ χαλεπῶν, ταῦτα φασίν. Ἄλλως δὲ διὰ τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν περιοίκων κατ' αὐτῶν ὀργὴν, βουληθέντων ἐκτρίψαι αὐτοὺς, βοηθηθέντες παρὰ Θεοῦ ταῦτα λέγουσι.

PARAPHRASIS ANONYMI.

NISI quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël:

2. Nisi quia Dominus erat in nobis.

More solito hæc repetitio intensionem designat.

Cùm * insurgerent homines in nos,

* Vulgata exurgerent

3. Fortè viuos deglutissent nos:

Hoc ipsum, inquit, Israël iure dixerit.

Cùm irasceretur furor eorum in nos,

4. Forsitan aqua absorbuisset nos.

Aqua designat furorem inimicorum.

Aquam appellat ipsummet furorem inimicorum. Dicit itaque, quòd nisi auxilium Dei inimicorum furore vehementius apparuisset, nihil prohibuisset nos absorberi & deleri.

5. Torrentem pertransiuit anima nostra:

Ceterùm, inquit, modò tamquam torrentem & quasi fluuium pertransiuimus inimicorum difficultatem. Hoc enim deinceps assertiuè dicit, vti & versum sequentem. subiungit enim:

Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

ΕΙ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ·

β΄. Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν.

Συνήθως ὁ διπλασιασμὸς τὴν ἐπίτασιν σημαίνει.

Ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς,

γ΄. Ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς·

Τὸ αὐτό, φησι, λεγέτω δικαίως Ἰσραήλ.

Ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς,

δ΄. Ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς.

Ὕδωρ αὐτὸν καλεῖ τῶν πολεμίων τὸν θυμόν. Λέγει οὖν, ὅτι εἰ μὴ σφοδροτέρα ὤφθη τοῦ Θεοῦ ἡ βοήθεια τοῦ θυμοῦ τῶν πολεμίων, οὐδὲν ἐκώλυεν ἡμᾶς καταποθῆναι καὶ ἀπολέσθαι.

ε΄. Χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν·

Ἀλλὰ νῦν, φησιν, ὡς χείμαρρον καὶ ὡς ποταμὸν παρήλθομεν τῶν πολεμίων τὴν βαρύτητα. κατ' ἀπόφασιν γὰρ λέγει τοῦτο λοιπὸν, ὡς καὶ τὸν ἑξῆς στίχον. ἐπιφέρει γάρ·

Ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον.

Digitized by Google

Ἀλλὰ γὰρ τῇ τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ διέβημεν τὴν ὀργὴν τὴν ἀνυπόστατον.

Verùm enim verò Dei ope pertransiuimus iram intolerabilem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ϛʹ. Εὐλογητὸς κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν.

6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in * venationem dentibus eorum.

* Vulgata captionem

Ἄνω τοὺς πολεμίους χείμαῤῥον καλέσας καὶ ὕδωρ ἀνυπόστατον, ἐνταῦθα θηρία αὐτοὺς καλεῖ, καὶ εὐχαριστεῖ, ὡς μὴ ἐκδοθεὶς τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων, τουτέστι τῶν πολεμίων. εἶτα καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις ὑπόδειγμα λέγει. φησὶ γάρ·

Cùm superiùs hostes torrentem & aquam intolerabilem appellasset, hîc ipsos feras vocat, & gratias agit, quòd dentibus ferarum, id est hostium, minimè traditus sit. Deinde etiam tertium præterea exemplum his adiungit. ait enim:

ζʹ. Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων·

7. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:

Ἀλλὰ καὶ ὡς στρουθίον, φησὶν, ἐν παγίδι κατεχόμενον, εἶτα ἄθρόον ἀπολυθὲν χαίρει, οὕτως καὶ ἡμεῖς.

Quin etiam sicut passer, inquit, laqueo detentus, ac deinde subitò solutus gaudet, sic & nos.

Ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν.

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον, φησὶ, συνέβη. οὐ μόνον γὰρ ἀπελύθημεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατέχοντας τιμωρουμένους ἐθεασάμεθα. ἤδη γὰρ ἦσαν Βαβυλώνιοι οἱ δίκας δεδωκότες Μήδοις· ἀπὸ Μήδων δὲ εἰς Κῦρον τὸν Πέρσην μετῆλθεν ἡ βασιλεία.

Verumtamen contrarium, inquit, accidit. Non solùm enim soluti sumus, verùm etiam eos qui nos subegerant vidimus dedisse pœnas. Siquidem Babylonij erant qui pridem Medis pœnas dederant: à Medis autem ad Cyrum Persam Regnum transijt.

ηʹ. Ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι κυρίου, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

8. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

Ἐτύχομεν δέ, φησι, τούτων ἁπάντων, διὰ τὸ τὴν βοήθειαν ἔχειν ἐκείνου τοῦ τὸ πᾶν πεποιηκότος.

Hæc autem, inquit, omnia consecuti sumus, quia auxilium habuimus ab eo qui omnia fecit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

αʹ. Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν.] Οἱ ἐν τῷ πρὸ τούτου εἰπόντες ἐλέησον ἡμᾶς, νῦν ὡς ἀκουσθέντες λέγουσιν, Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, τάδε ἂν ἐπεπόνθειμεν. ὁ δὲ διπλασιασμὸς τὴν ἐπίτασιν δηλοῖ. ὅσον δὲ πρὸς φιλοσοφίαν ὁ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτοὺς διανέστησε μόχθος; πῶς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἀνατιθέασι τῷ θεῷ; καὶ ὁ προφήτης δὲ ὡς ἂν ἄριστος χορηγάτης τὸ αὐτὸ παρακελεύεται λέγων· εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ. Καὶ γὰρ ἦσαν ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ, καὶ ἄρτι τῶν κακῶν ἀπηλλαγμένοι, καὶ πόλιν ἀτείχιστον ἔχοντες, καὶ πᾶσι προέκειντο μετὰ τὴν ἐπάνοδον θήρα

1. Nisi qvia Dominvs erat in nobis.] Illi qui præcedenti Psalmo dixerant *Miserere nostri*, nunc exauditi dicunt, *Nisi quia Dominus erat in nobis*, hæc & hæc perpessi fuissemus. Geminatio autem intensionem declarat. Quantum autem ad philosophiam ipsos erexit labor captiuitatis? Quomodo salutem suam Deo attribuunt? Quin etiam Propheta tamquam choragus optimus idem adhortatur dicens: *Dicat nunc Israël.* Erant enim inermes & nudi, & recèns à malis liberati, & cùm vrbem haberent immunitam, post reditum etiam erant prædæ omnibus expositi;

Tribulatio ad Deum adducit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

positi; sed fuit eis Deus pro muro & arce. Hoc ipsum nos quoque dicamus. Nisi enim fera pessima diabolus assiduè refrænaretur, omnia vtique subuertisset. Quin & ipsi dum reuerterentur erant pauci, & multi eos adoriebantur. Non enim repentè dedit eis securitatem, ne relaberentur. Ceterùm dicendo, *Fortè viuos deglutissent nos*, inuadentium feritatem declarat. Deinde etiam rursus ait, *Dicat nunc Israël, cùm irasceretur furor eorum in nos.* Aquam autem hîc vocat furorem inimicorum. Ait igitur, quòd nisi validius Dei auxilium apparuisset, nihil prohibuisset quò minùs discerpti & perditi fuissemus. Vel etiam aquam & torrentem appellat ineffabilem iram inimicorum. Ne itaque animis cadamus, quando aduersa nobis ingruerint. Est enim aqua quæ temerè fertur, & magnâ vi magnoque impetu quidquid occurrit secum trahit. Torrens est quidcumque fuerit, nubes est, & prætercurrit. Idcircò ait: Illa pertransiuimus veluti torrentem & tamquam aquam. Assertiuè autem dicit versum sequentem. *Forsitan absorbuisset nos aqua intolerabilis.* Alius: *Forsitan subuertisset nos tamquam vorago pertransiens animam nostram.* Alius: Illud *forsitan* per modum conclusionis ait. *Intolerabilem* verò vocat, quòd sine Deo sustineri non valeat. Si verò malitiam significet, dicimus illam ἀνυπόστατον seu subsistentiæ expertem dici, eò quòd malitia non habeat subsistentiam: cùm enim per accidens existat, sustentatur ab ijs qui illam operantur, cùm per se non habeat substantiam.

Malitia non habet propriè subsistentiam.

6. BENEDICTVS DOMINVS, QVI NON DEDIT NOS.] Cùm malorum liberationem recensuisset, dicit etiam eum qui cum magna laude præbuerat libertatem. Illi quidem, inquit, tamquam feræ & leones inuadebant, parati vesci carnibus, robore furoreque armati: hi verò erant quouis passere imbecilliores, captuque faciles existebant: & in medijs malis intercepti, vndique hostibus cincti. Verùm is qui diues est, & saluare vndique potest, etiam cum magna, inquit, facilitate nos liberauit. quod ostendere volens dixit: *Anima nostra sicut passer erepta est.* & quomodo?

7. LAQVEVS CONTRITVS EST.] Vidisti virtutem defensoris? Vides qualem habeas ducem? nempe vniuersi con-

ἕτοιμος· ἀλλ' ἀντὶ τείχους καὶ πύργου ὁ Θεὸς αὐτοῖς γέγονε. τοῦτο λέγωμεν καὶ ἡμεῖς. εἰ γὰρ μὴ τὸ πονηρὸν θηρίον ὁ διάβολος συνεχῶς ἐχαλινοῦτο, πάντα ἂν ἀνέτρεψε. κἀκεῖνοι δὲ ὀλίγοι ἦσαν ἐπανελθόντες, καὶ πολλοὺς εἶχον τοὺς ἐπιτιθεμένους. οὐ γὰρ ἀθρόον ἐδίδου αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν, ἵνα μὴ ἀναπέσωσι. διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, τὸ θηριῶδες τῶν ἐπιόντων δηλοῖ. εἶτα καὶ πάλιν φησί, Λεγέτω δὴ Ἰσραήλ, ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς. ὕδωρ δὲ καλεῖ τὸν τῶν πολεμίων θυμόν. λέγει οὖν, ὡς εἰ μὴ σφοδροτέρα τοῦ Θεοῦ ὤφθη ἡ βοήθεια, οὐδὲν ἐκώλυεν ἡμᾶς διασυρῆναι καὶ ἀπολέσθαι. ἢ καὶ ὕδωρ καὶ χείμαρρον τὴν ἄφατον ὀργὴν λέγει τῶν πολεμίων. Μὴ τοίνυν ἀναπέσωμεν, ὅταν ἐπίοι τὰ δεινά. ὕδωρ γάρ ἐστιν ἀτάκτως φερόμενον, καὶ μετὰ πολλῆς ῥύμης καὶ βίας παρασύρει τὸ προστυγχάνον. χείμαρρός ἐστιν οἷον ἂν ᾖ, νέφος ἐστί, καὶ παρατρέχει. διό φησιν· ὡς χείμαρρον διήλθομεν αὐτὰ καὶ ὡς ὕδωρ. κατὰ ἀπόφασιν δὲ λέγει τὸν ἑξῆς στίχον. τὸ ἄρα κατεπόντισεν ἡμᾶς τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Ἕτερος· Ἄρα παρέκρουσεν ἡμᾶς ὡς φάραγξ παρελθόντα κατὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν. Ἄλλος· τὸ ἄρα συλλογιστικῶς λέγει. ἀνυπόστατον δὲ λέγει, τὸ μὴ ὑποστῆναι δυνάμενον χωρὶς Θεοῦ. εἰ δὲ τὴν κακίαν σημαίνει, ἀνυπόστατον εἰρῆσθαι φαμέν, τῷ μὴ ἔχειν τὴν κακίαν ὑπόστασιν· συμβεβηκὸς γὰρ οὖσα, ἐν τοῖς ἐνεργοῦσιν ὑφίσταται, καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔχουσα ὕπαρξιν.

ς'. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ, ΟΣ ΟΥΚ ΕΔΩΚΕΝ ΗΜΑΣ.] Εἰπὼν τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν, λέγει καὶ τὸν τὴν ἀπαλλαγὴν παρεσχηκότα μετὰ εὐφημίας. οἱ μέν, φησιν, ὡς θηρία καὶ λέοντες ἐπήεσαν, ἕτοιμοι τῶν σαρκῶν ἀπογεύσασθαι, δυνάμει καὶ θυμῷ καθωπλισμένοι· οἱ δὲ στρουθίου παντὸς ἀσθενέστεροι διέκειντο, καὶ εὐεπιχείρητοι ἦσαν· καὶ ἐν μέσοις ἀπειλημμένοι τοῖς δεινοῖς, πάντοθεν τῶν πολεμίων περικειμένων. ἀλλ' ὁ εὔπορος, καὶ πανταχόθεν σώζειν δυνάμενος, μετὰ πολλῆς ἡμᾶς, φησιν, ἀπήλλαξε τῆς εὐκολίας. ὅπερ παραστῆσαι βουλόμενος ἔλεγεν· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη. καὶ πῶς;

ζ'. Η ΠΑΓΙΣ ΣΥΝΕΤΡΙΒΗ.] Εἶδες τὴν δύναμιν τοῦ προστάτου; ὁρᾷς οἷον ἔχεις στρατηγόν; δηλαδὴ τὸν τοῦ παντὸς δημιουρ-

Digitized by Google

μυργόν. Συντριβὴν δὲ παγίδος λέγει τὸν πολεμίων τὸν ὄλεθρον. Μήδοις γὰρ δεδώκασι δίκας, μεθ' οὓς εἰς Κῦρον τὸν Πέρσην περιῆλθεν ἡ βασιλεία.

ditorem. Laquei autem contritionem appellat hostium interitum. Medis enim pœnas dederunt, post quos in Cyrum Persam transijt Imperium.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ἅπαντες οἱ πλησιόχωροι δυσχεράναντες τὴν τῶν Ιουδαίων ἐλευθερίαν, κοινῇ τὸν πρὸς αὐτοὺς ἀνεδέξαντο πόλεμον· καὶ βάρβαρα ἔθνη συναγαγόντες, κατ' αὐτὸν αὐτοῖς ἐπεστράτευσαν, ἐλπίσαντες καὶ αὐτὴν αὐτῶν σβέσαι τὴν μνήμην. ἀλλὰ πάλιν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τοῖς μὲν οἰκείοις ἐπήρκεσεν, τοὺς δὲ πολεμίους κατηκόντισεν ἅπαντας. λέγουσι δὲ ταῦτα τῶν προφητῶν οἱ πλεῖους, καὶ Ιωὴλ, καὶ Ιεζεκιὴλ, καὶ Μιχαίας, καὶ Ζαχαρίας, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις πολλοί. ταῦτα καὶ ὁ μακάριος ἐνταῦθα προθεσπίζει Δαβίδ.

ORIGENIS. Post reditum è Babylone omnes finitimi Iudæorum libertatem ægrè ferentes, communi marte aduersus ipsos bellum susceperunt; & barbaras gentes colligentes, eodem tempore cum eis bellum gesserunt, sperantes se ipsam illorum memoriam deleturos. Verùm Deus vniuersorum suis quidem rursus opem tulit, omnes verò hostes confixit. Ceterùm hæc plurimi Vates referunt, vt Ioël, & Ezechiel, & Michæas, & Zacharias, & præter hos multi alij. Hæc item hoc loco beatus Dauid vaticinatur.

α΄. ΕΙ ΜΗ ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΗΝ ΕΝ ΗΜΙΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὃ συνεχῶς εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν λέγων οὐ παύσομαι, ὅτι μέγας τῆς αἰχμαλωσίας ὁ καρπὸς, καὶ ἱκανὸς πρὸς φιλοσοφίαν. οἱ γὰρ πρὸς εἴδωλα τρέχοντες, ἄκουσον τί λέγουσι νῦν, καὶ πῶς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἀνατιθέασι τῷ θεῷ. καὶ ὁ προφήτης δὲ καθάπερ χορευτὴς ἄριστος τὰ αὐτὰ συνεχῶς αὐτοῖς παρακελεύεται λέγειν. μετὰ γὰρ τὸ πρῶτος εἰπεῖν, καὶ ἐκείνοις παρεγγυᾷ ὥσπερ διδάσκαλος μαθηταῖς καταλέγειν. εἰπάτω δὴ Ισραὴλ· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν· ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. καὶ γὰρ ἦσαν ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ, καὶ ἄρτι τῶν κακῶν ἀπηλλαγμένοι, καὶ πόλιν ἀτείχιστον ἔχοντες, μᾶλλον δὲ οὐ πόλιν, καὶ πᾶσι μετὰ τὴν ἄνοδον προέκειντο θήρα ἕτοιμος· ἀλλ' ἀντὶ τείχους καὶ πύργου ὁ θεὸς αὐτοῖς γέγονεν. ὃ καὶ ἡμεῖς λέγωμεν· εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. τί γὰρ οὐκ ἂν ἐποίησεν ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος, εἰ μὴ συνεχῶς ἐχαλινοῦτο; πονηρὸν γὰρ θηρίον καὶ ἀκόρεστον. εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ιὼβ μικρὰν τινὰ λαβὼν ἐπιτροπὴν πρόρριζον, αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀνέσπασε, τὸ σῶμα αὐτοῦ διεμαστήσατο, τοσαύτην τραγῳδίαν εἰργάσατο· πῶς οὐκ ἂν ἅπαντας ἐλυμήνατο, εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν; καὶ γὰρ σφόδρα ὀλίγοι ἦσαν καὶ

1. NISI QVIA DOMINVS ERAT IN NOBIS.] CHRYSOSTOMI. Quod frequenter dixi, hoc quoque nunc dicere non desinam, magnum scilicet esse fructum captiuitatis, eumque sufficere ad philosophiam. Illi enim qui ad idola currebant, audi quid modò dicant, & quomodo salutem suam Deo adscribant. Quin etiam hic Propheta tamquam choragus optimus eadem eis iubet frequenter dicere. Postquam enim primus hoc dixerat, illis quoque præcipit tamquam magister discipulis vt idem recitent. *Dicat nunc Israël: nisi quia Dominus erat in nobis: cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos.* Erant enim inermes & nudi, & recèns à malis liberati, & vrbem habebant immunitam, imò verò ne vrbem quidem, & post reditum erant prædæ omnibus expositi; sed erat eis Deus pro muro & arce. Hoc ipsum nos quoque dicamus: *Nisi quia Dominus erat in nobis, fortè viuos deglutissent nos.* Quid enim non fecisset noster inimicus diabolus, nisi assiduè refrenaretur? est enim fera pessima & insatiabilis. Si enim cùm in beatum Iob pusillum quid ei fuisset permissum, eius domum funditus euertit, eius corpus mulctauit, tantam tragœdiam excitauit: quomodo non omnes perderet, *Nisi quia Dominus erat in nobis?* Nam erant admodum pauci &

Magnus fructus captiuitatis.

Deus est suis pro muro & arce.

Iob 1, 2. & 3.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

contempti, & eos reuersos plurimi adoriebantur. In hoc porrò etiam ostendebatur Dei sapientia, quòd non repentè daret eis securitatem, sed sensim ac paulatim. Hoc autem faciebat conseruans eos in Dei cognitione, & eam quæ ex captiuitate in ipsos redundauerat correctionem non sinens præterfluere. Cùm enim à malis liberatio solet homines reddere socordiores, in ipsa etiam bonorum largitione permittit ipsos assiduè tentari, vt tentationes ipsis sint perpetuum philosophiæ exercitium. Propter hoc ipsum nempe homines quoque non permittit semper in calamitatibus versari, ne deficiant, nec in quiete seu prosperitate, ne fiant socordiores; sed vicissitudinibus salutem eorum variat.

Deus cur prospera misceat aduersis.

Hic Psalmus quando recitari solitus sit.

ORIGENIS. Verosimile est quempiam Sacerdotum in aliquo graduum consistentem populo manè ad templum venienti quid simile dixisse, *Dicat nunc Israël: nisi quia Dominus erat in nobis*; deinde Israëlem id quod ei præceptum fuerat faciendo incepisse quidem ab ijs verbis, *Dominus erat in nobis*. subiungit autem reliqua Psalmi. Ceterùm illud, *Nisi quia Dominus erat in nobis*, non quiuis dicat, sed verus Israël, cui Dominus est dicenti: *Nobis vnus est Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* quod & Paulus dixit: *Nam & ego Israëlita sum.* Item illud: *Israëlitæ sunt, & ego.* Itaque verosimile est hunc Psalmum à populo recitari solitum ex præcepto Sacerdotis, si quando populus in bello periclitatus fuisset, vel ex aliquibus Gentium insidijs seruatus esset, hostibus deuictis; præsertim si cum aliqua prodigiosa apparitione confirmati superiores euasissent. Dicat autem Israël etiam illud, *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea*, vt in Psalmo centesimo vigesimo octauo dicitur.

1. Cor. 8, 6.

Rom. 11, 1.

2. Cor. 11, 22.

2. CVM INSVRGERENT HOMINES IN NOS.] ORIGENIS. Visus fuerit hyperbolicè hoc dixisse, cùm ita res se non haberet: per hoc enim significatur, ac si etiam aqua nos absorbuisset, & torrentem pertransisset anima nostra, cuius aqua sit intolerabilis. Ionas vtique viuus absorptus fuit, eùmque mors potens deuorauit. Hęc autem figuratè dixit. nam cùm dixisset, *Fortè viuos deglutissent nos*, ostendit ingentem multitudinem instar torrentis ingruentem, quæ omnia contectura videatur. Aptè autem

εὐτελεῖς, καὶ πολλοὶ αὐτοῖς συνετίθεντο ἐπανελθοῦσι. κἀν τούτῳ δὲ τοῦ θεοῦ ἡ σοφία ἐδείκνυτο, τῷ μὴ ἀθρόον αὐτοῖς δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. τοῦτο δὲ ἐποίει τηρῶν αὐτοὺς ἐν τῇ θεογνωσίᾳ, καὶ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας προσγενομένην αὐτοῖς διόρθωσιν οὐκ ἀφιεὶς διαρρυῆναι. ἐπειδὴ γὰρ εἴωθεν ἡ τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴ ῥαθυμοτέρους ποιεῖν, καὶ ἐν αὐτῇ τῶν ἀγαθῶν χορηγίᾳ ἀφίησιν αὐτοὺς συνεχῶς πειράζεσθαι, ἵνα ἔχωσι διηνεκῆ γυμνασίαν φιλοσοφίας τοὺς πειρασμούς. διά τοι τοῦτο οὔτε ἐν συμφοραῖς ἀφίησι τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα μὴ ἀποκάμωσιν, οὔτε ἐν ἀνέσει, ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι γίνωνται· ἀλλὰ ταῖς ἐναλλαγαῖς ποικίλλει τὴν σωτηρίαν αὐτῶν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰκὸς τῶν ἱερέων τινὰ ἑστῶτα ἐπί τινος τῶν ἀναβαθμῶν λέγειν ἐλθόντι τῷ λαῷ ἐπὶ τὸν ναὸν ἕωθεν τοιοῦτόν τι, Εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ· τὸ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν· εἶτα ποιοῦντα τὸ προσταχθὲν τὸν Ἰσραὴλ ἄρχεσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ, κύριος ἦν ἐν ἡμῖν. συνάπτει δὲ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ. λεγέτω δὴ τό, εἰ μὴ ὅτι κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, οὐχ ὁ τυχών, ἀλλ' ὁ ἀληθινὸς Ἰσραήλ, ᾧ κύριός ἐστιν εἰπόντι· ἡμῖν εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. ὅπερ καὶ Παῦλος εἶπε· Καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμί. καὶ τό· Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ. καὶ τοῦτόν γε εἰκὸς ὑπὸ τοῦ λαοῦ λέγεσθαι τὸν ψαλμὸν ἐκ προστάξεως ἱερέως, εἴποτε κινδυνεύσας ὁ λαὸς ἐν πολέμῳ, ἤ τινι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιβουλῇ διεσώθη, νικήσας τοὺς πολεμίους· μάλιστα εἰ μετά τινος παραδόξου ἐπιφανείας ἀνδραγαθήσαντες ἐπανῆσαν. εἰπάτω δὲ ὁ Ἰσραὴλ καὶ τό, Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου, ὡς ἐν ρκή ψαλμῷ λέγεται.

β'. ΕΝ ΤΩ ΕΠΑΝΑΣΤΗΝΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΕΦ ΗΜΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δόξει ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι, οὐχ οὕτως ἔχον· δηλοῦται γάρ τι ἐκ τούτου, ὡς καὶ ὕδωρ κατεπεπόκασιν ἡμᾶς, καὶ χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, οὗ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Ἰωνᾶς γοῦν ζῶν κατεπόθη, καὶ αὐτὸν κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. Τροπικῶς δὲ ταῦτα εἴρηκεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, δείκνυσι τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν χειμάρρου δίκην προσβαλόντος, καὶ συγκαλύψαι ἅπαντα προσδοκήσαντος. ἁρμοδίως δὲ τοῦ

χειμάρ-

Digitized by Google

χειμάῤῥου τέθεικε τὴν εἰκόνα. καθάπερ γὰρ ὁ χείμαῤῥος ἐκ πολλῶν ἀθροιζόμενος ὀχετῶν σφοδρότερος γίνεται, οὕτως οἱ τηνικαῦτα τῇ Ἱερουσαλὴμ προσβαλόντες, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐθνῶν συνηθροίσθησαν. ἀλλὰ κατελύθησαν ψήφῳ δικαίᾳ. τοῦτο γὰρ ὁ προφήτης διδάσκει.

ε. ΧΕΙΜΑΡΡΟΝ ΔΙΗΛΘΕΝ Η ΨΥΧΗ ΗΜΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκ ἀέναον ποταμὸν διῆλθεν ἡ ψυχὴ τῶν δικαίων, ἀλλὰ χείμαῤῥον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς Ἠλιοῦ· πορεύου ἐντεῦθεν κατὰ ἀνατολάς, καὶ κρύβηθι ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Χοῤῥάθ, τοῦ ἐπὶ προσώπου τοῦ Ἰορδάνου. καὶ ἔσται, ἐκ τοῦ χειμάῤῥου πίεσαι ὕδωρ· καὶ τοῖς κόραξιν ἐντελοῦμαι διατρέφειν σε ἐκεῖ. Καὶ ἐποίησεν Ἠλιοῦ κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου, καὶ ἐκάθισεν ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Χοῤῥὰθ ἐπὶ προσώπου τοῦ Ἰορδάνου. καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ ἄρτους τὸ πρωῒ καὶ κρέα τὸ δείλης, καὶ ἐκ τοῦ χειμάῤῥου ἔπινεν ὕδωρ. καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, καὶ ἐξηράνθη ὁ χείμαῤῥος· ὅτι οὐκ ἐγένετο ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πόση τοῦ θεοῦ ἡ συμμαχία; πῶς ἐν τοσούτοις κακοῖς οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ὑποβρυχίους γενέσθαι; διὰ γὰρ τοῦτο οὐκ ἀφίησιν αὔξεσθαι τὰ δεινά, οὐχ ἵνα ἡμᾶς καταδύσῃ, ἀλλ' ἵνα δοκιμωτέρους ἐργάσηται, καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως μείζονα παράσχηται τὴν ἀπόδειξιν.

ΑΡΑ ΔΙΗΛΘΕΝ Η ΨΥΧΗ ΗΜΩΝ ΤΟ ΥΔΩΡ ΤΟ ΑΝΥΠΟΣΤΑΤΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑπόστασιν οὐδεμίαν ἔχει ἡ ἀντικειμένη ἐνέργεια. ἢ τὸ ἀνυπόστατον τουτέστιν, οὐκ ἔστι δυνατὸν ὑποστῆναι. ἄνθρωπος γὰρ πῶς δυνήσεται ὑποστῆναι τοσοῦτον διάβολον;

ς'. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ ΟΣ ΟΥΚ ΕΔΩΚΕΝ ΗΜΑΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς καὶ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν παρίστησι καὶ τὴν ἐκείνων ἰσχύν; οἱ μὲν γὰρ ὡς θηρία καὶ λέοντες ἐπήεσαν αὐτοῖς, ἕτοιμοι τῶν σαρκῶν ἀπογεύσασθαι· οὗτοι δὲ στρουθίου παντὸς ἀσθενέστεροι διέκειντο. τότε γὰρ μάλιστα δείκνυται τοῦ θεοῦ τὰ θαύματα, ὅτε οἱ ἀσθενεῖς τῶν δυνατῶν κρατῶσιν. οὕτως οὖν διακειμένων ἡμῶν αὐτῶν πανταχόθεν τοῖς δεινοῖς κυκλουμένων μετὰ πολλῆς ἡμᾶς, φησίν, ἀπήλλαξε τῆς εὐκολίας. ὅπερ οὖν παραστῆσαι βουλόμενος, ἔλεγεν, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων.

torrentis similitudinem posuit. Sicut enim torrens ex multis laticibus collectus vehementior euadit, ita qui tunc temporis Hierosolymam appellebant, ex plurimis ac diuersis Gentibus congregabantur. Verumtamen iustâ Dei sententiâ dissoluti sunt. Hoc enim Propheta docet.

CATENA PATRVM.

5. TORRENTEM PERTRANSIVIT ANIMA NOSTRA.] ANONYMI. Non perennem fluuium pertransiuit anima iustorum, sed torrentem.

ORIGENIS. *Et factum est verbum Domini ad Eliam: Vade hinc ad Orientem, & abscondere in torrente Chorrath, qui est super faciem Iordanis. Et erit, de torrente bibes aquam: & coruis mandabo nutrire te illic. Et fecit Elias iuxta Verbum Domini, & sedit in torrente Chorrath super faciem Iordanis. Et corui ferebant ei panes manè & carnes vesperi, & de torrente bibebat aquam. Et factum est post dies, & exaruit torrens; quia non fuerat pluuia super terram.*

3.Reg.17, 2.

CHRYSOSTOMI. Vidisti quantum sit Dei auxilium? quomodo in tot tantisque malis minimè siuerit illos submergi? Idcircò enim permisit mala crescere, non vt nos obruant, sed vt magis probatos efficiant, & suæ potentiæ maiorem præbeat demonstrationem.

Deus permittit mala, vt probentur iusti.

FORSITAN PERTRANSISSET ANIMA NOSTRA AQVAM INTOLERABILEM.] ORIGENIS. Virtus seu inoperatio aduersaria substantiam nullam habet. Vel illud ἀνυπόστατον idem est quod, non potest sustineri. Quomodo enim homo tantum diabolum ferre valeat?

6. BENEDICTVS DOMINVS QVI NON DEDIT NOS.] CHRYSOSTOMI. Vidisti quomodo suam imbecillitatem & eorum potentiam ostendat? Illi enim tamquam feræ & leones eos inuadebant, parati carnibus eorumdem vesci: hi verò erant quouis passere imbecilliores. Tunc enim Dei miracula maximè ostenduntur, quando hi qui sunt imbecilles superant potentiores. Nos ipsos igitur, inquit, hoc modo constitutos & malis vndique cinctos cum magna facilitate liberauit. quod quidem volens ostendere, dixit, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Dei virtus elucet cùm infirmiores superant.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Christus contriuit laqueum diaboli.

ANONYMI. Erepti sumus de laqueo dæmonum venantium, cùm Christus diabolum contriuerit, qui & pronus iacet, contra socordes solùm præualens. Quis enim dormientem non vicerit, licet omnium sit imbecillimus? Et non solùm ille factus est imbecillior, verùm etiam tu potentior euasisti. Quid igitur angeris? Non scis qualem habeas adiutorem?

ORIGENIS. Virtutes aduersariæ venantur animam iusti, quarum laquei sunt hi quos obsident, & qui instigant & prouocant nos ad peccandum, item omnis materia quæ ad peccandum allicit. Non cadit autem passerculus in laqueum sine Patre qui in cælis est.

Math. 10, 29.

CHRYSOSTOMI. Vides qualem habeas Imperatorem? qualem Regem? scilicet huius vniuersi Conditorem, qui solo verbo tot corpora produxit. Forti animo resistas, & minimè concidas. Nihil vetat quo minùs trophæum pulcherrimum erigas.

ANONYMI. Quoties ad peccandum instigati vicerimus, toties laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐῤῥύσθημεν τῆς τῶν θηρευόντων παγίδος δαιμόνων, Χριστοῦ συντρίψαντος τὸν διάβολον, καὶ κεῖται πεσὼν, πρὸς μόνους ἰσχύων τοὺς ῥαθυμοῦντας. τίς γὰρ οὐκ ἂν κρατήσειε τοῦ καθεύδοντος, κἂν ἁπάντων ἀσθενέστερος ᾖ; καὶ οὐ μόνον ἐκεῖνος γέγονεν ἀσθενέστερος, ἀλλὰ καὶ σὺ ἰσχυρότερος. τί οὖν ἀγωνιᾷς; οὐκ οἶδας οἷον ἔχεις τὸν βοηθόν;

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θηρεύουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, ὧν παγίδες οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐνεργούμενοι, καὶ ἐρεθίζοντες προσκαλούμενοι ἡμᾶς εἰς τὸ ἁμαρτάνειν, καὶ πᾶσα ὕλη ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν προσκαλουμένη. οὐ πίπτει δὲ στρουθίον εἰς παγίδα ἄνευ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς οἷον ἔχεις στρατηγόν; οἷον βασιλέα; τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸν, τὸν λόγῳ τοσαῦτα σώματα παρενεγκόντα. στῆθι γενναίως, καὶ μὴ καταπέσῃς. οὐδὲν κωλύει τὸ τρόπαιόν σου στῆναι λαμπρόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁσάκις ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἐρεθιζόμενοι νικήσωμεν, τοσαυτάκις ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus continet exaltationem eorum qui de grauissimis tribulationibus liberati fuerant.

1. *Nisi quia Dominus erat in nobis.*] Symmachus, Εἰ μὴ κύριος ὃς ἐγένετο ἡμῖν, *Nisi Dominus qui factus est nobis*. Nonnulli hanc orationem, eò quòd imperfecta videatur, sic supplendam putant: Nisi saluati fuissemus, quia Dominus erat in nobis. Verùm præstat eam cum Iansenio secundùm phrasim Græci sermonis accipere, vt particula causalis *quia* superfluat, & sit sensus: *Nisi Dominus fuisset in nobis*: quemadmodum illud, *Nisi quia Dominus adiuuit me*, &c. id est, Nisi adiuuisset. Sic enim, vt rectè obseruat Genebrardus, illud *quia* cum particula *nisi* significationem ad subiunctiuum trahit.

Psal. 93.

3. *Fortè viuos deglutissent nos.*] Obseruat Iansenius aduerbium dubitandi *fortè* & *forsitan*, quod tertiò hîc repetitur, non vsque adeò sensui Prophetæ conuenire videri; significat enim non omnimodam necessitatem opis diuinæ; ac proinde & beneficij diuini magnitudinem extenuat, quam omnibus modis hîc extollere & augere conatur. Proinde notandum Hebræa in his locis non habere dictionem dubitandi, sed magis dictionem confirmantem: vbique enim est *tunc*, & Græca dictio ἄρα: quæ non solùm significat *fortè*, sed frequenter etiam *certè*, *vtique*, *sanè*. Vnde vertendum potiùs erat, *Vtique viuos deglutissent nos: Vtique aqua absorbuisset nos*, &c. Itaque in nostra lectione hîc *forsitan* non debet accipi dubitatiuè, sed modestiæ causâ positum, vt & alibi aliquando, eò quòd futurarum rerum euentus nobis sit vt plurimùm incertus.

5. *Torrentem pertransiuit anima nostra.*] Nonnulli à Hieronymo contendunt sic hæc ex Hebræo fuisse transponenda, *Torrens pertransijt animam nostram*, siue *super animam nostram*; vt significet Dauid tribulationum & laborum profluuium, atque impetum in illum siue in signatissimos iustos irruentem. Ego verò cum Paraphraste Græco contrà sentio, ex Prophetæ mente & Psalmi contextu opportuniùs subsistere Græci textus & Vulgati lectionem, vt sensus sit, sic firmatum atque stabilitum iusti animum, vt tribulationum torrentem infregerit, siue represserit, & recurrere coëgerit. Ac si diceret: Tentabat quidem tribulationum torrens nos absorbere, & per mediam animam viam sibi facere parabat, hoc est, in eas nos dolorum & cruciatuum angustias redigere, vt suffocati animum desponderemus: at enim *quia Dominus erat in nobis*, eiusmodi nobis auxiliarem manum porrigens, quam ex pacto conuento daturum se iustis pollicetur dicens, *Si transieris per aquas, tecum ero, & flumina non obruent te*, in contrarium res abiuit; quippe anima nostra torrentem ipsum pertransiuit, calcauit, spreuit, saluaque atque illæsa, imò victrix atque gloriosa euasit; quin imò superauit *aquam intolerabilem*: Græcè, τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον: quod S. Augustinus & vetus

Iusti superant torrentes tribulationum.

Isaiæ 43, 2.

Digitized by Google

vetus Psalterium vertit *aquam sine substantia.* Verbum enim ἀνυπόστατον apud Græcos ambiguum est, & potest sonare, quod non subsistat, & quod intolerabile sit, hoc est, quod nemo ferre queat. Pro quo & Aquila, & Symmachus, & Theodotion & omnes Interpretes pari voce consentiunt, superbas aquas & arrogantes pro ἀνυπόστατον transferentes. Sancti Patres per hanc aquam intolerabilem intelligunt prauarum inundationem passionum. Quare piè & diuinè S. Basilius: Si quis in lucta cum passionibus victor extiterit, ait illum debere Deo κατὰ τῶν παθῶν τὰ νικητήρια, *ob deuictas perturbationes*, trophæa collocare, in eius laudem gloriamque referre victoriam, in eiusdem beneuolentiæ sinum laurum honoratam conijcere. Sic virtutum omnium exemplar coronatus Poëta Rexque pius faciebat; cuius anima cùm torrentem & aquam intolerabilem pertransisset, suspexit in cælum, vnde constantiam & lumen hauserat, & festo cantu epinicium victori Deo charisteriaque persoluit. Id enim de compressis & edomitis animi perturbationibus Cyrillus in Amos exponit, atque τὴν διὰ παθῶν ἐπικλυσμὸν, *eam quæ fit per passiones inundationem*, eluuionem illam mentem operientem, & naufragium cordi minitantem, esse quidem ἀνταγώνιστον, *animo nostro inexpugnabilem* (diuini Vatis aquam intolerabilem) vinci tamen Seruatoris ope & præsidio posse. Illud ipsum pereleganti similitudine Diadochus vir Deo plenus expressit: qui cùm videret sæpè animam perturbationum tumidis vndis horribilibusque procellis agitari, dum impotens ira, dum inuidia, dum libido ceteræque pestes, vt turbidi Austri & phrenetici Aquilones tempestatem cient, & maria & montes cælumque profundum impetu illo violento conuulsuræ, vel, vt planè dicam, vim omnem animi & rationis firmitudinem debilitaturæ videntur; sentiebat esse nimirum opus, vt tamquam Æolus poëticus, sic verissimus ventorum Rex moderatorque affectuum Deus motus illos gratiâ suâ clementiâque tranquillaret. Quod ab illo fieri sic ostendit Diadochus cap. 35. de perfectione spirituali dicens: *Sicut mare cùm turbatur oleo infuso cedit naturâ suâ tempestas, bonitate olei procellam extinguente: sic anima nostra gratiâ Spiritus sancti iucundè tranquillatur.*

Per aquam intolerabilem significatur inundatio passionum.

7. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*] Rem hanc aptâ similitudine exponit S. Augustinus in hunc locum, fingens pastorem muscipulam parasse vt lupum capiat: is si videat circa muscipulam oberrare canem venaticum, aut pecoris custodem, hunc ne incidat in laqueum territat, lapidibus impetit: si verò hominem eidem periculo proximum viderit, O fuge, inclamat, & à pedica, quæ pro capiendis lupis parata est, longiùs discede. Et qui visco aues fallit, si quam velit à periculo esse innoxiam, vocibus abigit, cogitque longiùs abire. Hac prorsus ratione, ne in retia quæ diabolus hominibus parauit incidamus, incusso timore terret Deus: & ne in gehennam ruamus, terrore ipsius gehennæ cogit nos longiùs discedere. Hoc igitur sibi vult propositus Psalmi locus. Terretur enim passer, ne inscius in laqueum incidat; & terretur peccator inferorum suppliciorum timore, ne in barathrum corruat. *O passer instabilis* (inquit S. Augustinus) *fige potius fidei pedes in petra, noli ire ad muscipulam, capieris, consumeris, obtereris: sit in te Dominus, & de maioribus minis eruet te, de muscipula venantium. Quomodo si videas auem veluti iam cadere in muscipulam, facis maiorem strepitum, & volat de muscipula: sic & Martyrum iam fortè aliqui ipsorum intendebant collum in dulcedinem vitæ huius: Dominus qui erat in illis fecit strepitum gehennarum, & erutus est passer de muscipula venantium.*

Deus nos terret, ne in laqueum diaboli incidamus.

IBIDEM. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Sed quanam ratione, quâ vi, quo robore muscipula disrupta & laqueus discissus? *Non dicit* (inquit S. Ambrosius) *Ego contriui laqueum; non ausus est hoc dicere Dauid; sed Adiutorium nostrum in nomine Domini; vt ostendat vnde laqueus solueretur, & prophetaret, quòd venturus erat in hanc vitam qui contereret laqueum fraude diaboli præparatum.*

ANNOTATIONES CORDERII.

IN PSALMVM CXXIV. ARGVMENTVM.

α. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Τοῦτον ἐπανελθόντες λέγουσι, καὶ ὄντες ἐν τοῖς οἰκείοις· καὶ τῆς νίκης τετυχηκότες τὸν ἐπινίκιον ᾄδουσι, καὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος κηρύττουσι τὴν ἰσχύν.

1. Canticum graduum.

Hunc reuersi recitant, & in proprijs iam existentes; atque victoriam adepti triumphalem hymnum canunt, & spei in Deo collocatæ vim deprædicant.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΟΙ πεποιθότες ἐπὶ κύριον ὡς ὄρος Σιών·

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ὡς τὸ ὄρος τῆς Σιὼν προνοίας ἠξιώθη τῆς παρὰ θεοῦ· οὕτως καὶ οἱ πεποιθότες ἐπὶ τὸν θεὸν τῆς

QVI confidunt in Domino sicut mons Sion:

Vult dicere, Quòd sicut mons Sion diuinâ prouidentiâ dignus est habitus; ita qui confidunt in Domino simili eius

Confidens in Domino monti Sion assimilatur.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

eius curâ perfruantur. Vnde & ipsi rediuerunt, & mons rursus incolas excepit.

Non commouebitur in æternum qui habitat * Hierusalem.

* Vulgata addit in

Hoc optatiuè dicit, non assertiuè. Manifestum enim est ipsos rursum exules fuisse; verumtamen optantes aiunt, habitatores Hierusalem numquam ex ea expellendos esse.

2. Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Etiam hoc optantes dicunt: O Domine ita cinge populum perpetuo auxilio tuo, sicut cingitur Hierusalem à montibus tuis qui illam ambiunt.

3. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum:

Hoc quoque optatiuum est, etsi aliam figuram habeat. Vult enim dicere: Quoniam non permittes hostibus (hos enim peccatores vocat) vt populum tuum flagellent: semetipsos enim appellant sortem iustorum.

Vt non extendant iusti ad * iniquitates manus suas.

* Vulgata iniquitatem

Consonat hoc versui præcedenti. Nam cùm superiùs dixisset, Non permittes virgam peccatorum flagellare sortem tuam; deinde subiunxit, Neque permittes peccatores extendere manum suam super iustos. Semetipsos autem appellant iustos, sicut frequenter dictum est in comparatione inimicorum. Porrò hos omnes versiculos esse optatiuos sequens versus insinuat. subiungunt enim:

4. Benefac Domine bonis & rectis corde.

Ceterùm nobis quidem, inquit, hoc modo vtere Domine.

5. Declinantes autem in * strangulationes * abducet Dominus cum operantibus iniquitatem:

* Vulgata obligationes
* adducet

Obliquos igitur ac peruersos similiter puni cum operantibus iniquitatem: soles enim, inquit, iniquitatem punire. Et populo pariter bona apprecans subiungit:

Pax super Israël.

ὁμοίας ἀπήλαυσαν κηδεμονίας. ἀφ᾽ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐπανῆλθον, καὶ τὸ ὄρος πάλιν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐδέξατο.

Οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

Τοῦτο εὐκτικῶς λέγει, οὐκ ἀποφαντικῶς. δῆλον γὰρ ὅτι πάλιν γεγόνασι μετανάσται· ἀλλ᾽ εὐχόμενοι φασὶν, τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἱερουσαλὴμ μήποτε αὐτῆς ἐξωθῆναι.

β΄. Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς· καὶ ὁ κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Καὶ τοῦτο εὐχόμενοι φασὶν· ὅτι δέσποτα οὕτω κύκλωσον τὸν λαὸν τῆς βοηθείας τῆς σῆς διηνεκῶς, ὡς κεκύκλωται Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὀρέων σῶν περιεχόντων αὐτήν.

γ΄. Ὅτι οὐκ ἀφήσει κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων·

Καὶ τοῦτο εὐκτικόν ἐστιν, εἰ καὶ ἀλλοῖον ἔχει σχῆμα. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι μηδὲ συγχωρήσεις πολεμίοις (τούτους γὰρ ἁμαρτωλοὺς καλεῖ) μαστιγοῦν τὸν λαόν σου· ἑαυτοὺς γὰρ καλοῦσι κλῆρον δικαίων.

Ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν.

Ἀκολουθεῖ τοῦτο τῷ πρὸ αὐτοῦ. εἰπὼν γὰρ ἄνω, ὅτι μὴ συγχωρήσῃς τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν μαστιγῶσαι τὸν κλῆρον τὸν σόν· ἐφεξῆς ἐπήγαγε, μηδὲ συγχωρήσῃς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα αὐτῶν ἐπὶ τοὺς δικαίους. ἑαυτοὺς δὲ καλοῦσι δικαίους, καθὼς εἴρηται πολλάκις ἐν συγκρίσει τῶν πολεμίων. ὅτι δὲ εὐκτικοί εἰσι πάντες οἱ στίχοι οὗτοι ὁ ἑξῆς μηνύει στίχος. ἐπιφέρουσι γάρ·

δ΄. Ἀγάθυνον κύριε τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ.

Ἀλλ᾽ ἡμῖν μὲν, φησὶν, οὕτω χρῆσαι δέσποτα.

ε΄. Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν·

Τοὺς μέντοι ἐνδιεστραμμένους καὶ πονηροὺς ὁμοίως τιμώρησαι τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν· ἔθος γάρ σοι, φησὶ, τὴν παρανομίαν κολάζειν. καὶ εὐχόμενος ὁμοίως τῷ λαῷ τὰ ἀγαθὰ ἐπιφέρει·

Εἰρήνη ἐπὶ Ἰσραήλ.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΟΙ ΠΕΠΟΙΘΟΤΕΣ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ ΩΣ ΟΡΟΣ.] Παραβάλλονται Σιὼν ὄρει οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον. ὁ γὰρ τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα φραττόμενος, ὡς τὸ Σιὼν ὄρος ἄτρεμης μένει καὶ ἀκλόνητος, ἐπίσημός τε καὶ περίβλεπτος. Ἄλλως δὲ οὐκ εἶπεν ὁ κατοικήσας, ἀλλ' ὁ κατοικῶν. αἱ γὰρ ἀρεταὶ ἐν τῷ ἀεὶ ἔχουσι τὸ εἶναι. ὁ οὖν κατοικῶν Ἱερουσαλήμ, κατὰ νόμους τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιτευόμενος, οὐ σαλευθήσεται. ἢ εὐκτικῶς εἶπε τοῦτο, εὐχόμενος τοὺς κατοικοῦντας μηδέποτε αὐτῆς ἐξωθῆναι. ἢ κατὰ ἀναγωγήν, οἱ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀπολαύοντες πάσης εἰσὶν ἀπηλλαγμένοι περιστάσεως.

β'. ΟΡΗ ΚΥΚΛΩ ΑΥΤΗΣ.] Λέγει μὲν διὰ τούτων τὴν ἀπὸ τῆς θέσεως συμμαχίαν τῇ πόλει προσοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἀφίησι ταύτῃ θαρρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἄμαχον ἀνάγει βοήθειαν τὸν θεόν. εἰ γὰρ καὶ ταῦτα αὐτὴν τειχίζει, φησὶν, ἀλλ' ἐκείνης δεῖται τῆς ἀσφαλείας. διὸ ἕτερός φησι· Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. τὸ γὰρ ποιοῦν ἀχείρωτον τοῦτό ἐστιν. εἶτα καὶ αἰτίαν λέγει τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας εὔλογον, ὥστε θαρρῆσαι ἐκείνους. τίνα; ὅτι οὐκ ἀφήσει κύριος. Οὐκ ἀνάσχοιτο, φησι, τὰ ἀγαθὰ τῶν δικαίων ἐν ταῖς χερσὶν εἶναι τῶν ἁμαρτωλῶν, ὁμοῦ θαρρεῖν αὐτοὺς παρασκευάζων, καὶ πείθων μένειν ἐν ἀρετῇ. ῥάβδον δὲ ἁμαρτωλῶν ἐνταῦθα τὴν βασιλείαν τῶν πολεμίων φησίν. οὐκ ἀνέξεται, φησι, κρατεῖν τῆς τῶν δικαίων κληρονομίας· εἰ γὰρ καὶ πρὸς βραχὺ τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ὑπὲρ διορθώσεως. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων διὰ τί οὐκ ἀφήσει, ἐπάγει, ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν· ἵνα μὴ νομίσαντές, φησιν, ἀκυβέρνητον εἶναι τὸ πᾶν, ῥίψωσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον.

δ'. ΑΓΑΘΥΝΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ.] Ἕτερος, ἀγαθοποίησον· τίνας; τοὺς ἀγαθούς. Καὶ ἡμῖν μὲν, φησιν, οὕτω χρῆσαι ἀγαθυνῶν καὶ τῶν ἴσων ἀντιδόσεων ἀξιῶν. τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιάς. ἤτοι, τοὺς ἐν βίῳ μὲν καὶ πολιτείᾳ μὴ σφαλλομένους, ἐνδεχομένους δὲ τοῖς λογισμοῖς ὁμοίως τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν τιμωρῆσαι. Οὐκ εἶπεν ἐργασαμένων, ἀλλ' ἐργαζομένων. τὰς δὲ στραγγαλιὰς ὁ μὲν Ἀκύλας διαπλο-

1. QVI CONFIDVNT IN DOMINO SICVT MONS.] Qui confidunt in Domino comparantur cum monte Sion. Nam qui diuinâ ſpe munitus eſt, ſicut mons Sion firmus inconcuſſuſque manet, nec non illuſtris atque ſpectabilis. Aliàs verò non dixit *Qui habitauit*, ſed *Qui habitat*. Siquidem virtutes perpetuum habent eſſe. Qui igitur habitat Hieruſalem, ſecundùm leges Hieruſalem vitam inſtituens, non commouebitur. Vel optatiuè hoc dixit, optans vt incolæ numquam ab ea expellantur. Vel ſecundum anagogen, hi qui ſupernâ Hieroſolymâ fruuntur omni periculo liberati ſunt.

2. MONTES IN CIRCVITV EIVS.] Per hæc quidem dicit ex ipſo ſitu adeſſe præſidium ciuitati, ſed non permittit vt ei confidat, verùm ad inexpugnabile erigit auxilium, nempe Deum. Etſi enim, inquit, hæc illam muniant, illâ nihilominùs protectione indiget. Quocircà quidam alius ait: *Dominus in circuitu populi ſui*. Hoc enim eſt quod ipſam reddit inexpugnabilem. Deinde quoque rationabilem cauſam reddit auxilij Dei, vt illi poſſint confidere. Quamnam illam? *Quia non relinquet Dominus*. Numquam permiſerit, inquit, bona iuſtorum eſſe in manibus peccatorum, ſimul iubens eos confidere, & in virtute perſeuerare perſuadens. Virgam autem peccatorum hîc vocat Regnum hoſtium. Non ſinet, inquit, vt teneat hereditatem iuſtorum: etſi enim ad breue tempus hoc fecerit, fecit tamen pro eorum correctione. Deinde etiam cauſam edocens propter quam hoc non permittet, ſubiungit, *Vt non extendant*. Ne putantes, inquit, vniuerſum hoc gubernatione deſtitui, in peius ruant.

4. BENEFAC DOMINE BONIS.] Alius, *Beneficia confer:* quibus? *Bonis*. Ac nobis quidem, inquit, ſic vtere bona concedendo & æquales retributiones tribuendo. *Declinantes autem in ſtrangulationes*. Id eſt, Qui in vitæ quidem inſtituto non errant, ſed peruerſas admittunt cogitationes, ſimiliter puni cum operantibus iniquitatem. Non dixit cum ijs qui operati ſunt, ſed cum ijs qui operantur. *Strangulationes* autem Aquila quidem

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Virtutes perpetuum habent eſſe.

Solum Dei præſidium reddit inexpugnabilem.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Deus talis est erga nos, quales nos sumus erga Deum.

dem *simultates* dixit, Symmachus verò *obliquitates*. Hinc discimus Deum nobis semper talem existere, quales nos ipsos ei præstiterimus. Dauid siquidem testatur ipsum bonum esse bonis, ijs verò qui ferino more viuunt vrsam & pantheram existere: quin & in Euangelio ijs quidem qui ad dexteram sunt suauis, ijs verò qui ad sinistram sunt terribilis & implacabilis existit. Deinde precatione conclusit orationem cum adhortatione, & orationis consilium adiungit, quod maximum auditoribus auxilium introducit. Pacem autem hîc dicit non solùm hanc sensibilem, verùm etiam spiritalem. Pax enim illa quæ exuperat omnem sensum soli obuenit mente prædito & Deum videnti.

κας εἶπεν, ὁ δὲ Σύμμαχος σκολιότητας. ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὡς τοιοῦτον ἀεὶ γίνεται τὸ θεῖον ἡμῖν, οἵους ἑαυτοὺς αὐτῷ παρέχωμεν. ἀγαθὸν μὲν γὰρ αὐτὸν τοῖς ἀγαθοῖς ὁ Δαβὶδ μαρτύρεται, τοῖς δὲ θηριώδεσι διὰ τοῦ βίου ἄρκτον αὐτὸν καὶ πάρδαλιν· κἀν τῷ εὐαγγελίῳ τοῖς μὲν δεξιοῖς μειλίχιος, τοῖς δὲ εὐωνύμοις φοβερὸς καὶ ἀμείλικτος. εἶτα εὐχῇ κατέκλεισε τὸν λόγον μετὰ τῆς παραινέσεως, καὶ τὴν τῆς εὐχῆς συμβουλὴν προσθεὶς, μεγίστην τοῖς ἀκούουσι συμμαχίαν εἰσάγουσαν. εἰρήνην δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν αἰσθητὴν λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν νοητήν. ἡ γὰρ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν εἰρήνη μόνῳ τῷ νοῦν ἔχοντι καὶ ὁρῶντι θεὸν περιγίνεται.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Qui illam victoriam adepti sunt, triumphalem canunt hymnum, & spei in Deo collocatæ vim prædicant.

1. QVI CONFIDVNT IN DOMINO SICVT MONS SION.] CHRYSOSTOMI. Quid sibi vult additio *Sion*? cur non dixit absolutè *sicut mons*? Docens nimirum nos ne in calamitatibus animum deijciamus, sed à spe in Deum pendentes generosè omnia feramus; quandoquidem hic mons iam desolatus ac desertus ad pristinam redierit prosperitatem, cùm incolæ eius redijssent. Ita quoque vir fortis ac generosus, licet innumera mala perpessus fuerit, minimè euertetur. Neque enim mons ille nutabit vmquam, neque qui sperauerit in Deum commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.

Fidens Deo minimè commouetur.

ORIGENIS. Qui accedunt ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, hi ferunt imaginem cælestis, & confidentes in Domino fiunt sicut mons ille Sion.

Hebr. 12, 22.

1. Cor. 15, 49.

EIVSDEM. Si ex fiducia in Dominum euadat quis tamquam mons Sion, alius vtique ex alio aliquo fiet sicut mons Choreb, item alius sicut mons Sina; & è diuerso fiet aliquis tamquam mons Ægypti, & sicut mons Babylonis, & instar aliorum qui apud hostes sunt montium. Vel sicut hi qui confidunt in Dominum velut mons Sion existunt, ita inferiores erunt sicut montes qui sunt in circuitu eius.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ τῆς νίκης ἐκείνης τετυχηκότες, τὸν ἐπινίκιον ᾄδουσιν ὕμνον, καὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος κηρύττουσι τὴν ἰσχύν.

α΄. ΟΙ ΠΕΠΟΙΘΟΤΕΣ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ ΩΣ ΟΡΟΣ ΣΙΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί βούλεται τοῦ Σιὼν ἡ προσθήκη; διὰ τί οὐκ εἶπεν ἁπλῶς ὡς ὄρος; παιδεύων μὴ ταπεινοῦσθαι ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἀλλὰ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος ἐκκρεμαμένους πάντα φέρειν γενναίως· ἐπεὶ καὶ τὸ ὄρος τοῦτο γενόμενον ἔρημον καὶ γυμνὸν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθεν εὐημερίαν, τῇ τῶν οἰκείων ἐπανόδῳ. οὕτω καὶ ὁ γενναῖος ἀνὴρ, κἂν μυρία πάσχῃ δεινὰ, οὐ περιτραπήσεται. οὔτε γὰρ ὄρος σαλεύεται ἔτι, οὔτε τὸν ἐπὶ θεὸν ἠλπικότα οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ προσερχόμενοι Σιὼν ὄρει καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, φοροῦσι τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, καὶ πεποιθότες ἐπὶ κύριον γίνονται ὡς ἐκεῖνο τὸ Σιὼν ὄρος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰ ἐκ τοῦ πεποιθέναι ἐπὶ κύριον γίνεταί τις ὡς ὄρος Σιὼν, ἄλλος ἂν ἐξ ἄλλου τινὸς γένοιτ' ἂν ὡς ὄρος Χωρὴβ, καὶ ἄλλος ὡς ὄρος Σινᾶ· καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων εἴη ἄν τις ὡς ὄρος Αἰγύπτου, καὶ ὡς ὄρος Βαβυλῶνος, καὶ τοιούτων τῶν παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ὀρῶν. ἢ ὥσπερ οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον ὡς ὄρος εἰσὶν Σιὼν, οὕτως οἱ ὑποδεέστεροι ὡς τὰ κύκλῳ αὐτῆς ὄρη.

ANONY-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ γενναῖος ἀνὴρ κἂν μυρία πάθῃ δεινὰ, οὐ περιτραπήσεται. Μὴ τοίνυν ἀκίνδυνον ζήτει βίον, ἀλλὰ τὸν κινδύνοις μὴ παρασυρόμενον. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐν λιμένι καθήμενον, καὶ πελάγιον σαλεύοντα τὴν τέχνην ἐπιδείκνυσθαι. διὰ γὰρ τοῦτο εἰς τὸν παρόντα ἐξηνέχθης βίον οὐχ ἵνα ἀργῇς, οὐδ' ἵνα μὴ πάσχῃς μηδὲν δεινὸν, ἀλλ' ἵνα παθὼν λαμπρότερος ᾖς. Ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον ὡς ὄρος Σιών. τὸ ἀπερίτρεπτον δηλῶν τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐλπίδος, τὸ πεπηγὸς, τὸ ἀχείρωτον, τὸ ἄμαχον. ὥσπερ γὰρ κἂν μυρία τὶς προσαγάγῃ μηχανήματα, ὄρος οὔτε ἀνασπάσαι οὔτε σαλεῦσαι δύναται· οὕτως ὁ προσβαλὼν τῷ τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τὸν θεὸν ἔχοντι, κεναῖς ἀναχωρεῖ ταῖς χερσίν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί οὖν; οὐκ ἐσαλεύθησαν, φησιν, οἱ παῖδες οἱ τρεῖς καὶ ὁ Δανιήλ; ἄπαγε· τῆς μὲν γὰρ πατρίδος ἐξέπεσον, καὶ αἰχμαλωσίαν ὑπέστησαν, σάλον δὲ οὐδένα οὐδέποτε· ἀλλ' ἐν τοσούτῳ θορύβῳ πραγμάτων, καὶ τοσούτῳ πλήθει κυμάτων, ὡς ἐπὶ πέτρας ἑστῶτες, καὶ λιμένος ὁρμίζοντες γαληνοῦ, οὕτως οὐδὲν ἔπαθον ἀηδές. εἰ δὲ βούλει καὶ κατ' ἀναγωγὴν ἐκλαβεῖν τὸ εἰρημένον, ὅτι οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλὴμ· ὑπόγραψον τῇ διανοίᾳ τὴν ἐκεῖ λῆξιν τὴν ἐπὶ τῆς ἄνω μητροπόλεως· ταύτης γὰρ ἅπαν τὸ λυποῦν ἐκποδών.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ κατοικεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ πρὸ τοῦ συντελεσθῆναι τὸν αἰῶνα σαλευόμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸν κατοικοῦντα τὴν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοὺς νόμους τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιτεύεσθαι δεῖ. τοῖς γὰρ οὕτω κατοικοῦσι, καὶ τῷ σκοπῷ τοῦ νόμου πειθομένοις, τὸ βέβαιον ὁ προφήτης ὑπέσχετο.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὄρη κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ δυνάμεις οἶμαι θεῖαι εἰσι. παρεμβάλλει γὰρ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν· κύκλῳ δὲ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ αὐτὸς ὁ κύριος. ἕτερος οὖν ὁ λαὸς κυρίου τῶν φοβουμένων τὸν κύριον. ἄλλο γὰρ, οἶκος Ἰσραὴλ εὐλογήσατε τὸν κύριον· ἄλλο, οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον εὐλογήσατε τὸν κύριον. Καθάπερ οὖν τὰ ὄρη τὴν πόλιν κυκλοῖ, οὕτως ἡ θεία κηδεμονία τὸν εὐσεβῆ περιφράττει λαόν.

ANONYMI. Vir generosus tametsi innumera mala perpessus fuerit, minimè euertetur. Ne ergo quæras vitam à periculis remotam, sed quam minimè inuoluant & deprimant pericula. Ars enim non eodem modo ostenditur si quis in portu sedeat, & si quis vndosum mare transmittat. Non enim ideò deductus es in hanc vitam vt sis otiosus, aut vt tibi nihil aduersi eueniat, sed vt grauia perpessus euadas illustrior. Audi Prophetam dicentem: *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion.* Spem nimirum significat in Deum immutabilem, firmam & constantem, inuincibilem & inexpugnabilem. Quemadmodum enim etiamsi quis innumerabiles machinas adhibeat, montem nec conuellere nec labefactare poterit: ita etiam qui eum aggreditur qui spem in Deum collocauit, vacuis manibus domum reuertetur.

CATENA PATRVM. *Non quærenda vita periculorum expers, sed in ijs constans.*

Mons immobilis est spes in Deum.

CHRYSOSTOMI. Quid ergo? Non commoti sunt, inquit, tres pueri & Daniel? absit: nam à patria quidem exciderunt, & captiuitatem sustinuerunt, sed nullam vnquam turbationem; quin imò in tanta rerum perturbatione, & tanta fluctuum multitudine, perinde ac si petræ insisterent, & in tranquillo portu starent, nihil molestiæ perpessi sunt. Quod si volueris etiam anagogicè sumere illud quod dictum est, *Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem*; propone animo tuo quietem supernæ metropolis: ab hac enim abest quidquid tristitiam adferre possit.

Dan. 3. *Trium puerorum constantia.*

ANONYMI. Non habitat in Hierusalem qui ante sæculi huius consummationem commouetur.

ORIGENIS. Eum qui Hierosolymam incolit secundùm Hierosolymæ leges viuere oportet. Iis namque qui hoc pacto habitant, & legis scopo obtemperant, firmitatem Vates pollicetur.

EIVSDEM. Montes in circuitu Hierusalem, arbitror esse virtutes diuinas. Nam * *castra metatur Angelus Domini in circuitu timentium eum:* porrò ipsemet *Dominus in circuitu populi sui.* Diuersus igitur est populus Domini à timentibus Dominum. Nam aliud est, *Domus Israël benedicite Domino*; & aliud, *Qui timetis Dominum benedicite Domino.* Quemadmodum igitur montes cingunt ciuitatem, ita diuina cura pium munit populum.

Psal. 33. 8. * Vulgata immittet

Dei cura erga suos.

Psal. 134. 19. Ibid. 20.

CATENA PATRVM.

3. QVIA NON RELINQVET DOMINVS VIRGAM.] CHRYSOSTOMI. Reddit iustam quamdam causam auxilij Dei, vt illi possint confidere. Quæ porrò ista? Non permiserit, inquit, bona iustorum esse in manibus iniquorum. Hoc autem dixit, simul & hoc agens vt de Dei auxilio confiderent, & persuadens vt in virtute persisterent, si perpetuo illius auxilio frui vellent. Virgam autem peccatorum hîc vocat Regnum hostium.

ORIGENIS. Opus Domini in circuitu populi sui existentis est, vt non relinquat virgam peccatorum super sortem iustorum peruenire. Iustus autem est populus Domini.

Isaiæ 10, 5. *Assyrij virga furoris Dei.*

ANONYMI. Etiam Assyrios virgam furoris per Isaiam Prophetam appellauit. *Væ enim, inquit, Assyrijs: virga furoris mei & ira est in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquam mittam, & populo meo præcipiam, vt faciat spolia & prædam.* Hoc est, Veluti quadam virga Assyrijs vsus, animaduersione dignos castigo. Dicit igitur Vates etiam hoc loco: Quia Dominus vniuersorum iustâ vsus sententiâ non sinet iniquorum virgam iustorum cœtui infligi. Deinde etiam causam edocet.

VT NON EXTENDANT.] ORIGENIS. Obserua illud verbum *extendant,* quod in iniquitate fit. Verumtamen si per suppositionem relicta fuerit virga peccatorum super sortem iustorum, extendent ad iniquitatem manus suas. Vtemur autem his verbis, si quando in persecutione multi Deum negauerint, & idolis sacrificauerint, dicentes: Quandoquidem non erant iusti qui Deum negabant, dimisit Dominus virgam peccatorum super sortem ipsorum, vt extendant ad iniquitatem manus suas. Ab eo enim qui non habet etiam id quod habet auferetur.

Deus non perdet iustos cum iniquis.

Matth. 25, 29.

ANONYMI. Vt non arbitrantes, inquit, virtutis studiosi, sine ordine & sine gubernatione omnia ferri, in peius vergant, & hinc damnum reportent.

4. BENEFAC DOMINE BONIS.] ORIGENIS. Boni sunt qui mores ritè componunt; recti autem corde, qui sanas habent doctrinas. Benefacit autem non passim omnibus, sed bonis & rectis Deus.

γ'. ΟΤΙ ΟΥΚ ΑΦΗΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΡΑΒΔΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Αἰτίαν λέγει τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας εὔλογόν τινα, ὥστε καὶ θαῤῥῆσαι ἐκείνους. τίς δὲ ἦν αὕτη; Οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο, φησι, τὰ ἀγαθὰ τῶν δικαίων ἐν ταῖς χερσὶν εἶναι τῶν ἀδίκων. τοῦτο εἶπεν, ὁμοῦ τι θαῤῥεῖν αὐτοὺς παρασκευάζων περὶ τῆς συμμαχίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πείθων μένειν ἐν ἀρετῇ, εἴγε βούλοιντο διηνεκῶς ἀπολαύειν τῆς ἄνωθεν συμμαχίας. ῥάβδον δὲ ἁμαρτωλῶν ἐνταῦθα τὴν βασιλείαν τῶν πολεμίων λέγει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔργον κυρίου κύκλῳ ὄντος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τὸ μὴ ἀφεῖναι τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον φθάναι τῶν δικαίων. δίκαιος δὲ ὁ λαὸς κυρίου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ῥάβδον θυμοῦ διὰ Ἠσαΐου τοῦ Προφήτου προσηγόρευσεν. Οὐαὶ γάρ, φησιν, Ἀσσυρίοις· ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου καὶ τῆς ὀργῆς μου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. τὴν ὀργήν μου εἰς ἔθνος ἄνομον ἀποστελῶ, καὶ τῷ ἐμῷ λαῷ συντάξω, ποιῆσαι σκῦλα καὶ προνομήν. ἀντὶ τοῦ, καθάπερ τινὶ ῥάβδῳ τοῖς Ἀσσυρίοις κεχρημένος τοὺς ἀξίους παιδεύω. λέγει τοίνυν ὁ Προφήτης καὶ ἐνταῦθα· ὅτι δικαίᾳ κεχρημένος ψήφῳ τῶν ὅλων ὁ κύριος οὐ συγχωρήσει τῶν παρανόμων τὴν ῥάβδον τῇ τῶν δικαίων ἐπενεχθῆναι συμμορίᾳ. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει.

ΟΠΩΣ ΑΝ ΜΗ ΕΚΤΕΙΝΩΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τήρει τὸ ἐκτείνωσιν, ὅτι ἐν ἀνομίᾳ γίνεται. πλὴν εἰ καθ' ὑπόθεσιν ἀφεθείη ἡ ῥάβδος ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων, ἐκτενοῦσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίᾳ χεῖρας ἑαυτῶν. χρησόμεθα δὲ τοῖς ῥητοῖς, ἐὰν ἐν διωγμῷ πολλοὶ τὸν Θεὸν ἀρνῶνται, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἐπιθύωσι, λέγοντες· ὅτι ἐπεὶ μὴ ἦσαν δίκαιοι οἱ ἀρνούμενοι, ἀφῆκε κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτῶν, ὅπως ἐκτείνωσιν ἐν ἀνομίᾳ χεῖρας ἑαυτῶν. ἀπὸ γὰρ τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἵνα μὴ νομίζαντες, φησιν, οἱ τοῦ προσήκοντος ἐπιμελούμενοι, ἄτακτα εἶναι πάντα καὶ ἀκυβέρνητα, ῥέψωσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἑλκύσωσι βλάβην.

δ'. ΑΓΑΘΥΝΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀγαθοὶ οἱ τὰ ἤθη κατορθώσαντες· εὐθεῖς δὲ καρδίᾳ, οἱ ὑγιῆ δόγματα ἔχοντες. ἀγαθύνει δὲ οὐ πᾶσιν ἤδη, ἀλλὰ ἀγαθοῖς καὶ εὐθέσι Θεός.

ε'. ΤΟΥΣ

5. ΤΟΥΣ ΔΕ ΕΚΚΛΙΝΟΝΤΑΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΑΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰς στραγγαλιὰς ὁ μὲν Ἀκύλας διαπλοκὰς ἡρμήνευσε, σκολιότητας δὲ ὁ Σύμμαχος, ὁ δὲ Θεοδοτίων διεστραμμένα. ἤτησε μέντοι οὐδὲν ἄδικον ὁ προφήτης, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν. τοὺς δὲ τὴν εὐθείαν καταλιπόντας ὁδὸν, καὶ στραγγαλιαῖς καὶ διαπλοκαῖς κεχρημένους, τὸ κατάλληλον τέλος εὑρεῖν.

5. DECLINANTES AVTEM IN STRANGVLATIONES.] ORIGENIS. *Strangulationes* Aquila quidem *simultates* interpretatus est, Symmachus verò & Theodotion *peruersa*. Atqui Vates nihil iniusti petijt, sed vt boni quidem bona consequantur. Qui verò rectam viam deseruerunt, & strangulationibus & simultatibus vsi sunt, finem ijs respondentem inueniant.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus docet, quàm securi & tuti sint qui in Domino confidunt. Deus enim, cùm potentissimus & fidelissimus sit, numquam confundit sperantes in se, & ad se toto desiderio properantes: prædicit autem pauperum oppressores & iniquos simul cum idolorum cultoribus in captiuitatem abducendos, vt his sublatis pace fruatur Israël.

1. *Qui confidunt in Domino*, &c.] Nota cum Iansenio versum hunc dupliciter distingui & intelligi posse. Primùm enim communiter sic intelligitur: q. d. *Qui confidunt in Domino erunt sicut mons Sion.* deinde nouâ oratione subiungatur: *Non commouebitur in æternum quisquis habitat in Hierusalem.* Verùm iam necesse est per Hierusalem intelligere illam cælestem, quandoquidem re ipsâ commori sunt omnes ciues Hierosolymæ terrestris. Atque hunc sensum sequitur S. Augustinus, qui deinde versu sequenti per montes qui sunt in circuitu Hierusalem intelligit Angelos & Sanctos Ecclesiæ custodes. Consensit quoque S. Ioannes Chrysostomus, qui montes in diuinis Codicillis tria quædam significare monuit, scilicet τὸ στερρὸν, τὸ ὑψηλὸν, τὸ ἀχείρωτον, *immotam soliditatem, sublimitatem, inexpugnabilem & inuictam potestatem.* Vnde Isaias, inquit, Ecclesiam cum monte componit; & Regius Vates sanctimoniâ insignes viros & virtute robustos nominat montes. Hæc igitur solida constantia & excelsi animi robur facit, vt quilibet Hieromysta & Curator sanctæ religionis mons nuncupetur: cuius proprium id symbolum esse vult Dauid: *Non commouebitur in æternum.* Mons enim symbolum est firmitudinis, constantiæ, æternitatis. Vnde in Genesi *colles æterni* dicuntur: Baruch scienter rupes vocat *perennes:* alius Propheta *montes sæculi:* qui videlicet omnium sæculorum ætatibus continuâ stabilitate perdurent. Nec indoctè mihi loqui videtur Bartolus, qui montes dici putat à mouendo κατ' ἀντίφρασιν, quòd minimè moueantur. Tales ergo esse omnes debent Hierarchæ, & delecti moderandæ Ecclesiæ duces, firmâ fide, proposito animi inuicto, stabili pietate, inconcussâ religione, omnes in Deum erecti montes, omnes fixi in adamantino quadro veritatis: non decet labi illos & titubare, quos æterna Numinis prouidentia, vt monet Apostolus, Christiano populo dedit: *Vt non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ:* sed illorum fides, virtus & sapientia tueri & sustentare debet religionem, ne scelus illam quatiat & infandorum hominum perfidia, ita vt diuini quidam Atlantes esse videantur.

Per montes intelliguntur Ecclesiæ custodes

Gen. 49. 26.
Baruch 5.
Habacuc 3.

Mons à mouendo dictus per antiphrasim.

Ephes. 4.

2. *Dominus in circuitu populi sui.*] Hunc murum, quo circumdatur & custoditur homo, custodem Angelum interpretatur S. Augustinus ad hunc locum dicens: *Ambiunt Ecclesiam Angeli, & quasi murum faciunt.* Nec tantùm muri sunt & mœnia quibus homo defenditur, sed arma etiam sunt ad arcendos incorporei hostis validos ictus. Vnde Tertullianus lib. de Anima cap. 37. *Omnem*, inquit, *hominis paraturam aliqua vtique potestas diuinæ voluntatis ministra modulatur.* Quid est Angelum custodem noui militis arma modulari, dum illum armat contra nequissimi aduersarij ignita tela? *Modulari* apud auctores Latinos significat, carmen cum numerorum ratione componere; scilicet quando Poëta nectit longam syllabam breui, & rursus subijcit breui longam, ita vt modulatum carmen euadat. Sic cùm Angelus clientem suum totum de Apostolo armat, ita loricæ catenulas squamatim nectit, vt armorum paraturam modulari dicatur; ne quà pateat rimula, per quam eius alumnus feriri valeat à pugnaci aduersario: sic cataphractum dimittit clientem in periculosa aduersus dæmonem pugna: imò nec dimittit quidem, sed eius latus auxiliari ope cingit: vnde homo non tam procedit ad bellum quàm ad victoriam; quia *Dominus in circuitu eius*, id est, Angelus patronus in circuitu eius est, vt ex Augustino notauimus. Quò procul dubio spectauit Tertullianus lib. de Oratione cap. 3. dicens: *Cui illa Angelorum circumstantia non cesset*, &c. Hæc circumstantia Tertulliani militia Angelica est: &, vt eruditè Cerda notat ex Gellio, quod attinet ad vocum proprietatem, *Circumstatio militum corona appellata est.* Ergo dum nouus miles ad bellum egreditur, & Angelus in circuitu eius est, eiusmodi circumstantia illi corona est, victoria, trophæum, triumphus.

Angelus custos modulatur arma.

Angeli circumstatio corona est.

3. *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.*] Id est, Non permittet Deus impios diu dominari in bonos, ne hi fiant impij, exemplo & prosperitate istorum incitati, vel impatientia victi. In Hebræo est ad verbum, *Quia non residebit baculus*, vel, *non requiescet virga.* Quæ verba eumdem quidem sensum habent; sed metaphora *quietis* eleganter explicat breuitatem temporis. q. d. Erit quidem potestas peccatoris aliquando supra iustos

Deus non sinit malos diu probos dominari.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

iustos ad eorum probationem, vel exercitationem, vel correctionem; sed erit quasi stans, non sedens; transitura, non manens; temporalis, non æterna.

IBIDEM. *Vt non extendant*, &c.] Apud S. Chrysostomum alius legit, Διὰ τοῦτο οὐκ ἐκτείνουσιν οἱ δίκαιοι εἰς ἀνομίαν χεῖρας αὐτῶν: *Propterea non extendunt iusti ad iniquitatem manus suas.*

Deus rectis corde benignum se prebet.

4. *Benefac Domine bonis & rectis corde.*] Illis enim Dominus benefacit, illis benignum se præbet, erga illos magnificè & liberaliter se habet, qui bono & recto sunt corde. Cor autem bonum solâ virtute redditur, & rectum solâ iustitiâ & Dei gratiâ, à qua omnis iustitia & omnis virtus manat, existimatur. Quare qui gratiâ, & iustitiâ & virtute carent, benignitatem & mercedem à Domino, nisi resipiscant, & bonitatem virtutis induant, nequaquam expectent.

Qui sint declinantes in strangulationes.

5. *Declinantes autem in strangulationes*, &c.] Vbi obserua inter rectos & improbos, siue qui operantur iniquitatem, medios à Propheta poni, qui declinant in strangulationes; atque ea de causa, quòd in strangulationes declinent, adduci à Domino in sortem & locum eorum qui operantur iniquitatem. Sed enim scire est operæ pretium, quid sit declinare in strangulationes. Non dubium, quin Græca vox στραγγαλιὰς significet nexus siue implicationes laqueorum; vnde Aquila vertit διαπλοκὰς, *implicationes*, Symmachus σκολιότητας, *obliquitates*. Theodotion διεστραμμένα, *contorta, peruersa*, Vulgatus, *obligationes*; notantque Interpretes eamdem esse vocem in isto Isaiæ, *Solue fasciculos deprimentes*, hoc est (vt legit Tertullianus lib. 4. Contra Marcionem cap. 37.) *violentorum contractuum obnexus*. Vnde declinantes in obligationes seu strangulationes opportunè interpreteris eos qui peccatorum pericula non cauent, sed ad laqueos atque insidias, hoc est, ad delictorum occasiones, libenter accedunt. hi enim medij sunt inter rectos & operantes iniquitatem; cùm vna ex parte peccatum reapse non perpetrauerint, imò nec perpetrare se velle iactent, ex alia verò recti corde non sint; quippe qui Deum ex toto corde non exquirunt, sed abducentes se à via recta obliquè cum ipso incedunt: nimirum pennas in directum, siue rectigradas, ad fugienda peccati discrimina non sumunt, sed iuxta ea indesinenter versantur. Quare plures cum Pagnino in expositione Hebrææ vocis עקל *hhacal*, quæ huic

Isaiæ 58, 6.

respondet, Latinam *obliquationes* legendam volunt: quòd quidem ventum occasionum suarum attrahentibus mirè quadrat. Ex his verò is resultat sensus; nempe Deum, vt rectis corde benefacere & abundantiora suæ gratiæ dona impertiri solet, ita ijs qui salutaribus monitis spretis in peccandi pericula se conijciunt, efficacia auxilia sua, quibus anima subsistit & constat, iusto iudicio denegare. Istis igitur qui noua debita peccatorum contrahunt, qui nouis se obligationibus iniquitatum inuoluunt, qui obliquitates conscientiæ sectantur, sedes cum reprobis, qui iniquitatem sunt operati, parata est. *Eorum* (inquit S. Augustinus) *pœnam sentient, quorum facta imitati sunt, quorum præsentes lætitias amauerunt, & futura supplicia non crediderunt.* Pax profectò, & merces & beatitudo non super istos, sed super Israël. Nam illi qui Deum viuâ fide credunt, & in omni loco ipsum præsentem intuentur, & præcepta eius qui vbique præsens est præterire erubescunt; vtque oculis eius placeant, multiplici virtute se induunt; & in eo quod semel cœperunt vsque ad finem perseuerant, pace illâ fruentur, quam Dominus benefaciens & benignè se gerens bonis & rectis corde parauit in æternis sedibus suis. Atque hoc est quod subdit dicens:

Qui prauos sequuntur cum ijsdem punientur.

Rectos corde manet pax & beatitudo.

IBID. *Pax super Israel.*] Id est, Vera illa & æterna pax soli Israël, id est, *videnti Deum*, obtingit: quia in Deo solo tunc erit omnium desideriorum nostrorum impletio & perfectissima quies animorum nostrorum, quando illum videbimus in gloria, & nihil amplius erit desiderandum; quia quidquid secundùm rectam rationem desiderare poterimus, plenissimè possidebimus, cùm ipse sit auctor omnis boni, quod homines concupiscunt, & quo obtento quiescunt. Peculiariter autem Christus dicitur *Pax nostra*; quia est auctor magnæ illius reconciliationis cum Deo & diuina iustitia; à qua nobis impendebat æterna punitio. Porrò ita nos reconciliauit, vt non solùm Dei iram auerterit, sed etiam ex inimicis filios Dei & heredes fecerit Regni cælestis. Hinc omnis animi quies omnisque consolatio ab ipso est, & per ipsum confidimus nos vitam æternam & plenissimam animi quietem obtenturos. Denique ipse etiam dicitur pax nostra, quatenus dissidium, quod erat inter Iudæos & Gentes, sustulit vtrosque copulans in vnum populum; iuxta illud Apostoli, *Qui fecit vtraque vnum.*

Quomodo Deus sit pax Israel & pax nostra.

Ephes. 2, 14.

IN PSALMVM CXXV. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

Ac si propinquum esset decretum reductionis eorum ita hæc dicit. Cyrus enim omnibus reditum promiserat; sed plurimi cùm peruersam haberent mentem redire noluerunt: qui verò auitam pietatem anteferebant hi quoque redierunt, & libertatem cernentes exultarunt.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ὡς ἐγγὺς οὔσης τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐπαναγωγῆς αὐτῶν οὕτω ταῦτά φησι. πᾶσι μὲν γὰρ ὁ Κῦρος ἐπανελθεῖν παρηγγύησε· ἀλλὰ μοχθηρὰν ἔχοντες γνώμην οἱ πλείους ἐπανελθεῖν οὐκ ἠθέλησαν· ὅσοι δὲ τῆς προγονικῆς εὐσεβείας ἀντείχοντο οὗτοι καὶ ἐπανῆλθον, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ὁρῶντες γεγήθασιν.

PARA-

Digitized by Google

PARA-PHRASIS ANONY-MI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΕΝ τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι·

Ἵνα εἴπῃ· ἐπειδάν, φησι, λύσεις ἡμῶν τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἐπιστρέψῃς ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεῖα, διὰ τοῦτο πληρούμεθα χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πολλῆς. ὅθεν ἐπιφέρουσι·

β΄. Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως.

Ἀντὶ τοῦ διαγγελιζομένων ἀλλήλοις τὰ ὑπάρξαντα ἀγαθὰ ἡμῖν.

Τότε ἐροῦσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ᾽ αὐτῶν.

Συμβαίνει δέ, φησι, καὶ τοῦτο τοὺς ἐθνικοὺς θαυμάζειν τὰ περὶ ἡμᾶς.

γ΄. Ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ᾽ ἡμῶν·

Καὶ γὰρ τοῖς ὄντι μεγάλα, φησίν, εἰς ἡμᾶς ἐπιδέδειξε θεὸς τὰ θαυμάσια.

Ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι.

Ἐξαίφνης γάρ, φησιν, οἱ ἐν θλίψει πολλῇ ἐξεταζόμενοι εὐφροσύνης ὤφθημεν πεπληρωμένοι.

δ΄. Ἐπίστρεψον κύριε τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ὡς χειμάρρους ἐν τῷ Νότῳ.

Οὐκοῦν, φησι, δέσποτα ὡς ἀθρόως τοὺς χειμάρρους πληροῖς ὑδάτων Νότου πνεύσαντος χιόνα· οὕτως καὶ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ἀθρόα τῇ χάριτι μετάβαλε, τῇ σῇ πληρῶν ἡμᾶς εὐφροσύνης.

ε΄. Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι.

Ἵνα φησι· παρόμοιοι εὑρεθῶμεν τοῖς σπείρουσι μὲν μετὰ δακρύων, θερίζουσι δὲ μετὰ πλείστης εὐφροσύνης.

ϛ΄. Πορευόμενοι ἐπορεύοντο καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει· ἵνα ὅμοιοι ὀφθῶ-

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati:

Ac si dicat: Cùm captiuitatem nostram solueris, & ad propria nos conuerteris, idcircò plurimo gaudio & lætitiâ replemur. vnde subiungunt:

Gaudent de liberatione.

2. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.

Scilicet dum nobis inuicem bona quæ obtigerant annuntiaremus.

Tunc dicent inter Gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.

Sed & hoc, inquit, accidit, vt ethnici res nostras admirarentur.

3. Magnificauit Dominus facere nobiscum:

Etenim, inquit, reuerà magna in nos miracula Deus ostendit.

Facti sumus lætantes.

Repentè enim, inquit, qui in magnâ afflictione exercitati fueramus lætitiâ pleni apparuimus.

4. Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut * torrentes in Austro.

* *Vulgata* torrens

Quemadmodum igitur, inquit, Domine flante Austro aquis niuis torrentes repentè imples; ita quoque mala nobis ingruentia per gratiam tuam auerte, implens nos lætitiâ tuâ.

5. Qui seminant in lacrymis in exultatione metent.

Ac si dicat: Similes reperiamur ijs qui quidem seminant cum lacrymis, sed metunt cum plurima iucunditate.

Seminandum in lacrymis vt in exultatione metamus.

6. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua.

Idem rursus dicit: vt nimirum similes

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

appareamus ijs qui ad seminandum quidem semina portant cum lacrymis, inter metendum verò prioris tristitiæ præ nimio gaudio obliuiscuntur. vnde subiungunt:

Venientes autem venient * in exultatione, portantes manipulos suos.

* Vulgata cum

μὲν τοῖς βαστάζουσι σπέρματα μετὰ δακρύων ἵνα σπείρωσιν, ἐν δὲ τῷ θερίζειν ἐπιλανθανόμενοι τῆς προλαβούσης λύπης διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χαράν. ὅθεν ἐπιφέρουσιν·

Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. IN CONVERTENDO DOMINVS.] Alius legit: *Cùm conuerterit Dominus captiuitatem Sion erimus consolati.* Si solueris, inquit, terminum captiuitatis, & libertatem nobis dederis, plurimâ fruemur iucunditate. Hæc autem dicit pars eorum qui redibant de ijs qui remanebant, tamquam minimè perfectum gaudium habuerint. Quapropter aliqui particulam *sicut* aiunt designare exaggerationem. Reliqui verò Interpretes *tamquam somniantes* exposuerunt. Ac si reuerà & euidenter gaudium ipsorum plenum futurum fuisset, si etiam ceteros reciperent. Porrò *captiuitas* multa significat: est enim & *bona*, iuxta illud, *In captiuitatem redigentes omnem intellectum*: & *mala*, iuxta illud, *Captiuas abducentes mulierculas oneratas peccatis*: est & *sensibilis* & *intellectualis*. Verùm illa quidem ex hostibus existit, & sæpenumerò humaniter agit: sed qui peccati captiuus factus est crudelem habet dominam: ab hac Iudas captus talem tragœdiam excitauit. Deinde adiungunt etiam causam voluptatis; quia nimirum non solùm referent à malis liberationem, verùm etiam quia Dei in nos prouidentiam omnes agnoscent. subdit enim:

Multiplex captiuitas. 2. Cor. 10, 5. 2. Tim. 3, 6.

2. TVNC DICENT INTER GENTES.] Non temerè additur hæc geminatio, sed propter magnam emphasim. Dicent enim, inquit, Gentes, Quia magnificauit; id est, magna operatus est. Hoc etiam nos gratias agentes dicimus: Quoniam *magnificauit Dominus facere nobiscum.* Et non dixit *Seruauit*, sed *Magnificauit*, rem prodigij miraculique plenam per magnificandi verbum declarans. Quapropter etiam inquit, qui in tristitia & afflictione versabamur, de repente lætitiâ pleni apparuimus.

4. CONVERTE DOMINE CAPTI-

α'. ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΙ ΚΥΡΙΟΝ.] Ἕτερος· ὅταν ἐπιστρέψῃ κύριος τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν ἐσόμεθα παρακεκλημένοι. Εἰ λύσεις, φησὶ, τῆς αἰχμαλωσίας τὸν ὅρον, καὶ ἐλευθερίαν παρέξεις, ἡμῖν πολλῆς ἀπολαύσαιμεν θυμηδίας. τὸ δὲ μέρος τῶν ἐπανελθόντων περὶ τῶν ἀναπομεινάντων ταῦτα λέγει, ὡς μὴ τελείαν ἐσχηκότες χαράν. διὸ τινες τὸ ὡς ἐπιτάσεως εἶναι φασὶ σημαντικόν. οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ ὡς ἐνυπνιαζόμενοι ἐξέδωκαν. ὡς ἂν ὕπαρ καὶ ἐναργὰς πλήρους αὐτῶν τῆς χαρᾶς γενησομένης, εἰ καὶ τοὺς λοιποὺς ἀπολάβωσι. Πολύσημον δὲ ἡ αἰχμαλωσία· ἔστι γὰρ καὶ καλὴ, ὡς τὸ, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα· καὶ κακὴ, ὡς τὸ, αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις· ἔστι καὶ αἰσθητὴ καὶ νοητή. ἀλλ' ἡ μὲν ἐκ πολεμίων, καὶ φιλανθρωπεύεται πολλάκις· ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ληφθεὶς αἰχμάλωτος ἀπηνῆ κτᾶται δέσποιναν· ἧπερ Ἰούδας ληφθεὶς τοιαύτης τραγῳδίας ἠξίωται. εἶτα προστιθέασι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἡδονῆς· ὅτι οὐ διὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πάντες εἴσονται τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν τὴν περὶ ἡμᾶς. ἐπιφέρει γάρ·

β'. ΤΟΤΕ ΕΡΟΥΣΙΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙΝ.] Οὐχ ἁπλῶς ὁ διπλασιασμὸς, ἀλλὰ πολλῆς χάριν ἐμφάσεως. ἐροῦσι γὰρ τὰ ἔθνη, φησὶν, ὅτι ἐμεγάλυνεν· ἀντὶ τοῦ, ὅτι μεγάλα εἰργάσατο. τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦντες λέγομεν· ὅτι ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν. καὶ οὐκ εἶπεν ἔσωσεν, ἀλλ' ἐμεγάλυνε, τὸ παράδοξον καὶ θαύματος γέμον διὰ τοῦ μεγαλῦναι παριστῶν. διό φησι καὶ ἐξαίφνης, οἱ ἐν ὀδύνῃ ὄντες καὶ θλίψει, εὐφροσύνης ὤφθημεν πεπληρωμένοι.

δ'. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ ΑΙΧΜΑΛΩΣΙΑΝ.]

Digitized by Google

ΛΩΣΙΑΝ.] Εἴρηται ὡς οὐκ ἐν προοιμίοις κατωρθώθη τὸ πᾶν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐπανῆλθον, οἱ δὲ ἐναπέμειναν, τοῦτο ἐνταῦθα οἱ ἐπανελθόντες ἀξιοῦσιν εὐχόμενοι, μὴ μεγαλὴν ἔτι γενέσθαι τὴν τῶν λοιπῶν ἐπάνοδον, ἀλλ' ἀθρόαν καὶ κατὰ πλῆθος, μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος· διὸ Ἀκύλας, ὡς καταῤῥοίας ἐν Νότῳ· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὀχετοὺς· ἡ δὲ πέμπτη, ἀφέσεις, ὠθῶν καὶ κατεπείγων. ἐν Νότῳ δέ· ἐπεὶ ὁ Νότος ὑγρὸς ὢν νεφῶν τὸν ἀέρα πληροῖ, καὶ ὄμβρους ἐπάγει σφοδροὺς· ἀλλὰ καὶ τὴν χιόνα διαλύων ἐμπιπλῶσι τοὺς χειμάῤῥους ὑδάτων. ἢ Νότον τὴν Ἱερουσαλὴμ καλεῖ ἀπὸ τῆς θέσεως. ἵνα τί; ἵνα παρόμοιοι, φησιν, εὑρεθῶμεν τοῖς σπείρουσι μετὰ δακρύων, θερίζουσι δὲ μετ' εὐφροσύνης. ἢ περὶ τῶν καταλοίπων εὐξαμένοις ἀποφθέγγεται λέγων ὁ προφήτης· ὅτι εἰ κλαύσαιεν κἀκεῖνοι, ἔσται καὶ αὐτοῖς ἐπιστροφή. τοιοῦτον δὲ καὶ ἡ ἀρετή, τῶν πόνων λαμπρὰς ἔχει τὰς ἀμοιβάς. ἡ μὲν οὖν αἰχμαλωσία, φησί, σπόρος ἦν, ἡ δὲ ἐπάνοδος ἀμητός. ὡς οὖν ὁ σπείρων ἐν πόνῳ, ἀπολαύει τῆς προσόδου· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἡνίκα ἀπῄειτε τότε ἐκοπιᾶτε· (ὃ γὰρ τοῖς σπείρουσίν ἐστιν ὑετὸς, τοῦτο τοῖς λυπουμένοις τὰ δάκρυα·) ἀλλ' ἰδοὺ ἐπανερχόμενοι ἐν ἀγαλλιάσει θερίζετε. παιδεύει δὲ διὰ τούτων τὸν ἀκροατὴν μὴ ἀλύειν ἐν ταῖς θλίψεσιν.

VITATEM.] Dictum eſt quomodo non totum in principio peractum ſit, ſed alij quidem reuerſi ſint, alij verò remanſerint. Illud hoc loco illi qui redierant rogant orantes, ne ampliùs per partes ceteri redeant, ſed cum denſa multitudine, cum magno impetu, cum magna vehementia: idcircò Aquila ait, *Sicut fluenta in Auſtro*; Symmachus verò, *Sicut riuos*; Quinta editio, *emiſſiones*, impellens & vrgens. *In Auſtro* autem; quia Auſter cùm ſit humidus nebulis aërem replet, & vehementes pluuias inducit; quin & niuem resoluens torrentes aquis implet. Vel Auſtrum à ſitu Hieruſalem appellat. Ad quid? vt, inquit, ſimiles reperiamur ijs qui cum lacrymis ſeminant, ſed metunt cum iucunditate. Vel de reſiduis qui orabant Propheta reſpondet dicens: Quòd ſi & illi fleuerint, ipſi quoque redituri ſint. Iſtiuſmodi autem virtus eſt, vt laborum illuſtres habeat remunerationes. Captiuitas igitur, inquit, ſementis erat, reditus verò meſſis. Quemadmodum igitur is qui ſeminat in labore, poſteà percipit prouentus; ſic etiam vos quando abiuiſtis tunc laboraſtis: (quod enim ſeminantibus ſunt imbres, hoc lacrymæ ſunt ijs qui affliguntur:) ſed ecce redeuntes in exultatione metitis. Per hæc igitur inſtruit auditorem ne triſtetur in afflictionibus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Rogant vt cum gloria reducantur.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἅπαντας μὲν ὁ Κῦρος βασιλεύσας ἐπανελθεῖν Ἰουδαίους προσέταξε· μοχθηρὰν δὲ οἱ πλείους ἔχοντες γνώμην, καὶ εἰς ἅπαντα τοῖς θείοις ἀντιπίπτοντες νόμοις, ἐπανελθεῖν οὐκ ἠθέλησαν· ὅσοι δὲ τῆς προγονικῆς εὐσεβείας ἐπεμελοῦντο, καὶ τὸ κατὰ νόμον λατρείας ἐπεθύμουν, ἀσπασίως ἐποιήσαντο τὴν ἐπάνοδον. οὗτοι τοίνυν ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ τὴν οἰκείαν ἐλευθερίαν ὁρῶντες γεγήθασιν· εὔχονται δὲ ταύτης καὶ τοὺς ὁμοφύλους τυχεῖν.

α'. ΕΝ ΤΩ ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΙ ΚΥΡΙΟΝ ΤΗΝ ΑΙΧΜΑΛΩΣΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα ἁπλοῦν μέν ἐστιν, ἔχει δὲ πολλὰς τὰς ἐννοίας. Ἔστι γὰρ καὶ καλὴ αἰχμαλωσία· ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· ἔστι καὶ κακή· ὡς ὅταν λέγῃ, αἰχμα-

ORIGENIS. Rex Cyrus quidem iuſſerat vt omnes Iudæi redirent; plurimi verò prauam habentes mentem, & in omnibus diuinis legibus repugnantes, regredi noluerunt: qui autem auitæ pietati ſtudebant, legiſque cultum deſiderabant, libentiſſimè redierunt. Hi igitur in hoc Pſalmo propriam cernentes libertatem exultabant: precantur autem vt illam ſui contribules conſequantur.

I. IN CONVERTENDO DOMINVS CAPTIVITATEM.] CHRYSOSTOMI. Nomen captiuitatis eſt quidem prolatione ſimplex, ſed multas habet intelligentias. Eſt enim & bona captiuitas; vt quando dicit Paulus, *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*: eſt & mala; vt quando dicit, *Captiuas abdu-*

Captiuitas multiplex.

2. Cor. 10. 5.

2. Tim. 3. 6.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

abducentes mulierculas oneratas peccatis. Hæc est sensibilis: spiritalis est illa de qua dicit, *Prædicare captiuis remissionem.* Et porrò etiam sensibilis illa quæ fit ab hostibus, quâ deterior est ista prior. Audi igitur quomodo, cùm miserum & infelicem Iudam captiuum accepisset, minimè illi pepercerit, sed fecerit ipsum sacrilegum proditorem; deinde postquam scelus perpetrasset, eum in theatrum Iudæorum produxerit, & maleficium reuelauerit, & ne sic quidem permiserit vt perciperet fructum pœnitentiæ, sed ante pœnitentiam ad laqueum deduxerit. Tyrannis enim sæua est, iubens ea quæ sunt improba; & eos qui obediunt afficit ignominiâ.

Lucæ 4, 18.

Iudæ misera captiuitas.

FACTI SVMVS SICVT CONSOLATI.] ORIGENIS. Hæc prædicuntur Apostoli de seipsis dicturi, & de ijs qui ex Gentibus sunt. Postmodum etiam de semente ac messe verba facit. Istud *sicut* exaggerationem hoc loco significat. Multam, inquit, lætitiam consecuti sumus cùm Deus finem supplicij soluerit, & libertatem captiuis largitus fuerit.

Libertas lætitiam affert.

2. TVNC REPLETVM EST GAVDIO OS NOSTRVM.] CHRYSOSTOMI. Ea quæ dicta sunt non sunt parua in melius commutatio, dum gaudent propter libertatem à captiuitate. Et quis, inquit, non propterea lætetur? Patres quidem eorum quando liberati sunt ab Ægypto in bonis ipsis murmurabant, & indignabantur: at non nos, inquit, sed gaudemus.

ORIGENIS. Os quidem repletum est gaudio, lingua verò exultatione: vnde illa quæ loquitur sunt gaudium & exultatio. His autem factis, illi qui ex Gentibus sunt edocti dicunt: *Magnificauit Dominus facere cum eis.* de seipsis autem gratias agentes dicunt: *Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes.* Super flumen quidem Babylonis illic sedimus & fleuimus. Cùm conuerteret verò Dominus captiuitatem Sion, repletum est gaudio os nostrum. Quando fecerimus illud, *Posui ori meo custodiam*; item istud, *Os iusti meditatur sapientiam*; item illud, *Aperi os tuum verbo Dei*; & similia isti, *Os nostrum patet ad vos ô Corinthij:* tunc cum ve-

Psal. 38, 2.
Prou. 10, 31.

2. Cor. 6, 11.

λατίζαντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις. ἔστιν ἡ αἰσθητὴ αὕτη· ἔστιν ἡ νοητὴ περὶ ἧς φησι, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν. αἰσθητὴ δὲ ἡ παρὰ τῶν πολεμίων, ἧς χαλεπωτέρα ἡ προτέρα. Ἄκουσον γοῦν πῶς, τὸν ἄθλιον τὸν ταλαίπωρον Ἰούδαν λαβοῦσα αἰχμάλωτον ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ἐποίησεν αὐτὸν προδότην ἱερόσυλον· καὶ μετὰ τὸ τὴν ἁμαρτίαν ποιῆσαι, εἰς τὸ θέατρον αὐτὸν ἤγαγε τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀπεκάλυψεν αὐτοῦ τὸ πλημμέλημα, καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἀφῆκε καρπώσασθαι τὸ ἐκ τῆς μετανοίας κέρδος, ἀλλὰ προαπήγαγε τῆς μετανοίας ἐπὶ βρόχον ἀγαγοῦσα. τυραννὶς γάρ ἐστι χαλεπὴ, πονηρὰ ἐπιτάττουσα ἐπιτάγματα· καὶ καταισχύνουσα τοὺς ὑπακούοντας.

ΕΓΕΝΗΘΗΜΕΝ ΩΣΕΙ ΠΑΡΑΚΕΚΛΗΜΕΝΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ Ἀπόστολοι ταῦτα προφητεύονται λέξειν περὶ ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποφαίνεται περὶ σπόρου καὶ θερισμοῦ. τὸ ὡσεὶ ἐπιτάσεως ἐνταῦθα σημαντικόν. πολλῆς, φησιν, ἀπολαύσαμεν θυμηδίας λύσαντος τοῦ θεοῦ τῆς τιμωρίας τὸν ὅρον, καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῖς αἰχμαλώτοις δωρησαμένου.

β'. ΤΟΤΕ ΕΠΛΗΣΘΗ ΧΑΡΑΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΗΜΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὰ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολὴ τὰ εἰρημένα, τὸ χαίρειν ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῆς αἰχμαλωσίας. καὶ τίς οὐκ ἥσθη, φησὶν, ἐπὶ τούτῳ; οἱ πατέρες μὲν οἱ τούτων ὅτε ἀπηλλάγησαν τῆς Αἰγύπτου ὑπὸ ἀγνωμοσύνης ἐν αὐτοῖς ἐγόγγυζον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐδυσχέραινον· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, φησιν, ἀλλὰ χαίρομεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ μὲν στόμα ἐπληρώθη χαρᾶς, ἡ δὲ γλῶσσα ἀγαλλιάσεως· ἀφ' ὧν ῥεῖ χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις. τούτων δὲ γενομένων, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διδασκόμενοι λέγουσιν· ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετὰ τούτων, καὶ περὶ ἑαυτῶν δὲ φασὶν εὐχαριστοῦντες· ἐμεγάλυνε κύριος ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν, ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. Ἐπὶ μὲν τῶν ποταμῶν βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν. ἐν δὲ τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν. Ἐπὰν ποιήσωμεν τὸ, ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν· καὶ τὸ, στόμα δικαίου μελετᾷ σοφίαν· καὶ τὸ, ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ· καὶ ὅμοια τῷ, τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς κορίνθιοι· τότε ἀληθεύοντες φήσομεν

Digitized by Google

στομ' ἡμῶν καὶ τὸ, Ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ χαρᾶς πληροῦται τὸ στόμα τοῦ ἐκ τῶν λόγων ἑαυτοῦ δικαιουμένου, λέγοντος τὰ φέροντα αὐτὸν εἰς τὴν αἰώνιον χαράν. τῶν μὲν οὖν δικαίων τὸ στόμα πληροῦται χαρᾶς, τῶν δὲ ἐναντίων λύπης· καὶ ἐκ τῶν λόγων ἑαυτῶν καταδικαζομένων. Ἐπὰν οὖν τὸ, εἶπα, φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου ποιήσωμεν· τότε πληρωθήσεται ἀγαλλιάσεως τὸ στόμα ἡμῶν. ἐπλήσθη δὲ χαρᾶς καὶ τὸ Φιλίππου στόμα, ὅτε ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, εὐηγγελίσατο τὸν Ἰησοῦν τῷ Εὐνούχῳ τῷ αἰθίοπι.

ΤΟΤΕ ΕΡΟΥΣΙΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο δὲ ἡμᾶς πολυθρυλλήτους ἀπέφηνεν. ἅπαντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίαν θαυμάζουσιν, ὅτι τῆς πικρᾶς ἡμᾶς ἐκείνης δουλείας ἀπήλλαξε· καὶ ἡμεῖς μέντοι βοῶμεν, ἐμεγάλυνε κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς.

δ'. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ ΑΙΧΜΑΛΩΣΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶς ἀρχόμενός φησι, ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριος τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐνταῦθα λέγει Ἐπίστρεψον, ὡς περὶ τοῦ μέλλοντος διαλεγόμενος. μάλιστα μὲν ὁ ἕτερος ἑρμηνευτὴς εἰς τοῦτο ἡμᾶς προσάγων, οὐκ εἶπεν ἐν τῷ ἐπιστρέψαι, ἀλλ' ὅταν ὑποστρέψῃ. εἰ δὲ καὶ οὕτως ᾄδοι τις ἐκεῖνό ἐστι, εἰπεῖν ὅτι ἀρχὴν τὸ πρᾶγμα ἐλάμβανε, καὶ οὐκ ἐν προοιμίοις τὸ πᾶν κατωρθώθη, ἀλλὰ πολλαὶ γεγόνασιν αὐτῶν ἀναβάσεις, καὶ πρώτη, καὶ δευτέρα, καὶ τρίτη. τοῦτο οὖν εὔχεται, ὁλόκληρον γενέσθαι τὴν ἀπαλλαγήν. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων ἐναπομεῖναι ἐβούλοντο τῇ χώρᾳ τῇ βαρβάρῳ· διό φησιν, ἐπίστρεψον τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ὡς χειμάρρους ἐν τῷ Νότῳ· τουτέστι, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. διὸ ἕτερός φησιν· ὡς καταρροίας, ὡς ὀχετοὺς, ὡς ἀφέσεις, ὠθῶν καὶ κατεπείγων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀνωτέρω μὲν ὡς ἤδη ἐπιστροφῆς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας γενομένης εἴρηνται οἱ δύο στίχοι· νῦν δὲ ὡσεὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὢν ταῦτά φησιν ὁ προφήτης· τὸ μὲν πρότερον προφητεύων, οἶμαι, περὶ τῶν Ἀποστόλων· τὸ δὲ δεύτερον ἐκ προσώπου λέγων ἐθνῶν. τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσίν ἐστι τὰ ἀπὸ τοῦ, ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μετὰ τούτων, ἕως τοῦ, ὡς χειμάρρους ἐν τῷ Νότῳ.

ritate dicemus etiam illud, *Repletum est gaudio os nostrum.*

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Vel gaudio impletur os eius qui ex sermonibus suis iustificatur, dum dicit ea quæ ad gaudium ducunt sempiternum. Iustorum igitur os impletur gaudio, iniquorum verò tristitiâ; & ex sermonibus suis condemnantur. Quando igitur fecerimus illud, *Dixi, Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea*; tunc implebitur exultatione os nostrum. Quin & gaudio impletum fuit os Philippi, quando aperiens os suum, & incipiens ab illo, *Tamquam ouis ad occisionem ductus est*, Æthiopi Eunucho Iesum annuntiauit.

Iustorum os impletur gaudio.

Psal. 38, 1.

Act. 8, 39.

Isaiæ 53, 7.

TVNC DICENT INTER GENTES.] ORIGENIS. Hoc sanè nos apud omnes celeberrimos reddidit. Omnes enim Dei magnificentiam admirantur, quòd ab acerba illa seruitute nos liberauerit; & nos quidem clamamus, *Magnificauit Dominus*, &c.

4. CONVERTE DOMINE CAPTIVITATEM.] CHRYSOSTOMI. Quomodo dixit in principio, *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion*, ita hoc loco ait *Conuerte*, tamquam de re futura loquens. Maximè quidem nos ad hoc inducens alius interpres, non dixit *In conuertendo*, sed *Quando conuerterit*. Si autem hoc modo quis illud cecinerit, dicendum quòd res tunc principium capiebat, & non tota gesta fuerit in principio, sed multæ factæ sint eorum transmigrationes, & prima, & secunda, & tertia. Hoc igitur orat, vt sit integra & absoluta liberatio. Multi enim Iudæi volebant remanere in barbara regione; quapropter ait, *Conuerte captiuitatem nostram sicut torrens in Austro:* hoc est, cum magna vehementia. Quocircà alius ait: *Vt fluenta, vt aquaductus, vt emissiones*, impellens & vrgens.

ORIGENIS. Superiùs quidem tamquam reuersione à captiuitate iam factâ dicti sunt duo versiculi; nunc autem tamquam in captiuitate existens Propheta hæc dicit: primum quidem, vt arbitror, de Apostolis vaticinans; secundum verò proferens ex persona Gentium. Illa enim quæ sunt à verbis istis, *Magnificauit Dominus facere cum eis*, vsque ad illa verba, *sicut torrens in Austro*, dicta sunt à Gentibus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Bona quæ adepti fuerant, vt sui contribules ijsdem potiantur desiderant, & communem Dominum obsecrant, vt etiam illis concedat libertatem, vt reuertentium frequentia torrentem imitetur. Ceterùm *Austrum* Hierosolymam vocat, à situ desumens appellationem: sic etiam ipsam Ezechiel & Habacuc nominant. Verùm aliud quoque sermo demonstrat. Cùm enim Auster sit ventus humidus, nebulis aërem implet, & vehementes pluuias inducit, atque etiam niuem dissoluere solet, & aquis torrentes replet. Sic igitur, inquit, nostros quoque contribules vndique dissipatos iube vt congregentur, & torrentis instar iter faciant.

Quid per Austrum intelligat.

5. QVI SEMINANT IN LACRYMIS.] ORIGENIS.] Qui seminat in lacrymis is seminat in spiritu eorum qui propter lacrymas beati pronuntiantur: in exultatione autem metit vitam æternam, iam assecutus illud *quia ridebunt*.

ANONYMI. Non frustrà autem preces fundimus, sed scientes lacrymarum fructus: qui enim cum his semina iaciunt, vberrimam messem cernentes lætantur.

CHRYSOSTOMI. Hoc de Iudæis quidem dictum est; potest autem in multis quoque alijs locum habere. Virtus enim res est eiusmodi, vt quæ præclaras habeat laborum remunerationes. Et non solùm virtutes, sed etiam res sæculares laboris plenæ sunt, & laboribus opus est vt perficiantur. Nam & qui seminat, & qui ædificat, & viator, & lignator, & opifex, & deniq; quilibet homo, si est aliquid commodi percepturus, & labore & afflictione opus habet. Et quemadmodum semina opus habent imbribus, ita nos etiam lacrymis. Et quemadmodum terra opus habet vt aretur & proscindatur, ita & anima pro ligone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas, vt eius durities emolliatur, ne nimiùm efferatur & exiliat. Hoc igitur est quod Propheta dicit; nempe non esse solùm lætandum propter reditum, sed etiam propter captiuitatem, & pro vtrisque Deo esse gratias agendas. Illud enim est sementis, hoc verò messis. Quemadmodum ergo, inquit, qui seminant laborantes, posteà percipiunt prouentus; ita etiam vos quando recessistis quidem, imitati estis eos qui seminant, lacrymas pro-

Absque labore nihil præclari fit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὧν ἔτυχον ἀγαθῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοφύλους ἀπολαῦσαι ποθοῦσι, καὶ τὸν κοινὸν δεσπότην ἀντιβολοῦσι, μεταδοῦναι τῆς ἐλευθερίας κἀκείνοις, ὥστε χείμαρρον μιμεῖσθαι τῶν ἐπανιόντων τὸ πλῆθος. Νότον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ καλεῖ, ἀπὸ τῆς θέσεως τεθεικὼς τὴν προσηγορίαν· οὕτως αὐτὴν καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἀμβακοὺμ ὀνομάζουσι. δηλοῖ δὲ καὶ ἕτερον ὁ λόγος. ὁ γὰρ Νότος ἄνεμος ὑγρὸς, ὢν νεφῶν τὸν ἀέρα πληροῖ, καὶ ὄμβρους ἐπάγει σφοδροὺς, καὶ μέντοι καὶ τὴν χιόνα πεφυκὼς διαλύειν, ἐμπίπλησι τοὺς χειμάρρους ὑδάτων. οὕτω τοιγαροῦν, φησι, καὶ τοὺς ἡμετέρους ὁμοφύλους πανταχοῦ διεσπαρμένους κέλευσον ἀθροισθῆναι, καὶ χειμάρρου δίκην τὴν πορείαν ποιήσασθαι.

ε. ΟΙ ΣΠΕΙΡΟΝΤΕΣ ΕΝ ΔΑΚΡΥΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ σπείρων ἐν δάκρυσιν εἰς τὸ πνεῦμα σπείρει τῶν ἐπὶ τοῖς δάκρυσι μακαριζομένων· ἐν ἀγαλλιάσει δὲ θερίζει ζωὴν αἰώνιον, τυγχάνων ἤδη τοῦ ὅτι γελάσονται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μάτην δὲ τὰς ἱκετείας ποιούμεθα, ἀλλὰ τοὺς τῶν δακρύων εἰδότες καρπούς· οἱ γὰρ μετὰ τούτων τὰ σπέρματα καταβάλλοντες, δαψιλῆ τὸν ἀμητὸν ὁρῶντες εὐφραίνονται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο εἴρηται μὲν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων· πολλαχοῦ δ᾽ ἂν ἔχοι χώραν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, τῶν πόνων λαμπρὰς ἔχει τὰς ἀμοιβάς. καὶ οὐχὶ τὰς ἀρετὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ βιωτικὰ πράγματα ἐπίπονά ἐστι, καὶ κόπων δεῖται ἵνα κατορθωθῇ. ὅτε γὰρ σπείρων, ὅτε οἰκοδομῶν, ὁ ὁδοιπόρος, ὁ δρυτόμος, ὁ χειροτέχνης, ὁ πᾶς ἄνθρωπος, εἰ μέλλοι τι καρπώσασθαι χρήσιμον, πόνου δεῖται καὶ ταλαιπωρίας. καὶ καθάπερ τὰ σπέρματα ὑετῶν δεῖται, οὕτως ἡμεῖς δακρύων. καὶ καθάπερ ἡ γῆ τοῦ τέμνεσθαι χρείαν ἔχει καὶ ἀναρήγνυσθαι, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἀντὶ δικέλλης δεῖται πειρασμῶν καὶ θλίψεων, ἵνα μὴ φέρῃ βοτάνας πονηρὰς, ἵνα τὸ σκληρὸν αὐτῆς μαλάττηται, ἵνα μὴ σκιρτᾷ. ὁ τοίνυν προφήτης φησίν· ὅτι δεῖ μὴ μόνον ἐπὶ τῇ ἀνόδῳ χαίρειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ, καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρων χάριτας ὁμολογεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἦν σπόρος, τὸ δὲ ἀμητός. ὥσπερ οὖν οἱ σπείροντές, φησι, πονοῦντες, ἀπολαύουσι τῶν προσόδων μετὰ ταῦτα· οὕτως καὶ ὑμεῖς ἡνίκα μὲν ἀπῄειτε, τοὺς σπείροντας ἐμιμεῖσθε, δάκρυα ἐκχέον-

Digitized by Google

ἐκχέοντες, καὶ πᾶσαν ὑφιστάμενοι κάκωσιν· ἀλλ᾽ ἰδού, φησι, τῶν πόνων ἐκείνων ἀπελάβετε τὴν ἀμοιβήν. Ὅταν οὖν λέγῃ, πορευόμενοι ἐπορεύοντο καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν· ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν, παιδεύει τὸν ἀκροατὴν μὴ ἀλύειν ἐν ταῖς θλίψεσιν. ὥσπερ γὰρ ὁ σπείρων οὐκ ἀλύει, κἂν πολλὰ καὶ φορτικὰ ᾖ· οὕτως οὐδὲ τὸν θλιβόμενον δυσχεραίνειν χρή, κἂν πολλὰ ᾖ λυπηρά· τὸν ἀμητὸν ἀναμένοντα, τὰ λήϊα κομῶντα, τὴν πρόσοδον τὴν ἀπὸ τῆς θλίψεως γινομένην.

fundentes, & omnem afflictionem sustinentes: sed ecce, inquit, accepistis eorum laborum remunerationem. Quando ergo dicit, *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos*, docet auditorem vt non angatur in afflictionibus. Quemadmodum enim qui seminat mœrore non afficitur, licet sint multa quæ ipsum grauent; ita etiam eum qui affligitur non oportet angi & excruciari, etiãsi sint permulta molesta; vt qui messem expectet, & segetes luxuriantes, & copiosum prouentũ qui ex afflictionibus oritur.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

PSALMVS hic apertissimè loquitur de reuersione à captiuitate, quæ Cyri decreto contigit: est autem figura Euangelij, quo nobis annunciata est remissio peccatorum & ascensio ad cælestem Hierusalem.

1. *In conuertendo Dominus.*] Ita Vulgata: & si diceretur *Dominum*, responderet Hebræo & Græco: quod habet, ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον. Quod S. Augustinus & Vetus Psalterium vertit, *Cùm conuerterit Dominus.* Apud S. Chrysostomum alius, ὅταν ἐπιστρέψῃ κύριος τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν ἐσόμεθα παρακεκλημένοι, *Cùm redire faciet Dominus captiuitatem Sion, erimus consolati.* Alius interpres legit ὡσεὶ ἐνυπνιαζόμενοι, *sicut somniantes:* quomodo etiam est in Hebræo. Vix enim persuadere sibi poterant tantum boni cùm reditum paulò antè desperauissent, vt somnij blandissimi illecebræ tanta res videretur. De ista voce *sicut* disputat S. Augustinus: & Theodoretus ita inquit: Illud ὡσεὶ hoc loco significat ἐπίτασιν *intentionem & amplificationem.* q. d. Tantâ lætitiâ tenebamur, vt videremur nobis somniare tantùm boni, non reuerà illo perfrui: id efficit bonorum magnitudo & copia, quæ præter spem & expectationem obueniunt, atque obruunt propè mentem imbecilliorem ad comprehendendum, quæ non tam frui eximiâ felicitate, quàm per quietem aureos sibi montes fingere se putat. Sic D. Petrus mirabili Dei beneficio è catenis & horribili custodia liberatus, *existimabat se visum videre.* Solet quippe insolita & inexpectata felicitas istiusmodi stuporem mentis inducere. Aliqui hîc ex Hebræo legunt: *Facti sumus sicut qui conualuerunt.* Quasi qui in captiuitate præ tristitia ægrotauerint, in libertate præ lætitia conualuerint.

Inexpectata felicitas qualiter mentem afficiat.

Act. 12, 9.

2. *Et lingua nostra exultatione.*] Græcè ἀγαλλιάσεως: pro quo Aquila legit αἰνέσεως, *laudatione*; Symmachus, εὐφημίας, *benedictione.*

4. *Sicut torrentes in Austro.*] Græcè χειμάῤῥους: quod Latini legunt *torrens*: sed illud magis respondet Hebræo & ceteris Interpretibus. Apud S. Chrysostomum alius legit ὡς καταῤῥοίας, *Sicut fluenta*; alius, ὡς ὀχετούς, *Sicut riuos*; (& ita S. Hieronymus;) alius, ὡς ἀφέσεις, *Sicut emissiones.* Scholiastes primum tribuit Aquilæ, secundum Symmacho, tertium Quintæ editioni. Hoc autem est, D. Chrysostomo interprete, cum impetu magno, cum grandi vehementia nos vrgens & protrudens, vt torrens misericordiæ tuæ diuinæ & humanitatis reluctantes & propè inuitos secum rapiat, & in terram beatissimam deducat. Communiter dicta pars versiculi exponitur hoc modo: Sicut conuertuntur torrentes flante vento Australi; tum quia hic ventus, vt est calidus, congelatas aquas dissoluens fluere eas facit; tum quia pluuiam, vt humidus est, adducens, torrentes priùs exsiccatos exundare facit. Verùm hic sensus, vt Iansenius & Lorinus notant, non conuenit linguæ originali, in qua dictio נגב *negeb*, pro qua nos habemus *in Austro*, numquam significat ventum Australem, sed vel terram siccam & desertam, vel ipsam Meridionalem plagam; sic dictam, quòd vastum sit desertum in meridie Iudææ. Proinde pro illo deserto aut indistinctè pro deserta terra accipitur hoc loco, & precatur Vates, vt Deus captiuitatem redire faciat sicut torrentes in deserto fluentes, vt scilicet eos ita lætificet reditu captiuitatis, sicut lætificantur habitatores terræ siccæ fluentis aquarum. Itaque in nostra littera Auster potiùs accipi debet pro Meridie: conuenit autem iste sensus optimè etiam mystico intellectui, secundùm quem hoc versu precamur, vt qui adhuc captiui sunt sub diaboli potestate, Dominus redire ad se & ad Ecclesiam suam faciat sicut torrentes in solitudine. Nam & hac metaphorâ frequenter Isaias Gentium conuersionem significat.

Torrens vehementiam designat.

Quid per Austrum hoc loco intelligatur.

5. *Qui seminant in lacrymis.*] Per allegoriam cum mœrore seminantium & cum gaudio metentium describere vult mœrorem euntium in captiuitatem & lætitiam redeuntium. Secundùm quosdam autem hac allegoriâ promittit Vates populo magna cum afflictione in reparanda Hierusalem sudanti lætam messem. In mystico autem sensu significatur eos qui in spirituali Hierusalem instauranda hîc verbo & exemplis incumbunt, multa ab impijs hoc sacrum ædificium remorari conantibus patientes, paulò pòst messuros fructus vitæ beatæ ac sempiternæ, præter

Sementis lacrymarum fructuosa.

ANNOTATIONES CORDERII.

præter optatissimam messem restitutæ religionis in hoc sæculo. Ita Iansenius ex S. Augustino, qui similiter refert hæc ad vitam æternam, aitque illos, qui in hac vita plena lacrymarum seminant bona opera, messuros fructum æternæ beatitudinis. Arnobius hæc refert ad Dei gratiam & remissionem peccatorum: *Si in lacrymis*, inquit, *pœnitentiæ seminauerimus*, *fœcunda sine dubio messis nobis indulgentiæ orietur*. Futuræ messis semina lacrymæ sunt. Vt Christianorum semen Martyrum sanguis est, ita pœnitentium lacrymæ semina sunt nobilissimæ messis in horreum Domini reponendæ in omnem æternitatem. Meminit huius Christus apud Lucam: *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*. & apud Ioannem: *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium*. Beati, quorum lacrymæ vertentur in gaudium numquam deponendum: infelices, quorum gaudia vertentur in lacrymas numquam sistendas. Prudentes, qui modicis lacrymis gaudia mercantur æterna; imprudentes, qui modicis gaudijs lacrymas mercantur æternas.

Lucæ 6. Ioan. 16.

6. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua.*] Ex Hebræo legit Genebrardus, *pretiositatem seminis sui*. Pretiosum quippe est hoc semen lacrymarum, ex quo tam pretiosi fructus gratiæ & gloriæ & diuini spiritus oriuntur. Quare B. Macarius Hom. 25. eleganter pias lacrymas vocat *πολυτίμους μαργαρίτας*, *pretiosas margaritas*, quantiuis pretij gemmas pulchritudinisque mirandæ. *Quidnam dic oro* (inquit venustè Chrysostomus Hom. 30. in Genesin) *oculus illis formosius, perpetuo lacrymarum imbre & quasi margaritarum decore ornatus?* Hinc vir deuotus, qui fletu madet suo, non dissimilis videtur lithospermo herbæ, quæ cùm specie sit ingratior atque horridior, fert tamen in folijs margaritas, vnde nomen apud Græcos obtinuit; & resticulam veluti vnionum insignium & pulchrorum, qui blandiuntur oculis, atque animum iucunditate permulcent. Sic quamquam fletus atque pœnitentia mœstum quiddam horridumque habere videantur, in lacrymis tamen pretiosum decus reperitur, & dignitas omni ambitione quærenda. Ante Christum quidem lacrymæ fuere stillæ & amaræ tantùm guttæ; nunc tamen illius beneficio gemmæ, quæ rubri maris opulentiam longè pretio & dignitate suâ exuperant. Quemadmodum enim Pactolus, vt eruditi aiunt fabularum interpretes, fluminum olim ceterorum fuit similis; sed postquam Midas in eo manus lauit, cœpit esse aureus, & nominatus inde *χρυσοῤῥόας*, hoc est *aurifluus*. Sic lacrymæ, quæ olim profanæ censebantur, postquam eas Christus fletu suo & dolore consecrauit, aureæ gemmeæque sunt factæ, vt fluxus ille pius oculorum, propitiandi Numinis causâ institutus, verè *χρυσοῤῥόας*, id est *aurifluus*, nominari posse videatur. Hæc est S. Gregorij Nazianzeni non obscura opinio, qui Orat. 31. dicere non dubitauit, Christum lacrymari voluisse, vt redderet *δάκρυα ἐπαινετά*, *lacrymas laudabiles*, & dignas commendatione. Inde quoque omne genus lætitiæ mundo natum asseruit D. Augustinus Serm. 104. de tempore dicens, *Lacryma Domini gaudia mundi*; quia idcircò lacrymas fudit, vt gaudia mereremur. Christus enim cùm cæli viam ostenderet, in huius vitæ curriculo flentes & beatos & dignandos sempiterno gaudio pronuntiat.

Lacrymarum semen pretiosum.

Christus lacrymis pretium addidit.

IN PSALMVM CXXVI. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum*.

Hi qui redierant diuinum templum ædificare volebant, sed prohibebantur à finitimis qui ipsis inuidebant. quapropter etiam dicunt:

* *Vulgata addit* Salomonis

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ἐβούλοντο ἐπανελθόντες τὸν θεῖον οἰκοδομῆσαι ναὸν, ἐκωλύοντο δὲ ὑπὸ τῶν περιοίκων διαφθονουμένων. διὸ καὶ φασί.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. NISI Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt* ædificantes.

* *Vulgata* qui ædificant eam.

Non possumus, inquit, templum sanctum ædificare, nisi à Deo auxilium consequamur.

Nil sine auxilio Dei fit.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit*.

* *Vulgata addit* eam

Quin etiam ciuitatem ipsam quam rece-

ΕΑΝ μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες.

Ἀδυνατόν, φησιν, οἰκοδομῆσαι ἡμᾶς τὸν ναὸν τὸν ἅγιον, μὴ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ τυχόντας συμμαχίας.

Ἐὰν μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

Ἐπεὶ καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν ἣν ἀπολαβόμεν

σωμεν χρονίαν φυλάξαι οὐ δυνάμεθα, μὴ τοῦ θεοῦ ἀνθ' ἡμῶν φρουροῦντος ταύτην.

β'. Εἰς μάτην ἡμῖν ἐστὶ τοῦ ὀρθρίζειν·

Ἐπεί, φησιν, ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ συμμαχίας ματαία εὑρίσκεται πᾶσα ἡμῶν ἡ σπουδή. ὀρθρίζειν γὰρ τὸ σπουδάζειν καλεῖ.

Ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι, οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης.

Ἀλλ' ἡμεῖς, φησιν, οἱ νῦν ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης ἐξανιστάμεθα, καὶ γινόμεθα δυνατοί, ἐὰν ἡμῖν ὁ θεὸς ἀνάπαυσιν χαρίσηται. τὸ γὰρ καθῆσθαι ἐπὶ ἀναπαύσεως λέγει. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον·

γ'. Ἰδοὺ ἡ κληρονομία κυρίου, υἱοί·

Ὕπνον πάλιν τὴν ἀνάπαυσιν λέγει, καὶ τὴν τῶν παρενοχλούντων ἀπαλλαγήν. βούλεται οὖν εἰπεῖν· Ἐὰν γὰρ δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον καὶ ἀνάπαυσιν, καὶ οἰκήσομεν τὴν πόλιν, καὶ οἰκοδομήσομεν τὸν ναὸν, καὶ τεκνώσομεν, καὶ ἕξει πάλιν ὁ θεὸς κληρονομίαν τοὺς υἱοὺς ἡμῶν. διὰ τοῦτο ἐπιφέρουσι·

Ὁ μισθὸς, τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός.

Δώσει γὰρ ἡμῖν τὸ τηνικαῦτα μισθὸν ὁ θεὸς τὸν καρπὸν τῆς γαστρὸς, ἀντὶ τοῦ τὴν τέκνωσιν. καρπὸς γὰρ τῆς γαστρός ἐστιν ἡ τεκνοποιΐα. καὶ τί γίνεται ἄλλο τυχόντων ἡμῶν τῆς ἀνέσεως καὶ τῆς εὐλογίας, ἐπιφέρουσι·

δ'. Ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ· οὕτως υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων.

Οὐ μόνον δέ, φησι, τούτων ἀξιούμεθα ὧν εἰρήκαμεν· ἀλλὰ καὶ γινόμεθα ἰσχυροὶ, νῦν ἡμεῖς οἱ νῦν ἐκτετιναγμένοι, τουτέστιν οἱ ἀσθενεῖς καὶ ἐξουδενωμένοι ὡς τὰ βέλη τῶν δυνατῶν· ὡς γὰρ ἐκεῖνά, φησιν, ἐκ παντὸς τρόπου ἀναιρεῖ· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα τοῖς πολεμίοις.

έ. Μακάριος ὃς πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν·

Καὶ μακάριός, φησιν, ἔσται ὅστις τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ πληρώσει ἐν τοῖς πολεμίοις. τὸ γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν πολεμίων λέγει.

Οὐ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλῃ.

pimus temporariam custodire minimè valemus, nisi Deus eam pro nobis custodiat.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. Vanum est vobis ante lucem surgere:

Quoniam, inquit, sine ope Dei vana reperitur omnis nostra industria. Ante lucem enim surgere vocat industriam seu diligentiam adhibere.

Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Ceterùm nos, inquit, qui modò vescimur pane doloris exurgimus, & potentes euadimus, si Deus nobis indulserit quietem. Sedere enim de quiete dicit. vnde subiungit:

Cùm dederit dilectis suis somnum:

3. Ecce hereditas Domini, filij;

Somnus pro liberatione.

Somnum hoc loco iterùm quietem appellat, & liberationem ab his qui turbabant. Vult igitur dicere: Si enim dederit dilectis suis somnum & quietem, etiam ciuitatem extruemus, & templum ædificabimus, & generabimus, & habebit iterùm Deus hereditatem filios nostros. Quapropter subiungunt:

Merces, fructus ventris.

Generatio vocatur fructus ventris.

Dabit enim tunc Deus nobis in mercedem fructum ventris, id est generationem. Fructus enim ventris est prolificatio. Et quid aliud fiat nobis quietem & benedictionem obtinentibus, subiungunt:

4. Sicut sagittæ in manu potentis; ita filij excussorum.

Non solùm autem, inquit, ijs quæ diximus digni habemur; verùm etiam potentes euadimus, qui modò excussi sumus, id est infirmi & contempti tamquam sagittæ potentum: quemadmodum enim illæ, inquit, omni ratione interimunt, ita etiam nos erimus inimicis.

5. Beatus * qui implebit desiderium suum ex ipsis:

* *Vulgata vir qui impleuit*

Et beatus, inquit, erit qui desiderium suum implebit in inimicis. Nam illud *ex ipsis* intelligit inimicis.

Non * confundentur cùm loquentur inimicis suis in porta.

* *Vulgata confundetur cùm loquetur*

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Tunc, inquit, etiam ijs qui legationem postulant meliùs respondebunt. Solent enim in portis Legatos excipere, ibidemque ipsis responsum dare: vel tamquam potentiores, vel tamquam imbecilliores. Tunc igitur, inquit, etiamsi Legatos in portis exceperimus, ex potentiore responsa dabimus.

Τότε, φησί, καὶ πρὸς τὰς πρεσβείας αἰτοῦντας ἐκ τοῦ βελτίονος ἀποκριθήσονται. εἰώθεσαν γὰρ ἐν ταῖς πύλαις δέχεσθαι τοὺς πρέσβεις, κἀκεῖ διδόναι αὐτοῖς τὴν ἀπόκρισιν· ἢ ὡς δυνατώτεροι, ἢ ὡς ἀσθενέστεροι. τότε οὖν, φησιν, εἰ καὶ πρέσβεις ἐν ταῖς πύλαις δεξόμεθα, ἐκ τοῦ δυνατωτέρου τὰς ἀποκρίσεις ποιησόμεθα.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

I. NISI DOMINVS ÆDIFICAVERIT DOMVM.] Manifestum est hoc post reditum esse dictum. Cùm enim à finitimis templum ædificare prohiberentur, & multum temporis tritum esset (siquidem vix quadraginta sex annis ipsum erexerunt) docens eos Propheta vt ad Deum confugerent, Omnia, inquit, frustrà fiunt, nisi Dei opem attraxerimus. quin nec ipsa mœnia sine ipso erigi possunt. Et quid, inquit, dico de mœnibus excitandis & vrbe ædificanda? ne eam quidem perfectam & absolutam poterit quis custodire, si illud ei non adsit auxilium. Etenim etiamsi vigiletis, & manè excitemini, etiamsi serò cubitum eatis, omne tempus in labore & afflictione consumentes, nisi auxilium eius assequamini, omnia interibunt, & ex eo studio ac diligentia nulla redundabit vtilitas. Quin imò tam ipsa excitatio quàm sessio, & matutina experrectio, & surrectio ad custodiendam ciuitatem, omniaque vndique frustranea sunt Deo minimè opitulante. Etiamsi, inquit, panem doloris manducaueritis (vitam enim degebant laboriosam, vnâ quidem manu cophinum & lapidem portantes ad ædificandum, alterâ verò gladium ad pugnandum) etiam sic omnia erunt frustrà. Quando autem opem suam præbuerit, tunc etiam somnus iucundus est, tunc est otium, & vita securitatis plena. Quando igitur eos refecerit, quando inuasores propulsauerit, non solùm tunc ædificabunt & custodient ciuitatem, verùm etiam erunt patres multorum liberorum, & fœcunditatem habebunt in mercedem pietatis, fructum ventris referentes. Etsi enim hoc sit opus naturæ, quando tamen ille fert opem etiam ea feliciùs procedit. Vel hereditas Domini prior, & filius primogenitus erat Israël. Post illos

Omnia sine Dei ope frustrà sunt.

α΄. ἘΑΝ ΜΗ ΚΥΡΙΟΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΗ ΟΙΚΟΝ.] Δῆλον ὡς μετὰ τὴν ἐπάνοδον εἴρηται. κωλυομένων γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ ἐκ τῶν περιοίκων οἰκοδομὴν, καὶ τριβομένου χρόνου πολλοῦ (καὶ γὰρ ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις αὐτὸν ἤγειραν) παιδεύων αὐτοὺς ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν, πάντα, φησὶν, εἰκῆ γίνεται, ἐὰν μὴ τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπασώμεθα· ἀλλὰ καὶ τεῖχος ἀναστῆναι χωρὶς ἐκείνου ἀδύνατον. ἀλλὰ τί, φησι, λέγω τειχῶν ἀνάστασιν καὶ πόλεως οἰκοδομήν; ἀλλ' οὐδὲ γενομένην αὐτὴν καὶ ἀπαρτισθεῖσαν φυλάξαι τις δυνήσεται ἐκείνης ἠρημωμένος τῆς συμμαχίας. Καὶ γὰρ κἂν ἀγρυπνῆτε, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω διεγείρησθε, κἂν βραδύνητε πρὸς τὸ ἀναπαύεσθαι, τὸν πάντα καιρὸν εἰς πόνον καὶ ταλαιπωρίαν δαπανῶντες, ἂν μὴ τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύητε ῥοπῆς, τὰ πάντα οἰχήσεται, καὶ τῆς σπουδῆς ταύτης οὐδὲν ἔσται πλέον. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐγείρεσθαι καὶ τὸ καθῆσθαι, καὶ τὸ ὀρθρίζειν, καὶ τὸ ἀνίστασθαι εἰς φυλακὴν πόλεως, καὶ πανταχοῦ πάντα μάταια, τοῦ Θεοῦ μὴ συνεργοῦντος. Κἂν ἄρτον, φησὶν, ὀδύνης ἐσθίητε (καὶ γὰρ ἐπίπονον ἔζων βίον, τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ κόφινον καὶ λίθον βαστάζοντες εἰς τὸ οἰκοδομεῖν, τῇ δὲ μιᾷ μάχαιραν εἰς τὸ πολεμεῖν) πάντα καὶ οὕτως μάτην ἔσται. ὅταν δὲ τὰ παρ' ἑαυτοῦ παράσχῃ, τότε καὶ ὕπνος ἡδὺς, καὶ ἄνεσις, καὶ ζωὴ ἀσφαλείας γέμουσα. ὅταν οὖν ἀναπαύσῃ αὐτοὺς, ὅταν ἀποκρούσηται τοὺς ἐπιόντας, τότε οὐ μόνον οἰκοδομήσουσιν οὐδὲ φυλάξουσι τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ παίδων ἔσονται πατέρες πολλῶν, καὶ εὐτεκνίαν ἕξουσι μισθὸν εὐσεβείας, τὸν τῆς γαστρὸς λαμβάνοντες καρπόν. Εἰ γὰρ καὶ τῆς φύσεως ἔργον τὸ γινόμενον, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖνος συνεργῇ πλέον καὶ αὕτη δραμεῖται. ἡ κληρονομία κυρίου ἡ προτέρα, καὶ υἱὸς ἦν ὁ πρωτότοκος Ἰσραήλ. μετ' ἐκεί-

νους

νυς δὲ υἱοὶ περὶ ὧν εἴρηται· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. γέγονε δὲ κληρονομία αὐτοῦ οἱ δύο οὗτοι υἱοί· ὅσοι δηλαδὴ τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἔχοντες, ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. μισθὸς δέ ἐστιν αὕτη τοῦ ἐπιδημήσαντος κυρίου, ὄντος καρποῦ τῆς γαστρὸς τῆς παρθένου. Εὐλογημένος γάρ, φησιν, ἡ Ἐλισαβέτ, ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. καρπὸς δὲ ὠνόμασται τῆς κοιλίας, τῷ μὴ ἐξ ἀνδρὸς εἶναι, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας δι' ἐπιφυτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ ἐπισκιάσεως τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως. οἱ γὰρ ἐκ πατέρων τὴν σπορὰν ἔχοντες ἐκείνων εἰσὶ καρποί. ἢ καὶ καρπὸς τῆς γαστρὸς τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ὁ υἱός· κατὰ τό, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. καὶ οὐκ ἐν τούτοις μόνον εὐδαιμονήσουσιν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον αὐτοῖς προσέσται. ὡς γὰρ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως ἔσονται υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων· ἕτερος, τῶν πεδητῶν. οἷον· οὐκ ἔσονται, φησιν, ἐν ἀσφαλείᾳ τειχῶν μόνον, οὐδὲ ἐν εὐθηνίᾳ παίδων, ἀλλὰ καὶ φοβεροὶ τοῖς πολεμίοις ὡς τὰ βέλη· καὶ οὐχ ἁπλῶς βέλη, ἀλλ' ἐν χειρὶ δυνατοῦ. αὐτὰ γὰρ καθ' ἑαυτὰ τὰ βέλη οὐ φοβερά, ἀλλ' ὅταν ὑπὸ δυνατοῦ πέμπηται θάνατον ἀπειλοῦντα· οὕτως ἔσονται φοβεροὶ οὗτοι. ποῖοι; οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων· τουτέστι τῶν ἠσθενηκότων ποτέ, τῶν πεπεδημένων, τῶν ἐξηπορημένων. ἀπὸ μεταφορᾶς δὲ τοῦτο τῶν δένδρων, ἃ τῶν καρπῶν ἐκτιναχθέντων ἄπορα μένει καὶ κενά. εἶτα καὶ ἕτερον ἐπάγει·

ε΄. Μακαριος ανθρωπος ος πληρωσει την επιθυμιαν.] Ἄλλος, ὃς πληρώσει τὴν φαρέτραν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν. τί δέ ἐστιν ὅ φησιν; ὅτι καὶ τοῦτο αὐτοῖς προσέσται δύναμις σώματος, φόβος ἀνυπόστατος, νῖκαι καὶ τρόπαια ἐν πολέμοις. διὸ καὶ μακαρίζει τοὺς μέλλοντας ταύτης ἀπολαύειν τῆς εὐημερίας. ἔσονται γάρ, φησιν, ὡπλισμένοι, τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ δηλονότι τῶν βελῶν, ἤτοι τῶν κατὰ τῶν πολεμίων. καὶ οὐκ ἐν τούτοις ἵστησι τὸν μακαρισμόν· ἀλλὰ τί; οὐ καταισχυνθήσονται, ὅταν λαλῶσι. τὸ μέγιστόν, φησιν, οὐ μέλλουσιν ὀνειδίζεσθαι, ὡς μὴ ἀπολαύοντες τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας· ἢ ὡς ἀσθενῆ Θεὸν ἔχοντες· καὶ τῆς μακαριότητος ἡ κορωνίς, τὸ δύνασθαι λοιπὸν ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ συμμαχίᾳ κοσμεῖσθαι. Ἄλλος δέ φησιν ὡς ἐν πύλαις εἶπε· διὰ τὸ ἔθος εἶναι ἀρχαῖον, ἐν πύλαις τοῖς πρέσβεσιν ὁμιλεῖν, κἀκεῖ διδόναι ἀπόκρισιν.

autem filij sunt de quibus dicitur: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam.* Porrò hi duo filij facti sunt hereditas eius; qui nimirum cùm spiritum adoptionis filiorum haberent, ex Deo nati sunt. Hæc autem merces est Domini aduenientis, qui virginei ventris fructus existit. *Benedictus* enim, inquit Elizabet, *fructus ventris tui.* Fructus porrò ventris nominatur, eò quòd non ex viro sit, sed ex sola Maria per superuentionem Spiritus sancti & virtutis altissimi obumbrationem existat. Nam qui ex patribus seminati sunt, eorumdem fructus existunt. Vel etiam filius est fructus ventris Dei Patris; iuxta illud, *Ex vtero ante luciferum genui te.* Et non in his solùm felices erunt, sed ipsis etiam aliud accedet. Nam *sicut sagittæ in manu potentis, ita erunt filij excussorum:* alius, *alligatorum.* q. d. Non erunt solùm, inquit, tuti intra mœnia, & prole fœcundi, sed hostibus etiam terribiles sicut sagittæ; nec vt qualescumque sagittæ, sed quæ sunt in manu potentis. Non enim sunt sagittæ ipsæ per se terribiles, sed tunc quando iaciuntur à potente mortem minitantes; ita erunt & hi formidabiles. Quinam hi? Filij excussorum: hoc est eorum qui erant aliquando imbecilles, qui vincti & alligati. Hoc autem desumptum est à metaphora arborum, quæ fructibus decussis orbæ vacuæque manent. Deinde etiam aliquid aliud subiungit:

5. Beatvs homo qvi implebit desiderivm.] Alius, *Qui implebit pharetram suam ex ipsis.* Quid autem est quod dicit? Quòd nimirum hoc quoque eis aderit robur corporis, terror qui non poterit sustineri, victoriæ ac trophæa in bellis. Quocircà eos quoque beatos existimat qui consecuturi sunt hanc felicitatem. Erunt enim, inquit, armati, scilicet sagittis suis, nempe contra hostes. Sed non in his statuit beatitudinem: in quo ergo? *Non confundentur, cùm loquentur.* Id quod maximum est, inquit, non exprobrabitur eis, quòd Deus curam eorum non gesserit; vel quòd Deum habuerint imbecillum: & beatitudinis coronis est, deinceps ornatum & instructum esse auxilio Dei. Alius autem ait ipsum *in portis* dixisse; quia antiqua ferebat consuetudo, vt cum Legatis agerent in portis, ibidemque ipsis responderent.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Psal. 2, 8.

Lucæ 1.

Christus fructus ventris.

Psal. 109, 4.

Vers. 4.

Qui sint filij excussorum.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Agitur hic de templi instauratione per Zorobabel.

ORIGENIS. Olim quidem Salomon diuinum templum ędificauit, sed illud à Babylonijs solo æquatum Zorobabel excitauit. Hunc opinor Salomonem nominari, tamquam ex Salomone genus ducentem, & tamquam opus Salomonis instaurantem. Neque enim hic sermo propheticus congruit ædificationi Salomonis, sed ei quæ à Zorobabel post reditum facta fuit. Siquidem tunc ipsi quidem ædificationem tentarunt; prohibebant autem Gentes finitimæ, quæ & ipsæ bellum continuò inferebant, & Reges Persarum in ipsos lacessebant. Et hæc Esdræ Scriptura manifestiùs edocet. Qui igitur tempore Zorobabel & Iesu filij Salathiel, & qui post ipsos pietate præstabant, hanc Psalmi narrationem adferunt.

1. NISI DOMINVS ÆDIFICAVERIT DOMVM.] CHRYSOSTOMI. Hic Psalmus dictus est de statu rerum, qui fuit post reditum. Cùm enim è captiuitate reuersi dirutam recepissent ciuitatem, quam deinde instaurare conabantur, multi autem eos vndique adorientes prohiberent, Iudæorum felicitati inuidentes, & prosperos eorum successus metuentes, atque idcircò sat multum temporis tereretur, ita vt in ædificando templo plusquam quadraginta anni consumpti fuerint: (quod Iudæi quoque declarantes dicebant, *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc*, de secunda hac ædificatione loquentes.) Quoniam ergo multum temporis terebatur in templo & mœnibus extruendis (nam ciuitatis constructio multò etiam plures annos absumpsit) Propheta hic docens eos rursus ad Deum confugere, dixit omnia frustrà & in vanum fieri, nisi Dei opem ad nos attraxerimus. Hæc autem dicebat, eis omni ratione suadens vt iterùm ad Dei auxilium confugerent, ne otio & quiete fierent negligentiores. Propterea enim non derepente inducit eis bona, sed sensim ac paulatim; & in ipsa bonorum largitione eos assiduè admonebat, per incursum hostium socordiam ipsorum iugiter excitans.

Quadraginta anni in templi instauratione consumpti.

Ioan. 2, 20.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πάλαι μὲν τὸν θεῖον νεὼν Σολομὼν ᾠκοδόμησε, καταλυθέντα δὲ ὑπὸ Βαβυλωνίων Ζοροβάβελ ἀνέστησε. τοῦτον οἶμαι Σολομῶν ὀνομάζεσθαι, καὶ ὡς ἐκ Σολομῶντος τὸ γένος κατάγοντα, καὶ ὡς τὸ Σολομῶντος ἀνανεώμενον ἔργον. οὐδὲ γὰρ τῇ Σολομῶντος οἰκοδομίᾳ ὁ προφητικὸς ἁρμόττει λόγος, ἀλλὰ τῇ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑπὸ τοῦ Ζοροβάβελ γεγενημένῃ. τηνικαῦτα γὰρ αὐτοὶ μὲν οἰκοδομεῖν ἐπεχείρουν· διεκώλυον δὲ οἱ γειτονεύοντες, καὶ αὐτοὶ συνεχῶς πολεμοῦντες, καὶ τοὺς Περσῶν κατ' αὐτῶν ἐρεθίζοντες βασιλέας. καὶ ταῦτα ἡ τοῦ Ἔσδρα σαφέστερον διδάσκει γραφή. Οἱ περὶ τὸν Ζοροβάβελ τοίνυν καὶ Ἰησοῦ τοῦ Σαλαθιὴλ, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς εὐσεβείᾳ κοσμούμενοι, τήνδε τὴν εἰσήγησιν προφέρουσι τοῦ ψαλμοῦ.

α΄. ΕΑΝ ΜΗ ΚΥΡΙΟΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΗ ΟΙΚΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὗτος ὁ ψαλμὸς εἰς τὴν κατάστασιν τῶν πραγμάτων, τῶν μετὰ τὴν ἐπάνοδον εἴρηται. ἐπειδὴ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανελθόντες ἐρείπιον κατέλαβον τὴν πόλιν, εἶτα ἐπεχείρουν ἐγείρειν, πολλοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐπιτιθέμενοι διεκώλυον, φθονοῦντες τῇ τῶν Ἰουδαίων εὐημερίᾳ, καὶ δεδοικότες αὐτῶν τὴν εὐπραγίαν, καὶ διὰ τοῦτο χρόνος ἱκανὸς ἐτρίβετο, ὡς ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη ἀναλωθῆναι ἐν τῇ ἀνοικοδομῇ τοῦ ναοῦ· (ὅπερ οὖν καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγον, τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, περὶ τῆς δευτέρας ταύτης οἰκοδομῆς λέγοντες.) ἐπεὶ οὖν πολὺς ἐτρίβετο χρόνος καὶ τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν τειχῶν οἰκοδομουμένων (ἡ γὰρ τῆς πόλεως οἰκοδομία καὶ πολλῷ πλείονα ἀνάλωσε) παιδεύων αὐτοὺς πάλιν ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν ὁ προφήτης, ἔλεγε πάντα εἰκῇ καὶ μάτην γίνεσθαι, ἐὰν μὴ τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπασώμεθα. ταῦτα δὲ ἔλεγε, διὰ πάντων αὐτοὺς πάλιν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ πείθων καταφεύγειν ῥοπὴν, ὥστε μὴ τῇ ἀνέσει γενέσθαι ῥαθυμοτέρους. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ ἀθρόον αὐτοῖς ἐπάγει τὰ ἀγαθὰ, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δόσει τῶν ἀγαθῶν συνεχῶς αὐτοὺς ὑπεμίμνησκε, τῇ τῶν πολεμίων ἐφόδῳ διηνεκῶς ἀφυπνίζων αὐτῶν τὴν ῥαθυμίαν.

ΩΡΙΓΕ-

Digitized by Google

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρῶτον ᾠκοδόμησε κύριος τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα· ὃς ἐπεὶ μὴ ᾠκοδόμησε μετὰ τοῦ Καῒν οἰκοδομοῦντος ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνὼχ πόλιν, εἰς μάτην ἐκοπίασεν ὁ οἰκοδομῶν Καῒν· ἀλλὰ καὶ οἱ κινήσαντες ἀπ' ἀνατολῶν, καὶ εἰπόντες, Δεῦτε οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, μάτην ἐκοπίασαν οἰκοδομοῦντες, ἐπεὶ μὴ συνῳκοδόμει αὐτοῖς κύριος. ἐστέναξον, δ' οἶμαι, Ἑβραῖοι ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς μάτην ἐν τῷ οἰκοδομεῖν κοπιῶντες, ἐπεὶ μὴ κύριος οἰκοδομεῖ σὺν αὐτοῖς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἶκον οἰκοδομοῦντες μάτην ἐκοπίασαν, διὸ καθῃρέθη· οὐκ ἂν καθῃρέθη, εἰ κύριος αὐτὸν ᾠκοδομήκει. τὸν δὲ οἶκον τοῦ θεοῦ, ὄντα Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, οἱ οἰκοδομοῦντες, Ἀπόστολοι Χριστοῦ, καὶ οἱ τεταγμένοι ὑπ' αὐτοῦ διδάσκαλοι, οὐ μάτην ἐκοπίασαν· κύριος γὰρ αὐτὸν ᾠκοδόμησε. Καὶ ἄλλως δὲ οἶκον οἰκοδομοῦσιν οὐ μετὰ κυρίου οἱ ἑτερόδοξοι, τὴν ἐκκλησίαν τῶν πονηρευομένων, διὸ εἰς μάτην ἐκοπίασαν, ὁμοίως καὶ Ἰουδαῖοι.

ΕΑΝ ΜΗ ΚΥΡΙΟΣ ΦΥΛΑΞΗ ΠΟΛΙΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκ εἴρηται ὡς τὸ, εἰ μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ, οὕτως τὸ, εἰ μὴ ἀγρυπνήσῃ, ἀλλὰ φυλάξῃ.

β'. ΕΓΕΙΡΕΣΘΕ ΜΕΤΑ ΤΟ ΚΑΘΗΣΘΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· κἂν ἀγρυπνῆτε, ὑπὸ τὴν ἕω διεγείρεσθε, κἂν βραδύνητε πρὸς τὸ ἀναπαύεσθαι, τὸν πάντα καιρὸν εἰς πόνον καὶ ταλαιπωρίαν δαπανῶντες, ἂν γὰρ μὴ τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύσητε ῥοπῆς, τὰ ἀνθρώπινα πάντα οἰχήσεται, καὶ τῆς σπουδῆς ταύτης οὐδὲν ἔσται πλέον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ ἐγείρεσθε οὐκ ἔστι προστακτικὸν, ἀλλὰ παρέμφατον. λέγει δὲ ὅτι πάντα μάταια τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων μὴ συνεργοῦντος· καὶ τὸ ὀρθρίζειν, καὶ τὸ ἀνίστασθαι εἰς τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ εἰς τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν. διὸ παραινεῖ τοῖς μετ' ὀδύνης τὸν ἄρτον ἐσθίουσι, διὰ τὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις, εἰς τὸν θεὸν τὰς ἐλπίδας ἔχειν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί ἐστιν, οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης; ὅτι δηλαδὴ ἐπίπονον ζῶντες βίον, ὁπλῖται καὶ οἰκοδόμοι γενόμενοι· τῇ μιᾷ μὲν χειρὶ κόφινον ἐβάσταζον ἢ λίθον εἰς τὸ οἰκοδομεῖν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ μάχαιραν εἰς τὸ πολεμεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ἀτείχιστος ἦν ἡ πόλις καὶ

ORIGENIS. Primùm *ædificauit Dominus costam quam accepit de Adam in mulierem:* qui quoniam non ædificauit cum Caino ciuitatem quam ipse ædificabat in nomine filij sui Enoch, in vanum laborauit Cain ædificans eam: quin & hi qui mouebant ab Oriente, & dicebant, *Venite ædificemus nobismetipsis ciuitatem & turrim*, in vanum laborauerunt ædificantes, quia non simul cum illis Dominus ædificabat. Ingemuerunt, vti arbitror, Hebræi in Ægypto, vtpote frustrà in ædificando laborantes, quia Dominus non ædificabat cum eis.

CATENA PATRVM. Gen. 2, 22. *Cain in vanum ædificauit, quia sine Deo.* Gen 4, 17. Gen. 11, 4. Exodi 2, 23.

EIVSDEM. Qui in Hierusalem domum ædificabant in vanum laborabant, quamobrem euersa est: haudquaquam sanè euersa fuisset, si Dominus eam ædificasset. Qui autem domum Dei, quæ est Ecclesia eius, ædificarunt, nempe Apostoli Christi, qui ab ipso quoque doctores constituti sunt, minimè in vanum laborarunt: nam Dominus ædificauit eam. Aliter etiam sed non cum Domino domum ædificant heterodoxi, scilicet Ecclesiam malignantium, quamobrem in vanum laborauerunt, similiter & Iudæi.

In vanum laborant qui sine Deo ædificant.

NISI DOMINVS CVSTODIERIT CIVITATEM.] ANONYMI. Non dictum est sicut illud, *Nisi Dominus ædificauerit*, ita, *Nisi vigilauerit*, sed *custodierit*.

2. SVRGITE POSTQVAM SEDERITIS.] CHRYSOSTOMI. Quod autem dicit est istiusmodi: Etiamsi vigiletis, etiamsi manè excitemini, etiamsi serò eatis cubitum, omne tempus in labore & afflictione consumentes, nisi auxilium eius assequamini, peribunt humana omnia, & ex eo studio ac diligentia nulla redibit vtilitas.

ORIGENIS. Illud *Surgite* non est imperatiuum, sed declaratiuum. Ait autem omnia vana esse Deo vniuersorum minimè concurrente; & ante lucem surgere, & expergisci ob excubias ciuitatis, & ob præsens ædificium. Quapropter commonefacit eos qui cum dolore ob hostium impetus panem comedunt, vt spes suas in Deo collocent.

ANONYMI. Quid sibi vult istud, *Qui manducatis panem doloris?* Quòd nimirum laboriosam vitam agerent, dum armati ædificarent: alterâ enim manu cophinũ aut lapidem ferebant ad ædificandum, & aliâ gladium ad bellandum. Cùm enim ciuitas esset immunita

Quanto labore Iudæi ædificauerint ciuitatem.

CATENA PATRVM.

& mœnibus nudata, subditos & inopinatos hostium impetus singulis horis fore suspicantes, armati muros ædificabant. Sed etsi hæc, inquit, faciatis, & panem doloris comedatis, omnia frustrà & in vanum erunt, nisi supernum auxilium attraxeritis.

CVM DEDERIT DILECTIS SVIS SOMNVM.] ORIGENIS. Somnum hoc loco figuratè quietem appellauit. Siquidem somnus quietem hominibus præbet. Deo igitur, inquit, propriâ curâ nos dignante hostes superare poterimus, & sine labore ædificare, ac tutò viuere, & sine sollicitudine dormire, ac secundùm diuinam promissionem plurimorum filiorum patres euadere. Promisit enim se nostrum genus facturum sicut arenam quæ est in littore maris.

Soli filij sunt merces fructus ventris.

3. ECCE HEREDITAS DOMINI.] ORIGENIS. Hereditas Domini non sunt filiæ, sed filij, qui sunt merces fructus ventris. Istiusmodi autem sunt filij iusti. Quamobrem ter in anno apparebunt in conspectu Domini Dei sui. Nullus autem filius iniquus merces est aut hereditas Domini.

ATHANASII. Diuina enim promissio, & circa filios benedictio, veluti quædam merces data est ijs qui in ipsum crediderunt.

4. SICVT SAGITTÆ IN MANV POTENTIS] ORIGENIS. Id est, Deo confisi non solùm frequentes erimus, verùm etiam potentes, veluti quædam sagittæ ab aliquo potente emissæ. Et licet iam imbecilles simus & admodum miseri (hoc enim indicat vox *excussorum*) valdè robusti euademus superno auxilio freti.

Qui sint filij excussorum.

ANONYMI. *Filij excussorum* sunt iuuenes & ad bellum potentes. Quapropter etiam Symmachus & Theodotion dixit *Filij iuuentutis*. Scriptura autem habet robustiores inter ædificandum sagittas tenuisse & simul ædificasse.

ALTERIVS. Apostolos appellauit filios excussorum, qui cùm proiectorum istorum filij essent, facti sunt sagittæ potentis aduersus hostes inuisibiles. Quapropter etiam beatos pronuntiat illos qui ex doctrina eorum fructum erant relaturi. vnde subiungit:

Beati qui Deum habent adiutorem.

5. BEATVS HOMO.] CHRYSOSTOMI. Alius dicit, *Beatus homo*

γεγυμνωμένη, τὰς ἀθρόας καὶ παρ' ἐλπίδα τῶν πολεμίων ἐφόδους καθ' ἑκάστην ὑποπτεύοντες ὥραν, ὡπλισμένοι τὰ τείχη ὕφαινον. ἀλλὰ κἂν ταῦτα ποιῆτε, φησι, καὶ ἄρτον ὀδύνης ἐσθίητε, πάντα εἰκῆ καὶ μάτην ἔσται, ἂν μὴ τὴν ἄνω ἐπισπάσησθε συμμαχίαν.

ΟΤΑΝ ΔΩ ΤΟΙΣ ΑΓΑΠΗΤΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΥΠΝΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὕπνον ἐνταῦθα τροπικῶς τὴν ἀνάπαυλαν προσηγόρευσεν. ἀνάπαυλαν μὲν γὰρ ὁ ὕπνος τοῖς ἀνθρώποις παρέχει. τοῦ θεοῦ τοίνυν τῆς οἰκείας ἡμᾶς ἀξιοῦντος κηδεμονίας δυνησόμεθα τῶν πολεμίων περιγενέσθαι, καὶ ἀπόνως οἰκοδομῆσαι, καὶ διάγειν ἀσφαλῶς, καὶ δίχα φροντίδος καθεύδειν, καὶ πλειόνων παίδων γενέσθαι πατέρες κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν. ὑπέσχετο γὰρ ποιήσειν ἡμῶν τὸ γένος ὡς τὸν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης.

γ'. ΙΔΟΥ Η ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑ ΚΥΡΙΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ κληρονομία κυρίου οὐ θυγατέρες, ἀλλὰ υἱοί, οἵτινές εἰσι μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. τοιοῦτοι δὲ οἱ δίκαιοι υἱοί. διὸ τρὶς ὀφθήσονται τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ. οὐδεὶς δὲ ἄδικος υἱὸς μισθός ἐστιν ἢ κληρονομία κυρίου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ γὰρ θεία ὑπόσχεσις, καὶ ἡ περὶ τὰς παῖδας εὐλογία, καθάπερ τις μισθὸς τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἠλπικόσι δεδώρηται.

δ'. ΩΣΕΙ ΒΕΛΗ ΕΝ ΧΕΙΡΙ ΔΥΝΑΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστιν, ἐσόμεθα τῷ θεῷ πεποιθότες οὐ μόνον πολλοί, ἀλλὰ καὶ δυνατοί, οἷόν τινα βέλη παρὰ δυνατοῦ τινος ἀφιέμενα. εἰ καὶ νῦν ἀσθενεῖς καὶ σφόδρα ταλαιπωρούμενοι (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐκτετιναγμένων) ἰσχυροὶ λίαν ἐσόμεθα τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύοντες.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Υἱοὶ ἐκτετιναγμένων, οἱ νέοι καὶ πρὸς πόλεμον δυνατοί. διὸ καὶ ὁ Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων τέκνα εἶπε νεότητος. Ἡ γραφὴ δὲ ἔχει τοὺς ἰσχυροτέρους ἐν τῷ οἰκοδομεῖν βέλη κατέχειν ἐν ταὐτῷ καὶ οἰκοδομεῖν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Τοὺς Ἀποστόλους εἶπεν υἱοὺς τῶν ἐκτετιναγμένων, οἱ τῶν ἀπορριφέντων ἐκείνων γενόμενοι υἱοί, γεγόνασι βέλη τοῦ δυνατοῦ κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν. διὸ καὶ μακαρίζει τοὺς ἐκ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν ὠφεληθησομένους. ὅθεν ἐπάγει·

έ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερός φησι, Μακάριος ἄνθρωπος

Digitized by Google

θρωπος ὃς πληρώσει τὴν φαρέτραν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν. τί ποτέ ἐστιν ὅ φησιν; ὅτι καὶ τοῦτο, αὐτοῖς παρέσται δύναμις σώματος, φόβος ἀνύποιστος, εὐπαιδία, ἀσφάλεια πόλεως, κάλλος, νίκη καὶ τρόπαια ἐν πολέμοις. διὸ καὶ μακαρίζει αὐτοὺς τοὺς μέλλοντας ἀπολαύειν ταύτης τῆς εὐημερίας· ἔσονται γάρ, φησι, καθωπλισμένοι. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτοις ἵστησι τὸν μακαρισμόν, ἀλλ' ὅτι οὐ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις. τοῦτό ἐστι τὸ μέγιστον τρόπαιον, ἡ μεγίστη λαμπρότης καὶ μακαριότης. οὐ μέλλουσι, φησιν, ὀνειδίζεσθαι ὡς οὐκ ἀπολαύσωσι τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, ἢ ὡς ἀσθενῆ θεὸν ἐσχηκότες· ἀλλὰ διὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν κομῶντες οὐκ ἐγκαταλειφθήσονται, οὐκ αἰσχυνθήσονται τοὺς πολεμίους ὁρῶντες, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀπαντήσονται τῆς σφοδρότητος καλλωπιζόμενοι ἐπὶ τῇ πόλει, ἐπὶ τοῖς τείχεσι, διὰ τῆς φυλακῆς, διὰ τῶν παίδων, διὰ τῶν ὅπλων, διὰ τῆς δυνάμεως, διὰ πάντων τούτων τὴν ὑπὲρ αὐτῶν τοῦ θεοῦ ἀντίληψιν ἐπιδεικνυμένου. καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν καὶ τῆς μακαριότητος ἡ κορωνίς, τὸ δύνασθαι λοιπὸν ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ κομπάζειν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μείνας ἄνθρωπος, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα τηρῶν, μακαρίζεται, πληρώσας ἐκ τῶν τοῦ δυνατοῦ βελῶν τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμίαν τρωθείς· ὅθεν καὶ παῤῥησίαν ἀκαταίσχυντον ἔχων ἐν τῇ τῶν ὠφελίμων εἰσαγωγῇ, πύλη λεγομένῃ, λαλεῖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν μὴ καταισχυνόμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστιν, Ἡνίκα ἂν πρὸ τῶν πυλῶν τοῖς παρὰ τῶν πολεμίων πεμπομένοις πρέσβεσι διαλεγόμεθα. τοῦτο δὲ εἶπε κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος· οὐδὲ γὰρ ἐδέχοντο εἴσω τῶν πυλῶν τοὺς πεμπομένους πρέσβεις, ἀλλ' ἔξω τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο. διὰ πάντων δὲ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος τὸ ἄμαχον ἔδειξεν.

qui implebit pharetram suam ex ipsis. Quid igitur est quod ait? nempe ipsis adfore robur corporis, terrorem qui sustineri non valeat, prolium fœcunditatem, ciuitatis securitatem, pulchritudinem, victoriam & trophæa in bellis. Quamobrem eos quoque beatos existimat, qui sunt consecuturi hanc felicitatem: erunt enim, inquit, armati. Verùm non in his statuit beatitudinem, sed in eo quòd *non confundentur dum loquentur inimicis suis in portis.* Hoc est maximum trophæum, maximus splendor & beatitudo. Non exprobrabitur, inquit, eis quòd Deus curam eorum non gesserit, vel quòd Deum habuerint imbecillum: sed hisce omnibus bonis ornati minimè se tegent, neque confundentur cùm viderint inimicos, sed cum magna vehementia illis occurrent gloriantes propter ciuitatem, propter muros, propter custodiam, propter liberos, propter arma, propter potentiam, cùm Deus in his omnibus ostendat se illorum patrocinium suscepisse. Et caput bonorum atque coronis beatitatis est, quòd deinceps possint in Dei auxilio gloriari.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Is qui manet homo, & id quod secundùm imaginem Dei est seruat, beatus pronuntiatur, cùm impleuerit ex sagittis potentis desiderium suum, & bonorum desiderio vulneratus sit: vnde cùm inconfusibilem habeat confidentiam in rerum vtilium introductione, quæ porta nuncupatur, loquitur ad inimicos minimè confusus.

ORIGENIS. Id est, Cùm ante portas cum Legatis ab hostibus missis sermonem habuerimus. Hoc autem secundùm veterem morem dixit: non enim intra portas recipiebant Legatos qui mittebantur, sed foris ipsis responsa dabant. Ceterùm in omnibus spei in Deo collocatæ fortitudinem inuictam demonstrauit.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

PSALMVS hic apud Græcos, vti ceteri graduales, simpliciter inscribitur, Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, *Canticum graduum:* Vulgata tamen ex Hebræo addit nomen *Salomonis.* Hoc est, Canticum pro Salomone, vel in gratiam Salomonis compositum, erudiendo filio amabilissimo dicatum: quo illum instruit, sine Dei ope nullam familiam posse benè componi & administrari; vt nullus populus neque vlla vrbs regi potest & custodiri sine Deo. Vnde concluditur, in solo Deo præcipuam esse fiduciam collocandam: qui nisi beneuolentissimè præëat in operibus suscipiendis, & amicè opituletur, humana consilia, studia, industria, curæ, labor, successu destituuntur & corruunt, & mortalium spem inanem fru-

ANNOTATIONES CORDERII.

ſtrantur. Quam veritatem & cognouit egregiè Dauid, & filio Salomoni inſtillare ſtuduit, & illius occaſione imbuere mundum omnem eâdem piâ & ſalutari cognitione.

Dei benedictio rebus omnibus neceſſaria eſt.

1. *Niſi Dominus ædificauerit domum*, &c.] Primi duo verſiculi generatim ſumpti omnes omnino res complectuntur publicas & priuatas, ſacras & profanas, quæ in humana vita geri & prouideri ſolent: vt verò ad Salomonem referuntur, per domum ædificandam vel Salomonium intelligit templum, quod domus Dei eſt, vel regiam familiam; per ciuitatem autem Hieroſolymam. In quibus omnibus ſingularis Dei bonitas & magnificentia requiritur, qui potenti manu ædificet, tueatur, exornet, omnia benè euenire iubeat & fortunet. Quod monitum in politia Hebræorum & ſuperbæ nationis conſuetudine pernéceſſarium fuit. Notat enim Euſebius, Iudæos, quos rerum copia ſæpè in tumidi animi inſolentiam efferebat, ſolitos maximè gloriari magnis & apparatiſſimis ædificijs, & præſertim auguſto illo templo, cui par aut ſimile quidpiam non videbatur eſſe in omni orbe terrarum. Principem autem ciuitatem Regni caput, domiciliumque Regum maximorum, tam munitam habebant, cinctam montibus, muris, aggeribus, vt tormenta nulla quatere, vis nulla capere, nulli fortium barbarorum impetus euertere illam poſſe viderentur: hinc factum illi nomen *Solyma*: quod Ioſephus lib. 7. Antiquitatum cap. 3. ſignificare dicit ἀσφάλειαν, *ſecuritatem*, arcem, præſidium, munimentum: vnde videlicet oritur læta & tranquilla ciuium pax, quæ propriè nomine Hebræo exprimitur. Sed diuinitus monet Regius Vates, triumphantis Vrbis gloriam & felicitatem non eſſe referendam in ſublimes eos montes, qui turritis verticibus eam coronant, neque in depreſſas conualles & foſſarum ingentium miracula, non in muros bellè ſolideque ſtructos, non in populi multitudinem, nec in præſidium militare, aut magnanimorum Ducum præſtantiam, conſilium, excubias. Nam *niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam.* Ille in primis intuendus eſt, agnoſcenda illius vis bonitaſque, illius manum, opem, præſidium implorare oportet, quo protegente, nemo lædi poteſt; quo deſerente, nudum eſt omne latus ad ferrum & præſentiſſimum letum excipiendum, muri omnes caduci, arma fluentia, caſſa induſtria, infatuata hominum conſilia, ſtupens & iners animus, cor plumbeum. Ita ſi templum ædificandum, ſi familia eſt ordinanda, ſi quid denique operis moliendum atque tractandum, in Deo prima ac præcipua fiducia ponenda eſt; qui *niſi ædificauerit domum*, inanis eſt hominum labor, vis conſiliumque intercidit, nerui elangueſcunt.

Iudæi quibus rebus potiſſimùm ſuperbirent.

Solyma quid ſignificet.

Omnis gloria Hieruſalem in ſolum Deũ referenda eſt.

Salomon hanc Patris monitionem vt ocellum ampliſſimæ hereditatis & amoris monumentum & ſapientiæ documentum excepit, atque in mente recondidit; quin etiam & ſuorum omnium animis commendare voluit. Nam cùm arca in auguſtum Salomonis templum inferretur populo innumerabili comitante, atque in atrium Iſraëlis peruentum eſſet, poſt gradum ſeptimum ſtetere Sacerdotes in primo portæ interioris atrij gradu cum Arca; tum conuerſis omnium oculis in auguſtiſſimam illam ſtructuram, opificio nobilem, auro multo radiantem & æmulam cælo, iuſſu Regis, & veluti ore, Dauidicum hunc Pſalmum Leuitæ cecinerunt, *Niſi Dominus ædificauerit domum*, &c. cùm publico præconio ſignificare vellet, ſe non ſibi tantam illam magnificentiam & mirandi operis gloriam tribuere, ſed Deo: ſine quo fruſtrà omnis labor & impenſa fuiſſet. Sed profectò magna illius viri mens, vt Prophetæ, non ſiſtebat in opere illo pulcherrimo, ſed intenta in omnem poſteritatem curſumque religionis, monere voluit, multò magis in ſpirituali ædificatione id eſſe faciendum: cumque è diuinis Litteris *Dei ædificatio ſimus & templum*, neminem poſſe in domum Dei ædificari, quæ auctore magno Auguſtino Serm. 21. de verbis Apoſtoli, fundatur credendo, ſperando erigitur, perficitur diligendo, abſque illo qui ædificat domum. Itaque S. Athanaſius ſcribens ad Marcellum, hunc Pſalmum recitari vult ab eo qui velit domum ſuam renouare, ſcilicet animam, quæ Dominum recipit, nec non ſenſibile domicilium, ad communem hominum habitationem accommodatum. Præterea cùm Eccleſia quoque ſit *domus Dei*, & Meſſias illi paſtores, hierarchiæ lumina præſideſque religionis prouiderit *ad ædificationem corporis Chriſti*; qualis fuit D. Paulus, qui *architectum* ſe titulo honorato nominat; ſcire illi debent, nihil humana conſilia, nihil curam Curionum, nihil Præſulum excubias, qui eâ cauſâ dicuntur Epiſcopi, quòd in perenni debeant eſſe vigilia, & in ſuorum cuſtodiam intenti, nihil denique ad diuinum illud opus valituram eorum induſtriam & laborem, niſi Deus anteeat omnes, & potenti ſuâ dexterâ iaciat fundamenta, & ſtructuram pietatis clementiâ ſuâ bonitateque promoueat, exornet, tueatur. Vno verbo, niſi Dominus ædificauerit domum, fruſtrà eſt omnis hominum contentio. Ita pulchrè & eloquenter Creſſolius noſter Anthologiæ cap. 13. Sect. 5. hunc locum illuſtrat: vbi eumdem adhuc fuſiùs proſequitur & luculentiùs exponit.

Vbi & quando hic Pſalmus cani ſoleat.

Spiritale ædificium ſine Deo non erigitur.

1. Cor. 3, & 6.

1. Tim. 3.

Epheſ. 4.

1. Cor. 3.

2. *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere*, &c.] Dixerat de ædificantibus domum, de cuſtodientibus vrbem, nunc de artificibus, & qui labore ſuo ſeſe tranſigunt, eamdem ſententiam profert, qui ſummam diligentiam in eo oſtendunt, vt quàm citiſſimè de manè ſurgant, quàm tardiſſimè ab opere quieſcant, & quàm minimum quieti concedant. Vanam igitur eſſe tantam eorum diligentiam, & aſſiduitatem operis tantumque laborem pronuntiat, niſi Deus eorum ſtudijs & laboribus proſperum ſucceſſum tribuat, & adiuuet conatus, & incœpta perficiat. Aquila legit, Εἰκῇ ὑμῖν ὀρθρίζουσιν ἀνίστασθαι, βραδύνουσι καθῆσθαι, *Fruſtrà eſt vobis manicantibus ſurgere, tardantibus ſedere:* Symmachus, Μάταιον ὑμῖν ἐξ ὄρθρου ἀνίστασθαι εἰς τὸ οἰκῆσαι, *Vanum vobis à diluculo ſurgere ad habitandum:* alius apud S. Chryſoſtomum habet, χρονίζουσι τοῦ καθῆσθαι, *differentibus ſedere.* Pulchrè ad hoc propoſitum S. Bernardus Serm. 1. de S. Victore: *Non erectis*, inquit, *planè, ſed peruerſi eſt animi antè quærere gloriam quam exercere virtutem, & velle coronari qui legitimè non certauerit. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Ita eſt. Fruſtrà ad celſitudinem nititur gloria, qui priùs non claruit*

Fruſtrà eſt hominum induſtria & ſedulitas ſine ope Dei.

Fruſtrà quæritur gloria ante virtutem.

Digitized by Google

claruit virtute. Frustrà fatuæ virgines sponso obuiàm surgunt, quarum lampades extinguuntur; & ideo fatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari nisi in gloria illorum; quibus Propheta congratulans ait: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt totâ die, & in iustitia tua exaltabuntur; quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchrè non eorum, sed virtutis eorum gloria commemoratur. Quæ enim sine virtute est gloria, profectò indebita venit, præproperè affectatur, periculosè captatur. Virtus gradus ad gloriam; virtus mater gloriæ est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturiuit.

IBIDEM. *Qui manducatis panem doloris.*] Pro quo Scholiastes ex Theodotione & Symmacho legit ἄρτον εἰδώλων, *panem idolorum*; ex Sexta verò editione, ἄρτον πλάνης, *panem erroris*. Nimirum hæc illi contra idolorum cultores dicta intellexerunt. Quorum editionem secutus Eusebius ait, Προορᾷ τῷ πνεύματι Σολομὼν, ὡς οἱ μέλλοντες οἰκεῖν τὸν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον οἶκον, εἰδώλοις προσκείσονται, δαίμοσι λατρεύοντες ἐν αὐτῷ. φησὶ τοίνυν τοῖς ἐκ περιτομῆς, ὡς οὐδὲν ὑμᾶς ὀνήσει τὸ ἐπὶ τοῦτον ὀρθρίζειν, καὶ τὸ ἀνίστασθαι μετὰ τὸ καθῆσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῆτε τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ ἀφῆτε τὸ ἐσθίειν ἄρτον ἠλισγημένον ταῖς τῶν δαιμόνων θυσίαις, *Prænidet spiritu Salomon fore, vt qui à se extinctam domum inhabitaturi sunt, idolis deditì sint, & in illa dæmones colant. Ait igitur ijs qui sunt ex circumcisione, Nil vobis proderit ad hanc domum venire diluculo, & surgere postquam sederitis, nisi ab idololatria discedatis, & desinatis panem edere ex dæmonum sacrificijs pollutum.* Beatus quoque Hieronymus in Epistola ad Marcellam eodem modo explicans: *Arguitur*, inquit, *populus ad templum diluculo frustrà consurgere, & post quietem ad sanctuarium festinare, cùm idola Dei honore venerentur.*

IBIDEM. *Cùm dederit dilectis suis somnum.*] Hæc pars in Hebræo paulò aliter habetur; nempe, *Sic*, vel, *Certè dabit dilecto suo somnum*. Significatur autem hîc per somnum securitas cum omnium rerum abundantia, quemadmodum & in Psalmo quarto. Opponit enim somnum ei quod priùs dixit de ijs qui cum sollicitudine magna vanos perferunt labores pro parandis vitæ necessarijs.

Somnus beatorum securitas.

3. *Ecce hereditas Domini.*] Sequitur piorum somnum hereditas Domini: nec fruerentur hac, nisi fortunatus præcessisset somnus: mors nimirum extremus hominum somnus, qui via est ad beatam æternitatem. *Beati enim mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.* Tales omnino in pace sunt, eaque æterna, ad cuius statim initium omnia bella finiuntur, æternùm non resuscitanda: quia in Domini sinu suauiter conquiescunt & obdormiscunt. Ita Moyses seruus Domini mortuus est iubente Domino Iehouah, seu ex osculo Iehouah, hoc sensu: Sicut mater infantulum brachijs suis indormientem deosculatur, & sic in lectulo blandè reponit, ita Moysen ceu dormientem infantem Deus per osculum & amplexum in sinu Abrahæ quasi in lectulo collocauit. Nimirum *cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini*. Beati ergo tales mortui, & nimiùm beati, quia numquam ampliùs futuri miseri. Bona, inquit Bernardus, mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem. Beati igitur iterumque beati tales; opera enim illorum sequuntur illos; sequuntur tamquam famuli suum dominum, tamquam filij suum patrem, discipuli suum præceptorem, milites suum Ducem, nobiles suum Regem, sequuntur vsque ad tribunal Dei, deducunt & comitantur vsque ad supremam Dei curiam, quò hi soli nobiles famuli admittuntur. Atque vti quantum quisque diues sit ac nobilis ex famulorum cùm numero tum ornatu cognoscitur; ita qui ante Regem gloriæ dignè apparere cupit, sibi de tali familia prouideat, curetque vt eâ se stiper, sitque quàm numerosissima & ornatissima. Et licet bona opera nostra præcedant nos merito, sequuntur tamen præmio: labor qui in illis præit; merces quæ ab illis subsequitur.

Hereditas æterna post mortem sequitur iustos.

Apoc. 14, 13.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Merces, fructus ventris*] Communiter accipitur hic *fructus* esse genitiui casus; quemadmodum manifestè est in Græco ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός; ac proinde intelligitur significari, quod filij adoptiui Dei sint merces Christi, qui est fructus vteri virginalis. Verùm in Hebræo *fructus* est nominatiui casus: non enim שָׂכָר *sachar*, id est merces, ponitur in regimine. Itaque sensus est quod fructus ventris sit merces pietatis, quemadmodum promittitur in Deuteronomio; & Euthymius etiam in hoc sensu Græcam litteram intelligit, & alius apud Chrysostomum sic legit, Μισθὸς ὁ καρπὸς τῆς γαστρὸς, *Merces ipse fructus ventris*.

4. *Ita filij excussorum.*] Laborant (inquit Iansenius) hîc omnes Interpretes inquirendo qui sint illi excussi & eorum filij. Et sunt qui excussos intelligunt Apostolos, & filios eorum esse credentes. Alij rursum excussos intelligunt Prophetas, & filios eorum esse Apostolos. Alij aliud adferunt. Verùm, secundùm consilium S. Hieronymi in Epistola quadam ad Marcellam, in qua hunc locum Psalmi cum alijs eiusdem tractat, recurrendum ad fontem Hebraici sermonis. Hic autem habet secundùm omnium versionem. Ita *filij adolescentiæ* vel *iuuentutis*, quod etiam Aquila, Symmachus & Theodotion interpretati sunt, υἱοὶ νεότητος. Dictio enim Hebræa hîc posita potest significare *iuuentutem*, potest etiam esse participium passiuum significans *excussos*, à verbo נָעַר *nahhar*: quod excutere significat. Septuaginta autem Interpretes hîc per *excussos* voluisse significare *iuuenes* patet (vt ostendit Hieronymus;) ex eo quòd Nehemiæ quarto eamdem hanc dictionem eodem modo verterunt: nam vbi nos habemus, *Media pars iuuenum faciebat opus*; Septuaginta verterunt, *Medij excussorum*, &c. Vbi per *excussos* manifestè intellexerunt *iuuenes*, sic eos appellantes, quòd excussi essent, hoc est, expediti ad opus. Excussos enim, inquit Hieronymus, & consuetudo sermonis humani vegetos, robustos & expeditos vocat, nimirum quòd tales ab omni operandi impedimento liberi sint. Sunt ergo filij excussorum, filij iuuenum, hoc est ad litteram filij qui electis in adolescentia nascuntur. Proinde in hoc versu notatur duplex bonum

Quid per filios excussorum intelligatur.

 filiorum

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

filiorum quos Deus dat electis: primum, quòd dentur eis filij validi ad deijciendum hostes: secundò, quòd dentur eis adhuc adolescentibus: quo duplicem Dei benignitatem notauit: & quòd suis maturè liberos donat: & quòd donat, cùm tempus est illos educandi probeque instituendi: quod filijs senectutis à parentibus præstari non potest. Porrò in sensu mystico, per filios excussorum vel iuuenum, Christianorum populus accipiendus, qui filij sunt Apostolorum: qui respectu Patrum veteris Testamenti iuuenes fuerunt, expediti valdè ad perficiendum noua opera Dei. Et hi quoque sagittis & arcui comparantur Zachariæ 9.

5. *Beatus qui impleuit desiderium suum ex ipsis.*] Pulchram hîc addit glossam Hugo Cardinalis: *Beatus est beatitudine spei, & erit beatitudine rei, vir, homo virtute virens: qui impleuit desiderium suum ex ipsis, id est ex consilijs, & monitionibus, & præceptis, & verbis, & ex rebus permanentibus & æternis: ex quibus solis potest impleri anima humana,* &c. Quod autem sequitur, *Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta*; hoc quidam interpretantur de B. Virgine: quos lege apud Morales lib. 3. Tract. 11. Nicolaus verò de Lyra *porta* nomine iudicium intelligit; quia Iudices antiquitus in portis sedebant. Maria autem auxiliarem opem præstat hominibus in tremendo iudicio. Sed accommodatiùs Strabus in Glossa morali: *Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta, scilicet mortis: in qua non confunditur à spiritibus malignis.* Neque enim tunc laborabit deuotus Mariæ alumnus: nam quantumuis sit scelerum reus, videatque hians gehennæ baratrum, & insultantes diabolos, tamen assidentem illam pro foribus suis inueniet, quæ supplici precum suarum omnipotentiâ præstò illi sit; & auxiliari ope illum extrahet de inferorum immanissimis faucibus, & lætum ducet ad Empyreas sedes, æternumque beabit æterna Dei visione. Ius enim commissum est introducendi homines in cælum, & ostendendi gloriosam Dei faciem, vti Canisius noster lib. 1. de B. Virgine tradit his verbis: *Hebræi inter arcana sua celeberrimum ducunt, vnam inter creaturas omnes longè præstantissimam esse: ipsi Mitraton, hoc est Principem facierum, appellant; quia semper stet ante faciem summi Imperatoris, & ius habeat ad ipsius præsentiam bene meritos introducendi. Animaduersum autem est ab eruditis, Mariæ nomen cum illo Mitraton haud perperàm conuenire.* Itaque pijssima Maria foribus mortis sedulò assidet, vt quos suo parrocinio dignos aut inuenerit, aut fecerit, quasi verè *Mitraton* introducat ante gloriosam Dei faciem, quâ æternùm beentur.

Maria cultor non confundetur in morte.

Maria Mitraton

IN PSALMVM CXXVII. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

Timor ad spem adiungendus.

Cùm in præcedenti Psalmo ostendisset quantum boni adferat spes in Deo collocata; hîc beatos esse dicit eos qui cum spe diuinum habent timorem, per quem virtutis possessio obtinetur, quæ cùm illis curæ est, cetera bona dona reddet stabilia.

α'. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ὅσαν προξενεῖ ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ Θεῷ πεποιθέναι δείξας ἐν τῷ περὶ τούτου ψαλμῷ· ἐνταῦθα μακαρίζει τοὺς μετ' ἐλπίδος καὶ τὸν θεῖον ἔχοντας φόβον, δι' οὗ ἡ τῆς ἀρετῆς ἡ κτῆσις προσγίνεται, ἥτις φροντιζομένη αὐτοῖς, καὶ τὰ διδόμενα ἀγαθὰ βέβαια ποιήσει.

PARAPHRASIS ANONYMI.

BEATI omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Id est, Qui timent ipsum, & ea quæ vult faciunt.

2. Labores* palmarum tuarum * manducabis,

* *Vulgata* manuum
* *addit* quia

Talis, inquit, fruetur laboribus suis.

Beatus es, & benè tibi erit.

Tunc, inquit, stabilientur tibi bona.

3. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

ΜΑΚΑΡΙΟΙ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, οἱ πορευόμενοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ, οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ πράττοντες ἃ βούλεται.

β'. Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι,

Ὁ τοιοῦτός, φησιν, ἀπολαύσει τῶν ἑαυτοῦ καμάτων.

Μακάριος εἶ, καὶ καλῶς σοι ἔσαι.

Τότε, φησὶ, βεβαιωθήσεταί σοι τὰ ἀγαθά.

γ'. Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου.

Ἔσαι

Ἔσαι δέ, φησι, τῶν τοιούτων καὶ ὁ οἶκος εὐθηνεῖν διὰ πάντων τῶν μερῶν. κλίτη γὰρ τῆς οἰκίας ἵν' εἴπῃ· ὅτι διὰ πάντων εὐθηνήσει ὁ οἶκός σου.

Erit autem, inquit, talium quoque domus ex omnibus partibus felix. Latera enim domus idem sunt ac si dicat: Quoniam per omnia prosperabitur domus tua.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Οἱ Υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης σου.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Μεγίστη δὲ τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἐφαίνετο ἡ τοιαύτη εὐλογία, ἐπανελθοῦσιν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐν ᾗ τούτων ἐστερημένοι καθάπαξ ὑπῆρχον.

Iudæis autem videbatur istiusmodi benedictio esse longè maxima, dum ex captiuitate reuertebantur, in qua his penitus priuati fuerant.

Prolium copia erat Iudæorum benedictio.

δ'. Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον.

4. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.

Ὁ τοιοῦτός, φησιν, ἔσαι ὑπόδειγμα πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ θεόν· ὅτι τῶν ὁμοίων ἀξιωθήσονται, κἀκεῖνοι φοβοῦντο τὸν θεόν.

Talis, inquit, erit exemplo omnibus qui in Deum sperant; quòd nimirum similibus digni sint habendi, si & ipsi Deum timuerint.

έ. Εὐλογήσαι σε κύριος ἐκ Σιών· καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.

5. Benedicat * te Dominus ex Sion; & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

* *Vulgata* tibi

Συνήθως ἐπεύχονται ἀλλήλοις. τὸ δὲ ἴδοις τὰ ἀγαθά, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει γένῃ σὺ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀγαθῶν· τουτέστιν, οὐκ ἀποστερήσει τούτων, ἀλλὰ διηνεκῶς αὐτῶν ἐν ἀπολαύσει γενήσῃ.

More solito sibi inuicem apprecantur. Illud autem *vt videas bona*, id est, vt consequaris bona quæ sunt in Hierusalem; id est, ijs minimè priueris, sed ijsdem assiduè fruaris.

ς'. Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου,

6. Et videas filios filiorum tuorum,

Ἐπὶ τούτοις δὲ πᾶσι, φησι, καὶ μακροχρόνιος ἔσῃ· ὥστε καὶ εἰς ἐκγόνους διαβῆναι σου τὴν ζωήν.

Ad hæc autem omnia, inquit, etiam longæuus eris; ita vt etiam ad posteros vita tua pertingat.

Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ.

* Pax super Israël.

* *Vulgata* Pacem

Καὶ συντόμως, φησὶν, ἔσαι εἰρήνη ἐπὶ παντὶ τῷ λαῷ καὶ εὐφροσύνη.

Et breuiter, inquit, erit pax in omni populo & lætitia.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ά. ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ἐκεῖθεν ἄρχεται ὅθεν κατέληξε· καὶ καλῶς εἶπε πάντες· κἂν δοῦλοι, ἢ κἂν δεσπότης, κἂν πένης. τὸν μὲν γὰρ ἐξ ἀνθρώπων μακαρισμὸν πολλὰ λυμαίνεται· οὗτος δὲ πᾶσιν ἀχείρωτος. Μακάριοι οὖν, φησι, πάντες οἵ τε φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ πράττοντες ἃ βούλεται. ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ἀρκεῖν σου τὴν γνῶσιν, προσέθηκε καὶ τὴν πρᾶξιν. Τίνες δὲ αἱ τοῦ θεοῦ ὁδοὶ, ἢ ἡ κατ' ἀρετὴν πολιτεία; ὁδοὶ γὰρ αὐτοῦ λέγονται αἱ ἀρεταί· ἐπειδὴ δι' αὐτῶν ἔξεστι πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν.

1. BEATI OMNES QVI TIMENT DOMINVM.] Ab eo incipit in quo desijt; ac rectè dixit *omnes*: siue seruus sit, siue dominus, siue pauper. Multa siquidem sunt quæ humanæ officiant beatitudini: hæc autem omnibus est insuperabilis. Beati igitur, inquit, omnes qui timent Dominum, & qui faciunt ea quæ cupit. Ne enim existimares sufficere scientiam, adiunxit etiam actionem. Quænam autem sunt viæ Dei, nisi vita quæ ex virtute instituitur? viæ enim eius appellantur virtutes; quandoquidem per eas ad ipsum accessus fit. Et

Beati omnes qui timent Dominum.

Virtutes sunt via ad cœlum.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Et non dixit *in via*, sed *vys*: multæ namque sunt ac variæ, ita vt facilis sit ingressus. Alij enim per matrimonium, alij per virginitatem, alij per aliam virtutem Deo placent.

2. Labores palmarvm tvarvm comedes.] Qui quamcumque virtutem amplectuntur, fructibus eiusdem vescuntur coronati: intemperantes verò & iniqui malarum actionum suarum præmia referunt. Quare autem conduplicat beatitudinem? Quia nouerat eius magnitudinem. Quid porrò sibi vult istud, *Benè tibi erit*? Non solùm enim verbo, inquit, eris æmulandus & spectabilis, sed etiam re ipsâ, & quomodo subiungit:

3. Vxor tva sicvt vitis abvndans in lateribvs domvs tvæ.] Alius *in penetralibus*; alius *in fœmoribus*. Cùm enim eâ tempestate, quòd imperfecti essent, hæc felicitas censeretur, promittit etiam mulierum fœcunditatem, vt florentibus vitibus & botris onustis sint similes. Latera autem sunt partes domus. Ac si dicat: Quoniam per omnia prosperè aget domus tua. Erunt etiam filij tui sicut oliuæ fructiferæ nouellæ. Hæc autem, dic mihi, éstne beatitudo? scilicet vxor, & liberi & felicitas domus. Nequaquam: sed ex redundantia accidit, quandoquidem caput beatitudinis est timere Dominum, & quærere Regnum eius.

Felicitas Iudæorum in liberorum multitudine.

Lucæ 12, 31.

5. Benedicat te Dominvs ex Sion.] Sibi inuicem apprecantur, vt fruantur bonis Hierusalem, idque non ad modicum tempus, sed perpetuò, & vt longæui fiant; ita vt ad posteros vitam prorogent. Maximum enim ipsis bonum censebatur, si ad profundam peruenirent senectutem ac posteros viderent. Benedictiones igitur eorum opinionibus accommodatas definit. In omnibus autem subaudiendum est verbum *videas*.

Καὶ οὐκ εἶπεν ὁδῷ, ἀλλ' ὁδοῖς· πολλαὶ γὰρ ἐν διαφοραί, ὥστε εὔλογον γενέσθαι τὴν εἴσοδον. οἱ μὲν γὰρ διὰ γάμου, οἱ δὲ διὰ παρθενίας, οἱ δὲ δι' ἄλλης εὐαρεστοῦσιν ἀρετῆς.

β'. Τους πονους των καρπων σου φαγεσαι.] Οἱ μὲν ὁποιασοῦν ἀρετῆς ἀντιποιούμενοι, φάγονται τοὺς καρποὺς αὐτῆς στεφανούμενοι· οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ἄδικοι τὰ ἐπίχειρα τῶν κακῶν πράξεων ἔχουσι. διὰ τί δὲ διπλασιάζει τὸν μακαρισμόν; ἐπεὶ οἶδεν αὐτοῦ τὸ μέγεθος. Τί δέ ἐστι τὸ, καλῶς σοι ἔσται; οὐ λόγῳ, φησί, μόνον ἔσῃ ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ, καὶ πῶς ἐπάγει·

γ'. Η γυνη σου ως αμπελος ευθηνουσα εν ταις κλιτεσι της οικιας σου.] Ἄλλος ἐν τοῖς ἐσωτάτοις· ἄλλος ἐν τοῖς μηροῖς. Ἐπεὶ γὰρ εὐπραγίαν τοῦτο τότε ἐνόμιζον ἀτελεῖς ὄντες, ὑπισχνεῖται καὶ γυναικῶν εὐκαρπίαν, ὡς ἀμπέλοις παραβάλλεσθαι βλαστανούσαις καὶ βριθούσαις τοῖς βότρυσι. κλίτη δὲ τῆς οἰκίας τὰ μέρη. ἵνα εἴπῃ· ὅτι διὰ πάντων εὐθηνήσει ὁ οἶκός σου. ἔσονται καὶ οἱ υἱοί σου ὡς ἐλαῖαι τεθηλυῖαι νεόφυτοι. τοῦτο οὖν ὁ μακαρισμός, εἰπέ μοι, γυνή, καὶ παιδία καὶ εὐθηνία οἴκου. οὐ τοῦτο· ἀλλ' ἐκ περιουσίας, ἐπεὶ τὸ κεφάλαιον τὸ φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιζητεῖν ἐστιν.

ε'. Ευλογησαι σε κυριος εκ Σιων.] Ἀλλήλοις ἐπεύχονται, ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀγαθῶν, οὐκ ἐν βραχεῖ, ἀλλὰ διηνεκῶς, καὶ μακροχρονίους γενέσθαι· ὡς εἰς ἐκγόνους διαβῆναι τὴν ζωήν. Μέγιστον γὰρ αὐτοῖς ἐνομίζετο ἀγαθόν, τὸ εἰς γῆρας ἐλάσαι βαθὺ καὶ ἰδεῖν ἐκγόνους. συμβαινούσαις οὖν ταῖς γνώμαις ὁρίζει τὰς εὐλογίας. κατὰ κοινοῦ δὲ διὰ πάντων τὸ ἴδοις.

CATENA PATRVM.

1. Beati omnes qvi timent Dominvm.] Chrysostomi. Humana beatitudo fallax est & caduca; & cùm solo verbo fingatur, millenis ærumnis atque periculis implexa est. Verùm non talis est is qui timet Deum; sed hisce fluctibus ere-

Humana beatitudo fallax.

α'. Μακαριοι παντες οι φοβουμενοι τον κυριον.] Χρυσοστομου. Ὁ παρὰ ἀνθρώποις μακαρισμὸς ἐπισφαλής τε καὶ εὐπερίτρεπτος· καὶ λόγῳ μόνῳ πλαττόμενος, μυρίαις τε συμφοραῖς καὶ περιστάσεσι περιαντλούμενος. ἀλλ' οὐχ ὁ τὸν θεὸν φοβούμενος τοιοῦτος· ἀλλὰ τῶν κυμάτων τούτων ἀπηλλαγμένος,

γημένος, ἐν γαλήνῃ κάθηται καὶ λιμένι, τὴν ὄντως δρεπόμενος μακαριότητα.

Ἀνωνύμου. Ἵνα μὴ νομίσῃς ἀρκεῖν σοι τὸν φόβον διὰ τοῦτο προσέθηκεν, οἱ πορευόμενοι. πολλοὶ γὰρ, πίστιν ἔχοντες ἀκριβῆ καὶ βίον ἔχοντες διεφθαρμένον, ἀθλιώτεροι πάντων γίνονται. τίνες δὲ αἱ τοῦ θεοῦ ὁδοὶ, ἡ κατὰ τὴν ἀρετὴν πολιτεία· διὰ ταύτης γάρ ἐστιν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπιλαβέσθαι. ὁδοὶ δὲ αὐτοῦ λέγονται, ἐπειδὴ δι' αὐτῶν ἐστιν ἀνελθεῖν πρὸς τὸν θεόν. καὶ οὐκ εἶπεν ὁδὸς, ἀλλ' ὁδοί. πολλαὶ γὰρ ὁδοὶ καὶ διάφοροι, ὥστε εὔκολον γενέσθαι τὴν εἴσοδον. οἱ μὲν γὰρ ἐν παρθενίᾳ λάμπουσιν· οἱ δὲ ἐν γάμῳ διαπρέπουσιν· οἱ δὲ ἐν χηρείᾳ κοσμοῦνται· οἱ δὲ πάντα ἀπεδύσαντο, οἱ δὲ τὰ ἡμίση· καὶ οἱ μὲν δι' ὀρθοῦ βίου, οἱ δὲ διὰ μετανοίας. διὰ τοῦτο γὰρ πολλὰς ἔτεμεν ὁδοὺς, ἵνα εὐκόλως ὁδεύῃς.

Ὠριγένους. Πολλαὶ ὁδοὶ κυρίου ἐν αἷς οἱ πορευόμενοι μακάριοι, ἀφ' ὧν ἔστιν ὁδεῦσαι ἐπὶ τὸν εἰπόντα. Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ὡς ἀπὸ τῶν πολλῶν μαργαριτῶν ἐπὶ τὸν πολύτιμον ἕνα. Εἰ μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν κύριον οὐ μακάριοι· ἐπεὶ μὴ οὕτως μακάριοι οἱ ἔξω βαλόντες τὸν φόβον. Οἱ δὲ φοβούμενοι τὸν κύριον, πορεύονται ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. εἰ δέ τις μὴ πορεύεται, οὐ φοβεῖται.

Ἀνωνύμου. Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον οἱ ἐκ τῶν ἐθνῶν εἰσιν, οἱ δίχα περιτομῆς καὶ τῶν Μωϋσέως παραγγελμάτων μακάριοι. Οἶκος γάρ, φησιν, Ισραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον. οἶκος Ἀαρὼν ἤλπισεν ἐπὶ κύριον. οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ἤλπισαν ἐπὶ κύριον. κρείττων δέ ἐστι τῶν φοβουμένων τὸν κύριον ὁ ἐν τελείᾳ φθάσας ἀγάπῃ· ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον.

β'. ΤΟΥΣ ΠΟΝΟΥΣ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΣΟΥ ΦΑΓΕΣΑΙ.] Ἀνωνύμου. Ὁ μὲν Ἀκύλας κόπον ταρσῶν σου· ὁ δὲ Σύμμαχος κόπον χειρῶν σου, ὡς ἐπὶ γεωργοῦ ἅπερ ἐγεώργησε καρπουμένου.

Ὠριγένους. Ὅσῳ πλείους οἱ πόνοι τῶν καρπῶν, τοσούτῳ πλείους αἱ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τροφαί. πόνους δὲ λέγει τῶν ἐν ταῖς χερσὶ μελῶν, ἃ καρποὶ ὀνομάζονται. ἀγαθοὶ οὖν οἱ πόνοι τῶν καρπῶν καὶ τρόφιμοι, ἀφ' ὧν ἀναβαίνομεν ἐπὶ τὸν ζῶντα ἄρτον. ὁ δὲ Σύμμαχος, Κόπον χειρῶν σου ἐσθίων. ὡς

ptus, in quiete ac portu versatur, veram referens beatitudinem.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Ne existimares sufficere timorem idcircò adiecit, *Qui ambulant.* Multi enim, cùm fidem quidem exactam habeant ac vitam flagitiosam, omnium sunt miserrimi. Quænam autem sunt viæ eius, nisi vita quæ ex virtute instituitur: per eam enim potest in cælum ascendi, & illa primaria ciuitas apprehendi. Eius autem viæ dicuntur, quoniam per eas potest quis ascendere ad Deum. Et non dixit *via*, sed *viæ*. Multæ enim ac diuersæ viæ sunt, vt facilis fieret ingressus. Alij siquidem sunt virginitate illustres: alij verò se honestè ac decorè gerunt in matrimonio: alij ornantur viduitate: alij se omnibus exuerunt, alij dimidio: atque alij quidem per vitam rectam ingrediuntur, alij verò per pœnitentiam. Idcircò enim multas tibi vias munijt, vt facilè ingrediaris.

Virtutes ad cælum ducunt.

ORIGENIS. Multæ sunt viæ Domini in quibus ambulant beati, per quas licet ingredi ad eum qui dicit, *Ego sum via*, sicut per multas margaritas ad vnicam pretiosam. Si sunt beati omnes qui timent Dominum, qui non timent Dominum non sunt beati; quandoquidem non sic beati qui foras eijciunt timorem. Qui autem timent Dominum, hi ambulant in vijs eius. Si quis verò non ambulet, non timet.

Ioan. 14.

ANONYMI. Qui timent Dominum hi sunt illi ex Gentibus, qui sine circũcisione & Mosaicis præceptis beati sunt. *Domus* enim, inquit, *Israël sperauit in Dominum: Domus Aaron sperauit in Dominum. Qui timent Dominum sperauerunt in Dominum.* Timentibus autem Dominum præstat is qui perfectus est in charitate: nam *charitas foras mittit timorem.*

Psal. 113.

1. Ioan. 4. 18.

2. LABORES PALMARVM TVARVM MANDVCABIS.] ANONYMI. Aquila quidem legit *Laborem volarum tuarum*; Symmachus verò *Laborem manuum tuarum*, tamquam de agricola fructus quos plantauerat colligente.

ORIGENIS. Quantò sunt plures fructuum labores, tantò vberiores in futuro sæculo cibi existunt. Labores autem vocat musculorum qui in manibus sunt, & iuncturæ nominantur. Boni igitur sunt labores musculorum illorum & delicati, per quos ad panem viuum peruenimus. Symmachus autem ait, *Laborem manuum tuarum comedens.* Vt

Laboribus respondent fructus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

planum fit, Septuaginta καρποὺς non fructuum perceptionem vocasse, sed manuum particulam. Dicit autem, bonorum quæ à te seminata sunt früctus vindemiabis. Hoc etiam diuinus Apostolus dixit: *Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.*

1. Cor. 9.

Iudæi rebus sensibilibus ducuntur.

Chrysostomi. Quoniam loquebatur cum ijs qui erant adhuc imbecilliores, tamquam paruos puellos inducit ex rebus sensibilibus. Neque verò mireris: si enim Paulus hoc facit cum ijs qui adhuc humi repebant, idque in tempore tantæ philosophiæ, multò magis Propheta. Vbi verò Paulus hoc fecit? Multis in locis. Quando enim de virginitate disserit, nihil dicit de ijs quæ illis sunt euentura, sed tantùm proponit liberationem à molestijs matrimonij. Et quando loquitur de honore in parentes, eodem modo vsus est ita dicens: *Quod est mandatum primum in promißionibus.* Quid autem est in promissionibus? *Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris longæuus super terram.* Et quando scribit de ostendenda in inimicos philosophia, sensile rursus præmium proponit dicens: *Hoc enim faciens carbones ignis ingeres super caput eius.* Christus autem non sic: (neque enim cum imbecillis loquitur:) sed in virginitate quidem proponit Regnum; in amandis autem inimicis, quod quantum id ab hominibus fieri possit sint futuri Deo similes. Nequaquam igitur sicut in veteri lege hi qui philosophari norant per sensilia inducebantur, ita etiam in noua. Quin potiùs & illi pro fide futurorum mortui sunt. atque hoc declarans Paulus ait: *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromißionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes.* Non est ergo hæc sola merces eorum qui timent Deum, frui rebus suis, vt sunt vxor & liberi, reique domesticæ prosperitas; sed hæc quidem sunt ex superabundantia & instar cuiusdam additamenti. Principalia autem sunt: Primum quidem, hoc ipsum Deum timere: quod in se ipso continet remunerationem: deinde arcana illa quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.

1. Cor. 7.

Ephes. 5. 2.

Exod. 20, 12.

Rom. 12, 20.

Hebr. 11, 13.

1 Cor. 2, 9.

Origenis. Nemo à Deo alienus hęc consequetur: non enim sunt corporalia, sed spiritualia, de quibus hæc dicta sunt. Quando vites & oliuæ iustorum benedicuntur, sermo tropolo-

Mulier bona vuis abundans.

ἐστὶ δῆλον, ὅτι καὶ οἱ ἑβδομήκοντα καρποὺς οὐ τὴν ἐπικαρπίαν ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μόριον τῶν χειρῶν. λέγει δὲ, ὅτι τῶν ὑπὸ σοῦ σπειρομένων ἀγαθῶν τοὺς καρποὺς τρυγήσεις. τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει.

Χρυσοστομου. Ἐπειδὴ ἀτελεστέροις ἔτι διελέγετο, ὥσπερ παιδία μικρὰ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν αὐτοὺς ἐνάγει. Καὶ μὴ θαυμάσῃς· εἰ γὰρ Παῦλος τοῦτο ποιεῖ πρὸς τοὺς χάμαι βαδίζοντας, καὶ ἐν καιρῷ τοσαύτης φιλοσοφίας, πολλῷ μᾶλλον ὁ προφήτης. καὶ ποῦ τοῦτο Παῦλος ἐποίει; πολλαχοῦ. καὶ γὰρ ὅταν περὶ παρθενίας διαλέγηται, οὐδὲν περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς λέγει, ἀλλὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἀπὸ τοῦ γάμου λυπηρῶν προστίθησι. καὶ ὅταν περὶ τῆς εἰς γονέας τιμῆς, τῷ αὐτῷ κέχρηται μέτρῳ οὕτως λέγων· ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίαις. τί δέ ἐστιν ἐν ἐπαγγελίαις; τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ὅταν περὶ τῆς εἰς ἐχθροὺς φιλοσοφίας γράφῃ, πάλιν αἰσθητὸν τίθησιν ἔπαθλον λέγων· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ἀλλ' ὁ Χριστὸς οὐχ οὕτως· (οὐδὲ γὰρ ἀσθενέσι διαλέγεται·) ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῇ παρθενίᾳ τὴν βασιλείαν τίθησιν· ἐπὶ δὲ τῷ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθροὺς, τὸ γενέσθαι ὡς δυνατὸν ἀνθρώποις ὁμοίους θεῷ. οὐχ ὥσπερ οὖν ἐν τῇ παλαιᾷ διὰ τῶν αἰσθητῶν οἱ φιλοσοφεῖν εἰδότες ἐνήγοντο, οὕτω καὶ οἱ ἐν τῇ καινῇ. μᾶλλον δὲ κἀκεῖνοι πίστει τῶν μελλόντων ἀπέθανον. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς εἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι. Οὐ τοίνυν ἐστὶ μόνος ὁ μισθὸς τῶν φοβουμένων τὸν θεὸν, οἰκείων ἀπόλαυσις, καὶ γυνὴ καὶ παιδία, καὶ εὐθηνία οἰκίας· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ περιουσίας καὶ ἐν τάξει προσθήκης. τὰ δὲ κεφάλαια καὶ μεγάλα· πρῶτον μὲν, τὸ αὐτὸν φοβεῖσθαι τὸν θεόν· ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἔχον· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἀπόρρητα ἐκεῖνα ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ωριγενους. Οὐδεὶς ἀλλότριος τοῦ θεοῦ τούτων τεύξεται· οὐ γάρ ἐστι σωματικὰ, ἀλλὰ πνευματικὰ, περὶ ὧν ταῦτα λέλεκται. ὅτε ἀμπελῶνες καὶ ἐλαιῶνες εὐλογοῦνται τῶν δικαίων, τροπο-

Digitized by Google

προτροπολογητέον εἰς γυναῖκα καὶ υἱοὺς τὸν λόγον, ἤτοι ἀντιλέξει. ἢ ὅτι σοφία μὲν ἡ γυνή, πράξεις δὲ οἱ υἱοί. γυνὴ δέ, ἡ οὖσα μερὶς ἀγαθή, ἢ ἡ παρὰ τῷ Σολομῶντι ἀνδρεία, ἄμπελός ἐστι εὐθηνοῦσα, καὶ μάλιστα ὅτε οἰκουρός ἐστιν ἀγαθή· ἡ δὲ μὴ τοιαύτη γυνή, ἐξ ἀμπέλου ἐστὶ Σοδόμων. καὶ λέγοιτο δ' ἂν πρὸς μεταβάλλουσαν εἰς τὸ χεῖρον γυναῖκα· πῶς ἐστράφη εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία;

δ'. ΙΔΟΥ ΟΥΤΩΣ ΕΥΛΟΓΗΘΗΣΕΤΑΙ]
ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ γὰρ τοῦτο μάλιστα σημεῖον ἦν τοῦ παρὰ θεοῦ ταῦτα δεδόσθαι, τὸ μὴ πάσχειν ἀνθρώπινα, μηδὲ μεταπίπτειν, καὶ μεταβολὴν ὑπομένειν πάλιν, εἰ μή ποτε αὐτὰ διακόψειεν ἁμαρτία.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ λεγόμενος ἄνθρωπος διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν κύριον ἀγρὸν ἔχει· ἄμπελον δὲ ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας ἑαυτοῦ τὴν γυναῖκα· νεόφυτα δὲ ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης ἑαυτοῦ τοὺς υἱούς.

ϛ'. ΚΑΙ ΙΔΟΙΣ ΥΙΟΥΣ ΤΩΝ ΥΙΩΝ ΣΟΥ.]
ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ μὴν πολλοί, φησι, φοβούμενοι τὸν θεὸν ἐν ἀπαιδίᾳ διετέλεσαν. καὶ τί τοῦτο; οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀπεδυσάμεθα, ἀλλὰ προηγουμένως μὲν ἐπὶ τῷ ἀρέσκειν τῷ θεῷ, ἔπειτα δὲ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι. τότε μὲν γὰρ ταῦτα ἦν ἔπαθλα, νῦν δὲ οὐρανός, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ἐν ἀρχῇ προκοπῆς τυγχάνων, οὗτός ἐστιν ὁ φοβούμενος τὸν κύριον, καὶ οὔπω εἶδε τὰ ἀγαθὰ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· διὸ ἐπεύχεται αὐτῷ ὁ λόγος προκόψαι, καὶ ἀξιωθῆναι τῆς τούτων θέας. ἐκ τούτου δὲ παρίσταται, ὡς τὸ τῆς ἀρετῆς τέλος ἐπὶ θεωρίαν ἀπολήγει. ἡ Ἱερουσαλὴμ ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία. ὁ δὲ προκόψας ὄψεται υἱοὺς υἱῶν, τῶν ὑπ' αὐτοῦ προηγμένων ἐν θεοσεβείᾳ· ἕξει δὲ καὶ τὴν τούτων μητέρα κοινωνόν, ὥσπερ καὶ σύζυγον τὴν Ἐκκλησίαν ὡς ἄμπελον εὐθηνοῦσαν ἐκ τῆς αὐτοῦ γεωργίας· καὶ ἐν πᾶσιν ὄψεται εἰρήνην ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραήλ. ἐπεὶ δὲ εἰρήνην μάλιστα ἐπόθουν μακρῷ τετρυχωμένοι πολέμῳ, ἐπαγγέλλεται καὶ ταύτην αὐτοῖς διαρκῆ· ὃ καὶ γέγονε τέως εἰς τὸν θεὸν ἧκον· εἰ δὲ διακόπη, τῆς ἐκείνων τοῦτο γέγονε πονηρίας.

gicè sumendus est de vxore filijsque, v. g. de verbo ad verbum. Vel quia sapientia quidem vxor est, actiones verò filij. Mulier autem, quæ est pars bona, vel apud Salomonem fortis, illa est vitis abundans, & maximè quando est bona materfamilias: at mulier quæ non est talis, de vinea Sodomorum existit. Quin imò ad mulierem in deterius commutantem dici possit: *Quomodo conuersa es in amaritudinem vinea aliena?*

CATENA PATRVM. Eccli.26,3. Prou.31,10. Iet.2,21.

4. ECCE SIC BENEDICETVR.]
CHRYSOSTOMI. Etenim hoc maximè signum erat hæc à Deo data esse, eò quòd humana minimè paterentur, neque relaberentur, neque mutationem sustinerent, nisi peccatum aliquando illa rescinderet.

ORIGENIS. Dictus homo per timorem Domini agrum habet; vitem autem in lateribus domus suæ vxorem; nouellas denique oliuarum in circuitu mensæ suæ filios.

6. ET VIDEAS FILIOS FILIORVM TVORVM.]
CHRYSOSTOMI. Atqui multi, inquit, Deum timentes sine liberis semper fuerunt. Et quid hoc sibi vult? neque enim nos propter præsentia exuimus, sed principaliter quidem vt Deo placeremus, deinde etiam propter spes futuras. Atque tunc quidem hæc erant præmia, nunc autem cælum, & bona quæ sunt in cælis.

ANONYMI. Qui in principio profectus existit, hic est is qui timet Dominum, & nondum vidit bona supernæ Hierusalem, quæ oculus non vidit neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt: idcircò hic sermo optat illi vt proficiat,& horum visione dignus euadat. Ex hoc autem demonstratur,quomodo virtutis finis desinat in contemplationem. Vel Hierusalem est Ecclesia. Qui autem proficit videbit filios filiorum, qui ab ipso in Dei cultu educati sunt: horum autem matrem quoque habebit velut sociam, & coniugem Ecclesiam tamquam vitem ex cultura eius vberem: atque in omnibus videbit pacem super verum Israël. Cùm autem longinquo bello attriti pacem quàm maximè desiderarent, hanc etiam ipsis perennem pollicitus est: quæ & facta est quantum ad Deum attinet: si autem fuerit interrupta, id ex ipsorum improbitate accidit.

1.Cor.2,9. *Virtutis finis est contemplatio.*

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Timor Dei hominem reddit beatum.

Hoc Psalmo timoris Domini fructus describitur.

1. *Beati omnes qui timent Dominum.*] Qui scilicet ita timent, vt ex hoc timore filiorum, & charitatis perfectæ comite, ad diuinorum præceptorum exactam obseruationem procedant, iuxta monitum Salomonis: *Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo.* Ac si apertiùs dixisset: Hoc est vniuersa hominis beatitudo: hoc est quod sinus mentis humanæ replet, famem sedat, sitim exsatiat, vltra quod nihil manet, cui homo debeat adhærere, aut in quo deceat amorem constituere.

Eccle. 12, 13.

2. *Labores palmarum tuarum manducabis.*] Græcè τῶν καρπῶν σου: quod ad vocis ambiguitatem tollendam Scholion sic exponit, *Οἱ ἑβδομήκοντα καρπὸν οὐ τὴν ἐπικαρπίαν ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μέρος τῶν χειρῶν, Septuaginta καρπὸν non fructuum perceptionem vocarunt, sed particulam manuum*: quod etiam notauit S. Hieronymus ad Marcellam, cùm libri Latini haberent *Labores fructuum tuorum*: sic etiam lib. 1. Regum cap. 5. καρποὶ eâdem notione accipiuntur pro particula manuum, vbi dicitur, Ἀμφότεροι οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτοῦ πεπτωκότες ἐπὶ τὸ πρόθυρον, *Ambo articuli manuum eius ceciderant in limen*: quod Vulgata reddit, *Duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen*: Symmachus autem hoc loco legit, Κόπον χειρῶν σου ἐσθίων, *Laborem manuum tuarum comedens*: Aquila, Κόπον ταρσῶν σου, *Laborem volarum tuarum.* vbi S. Augustinus notat dictionem illam *labores*. Potiùs enim dicendum videbatur: *Quia fructus laborum manuum tuarum manducabis, beatus es, & benè tibi erit*: sed addit vim nomen illud *labores*. Ac si dicat: Non modò beatus es cùm fructus laborum tuorum decerpis, verùm etiam cùm ipsos labores pertuleris, tunc sanè beatus & felix eris. Id est: Non modò maximam iucunditatem capies, cùm in alijs virtutibus te exercueris, quæ gaudium præ se ferre videntur; sed cùm ipsam pœnitentiam & dolorem de peccatis colueris: ipsæ enim lacrymæ, fletus & singultus dulcedinem maximam tibi parient. Confirmat idem verbis Psalmi centesimi vigesimi quinti: *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* q. d. Ipsæ lacrymæ gratæ erunt pœnitentibus, non aliter ac fructus esse solent agricolæ. Huic simile est illud, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Id est, Ipsæ lacrymæ suauissimæ mihi fuerunt instar cibi. Expendit ibidem S. Augustinus duplicem fructum eorum qui manducant labores manuum suarum: quorum alterum expressit Dauid illis verbis, *Beatus es*; alterum sequentibus, *Et benè tibi erit*: alterum de præsenti dedit, alterum de futuro promisit. Ac si dicat: Huius pœnitentiæ non modò fructus & vtilitates capies in sæculo futuro, verùm etiam in præsenti sæculo eximiam lætitiam, multam vtilitatem capies. Pœnitentia enim ipsa & dolor de peccatis etiam in præsenti vita dulces sunt & suaues. Vide hæc pulchrè ac fusè in ipso S. Augustino ad hunc locum.

Quomodo labores ipsi comedi dicantur.

Psal. 41, 4.

In vnitate perfectio.

Sed hîc nonnemo dubitet, cur tam citò stylum verterit Propheta, & sermonem ad plures cœptum ad vnum in singulari conuerterit. Sed ad manum plura sunt quæ respondeas; primùm inde nos moneri, omnes nos in Christo vnum esse: deinde, ad eum scopum virtutes nostras referri, vt mutuę dilectioni operam demus, atque vnum in Christo simus: tandem nos cùm timeremus, & imperfectos & plures fuisse; cùm verò per vias Domini ambulantes dilectioni operam dedimus, perfectionisque gustum cepimus, vnum factos esse. Dixit nonnulla ex his ad hunc locum B. Hilarius his verbis, *Sermo ad plures cœptus ad vnum refertur*; docens nos omnes, qui in Christo crediderimus, vnum esse, Apostolo ita confirmante: *Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.*

Gal. 3, 28.

3. *Vxor tua sicut vitis abundans*, &c.] Altera hæc est benedictio, quâ se timentem Dominus donat, vt vxorem habeat & fœcundam, & verecundam & pudicam: fœcunditatem similitudine vitis fructum copiosum ferentis indicat; verecundiam ac pudicitiam, quòd ea non in foribus versetur, vt mulier illa quam Salomon in Prouerbijs notat, sed in lateribus domus, seu in intimis domus locis ac penetralibus modesta sedeat. Quamuis quod de vxoris fœcunditate accepimus possit etiam ad illius industriam atque etiam ad fructum bonorum operum referri. Sic namque Didymus intellexit, Τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον δίδοται οὐχ ἡ τυχοῦσα γυνὴ, ἀλλ' ἡ καρποῖς ἀγαθοῖς κεκοσμημένη, ὅπως ἂν ῥηθείη περὶ αὐτῆς· γυνὴ ἀγαθὴ, μερὶς ἀγαθὴ, *Timenti Dominum datur non qualibet vxor, sed bonis fructibus ornata, vt de ipsa dicatur: Vxor bona, pars bona.* Mysticè per vxorem hîc P. Aluarez noster intelligit animam spiritualem ac sponsam Christi: quæ benè vxor dici potest, quia in omnibus viro suo Christo subiecta est: benè vitis, quia non otiositate agricolæ, sed magna adhibita diligentia non modici impensi fructum profert. Quæ talis est, anima perfecta est, & nequaquam erit sterilis, sed domum, aut cœnobium quod inhabitat, filijs sibi similibus, id est imitatoribus suæ virtutis & feruoris, implebit; qui tamquam nouellæ oliuarum plantationes domum odore ædificationis repleant, & ex matre, scilicet ex anima illa sancta, pabulum spirituale recipiant. Vt autem hoc aliquo exemplo ex innumeris quæ afferri possent Lector intelligat, Seraphicam animam Francisci consideret, quam videbit solâ sanctitate fœcundam, & pænè infinitis filijs à se genitis & Christo sponso suo procreatis circumdatam. Hic enim sanctus vir vt abundantissima vitis in Ecclesia fructificauit, & palmites suos non folijs tantùm sed botris onustos vsque ad fines orbis terrarum extendit.

Prou. 9.

Ab Agellio citatus.

Eccli. 26.

Tom. 1. lib. 4. partis 2. cap. 5.

IBIDEM. *Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ.*] Eleganter expendit hunc locum Cresollius noster Mystagogi lib. 1. cap. 9. In adytum, inquit, Christianum introgressus hæc ait Vates, Vbi altare, vbi mensa, non illa Solis, sed cæli, vbi cibus Angelorum supra lotum dulcis, supra Regum tucetа pretiosus, supra arborem

Digitized by Google

borem vvæ charus & immortalis. In aspectu huius mensæ chorique filiorum in Deo lætantium mystica hæc pandit Propheta, & spiritualium Patrum fœtus *nouellas oliuarum* nuncupat. In Græco est *νέοφυτα*, vt manifestè alludat ad Neophytos, hoc est recens ad fidem generatos. Addit *oliuarum*, vt nomen Christianum innuat, quod ab vnctione deriuatum est, & à parente omnium Deo impositum; cuius nomen oleum est effusum. Viuis sanè coloribus Dauid nostrorum Patrum generationem expressit, tamque dulcis illi visa eiusdem rei memoria, vt similia in alio Psalmo cecinerit, aliquantò etiam vberiora. *Quorum filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum composita, circumornata vt similitudo templi.* Filios dicit filiasque, quòd in fidelium Christianorum multitudine magna sit virtutis & voluntatum varietas. Quidam masculi sunt atque robusti, alij vt tenellæ virgunculæ debiles, & fidei imbecillitate mirabili, quæ fulcienda sit curâ & industriâ boni parentis. Quem locum Paraphrastes Chaldæus diuinitus exponit in hunc modum: *Filij vestri sunt sicut plantationes dactylorum, in doctrina legis innutriti à iuuentute sua. Filiæ vestræ splendida, & accepta Sacerdotibus, qui ministrant in medio templi.* Quibus verbis præclarè spiritalis Pontificum generatio celebratur; in qua cùm multa sint admiranda, tum efferenda in primis esse videtur fœcunditas, de quâ in sacris Oraculis suis Iob: *Semen*, inquit, *eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum.* Ad spirituales hoc refertur Patres, qui Ecclesiæ filios genuere multos, sempiternæ gloriæ heredes futuros. Septuaginta sic Iobi locum efferunt disertiùs, *Σπέρμα αὐτῶν κατὰ τὴν ψυχὴν*, *Semen eorum secundùm animam*. Quibus in verbis arcanum quoque mysterium vidit Origenes, quod mirificè hanc diuinam fœcunditatem & prosapiæ tam inclytæ splendorem illustrat: nam illa verba *secundùm animam* sic interpretatur, vt in eo numeroso grege filiorum nullus sterilis sit, omnes fœcundi, omnes secundùm animam viri, qui videlicet ipsi quoque post se relinquant animas Deo generatas. Quare Iob *nepotes* appellat Chaldæus *filios filiorum*: in Hebræo est *germina*, plantæ vberrimæ germinantes: vt intelligamus, nullum esse hibernum tempus, nullam brumam aut frigoris magnitudinem quæ impediat, quò minùs hoc diuinum semen pullulet, & nouo partu amplificetur.

Quanta sit Patrum spiritualium fœcunditas.

Psal. 143, 13.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iob 21, 8.

IN PSALMVM CXXVIII. ARGVMENTVM.

ά. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Περίφρασιν ἔχει καὶ οὗτος τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπαναστάντων Ἰουδαίοις ἐθνῶν, καὶ διδάσκονται λέγειν·

1. Canticum graduum.

Hic etiam Psalmus continet prædictionem Gentium in Iudæos post reditum irruentium, & docentur dicere:

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΠΛΕΟΝΑΚΙΣ ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου, εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ.

β΄. Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου·

Ἀντὶ τοῦ, ταῦτα λεγέτω ὁ Ἰσραὴλ· ὅτι πολλοὺς ὑπέμεινα πολέμους καὶ αἰχμαλωσίας ἀφ᾽ οὗ τῆς Αἰγύπτου ἀνεχώρησα· ἀλλ᾽ οὐ παντελῶς περιεγένοντό μου οἱ πολέμιοι, πᾶσαν γὰρ αἰχμαλωσίαν ἔλυσεν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ τὴν νῦν. ὅθεν ἐπήγαγε·

Καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι.

Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐκράτησαν εἰς τὸ παντελές. πῶς γὰρ νῦν ἂν τὰ οἰκεῖα εἶχον, εἴπερ ἡ ἐπιθυμία τῶν πολεμίων ἐπληροῦτο ἐν ἐμοί;

γ΄. Ἐπὶ τοῦ νώτου μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί·

Καίτοιγε, φησὶν, οὕτως με ἐταλαιπώρησαν,

SÆPE expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël.

2. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea:

Id est, Hæc dicat Israël; Quoniam multos sustinui inimicos & captiuitates ex quo redij ex Ægypto: verùm inimici me omnino non superarunt, sed omnem captiuitatem, vti & modernam, Deus dissipauit. vnde subiunxit:

Israëlita multos sustinuerunt inimicos.

Etenim non potuerunt mihi.

Id est, Non penitus superarunt. Quomodo enim iam propria obtinerem, si desiderium inimicorum impletum fuisset in me?

3. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores:

Etenim, inquit, ita me afflixerunt, vt

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

sub ærumnis incuruaret. Peccatores enim, vti sæpè dictum est, vocat eos qui ipsos in captiuitatem redigebant.

Prolongauerunt iniquitatem suam.

Non solùm autem ærumnis circumdederunt quæ nos incuruabant, verùm etiam longo tempore hoc fecerunt. Dicit autem diuersas captiuitates. Nonnumquam enim septemdecim annis seruiuerunt, aliàs pluribus; posteà demum in Babylone annis septuaginta. Idcircò hoc dicunt, quia *prolongauerunt iniquitatem suam.* Verumtamen quid?

4. Dominus iustus concîdit ceruices peccatorum:

Deus suos defendit.

Ceterùm, inquit, Dominus iusti curam gerens contriuit superbias eorum cum principatu ipsorum.

5. Confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Oratio demum concludit gratiarum actionem, vt ampliùs pudore suffundantur, & impotentes fiant qui oppugnant Sion.

6. Fiant sicut fœnum tectorum:

Id est, Radice roboreque careant. vnde subdit:

Quod priusquam euellatur exaruit.

Id est, quòd à semetipso marcescit, propter impotentiam minimè pertingens ad perfectionem.

7. De quo non impleuit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit:

Idem dicit. Numquam enim potest fœnum tectorum ad perfectionem peruenire, quia subiecta eius radix non habet profunditatem. Deinde refert etiam verba quæ transeuntes dicere solent ad messores.

8. Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Sic enim vsu venit: nam transeuntes

ὥστε κάμπτεσθαι ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. ἁμαρτωλοὺς γὰρ καλεῖ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τοὺς αἰχμαλωτίζοντας αὐτούς.

Ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

Οὐ μόνον δὲ συμφοραῖς περιέβαλον κατακάμπτουσαις ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον τοῦτο ἐποίουν. λέγει δὲ τὰς διαφορὰς τῆς αἰχμαλωσίας. ποτὲ μὲν γὰρ δέκα καὶ ἑπτὰ ἔτη ἐδούλευσαν, ἄλλοτε πλείονα· ὕστερον δὲ τὰ ἑβδομήκοντα τὰ ἐν Βαβυλῶνι. διὰ τοῦτό φασιν, ὅτι ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως τί;

δ'. Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν·

Ἀλλ' ὁ τοῦ δικαίου φροντίζων, φησὶ, δεσπότης συνέτριψε τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν σὺν τῇ δυναστείᾳ αὐτῶν.

ε'. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω πάντες οἱ μισοῦντες Σιών.

Εὐχὴ λοιπὸν ἐπισφραγίζει τὴν εὐχαριστίαν, ὥστε ἐπιπλεῖον περιβληθῆναι αἰσχύνῃ, καὶ ἀδυνασίᾳ τοὺς πολεμοῦντας τῇ Σιών.

ς'. Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων·

Ἀντὶ τοῦ, ἄρριζοι καὶ ἀνίσχυροι. ὅθεν ἐπάγει·

Ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη.

Ἀντὶ τοῦ, ὃς ἀφ' ἑαυτοῦ μαραίνεται, οὐ φθάνων τελειωθῆναι δι' ἀδυναμίαν.

ζ'. Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων, καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ τὰ δράγματα συλλέγων·

Τὸ αὐτὸ λέγει. Οὐδὲ γὰρ δύναταί ποτε χόρτος δωμάτων τελεσφορηθῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος τὴν ὑποκειμένην ῥίζαν. εἶτα λέγει τὰ ῥήματα ἅπερ ἔθος ἐστὶ λέγειν τοὺς παριόντας τοῖς θερίζουσι.

η'. Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες· εὐλογία κυρίου ἐφ' ὑμᾶς· εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐν ὀνόματι κυρίου.

Οὕτω γὰρ συμβαίνει· οἱ γὰρ παροδεύοντες

φασὶ

φασὶ πρὸς τοὺς θερίζοντας, εὐλογία κυρίου ἐφ' ὑμᾶς· ἀντιφράσουσι δὲ ἐκεῖνοι καὶ φασὶν· ὅτι καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐλογοῦμεν ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου.

ad messores dicunt, *Benedictio Domini super vos:* illi autem reponunt & dicunt; Quia & nos *benedicimus vobis in nomine Domini.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α΄. ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΕΠΟΛΕΜΗΣΑΝ ΜΕ.] Ἄγων αὐτοὺς εἰς χρηστὰς ἐλπίδας, ἵνα μὴ ἀπογινώσκωσιν ἐκ τῶν παρελθόντων, περὶ τῶν μελλόντων θαρρεῖν αὐτοὺς διδασκάλαζει, παιδεύων αὐτοὺς λέγειν τὰ ῥήματα· ποῖα; ὅτι πολλάκις ἐπιθέμενοι περιεγένοντο, οὐκ ἴσχυσαν· καὶ γὰρ ᾐχμαλώτευσαν, ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν ἀφανίσαι τὸ γένος· ἀλλὰ πρὸς ὀλίγον τοῦ θεοῦ ἐνδιδόντος περιγινόμενοι, πάλιν ἡττῶντο. Ἕτερος, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθησάν μοι· ἕτερος, ἀλλ' ὑπερίσχυσαν μου· ἕτερος, καίγε οὐκ ἠδυνήθην. τὸ δὲ ἐκ νεότητος. ἀντὶ τοῦ, ἀφ' οὗ τῆς Αἰγύπτου ἀνεχώρησα. ἀλλ' οὐ περιεγένοντό μου. πῶς γὰρ ἂν νῦν τὰ οἰκεῖα εἶχον, εἴπερ ἡ τῶν πολεμίων ἐπιθυμία ἐπληροῦτο ἐν ἐμοί; Καίτοιγε, φησιν, οὕτως με ἐταλαιπώρησαν, ὥστε κάμπτεσθαι ὑπὸ τῶν συμφορῶν. οὐχ' ὡς ἔτυχε, φησιν, ἐπεβούλευον, ἀλλ' ἐμηχανῶντο πολλὰ, καὶ δόλους ἔρραπτον, λάθρα ἐπιτιθέμενοι. τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ νώτου ἢ τὸ δολερὸν καὶ ὕπουλον δηλοῖ, ἢ τὸ κατὰ κράτος. ἀντὶ τοῦ· αὐτὴν τὴν δύναμίν μου συνθλᾶσαι ἐπεχείρουν. ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, ἠρότριασαν. τουτέστιν, ἔργον ἐποιοῦντο τὴν κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλήν. ὃ εἴποιεν ἂν καὶ οἱ μάρτυρες. τὸ δὲ ἐμάκρυναν, ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς τοῦτο ἐποίουν σφοδρότητος καὶ προσεδρείας, πολὺν δαπανῶντες χρόνον, καὶ ἐπιτεταμένως καὶ διηνεκῶς· ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς πλέον ἐγένετο. διόπερ δεικνὺς τὸν τὴν νίκην ἐργαζόμενον, ἐπήγαγε· Κύριος δίκαιος, ἤτοι ὁ τοῦ δικαίου φροντίζων, συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν, τουτέστι, τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν σὺν τῇ δυναστείᾳ· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος βρόχους, τουτέστιν ἐπιβουλὰς, ἐφόδους, μηχανάς. καὶ οὐ διέλυσεν, ἀλλὰ συνέκοψεν, ἄχρηστα εἰς τέλος ποιῶν. τοῦτο καὶ ἡ Ἐκκλησία πέπονθεν, ὑπὸ τυράννων ἐπιβουλευθεῖσα πρότερον εἶτα καὶ αἱρετικῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῆς ἀνθεῖ, τὰ δὲ τῶν πολεμίων διελύθη. εἶτα ἐν ἀρχῇ ἐπισφραγίζει τὸν λόγον, ὥστε ἐπὶ πλεῖον περιβληθῆναι αἰσχύνῃ καὶ ἀδυναμίᾳ τοὺς πο-

I. SÆPE EXPVGNAVERVNT ME.] Ad spes meliores adducens eos, ne animum desponderent, ex præteritis iubet ipsos de futuris fiduciam concipere, docens illos recitare hæc verba: qualia illa? Quòd nimirum cùm sæpè eos inuasissent, superare tamen minimè potuerint: etenim captiuos abduxerunt, sed genus eorum delere minimè valuerunt; sed cùm paulisper Deo concedente vicissent, rursus vincebantur. Alius, *Sed non potuerunt mihi:* alius, *Sed non præualerunt mihi:* alius, *Attamen non potuerunt.* Illud autem *à iuuentute.* id est, Ex quo ex Ægypto recessi. Sed non superarunt me. Quomodo enim nunc propria haberem, si inimicorum desiderium in me impletum fuisset? Etenim, inquit, ita me afflixerunt, vt sub ærumnis incuruarer. Non quomodocumque, inquit, insidiabantur, sed plurima machinabantur, & dolos struebant, clanculùm inuadentes. Illud enim *supra dorsum* vel fraudem & subdolam malitiam designat, vel violentiam. q. d. Ipsas vires meas conterere conati sunt. Aquila autem & Theodotion, *Arauerunt.* id est, Opus suum faciebant insidias contra me. Hoc vtique martyres quoque dicere possint. Illud autem *Prolongauerunt,* quia cum magna vehementia & assiduitate hoc faciebant, multum temporis in eo consumentes, idque sedulò & assiduè: sed id nihil ipsis profuit. Quocircà ostendens eum qui victoriam retulit, subiungit: *Dominus iustus,* scilicet iusti curam gerens, *concidit ceruices peccatorum,* id est, superbias eorum cum potentia; Aquila verò & Symmachus *laqueos,* id est insidias, insultus, machinationes. Et non *dissoluit,* sed *concidit,* illa penitus inutilia reddens. Hoc ipsum etiam Ecclesia perpessa fuit, priùs tyrannorum ac deinde hæreticorum insidijs impetita: verumtamen ipsa floret; inimici verò eius dissipati sunt. Sermonem denique concludit oratione, vt maiori confusione & impotentiâ mulctentur hi qui oppu-

Quantam Deus Israëlitarum captiuitatem gesserit.

Deus dissoluit inimicorum insidias.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

oppugnant Sion. Nam cùm per præcedentium narrationem animos addidisset, idem quoque facit per orationem, ostendens belli propositum esse iniquum & inuidiæ plenum. quibus congruit illud *Confundantur:* alius autem ait, *Euertantur retrorsum.* Id est, Non solùm vincantur, verùm etiam turpiter & ridiculosè. Deinde cùm dixisset, *Fiant sicut fœnum*, addens *tectorum* persistit in similitudine. Quamquam enim id quoque quod est in terra pingui celeriter diffluat; maximè tamen illud quod radice & robore caret; eò quòd à semetipso marcescat, ob imbecillitatem minimè pertingens ad perfectionem: per hoc maiorem inimicorum vilitatem fragilitatemque ostendens cùm ex fœni tum ex natura loci. Talis nempe est prosperitas eorum qui viuunt in scelere, & rerum iucunditas sæcularium.

Impij cur fæno tectorum comparati.

7. De qvo non implevit manvm svam.] Dixit quid contingat ijs qui antequam quiescant exaruerunt. Numquam enim potest fœnum tectorum maturescere, quia non habet fundum. Deinde refert quoque quæ viatores transeuntes messoribus dicere soleant: *Et non dixerunt qui præteribant.* Siquidem hi dum vberes segetes vident, agricolarum industriam admirantes, eas laudant, & reponunt illi: Quoniam & nos *benedicimus vobis in nomine Domini*. Ea verò quæ in tectis crescunt neque manum implent messoris, neque transeuntium prouocant benedictionem.

λεμοῦντας τῇ Σιών. παραθαῤῥύνας γὰρ διὰ τῆς τῶν προλαβόντων διηγήσεως, τοῦτο καὶ δι' εὐχῆς ἀπεργάζεται, τὴν τοῦ πολέμου δεικνὺς ὑπόθεσιν ἄδικον καὶ διάφθονον. οἷς ἁρμόζει τὸ αἰσχυνθήτωσαν· ἄλλος δὲ ἀνατραπήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω. τουτέστι μὴ μόνον ἡττηθείησαν, ἀλλὰ καὶ αἰσχρῶς καὶ καταγελάστως. εἶτα εἰπὼν γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος, προσθεὶς δωμάτων ἐνδιατρίβει τῇ εἰκόνι. κἂν γὰρ καὶ ὁ ἐν λιπαρᾷ γῇ διαῤῥεῖ ταχέως· ἀλλ' οὖν μᾶλλον ἄῤῥιζος καὶ ἀνίσχυρος· ὅσω καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ μαραίνεται, οὐ φθάνων τελειωθῆναι δι' ἀσθένειαν· πλείονα δεικνὺς διὰ τούτου τὴν τῶν πολεμίων εὐτέλειαν καὶ τὸ εὐκατάπτωτον καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ χόρτου καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου. τοιαύτη καὶ τῶν ἐν κακίᾳ ζώντων ἡ εὐημερεία, καὶ τῶν βιωτικῶν ἡ φαιδρότης.

ζ'. Ου ουκ επληρωσε την χειρα αυτου.] Τὸ συμβαῖνον εἶπε τοῖς πρὸ τοῦ πεπαυθῆναι ξηραινομένοις. οὐ γὰρ δύναταί ποτε χόρτος δωμάτων τελεσφορηθῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος. εἶτα λέγει καὶ ἅπερ ἔθος ἐστὶ λέγειν τοὺς παριόντας τοῖς θερίζουσι· καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες. οἱ μὲν γὰρ κομῶντα θεώμενοι τὰ λήϊα, τὴν ἐπιμέλειαν τῶν γεωργῶν θαυμάζοντες, ἐπαινοῦσι, καὶ ἀντιστρέφουσιν ἐκεῖνοι· ὅτι καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐλογοῦμεν ἐν ὀνόματι κυρίου. τὰ δὲ ἐπὶ τῶν δωμάτων οὔτε χεῖρα πληροῖ τοῦ θερίζοντος, οὔτε τῶν παριόντων προκαλεῖται τὴν εὐλογίαν.

CATENA PATRVM.

Chrysostomi. Hic quoque Psalmus cohæret præcedenti. Cùm enim interrumperetur ædificatio, nec opus ad finem adduceretur, eos in bonam spem adducens, docet vt hæc verba proferant.

Quæ dicatur iuuentus populi Israëlitici.

1. Sæpe expvgnavervnt me.] Origenis. Hæc dicit is qui à iuuentute decertauerat, & inter dimicandum hostes sæpenumerò deuicerat; qui & dicit, Deus qui nutris me à iuuentute mea. *Iuuentutem* vocat commorationem in Ægypto, & inde liberationem. Veriùs vtique hæc nouo populo congruunt, qui multos quidem hostium impetus sustinuit,

Χρυσοστομου. Οὗτος ἔχεται τοῦ προτέρου πάλιν ὁ ψαλμός. Ἐπειδὴ γὰρ διεκόπτετο τὰ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἔργον οὐκ ᾔει, ἄγων αὐτοὺς εἰς χρηστὰς ἐλπίδας, παιδεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τὰ ῥήματα.

α'. Πλεονακις επολεμησαν με.] Ωριγενους. Ὁ ἐκ παίδων ἀγωνιζόμενος ταῦτα ἐρεῖ, καὶ ἐν τῷ πολλάκις πεπολεμεῖσθαι νικήσας τοὺς πολεμίους· καὶ ὁ φάσκων, ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου. νεότητα καλεῖ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγήν. ἀληθέστερον μέντοι ταῦτα τῷ νέῳ ἁρμόττει λαῷ, πολλὰς μὲν δεξαμένῳ προσβολὰς πολεμίων, πάντων

δὲ

Digitized by Google

δὲ γνομένῳ, καὶ τοὺς πολεμίους προσκυνοῦντας ἀπεφήνατο.

γ'. Επι του νωτου μου ετεκτενον.] Ανωνυμου. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος τὰς μάστιγας τὰς τοῖς νικηφόροις μάρτυσιν ἐπενεχθείσας ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν. ταῦτα δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν μακάριον ὑπέμειναν Δανιήλ· καὶ οἱ θαυμάσιοι Ανανίας, Αζαρίας καὶ Μισαὴλ, καὶ ἐπὶ Αντιόχου οἱ Μακκαβαῖοι.

Εμακρυναν την ανομιαν αυτων.] Ωριγενους. Χρήσιμον εἰς τοῦτο τὸ, Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι ἁμαρτίας ὡς χοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας. ὅσῳ δέ τις μακρυνεῖ τὴν ἀνομίαν ἑαυτοῦ, τοσούτῳ μακρυνεῖ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

δ'. Κυριος δικαιος συνεκοψεν αυχενας.] Ωριγενους. Καὶ γὰρ οὓς κατεσκεύασαν τοῖς ἁγίοις βρόχους, κατέκοψεν ὁ τούτων Θεὸς, καὶ τοὺς περιτεθέντας αὐτοῖς κλοιοὺς συνέτριψεν.

ε'. Αισχυνθητωσαν, και αποστραφητωσαν.] Χρυσοστομου. Μὴ μόνον, φησὶν, ἡττηθείησαν, ἀλλὰ καὶ αἰσχρῶς καὶ καταγελάστως. εἶτα εἰπὼν, γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων, ἐνδιατρίβει τῇ εἰκόνι· καὶ οὐδὲ ἁπλῶς χόρτον εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ τῶν δωμάτων· καίτοιγε ὁ ἐν πεδίῳ ταχέως διαρρεῖ· ἀλλ' ἐκεῖνος πλείονα δεικνὺς τῶν ἐναντίων τὴν εὐτέλειαν, τῷ ἐπὶ τῶν δωμάτων αὐτοὺς παραβάλλει· ὥστε ἑκατέρωθεν δεῖξαι αὐτῶν τὸ εὐκατάπτωτον, καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ χόρτου, καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ τόπου. τοιαῦτα γάρ, φησι, τῶν ἐναντίων αἱ ἔφοδοι οὐκ ἔχουσι ῥίζαν οὐδὲ ὑπόστασιν, ἀλλὰ πρὸς ὀλίγον μὲν δοκοῦσιν ἀνθεῖν, ὕστερον δὲ ἐλέγχονται, καὶ ὡς ἀσθενεῖς περιπίπτουσι.

Ωριγενους. Η' διδασκαλία τῶν κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπαιρομένων ὑψωμάτων χόρτος ἐστὶ δωμάτων, ξηραινόμενος πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι· μήτε πλήρεις ποιῶν τὰς χεῖρας ἐν πράξεσιν ἀγαθαῖς μήτε τὸν κόλπον ἐν γνώσει. περὶ ἧς οὐ φασὶν οἱ παράγοντες ὁμοίως τῷ εἰπόντι, παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο.

η'. Ευλογια κυριου εφ υμας.] Χρυσοστομου. Εἰς εὐχὴν καταλείει τὴν παραίνεσιν, ἀπό τε τῆς διηγήσεως τῶν παρελθόντων ἀπό τε τῆς εὐχῆς θαρρεῖν παρασκευάζων τὸν ἀκροατὴν, καὶ δεικνὺς τοῦ πολέμου τὴν ὑπόθεσιν ἄδικον.

sed omnes superauit, hostesque supplices reddidit.

CATENA PATRVM.

3. Svpra dorsvm mevm fabricaverunt.] Anonymi. Significat autem hic sermo flagella triumphatoribus Martyribus ab impijs inflicta. Hæc etiam perpessi sunt illi qui cum beato Daniele erant: & admirabiles Ananias, Azarias & Misaël, & Antiochi tempore Macchabæi.

Prolongaverunt iniqvitatem svam.] Origenis. Huc spectat illud, *Væ qui trahunt peccata quasi funiculo longo, & quasi iugi corrigia vitulæ inquitates.* Quantum autem quis prolongat iniquitatem suam, tantumdem elongat semetipsum à Deo.

Isaiæ 5, 18.

4. Dominvs ivstvs concidit cervices.] Origenis. Etenim quos laqueos sanctis viris pararunt, horum Deus contudit, & torques ipsis circumdatos contriuit.

5. Confvndantvr, et convertantvr.] Chrysostomi. Non solùm, inquit, vincantur, sed etiam turpiter & ridiculosè. Deinde cùm dixisset, *Fiant sicut fœnum tectorum*, persistit in similitudine; & non solùm fœnum dixit, sed quod est supra domos: etsi enim id quod est in campis celeriter diffluat: volens tamen ostendere quàm essent viles & abiecti aduersarij, eos comparat fœno quod est supra domos; vt vtrimque ostendat quàm sint fragiles & caduci, nempe & ex fœni natura, & ex natura loci. Tales enim, inquit, sunt insultus aduersariorum qui non habent radicem neque fundamentum, sed aliquantisper quidem videntur florere, posteà verò arguuntur, & vt imbecilles excidunt.

Peccatores fœno tectorum similes.

Origenis. Doctrina sublimitatum earum quæ contra Dei scientiam extolluntur est fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exarescit; neque manus bonis operibus neque sinum cognitione replet. de qua non dicunt hi qui pertranseunt sicut is qui dixit, *Accedens videbo visionem hanc magnam.*

Exod. 3, 3.

8. Benedictio Domini svper vos.] Chrysostomi. Adhortationem precatione concludit, ex narratione præteritorum & ex oratione ad confidendum adducens auditorem, & iniustam belli causam ostendens.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Psalmo primùm inuitat populum Dei ad agnoscendum Dei erga se beneficium; quòd scilicet impios, etsi ab initio sæpè multumque Dei populum oppugnantes, non permiserit præualere: deinde etiam precando prædicit in posterum quoque semper hostes suâ spe frustrandos.

1. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, &c.*] Hic ad litteram sermo est de Synagoga, cuius pueritia in Ægypto fuit; vbi cœpta est eius persecutio: & generaliùs de Ecclesia, quæ in ipsa sua infantia oppugnata fuit, cùm Cain Abelem fratrem obtruncauit. Sic enim hunc locum intellexit D. Augustinus in Commentario dicens: *Magnus affectus sic cœpisse, quasi aliquid id loqueretur: videtur enim non cœpisse, sed respondisse. Respondit autem querelis & cogitationibus infirmorum: Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea. Numquid ideò non peruenit ad senectutem, quia non cessauerunt illi expugnando? Consoletur igitur se Ecclesia de præteritis exemplis, & dicat: Etenim non potuerunt mihi*. quod apud Chrysostomum alius legit, Ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθησάν μοι, *Sed non potuerunt mihi*: alius, Ἀλλ' οὐκ ὑπερίσχυσάν μοι, *Sed non præualuerunt mihi*.

Ecclesiæ infantia, oppugnatio & firmitas.

3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*] Chaldæus ex Hebræo, & eum secuti Caietanus aliique sic vertunt, *Super dorsum meum arauerunt arantes, prolongauerunt sulcos suos*. Quæ propè est etiam D. Hieronymi interpretatio. Quid autem sit *arauerunt* Arabicus disertiùs expressit cùm ait, *Flagellauerunt*. Septuaginta & Latinus Interpres aliâ metaphorâ vsi dicunt, *Fabricauerunt*, vt, opinor, verberum multitudinem innuerent, quæ sanctissimum Christi corpus dehonestauerunt. qua de re alio ipse in loco Dauidis ore queritur, *Congregata sunt super me flagella*; cùm quosdam velut aceruos immanium plagarum in altum exstructos vellet exprimere. Nam cùm fabricare sit lapidem lapidibus imponere, aut aliam materiam, quâ crescat opus, & in sublime excitetur; tot & tanti videbantur ictus geminati atque repetiti, vt cumulus quasi quidam inædificatus existeret. Quamquam fabricare non semper de ædificijs dicitur, sed nonnumquam etiam de fabrorum operibus: qualia sunt incidere, sculpere, insecare. Supra dorsum igitur Christi fabricauerunt peccatores; hoc est, Sectum fuit ab illis loris & flagellis, atque exaratum: quo modo sectiones illæ, & incisiones, siue corporis lacerationes, idem erunt quod arationes atque sulci qui stylo Hebræo designantur. Eâ verò similitudine arationis significatur Christi dorsum quasi tellurem frugiferam fuisse flagellis & verberibus proscissam & aratam, vt in eam sementis vniuersæ Ecclesiæ iaceretur, ex qua infinita fidelium seges breuissimo tempore pullularet: eodemque modo supra dorsum Martyrum arant persecutores, & seminant segetem meritorum, &, iuxta Vulgatam editionem, fabricant ipsis pulcherrimas gloriæ coronas. Non est autem prætereundum quod sequitur.

Supra dorsum Christi fabricauerunt peccatores flagellis. Psal. 34, 15.

Persecutores arant super dorsum Martyrum.

Ibidem. *Prolongauerunt iniquitatem suam.*] Ea nimirum est impiorum natura, vt iniquitatem semper extendant, ductâ similitudine, vt quidam volunt, à funibus; qui vt longiores efficiantur, alij alijs nectuntur. Sic enim impij iniquitatem iniquitati quasi funem funi addunt; itaque longissimum funem conficiunt, quo ipsi constringantur; iuxta illud Prouerbiorum, *Funibus peccatorum suorum constringitur impius*. Id verò tunc fit, cùm iniquæ cogitationi iniquum consensum, consensui opus, operi consuetudinem, consuetudini necessitatem, necessitati excusationem, excusationi defensionem, defensioni impœnitentiam, impœnitentiæ desperationem adijciunt. S. Augustinus & Vetus Psalterium pro *Prolongauerunt* vertunt, *Longè fecerunt iniustitiam suam*: Aquila, Ἐμήκυναν, *In longum protraxerunt*: Symmachus, Παρέτειναν κακοῦντες, *Protenderunt affligentes*.

Quomodo peccatores iniquitatem suam prolongent. Prou. 5, 22.

4. *Dominus iustus concidit ceruices peccatorum.*] Græcè συνέκοψεν: Latini ferè legunt *concidet*. Pro αὐχένας autem, id est *ceruices*, Symmachus reddidit βρόχους, *laqueos*, vti & S. Hieronymus interpretatur: quod Quinta editio & Theodotion κλοιούς, *torques*, transtulere, qui scilicet collum adstringunt. Signatè autem ceruicum potiùs quàm capitum aut alterius corporis partis mentionem facit: quippe illis signatè supplicium respondet, quod crucis iugum à se repulerint.

6. *Fiant sicut fœnum tectorum.*] Pulchrè S. Gregorius cùm fœno tectorum comparat hypocritam lib. 8. Moralium cap. 28. *Fœnum*, inquit, *tectorum in alto nascitur, sed nequaquam radice solidatur: sic etiam hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum antequam euellatur arescit; quia cùm hypocrita sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, ea amittens indicat se sine radice floruisse.*

Hypocrita est similis fœno tectorum.

Ibidem. *Quod priusquam euellatur exaruit.*] Græcè, Πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι: Theodoretus videtur habuisse Πρὸ τοῦ ἐξανθῆσαι, *Priusquam efflorescat*; vt nimirum tantâ celeritate exaruisse videatur, vt vix oculi florem deprehendere potuerint: quod etiam Scholion obseruat: Aquila, Ὃ ἀρχῆθεν ἀνέθαλεν ἐξηράνθη, *Quod olim germinabat exaruit*: Symmachus, Πρὸ τοῦ ἐκκαυλῆσαι, *Antequam caulem emitteret*: Sexta editio, ἑδρασθῆναι, *firmaret*. Notandum autem hæc non imprecatoriè dicta esse, quasi Rex sanctissimus, & in sibi etiam infensissimos hostes mansuetissimus, aliorum ruinam exoptaret; sed quòd rerum sæculi huius vanitatem cognoscens, earum amatoribus, vt ad bonam frugem se reciperent, pio affectu prænuntiaret. *Absit* (inquit S. Zeno Veronensis Episc. & martyr ad hunc locum) *vt istud Propheta precatus esse credatur; talia autem scientiâ elocutus est: cognitionis fuit sermo iste, non voti: simul vt peccatoribus horror irrueret inanitatem fructuum suorum arescentium cognituris*. Sed expendamus appositam fœni tectorum imaginem, quâ notanter vsus est Dauid, vt ostenderet sæcularia bona nullo impellente ruere,

Res mundana fœno tectorum comparata.

Digitized by Google

ruere, sed seipsis arefieri; quia infimis aut nullis radicibus posita, soliditatis suæ vim nequeunt sustinere. Etenim quamuis agri fœnum fragile atque caducum sit, at cùm in loco sibi connaturali nascatur & adolescat, nonnihil vitium ab humore terræ, quem fugit, habere dixeris; ac proinde euellentis manum vt arescat sæpiùs exspectat; at tectorum fœnum ad instar est seminis illius, *quod dum cecidit in petram, natum aruit, quia non habebat humorem:* nullis enim radicibus consistens euellente manu non eget, vt arefiat. Est hæc omnino natura mundanæ felicitatis, florentis fortunæ, & splendoris sæculi, atque omnium rerum illius ac pomparum, quæ seipsis deficiunt, & arefiunt, vt non opus sit euellente siue impellente manu: nam vt nullus externus hostis nulla tempestas sit, eâdem quâ oriuntur vanitate turbantur: non enim solidis causis innituntur. Audiatur iterùm in hæc verba S. Zeno, vbi cùm dixisset, *Verùm impij fœnum sunt: inania enim seruerunt: inanes sunt, vacui sunt, inutiles sunt: inania enim & inutilia sequuntur*, sic sapienter exclamat: O *infelices labores, & infructuosa carnis opera ædificiorum fœno comparata, & antequam euellantur arida! id est, ante ipsum inutilis ipsius messis tempus emortua.* Optimè dicit *emortua*; nullo videlicet succo interiùs animata, ac proinde seipsis arida & decidentia.

Lucæ 8, 6.

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM CXXIX. ARGVMENTVM.

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Canticum graduum.

Ὁ τῶν δικαίων χορὸς ταύτην τὴν ἱκεσίαν προσφέρει, ὡς δηλοῖ τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον.

Iustorum chorus hanc Deo affert precationem, vti declarat huius Psalmi exordium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α΄. ΕΚ βαθέων ἐκέκραξά σοι κύριε· κύριε εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου·

Τὸ ἐκ βαθέων. ἀντὶ τοῦ, ἐξ ὅλης διανοίας καὶ ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας ἐπιβοωμένων ἄκουσον.

β΄. Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.

Τὸ αὐτὸ λέγει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι εἰλικρινῶς ἄκουσον ὧν ἐπικαλοῦμαι. εἶτα τί βούλει εἰπεῖν.

γ΄. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται;

Ἀντὶ τοῦ· μὴ τῇ ἀκριβείᾳ κέχρησο τῇ σ' αὐτοῦ ἐν τῷ λογοποιεῖν πρὸς ἡμᾶς περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ἐπεὶ τίς ὑφίσταται; χρῆσαι δὲ μᾶλλον τοῖς παρὰ σοῦ ἀνελλειπῶς ὑπάρχουσι. ποίοις τούτοις;

δ΄. Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι·

Τούτῳ, φησὶ, χρῆσαι μετὰ ἀκριβείας.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε.

Καὶ πρὸς τοῦτο, φησι, πρόσχες διατοῦτο, ὅτι τὰς εὐημερίας βαβυλωνίων οὐκ ἐπεθύμησα, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ σὲ εὐσέβειαν πά-

1. DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam:

Illud *De profundis*. id est, Ex tota mente & ex fundo cordis inclamantes audi.

2. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Idem dicit. Vult enim dicere: Exactè audi inuocationes meas. Deinde quid velit edisserit.

3. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?

Petit misericordiam & non iustitiam.

Id est: Noli vti accuratione tuâ dum nobiscum rationem inis peccatorum nostrorum: quoniam quis sustineat? sed vtere potiùs ijs quæ tibi numquam deficiunt. quibus illis?

4. Quia apud te propitiatio est:

Hac, inquit, vtere cum accuratione.

* Propter nomen tuum sustinui te Domine.

* *Vulgata* Et propter legem tuã

Et ad hoc, inquit, attende Domine, quòd prosperitates Babyloniorum non desiderauerim, sed propter religionem tuam om-

PARAPHRASIS ANONYMI.

nem elegerim miseriam. Dicit autem de socijs Danielis & tribus pueris qui noluerunt in mensa Babylonica epulari, sed maluerunt seminibus seu leguminibus vesci, iuxta præceptum legis.

σαν εἰλόμην ταλαιπωρίαν. λέγει δὲ τὸ μὴ ἐλέσθαι τοὺς περὶ τὸν Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας τρυφᾶν ἐν τῇ βαβυλωνιακῇ τραπέζῃ, ἀλλὰ τῶν σπερμάτων μὴ ἐκστῆναι, καὶ ὧν ὁ νόμος ἐκέλευσεν.

* Vulgata verbo eius:

Sustinuit anima mea in * verbum tuum:

Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου·

Etenim, inquit, vbique ad promissionem tuam respexi, & credidi.

Καὶ γάρ, φησι, πανταχοῦ εἰς τὴν ἐπαγγελίαν ἔβλεπον τὴν σήν, καὶ ἐπίστευον.

* Domino.

5. Sperauit anima mea in * Dominum.

έ. Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν κύριον.

Et idcircò, inquit, numquam in te sperare destiti.

Καὶ διὰ τοῦτό, φησιν, οὐδέποτε ἀπέστησα τὴν ἐλπίδα μου ἀπὸ σοῦ.

* Domino.

6. A custodia matutina vsque ad noctem speret Israël in * Dominum.

ϛ΄. Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτὸς ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον.

Quæ sit custodia matutina.

Sæpenumerò dictum est, quòd in quatuor partes noctis spatium distribuat, & quartam custodiam appellet matutinam. Vult igitur dicere, Quoniam à matutina custodia vsque ad extremam idem facere non destiti. q. d. Quoniam perpetuò in te spem habui & nulla in re alia. Porrò illud *speret* est lapsus temporis imperatiui pro præterito. ait enim; Quia sperauimus, & non desistimus.

Εἴρηται πολλάκις, ὅτι εἰς τέσσαρας καιροὺς διαιρεῖ τῆς νυκτὸς τὸ διάστημα, καὶ ὅτι τετάρτην φυλακὴν καλεῖ τὴν πρωϊνήν. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τῆς φυλακῆς τῆς πρωϊνῆς ἄχρι τῆς ἐσχάτης τὸ αὐτὸ ποιῶν οὐκ ἐπαυσάμην. ἵνα εἴπῃ· ὅτι διαπαντὸς πρὸς σὲ τὰς ἐλπίδας εἶχον καὶ ἀλλαχοῦ οὐδαμοῦ. τὸ δὲ ἐλπισάτω χρόνου ἐστὶ σφάλμα προστακτικὸν ἀντὶ τοῦ παρεληλυθότος. λέγει γάρ· ὅτι ἠλπίζομεν, καὶ οὐκ ἀφιστάμεθα.

7. Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

ζ΄. Ὅτι παρὰ τῷ κυρίῳ τὸ ἔλεος, καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις.

Et meritò, inquit, hoc facimus: experimento enim accepimus, quanta nobis apud Deum reposita sit clementia, & quanta redemptio, cùm voluerit.

Καὶ εἰκότως, φησὶ, τοῦτο ποιοῦμεν· πεῖραν γὰρ παρειλήφαμεν, ὅση παρὰ τῷ θεῷ ἡμῶν οἰκεῖ φιλανθρωπία, καὶ ὅση λύτρωσις, ὅτε βούλεται.

8. Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.

ή. Καὶ αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν.

Alioquin hoc etiam scimus, à nullo alio salutem Israël prouenire nisi à Deo, qui illam semper admirabili modo præbet.

Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἠπιστάμεθα, ὅτι οὐκ ἔστι παρ' ἄλλου τῷ Ἰσραὴλ ἡ σωτηρία εἰ μὴ παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀεὶ ταύτην παρέχοντος ἐν παραδόξῳ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ex imò corde clamandum ad Deum.

1. DE PROFVNDIS CLAMAVI AD TE DOMINE.] Non simpliciter ab ore, neque simpliciter a lingua, sed ex imò corde cum magno studio verba effundit. Tales enim sunt

α΄. ΕΚ ΒΑΘΕΩΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ στόματος, οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ γλώττης τὰ ῥήματα ἐκχεῖται, ἀλλ' ἀπὸ καρδίας βαθυτάτης μετὰ πολλῆς σπουδῆς. τοιαῦται γὰρ

αἱ

Digitized by Google

αἱ τῶν θλιβομένων ψυχαὶ, αὐτὴν συγκινοῦσι τὴν καρδίαν μετὰ πολλῆς κατανύξεως· διὸ καὶ ἀκούονται. δύο δὲ τίθησι, καὶ ἐκ βαθέων καὶ ἐκέκραξα, οὐ τὸν τόνον τῆς φωνῆς λέγων κραυγὴν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς γνώμης. πρότερον δὲ ἐκέκραξα εἰπὼν, εἶτα εἰσάκουσον· ὅτι δεῖ τὰ παρ' ἡμῶν ὑπάρξαι, καὶ οὕτως αἰτεῖν. δύναται δὲ τὸ ἐκ βαθέων καὶ οἷον ὑδάτων περικεχυμένων τῶν θλίψεων. ὦτα δὲ τὴν ἀκουστικὴν λέγει δύναμιν, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν αἰσθήσεων. καὶ φωνὴν οὐ τὸν τόνον ἀλλὰ τὴν συντεταμένην διάθεσιν. Ἄκουσον οὖν, φησὶν, ὧν ἐπικαλοῦμαι. τί δὲ βούλει εἰπέ.

γ'. Εαν ανομιας παρατηρησης κυριε.] Ἵνα μή τις λέγῃ, ὅτι ἁμαρτωλὸς ὢν καὶ μυρίων γέμων κακῶν· οὐ δύναμαι εὔχεσθαι· περιαιρεῖ καὶ ταύτην τὴν σκῆψιν. τὸ δὲ, τίς ὑποστήσεται; ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τινὰ μετὰ ἀκριβείας παρέχοντα τὰς εὐθύνας, ἐλέους τυχεῖν. καὶ ταῦτα λέγομεν οὐκ εἰς ῥαθυμίαν καθέλκοντες, ἀλλὰ τοὺς εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπίπτοντας παραμυθούμενοι. τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; καὶ οὐκ εἶπε, τίς διαφεύξεται; ἀλλὰ, τίς ὑποστήσεται; οὐδὲ στῆναι δυνήσεται φησί. πῶς οὖν ἀξιοῖ χρήσασθαι αὐτῷ; πράως, φησὶ, καὶ ἡμέρως· ἐπεὶ τοῦτο πέφυκας. καὶ παρὰ σοὶ ἱλασμός ἐστιν, οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ σῇ ἀγαθότητι. τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐκ τοῦ θεοῦ λέγων· Ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου. εἰ δὲ παρὰ σοῦ γράφοιτο, δηλοῖ, ὅτι παρὰ σοῦ τοῦ ἀγαθοῦ πατρός ἐστιν υἱὸς ἱλασμὸς, οὗ πᾶσα λογικὴ δεῖται κτίσις. Καὶ, αὐτὸς γάρ φησιν Ἰωάννης, ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. τί δέ ἐστιν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε κύριε; ἕτερος, ἕνεκεν τοῦ γνωρισθῆναι τὸν λόγον σου· Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, διὰ τὸν φόβον· οἱ ἑβδομήκοντα, διὰ τὸν νόμον σου. ὅτι γάρ, φησι, ὥσπερ τινὶ νόμῳ κέχρησαι τῇ φιλανθρωπίᾳ προσεδόκησα σωτηρίαν, καὶ τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας οὐκ ἀπαγορεύω· ἐπεὶ εἰς τὰ ἐμαυτοῦ κατορθῶν, πάλαι ἂν ἀπέγνων· νυνὶ δὲ τῷ νόμῳ σου προσέχων τῷ λόγῳ σου, χρηστὰς ἔχω ἐλπίδας. ποίῳ δὲ λόγῳ; τῷ τῆς φιλανθρωπίας. αὐτὸς γὰρ εἶπεν· ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. οὐ κατορθούντων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτανόντων φείδεται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

animæ illorum qui affliguntur, ipsum cor cum magna compunctione commouent; quapropter etiam exaudiuntur. Ponit autem duo, scilicet, *De profundis* & *clamaui*, non tonum vocis clamorem appellans, sed mentis affectum. Priùs autem dixit *clamaui*, deinde *exaudi:* quoniam oportet vt nostra adsint, & sic postulemus. Possit autem istud *De profundis* idem esse atque aquis tribulationum circumfusis. Aures verò appellat audiendi facultatem, nomine hoc à sensibus nostris desumpto. Et *vocem* non tonum sed intensam affectionem intelligit. Audi igitur, inquit, quæ inuocem. Dic autem quid velis.

3. Si iniqvitates observaveris Domine.] Ne quis dicat, Sum peccator & plenus malis innumerabilibus; Non possum orare; tollit hanc excusationem. Illud autem, *Quis sustinebit?* id est, Nemo. Neque enim fieri potest, vt si ab aliquo ex rigore iuris ratio exigatur, misericordiam consequatur. Atque hæc dicimus non ad socordiam impellentes, sed eos consolantes qui cadunt in desperationem. *Quis enim gloriabitur se mundum habere cor?* Et non dixit, *Quis effugiet?* sed, *Quis sustinebit?* sed nec stare, inquit, poterit. Quomodo igitur rogat illo vti? Benignè, inquit, & clementer: quoniam ita soles. Et *apud te propitiatio est*, non in nostris rectè factis, sed in tua bonitate. Hoc enim Propheta ex persona Dei dicens: *Ego*, inquit, *sum qui deleo iniquitates tuas.* Si autem *ex te* scribatur, significat, quod ex te bono Patre sit Filius propitiatio, quâ indiget omnis creatura rationalis. Ait enim Ioannes, *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Quid porrò sibi vult istud, *Propter nomen tuum sustinui te Domine?* alius, *Vt cognoscatur Verbum tuum:* Aquila & Theodotion, *Propter timorem:* Septuaginta, *Propter legem tuam.* Quoniam enim, inquit, quasi lege quadam vsus es clementiâ expectaui salutem, & spes meliores minimè abijcio: nam si ad mea respexissem, iam pridem olim desperassem; nunc autem legem tuam & verbum tuum attendens, bonam spem concipio. Quale porrò verbum? vtique clementiæ. Ipse enim dixit: *Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit Dominus misericordiam suam super timentes eum.* Non tantùm autē rectè se gerentibus, verùm etiā delinquētibus parcit.

Prou. 20, 9.

Christus est propitiatio nostra.

Isaiæ 43.

1. Ioan. 2, 2.

Psal. 102, 11.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

4. SVSTINVIT ANIMA MEA IN VERBVM TVVM.] Alius: *Sustinuit anima mea, & verbum eius expectaui.* Id est, Ex promissis & frequentibus pollicitationibus de benignitate eius & clementia sacram anchoram habui, nec de mea salute spem abieci.

Semper in Deo sperandum.

6. A CVSTODIA MATVTINA VSQVE AD NOCTEM.] Vult dicere, quòd à matutina custodia vsque ad postremam, id est perpetuò, totâ vitâ, die ac nocte, oporteat ab illa spe pendere, licet innumerabilia eueniant quæ nos impellant in desperationem. Vel quia oportet etiam in rebus tristibus Dominum expectare, non solùm quando est matutina custodia, & res præsentes secundæ sunt, sed etiam vsque ad tenebras tentationum. Deinde etiam causam assignat; *Quia apud Dominum misericordia.* Quoniam, inquit, fons & thesaurus illic est clementiæ perpetuò scaturiens. Vbi autem est misericordia & redemptio minimè simplex, sed copiosa, tametsi à peccatis proditi fuerimus, non oportet concidere. Vbi enim est misericordia non exiguntur rigidæ rationes. Si ergo ita est, clarum est ipsum esse populum suum seruaturum non solùm ab inimicis, sed etiam à peccatis.

δʹ. ΥΠΕΜΕΙΝΕΝ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΣΟΥ.] Ἄλλος· ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου, καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ ἐκαραδόκησα. τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς συνεχοῦς ὑποσχέσεως τῆς περὶ φιλανθρωπίας ἄγκυραν εἶχον ἱερὰν, καὶ οὐκ ἀπηγόρευον τὰ κατ' ἐμέ.

ϛʹ. ΑΠΟ ΦΥΛΑΚΗΣ ΠΡΩΙΑΣ ΜΕΧΡΙ ΝΥΚΤΟΣ.] Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τῆς πρωϊνῆς φυλακῆς μέχρι τῆς ἐσχάτης, ἀντὶ τοῦ διαπαντὸς, πάντα τὸν βίον, νύκτα καὶ ἡμέραν, χρὴ τῆς ἐκεῖθεν ἐλπίδος ἐκκρέμασθαι, κἂν μυρία συμπίπτῃ τὰ ἐμβάλλοντα εἰς ἀπόγνωσιν. ἢ ὅτι χρὴ κἂν τοῖς σκυθρωποῖς προσδοκᾶν ἐπὶ κύριον, οὐ μόνον ὅτε φυλακὴ πρωϊνὴ, καὶ λαμπρὰ τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ζοφερῶν περιστάσεων. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν· ὅτι παρὰ τῷ κυρίῳ τὸ ἔλεος. ὅτι πηγὴ καὶ θησαυρὸς ἐκεῖνος, φησὶ, φιλανθρωπίας πηγάζων διηνεκῶς. ὅπου δὲ τὸ ἔλεος καὶ λύτρωσις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πολλὴ, κἂν ὑπὸ ἁμαρτημάτων ὦμεν προδεδομένοι, ἀναπίπτειν οὐ χρή. ὅπου γὰρ ἔλεος ἀκριβεῖς εὐθῦναι οὐ γίνονται. Εἰ τοίνυν τοῦτο, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ σώσει καὶ ἀπαλλάξει οὐκ ἐχθρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτημάτων.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Iustorum chorus hanc Deo affert deprecationem.

1. DE PROFVNDIS CLAMAVI AD TE DOMINE.] ANONYMI. In Prouerbijs: *Aqua profunda consilium in corde viri.* Fundum cordis viri quis intelliget? inquit Iudith. *Puteus altus est,* ait Samaritana. Etiam profunditas in laude ponitur; vt in isto, *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei,* pertingens vsque ad profunda Dei. De profundis igitur illis clamauit.

Prou. 18. 4. *Profundum cor viri.* Ioan. 4, 11. 1. Cor. 2, 10.

ORIGENIS. Non ex superficie, sed de profundis suis clamauit ad Dominum. Illud autem *inclamaui te*, cùm aliud sit quàm *clamaui ad te*, potest significare, quoniam magnificè & magnâ voce (spiritaliter nimirum magnâ) de Deo verba feci. Siquidem improbus labijs honorat Dominum, cùm ab ipso longè absit corde: beatus verò, eò

Isaiæ 29, 13.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τῶν δικαίων χορὸς ταύτην τῷ θεῷ τὴν ἱκετείαν προσφέρει.

αʹ. ΕΚ ΒΑΘΕΩΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν παροιμίαις· ὕδωρ βαθὺ βουλὴ ἐν καρδίᾳ ἀνδρός. βάθος καρδίας ἀνδρὸς τίς νοήσει; φησὶν ἡ Ἰουδίθ. τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθὺ, λέγει ἡ Σαμαρεῖτις. καὶ ἐν ἐπαίνῳ τὸ βαθὺ λέγεται· ὡς ἐν τῷ, τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, φθάσας ἐπὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. ἐξ ἐκείνων οὖν τῶν βαθέων ἐκέκραξεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐν ἑαυτῷ βαθέων κέκραγε πρὸς κύριον. τὸ δὲ ἐκέκραγά σε, ἕτερον τυγχάνον τοῦ ἐκέκραξα πρὸς σὲ, δύναται σημαίνειν, ὅτι μεγάλως καὶ μεγάλῃ φωνῇ (νοητῶς δὴ μεγάλῃ) ἐθεολόγησα. ὁ μὲν οὖν φαῦλος τοῖς χείλεσι τιμᾷ κύριον, πόῤῥω ἀπέχων ἀπ' αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ· ὁ δὲ μακάριος, τῷ

τὸ

Digitized by Google

τὸ πνεῦμα κράζειν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἐκ βαθέων ἐκέκραγε πρὸς τὸν κύριον.

Χρυσοστομου. Ἐντεῦθεν δύο μανθάνομεν· ὅτι τε, οὐκ ἔστιν ἁπλῶς τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τυχεῖν, ἐὰν μὴ τὰ παρ' ἡμῶν ὑπάρξῃ. πρότερον γάρ φησιν ἐκ βαθέων ἐκέκραξα, καὶ τότε εἰσάκουσον. ἔπειτα, ὅτι εὐχὴ ἐπιτεταμένη καὶ δακρύων γέμουσα πολλὴν ἔχει δύναμιν εἰς τὸ πεῖσαι τὸν θεὸν ἐπινεῦσαι τοῖς λεγομένοις. καὶ γὰρ ὥσπερ μέγα τι κατωρθωκὼς, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ πληρώσας, οὕτως φησί· Κύριε εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου.

β'. Γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα.] Ὠριγενους. Ὦτα κυρίου καλεῖ τὴν ἐπακουστικὴν εὐχῶν δύναμιν αὐτοῦ.

γ'. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε.] Χρυσοστομου. Ὁ διπλασιασμὸς οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλὰ θαυμάζοντος καὶ ἐκπληττομένου τὸν πολὺν τῆς φιλανθρωπίας ὄγκον, καὶ τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ τὴν ἀπέραντον. Τίς ὑποστήσεται; καὶ οὐκ εἶπε, τίς διαφεύξεται; ἀλλὰ, τίς ὑποστήσεται; οὐδὲ στῆναι δυνήσεται ποτέ φησι. τί ἐστιν, ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν; Οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις, φησὶ, κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγαθότητι τῇ σῇ ἔστι τὸ διαφυγεῖν τὴν κόλασιν. τὸ διαδρᾶναι τὴν δίκην ἐν τῇ σῇ κεῖται φιλανθρωπίᾳ· κἂν μὴ ταύτης ἀπολαύσωμεν, τὰ ἡμέτερα οὐκ ἀρκεῖ τῆς μελλούσης ἡμᾶς ἐξαρπάσαι ὀργῆς. τοῦτο καὶ διὰ τοῦ προφήτου δηλῶν ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρτίας σου.

δ'. Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν.] Ὠριγενους. Ὁ παρὰ τῷ κυρίῳ ἱλασμὸς τῶν ἀνομιῶν ὁ Χριστός ἐστιν· αὐτὸς γὰρ ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

Χρυσοστομου. Τί δέ ἐστι πάλιν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου; ὅτι, φησὶν, εἰ καὶ ἐγὼ ἁμαρτωλὸς καὶ μυρίων γέμων κακῶν, ἀλλ' ὅμως ᾔδει, ἵνα μὴ τὸ ὄνομά σου βεβηλωθῇ, ὡς οὐκ ἂν περιίδῃς ἀπολλυμένους. ἕτερος πάλιν φησὶ, τὸν λόγον σου προσεδόκησα· ἕτερος, ἕνεκεν νόμου ἢ φόβου ὑπέμεινά σε κύριε.

Ὠριγενους. Ἡ διὰ τοῦ θεοῦ ὄνομα ὑπομονὴ, κρείττων τῆς δι' ἄλλο τι. καὶ εἰς λόγον τοῦ κυρίου γινομένη ἡ ψυχὴ, ἐπαινετῶς ὑπομένει.

ς'. Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός.] Ανωνυμου. Ἀντὶ τοῦ, διὰ

---

quòd Spiritus clamet in corde eius, de profundis clamauit ad Dominum.

Catena Patrum.

Chrysostomi. Hîc duo discimus; nempe, quòd absolutè à Deo impetrare non possumus, nisi nostra quoque adfuerint. Priùs enim dixit *De profundis clamaui*, & tunc *exaudi*. Deinde, quòd oratio intensa & lacrymis plena magnam vim habeat ad persuadendum Deo vt annuat ijs quæ dicuntur. Etenim ac si magnum & præclarum quid fecisset, & partes suas explesset, ita subiunxit: *Domine exaudi vocem meam.*

Oratio intensa multum valet apud Deũ.

2. Fiant avres tvæ intendentes.] Origenis. Aures Domini vocat vim illam quâ preces eius exaudit.

3. Si iniqvitates observaveris Domine, Domine.] Chrysostomi. Hæc geminatio non abs re ponitur, sed est admirantis & magnum clementiæ pondus, & infinitam eius maiestatem obstupescentis. *Quis sustinebit?* Et non dixit, *Quis effugiet?* sed, *Quis sustinebit?* Neque subsistere, inquit, vmquam poterit. Quid sibi vult istud, *Quia apud te propitiatio est?* Non in nostris, inquit, rectè factis, sed in tua bonitate licet effugere supplicium. Vt iudicium effugiamus, in tua clementia situm est: quòd si eam non fuerimus assecuti, nostra non sufficiunt ad nos ab ira futura eripiendos. Hoc etiam per Prophetam significans dicebat: *Ego sum qui deleo iniquitatès tuas.*

Christus nobis extitit propitiatio.

Isaiæ 43.

4. Qvia apvd te propitiatio est.] Origenis. Ea quæ apud Dominum est propitiatio delictorum est Christus: *Ipse* enim *est propitiatio pro peccatis nostris.*

1. Ioan. 2, 2.

Chrysostomi. Quid rursus est illud, *Propter nomen tuum?* Quamuis, inquit, ego sim peccator & plenus malis innumerabilibus, sciebam tamen, ne nomen tuum profanaretur, fore vt nos pereuntes minimè despiceres. Alius rursum ait, *Verbum tuum expectaui:* alius, *Propter legem* vel *timorem sustinui te Domine.*

Origenis. Tolerantia quæ propter nomen Domini fit, præstantior est quàm quæ fit alia quacumque ex causa. Et anima quæ ad verbum Domini spectat, laudabiliter sustinet.

6. A cvstodia matvtina vsqve ad noctem.] Anonymi. Id est, per

totam

Digitized by Google

totam noctem. Postremi enim vigiles vsque ad tempus illud excubant.

SPERET ISRAEL IN DOMINVM.] ORIGENIS. Non satis est iustis si soli diuitias spei in Deo collocatæ obtineant, verùm etiam omnes alios ad similem possessionem adhortantur, & fructum qui hinc proueniat declarant.

Quis à custodia matutina vsque ad noctem in Deo speret.

EIVSDEM. Anima quæ ab exordio rectè vixit sperat in Domino à custodia matutina. Siquidem *nox præcessit, dies autem appropinquauit*. Et si perseuerauerit facere illa quæ spe digna sint, sustinens in finem, & audiens illud, *Operamini donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari*; tunc sperat à custodia matutina vsque ad noctem. Si quis autem cùm inceperit benè currere non perseuerauerit, à custodia quidem matutina sperauit in Domino, non tamen vsque ad noctem. Verùm si quis etiam tardius incipiens cursum consummauerit, non quidem à custodia matutina, sed vsque ad noctem sperat. A prima igitur ætate Deum colere quis admonens dicat, A custodia matutina speret Israël in Domino.

Rom. 13, 12.

Ioan. 9, 4.

A iuuentute vsque ad senium in Deo sperandum.

7. QVIA APVD DOMINVM MISERICORDIA.] ANONYMI. Adhortans nos vt à iuuentute & ab initio decertemus, ait idcircò nos oportere à custodia matutina sperare in Dominum; quoniam cùm misericordia sit apud Dominum, & copiosa redemptio ab ipso fiat, ex multis afflictionibus liberatos sperare licet certaminis consummationem, vt rebus speratis potiamur per misericordiam Dei redimentis nos ab omnibus iniquitatibus nostris, non sinentes in ijs esse principatum Israël.

CHRYSOSTOMI. Cùm ergo talis sit, & vbique diffusa sit eius clementiæ magnitudo, clarum est eum esse populum suum seruaturum, & liberaturum non solùm à supplicio, sed etiam à peccatis. Hoc ergo cùm sciamus, perseueremus rogare & orare: & numquam desistamus, siue acceperimus, siue non. Si enim dare situm sit in eius potestate, in eius quoque potestate situm est quando vult dare; tempus autem nouit optimè.

πάσης νυκτός. οἱ γὰρ τελευταῖοι φύλακες μέχρις ἐκείνου φυλάττουσι τοῦ καιροῦ.

ΕΛΠΙΣΑΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἀρκοῦνται οἱ δίκαιοι μόνοι τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος ἔχειν τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰς τὴν ὁμοίαν κτῆσιν προτρέπουσι, καὶ τὸ ἐντεῦθεν φυόμενον δηλοῦσι κέρδος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦ ἀρχῆθεν καλῶς βιώσαντος ἡ ψυχὴ ἐλπίζει ἐπὶ τὸν κύριον ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας. καὶ γὰρ ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. κἂν διαμένῃ ποιοῦσα τὰ τοῦ ἐλπίζειν ἄξια, ὑπομένουσα εἰς τέλος, καὶ ἀκούουσα τοῦ, ἐργάζεσθε ὡς ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νὺξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι· ἐλπίζει ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός. εἰ δέ τις ἀρξάμενος τρέχειν καλῶς μὴ διατελέσῃ, ἀπὸ φυλακῆς μὲν πρωΐας ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, οὐ μὴν καὶ ἕως νυκτός. ἀλλὰ καὶ εἴ τις βράδιον ἀρξάμενος διατελέσαι, οὐκ ἀπὸ φυλακῆς μὲν πρωΐας ἐλπίζει, ἕως δὲ νυκτός. Τὸν ἀπὸ πρώτης οὖν ἡλικίας προτρεπόμενός τις εὐσεβεῖν λεγέτω, ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ κύριον.

ζʹ. ΟΤΙ ΠΑΡΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΤΟ ΕΛΕΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προτρέπων ἐκ νεότητος ἡμᾶς καὶ ἀρχῆθεν ἀθλεῖν, φησὶ διὰ τοῦτο δεῖν ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον· ἐπείπερ τοῦ ἐλέους ὄντος παρὰ κυρίῳ, καὶ πολλῆς λυτρώσεως γινομένης ἀπ' αὐτοῦ, λυτρουμένους ἐκ πολλῶν θλίψεων τὸν Ἰσραὴλ ἔστιν ἐλπίσαι διανύσαι τὰ τοῦ ἀγῶνος, ἐπὶ τῷ τυχεῖν τῶν ἐλπιζομένων διὰ τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ λυτρουμένου ἀπὸ πασῶν ἀνομιῶν, ἐν τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐᾶν γενέσθαι ἐν αὐτοῖς τὸν Ἰσραήλ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ τοίνυν τοιοῦτός ἐστι, καὶ κέχυται πανταχοῦ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τὸ μέγεθος, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ σώσει, καὶ ἀπαλλάξει οὐχὶ κολάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁμαρτημάτων. τοῦτο οὖν εἰδότες, μένωμεν παρακαλοῦντες· καὶ μηδέποτε ἀποστῶμεν, κἂν λάβωμεν, κἂν μὴ λάβωμεν. εἰ γὰρ τοῦ δοῦναι κύριος, καὶ τοῦ πότε δοῦναι κύριός ἐστι· καὶ τὸν καιρὸν οἶδεν ἀκριβῶς.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

De Psalmi huius vtilitate & argumento.

BREVIS hic Psalmus est (inquit Bellarminus) sed plenus saluberrimâ doctrinâ, vt non sine causa in Ecclesia præter ceteros frequentetur: vnus est ex gradualibus; quia deplorat miseriam exilij: vnus est etiam ex pœnitentialibus; quia docet rationem agendi veram pœnitentiam. Pro defunctis quoque recitari solet in Ecclesia frequentissimè; quoniam si dicatur in persona animæ in Purgatorio detentæ, omnia optimè quadrant. Nam & animæ illæ sunt in quodam profundo, & ascendere cupiunt, & expectant misericordiam Dei per Redemptoris nostri pretium. Denique tria continet, scilicet orationem ad Deum, exhortationem ad populum & prædictionem redemptionis futuræ.

1. *De profundis clamaui ad te Domine.*] Græcè est, ἐκέκραξά σοι, *clamaui tibi:* Aquila, Ἐκ βαθέων ἐπεκαλεσάμην σε κύριε, *De profundis inuocaui te Domine:* Symmachus, Ἐκ βαθυτάτων ἐκάλεσά σε, *De profundissimis vocaui te:* quinta & sexta Editio, ἐκέκραξά σε, *clamaui te.* Quasi de profunda fouea, vel ex profundo pelago, siue barathro, vt inde eruatur, veluti Ionas alter ex ventre ceti, clamat hîc Propheta; & simul indicat quo in loco res essent humanæ sine Christo; Deique opem exposcit. Clamat, inquit S. Augustinus, sub molibus & fluctibus iniquitatum suarum. Petit deinde, ne iniquitates vt Iudex seuerus obseruet atque excutiat, vel ne peccata seruet ac retineat: quod faceret, si Deus Messiam non mitteret. vnde subdit:

Humana natura sine Christo hæreret in profundo peccati.

3. *Si iniquitates obseruaueris,* &c.] Id est, Si peccata retinueris, nec ea dimiseris propter merita Christi tui. Vel, Si peccata obseruaueris, & vt seuerus Iudex sine meritis Christi exquisieris, *Domine quis sustinebit?* vel etiam ex Hebræo, *Quis stabit?* Quis iniquitatum & iræ tuæ pondus sustinere poterit, quin concidat, & in profundum tartarum pondere pressus ruat?

Peccatorum remissio est per Christum.

4. *Quia apud te propitiatio est.*] Scilicet per Christum, qui apud te viuum est propitiatorium; cuius merita hominum iniquitatibus propitium te reddunt: Hebraicè est סְלִיחָה *selichah:* id est, *Venia* siue *remissio tecum est.* Omnis autem peccatorum remissio per Christum, verum totius orbis propitiatorium, conceditur. Vel dicitur propitiatio siue remissio, quia causa est omnis remissionis; iuxta illud Pauli, *Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Apud Agellium Hebræi istis verbis, *Quia apud te propitiatio est,* addunt, *vt timearis.* Quod duplicem patitur explicationem: Primò, vt idem sensus sit cum istis verbis Apostoli, *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ:* quasi vtrobique innuatur Christum propitiatorium factum siue clypeum, qui peccatorum pœnas in seipso susciperat, magnitudinem diuinæ iustitiæ nostrorumque scelerum grauitatem nobis ob oculos ponere, vt ea summoperè exhorreamus. *Nam si in viridi ligno hæc faciunt* (inquit ipse Christus) *in arido quid fiet?* vnde appositè Eusebius, siue Eucherius Gallicanus,

1. Cor. 1, 30.

Rom. 3, 25.

Christi etiam propitiatio metuenda.

Lucæ 23, 31.

Hom. 2. de Symbolo: *Ita & Dominus noster Iesus Christus non solùm diuinitatem, sed etiam crucem & mortem suam post futuris sæculis voluit celebrari, vt à peccatis, propter quæ moriebatur, non solùm nos Dei mandata reuocarent, sed illata pro nobis supplicia & vulnera deterrerent.* Ita ille. Scitè *deterrerent*, grauissimo scilicet fœditatis peccati & seueritatis diuinæ (quæ proprio Filio, quòd hominum fideiussor esset, non pepercit) iniecto metu atque terrore. Aliter quoque sic explices: *Quia apud te propitiatio est.* Hoc est, Ideò in propitiatorium, siue operculum, aut scutum, pro peccatis nostris te opposuisti, vt dum homines atrocissimas pœnas atque dolores, quos pro illorum sceleribus pertulisti, vident simulque animaduertunt, nouis modò peccatis, quantum ex se est, te rursus crucifigere, & super dolores vulnerum tuorum addere, non possint non ad te timendum vehementiùs permoueri atque perduci. Sub quo sensu illa verba Isaiæ, *Stemus simul: quis est aduersarius meus? accedat ad me,* sic pulchrè accipiebat Stephanus Cantuariensis in allegorijs Gorfridi Tilmanni ad cap. 3. Sophoniæ, vt ex consideratione vulnerum atque dolorum, quæ pro homine Saluator sustinuit, magnus ipsos occupet pudor, quo à peccando refugiant: *Accedat,* inquit, *& videat propter se mulctatum morte, turpatum cruce, sputis illitum, plagis liuidum, spinis coronatum, lanceâ perforatum, & esse aduersarius erubescat.* Ita ille. Meritò igitur apud Deum propitiatio est vt timeatur.

Isaiæ 50, 8.

IBIDEM. *Et propter nomen tuum sustinui te Domine.*] Sic est in editione Ambrosiana Ecclesiæ Mediolanensis, & in Psalterio Arabico & Æthiopico, & in plerisque libris Græcis, & apud Theodoretum; qui hæc refert. Pro τοῦ ὀνόματος, Aquila quidem & Theodotion interpretati sunt φόβον, *timorem*; Symmachus autem νόμον, *legem:* quod habent ceteræ editiones Latinæ & SS. Hilarius & Augustinus. Scholiastes addit, quintam Editionem dixisse, ὅπως φοβερὸς ἔσῃ, *vt terribilis sis.* S. Chrysostomus habet etiam νόμον, & hæc affert: alius, Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, *Propter nomen tuum:* alius, Ἕνεκεν τοῦ γνωσθῆναι τὸν λόγον σου, *Vt cognoscatur verbum tuum:* alius, Ἕνεκεν φόβου ὑπέμεινα κύριον, *Propter timorem sustinui Dominum:* alius, Ἕνεκεν νόμου διέμεινα κύριον, *Propter legem expectaui Dominum.* Meminit autem hoc loco legis, id est pacti cum Patribus initi. ac si dicat: Expectaui te ô Deus vt mitteres Messiam in lege promissum: vel propter legem tuam, quæ tota Messiæ typis & vmbris & vaticinijs plena est. Expectationem deinde suam exaggerat, & repetit.

IBIDEM. *Sustinuit anima mea in verbum tuum.*] Sic Vetus Psalterium & S. Augustinus atque Hilarius: Vulgata autem & Romanum habet, *in verbo eius:* apud S. Chrysostomum alius legit, Προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου τῷ ῥήματι αὐτοῦ, *Expectauit anima mea verbum eius:* alius, Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου, καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ ἐκαραδόκησα, *Sustinuit mea, & verbum eius expectaui:* quomodo S. Hieronymus etiam vertit ex Hebræo. q.d. Expectauit

ANNOTATIONES CORDERII.

spectauit anima mea Verbum eius diuinum (quod secunda sacrosanctæ Trinitatis persona est) in mundum venturum; & naturam humanam assumpturum speraui, & spero.

David quanto Messiæ desiderio teneretur.

6. *A custodia matutina vsque noctem speret Israël in Dominum.*] Id est, Semper, perpetuò, totâ die, speret Messiam optatissimum venturum. Ex Hebræo verti quoque potest: *Anima mea ad Dominum præ obseruantibus matutinam lucem:* quod etiam Aquila vertit, Ψυχή μου εἰς κύριον ἀπὸ φυλασσόντων τὴν πρωΐαν. Confert hîc Vates desiderium Messiæ quo flagrabat cum desiderio ægrorum, & iter facientium, & negotiatorum, qui matutinam lucem ad releuandum morbum, & iter negotiaque celeriter peragenda, anxiè expectant & obseruant; ipsum verò Messiæ aduentum similem esse innuit luci matutinæ. quasi dicat: Anima mea Messiæ clarissimum aduentum expectat, illumque suspirat, plusquam illi qui vel morbo afflictati, vel negotijs vel itineri cursu veloci conficiendo intenti, noctis longitudinem incusant, lucisque matutinæ aduentum vehementer exoptant. Chaldæus sic interpretatus est: *Anima mea expectauit Dominum plusquam obseruantes custodias matutinas; quas obseruant, vt offerant oblationem matutinam.* Qui sensus Messiæ admirabilem indicat oblationem. q.d. Anima mea Deum expectat, eximiumque illud tempus, in quo Messias seipsum in cruce veluti agnum immolatum pro mundi peccatis Deo offeret. Expectat verò Messiam anima mea plusquam obseruantes custodias matutinas in templo, vt summo manè sacrificium matutinum faciant: quod sacrificij à Messia faciendi typus est.

Copiosa Christi redemptio.

7. *Quia apud Dominum misericordia*, &c.] Tandem fore prædicit vt Messias veniat mundumque redimat; qualisque sit ea redemptio aperit, nimirum ex iniquitatibus, & copiosa: verè copiosa: Primùm, quia per copiosam sanguinis effusionem. Deinde, quia non per sanguinem taurorum aut hircorum, sed Dei in crucem sublati effecta est. Præterea, quia non vni vel alteri, sed infinitis etiam peccatis abolendis satis est. Adhæc, quia non multis tantùm, sed omnibus, imò innumerabilibus hominibus redimendis sufficit. Adde, quòd non vnius tantùm, sed omnium temporum omniumque sæculorum captiuis, vt in libertatem vindicari possint, infinitum pretium contulit. Ad extremum, quia non ex peccato solùm animas eripit, sed gratiâ etiam Spiritusque sancti donis in hoc sæculo exornat, easque post hoc sæculum vnà cum corporibus è mortis potestate ereptas perpetuâ gloriâ in cælo empyreo coronat.

IN PSALMVM CXXX. ARGVMENTVM.

1. Canticum graduum.

Propheticus sermo humilitatem edocet, & eorum qui hanc diligunt personam inducit, precantium Deumque obtestantium pro quibus fuerant inflati: vel eorum qui in Babylone virtutem adamauerant, gloriantium eò quòd non similia plurimis perpessi essent, sed permanserint à Deo dependentes secundùm exempla quæ subiunguntur.

α. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ταπεινοφροσύνην ὁ προφητικὸς ἐκπαιδεύει λόγος, καὶ τὴν ταύτης ἐραστῶν εἰσάγει τὸ πρόσωπον, τὸν Θεὸν λιπαρούντων ἐφ' οἷς ἐφυσιώθησαν· ἢ τῶν ἐν Βαβυλῶνι φιλαρέτων, σεμνυνομένων ἐφ' οἷς οὐ τὰ ὅμοια πεπόνθασι τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἔμειναν ἐξηρτημένοι τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰ ἐπιφερόμενα ὑποδείγματα.

PARAPHRASIS ANONYMI.

DOMINE non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Oratio hominis sibi benè conscij.

Id est, In Babylone nihil desideraui ex delicijs ipsorum quæ cum impietate permixtæ sunt: sed neque idolis attendebam, aut ijs quæ illic immolabantur. Nihil enim mihi tam iucundum accidebat vt pietas.

Neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me.

Id est, Sed neque concupiui Principatus supra pietatem.

ΚΥΡΙΕ οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου· οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου.

Ἀντὶ τοῦ, ἐν Βαβυλῶνι οὐδὲν ἐπεθύμησα τῶν παρ' αὐτοῖς τερπνῶν τῇ ἀσεβείᾳ ἀναμέμικτο· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς εἰδώλοις προσεῖχον, ἢ τοῖς ἐκεῖ τελουμένοις. ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν ἦν τερπνὸν ὡς τὸ εὐσεβεῖν.

Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ.

Ἀντὶ τοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἐπεθύμησα δυναστείας ὑπὲρ τὴν εὐσέβειαν.

β'. Εἰ

Digitized by Google

β΄. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν· ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου.

Εἰ δὲ μὴ τὸ ἐναντίον, φησὶν, οὕτως ὅλως σου εἰχόμην, καὶ πρὸς σὲ ἀπέβλεπον.

Ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ,

Καθάπερ, φησὶ, ἐκεῖνο ἄλλο οὐδὲν ἐπίσταται πλὴν τῆς ξεφούσης.

Ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου.

Τὸ ὡς ἀντὶ τοῦ οὕτως λέγει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι εἰ μὴ τοιοῦτος ἤμην, καὶ εἰ μὴ ταῦτα πάντα ἐποίουν, ὡς ἀκριβὴς ἐπιστάμενος κατὰ τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, ἀπόδος μοι εἰ ἀλλοίαν ψευδόμενος. εἶτα καὶ ἐπισφραγίζει εὐχῇ τὰ εἰρημένα συνήθως καί φασιν·

γ΄. Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Οὐκοῦν, φησι, δέσποτα τοιοῦτον σεαυτὸν ἡμῖν παρέχε, ὥστε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ἡμᾶς μήποτε ἀποστῆναι τοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ σὲ πεπειραμένους ἐκ τῶν προλαβόντων ἐπιτηδεύειν γνησίως τὰ μέλλοντα.

2. Si non humiliter sentiebam; sed exaltaui animam meam..

PARAPHRASIS ANONYMI.

Si autem non è contra, inquit, ita totus tibi adhærebam, & ad te respiciebam.

Sicut ablactatus * super matre sua,

** Vulgata addit est*

Quemadmodum, inquit, ille aliud nihil nouit præter nutricem suam.

* Sic retribues in animam meam.

** Vulgata Ita retributio in anima mea.*

Illud ὡς dicit pro οὕτως, id est *sic*. Vult enim dicere: Quoniam nisi talis eram, & nisi illa omnia faciebam, tu tamquam cordium exactus cognitor, redde mihi si falsum imposuero. Deinde etiam oratione prædicta more solito concludit & ait:

3. Speret Israël in Domino ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Igitur, inquit, Domine talem temetipsum nobis exhibe, vt etiam in posterum nos ampliùs non destituas spe tuâ ex præcedentibus expertos futura rectè disponere.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α΄. ΚΥΡΙΕ ΟΥΚ ΥΨΩΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] Ἐν τῷ τὰ οἰκεῖα διηγεῖσθαι διορθοῦται τὸν ἀκροατήν. καὶ οὐ λέγει, ὅτι ὑψώθην μὲν, κατέσχον δὲ τοῦ πάθους. ἀλλὰ τί; οὐδὲ ἥψατο τῆς ψυχῆς ἡ ἀνομία· ἀλλὰ λιμὴν ἦν ἀχείμαστος ἡ διάνοια, οὐ δεχομένη τὰ κύματα τοῦ νοσήματος. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ νόσημα πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, καὶ ῥίζα παρανομίας πολλῆς. διό φησι, Κύριε οὐκ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. τουτέστιν, οὐκ ἀνέσπασα τὰς ὀφρῦς, οὐδὲ ἀνέτεινα τὸν αὐχένα. ἀπὸ γὰρ τῆς ἔνδοθεν πληγῆς τοῦ πάθους ὑπερβλύζον τὸ νόσημα καὶ τὸ σῶμα σχηματίζει πρὸς τὴν ἔνδον φλεγμονήν.

ΟΥΔΕ ΕΠΟΡΕΥΘΗΝ ΕΝ ΜΕΓΑΛΟΙΣ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐν ὑπερόγκοις ἀνδράσι, τοῖς πλουτοῦσι, τοῖς ἀλαζόσι, τοῖς ὑπερηφάνοις. εἶδες ἀκρίβειαν ταπεινοφροσύνης; Οὐ μόνον αὐτὸς ἐκτὸς ἦν τοῦ νοσήματος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ φλεγμαίνοντας ἔφυγε, καὶ τῶν τοιούτων ἀπεπήδα συλλόγων, διὰ τὸ πολὺ πρὸς τὴν ἀ-

1. DOMINE NON EST EXALTATVM COR MEVM.] Sua propria narrando corrigit auditorem. Et non dicit, Quoniam exaltatus fui, sed Passionem inhibui. Sed quid? Ne animam quidem tetigit iniquitas: verùm mens erat portus expers tempestatis, fluctus ægritudinis minimè admittens. Hæc enim ægritudo malorum omnium causa, & plurimæ iniquitatis radix existit. Quapropter ait, *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* Id est, Non contraxi supercilia, neque ceruicem erexi. Hic enim morbus ab interno perturbationis fonte exundans etiam corpus ad tumorem interiorem componit.

Veri humilis argumentum.

NEQVE AMBVLAVI IN MAGNIS.] Id est, inter viros tumidos, diuites, arrogantes, superbos. Vidisti exactam humilitatem? Non solùm ipse erat à morbo alienus, sed eos etiam qui erant tumidi fugiebat, & à talibus cœtibus resiliebat, propter magnum odium quod in arrogan-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tiam conceperat, & vt nullum ex ea damnum referret. Illud autem, *In mirabilibus super me.* id est, In exuberantibus super me. Quin potiùs, inquit, nisi contrarium fecerim: v. g. *Si non humiliter sentiebam*, &c. Id est, Non solùm, inquit, ab arrogantia liber eram, & alienus ab his qui isto vitio laborabant, sed quia non eleuabar, contrariam etiam virtutem supra modum amplexus sum, scilicet humilitatem, moderationem, contritionem. Talem autem habebam humilitatem, qualem infans qui pendet ab vbere matris: quemadmodum enim ille adhæret matri, & humilis est, omnis arrogantiæ purus, viuens in innocentia: ita etiam ego me erga Deum gerebam ei perpetuò adhærens. Ablactati autem non abs re meminit, sed volens ostendere afflictionem & angustiam. Quemadmodum igitur infans ab vbere recenter auulsus ne sic quidem à matre recedit, sed flens & querulando se excrucians genitrici semper adhæret, nec ab ea recedit: ita ego quoque, inquit, in calamitatibus Deo semper adhæsi. Si autem ita non fui, retribuatur, inquit, animæ meæ. Id est, Luam vltimum supplicium. Deinde ostendens se ideò proba facta sua enarrare vt alliciat auditorem, ait: *Speret Israël in Domino*. Siue calamitates siue quodcumque aliud acciderit, tu, inquit, spem retine in Deum.

Sicut infans matri, ita iustus semper adhæret Deo.

λαζονείας μῖσος, καὶ ὥστε μηδὲ ἐκεῖθεν τινὰ δέξασθαι λύμην. Τὸ δὲ, ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. ἀντὶ τοῦ, ὑπερβάλλουσιν ὑπὲρ ἐμέ. Μᾶλλον μὲν οὖν, φησιν, εἰ μὴ τὸ ἐναντίον ἐποίησα, εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀντὶ τοῦ, Οὐ μόνον τῆς ἀλαζονείας, φησὶ, καθαρὸς ἤμην, οὐδὲ τῶν ἐχόντων αὐτὴν ἀλλότριος, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐπαρθῆναι, καὶ τὴν ἐναντίαν ἀρετὴν μετὰ πολλῆς ἐνεδειξάμην ὑπερβολῆς, τὴν ταπεινοφροσύνην, τὸ μετριάζειν, τὸ συντετρῖφθαι. αὐτὴν δὲ ἐκτησάμην ταπείνωσιν, ὡς τὸ ὑπομαζὸν παιδίον· ὡς γὰρ ἐκεῖνο πρὸς τὴν μητέρα ἔχεται, καὶ ταπείνωται, ἀλαζονείας πάσης ὂν καθαρὸν, καὶ ἀφελείᾳ συζῶν· οὕτω κἀγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἤμην ἐχόμενος αὐτοῦ. οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦ ἀπογαλακτισθέντος ἐμνήσθη· ἀλλὰ καὶ τὴν θλίψιν καὶ τὴν στενοχωρίαν θέλων ἐνδείξασθαι. καθάπερ γὰρ παιδίον ἄρτι μαστοῦ ἀποσπασθὲν οὐδὲ οὕτως ἀφίσταται τῆς μητρὸς, ἀλλ' ὀδυνώμενον κλαυθμυριζόμενον ὅμως ἔχεται, αὐτῆς καὶ οὐκ ἀφίσταται· οὕτω κἀγὼ, φησιν, ἐν συμφοραῖς εἰχόμην τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ μὴ οὕτως ἤμην, ἀνταποδοθείη, φησι, τῇ ψυχῇ μου. ἀντὶ τοῦ, δοίην δίκην τὴν ἐσχάτην. εἶτα δεικνὺς ὡς διὰ τοῦτο λέγει τὰ κατορθώματα ὅπως τὸν ἀκροατὴν ἐπισπάσηται, φησιν· Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ κύριον. κἂν συμφοραὶ κἂν ἄλλο τι συμβαίνῃ, σύ, φησι, τῆς ἐλπίδος ἀντέχου τῆς εἰς θεόν.

CATENA PATRVM.

I. DOMINE NON EST EXALTATVM COR MEVM.] ORIGENIS. Hæ sunt voces iusti in magnis & admirandis gratijs minimè superbientis, neque sese efferentis, neque tumescentis, verùm etiam in his humiliter se gerentis.

CHRYSOSTOMI. Quid hoc est? Paulus ait stultum esse semetipsum laudare, etiamsi fuerit necesse; & ideò subiunxit dicens, *Factus sum insipiens* [cùm gloriabar,] *vos me coëgistis*. Quomodo hoc ergo ignorauit Propheta, & nunc gloriatur dicẽs, Sum humilis & moderatus, & quidem supra modum humilis ac simplex. Hoc enim ait, *Sicut ablactatus super matre sua* Quare hoc facit? Quia nimirum res hæc non est omnino prohibita: sed accidit nonnumquam vt si non gloriemur, simus insi-

1. Cor. 12, 11.

Non nisi in Domino gloriandum.

α. ΚΥΡΙΕ ΟΥΧ ΥΨΩΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αὗται φωναὶ δικαίου ἐν χαρίσμασι μεγάλοις καὶ θαυμασίοις μὴ τετυφωμένου, μηδὲ ὑπεραιρομένου, μηδὲ φυσιουμένου, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις ταπεινοφρονοῦντος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί τοῦτο, ὁ Παῦλος καὶ ἀνάγκης οὔσης τὸ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν ἀφροσύνην φησί· διὸ καὶ ἐπήγαγε λέγων, Γέγονα ἄφρων καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. πῶς οὖν τοῦτο ἠγνόησεν ὁ Προφήτης, καὶ νῦν καυχᾶται λέγων, Ταπεινός εἰμι καὶ μέτριος, καὶ ταπεινὸς καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἁπλοῦς. τοῦτο γάρ φησιν, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. τίνος ἕνεκα τοῦτο ποιεῖ; ὅτι οὐ πανταχοῦ τὸ πρᾶγμα κεκώλυται· ἀλλ' ἔστιν ὅπου οὐ καυχώμενοι, ἄφρονες γινόμεθα.

Digitized by Google

μένα. διὸ λέγει· ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. καὶ γὰρ ὁ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ μὴ καυχώμενος πάντων ἐστὶν ἀφρονέστατος καὶ παρανομώτατος. ὁ ἐπὶ τῇ πίστει μὴ καυχώμενος, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος. ἔστιν ὅπου κακὸν τὸ καυχᾶσθαι· καὶ γὰρ ὁ Φαρισαῖος ἐκαυχήσατο. διὰ τί οὖν φησι Παῦλος, Γέγονα ἄφρων καυχησάμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε; ὅτι κατορθώματα αὐτοῦ διηγεῖτο τὰ ἐπὶ τοῦ βίου καὶ πολιτείας, ἅπερ οὐ δεῖ προσφέρειν ἀνάγκης οὐκ οὔσης. ἀλλαχοῦ δέ φησιν· Ἐὰν θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. ὥστε ὁ τὰ ἀληθῆ λέγων οὐκ ἔστιν ἄφρων, τοῦ καιροῦ καλοῦντος. οὐκοῦν οὐδὲ ὁ προφήτης ἄφρων καυχώμενος· ἀλήθειαν γὰρ ἔλεγεν. ἀλλὰ τίς ἡ αἰτία δι' ἣν εἰς τοῦτο κατήγαγε τὸν λόγον, ὥστε παιδεῦσαι τοὺς ἀκροατὰς, μὴ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσεῖν, καὶ ἀποσκιρτῆσαι πάλιν, καὶ εἰς ἀνάγκην ἐμπεσεῖν ἑτέρας αἰχμαλωσίας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῆς καρδίας τὸ ὕψος οὐ μόνον δυσσεβέσιν, ἀλλὰ καὶ εὐσεβέσι λυμαίνεται. ἴδιον δὲ τῶν ὑπερηφάνων, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπαίρειν. τὸ δὲ ἐν μεγάλοις, ὁ Σύμμαχος ἐν μεγαλειότησιν, οὐδὲ ὑπερβάλλουσί με. ἀντὶ τοῦ, ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀξίαν οὐκ ἐπεπήδησα.

β'. ΕΙ ΜΗ ΕΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΝΟΥΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Εἰ μὴ ἐξίσωσα, καὶ ἐξωμοίωσα τὴν ψυχήν μου ἀπογαλακτισθέντι πρὸς μητέρα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθείη τῇ ψυχῇ μου. εἰ μὴ παραπλησίως, φησὶ, βρέφει νεῶ ἀπογαλακτισθέντι θηλῆς καὶ τὴν μητέρα δειμαίνοντι ἔδεισά σε, καὶ ἐμαυτόν σοι ὑπέταξα, ἀλλ' ὑψηλὴν ἔσχον διάνοιαν· τῆς αὐτῆς ἀνταποδόσεως τυχεῖν ἀξιῶ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὡς ὁ Ἰσαὰκ καὶ ὁ Σαμουὴλ ἀπογαλακτίσθησαν, οὕτως καὶ οὗτος ἐκείνους καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς μιμησάμενος. Οὐχ ὑψοῦται δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀπογαλακτισθέντος τινὸς ὑψοῦντος αὐτὴν, ἀλλ' ὑψοῦται ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς μητέρα· περὶ ἧς εἴρηται, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐ μόνον τῆς κακίας καθαρὸς ἤμην, τῆς ἀλαζονείας λέγω· οὐδὲ μόνον τῶν ἐχόντων αὐτὴν ἀλλότριος· ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐναντίαν αὐτῇ μετὰ πολλῆς ἐδεξάμην τῆς ταπεινοφροσύνης, τὸ μετριάζειν τὸ συντετρῖφθαι.

CATENA PATRVM.

pientes. Quapropter ait: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Qui enim in cruce non gloriatur est omnium insipientissimus & iniquissimus. Qui non in fide gloriatur, omnium est miserrimus. Est quandoque etiam malum gloriari: nam & Pharisæus gloriabatur. Cur igitur Paulus ait, *Factus sum insipiens* [gloriando,] *vos me coëgistis*? Quoniam narrabat præclara vitæ suæ instituta & facinora, quæ non oportebat narrare, nisi necesse esset. Alibi autem dicit: *Si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam.* Qui veritatem ergo dicit cùm tempus postulat, non est insipiens. Non est ergo insipiens Propheta qui gloriatur: veritatem enim dixit. Sed quænam causa ipsum induxit in hunc sermonem, vt nimirum doceret auditores, ne postquam liberati sunt à malis in amentiam seu insolentiam relabantur, & iterùm resiliant, & in aliam captiuitatis necessitatem incidant.

1. Cor. 1, 31.

1. Cor. 12, 11.

2. Cor. 12, 6.

ANONYMI. Cordis elatio non solùm impijs, sed etiam pijs officit. Proprium autem superborum est, supercilia erigere. Illud autem *in magnis*, Symmachus *in magnificentijs, neque transcendentibus super me.* Id est, Meipsum custodiui, & supra dignitatem me non extuli.

Cordis elatio omnibus nocet.

2. SI NON HVMILITER SENTIEBAM.] ORIGENIS. Symmachus autem, *Si non exæquaui, & similem reddidi animam meam ablactato erga matrem suam, sic retribuatur anima mea.* Si non, inquit, te timui, & meipsum tibi subiegi ad instar infantis ab vbere depulsi suamque matrem verentis, sed altam habui mentem; obsecro vt eamdem remunerationem consequar.

EIVSDEM. Quemadmodum Isaac & Samuel ablactati fuerunt, sic etiam hic illos illisque similes imitatus est. Non exaltatur autem anima ablactati quopiam illam extollente, sed exaltatur super matrem suam; de qua dictum est, *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra,* &c.

Gal. 4, 26.

CHRYSOSTOMI. Quod autem dicit est eiusmodi: Non solùm fui liber à vitio, arrogantiâ inquam; nec solùm ab ijs qui illâ laborant alienus extiti; verùm etiam contrariam ei virtutem cum magna humilitate suscepi, scilicet modestiam & contritionem.

Humilitas paruulorum imitanda.

CATENA PATRVM.

Hoc ipsum discipulis suis Christus præcepit dicens: *Nisi conuersi fueritis sicut paruuli, non intrabitis in Regnum cælorum.* Talem, inquit, ego habui humilitatem. Sicut enim lactens paruulus adhæret matri, & humiliatur, & ab omni arrogantia purus est; ita ego quoque erga Deum me gerebam, ei perpetuò adhærens.

Matth. 18, 3.

SIC RETRIBVES IN ANIMAM MEAM.] ORIGENIS. Ablactati animæ retribuit Dominus mercedem tantæ ascensionis.

3. SPERET ISRAEL IN DOMINVM.] ANONYMI. Deinde ostendens se ad alios adhortandos sua propria commemorasse, *Speret*, inquit, *Israël.* Qui enim, inquit, in eadem spe ac virtute metum communicat, eosdem quoque fructus percipiet.

ORIGENIS. In præcedenti quidem cantico dictum erat, *A custodia matutina speret Israël in Domino*; in hoc verò quousque? *Ex hoc nunc*, inquit, *& vsque in sæculum.* Post hoc sæculum enim fruitur quis ijs quæ sperauerat.

CHRYSOSTOMI. Vides quemadmodum dixi in principio, quòd in ijs quidem quæ ad fidem & dogmata pertinent, etsi nulla causa suppetat, assiduè gloriandum sit, & qui non gloriatur perierit. In rectè autem factis, cùm tempus postulat, minimè quoque recusanda est gloriatio. Quodnam est autem tempus? Multa & varia; quorum vnum est docendi auditorem. Quod vtique etiam hic ipse dixit. Et ostendens se sua rectè facta ideò commemorare, vt auditorem ad imitationem suam alliciat, subiunxit: *Speret Israël in Dominum.*

τοῦτο τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς ἐκέλευσε λέγων· Ἐὰν μὴ στραφῆτε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τοιαύτην κἀγώ, φησιν, ἐκτησάμην ταπεινοφροσύνην. ὡς γὰρ τὸ ὑπομάζιον παιδίον ἔχεται τῆς μητρὸς, καὶ τεταπείνωται, καὶ ἀλαζονείας ἁπάσης ἐστὶ καθαρόν· οὕτως κἀγὼ ἤμην πρὸς τὸν Θεὸν, ἐχόμενος αὐτοῦ διηνεκῶς.

ΩΣ ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΕΙΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῇ τοῦ ἀπογεγαλακτισμένης ψυχῇ ἀποδίδωσιν ὁ κύριος μισθὸν τῆς ἐπὶ τοσοῦτον ἀναβάσεως.

γʹ. ΕΛΠΙΣΑΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἶτα δεικνὺς ὅτι εἰς προτροπὴν ἑτέρων τὰ οἰκεῖα διήγησιν, Ἐλπισάτω, φησὶν, Ἰσραήλ. ὁ γὰρ τῆς αὐτῆς μοι, φησὶ, κοινωνῶν ἐλπίδος καὶ ἀρετῆς, καὶ τοὺς αὐτοὺς συλλέξει καρπούς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης ᾠδῇ λέλεκται, ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον· ἐν δὲ ταύτῃ καὶ ἕως πότε; διὰ τὸ ἀπὸ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. μετ' ἐκεῖνον γάρ τις ἀπολαύει τὰ ἐλπιζόμενα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς ὅπερ ἔφην ἐξ ἀρχῆς, ὅτι ἐν μὲν τοῖς περὶ πίστεως καὶ δογμάτων, καὶ αἰτίας οὐκ οὔσης, συνεχῶς δεῖ καυχᾶσθαι, καὶ ὁ μὴ καυχώμενος ἀπόλωλεν. ἐν δὲ τοῖς κατορθώμασι τοῦ βίου, καιροῦ καλοῦντος, οὐδὲ τότε παραιτεῖσθαι δεῖ τὸ καυχᾶσθαι. ποῖος δὲ καιρός; πολλοὶ καὶ διάφοροι· ὧν εἷς ἐστι τὸ παιδεῦσαι τὸν ἀκροατήν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἔλεγε. καὶ δεικνὺς ὅτι διὰ τοῦτο λέγει αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, ἵνα τὸν ἀκροατὴν ἐπισπάσηται πρὸς τὸν αὐτὸν ζῆλον, ἐπήγαγεν· Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν κύριον.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Psalmo Dauid humilitatem & modestiam suam Deo commendat, & exemplo suo monet Israëlem, vt sibi diffisus à Deo totus pendeat.

1. *Domine non est exaltatum cor meum, &c.*] Sciendum hoc loco Dauidem necessitate compulsum humilitatem suam prædicasse, non vt sibi quæreret vanam laudem, sed vt populi salutem promoueret. Optima sanè ratio. Nam viderat Dauid, propter suam vanitatem in populo numerando grauiter percussum fuisse à Deo ipsum populum: quare voluit vt iterùm propter suam humilitatem Deus in populum placaretur. Ita Lyranus hunc locum interpretatur: *Sicut*, inquit, *in corpore naturali bona & mala dispositio capitis redundat in membra; sic meritum & demeritum Principis redundat in subditos. Vnde, quia populus Israël fuit percussus propter peccatum Dauid in populi enumeratione; ideò Dauid proponit coram Domino meritum vitæ suæ non ad iactantiam, sed ad populi conseruationem.* Quasi Dauid ita quodammodò cum Deo argumentaretur: Superbus fui, fateor; sed iam nunc humilem me exhibeo. Si igitur, Domine Deus, propter meam superbiam populum percussisti, æquum est, vt propter meam humilitatem percusso medearis. Vnde patet, non ad propriam iactantiam, sed ad populi salutem, suam apud Deum humilitatem commendasse. Vera hæc animi magnitudo est, in operum grandi-

David non ad iactantiam, sed ad populi salutem refert humilitatis suæ commendationem.

2. Reg. 24, 15.

Vera animi celsitudo est, cor ne superbiat cohibere.

Digitized by Google

granditate ſuam paruitatem intueri: veræ celſitudinis certa hæc conſignatio eſt, ad ima ſe demittere, vbi quis peruenerit ad culmen. Huc Dauidis mens euaſerat cùm hæc dicebat: verè magnus qui licet eſſet, in magnis tamen non ambulabat, nec ſe ſuper ſe tumidus efferebat. Quod S. Ambroſius lib. 7. in S. Lucam hoc modo interpretatur: *Non nouit*, inquit, *phaleratus ſermonibus artem ſuæ iactare prudentiæ: quod Philoſophi plerique faciunt.* Hanc enim tumido inflantem ſpiritu ſcientiam oditNumen, dæmon inſtillat: quare illam maximè ſemper auerſatus eſt Dauid; & ne ab illa ſupplantaretur ſuperiùs deprecatus eſt dicens: *Ne veniat mihi pes ſuperbiæ*:ne elati animi tumor me deijciat & ſupplantet. Fructum autem ſuæ orationis hîc exponit, vbi vitæ ſuæ candidè & ſimpliciter meminit in hunc modum: *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Ad quod ita pulchrè S. Ambroſius in Pſal. 35. ait: *Hîc orauit, ibi impleuit: non impleſſet, niſi oraſſet.* Notat autem ibi Regium Vatem pro ſe orare voluiſſe; vt nos doceret, quemadmodum orare debeamus ad Dominum. Neque enim cogitandum eſt, vnius tantùm ſuperbiæ, precibus ad Deum fuſis, illum victorem, & conſtantem in virtute fuiſſe: ſed quæcumque animi labes obijceretur, ſi quod periculum fraudis denuntiaretur, ad idem armamentarium ſe conferebat, vires & conſtantiam iiſdem armis obtinebat: ſic à vitio purus perambulabat in innocentia cordis ſui medio in palatio, & diuinâ ſpe recreatus, extremum vitæ ſuæ diem opperiebatur.

Pſal. 35.

2. *Sed exaltaui animam meam.*] Hoc eſt, E ſalutari mei ipſius demiſſione magnos animos & cælo dignos accepi, quæ me ducit ad Deum. Atque ita quidem Regij huius Cantoris bonus ac peritus interpres D. Hilarius id dictum, *Exaltaui animam meam*, de excelſitate ſumit animi piè generoſi, & religioſè magni; *vt corde*, inquit, *humiles, ſenſu verò & animâ ſimus excelſi.* Sed quomodo hæc non videntur ſibi repugnare? Priùs dixerat, cor ſuum non fuiſſe exaltatum; deinde ſubijcit, ſe animam ſuam exaltauiſſe. Quî hęc cohærent? Optimè profectò; quia vera animi celſitudo eſt humilis cordis depreſſio: animæ verò depreſſio eſt cor elatum. Huc collineauit etiam ſanctus Zeno Sermone primo in hunc Pſalmum, horum verborum nexum expendens: *Videamus*, inquit, *ne forte Propheta ipſe ſe impugnet exaltando animam ſuam, qui cor ſuum ſe non exaltaſſe gloriatur: non ſibi repugnat, ſed oſtendit animæ eſſe ſublimitatem, ſuperiora viciſſe; quia qui ſe exaltauerit humiliatur; & qui ſe humiliauerit exaltatur. Animæ enim depreſſio cor elatum eſt: cor cohibitum promotio eſt animæ.* Cordis igitur oculorumque depreſſio via eſt ad exaltationem animæ. Quò magis minuit ſe Dauid, & corde reſpuit mundi magnalia, eò clariorem exaltationem & magnitudinem acquirit animæ; vti ibidem D. Zeno pulchrè oſtendit: *Quæ*, inquit, *Propheta iſta diuerſitas eſt? Non exaltat cor, animam exaltat: excelſus animo, & corde ſubmiſſus: humilis in ſuis, ſed non humilis in ſenſu eſt: ſenſus eius in cælo eſt, anima eius eſt in excelſis.* Simul cum cordis ſummiſſione animæ venit celſitudo: excelſius eris apud Deum vbi ſummiſſus fueris: dum te demiſeris ad ima, cælorum ad excelſa pertinges. Amant enim cælorum magnalia deſcendere, non aſcendere: niſi te in imis conſtitueris, nil cæleſte magnum percipies. De cæleſtibus bonis locutus D. Paulus ait: *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Expende illud, *Nec in cor hominis aſcendit:* quippe vbi homo habet cor altum & exaltatum, nihil ex cæleſtibus bonis ad illum accedit. Minimè enim cæleſtia bona amant aſcenſus, ſed deſcenſus: eâ ſunt magnitudine, vt nequeant aſcendere; ſed promptiſſima ſunt ad deſcenſum, vt in illis impleantur humilia, & in immenſum creſcant.

ANNOTATIONES CORDERII.

Animæ celſitudo eſt cordis depreſſio, & contrà.

1. Cor. 2, 9.

IN PSALMVM CXXXI. ARGVMENTVM.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Τῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ἐμφερής ἐστιν οὗτος· παρακαλοῦσι γὰρ κἀνταῦθα οἱ ἐν Βαβυλῶνι, μνησθῆναι τῶν πρὸς τὸν Δαβὶδ ὑποσχέσεων, καὶ δοῦναι λύσιν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, ὅπως αἱ προφητεῖαι λάβωσι πέρας.

1. Canticum graduum.

Hic Pſalmus ſimilis octogeſimo octauo: nam qui in Babylone erant hoc loco quoque rogant Deum, vt memor ſit promiſſionum ſuarum ad Dauid, & à captiuitate tribuat ſolutionem, vt Prophetiæ finem accipiant.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΜΝΗΣΘΗΤΙ κύριε τοῦ Δαβίδ, καὶ πάσης τῆς πρᾳότητος αὐτοῦ·

Πρᾳότητα ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς τὴν ἐπιείκειαν καλεῖ, ἀλλὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, μεθ' οὗ συνέζη ὁ Δαβίδ· καὶ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ

MEMENTO Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius:

Manſuetudinem hoc loco non ſimpliciter æquitatem appellat, ſed Dei timorem, cum quo vixit Dauid; & dilectionem

Quid appelles manſuetudinem.

erga

PARAPHRASIS ANONYMI.

erga Deum, quæ illi erat familiaris: & absolutè omnem subiectionem & obedientiam hoc loco mansuetudinem nominat. Quòd autem eius studium erga Deum sic appellet, sequens quoque versus declarat. subdit enim:

τὴν πρὸς τὸν θεὸν, ᾗ συνῴκει· καὶ ἁπλῶς πᾶσαν τὴν ὑποταγὴν καὶ ὑπακοὴν πρᾳότητα ἐνταῦθα ὀνομάζει. ὅτι δὲ τὴν σπουδὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τὸ θεῖον οὕτως καλεῖ, δηλοῖ καὶ ὁ ἑξῆς στίχος. ἐπάγει γάρ·

2. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:

β΄. Ὡς ὤμοσε τῷ κυρίῳ, ηὔξατο τῷ θεῷ Ἰακώβ·

Id est, Quando statuit & rogauit hæc.

Ἀντὶ τοῦ, ὅπως ἔκρινε καὶ ἐδεήθη ταῦτα.

3. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero * super lectum strati mei:

* Vulgata in

γ΄. Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου·

4. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,

δ΄. Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν,

5. Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

ε΄. Καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου· ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ.

Dauidis prima cura erat de domo Domini.

Hoc vult breuiter dicere: nempe, Memento Domine quomodo Dauid promiserit & decreuerit, se præ omni quiete, & omni cultu, omniq́ue necessitate curaturum, vt reperiat locum, in quo nomini tuo domum ædificet. Non enim hoc ait, quòd non dormiuerit, neque quieuerit priusquam locum reperiret, sed quòd huius rei tantùm curam gesserit, vt omni cultu proprio prætulerit inuentionem loci illius. Deinde etiam cetera recenset.

Τοῦτο βούλεται συντόμως εἰπεῖν· ὅτι, μνημόνευσον δέσποτα ὅπως ὑπέσχετο ὁ Δαβὶδ καὶ ἔκρινε, πάσης αὐτοῦ ἀνέσεως, καὶ πάσης θεραπείας, καὶ πάσης ἄλλης χρείας προτιμᾷν, τὸ εὑρεῖν τόπον, ἐν ᾧ οἰκοδομήσει τῷ ὀνόματί σου οἶκον. οὐδὲ γὰρ τοῦτο λέγει, ὅτι οὔτε ἐκαθεύδησεν, οὔτε ἀνεπαύσατο πρὶν εὕρει τὸν τόπον, ἀλλ' ὅτι τοσαύτην εἶχε φροντίδα τοῦ πράγματος, ὥστε πάσης αὐτοῦ θεραπείας οἰκείας προτιμᾷν τὴν εὕρεσιν τοῦ τόπου. εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς.

6. Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis siluæ.

ς΄. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾷ· εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ.

Quoniam multo tempore præcesserat arca de loco in locum migrans; idcircò, inquit, audiuimus narrantes, vt etiam tunc per agros & vicos circumiens posteà firmata fuerit. Hoc etiam nobis accidat. Ephrata autem vocat Tribum Iuda, in quam postliminiò introducta fuit; & campum siluæ Hierusalem, in qua quieuit. Subiungunt igitur Deum deprecantes, & aiunt hoc modo:

Ὅτι ἔμπροσθεν περιῄει πολὺν χρόνον ἡ κιβωτὸς τόπον ἐκ τόπου ἀμείβουσα· διό, φησιν, ἠκούσαμεν διηγουμένων, ὅτι καὶ τότε περιιοῦσα ἐν ἀγροῖς καὶ κώμαις ἡδράσθη μετὰ ταῦτα. τοῦτο γινέσθω καὶ ἐφ' ἡμῖν. Εὐφραθᾶ δὲ τὴν Ἰούδα λέγει φυλὴν, εἰς ἣν μετὰ περίοδον εἰσηνέχθη· καὶ πεδίον δρυμοῦ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐφ' ἧς κατέπαυσεν. Ἐπιφέρουσι γοῦν δεόμενοι τοῦ θεοῦ, καὶ φασὶν οὕτως·

7. * Intremus in tabernacula eius: * adoremus in loco vbi steterunt pedes eius.

* Vulgata Introibimus in tabernaculum
* adorabimus

ζ΄. Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ· προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ.

Deinde etiam ampliùs rogantes hoc ipsum subiungunt:

Εἶτα καὶ ἐπὶ πλέον παρακαλοῦντες τοῦτο αὐτὸ ἐπάγουσιν·

2. Par. 6, 41.

8. Surge Domine in requiem

η΄. Ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν

παυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.

Ἀνάπαυσιν καλεῖ τὴν τοῦ λαοῦ κατάπαυσιν. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὥστε πάλιν τὸν ναὸν ἀνεγερθῆναι, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης ἐν τῷ οἰκείῳ εἶναι τόπῳ. τὸ δὲ τοῦ ἁγιάσματός σου ἀντὶ τοῦ σοῦ λέγει· τουτέστι, τῆς ἁγιωσύνης σου.

θ'. Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην· καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται.

Ὥστε πάλιν, φησὶ, τοὺς ἱερέας σου τὴν κατὰ νόμον φέρειν στολὴν, καὶ τοὺς ἀνακειμένους σοι τὸ ἀρχαῖον ἀπολαβεῖν σχῆμα.

ι'. Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.

Ἐπειδὴ αὐτοὶ οὐκ εἶχον οἰκείαν δικαιοσύνην προβάλλεσθαι εἰς τὸ σωθῆναι, ἀναγκαίως τοῦ προπάτορος τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν ὑπόσχεσιν προβάλλονται. τοῦ Χριστοῦ δὲ λέγουσιν ἐνταῦθα, ἤτοι τοῦ Ζοροβαβελ, ἤτοι καὶ Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ ἐπανόδῳ τῆς αἰχμαλωσίας, ὁ μὲν αὐτῶν ἐβασίλευσεν ὁ Ζοροβαβελ, ὁ δὲ ἱεράτευσεν.

ια'. Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

Πρὸς τούτοις, φησὶ, δίασκεψαι καὶ πρὸς ἐκεῖνο ἀπόβλεψον, ὅτι καὶ μεθ' ὅρκου ἐπηγγείλω τῷ Δαβὶδ, μὴ ἐκλείπειν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενον ἐπὶ θρόνου βασιλείας· περὶ τούτου ἐρωτάσθωσαν Ἰουδαῖοι τί φασιν· εἰ μὲν γὰρ τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν, ἕστηκεν τοῦ Θεοῦ ὁ ὅρκος ὁ πρὸς τὸν Δαβίδ· εἰ δὲ ἀθετοῦσιν τὸν Χριστὸν τὸν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Δαβίδ, δειξάτωσαν τοῦ ὅρκου τὸ πιστόν. ἀλλ' εὔδηλον ὅτι τὸν Χριστὸν αἰνίττεται ἡ γραφή. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιβ'. Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου ταῦτα, ἃ διδάξω αὐτούς·

Καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἕως τοῦ αἰῶνος καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Requiem appellat populi quietem. Vult igitur dicere: Vt rursus templum instauret, & arcam testamenti loco suo restituat. Illud autem *sanctificationis tuæ* pro *tua* dicit: id est, sanctitatis tuæ.

9. Sacerdotes tui * induentur iustitiam: & sancti tui * exultabunt.

* Vulgata induantur
* exultent.

Vt rursus, inquit, Sacerdotes tui iuxta legem stolam gerant, & hi qui tibi deuoti sunt pristinam formam recipiant.

10. Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Cùm ipsi non possent propriam iustitiam prætexere ad salutem, necessariò propagatoris sui virtutem Deique erga ipsum promissionem proponunt. *Christi* autem hîc dicunt, siue Zorobabelis, siue etiam Iesu magni Sacerdotis. Ille enim, scilicet Zorobabel, in reditu de captiuitate ipsis imperabat, alter verò sacris præerat.

11. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

2. Reg. 7, 12.

Ceterùm, inquit, Domine etiam ad illud respice, quòd cùm iureiurando quoque Dauidi promiseris, minimè defuturum de semine eius qui sedeat supra thronum Regni: de hoc interrogentur Iudæi quid dicant: nam si Christum quidem fateantur esse, constat Dei iuramentum quod est ad Dauid: si autem repudient Christum qui est de semine Dauid, ostendant fidem iuramenti. Sed clarum est Scripturam Christum insinuare. vnde subdit:

In Christo Regnum Dauidis stabilitum est.

12. Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos:

Et filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

13. Quoniam elegit Dominus Sion: * prælegit eam in habitationem sibi.

* Vulgata elegit

Ego enim quantum ad me, inquit, etiam Hierusalem elegi, & volo habitare in ea, atque habere in ea Regnum de genere, nisi ipsi sponte corruperint bona in ipsos collata: si autem non custodiuerint, percutiam quidem Hierusalem & Regnum quod in ea est, cùm verò semel cum iuramento promiserim Dauidi semen eius regnaturum in sæcula, transferam Regnum de Gente in orbem vniuersum: quod apparet reipsâ executioni mandatum per Dominum.

14. Hæc requies mea in sæculum sæculi:

Adhuc de Hierosolyma hoc dicit. Id est, Quoniam hæc decreui, etiam faciam, nisi vos defeceritis.

Hîc habitabo, quoniam * prælegi eam.

* Vulgata elegi

Etiam hîc, inquit, decreui habitare; quandoquidem eam præ ceteris elegerim.

15. * Venationem eius benedicens benedicam:

* Vulgata Viduam

Venationem Symmachus *annonam* vocat. Id est, Omnium rerum affluentiam ipsis præbebo.

Pauperes eius saturabo panibus.

Implebo autem, inquit, etiam pauperes benignitate.

16. Sacerdotes eius induam * salute: & sancti eius exultatione exultabunt.

* Vulgata salutari

Hæc omnia, inquit, faciam circa illam, donec ostendam de genere isto lucernam orbis vniuersi. vnde subdit:

17. * Illic suscitabo cornu Dauid:

* Vulgata Illuc producam

Cornu vocat Regnum. Vult igitur dicere: Quoniam illic ostendam verum Regnum.

Paraui lucernam Christo meo.

ιγ'. Ὅτι ἐξελέξατο κύριος τὴν Σιών· ᾑρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ.

Ἐγὼ γὰρ τὸ ἐπ' ἐμοί, φησι, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐξελεξάμην, καὶ βούλομαι οἰκεῖν ἐν αὐτῇ, καὶ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὴν βασιλείαν ἀπὸ τοῦ γένους, εἰ μὴ αὐτοὶ ἑκόντες διαφθείρωσι τὰ εἰς αὐτοὺς ἀγαθά· ἐὰν δὲ μὴ φυλάξωσι, τὴν μὲν τὴν Ἱερουσαλὴμ παίσω καὶ τὴν ἐν αὐτῇ βασιλείας. ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ μεθ' ὅρκου ἐπηγγειλάμην τῷ Δαβὶδ τὸ σπέρμα αὐτοῦ βασιλεύειν εἰς αἰῶνας, μεταστήσω τὴν βασιλείαν ἀπὸ τοῦ ἔθνους ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν· ὅπερ φαίνεται ἐξελθὸν ἐπὶ τοῦ δεσπότου τούτου.

ιδ'. Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος·

Ἔτι περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ φησιν. ἀντὶ τοῦ, ὅτι ταῦτα ἐβουλευσάμην, καὶ ποιήσω, ἐὰν μὴ ὑμεῖς ἀθετήσητε.

Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν.

Καὶ ὧδε, φησιν, ἔκρινα κατοικεῖν· ἐπειδὴ ταύτην ἐξελεξάμην παρὰ τὰς ἄλλας.

ιε'. Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω·

Θήραν Σύμμαχος τὴν σίτησιν λέγει. ἀντὶ τοῦ, τὴν εὐθηνίαν τῶν πάντων παρέξω αὐτοῖς.

Τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων.

Ἐμπλήσω δέ, φησι, καὶ τοὺς πένητας χρηστότητος.

ις'. Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν· καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται.

Ταῦτα πάντα ποιήσω, φησί, περὶ αὐτήν, ἕως οὗ ἀναδείξω ἐκ τοῦ γένους τὸν τῆς οἰκουμένης λύχνον. ὅθεν ἐπάγει·

ιζ'. Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ·

Κέρας τὴν βασιλείαν λέγει. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι ἐκεῖθεν ἀναδείξω τὴν ἀληθῆ βασιλείαν.

Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου.

Digitized by Google

Λύχνον δῆλον ὅτι τὴν λαμπρότητα λέγει καὶ τὴν δόξαν τὴν περὶ Χριστόν.

ιή. Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην·

Πᾶς γάρ, φησιν, ἐναντιούμενος αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ αἰσχυνθήσεται· δεῖ γὰρ αὐτὸν καθῆσθαι ἕως ἂν τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου.

Τὸ ἁγίασμά μου λέγει πάλιν, ἀντὶ τοῦ ἡ ἁγιωσύνη μου ἐξανθήσει ἐν αὐτῷ. τουτέστιν, ἡ ἐμὴ ἁγιότης ἐν αὐτῷ ἀνθήσει, καὶ διαδώσει τῆς εὐωδίας τῷ κόσμῳ.

Clarum est quòd lucernam vocet splendorem & gloriam Christi.

18. Inimicos eius induam confusione:

Omnis enim, inquit, qui Regno eius aduersatur confundetur: nam oportet eum sedere donec positi fuerint inimici eius scabellum pedum ipsius.

Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Illud *sanctificatio mea* rursus ait, pro sanctimonia mea efflorebit in eo. Id est, Mea sanctitas in eo florebit, & communicabit mundo suauitatem odoris.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ά. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ.] Ἀλλαχοῦ μὲν ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν προγόνων μόνον ἀξιοῦσι σώζεσθαι· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ κατορθώματα λέγουσι καὶ τὴν ἐπιείκειαν. εἶτα ἀφεὶς τὸ τὰ περὶ τῆς πραότητος διεξελθεῖν, ὡς δῆλα, περὶ τὸ κατεπεῖγον ἵσταται. κατεπεῖγον γὰρ ἦν ἡ τοῦ ναοῦ ἀνάστασις, ἣν ὡς τῆς σπουδῆς αὐτοῦ ἀμοιβὴν ἀπαιτεῖ τὸν Θεόν, καί φησι· Μνήσθητι ὡς ὤμοσε τῷ κυρίῳ· καὶ προτιμότερον ἔθετο πάσης θεραπείας αὐτοῦ τὴν τοῦ τόπου εὕρεσιν. φησὶ γάρ· Ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ. καὶ τί τοῦτο, φησι, πρὸς σέ; ἐκείνου γάρ εἰμι, φησίν, ἔκγονος· καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος ἔφησας στῆσαι αὐτῷ τὸ γένος καὶ τὴν βασιλείαν. ταύτας οὖν, φησιν, ἀπαιτοῦμεν νῦν τὰς συνθήκας. καὶ οὐκ εἶπεν, ἕως οἰκοδομήσω (τοῦτο γὰρ αὐτῷ οὐκ ἐφεῖτο) ἀλλ', ἕως εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ. ἀλλ' ὅμως ἀφεὶς τὸν οἰκοδομήσαντα, τὸν ἐπαγγειλάμενον λέγει· Ἕως οὗ εὕρω, φησίν. εἶδες σπουδὴν καὶ μεμεριμνημένην ψυχήν; πῶς οὐδὲ αὐτὰ τῆς φυσικῆς ἦν ἀνάγκης, ὕπνον καὶ τὰ λοιπὰ οὐδὲ τούτων ἀπολαύσεσθαι μετ' ἀδείας φησίν, ἕως εὕρῃ σκήνωμα τῷ Θεῷ; καὶ οὐ μόνον οἰκοδομῆσαι ζητεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιτηδειοτάτῳ χωρίῳ καὶ μάλιστα πρέποντι. εἶτα τὰ ἀρχαῖα διηγεῖται, καὶ φησί·

ϛ΄. ΙΔΟΥ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΕΥΦΡΑΘΑ.] Ἀσάφειαν ἔχουσιν οἱ στίχοι. τὸ γὰρ ἐν Εὐφραθᾷ ἐν τῷ Εὐφραθαίῳ λέγει, τουτέστι τῷ Βηθλεεμίτῃ. Βηθλεεμίτης δὲ καὶ

1. MEMENTO DOMINE DAVID.] Alibi quidem petunt solùm conseruari à memoria maiorum; hîc autem etiam benefacta commemorant & æquitatem. Deinde omittens narrare illa quæ ad mansuetudinem pertinent, vtpote manifesta, proponit id quod vrgebat. Hoc enim erat templi erectio, quam tamquam studij sui remunerationem à Deo postulat, & ait: *Memento sicut iurauit Domino:* atque omni cultu suo prætulit loci ipsius inuentionem. ait enim: *Donec inueniam locum Domino.* Et quid hoc, inquit, ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi; & cùm ipsum suscipiens dixeris te ei genus & Regnum erecturum. Hæc igitur, inquit, pacta conuenta nunc exigimus. Et non dixit, *Donec ædificauero* (hoc enim non fuerat ei permissum) sed, *Donec inuenero locum Domino*. Attamen omisso eo qui ædificaturus erat, refert illum qui id promiserat: *Donec inueniam,* inquit. Vidisti diligentiam & animi sedulitatem? quomodo ne ea quidem quæ erant naturalis necessitatis, vt somnum & cetera se sumpturum dicat, donec tabernaculum Deo reperiat? Et non solùm ædificare quærit, sed etiam in loco aptissimo decentissimoque. Deinde vetera recenset, & ait:

6. ECCE AVDIVIMVS EAM IN EPHRATA.] Hi versiculi obscuritatem continent. Nam illud *Ephrata* intelligit in Ephratæo, id est in Bethleemitide. Dauid autem est Bethleemita &

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Dauidis mansuetudo spectabilis.

Dauidis diligentia in loco pro domo Domini inquirendo.

Dauid Bethleemita & Ephratæus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

& Ephrataeus. Itaque illud, *Audiuimus eam in Ephrata.* id est, Accepimus talem promissionem propter Ephrataeum, id est Dauidem. Deinde etiam ait in quali loco.

INVENIMVS EAM IN CAMPIS SILVÆ.] Maximam siluam habebat locus ille, in quo templum postremò fuit ædificatum: erat autem ipse locus in monte campi habens decliuitatem. Vult igitur dicere, Quoniam per Ephrataeum quoque locum cognouimus, id est campestrem, in quo erat silua. Cùm igitur, inquit, per Salomonem quoque factum sit, illicque nomen tuum fuerit adoratum, & nunc dirutum sit, captiuitate omnia desolante, rogamus te vt memor sis promissionum ad Dauidem factarum, & ad propria nos reducas, vt templum denuò excitetur, nosque pristinam formam recipiamus in illud ingredientes, ibidemque adorantes, atque omnia quæ antiquitatis ac salutis sunt recuperantes. subiungunt igitur rogantes Deum, & aiunt hoc modo:

7. INTREMVS IN TABERNACVLA.] Vidisti quàm crasso dicendi modo vsus sit, propter stuporem eorum qui audiebant, dicens Dei tabernacula, & pedes & locum. Hæc autem omnia dicit locum arcæ.

8. SVRGE DOMINE IN REQVIEM.] Quid porrò est *in requiem*? Fac, inquit, vt nos desistamus errare, & arca circumferri, & ea tamdem aliquando quiescat. Alij autem *requiem* vocarunt cultum legalem, non quòd eo indigeret, sed quòd in pijs hominibus hactenus quiesceret. Pro *sanctificationis tuæ* alius *fortitudinis tuæ*, alius *potentiæ tuæ*: atque vtraque vera sunt: nam & sanctitas illic communicabatur, & litteræ quoque arcæ impositæ sanctitatem ac fortitudinem conferebant, & per eam Deus sæpè potentiam suam ostendebat.

Quid vocet Dei requiem.

9. SACERDOTES TVI INDVENTVR IVSTITIAM.] Alius *induantur* dicit, alius *vestiantur*. Quod est apertius. Est enim precantis, non vaticinantis, & petentis possessionem virtutis. Iustitiam autem hîc dicit ritus seu cæremonias, Sacerdotium, sacrificium & perfectam vitæ institutionem: quoniam ea est maximè requirenda à Sacerdotibus. *Et sancti tui* (scilicet sanctitatis ac pietatis cultores) *exultent.*

Quid appellet iustitiam.

Εὐφραθαῖός ἐστιν ὁ Δαβίδ. Τὸ οὖν, ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθά. ἀντὶ τοῦ, ἐδεξάμεθα τὴν τοιαύτην ὑπόσχεσιν διὰ τοῦ Εὐφραθαίου, τουτέστι τοῦ Δαβίδ. εἶτα καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ λέγει.

ΕΥΡΟΜΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΕΔΙΟΙΣ ΤΟΥ ΔΡΥΜΟΥ.] Δρυμῶνα μέγιστον εἶχεν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τελευταῖον ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τόπος ἐν ὄρει πεδιάδος ἔχων ὑπτίωσιν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦ Εὐφραταίου καὶ τὸν τόπον ἔγνωμεν, τουτέστι τὸν πεδινὸν, ἐν ᾧ ὁ δρυμὸς. ἐπειδὴ οὖν, φησι, καὶ ἐγένετο διὰ τοῦ Σολομῶντος, καὶ προσεκυνήθη σου τὸ ὄνομα ἐκεῖ, καὶ νῦν κατερείπωται, τῆς αἰχμαλωσίας εἰς ἔδαφος πάντα κατενεγκούσης, δεόμεθα μνησθῆναί σε καὶ τῆς ἐπαγγελίας τῆς πρὸς τὸν Δαβίδ, καὶ ἐπαναγαγεῖν ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεῖα, ὥστε πάλιν ἀνακτισθῆναι τὸν ναὸν, καὶ ἡμᾶς ἀπολαβεῖν τὸ πρότερον σχῆμα εἰσιόντας ἐν αὐτῷ, καὶ προσκυνοῦντας, καὶ πάντα ἀπολαβόντας τὰ τῆς ἀρχαιότητος καὶ σωτηρίας πράγματα. ἐπιφέρουσι γοῦν δεόμενοι τοῦ θεοῦ, καὶ φασὶν οὕτως·

ζ'. ΕΙΣΕΛΕΥΣΩΜΕΘΑ ΕΙΣ ΤΑ ΣΚΗΝΩΜΑΤΑ.] Εἶδες ὅσῃ κέχρηται τῇ τῆς λέξεως παχύτητι, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀναισθησίαν, σκηνώματα λέγων θεοῦ, καὶ πόδας καὶ τόπον. ταῦτα δὲ πάντα τὸν τόπον λέγει τῆς κιβωτοῦ.

ή. ΑΝΑΣΤΗΘΙ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ.] Τί δέ ἐστιν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν; στῆσον, φησιν, ἡμᾶς ἀλωμένους, καὶ τὴν κιβωτὸν περιφερομένην, καὶ ὀψέ γοῦν ποτε αὐτὴν ἀνάπαυσον. Ἄλλοι δὲ ἀνάπαυσιν εἶπον τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, οὐχ' ὅτι δεόμενος ἦν, ἀλλ' ὅτι εὐσεβοῦσι τέως ἐπανεπαύετο. Ἀντὶ τοῦ ἁγιάσματός σου ἄλλος τῆς ἰσχύος σου, ἕτερος τοῦ κράτους σου· καὶ ἀμφότερα ἀληθῆ· καὶ γὰρ ἡ ἁγιωσύνη ἐκεῖθεν ἐδίδοτο, καὶ ἁγιωσύνης ἦν ποιητικὰ τὰ γράμματα τὰ ἐπικείμενα καὶ ἰσχύος, καὶ πολλὴν ὁ θεὸς ἐνεδείξατο δι' αὐτῆς δύναμιν πολλάκις.

θ'. ΟΙ ΙΕΡΕΙΣ ΣΟΥ ΕΝΔΥΣΟΝΤΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] Ἄλλος ἐνδυσάσθωσαν φησιν, ἄλλος ἀμφιεσθήτωσαν. ὅπερ ἐστὶ σαφέστερον. εὐχομένου γάρ ἐστιν, οὐ προφητεύοντος, καὶ αἰτοῦντος τὴν τῆς ἀρετῆς κτῆσιν. δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐνταῦθά φησι τὴν ἁγιαστείαν, τὴν ἱερωσύνην, τὴν λατρείαν καὶ τὴν ἀκριβῆ πολιτείαν· ἐπειδὴ ταύτην μάλιστα τῶν ἱερέων ἀπαιτεῖσθαι χρή. Καὶ οἱ ὅσιοί σου (ἤτοι οἱ ὁσιότητος καὶ εὐσεβείας ἀντεχόμενοι) ἀγαλλιασθήτωσαν.

εἶτα

Digitized by Google

εἶτα ἐπεὶ ταῦτα ᾔτησαν, αὐτοὶ δὲ ὑπεύθυνοι ἦσαν ἁμαρτίαις, ἐπὶ τὸν πρόγονον καταφεύγουσι πάλιν λέγοντες· ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου. Τί ἐστιν ἕνεκεν; οὐ διὰ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνου μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ συνθήκας ἔθου πρὸς αὐτόν. Χριστοῦ δὲ τίνος φησί; τοῦ τότε χρισθέντος, καὶ δημαγωγοῦντος, ἢ τοῦ Ζοροβάβελ ἢ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ· τούτων γὰρ τότε ὁ μὲν ἐβασίλευεν, ὁ δὲ ἱεράτευεν.

ια΄. ΩΜΟΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΔΑΒΙΔ.] Ἐπεὶ ἐμνήσθη τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ, προβάλλεται καὶ τὰς συνθήκας, τὸ ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας θεῖναι ἐπὶ τοῦ θρόνου. ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς αἱ συνθῆκαι ἐγένοντο, μετὰ προσδιορισμοῦ δέ· ποίου; Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου. περὶ τούτου ἐρωτάσθωσαν Ἰουδαῖοι, καὶ εἰ μὲν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν, ἕστηκε τοῦ θεοῦ ὁ ὅρκος, εἰ δὲ μή, διαπέπτωκεν αὐτοῖς τὸ πᾶν. Καὶ ἐπεὶ παρέβησαν, ἐπὶ τὸν τόπον ἄγει τὸν λόγον, πανταχόθεν κινῶν τοὺς παρακλητικούς· καί φησιν· ὅτι ἐξελέξατο κύριος. ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν, ὃν ἐξελέξω μὴ ἀφῇς διαρρυῆναι· ταῦτα γὰρ ἔλεγες· ὅτι ὧδε κατοικήσω. Τί δέ ἐστι, τὴν θήραν αὐτῆς; Ἄλλος τὸν ἐπισιτισμόν, τουτέστι τὴν ἀφθονίαν τῶν ὠνίων, ὥστε πάντα αὐτοῖς ὡς ἀπὸ πηγῶν ῥεῖν. εἶτα ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ. ὅρα πάντοθεν εὐημερίαν συγκεκροτημένην, ἀπὸ τοῦ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῖν· ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱερεῖς ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι· ἀπὸ τοῦ τὸν λαὸν ἐν εὐφροσύνῃ· ἀπὸ τοῦ τὸν βασιλέα ἐν ἰσχύϊ. τοῦτο γὰρ τὸ κέρας. Τὸ δὲ ἑξῆς οὕτως· ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. Λύχνον γὰρ ἐνταῦθα τὸν βασιλέα φησίν, ἢ ἀντίληψιν, ἢ σωτηρίαν, ἢ φῶς. ἢ τὸ κέρας καὶ ὁ λύχνος εἰς Χριστὸν μᾶλλον ἀναφέρονται, τὴν περὶ Χριστὸν σημαίνοντα λαμπρότητα καὶ δόξαν· μετὰ δὲ τούτων τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἐγκαλύπτεσθαι, καὶ μηδένα εἶναι τὸν τοῖς καλοῖς τούτοις λυμαινόμενον. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀπώλειαν, ἀλλ' αἰσχύνην, ὡς καὶ ζῶντας αἰσχύνεσθαι καὶ καταδύεσθαι. ἐπὶ δὲ αὐτόν· τίνα; τὸν λαόν, ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου· ἄλλος, ἀφόρισμα. τί ποτε δέ ἐστιν; ἐμοὶ δοκεῖ τὴν εὐπραγίαν λέγειν, τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἰσχύν, τὴν βασιλείαν, ἅπερ ἐξ ἀρχῆς ἀφώρισα αὐτῷ. ταῦτά, φησι, μένει ἀνθοῦντα, βρύοντα, οὐ μαραινόμενα· ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἔσται μετὰ τοῦ προσδιορισμοῦ, τοῦ, ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου. ἢ τὸ

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deinde quoniam hæc petierant, ipsi autem peccatis obnoxij erant, ad progenitorem suum rursus confugiunt dicentes: *Propter David seruum tuum.* Quid est *propter*? non propter illius tantùm virtutem, sed quia cum illo quoque pacta iniuisti. Cuius autem Christi ait? Eius nempe qui tunc vnctus erat, populumque regebat, siue Zorobabelis siue Iesu Iosedec: horum enim alter quidem tunc regnabat, alter sacris præerat.

11. IVRAVIT DOMINVS DAVID.] Postquam viri meminit & virtutis eius, proponit etiam pacta, nempe se de fructu ventris eius collocaturum esse supra thronum. Sed promissa non facta sunt absolutè, sed cum conditione: quali illa? *Si custodiuerint filij tui testamentum meum.* De hoc interrogent Iudæi, & si quidem Christum confiteantur, subsistit Dei iuramentum, sin secùs, omnia ipsis exciderunt. Et quoniam præuaricati sunt, deducit orationem ad locum, consolationem vndique excitans; & ait; *Quoniam elegit Dominus.* Hoc est quod dicit, Quem elegisti ne permittas vt collabatur: hæc enim dixisti; Quoniam *hîc habitabo.* Quid porrò est, *venationem eius?* Alius *annonam*, id est rerum venalium affluentiam, ita vt omnia ipsis quasi è fontibus profluant. Deinde *illic suscitabo cornu David.* Vide vndique conflatam prosperitatem, ex eo quòd nullis rebus necessarijs indigeant; ex eo quòd in tuto sint Sacerdotes; ex eo quòd populus sit in lætitia; ex eo quòd Rex sit fortis & potens. hoc enim est *cornu.* Quod autem sequitur sic habet: *Paraui lucernam Christo meo.* Lucernam enim hîc vocat vel Regem, vel defensionem, vel salutem, vel lucem. Vel cornu & lucerna ad Christum potiùs referuntur, ita vt Christi splendorem & gloriam significent; ita nimirum vt inimici abscondantur, nec vllus sit qui bonis hisce noceat. Et non dixit interitum, sed confusionem, ita vt viuentes se abscondant, & latebras quærant. *Super ipsum autem:* quem illum? vtique populum, *efflorebit sanctificatio mea:* alius, *segregatio.* Quid porrò sibi vult istud? Mihi videtur dicere prosperitatem, securitatem, vires, Regnum, quæ ei segregaui ab initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullulantia, minimè marcescentia: sed hæc omnia erunt stante prędictâ conditione, nempe, *Si custodierint filij tui testamentum meum.* Vel

Dei promissa sunt conditionata.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

sanctificatio, id est sanctitas mea, florebit, & dabit suauitatem odoris. Porrò istud, *Hæc requies mea in sæculum*, quomodo erit, cùm Sion pertranseat? vtique in Ecclesia quam elegit; cuius etiam venatio benedicta est: qui sunt illi qui quotidie reti Apostolico ad fidem adducuntur.

ἁγίασμα, ἀντὶ τοῦ ἡ ἁγιότης μου, ἀνθήσει, καὶ διαδώσει τὴν εὐωδίαν. τὸ δὲ, αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα, πῶς ἔσαι, ἐπὶ τῆς Σιὼν τῆς παρερχομένης; νοοῖτο δ' ἂν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἣν ᾑρετίσατο· ἧς καὶ ἡ θήρα εὐλόγηται· οἱ καθ' ἑκάστην τῷ Ἀποστολικῷ λίνῳ πρὸς τὴν πίστιν ζωγρούμενοι.

CATENA PATRVM.

De Psalmi argumento.

ORIGENIS. Multam hic Psalmus cum octogesimo octauo cognationem habet: etenim ibi & hîc captiui qui in Babylone erant vniuersorum Deum obsecrant, promissiones Magno Dauidi ab ipso factas pro precibus afferentes, & vt veniam consequantur precantes. Ceterùm continet vaticinationem totius orbis Saluatoris secundùm carnem ex Dauidis genere orituri.

1. MEMENTO DOMINE DAVID.] CHRYSOSTOMI. Quid ait? Cùm de mansuetudine dixisset, & omisisset narrare quæ Saüli fecerat, quæ fratribus alijsque quàm plurimis, ad aliud caput deducit orationem, quod maximum in se zelum continet. Quare ergo hoc facit? Duabus de causis: vna quidem, quia Deus eo maximè delectatur: *Super quem* enim, inquit, *respiciam, nisi super mansuetum, & quietum, & trementem sermones meos?* Alia verò, quoniam id quod maximè vrgebat erat templi constructio & ciuitatis ædificatio, & antiqui status Reipublicæ restauratio: ad hoc potissimùm dirigit orationem. Atque illud quidem quod ad eius mansuetudinem spectabat, vt omnibus manifestum, prætermittit, id autem quod ad præsens eius institutum maximè conducebat in medium adducit. Etenim videre cupiebant templum excitatum, veteremque ritum sacrum restitutum. Quoniam ergo Dauid in eo maximè elucebat, tamquam illius studij remunerationem petit à Deo templi ædificationem, & dicit:

Deus maximè delectatur mansuetudine. Isaiæ 66, 2.

2. SICVT IVRAVIT DOMINO, VOTVM VOVIT DEO IACOB.] ANONYMI. Et quid hoc ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi; & quoniam cùm tibi fuisset acceptum eius studium, dixisti te eius genus & Regnum erecturum, idcircò hæc pacta conuenta nunc à te exigimus. Et non dixit, Donec ædificauero (hoc enim non fuerat promissum) sed, *Donec inueniam locum Domino*

Vrget promissiones Dauidi factas.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλὴν ὁ ψαλμὸς οὗτος πρὸς τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον ἔχει συγγένειαν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα κἀκεῖ τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἱκετεύουσιν οἱ ἐν Βαβυλῶνι δορυάλωτοι, τὰς πρὸς τὸν μέγαν Δαβὶδ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένας ὑποσχέσεις ἀντὶ ἱκεσίας προσφέροντες, καὶ τυχεῖν ἀξιοῦντες συγγνώμης. ἔχει δὲ πρόρρησιν τοῦ κατὰ σάρκα βλαστήσαντος ἐκ γένους Δαβὶδ τῆς οἰκουμένης σωτῆρος.

α'. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγει; Εἰπὼν πρᾳότητα, καὶ ἀφεὶς διηγήσασθαι τὰ κατὰ τὸν Σαοὺλ, τὰ κατὰ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἕτερα πλείονα, ἐφ' ἕτερον κεφάλαιον ἄγει τὸν λόγον, ὃ ζῆλον μάλιστα εἶχε πολύν. τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; δυοῖν ἕνεκα· ἑνὸς μὲν, ἐπειδὴ τούτῳ μάλιστα τέρπεται ὁ θεός· Ἐπὶ τίνα γὰρ, φησιν, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, τρέμοντά μου τοὺς λόγους; ἑτέρου δὲ, ἐπειδὴ τὸ κατεπεῖγον τοῦτο μάλιστα ἦν ἀνάστασις ναοῦ καὶ οἰκοδομὴ πόλεως, καὶ τῆς παλαιᾶς πολιτείας ἀπόδοσις· πρὸς τοῦτο μάλιστα ἐπείγει τὸν λόγον. Καὶ τὸ μὲν, ὡς δῆλον πᾶσι, τὸ τῆς πρᾳότητος παρίησιν, οὗ δὲ μάλιστα ἐδεῖτο πρὸς τὸ προκείμενον τοῦτο εἰς μέσον φέρει. Καὶ γὰρ ἐπεθύμουν ἰδεῖν τὸν ναὸν ἀναστάντα, καὶ τὴν παλαιὰν ἁγιστείαν ἀποδοθεῖσαν. ἐπεὶ οὖν ἐν τούτῳ μάλιστα ἔλαμψεν ὁ Δαβὶδ, ὥσπερ ἀμοιβὴν τῆς ἐκείνου σπουδῆς ἀπαιτεῖ τὸν θεὸν τὴν τοῦ ναοῦ οἰκοδομὴν, καὶ φησί·

β'. ΩΣ ΩΜΟΣΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΗΥΞΑΤΟ ΤΩ ΘΕΩ ΙΑΚΩΒ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ τί τοῦτο πρὸς σέ; ὅτι ἐκείνου, φησὶν, ἔκγονός εἰμι· καὶ ἐπεὶ ἐκείνου ἀποδεξάμενος τῆς σπουδῆς, ἔφησας στήσειν αὐτοῦ τὸ γένος καὶ τὴν βασιλείαν, διὰ τοῦτο ταύτας ἀπαιτοῦμεν τὰς συνθήκας νῦν. καὶ οὐκ εἶπεν, ἕως οὗ οἰκοδομήσω (τοῦτο γὰρ οὐκ ἐφεῖτο) ἀλλ', ἕως εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ

καὶ

καὶ σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ. εἶτα τὸν μὲν οἰκοδομήσαντα παραβρέχει· τὸν δὲ ἐπαγγειλάμενον εἰς μέσον τίθησιν, ἵνα μάθῃς πόσον ἐστὶ γνώμη ὀρθὴ ἀγαθόν, καὶ πῶς ἀεὶ τῇ προαιρέσει τὸν μισθὸν ὁ θεὸς ὁρίζειν εἴωθεν· διὰ τοῦτο αὐτοῦ μέμνηται μᾶλλον, ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ὁ οἰκοδομημένος ἢ ὁ παῖς· ὁ μὲν γὰρ ἀεὶ ἐπηγγείλατο, ὁ δὲ ἐπετάγη. καὶ ὅρα αὐτοῦ τὴν προθυμίαν· οὐ μόνον εἰς οἰκίαν φησὶν οὐκ εἰσελεύσεσθαι, οὐδὲ εἰς κλίνην ἀναβήσεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ἃ τῆς φυσικῆς ἀνάγκης οὐδὲ τούτων ἀπολαύσεσθαι μετ' ἀδείας, ἕως εὕρῃ τόπον καὶ σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ.

ϛʹ. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾷ.] Χρυσοστόμου. Τὰ παλαιὰ διηγεῖται νῦν, δεικνὺς ὅτι καὶ ἔμπροσθεν πολὺν περιῄει χρόνον ἡ κιβωτὸς, τόπον ἐκ τόπου ἀμείβουσα. διὰ τοῦτό φησιν· ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾷ. ταῦτα διηγήσαντο ἡμῖν οἱ πατέρες ἡμῶν, ταῦτα ἐξ ἀκοῆς κατέχομεν, ὅτι καὶ τότε περιϊοῦσα πανταχοῦ ἐν πεδίοις καὶ ἀγροῖς, ἡδράσθη μετὰ ταῦτα. τοῦτο δὴ γενέσθω καὶ νῦν. Εὐφραθᾶ ἐνταῦθα τὴν Ἰούδα λέγει φυλὴν, εἰς ἣν μετὰ πολλὴν περίοδον εἰσηνέχθη.

Ἀνωνύμου. Τινὲς τὰ περὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως αἰνιγματίζεσθαι εἶπον· ἐν Εὐφραθᾷ γὰρ ἀκουσθεῖσα ἤτοι Βηθλεὲμ, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις εὑρέθη, οὗ τὸ σπήλαιον ἦν ἐν ᾧ γεγένηται. ἐπεὶ οὖν, φησιν, ᾠκοδομήθη τότε καὶ προσεκυνήθη ὁ τόπος, κατηρείφθη δὲ νῦν, δεόμεθα μνησθῆναί σου τῶν τότε ἐπαγγελιῶν, καὶ δοῦναι ἡμῖν καὶ οἰκοδομῆσαι καὶ προσκυνῆσαι· διό, φασιν, εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ.

ηʹ. Ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.] Ἀνωνύμου. Τουτέστιν εἰς τὴν βασιλείαν σου, ἥτις ἦν αὐτοῦ ἀνάπαυσις. παριστῶσι δὲ οἱ ταῦτα, λέγοντες μὴ ἐν ἀναπαύσει αὐτὸν γεγονέναι πρὸ τῆς ἀναστάσεως. καλῶς δὲ πρόσκειται ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου, ἤγουν ἡ προσληφθεῖσα σάρξ. καὶ γὰρ ἐκ ξύλων ἀσήπτων οὖσα ἡ κιβωτὸς, ταύτην εἰκόνιζεν. τὸ δὲ ἱλαστήριον ἐκ χρυσίου ὑπάρχον καθαροῦ, τὴν θεότητα ᾐνίττετο.

Ὠριγένους. Πολλὴ ἐκεῖθεν ἁγιωσύνη ἐδίδοτο, καὶ ἁγιωσύνης καὶ ἰσχύος ἦν ποιητικὰ τὰ γράμματα τὰ ἐπικείμενα· πολλὴν γὰρ ὁ θεὸς ἐνεδείξατο δι' αὐτῶν δυνά-

& tabernaculum Deo Iacob. Deinde eum quidem qui erat ædificaturus præterit; eum verò qui est pollicitus in medium adducit, vt scias quantum bonum sit rectus animus, & quomodo Deus semper consueuerit bonæ voluntati mercedem constituere: ideò eius potiùs meminit, quoniam ipse est potiùs qui ædificauit quàm filius: hic enim pollicitus est, ille verò iussus est. Vide autem eius animi promptitudinem: non solùm dicit se non ingressurum domum, nec lectum ascensurum, sed ne ea quidem quæ erant naturalis necessitatis securè desumpturum, donec inuenerit locum & tabernaculum Deo Iacob.

CATENA PATRVM.

6. Ecce avdivimvs eam in Ephrata.] Chrysostomi. Narrat nunc vetera, ostendens arcam anteà longo tempore errasse, locum loco mutantem. Idcircò dicit: *Ecce audiuimus eam in Ephrata.* Hæc narrauerunt nobis patres nostri, hæc ex auditione percepimus, quòd cùm tunc quoque vbique oberraret in agris & campis, posteà firmata sit. Hoc ipsum nunc quoque fiat. Ephrata hîc dicit Tribum Iuda, ad quam post longam circuitionem deducta est.

Quid per Ephrata intelligat.

Anonymi. Nonnulli dixerunt hîc tacitè insinuari ea quæ ad Christi natiuitatem spectant: hæc enim in Ephrata siue Bethleem audita, & in campis reperta fuit, vbi erat spelunca in qua natus est. Cùm igitur, inquit, tunc ædificatus & adoratus fuerit locus, nunc autem dirutus sit, rogamus vt memor sis promissionum tunc datarum, & concedas nobis vt ædificemus & adoremus; quoniam, inquit, *introibimus in tabernacula eius.*

8. Svrge Domine in reqviem tvam.] Anonymi. Id est in Regnum tuum, quod erat eius requies. Hæc autem dicentes, declarant ipsum ante resurrectionem non fuisse in requie. Rectè autem adiungitur *arca sanctificationis tuæ*, scilicet assumpta caro. Etenim cùm arca esset ex lignis imputribilibus, illam in imagine expressit. Propitiatorium autem cùm esset ex puro auro, diuinitatem insinuabat.

Arca sanctificationis est caro Christi.

Origenis. Multa illinc sanctitas tradebatur, & quæ ei erant impositæ litteræ erant & sanctitatis effectrices & roboris: magnam enim Deus per eas potentiã ostendit, cùm nimirum

arca

Digitized by Google

arca & semel & bis & sæpiùs capta fuit ab alienigenis. Quid autem sibi vult istud *Surge*? Fac, inquit, vt nos desistamus errare & arca circumferri, & ea tandem aliquando quiescat. Vbi autem hæc facta fuerint, vide illum non quærere ædificationem ciuitatis, neque quidquam rerum sensibilium, sed templi erectionem, Sacerdotum plenitudinē, veterem cultum & sacerdotium. Deinde quoniam hæc petierant, ipsi autem erant multis peccatis obnoxij, ad progenitorem confugit dicens, *Propter Dauid seruum tuum*, non propter virtutem tantùm ipsius, neque propter studium quod ad templi erectionem contulit, sed propter pacta, quæ cum illo iniuisti.

David non temporalia sed spiritalia postulat.

11. IVRAVIT DOMINVS DAVID VERITATEM.] ANONYMI. Sedebunt, inquit, in sede Christi discipuli eius eorumque successores. Verumtamen & filij tui ô Dauid qui ex circumcisione sunt, si nouum Testamentum custodiuerint, & testimonia eius, quæ docturus sum eos, etiam ipsi sedebunt super eam. Et videmus etiam multos ex eis Episcopali sede dignos fuisse habitos.

13. QVONIAM ELEGIT DOMINVS SION.] CHRYSOSTOMI. Non enim homo locum elegit, sed Deus ipsum suâ sententiâ constituit, se ad eorum imbecillitatem demittens. Hoc est ergo quod dicit, Quem tuâ sententiâ constituisti, quem aptum esse censuisti, ne permittas diffluere. Dixisti enim, *Quoniã hic habitabo*: sed illa dixit cum illis pactis conuentis, *Si custodiuerint filij tui testamentum meum*, &c.

15. VENATIONEM EIVS BENEDICENS BENEDICAM.] ORIGENIS. Id est rerum venalium abundantiam, fertilitatem, ita vt hæc omnia tamquam è fontibus affluant. Hoc igitur hîc dicit: Pollicitus es te benedicturum eius venationem, id est, te præbiturum rerum copiam necessariarum cum multa securitate.

18. SVPER IPSVM AVTEM EFFLOREBIT SANCTIFICATIO MEA.] ANONYMI. Alius ait *cornu*, alius *segregatio eius*, alius *segregatum eius*. Quid est ergo quod dictum est? Mihi videtur hîc dicere prosperitatem, securitatem, vires, Regnum, quæ ei segregauit ab initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullulantia, non flaccida, neque decidentia. Sed hæc omnia erunt, si manserit ea quæ priùs dicta est conditio: nem-

μιν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ληφθείσης παρὰ τῶν ἀλλοφύλων. τί δέ ἐστι τὸ ἀνάστηθι; στῆσόν, φησιν, ἡμᾶς ἀλωμένους καὶ τὴν κιβωτὸν περιφερομένην, καὶ ὀψέ ποτε ἀνάπαυσον αὐτήν. Τούτων δὲ γενομένων, ὅρα αὐτὸν οὐ πόλεως ζητοῦντα οἰκοδομὴν, οὐκ ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς κιβωτοῦ ἀνάστασιν, τὸ τῶν ἱερέων πλήρωμα, τὴν παλαιὰν λατρείαν καὶ τὴν ἱερωσύνην. εἶτα ἐπειδὴ ταῦτα ᾔτησαν, καὶ ὑπεύθυνοι ἁμαρτήματος ἦσαν αὐτοὶ, ἐπὶ τὸν πρόγονον καταφεύγει λέγων, Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, οὐδὲ τὴν ἀρετὴν ἐκείνου μόνου, οὐδὲ διὰ τὴν σπουδὴν ἣν ἐποιήσατο περὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ ναοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ συνθήκας ἔθου πρὸς αὐτόν.

ια'. ΩΜΟΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΤΩ ΔΑΒΙΔ ΑΛΗΘΕΙΑΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καθεσθήσονταί, φησιν, ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ οἱ ἐκείνων διάδοχοι. πλὴν καὶ οἱ σοὶ υἱοὶ ὦ Δαβὶδ οἱ ἐκ περιτομῆς, ἐὰν φυλάξωσι τὴν καινὴν διαθήκην, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτῆς, ἃ μέλλω διδάξαι αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ καθεδοῦνται ἐπ' αὐτοῦ. καὶ ὁρῶμεν ὅτι πολλοὶ ἐξ αὐτῶν τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς θρόνου ἠξιώθησαν.

ιγ'. ΟΤΙ ΕΞΕΛΕΞΑΤΟ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΣΙΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος τὸν τόπον ἐξελέξατο, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐψηφίσατο συγκαταβαίνων, τῇ αὐτῶν ἀσθενείᾳ. τοῦτο οὖν λέγει, ὃν ἐψηφίσω, ὃν ἐδοκίμασας ἐπιτήδειον εἶναι, μὴ ἀφῇς διαρρῆναι. ἔλεγες γὰρ, ὅτι κατοικήσω ἐνταῦθα· ἀλλὰ ταῦτα ἐλέγετο μετὰ τῶν συνθηκῶν ἐκείνων, Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιε'. ΤΗΝ ΘΗΡΑΝ ΑΥΤΗΣ ΕΥΛΟΓΩΝ ΕΥΛΟΓΗΣΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστι τῶν ὠνίων ἀφθονίαν, τὴν εὐετηρίαν, ὥστε πάντα αὐτῶν ὡς ἀπὸ πηγῶν ἐπιρρεῖν. τοῦτο οὖν φησιν ἐνταῦθα· ὅτι ὑπέσχου τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογήσειν, τουτέστι, τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν παρέξειν μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας.

ιη'. ΕΠΙ ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΕΞΑΝΘΗΣΕΙ ΤΟ ΑΓΙΑΣΜΑ ΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερός φησι τὸ κέρας, ἄλλος τὸ ἀφόρισμα αὐτοῦ, ἄλλος τὸ ἀφορισμένον αὐτοῦ. τί δήποτε οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Ἐμοὶ δοκεῖ τὴν εὐπραγίαν λέγειν, τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἰσχὺν, τὴν βασιλείαν, ἅπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀφώρισεν αὐτῷ. τοιαῦτα μένει ἀνθοῦντά, φησι, βρύοντα, οὐ μαραινόμενα, οὐδὲ καταπίπτοντα. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἔσται, μετὰ τοῦ προδιορισμοῦ τοῦ εἰρημένου,

Digitized by Google

ρημένης, Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου· ἢ τὸ ἁγίασμα, ἀντὶ τοῦ ἁγιότης μου, ἀνθήσει, καὶ διαδώσει τὴν εὐωδίαν. τὸ δὲ, αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα, πῶς ἔσται ἐπὶ τῆς Σιὼν τῆς παρερχομένης; νοοῖτο δ' ἂν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἣν ᾑρετίσατο, ἧς καὶ ἡ θήρα ηὐλόγηται, οἱ καθ' ἑκάστην τῷ Ἀποστολικῷ λίνῳ πρὸς τὴν πίστιν ζωγρούμενοι.

pe, *Si custodierint filij tui testamentum meum.* Vel *sanctificatio*, id est sanctitas mea, florebit, & suauem odorem emittet. Illud autem, *Hæc requies mea in sæculum*, quomodo erit in Sion quæ pertransit? Hoc itaque intelligitur de Ecclesia quam elegit, cuius etiam venatio benedicta est, qui sunt illi qui quotidie Apostolico reti ad fidem adducuntur.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus pietatem Dauidis & ardens templi ædificandi studium declarat, simulque quid Deus ipse iurauerit se tam religiosæ voluntati redditurum; oratque vt regium genus propaget, Christoque Domino misso Regnum perpetuò stabiliat.

1. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius.*] Græcè καὶ πάσης τῆς πραότητος: pro quo Aquila vertit κακουχίας; Symmachus κακώσεως: quæ vexationem & afflictionem significant: quinta Editio ταπεινώσεως, *humiliationis*. Notandum hîc, quòd Dauid, dum Deum solicitate contendit vt beneficia infundat, vnam solam profert mansuetudinem: & licet illustriores alias virtutes haberet, vt fidem & charitatem eximiam, tamen his prætermissis solius meminit mansuetudinis. Nimirum petens à Deo dona etiam ostendere voluit se habere aliquid suum, quod offerre posset; atque idcircò profert mansuetudinem: ex qua venit, quòd per veram possessionem bona habeat quisque propria & sua. Vnde pulchrè S. Chrysostomus Homil. 34. in Genesin: *Hinc*, inquit, *Dauid maiorem cælitus conciliauit beneuolentiam, & afferens quæ sua erant a misericorde Deo maiora assecutus est.* Quasi dum mansuetudinem non præmitteret, nihil posset afferre quod suum videretur. Et ideò vt sciatur habere aliquid suum, vnius mansuetudinis memoriam commendat. Sanè constat hoc animi decus tanti esse apud Deum, vt nomen hoc velut sacrum anathema in votis & precibus suis Ecclesia censuerit interponendum: vnde vel ipsum sacræ Missæ Officium frequentissimè his ipsis verbis Sacerdos auspicatur, *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius.* Obsecrationis genus potentissimum hoc est apud Deum, qui cùm naturâ sit ipsa mansuetudo, quasi per ipsam diuinitatem obtestamur, quæ Dei dono ac munere in præstantium virorum animos diffusa est. Itaque precatio quasi ipsius mansuetudinis inaurata nitore in summi Numinis affectu dulces & pios motus efficit, & illius beneficentissimam bonitatem homini conciliat: & quidem maximè, si per Dauidem intelligamus Christum, vt exponit S. Hilarius, & eum secutus Hugo: idque probant ex eo intelligi, quòd non modò vir ille magnus vitâ & virtute Messiam adumbrauerit, verùm etiam quòd ratio nominis Christo conueniat. Significat enim *Dauid* idem quod *manu fortis* vel *aspectu desiderabilis*. Quæ omnino pulchrè in Seruatorem congruunt: nam bellator generosus & inclytus, mansuetudine vt manu fortis, latum peccati regnum Erebique regem vicit, & triumphum amplissimum reuexit. Vnde relucet decor in vita lenitatis, qui fidelium animos capit: vt non sine causa ob illam ipsam placabilitatem, omni ex parte verendam & amabilissimam, *aspectu desiderabilis* vocetur. Quare ad petendam mansuetudinis gratiam, & summi omnium parentis animum deliniendum, dicamus sæpè, *Memento Domine Dauid*, Christi videlicet tui, veri Messiæ, humanissimi Seruatoris, Agni immaculati, qui excessu quodam lenitatis & inuicti amoris cruorem omnem suum fudit in pretium nostræ redemptionis. Memento *omnis mansuetudinis eius*, vt prosit illa nobis, & tuo singulari beneficio per imitationem in nos transfundatur.

Sola mansuetudo habet propria sua bona.

Mansuetudo addit vim precibus & votis.

Christus verus Dauid, per quem oramus.

2. *Sicut iurauit Domino.*] Ex Scripturis, inquit Iansenius, patet quàm studiosus fuerit Dauid in parando loco arcæ & ædificando templo, dum mox in principio Regni sui super totum Israëlem arcam Domini cum solemni pompa transferret; primùm è domo Abinadab, deinde è domo Obededom in domum suam; & posteà ædificare templum cogitaret, nisi à Domino per Prophetam Nathan prohibitus fuisset. Verùm de voto Dauidis nihil in Scriptura legitur. Putant igitur quidam votum istud Dauidem fecisse illo tempore, quo circa arcam transferendam intentus erat: verùm obstare videntur verba voti hîc explicita. Cùm enim Dauid tunc nondum inuenerit tabernaculum Deo Iacob, necesse fuisset eum contra votum suum frequenter fecisse, ac proinde stultum votum consequens fuit eum emisisse. Itaque dicunt verba huius voti non simpliciter esse accipienda, sed per totum, vt per omnia hæc, Non ascendam in domum vel lectum meum, nec dormiam, &c. intelligatur voluisse significare, se non perfectè quieturum, nec depositurum solicitudinem, priusquam inuenisset locum Domino, &c. Hæc tamen interpretatio non videtur litteræ benè congruere. Proinde verosimilior est Hebræorum hoc loco sententia, qui dicunt istud votum Dauidem fecisse eo die, quo vidit propter peccatum numerationis populi Angelum paratum ad percutiendum Hierusalem, vt scribitur in libris Regum & Paralipomenon: tunc enim videbat necessarium sibi esse vt Deum sacrificijs placaret; nec tamen poterat ire in Gabaon, vbi erat altare holocaustorum, vt in prædictis locis scribitur. Erat enim nimio timore perterritus. Sciebat quoque templum à filio Salomone ædificandum in Sion, quemadmodum ei promissum fuerat; verùm certum

Quàm studiosus fuerit Dauid in parando loco arcæ.

An & quale votum fecerit Dauid.

2. Reg. 24. 1. Paral. 21.

ANNOTATIONES CORDERII.

certum locum, in quo ædificandum erat, nondum didicerat. Itaque tunc vouit se non introiturum in domum suam, &c. priusquam diuinâ reuelatione didicisset locum illum à Deo electum, in quo templum extruendum esset. Accessit ergo Dei iussu Gad Propheta, qui præcepit vt ascenderet ad aream Ornam Iebusæi, super quam viderat Angelum extensum habentem gladium, ibique extructo altari offerret sacrificia: quæ cùm vidisset igne cælesti deuorari (exaudiuit enim eum Dominus in igne de cælo, vt ibi scribitur) dixit: *Hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel*. Quasi dicat: Iam inueni locum quem quærebam. Hic enim erit locus, in quo à filio meo construetur templum, in quo erit altare holocaustorum. Vnde & lib. 2. Paralipomenon cap. 3. dicitur Salomon construxisse templum in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauidi patri eius in loco quem parauerat Dauid in area Orna Iebusæi; atque ab eo tempore cœpit parare omnia ad ædificandum templum necessaria, & filium Salomonem ad id adhortari. Secundùm hanc sententiam Scripturis & litteræ conformem, quod dicitur in primo versu, *Memento mansuetudinis eius*, vel, vt habent Hebræa, *afflictionis eius*; rectè intelligitur de ea afflictione & humiliatione in qua erat tunc temporis, cùm sacco indutus & prostratus in terram hæc voueret. Alioquin enim satis impertinens videtur quod hîc de mansuetudine & humiliatione Dauidis affertur. Quod ergo dicitur, *Donec inueniam tabernaculum*, intelligendum est, Donec inueniam locum tabernaculi. Ita Iansenius.

Dauidis studium & vigilantia.

3. *Si introiero in tabernaculum*, &c.] Negat se introiturum in tabernaculum domus suæ, nec ascensurum in lectum strati sui, non daturum somnum oculis suis aut palpebris suis dormitationem, non requiem temporibus suis, *Donec*, inquit, *inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*. Quæ non vulgarem solicitudinem, sed vigilantiæ quoddam genus extraordinarium mirandumque significant. Cumque deinde ab internuntio diuinæ mentis fuisset monitus, nolle Deum vt manus operi admoueret; quod sancti Numinis prouidentia Salomoni reseruaret; sic in cælestibus illis monitis acquieuit, vt tamen, quantum fas, & Imperatoris mundi nutus permitteret, deuoti animi studium persequeretur, & singulari diligentiâ & structuræ illius grandis superbissimæque delineationem conficeret, & magnam pecuniæ vim appararet, alia denique prouideret, de quibus in sacris Annalibus proditum est. Quod D. Hieronymus (si ille est auctor Epist. 36. de obseruatione vigiliarum, quæ in nono ipsius Operum Tomo circumfertur) expendens, *Quis*, inquit, *tantum non stupeat Dei amorem & animi deuotionem, vt somnum sibi, sine quo humana vtique corpora deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ad templum Domini fabricandum reperiret? Quæ res nos debet firmiter admonere, vt si ipsi locus Domini esse volumus, & tabernaculum eius, ac templum cupimus haberi, in quantum possumus, exemplo Sanctorum vigilias diligamus.*

Vigilia Dauidis ad tabernaculum Deo fabricandum suadent vigilias ad præparandum animum Deo.

Arca fœderis Deus & Dominus dicebatur.

5. *Donec inueniam locum Domino.*] Vbi notandum arcam fœderis vocari Dominum, sicut etiam Moyses eam vocat, quando arcam alloquens dicit: *Surge Domine: reuertere Domine:* in Hebræo est: *Surge Iehouah: reuertere Iehouah.* De candelabro quoque dicitur: *Vsque manè luceat coram Domino*; id est *coram arca*. Sic plurimis alijs locis arca fœderis, quia Dei locum apud Hebræos obtinebat, ipso Dei nomine Deus ac Dominus passim dicebatur; vti interpretantur Ribera in cap. 9. Epist. ad Hebræos, Lyranus in Psal. 46. Genebrardus, & alij. Hîc autem arcam intelligi manifestè patet ex versu sequenti.

Num. 10, 35. Exod. 27, 21.

6. *Ecce audiuimus eam in Ephrata.*] Hoc est, Audiuimus arcam esse in terra Ephraim, quando fuit in Silo & in agro Iosüe Bethsamitæ, qui siluosus erat. Vbi Dauid reddit causam, cur vellet ædificare templum, in quo arcam collocaret; quòd scilicet eam humili in loco positam comperisset: ac proinde pronomen *eam* refert ad arcam præcedenti versiculo significatam, non quidem proprio nomine, sed *Domini*, seu *Dei*; quibus eam nominibus appellabat. Arca autem à Silo in Cariathiarim translata mysticè significabat Euangelium à Synagoga in Ecclesiam transferendum: *Silo* enim, quæ interpretatur *abruptio*, significat Synagogam, quæ dicebat: *Dirumpamus vincula eorum*. Per *Cariathiarim* verò, quæ interpretatur *Ciuitas siluarum*, significatur Ecclesia Gentium: *Quæ erat* (vt ait Rupertus) *silua magna, bestijs ferocibus, id est malignis spiritibus, inhabitata & peruia: nunc autem ciuitas est fide fundata, muro diuinitatis & Angelorum præsidijs communita*. Vnde Dauid litteraliter de arca, mysticè de humanitate Christi Domini locutus: *Ecce*, inquit, *audiuimus eam in Ephrata; inuenimus eam in campis siluæ*. Vbi Rupertus citatus: *Iam*, inquit, *non inuenitur illic, vbi audiuimus eam: iam non inuenitur in illa, de qua processit, gente; sed in Gentibus, quæ priùs fuerant tamquam silua à bestijs, id est malignis spiritibus, possessæ; nunc autem in modum camporum sepibus gratiæ Dei circumdatæ cultiles sunt & fecundæ.* Quem sensum Lorinus noster hîc fusiùs illustrat additis alijs sensibus tropologicis: quos consule.

Arca translatio significat Euangelium à Synagoga in Ecclesiam transferendum.

Psal. 2, 3.

7. *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.*] S. Hieronymus vertit, *Adorabimus scabellum eius*: quod ad fœderis arcam esse referendum Hebræi Doctores volunt; quam veluti solium diuinitatis proni omnes adorabant. Accipiunt quoque aliqui hoc litteraliter de loco vnde ascendit Christus in cælum, qui est in monte Oliuarum: in quo loco adhuc apparent vestigia pedum Christi: in quo loco ex deuotione multi Christianorum Christum adorant. de quo loco dicitur: *Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem*. Alij hoc intelligunt de loco prope Romam, vbi apparuit Christus Petro dicens: *Venio Romam iterùm crucifigi:* qui locus hodie appellatur *Domine quò vadis?* in quo apparent adhuc vestigia pedum Christi. In quo loco ex deuotione multi Sancti adorant. Mysticè autem per pedes, qui sunt vltima pars corporis, intellige perseuerantiam. In illis ergo qui perseuerant in bono vsque in finem stant pedes Christi: in illis autem qui non perseuerant non stant pedes Christi. Illi igitur verè Christum adorant, qui in bono vsque ad finem perse-

Locus pedum Christi multiplex.

Zach. 14, 4.

Perseuerantia mysticè per pedes significatur.

Digitized by Google

perseuerant, quia illi sunt de numero illorum, in quibus steterunt pedes eius. Ita Ayguanus.

8. *Tu & arca sanctificationis tuæ.*] Pro quo S Chrysostomus hic legi à quibusdam ait ἰσχύος, *roboris*; ab alijs κράτους, hoc est *potentiæ:* S. Hieronymus vertit, *Tu & arca fortitudinis tuæ.* Hebræorum quidem illa quondam verè fortitudinis & potentiæ arca fuit, dum Azotios plagâ fœdâ & insanabili dolore conficit, dum fictitium Numen Philisthæorum prosternit, dum castigat Ozam, dum curiosum Bethsamitarum intuitum plurimorum millium morte & miserando exitio vindicat, dum Hierichuntinos muros euertit: illam hostes vnam exhorrescebant, illius vim atque Numen sentiebant, eâ præsente conficiebantur. Arca verò sanctificationis nostræ (Deiparam intelligo) multa longè mirabiliora conficit: illâ enim præsente non Dagon modò vnus, sed omnia idola vanitatum corruunt, impij merito supplicio afficiuntur, superbæ vitiorum arces & castella, vt Iericho illa vetus, cadunt, potentissimi humani generis hostes omni crudelitate nostram in cladem inhiantes in fœdam fugam vertuntur, superantur. Prô quanti nobis ab illius præsidio triumphi & coronæ texuntur! Illa nobis vallum est, illa scutum, &, vt Moysis vtar verbis populum in Deuteronomio excitantis, *Gladius gloriæ nostræ:* sancto ipsius auratoque pallio vt muro firmissimo regimur: obiecto illius nomine vt tormento militari fulminante hostium machinationes perfringimus. Nos igitur nouam habemus arcam, verè gloriam & pulchritudinem Ecclesiæ tum militantis tum triumphantis: quam mundi opifex Deus non è lignis setim, sed ex omnium gratiarum admirabilitate confecit: in ea lex, in ea manna, propitiatorium, splendor, maiestas: inde voces, oracula, gratiæ: ibi sedes perhonorifica Numinis populum moderantis: hanc Sacerdotes & Liturgi nostri non vt illi quondam Mystæ Abramidum humeris, sed in oculis atque in ore ferant oportet & penitissimo in pectore; ipsius laudes prædicent, illam ament, atque omni studio venerentur: ab illa præsens in aduersæ fortunæ casibus præsidium, ab illa quies & cælestium bonorum copia, ab ea virtus sanctimoniaque donantur. Hinc iure optimo Dauid prosapiæ suæ decus admirans vocat *Arcam sanctificationis.* Quod opinor imitatus Andreas Hierosolymitanus Orat. de salutatione Angelica, nuncupat eam κιβωτὸν, ἐν ᾗ τὸ ἁγίασμα τῆς καινοτρόπου δόξης, *arcam, in qua noua sanctificatio gloriæ. Verè arcam sanctitatis* (inquit Iuuenalis Hierosolymorum Antistes apud Glycam tertiâ parte) *quæ Christum in vtero suo gestauit. Verè arcam sanctissimam* (ait Gregorius Thaumaturgus Serm. 1. de Annuntiatione) *intrinsecus & extrinsecus deauratam, quæ vniuersum sanctificationis thesaurum suscepit.* Hoc thesauro dIues, eademque in omnes singulari & inusitatâ beneficentiâ prædita, quid non largietur pijs suis cultoribus, qui casto & deditissimo animo illi seruient, ad illam accedent, illius opem atque studium religiosis officijs prouocabunt.

Arca fœderis vis & fortitudo.

Virgo Deipara est arca sanctificationis & fortitudinis nostræ.

Deut. 33.

9. *Sacerdotes tui induantur iustitiam.*] Quam paulò pòst inferiùs vers. 16. nominat *salutare;* sicut apud Isaiam dicitur: *Induit me vestimentis salutis:* vbi in Hebræo S. Hieronymus esse monet: *Induet me vestimento Iesu*, qui videlicet *factus est nobis iustitia*, inquit D. Paulus. Hanc ergo iustitiam vt sapientiæ abollam, vt clauatam trabeam, vt triumphalem palmatam ferre monentur Sacerdotes. O regale & pulchrius omni auro paludamentum! quod S. Chrysostomus velut dædalâ manu Phrygionis opere polymito elaboratum, tribus licijs, tricolore texturâ formosum describit; ait enim ad hunc Dauidis locum, iustitiam tria quædam ornamenta complecti, quæ Sacerdotum propria sunt, τὴν ἁγιωσύνην, τὴν ἱερωσύνην, τὴν λατρείαν, *sanctimoniam, sacerdotium, cultum sacrum:* vt hæc sit quædam Iris pietatis, quæ mirabili varietate Sacerdotem ceu sacrum Regem insigniat. Hanc eamdem Imperatoriam chlamydem, pro fibulis gemmaque humerali geminâ charitate decenter hærentem, commendat Ordinibus sacris magnus Antistes, Princeps Regum terræ; *Sic decet nos implere omnem iustitiam*; quasi dicens illum amictum Sacerdotij proprium esse oportere, commendabilesque efficiat & sacro imperio dignos. Varios Nobilium ordines, qui aliquo inter se amore & dignitate sociantur, variæ notæ atque signa distinguunt: hic torquem, ille crucem gerit, quidam periscelides, alij iconculas, hic spicas, ille conchas tellinarum. Sacerdotij nota honorisque symbolum est iustitia: hoc decore mundi Seruator ordinem suum insignijt. Nam *Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech*, cuius nomen *Iustitiæ Regem* interpretantur, vult omnes suos in hunc ordinem adlectos esse Reges, esse iustos, omnes Melchisedeches, iustitiæ Reges haberi; vt iustitiam induti, illud felicissimum audiant, *Christum induistis*, & eius imitatione, pompâ regiâ & honore triumphent. Ita Eleganter Cresollius noster Mystagogi lib 1. cap. 4. sect. 4. vbi fusiùs regium Sacerdotum ornatum describit. Omnes certè qui religioni præficiuntur, aræque seruiunt, Hypothetæ & diuinæ mentis interpretes aiunt esse oportere perfectos, & vndique absolutos. Ita in primis vocat S. Paulus, *Quicumque ergo perfecti sumus.* Quo loco τοὺς μεμυημένους, *initiatos*, illum intelligere ait S. Maximus in cap. 1. de Cælesti Hierarchia, Dionysij magni mentem exponens. Hinc S. Chrysostomus, qui genus illud vitæ exquisitè perpenderat, Sacerdotum perfectionem vocat πλήρωμα, *plenam vndique absolutionem*; quam illis Dauid cupiebat cùm diceret, *Sacerdotes tui induantur iustitiam.* Iustitiam enim ibi nominat ἀκριβῆ πολιτείαν, *perfectam vitæ institutionem*: quæ maximè in Sacerdotibus requiritur, vt ibidem Chrysostomus exponit. Et aliàs illud eiusdem Vatis oraculum enodans, *Sacrificate sacrificium iustitiæ*, ait ibi τῆς ἐκκλησίας πολιτείαν, *Ecclesiasticæ vitæ instituendæ rationem*, tantò antè fuisse descriptam, & iustitiam eo loco significare ἅπασαν ἀρετὴν, vel, vt in Psal. 5. loquitur, καθολικὴν ἀρετὴν, *genus omne virtutum.*

ANNOTATIONES CORDERII.

1 Cor. 1, 30.

Qualis iustitia vestis induenda sit Sacerdotibus.

Matth. 3.

Iustitia est insigne sacerdotij.

Psal. 109.

Gal. 3.

Philip. 3, 15.

Psal. 4.

10. *Non auertas faciem Christi tui.*] Phrasi Hebraica, sicut suscipere faciem est honorare aliquem; ita auertere alicuius faciem est reijcere precem illius; eò quòd is qui alium exaudire recusat cogat eum cum pudore faciem auertere, & pudefactum abire. *Propter Dauid* igitur, inquit, id est propter promissionem factam Dauidi, item propter eius mansuetudinem, virtutes, afflictio-

Auertere faciē quid significet apud Hebræos.

Isaiæ 61.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

afflictiones & merita principio Psalmi commemorata, *Non auertas* (à nobis scilicet) *faciem Christi tui.* Id est, Christi gratiam & fauorem à nobis ne remoueas. Vel, Eius conspectum & præsentiam ne differas, neque subtrahas faciem & aduentum Christi tui, reuocans promissionem de eo exhibendo. Item, Ne auerseris, ne repellas, ne repudies precem Christi tui. Rabbini per Christum hîc ferè intelligunt Salomonem, quia Salomon secundi Paralipomenon sexto capite hunc versum sibi ipsi accommodat. Sed cùm sententiæ alienæ sæpè aliò accommodentur, rectiùs hoc de Christo Domino dictum accipitur. q. d. Eum ô Domine pro sua reuerentia exaudi pro nobis interpellantem. Ita Genebrardus.

11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem*, &c.] Hoc accipi potest, vt sit sensus: Iurauit ei fidelitatem, promisitque ei se fore fidelem. Alibi enim in Psalm. dicit Dominus: *Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar.* Aut iurasse veritatem dicitur, quia iurauit rem verissimam. Quæ interpretatio ideò videtur conuenientior, quia postmodum videtur velle explicare eam veritatem quam promisit: agit enim hîc de veritate in seruandis promissis: quæ nihil aliud est quàm fidelitas. Est autem fidelitas virtus in Angelis & hominibus inclinans ad seruanda promissa intuitu obligationis quam promissio inducit; in Deo verò est ipsa essentia aut voluntas considerata, vt suo modo ad hoc inclinat. Vnde sicut Deus est sua essentia, suus amor, sua cognitio; ita quoque est sua fidelitas & infinita propensio ad præstandum quidquid promisit: & quia per Christum omnia præstat quæ ipse promisit generi humano, etiam Christus sæpè veritas in Scripturis dicitur: sicut etiam vocatur misericordia: quia per ipsum Deus omnem misericordiam seu misericordiæ effectus præstitit hominibus. Quæ cùm ita sint, vtique sat erat dixisse Deum iurasse, quid opus est addidisse quòd iurauerit veritatem? Numquid potuit Deus iurasse falsum? Nihilominùs addit Dauid: *Et non frustrabitur eum.* Et sanè id videtur superuacaneè positum. Quid enim necesse est dicere Deum non frustraturum re iuratâ eum cui iurauit? Hieronymus viuaciùs rem expressit: *Iurauit Dominus Dauid, & non auertetur ab ea*; quasi ipsa iuratio auersionem facere soleat rei iuratæ, ne iurans illam adimpleat. Quod disertè dicitur in alio Psalmo, *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* Num potest Deum rei iuratæ pœnitere? Auersabitur Deus iuramentum, & re iuratâ frustrabitur eum cui iurauit Dominus? Profectò etsi non iurasset Deus, quia summa veritas est, mentiri non potest. Planè mendacio reluctatur diuina natura, quæ & eius veracitas: non esset Deus si mentiri posset, & non implere iuramentum: imò iurat Deus quod sua ipsius maximè interest, nempe nobilitare Dauidis genus, de quo ipse nasciturus erat; & dare magnum Sacerdotium, quod Christo suo datum fuit. Ita planè. Quorsum ergo, postquam Deus semel iurasse dicitur, statim additur, iurasse Veritatem, nec frustraturum esse eum cui iurauit re iuratâ; nec eum pœnitere iuramenti; nec auersurum esse impletionem rei iuratæ? nisi quia iuramentum solet sequi apud homines auersio à re iurata & quoddam quasi pœnitentiæ genus, quod inclinat ad pœnitendum & auertendum à re iurata, & quidam velut fomes mouens ad oppositum; & apud homines est prognosticum rei non faciendæ. Itaque, inquit Dauid (loquens de Deo more humano) Deus veritas est, & ita mentiri nequit; Deus verax est, & bonus, adeoque non potest peierare. Dei maximè interest quod iuramento promisit, & ita valdè allicitur ad impletionem iuramenti. vnde subdit:

Psal. 88, 36.

Deus est sua veritas & fidelitas.

Homo auersari solet rem iuratam.

Psal. 109, 4.

IBIDEM. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*] Irenæus lib. 3. cap. 27. expendit dictum esse *de fructu ventris tui*, non autem de fructu lumborum vel renum tuorum; vt nimirum Christus intelligatur: quem doctè Tertullianus obseruat fructum *ventris* dictum, non *viri.* hæc sunt eius verba: è libro 3. Contra Marcionem cap. 20. *Ventris fructus dicitur caro Christi, quæ ex vtero Mariæ floruit, ideoque & fructus ventris tantum nominatur, vt propriè ventris, quasi solius ventris, non etiam viri.* Itaque hoc loco non dixit *de fructu tuo*, sed *de fructu ventris tui*, ad ventrem virginis respiciens, vt notauit idem Tertullianus loco citato. Hic autem fructus cùm floruit ex ventre virginis, non virginitatis florem abstulit, sed flos virginitatis extitit ac decor.

Christus propriè fructus ventris.

15. *Venationem eius benedicens benedicam.*] Græcè θήραν, Hebraicè צירה *tseda:* quod propriè *victum* significat. Vnde ridet Caluinus editionem nostram Vulgatam, quòd pro *victu* substituerit *viduam*: ait enim Presbyterum aliquem lusciosum existimasse c & t esse vnum d, & sic pro *victum* legisse *vidum*; quæ quia vox mutila erat, addidisse a, & fecisse *viduam*; & neminem fuisse in Ecclesia nostra, qui hanc corruptionem aduertere potuerit. Sed facilè hanc calumniam refutat Bellarminus noster, dicens Latinum interpretem vertisse quod in Græco inuenerat χήραν, quod *viduam* significat omnium consensu: quod etiam Patres Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Prosper, Cassiodorus & alij in Græco legerunt. Imò S. Hilarius meminit vtriusque lectionis, & contendit veram lectionem esse *viduam*, & sic lectum fuisse antequam Christus nasceretur. Igitur necesse est vel in Hebræo mutatum esse textum, & Septuaginta legisse aliter quàm modò habeant (& hæc est sententia S. Hilarij) vel in Græco textu esse corruptionem factam vitio scriptorum, quia vnam litteram legerunt pro alia, vt S. Hieronymus putat: sed in sensu nulla ferè diuersitas est, cùm per vtrumque vocabulum significetur, abundantiam ciborum fore in ciuitate Dei. Et quoniam, vt idem Hieronymus dicit, vsus obtinuit vt legatur *vidua*, non est lectio Latina vllo modo mutanda, cùm non à lusciosa Sacerdote, vt Caluinus calumniatur, sed à veneranda antiquitate ortum habuerit. Mysticè autem Eucharisticus panis hoc loco *vidua* promittitur, id est animæ desolatæ, quæ auxilium sibi non petat ex rebus humanis: tali enim animæ præcipuè debetur Eucharistia. Optimè item Eucharistia *venatio* dicitur; scilicet, quia multo labore & sudore conquirenda est: rectè etiam *victum* seu *viaticum* appelles, quia non deferenda eis qui otio torpent, sed illis qui in via virtutis quotidie proficiunt, & ad cælestem patriam contendunt.

Vulgata lectio contra Caluinum defenditur.

Eucharistia quibus danda.

16. Sacer-

Digitized by Google

Iesus ipse est vestimentum Sacerdotum.

16. *Sacerdotes eius induam salutari.*] Græcè σωτηρίαν, *salute:* Chaldæus vertit, *vestibus redemptionis:* quæ nihil aliud sunt quàm ipse Messias, Saluator, Iesus. Quod videtur explicare Isaias simillimo oraculo, superiùs ad versum nonum citato. Illustrat & eumdem locum S. Cyrillus in cap. 3. Malachiæ sic scribens: *Filijs Aaronis gestamen erat stola præscripta legibus; selectis autem in Christo & sanctuario destinatis, indumentum splendidum, καὶ ἱερατικὸν, sanctum & sacerdotale, est Christus ipse.* Et paulò pòst ait mundi Seruatorem esse *ἁγίων ἱερουργῶν, piorum Mystarum, qui sacris operantur, ἄμφιον ἀξιάγαστον, indumentum admirabile.* Eleganter Cresollius noster Mystagogi lib. 2. cap. 13. sect. 2. Sacerdotum nostrorum vestem describens: Christus, inquit, Iesus cùm Ecclesiam suam diuino consilio institueret, non vt quondam Aaronem, suæ religionis Pontificem, aliosque Sacerdotes, vestire bysso purpuraque voluit, atque auro barbaricarij manu variato; nec auream fronti laminam imposuit, nec humeris Ephod, siue Epomidem, opere polymito confectam, non pectori textum lapillarem, non lateribus baltheum, plumarij artificio distinctum, non denique hinc inde phrygio limbo malogranata, atque nolas sacro horrore sonantes, sed vt longè antè pius Cantor ad nablium cecinerat, *Sacerdotes suos induit salutari*, vel, vt alio loco dicitur, *iustitiâ*; hoc est, virtutum omnium textu & pulchritudine exornauit: siue per iustitiam πᾶσαν ἀρετὴν, vt Lycæi voluere sapientes, intelligat, videlicet omnem virtutum complexum & Christiani animi perfectionem: siue adumbret mundi Seruatorem, qui factus est nobis iustitia; cuius mirabili vitæ innocentiâ & imitatione tegi nos & ornari velit. Nam cum eo concinens Paulus, & eodem afflatus spiritu, monet vt *induamur Dominum Iesum Christum.* Sic Gregorius Theologus Orat. 42. ait Christum nominatum esse agnum vellere aureo atque diuino non solùm propter innocentiam, verùm etiam *διὰ τὸ ἔνδυμα τῆς ἀρχαίας γυμνώσεως, quòd sit veteris nuditatis velamentum.*

ANNOTATIONES CORDERII. Rom. 13, 14.

17. *Illuc producam cornu Dauid.*] Sic appellat Regnum Messiæ, quod erat inchoandum in Sion, atque inde per totum orbem propagandum. Explicuit hoc Zacharias in suo Cantico dicens: *Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui,* &c.

Lucæ 1.

IBIDEM. *Paraui lucernam Christo meo.*] Secundùm phrasim Hebraicam lucerna frequenter accipitur pro filio vel posteritate, quæ patris nomen clarum fecit & illustre. Sic dicitur ad Ieroboam: *Filio eius dabo Tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus.* Et de Abiam dicitur: *Propter Dauid dedit & Dominus Deus suus lucernam in Hierusalem, vt suscitaret filium eius.* Per excellentiam igitur hoc loco Christus intelligitur, qui ex Dauidis semine oriundus non modò nomen eius, sed totum insuper orbem erat illustraturus. Potest tamen etiam aptissimè intelligi, vt S. Augustinus exponit, de præcursore Domini, qui ipso Christo teste *erat lucerna ardens & lucens:* erat enim ardens fide & charitate; lucens exemplo & prædicatione Christum orbi manifestans.

Lucerna accipitur pro posteritate. 3. Reg. 11. Ibid. cap. 15. *Christus lucerna Dauidis, Ioannes lucerna Christi.* Ioan. 5, 35.

18. *Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.*] In Hebræo est, *Super ipsum efflorebit Nazaræatus meus:* pro quo S. Hieronymus vertit *corona mea.* Quæ sanè corona lemniscis ornata cælestibus efflorebit in omnem æternitatem, & strophia sacris hominibus suppeditabit.

IN PSALMVM CXXXII. ARGVMENTVM.

α. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ἐπὶ Ῥοβοὰμ διῃρέθησαν αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα τῷ Ἱεροβοὰμ ἠκολούθησαν, αἱ δὲ δύο τὴν Δαβιδικὴν ἠσπάσαντο βασιλείαν· μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον ἐκ Βαβυλῶνος πάλιν συνῆλθον εἰς ἕν, καὶ τὴν συμφωνίαν ἠγάπησαν, καὶ μίαν ἔσχον ἡγεμονίαν, ὃ ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει.

1. Canticum graduum.

Tempore Roboam Tribus diuisæ fuerunt, & decem quidem Ieroboam secutæ sunt, duæ verò Dauidicum amplexæ sunt Regnum: post reditum igitur ex Babylone rursus in vnum coactæ sunt, & concordiam adamarunt, & vnum habuerunt imperium, quod hic Psalmus prædicit.

Tribus sub Roboamo diuisæ, post reditum è Babylone coniunctæ fuerunt.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό;

Ἀντὶ τοῦ· εἴ τι καλὸν, καὶ εἴ τι ἀρεστὸν τῷ θεῷ, τοῦτό ἐστι τὸ ἑνοῦσθαι τοὺς συγγενεῖς, καὶ παύσασθαι τῆς διαιρέσεως. εἶτα καὶ τὰ ὑπο-

ECCE* nunc quid bonum, vel quid iucundum, nisi habitare fratres in vnum?

Id est: Si quid bonum, & si quid Deo gratum sit, hoc est cognatos coniungi, & à diuisione desistere. Deinde etiam exempla dicti

* *Vulgata* quàm bonum & quàm iucundum habitare. *Concordia Deo grata.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

dicti huius declarationem ostendunt. subiungit enim:

δείγματα δείκνυσι τοῦ λεγομένου τὴν σαφήνειαν. ἐπιφέρει γάρ·

2. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,

β΄. Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών,

Sufficiebat quidem dicere vnguenti abundantiam à capite deferri in barbam, nunc autem adiunxit etiam Aaron, rem hanc maiorem faciens à dignitate personæ.

Ἤρκει μὲν εἰπεῖν μύρου περιουσίαν φερομένην ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ πώγωνα, νυνὶ δὲ προσέθηκε καὶ τὸν Ἀαρών, μεῖζον ποιῶν τὸ πρᾶγμα τῇ τοῦ προσώπου τιμιότητι.

Quod descendit in oram vestimenti eius:

Τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ.

Quid vocet oram vestimenti.

Oram vocat colare vestimenti. Vult igitur dicere, quod vnguentum ex redundantia à capite in barbam descendens stillet etiam in oram vestimenti, ac talis sit odoris eius suauitate repletus. Deinde etiam aliud exemplum adfert ad rei huius confirmationem, & ait:

Ὤαν καλεῖ τὸ περιτραχήλιον τοῦ ἱματίου. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐκ τῆς περιττότητος τὸ μύρον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διαβαῖνον ἐπὶ τὸν πώγωνα βρέχει καὶ τὴν ὤαν, καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος εὐωδίας πεπληρωμένος. εἶτα καὶ ἄλλο ὑπόδειγμα φέρει εἰς βεβαίωσιν τοῦ πράγματος, καί φησιν·

* *Vulgata* Hermon
* in montem

3. Sicut ros * Aërmon, qui descendit * super montes Sion.

γ΄. Ὡς δρόσος Ἀερμών, ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών.

Non hoc dicit, quòd ros montis Aërmon descendat in montem Sion (nam hi montes minimè sibi mutuo vicini sunt) sed quòd in vtrisque montibus id ipsum accidat: nempe quòd mons Aërmon in montes qui ad pedes eius siti sunt rorem deriuet, & subiectam regionem irriget. Quemadmodum igitur hoc etiam delectabile est, adeoque vtile existit; ita etiam populi concordia Deo iucunda grataque accidit.

Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἡ δρόσος τοῦ Ἀερμὼν ὄρους καταβαίνει ἐπὶ τὰ ὄρη Σιὼν (οὐ γὰρ ἐγγύς εἰσιν ἀλλήλων ταῦτα τὰ ὄρη) ἀλλ' ὅτι ἐν ἀμφοτέροις τὸ αὐτὸ γίνεται τοῖς ὄρεσι· καὶ γὰρ τὸ Ἀερμὼν ὄρος οὕτω ἐκ τῆς δρόσου εἰς τοὺς πρόποδας τῶν ὀρῶν πηδᾷ, καὶ ἄρδει τὴν ὑποκειμένην χώραν. ὡς οὖν ἐστι καὶ τοῦτο τερπνὸν, διὰ τοῦτο καὶ χρήσιμον· οὕτως ἐστὶ τερπνὸν καὶ τῷ θεῷ ἡ ὁμόνοια τοῦ λαοῦ.

* *Vulgata addit* &

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, * vitam vsque in sæculum.

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο κύριος τὴν εὐλογίαν, ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος.

Psal. 49, 25.
Psal. 35, 13.

Istud *illic* non de loco dicit, sed de re, sicut etiam alibi ostensum est: *Illic iter quo ostendam ei salutare meum*. & alibi: *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem.* ac si dicat, in istiusmodi rebus. Sic etiam hoc loco istud, *illic mandauit.* id est, Talibus Deus salutem largitur.

Τὸ ἐκεῖ οὐκ ἐπὶ τόπου λέγει, ἀλλ' ἐπὶ πράγματος, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐδείχθη· ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. ἵνα εἴπῃ, ἐν τοῖς τοιούτοις πράγμασιν. Οὕτως καὶ ἐνταῦθα τὸ, ἐκεῖ ἐνετείλατο. ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁ θεὸς τὴν σωτηρίαν χαρίζεται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. ECCE NVNC QVID BONVM, VEL QVID IVCVNDVM?] Alius, *Quid bonū, & quid pulchrum?* Ceterùm non dixit absolutè habitationem, neque vnà

α΄. ἸΔΟΥ ΔΗ ΤΙ ΚΑΛΟΝ, Η ΤΙ ΤΕΡΠΝΟΝ;] Ἄλλος, τί ἀγαθὸν, καὶ τί καλόν; ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς τὴν οἴκησιν εἶπεν, οὐδὲ τὸ ἐπὶ οἰκίσκου συνοι-

Digitized by Google

συνέχεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τουτέστι μετὰ ὁμοφωνίας, καὶ συμφωνίας καὶ ἀγάπης τὸ μίαν ψυχὴν ἔχειν. εἶτα καὶ εἰς παράδειγμα ἐκφέρει τὸ εἰρημένον, καὶ σωματικὰς εἰκόνας τίθησι, δυναμένας παραστῆσαι τὴν ὄψιν. τίς ἡ εἰκών;

β'. Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών.] Οὗτος γὰρ ἀρχιερεὺς ὢν ἐχρίετο τῷ μύρῳ, καὶ κατεστάζετο πάντοθεν, σφόδρα ἐπιχαρὴς ὢν τοῖς ὁρῶσι καὶ ἡδύς. ὥσπερ οὖν, φησιν, ἐκεῖνος εὐπρέπει τῷ σχήματι, καὶ πολλῆς εὐωδίας ἐμπέπλησται, καὶ χάριν τοῖς ὁρῶσι παρέχει· οὕτω καὶ τοῦτό ἐστι καλὸν, καὶ τῇ ψυχῇ τὴν ἡδονὴν ἐντίθησι. Ὤα δὲ, ὃ καλοῦμεν περιτραχήλιον, Ἀκύλας στόμα ἐνδυμάτων. Ἐκ γὰρ τῆς περιττότητός, φησι, τοῦ μύρου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διαβαῖνον ἐπὶ τὸν πώγωνα βρέχει, καὶ τὴν ὤαν, ἢ ὤα τὸ τοῦ ἱματίου ἄκρον.

γ'. Ὡς δρόσος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα.] Φασὶ γὰρ τοσαύτην καταφέρεσθαι δρόσον ἐν Ἀερμὼν, ὡς καὶ τοὺς κεράμους ὡς ἀπὸ βροχῆς στάζειν. καὶ δι' ἐκείνου μὲν τὴν εὐωδίαν, διὰ τούτου δὲ τὸ τερπνὸν παρέστησε. τὸ δὲ ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ τοιαύτῃ κατοικήσει, ἐν τῇ τοιαύτῃ συμφωνίᾳ, ἐνετείλατο κύριος τὴν εὐλογίαν. καὶ γὰρ εὐλογία τοῦτό ἐστιν, ὡς τὸ ἐναντίον ἀρά. Τοῦτο καὶ ἕτερος ἐπαινεῖ αἰνιγματωδῶς λέγων· Ἐὰν κοιμηθῶσιν οἱ δύο, καίγε θέρμη αὐτοῖς. εἶτα καὶ τὸ ἰσχυρὸν αὐτῆς· τὸ γὰρ σπαρτίον τὸ ἔντριτον ταχὺ οὐκ ἀπορραγήσεται. ἔνθα δὲ ἀγάπη, ἐκεῖ καὶ ζωή. διὸ εἶπε, καὶ ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. ὡς γὰρ ἡ φιλονεικία θανάτους ἐργάζεται, οὕτως ὅπου εἰρήνη ἐκεῖ τῆς ζωῆς μετὰ ἀδείας ἐστίν.

contineri domunculâ, sed *in vnum*, id est cum concordia, & consentione & dilectione vnam animam habendo. Deinde etiam per exemplum exprimit id quod dicitur, & corporales ponit similitudines, quæ possint rem ipsam oculis subijcere. Quænam hæc similitudo?

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. SICVT VNGVENTVM IN CAPITE, QVOD DESCENDIT IN BARBAM, BARBAM AARON.] Hic enim cùm esset Pontifex vngebatur hoc vnguento, & vndique distillabat, valdè gratus & suauis omnibus eum videntibus existens. Quemadmodum ergo ille, inquit, habitu decorus, multâque repletus fragrantiâ, gratiam præbet videntibus; ita etiam hoc pulchrum est, & animæ adfert voluptatem. *Oram* autem, quam collare vel torquem appellamus, Aquila vocat *os vestimentorum*. Ex affluentia enim, inquit, vnguenti à capite descendens in barbam pluit, & in oram, siue supremam vestimenti partem.

Pontifex olim vnguento distillabat.

3. SICVT ROS AERMON QVI DESCENDIT.] Dicunt enim in Aërmon tantum roris deferri, vt etiam tegulæ ab humore eius distillent. Atque per illum quidem fragrantiam, per hunc verò iucunditatem demonstrauit. *Illic* autem, id est in tali habitatione, in tali concordia, *mandauit Dominus benedictionem*. Hoc enim est benedictio, sicut contrarium maledictio. Hoc etiam quidam alius subobscurè laudat dicens: *Si dormierint duo, etiam calor ijs erit*. deinde etiam fortitudinem eius indicat: nam *funiculus triplex non citò rumpetur*. Vbi autem charitas, ibi & vita. Quocircà dixit, *Et vitam vsque in seculum*. Quemadmodum enim contentio mortem parit, ita vbi pax ibi vita est securissima.

Aërmon mons roscidus.

Eccle. 4, 11.

Ibid. 12.

CATENA PATRVM.

α'. Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνόν;] Χρυσοστόμου. Πολλὰ τῶν πραγμάτων ἐστὶ μὲν καλὰ, τὸ δὲ τερπνὸν οὐκ ἔχει· ἕτερα ἡδονὴν μὲν ἔχει πάλιν, τοῦ καλοῦ δὲ ἀπεστέρηται· ἄμφω δὲ συνελθεῖν οὐ σφόδρα εὔπορον. ἐπὶ δὲ τοῦ εἰρημένου ἄμφω ταῦτα συνδεδράμηκε, καὶ ἡδονὴ καὶ τὸ κάλλιστον. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἡ ἀγάπη κέκτηται, μετὰ τῆς ὠφελείας καὶ τὸ ῥᾷστον ἔχει καὶ ἡδύ· ταύτην οὖν ἐνταῦθα ἀνυμνεῖ. οὐ γὰρ ἁπλῶς τὴν οἴκησιν

1. ECCE NVNC QVID BONVM, VEL QVID IVCVNDVM?] CHRYSOSTOMI. Multæ quidem res sunt pulchræ & honestæ, sed carét delectatione: quemadmodum aliæ sunt rursus iucundæ, sed deest eis honestas: non facilè autem contingit vt vtraq; conueniát. Sed in hoc quod dictum est hęc vtraq; concurrunt, & voluptas & honestas maxima. Hoc enim in primis habet charitas, quod cum vtilitate sit eadem facillima atque iucundissima: eam igitur hîc laudat. Non dixit enim absolutè

Charitas est virtus vtilis simul & iucunda.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

solutè *habitationem*, sed *in vnum*, id est, cum consentione, & concordia, & dilectione. Deinde sermonem hunc clariorem reddens, etiam exemplo illum declarat. Ceterùm secundùm sensum obuium, quando eiusdem fidei fuerint, ecce hoc bonum; quando verò etiam operibus consenserint, ecce hoc iucundum. Fratres autem in vnum habitantes intellige tres animæ facultates, vel animam & corpus: quæ quando in notitia rerum diuinarum & in probis actionibus consenserint, & rectè se gesserint, ecce hoc bonum; quando verò scientia correspondeterit, ecce hoc iucundum.

2. SICVT VNGVENTVM IN CAPITE.] ORIGENIS. Vnguentum est Spiritus sanctus, caput est mens, barba est ratio. Hæc ratio autem cor circumdat. Barba verò Aaron est ratio quæ obstruit & cohibet passiones, virtutesque Deo sacrificat. Porrò gratia Spiritus etiam vsque ad oram ipsius vestimenti descendit; id est, communicatur per practicam virtutem & per moralem philosophiam. Ora enim vestimenti est eius finis.

Quid mysticè per vnguentū, barbam & oram vestimenti designetur.

3. SICVT ROS AERMON.] ANONYMI. Adduxit etiam aliam similitudinem, quæ multam habet iucunditatem, & spectatori præbet delectationem. Hæc autem non abs re posuit; sed quoniam ante captiuitatem decem Tribus & duæ erant dispersæ ac diuisæ, & id fuit causa multæ iniquitatis, eosque ad seditiones, contentiones & bella impulit: idcircò ne hæc fierent suadet & consulit, ne populus ampliùs distrahatur, sed simul habitet, & sit coniunctus, & vni administratori & Regi pateat, & charitas ab initio ad finem vsque diffluat, tamquam ros omnes peruadens; & comparat charitatem vnguento & rori: per illud quidem suauitatem odoris; per hunc verò quietem ac delectationem visus volens ostendere.

ORIGENIS. Montes Sion sunt Sancti illi qui sublimia contuentur, in quos descendit ros. Aërmon autem interpretatur auersio ferarum. Aiunt autem Iordanem quoque inde oriri. Hoc autem significat etiam sacri Baptismatis gratiam: hæc enim semper descendit in Sanctos, & per illam fit auersio spiritalium ferarum.

Montes Sion & Aërmon quid mysticè significent.

ILLIC MANDAVIT DOMINVS BE-

εἶπεν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τουτέστι μετὰ ὁμοφωνίας, καὶ συμφωνίας, καὶ ἀγάπης. εἶτα σαφέστερον τὸν λόγον ποιῶν, καὶ εἰς παράδειγμα ἐκφέρει τὸ εἰρημένον. Κατὰ δὲ τὸν πρόχειρον νοῦν, ὅταν ὁμόπιστοι ὦσιν, ἰδοὺ τὸ καλόν· ὅταν δὲ καὶ τοῖς ἔργοις συμφωνῶσιν, ἰδοὺ τὸ τερπνόν. Ἀδελφοὺς δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντας νόησον τὰς τρεῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἢ ψυχὴν καὶ σῶμα· ὅταν συμφωνῶσι περὶ τὴν τῶν θείων γνῶσιν καὶ περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ὅταν εὖ πράττωσιν, ἰδοὺ τὸ καλόν· ὅταν δὲ καὶ ἡ γνῶσις συμφωνῇ, ἰδοὺ τὸ τερπνόν.

β'. ΩΣ ΜΥΡΟΝ ΕΠΙ ΚΕΦΑΛΗΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μύρον ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κεφαλὴ δὲ ὁ νοῦς, πώγων δὲ ὁ λόγος· ἐμπεριέχει δὲ τὴν καρδίαν ὁ λόγος. Πώγων δὲ τοῦ Ἀαρὼν ὁ λόγος ὁ καταφράττων τὰ πάθη, καὶ ἱερουργῶν τῷ θεῷ τὰς ἀρετάς. καταβαίνει δὲ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις καὶ ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ· τουτέστι, διαδίδοται διὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς καὶ ἐπὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας. ἡ γὰρ ὤα τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ ἐστι τὸ πέρας.

γ'. ΩΣ ΔΡΟΣΟΣ ΑΕΡΜΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἑτέραν εἰκόνα παρήγαγε, πολλὴν τὴν ἡδονὴν ἔχουσαν, καὶ τῷ θεατῇ τὴν τέρψιν παρεχομένην. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς τέθεικεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας αἱ δέκα φυλαὶ καὶ δύο διεσπαρμέναι ἦσαν, καὶ τοῦτο παρανομίας πολλῆς αἴτιον γέγονε, καὶ εἰς στάσεις καὶ πολέμους αὐτοὺς ἐνέβαλε· διὰ τοῦτο ἵνα μὴ ταῦτα γίνηται παραινεῖ καὶ συμβουλεύει, μηκέτι διασπᾶσθαι τὸν δῆμον, ἀλλ' ὁμοῦ κατοικεῖν, καὶ συνῆφθαι, καὶ ὑπὸ ἑνὶ τάττεσθαι δημαγωγῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τὴν ἀγάπην ἐπιρρέειν ἀπὸ πρώτου μέχρι τέλους, ὥσπερ οὖν καὶ τὴν δρόσον διὰ πάντων διαβαίνουσαν· καὶ παραβάλλει τὴν ἀγάπην μύρῳ καὶ δρόσῳ· δι' ἐκείνου μὲν τὴν εὐωδίαν· διὰ δὲ τούτου τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὸ τερπνὸν τῆς ὄψεως παραστῆσαι βουλόμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὄρη Σιὼν οἱ τὰ ὑψηλὰ σκοποῦντες ἅγιοι, ἐφ' οὓς καταβαίνει ἡ δρόσος. ἀερμὼν δὲ ἑρμηνεύεται ἀποστροφὴ θηρίων. φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἰορδάνην ποτὲ ἐκεῖ γεννᾶσθαι. σημαίνει δὲ καὶ τοῦτο τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν· αὕτη γὰρ ἀεὶ καταβαίνει ἐπὶ τοὺς ἁγίους, καὶ δι' αὐτῆς γίνεται ἡ ἀποστροφὴ τῶν νοητῶν θηρίων.

ΕΚΕΙ ΕΝΕΤΕΙΛΑΤΟ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΕΥΛΟΓΙΑΝ.]

Digitized by Google

ΛΟΓΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶ ἐκεῖ; ἐν τῇ τοιαύτῃ κατοικήσει, ἐν τῇ τοιαύτῃ συμφωνίᾳ καὶ ὁμοσκηνίᾳ. καὶ γὰρ εὐλογίας τοῦτό ἐστιν· ὥσπερ τὸ στασιάζειν καὶ διασπᾶσθαι ἀρᾶς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀῤῥαβὼν δὲ τῶν ἀγαθῶν πάντων καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐστιν ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος διδομένη χάρις, ἧς μέτοχοι γενοίμεθα. Ἔνθα γὰρ ἀγάπη, πολλὴ ἡ ἀσφάλεια, πολλὴ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπή· αὕτη μήτηρ τῶν ἀγαθῶν καὶ πηγή· αὕτη πολέμων ἀναίρεσις, φιλονεικίας ἀφανισμός. διό φησι, καὶ ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. ὥσπερ γὰρ ἡ στάσις θανάτους ἀώρους ἐργάζεται, οὕτως ἡ ἀγάπη καὶ ἡ ὁμόνοια τὰ τῆς ζωῆς, μετ' ἀδείας πάσης παρέχεται καὶ ἀσφαλείας, ἀλλὰ καὶ τὰ οὐράνια αὕτη χαρίζεται ἀγαθά.

NEDICTIONEM.] CHRYSOSTOMI. Vbinam illic? In tali habitatione, in tali concordia, in tali consensu & contubernio. Hoc enim est benedictionis; quemadmodum dissensio & diuulsio sunt maledictionis.

ANNOTATIONES CORDERII.

EIVSDEM. Omnium bonorum & æternæ vitæ pignus est gratia illa quæ per sacrum Baptisma conceditur, cuius participes efficiamur. Vbi enim est dilectio, illic est multa securitas & copiosum à Deo auxilium; hæc mater & fons bonorum est; hæc est bellorum abolitio, contentionis interitus. Idcircò ait, *Et vitam vsque in sæculum.* Quemadmodum enim seditio mortem parit immaturam, ita dilectio & consensio vitam, eamque tutissimam & securissimam præbet, quin & cælestia nobis bona largitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus commendat fratrum concordiam tum ab honestate, tum à iucunditate, & aptis similitudinibus rem illustrat.

1. *Ecce nunc quid bonum, vel quid iucundum, nisi habitare fratres in vnum?*] Latina paulò aliter habent: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum!* Quam lectionem Hebræo conformiorem censet Iansenius, licet sensus idem sit. Duo autem dicit de concordia fratrum, nempe quòd res sit bona, & simul iucunda. Quædam enim bona sunt, sed non iucunda; & contrà, vt superiùs in Commentario & Catena ostensum est. Martyrium enim bonum est, sed non iucundum; & contrà, voluptas est iucunda, non autem bona. Hoc itaque canticum, & diuinam prædictionem, quidam è Patribus, & doctissimi piarum rerum scriptores, sumunt de Religiosis, qui verè fratres vnum in locum & cœtum conueniunt; quorum dulcissimam & beneuolentissimam concordiam Dauid prædicat, vt quiddam valdè bonum atque iucundum. Id ipsum noster Hieronymus Platus lib. de Bono status Religiosi eximio quodam genere orationis illustrat; ostenditque multis & grauissimis rationibus triplex boni genus in hac vita sociali communi animorum voto & deuotione composita reperiri. Sed prius illud magnificè quoque fecerat D. Antoninus 3. parte tit. 16. cap. 10. item 1 parte tit. 6. cap. 2. §. 5. vbi in Cœnobijs esse bonum vtile probat, numeratis illius vitæ vtilitatibus nouem, quas similiter D. Bernardus recensuit, & mirificè commendauit: excellentem verò iucunditatem in eadem exponit, allatâ similitudine cum paradiso voluptatis, cum terra promissionis, cum monte transfigurationis: quorum locorum incredibilia bona, & velut pancarpia suauitatum, in religiosis familijs animaduertantur. Rationem boni quoque honesti in eo notat, *vt habitent fratres in vnum*, scilicet in vnitate, inquit, substantiæ communis, remotâ proprietate: in vnitate obedientiæ totalis, abiectâ propriâ voluntate: in vnitate continentiæ integralis, sine venerea societate. Ait videri nihil honestius & conuenientius illis, qui amore Dei à se reiectis & repudiatis omnibus, se totos ad quærendum illud *vnum* contulerunt, quod *necessarium* mundi liberator dixit, quàm si conueniant *in vnum diuinitatis* per frequentem contemplationem; *in vnum potentialitatis* per dominantem rationem; *in vnum statum suæ vocationis* per proficientem continuationem; *in vnum fraternæ dilectionis* per bonam conformationem. Hæc & similia copiosè dicuntur à beatissimo illo viro, tum ab alijs, qui de religiosæ vitæ bonis sibi tractandum & exponendum putauerunt. Verùm alij magni & acuti Litterarum diuinarum Interpretes hoc Dauidis oraculum in commune ad Christianos referunt, quos Deus ad politiæ suæ nouæ communionem adlegit. Omnes enim Christianos nuncupauit *fratres*, & primis Ecclesiæ temporibus omnibus inspirauit, vt essent vnum corpus & anima vna, quâ nulla potest esse maior coniunctio. Quare in hoc dicto Regij Vatis, *habitare in vnum*, non tam ad locum est referendum quàm ad eamdem omnium sententiam & concentum voluntatum: vnde apud Septuaginta est, *habitare fratres ἐπὶ τὸ αὐτὸ, in idipsum,* hoc est in eamdem coire fidem, propositum, religiosam honestatem, felicitatem, vno verbo, omnium animorum pacem. De hac igitur Christianorum omnium inter se concordia Dauid exclamat: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum!* S. Hieronymus vertit, *Ecce quàm bonum, & quàm decorum!* est enim in Hebræo נעים *naghim:* quod *pulchrum & decorum* significat. Omnia istâ in concordiam aptè conueniunt, vt sit bonum, pulchrum, honestum, decorum, iucundum. Quod bonum neque loco definitur, nec emolumento ducitur, nec perturbatione

Fratrum concordia res bona simul & iucunda.

Multiplex bonum vitæ socialis religiosæ.

Fidelium olim erat cor vnum & anima vna.

ANNOTATIONES CORDERII.

bratione minuitur. Nam præclarè dicit Hugo à S. Victore; *Loco vnum esse, & animo non esse, pœnam esse; animo, non loco, bonitatem; loco & animo, felicitatem.* Hanc igitur pacem diuinorum mysteriorum conscius Dauid hîc prædicat, quæ sine vel locorum vel hominum consideratione vera vbique & solida est, & inuiolabilis retinetur: cuius mirabilem iucunditatem speciosumque decorem geminâ comparatione illustrat, dum ait illam esse vnguento & rori simillimam.

2. *Sicut vnguentum in capite*, &c.] Aquila vertit, Ὡς ἔλαιον ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καταβαῖνον ἐπὶ τὸν πώγωνα, τὸν πώγωνα Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ στόμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ, *Sicut oleum bonum super caput descendens in barbam, barbam Aaron, descendens in os indumentorum eius:* Symmachus, Ὡς τὸ μύρον τὸ κάλλιστον ἐπὶ κεφαλὴν καταῤῥέον ἐπὶ πώγωνα τὸν Ἀαρὼν, τὸ καταῤῥέουσαν ἐπὶ τὴν ὤαν τῶν ἀμφιμέτρων αὐτοῦ, *Sicut vnguentum optimum super caput defluens in barbam Aaron, quod defluxit ad oram vestimentorum circummetientium illum.* Bonum sanè ac iucundum vnguentum hoc fuit, quòd è raris & pretiosis aromatibus compositum, & quod omnes, ad quos odor peruenisset, inexplicabili suauitate perfundebat: sic concordia in cœtu pio res pretiosissima apud Deum hominesque habetur, è plurium commercio vt dulcium aromatum varietate composita, quæ odore gratiæ suæ & beneuolentissimæ charitatis ad omnes diffunditur humanissimâ & dulcissimâ oblectatione. Illud vnguentum in diuinis Litteris appellatur *Oleum sanctum*; cui cùm similis dicitur concordia, necesse est vt fateamur hanc sacram esse atque venerandam, quæ homines apud Numen commendet, & in odorem suauitatis vsque ad solium gloriæ Dei euehatur. Ceterùm mysticè his verbis Dauid etiam hierarchici corporis speciem in membris Aaronis, primi legis Sacerdotis, vt in emblemate figurauit, & diuina eius dona cantu & lyrâ prosecutus est. Per caput autem, barbam & subiectas partes intelligit totum vndique absolutum & perfectum. Sic memini S. Chrysostomum eruditè animaduertisse apud Isaiam hominis similitudine de Iudæa vaticinantem, nomine capitis, barbæ, pedum ὅλην χώραν, *vniuersam regionem* designare; cui vastandæ ignitus hostium furor & barbaries imminebat. Per caput igitur Dauid intelligit summum religionis Ducem & Hierarchiæ verticem, per barbam eos qui dignitate proximè ad illum accedunt, per oram vestimenti gradus ordinesque omnes inferiores: qui omnes corpus odoratum efficiunt mirifico delibutum vnguento, & pretioso; quale fuit illud sacerdotale, quod lectissimis è rebus conficiebatur. Quid verò aliud per id vnguentum intelligit, nisi charismata Sacerdotio adiuncta, nisi vberes cæli gratias atque dona, quibus Hieromystæ perfunduntur, & bonus odor Christi fiunt in vitam salutemque aliorum? Sed videte mysterium. Illud vnguentum summæ & acerrimæ suauitatis, ros ille diuinus, vt etiam eodem loco appellat Dauid, fluxum habet suum Numinis imperio definitum, vt primum in caput tum in reliqua membra delabatur. Quod eximiè S. Leo illustrat in hunc modum Serm. 3. de sua assumptione scribens: *Pontificij sacramentum effuso benedictionis vnguento copiosiùs quidem in superiora profluit, sed non parcè etiam in inferiora descendit:* sed apertiùs in Epistola quadam sua ait Deum à beatissimo Petro, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffundere. Simile quidpiam vult Gregorius Nazianzenus Orat. 8. cùm patrem suum, omni ratione venerandum Antistitem, æquat Aaroni; *è cuius*, inquit, *capite, sacrum & sacerdotale vnguentum defluit in barbam atque vestem.* Illius enim sanctimoniâ & meritis, & augusto aræ ministerio, cæli dona in liturgos & populum effundebantur. Ita pulchrè Cresollius noster, qui hanc cælestium donorum à supremo Ecclesiæ capite ad cetera membra diffusionem copiosè describit lib. 1. Mystagogi cap. 14.

Concordia vnguento comparata.

Eccli. 45.

Quid per caput, barbam Aaronis, &c. intelligatur.

Isaiæ 7.

Quid per vnguentum significetur.

3. *Sicut ros Aermon*, &c.] Latini legunt *Hermon.* Hîc aliam adfert similitudinem depromptam ex rore qui montes Iudææ aspergit & fœcundat. Hunc locum aliqui Hebræorum sic dispungendum existimant: *Sicut ros Hermon, & sicut ros qui descendit in montem Sion.* Alij volunt ex Hermon, qui mons est prope Iordanem Libano vicinus, cùm sit perpetuâ niue conspersus, continuò vapores ascendere, qui in rorem concreti montem Sion fœcundissimè aspergant. Verùm cùm, vti superiùs in Paraphrasi explicatur, mons Hermon procul distet à monte Sion, subintelligenda est particula & hoc modo: *Sicut ros Hermon, & qui descendit*, &c. Nominat autem duos montes, qui per se naturâque suâ sicci arentesque fuerunt, roris tamen affluentissimâ vbertate & copiâ viridissimo induebantur vestitu, & florum ac fructuum varietate nitebant: sic vbi concordiæ ros in hominum societatem influit, arentes priùs animos fœcundat pulcherrimis virtutum operibus & inexplicabili morum amœnitate. Qua in re Propheta pius duo significare voluit, esse nimirum concordiæ multas & mirificas vtilitates, quæ pullulent è rore illo diuino, eamdemque cæli esse donum, vnde in nos deriuetur; si tamen montes sumus, hoc est laudatâ constantiâ firmi atque stabiles, & à vilium rerum colluuione in altum euecti. Denique, *Illic*, inquit, hoc est vbi viget animorum concordia, *mandauit Dominus benedictionem.* Vt rorem, ita benedictionem impluit, atque à sereno cælo demittit. Vel *mandat*, hoc est, *mittit* (quod vox Græca ἐντέλλεσθαι significat) velut beneuolentiæ suæ legatos & nuntios, atque iubet vt in eos, qui honestâ pace copulantur, pleno sinu benedictionem effundant. In fonte Hebræo est צוה *tziua*: quod significat *præficere*, Præfectos constituere. Deus igitur præficit, & Præsidem constituit benedictionem suam; cuius ductu & auspicijs ac diuinâ administratione cœtus pij & mutuâ beneuolentiâ sociati regantur, & copiâ insignium bonorum cumulentur. O inexplicabilem pacis & concordiæ felicitatem! cui benedictio Dei præsidet, quam in cursu beatæ vitæ regit, quam promptis è cæli penu exquisitissimis ornamentis cohonestat. Nam benedictio in arcano sermone sumitur passim pro abundantissima rerum copia & cumulo bonorum, quæ mortales solent expetere ad vsuram vitæ commodæ & beatissimæ felicitatis. Vnde liquet quid Dauid hoc loco significare

Concordia fraterna rori comparatur.

Concordia meretur diuinam benedictionem.

Digitized by Google

ficare voluerit cùm dixit, *Illic mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in sæculum.* Vbi erunt concordes & pacifici, subitò videbis affluere bonorum copiam, quæ ad corpus animumque pertinent: quæ cùm sint propè innumerabilia, neque à Dauide recenseri commodè posse viderentur, omnia vno *benedictionis* nomine complexus est: tamen addit & *vitam*, vt significaret, vitam concordiâ nudam atque destitutam non vitalem esse, sed mortuorum simillimam; qui cùm seiuncti separatique sint à commercio aliorum fiunt cadauera, pulchritudine spoliantur, & in tenebris & situ iacent.

Ceterùm Cassiodorus adhuc aliam huius loci interpretationem suggerit à proposito minimè alienam: nam *benedictionis* nomine intelligit Christum mundi Redemptorem: quam benedictionem, inquit, in Ecclesiam misit Pater. Et sanè hoc S. Paulus non obscurè videtur intueri cùm ait: *Benedixit nos in Christo omni benedictione spirituali.* Quod declarat in pace tam excellentem esse abundantiam & copiam bonorum, quæ omnem nostram superet intelligentiam. Atque hoc est quod Christus ait: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* O aureum pignus felicitatis piorum hominum paci concordiæque promissum! Coëant inter se dignè & honestè Christianorum animi, continuò cælestis Pater mandat benedictionem, adest Dei Filius, se interponit, stat medius vt beneficus Sol spargens in omnes radios suæ bonitatis, quibus intima & exteriora omnia colluceant & beentur: fit arbor vitæ in medio paradisi, dat *benedictionem & vitam vsque in sæculum.* Vide hunc Psalmum etiam eleganter expositum à Patre de Ponte Tomo 2. in Cant. lib. 7. exhort. 25. § 3.

PARAPHRASIS ANONYMI. Ephes. 1, 3. Christus inter concordes medius est. Matth. 18, 20.

IN PSALMVM CXXXIII. ARGVMENTVM.

α΄. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Μετὰ τὸ ἐπανελθεῖν αὐτοὺς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀνῳκοδομήθη ὁ ναός. καὶ ἔστιν ὁ ψαλμὸς οὗτος παρακέλευσις τοῦ δεῖν συνήθως ὑμνεῖν τὸν θεόν. φησὶ γάρ·

1. Canticum graduum.

Post reditum eorum è Babylonia ædificatum est templum. Atque hic Psalmus hortatur more solito Deum esse celebrandum. ait enim:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ἰδοὺ δὴ εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ δοῦλοι κυρίου·

Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου θεοῦ ἡμῶν,

Οἱ ἑστῶτες, ἀντὶ τοῦ, οἱ ἀπολαβόντες τὸ ὑμνεῖν, ποιεῖτε τοῦτο, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ ἐλάβετε.

β΄. Ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν κύριον.

Ποιεῖτε δέ, φησι, τοῦτο μὴ μόνον ἐν ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅσον οἷόν τε.

γ΄. Εὐλογήσαι σε κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Οὕτως γὰρ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ σου, φησὶ, τεύξῃ εὐλογίας, καὶ σωτηρίας διηνεκῶς ἐκείνου ὃς τὰ ὅλα ἐποίησεν.

Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini:

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri,

Qui statis, id est, Qui hymnos cantandos accepistis, hoc facite, ne perdatis ea quæ accepistis.

2. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.

Hoc autem, inquit, facite non solùm in die, verùm etiam in nocte, & in omni tempore, quantum potestis.

3. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.

Sic enim, inquit, ab illo Deo tuo, qui vniuersa fecit, perpetuam benedictionem ac salutem consequeris.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quorum sit laudare Deum.

1. ECCE NVNC BENEDICITE DOMINVM.] Non omnium est Deum laudare, sed eorum qui religiosè viuunt: illorum verò qui à peccato vulnerati sunt proprium est lacrymari seu lugere. Propterea cùm dixisset *Benedicite*, subiunxit *serui Domini.* q. d. Qui imperium eius amplexi, & præceptis eius imbuti estis. Vult autem esse Dei seruos non solùm in dogmatibus, sed etiam in accurata vitæ institutione; & ideò adiecit, *Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.* Eum enim qui est impurus & profanus nefas est sacrosancta septa ingredi: quamobrem si quis dignus est qui ingrediatur, is quoque dignus est qui benedicat. Considera ô homo quantam dignitatem consequaris, & exhibe puritatem, prauas cogitationes, & si quid diabolicæ pompæ sit, expellens.

Nox maximè opportuna orationi.

2. IN NOCTIBVS EXTOLLITE MANVS.] Docet tempus maximè ad hymnodiam opportunum: magna enim tunc quies est & tranquillitas cogitationum, & maius otium. Simul verò etiam docet nos, ne totam noctem in somnum insumamus. Quòd si in nocte oportet ad sancta accedere, considera quamnam consequetur veniam, qui ne domi quidem eo tempore preces fundit. Pulchrè autem dixit *sanctè*, id est sine prauis cogitationibus, absque iniuriarum memoria, absque auaritia ceterisque vitijs quæ adferunt animæ exitium. *Et benedicite.* Hoc est enim maximè perfecta benedictio, & laus Deum decens, quando verborum & vitæ fuerit numerosus concentus. Si autem, inquit, hæc feceris, consequêris quoque Dei benedictionem. Qualia ista? si nimirum pernoctes, si sanctè ores, si sis dignus stare in domo Domini. Postquam autem exhortatus fuit, precatione concludit orationem. Quid autem est *Ex Sion*? Cùm hoc nomen ipsis esset desiderabile, deinde eos ad altiora sustollens subiunxit, *Qui fecit cælum & terram.*

α'. ΙΔΟΥ ΔΗ ΕΥΛΟΓΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Οὐ πάντων τὸ ὑμνεῖν, ἀλλὰ τῶν εὐλαβείᾳ συζώντων· τῶν δὲ τραυματισθέντων ἐξ ἁμαρτίας τὸ ὀλοφύρεσθαι ἴδιον. διὸ εἰπὼν εὐλογεῖτε, ἐπήγαγεν οἱ δοῦλοι κυρίου. οἷον· οἱ τὴν αὐτοῦ ἀσπαζόμενοι δεσποτείαν, καὶ ταῖς αὐτοῦ στοιχοῦντες ἐντολαῖς. δούλους δὲ κυρίου βούλεται εἶναι οὐ κατὰ τὰ δόγματα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν πολιτείας ἀκρίβειαν· διὸ καὶ προσέθηκεν, οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου θεοῦ ἡμῶν. τὸν γὰρ ἀκάθαρτον καὶ βέβηλον οὐδὲ ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν περιβόλων θέμις· ὥστε εἴ τις ἄξιος ἐπιβαίνειν, οὗτος καὶ εὐλογεῖν ἐστιν ἄξιος. ἐννόησον ἡλίκης ἀπολαύεις ἀξίας ἄνθρωπε, καὶ πάρεχε τὴν καθαρότητα, λογισμοὺς πονηροὺς ἀποθέμενος, καὶ εἴ τι τῆς διαβολικῆς ἐστι πομπῆς.

β'. ΕΝ ΤΑΙΣ ΝΥΞΙΝ ΕΠΑΡΑΤΕ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ.] Διδάσκει τὸν ἁρμοδιώτερον καιρὸν εἰς ὑμνῳδίαν· πολλὴ γὰρ τότε ἡ ἡσυχία καὶ ἡ ἀταραξία τῶν λογισμῶν, καὶ πλείων ἡ σχολή. ἅμα δὲ καὶ παιδεύει ἡμᾶς, μὴ πᾶσαν αὐτὴν εἰς ὕπνον δαπανᾷν. εἰ δὲ ἐν νυκτὶ εἰς τὰ ἅγια παραγίνεσθαι χρή, ἐννόησον ποίας τεύξεται συγγνώμης, ὁ μηδὲ οἴκοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον εὐχὰς ἐπιτελῶν. Καὶ καλῶς εἶπεν ἁγίως, τουτέστι χωρὶς διαλογισμῶν πονηρῶν, χωρὶς μνησικακίας, χωρὶς πλεονεξίας, καὶ τῶν ἄλλων ἃ λυμαίνεται τὴν διάνοιαν. Καὶ εὐλογεῖτε. τοῦτο γὰρ μάλιστα εὐλογία ἠκριβωμένη, καὶ ὕμνος θεοπρεπής, ὅταν μετὰ τῶν ῥημάτων καὶ ὁ βίος σύμφωνα φθέγγηται. ἂν ταῦτα δέ, φησι, ποιῇς, τεύξῃ καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογίας. ποῖα ταῦτα; ἂν διανυκτερεύῃς, ἂν εὔχῃ ἁγίως, ἐὰν ἄξιος εἶ τοῦ ἑστάναι ἐν οἴκῳ κυρίου. παραινέσας δέ, εἰς εὐχὴν κατακλείει τὸν λόγον. τί δ' ἐστιν ἐκ Σιών; Ἐπειδὴ ποθεινὸν αὐτοῖς τὸ ὄνομα ἦν, εἶτα ἀνάγων αὐτοὺς ἐπήγαγεν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἁρμόττει μὲν καὶ ᾠδὴ τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθοῦσι. προσφέρει δὲ καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι παραίνεσιν, ὥστε μὴ μόνον μεθ' ἡμέραν ἀλλὰ καὶ νύκτωρ τὸν θεὸν ἀνυμνεῖν.

ά. ΙΔΟΥ ΔΗ ΕΥΛΟΓΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθα κατέκλεισε τοὺς περὶ τῶν ἀναβαθμῶν ψαλμοὺς, εἰς καλὸν τέλος καταχλείσας τὸν λόγον, εὐφημίαν καὶ εὐλογίαν· ἰστέον δὲ ὡς πέντε καὶ δέκα εἰσὶν ἰσάριθμοι τοῖς τοῦ ναοῦ ἀναβαθμοῖς· ἐφ' ὧν ἕκαστον ἐν τῷ ἀναβαίνειν ἑστῶτες, ὥς φασιν, οἱ εἰς τὸ ὑμνεῖν τεταγμένοι μίαν ᾠδὴν ἔλεγον. τοῦτο δὲ μαθήσῃ ἐκ τῶν παραλειπομένων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἑστῶτες, φησὶν, ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ μὴ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτοντες, ἀλλὰ καὶ βλέποντες μὴ πέσητε, εὐλογεῖτε τὸν κύριον.

β'. ΕΝ ΤΑΙΣ ΝΥΞΙΝ ΕΠΑΡΑΤΕ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστι, τὰς πράξεις ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῷ θεῷ δεικνύντες πεπαρρησιασμένως. σωφροσύνην δὲ διδάσκει τὸ λόγιον. οὐδεὶς γὰρ ἐν νυξὶν ἀκολασταίνων δύναται τὰς χεῖρας αἴρειν πρὸς θεόν. Καλῶς δὲ τὸ ἐπάρατε, καὶ οὐ τὸ ἐκτείνατε, καὶ γὰρ ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, φησὶν, οὐχὶ ἔκτασις, θυσία ἑσπερινή. Καὶ βούλομαι προσεύχεσθαι ἄνδρας ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀντὶ τοῦ εἰς τὰ ἅγια, ἕτερος ἁγίως, ἕτερος ἡγιασμένως. διὰ μὲν τοῦ ἐν οἴκῳ κυρίου ἔδειξεν, ὡς πανταχοῦ μὲν αἴρειν ὁσίους χεῖράς τις οὐκ ἐκώλυται· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς ἀφιερωμένοις τοῦτο προσήκει χωρίοις ποιεῖν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶτα εἰς ὑψηλότερα αὐτοὺς ἀνάγων δόγματα, καὶ παιδεύων ὅτι πανταχοῦ μὲν ὁ θεὸς, τὸν δὲ ναὸν διὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν ἐνομοθέτησεν οἰκοδομηθῆναι, ἐπήγαγεν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τουτέστιν, ὅτι δεῖ πανταχόθεν καὶ οὐκ ἀπὸ μόνου καλεῖν τοῦ ναοῦ. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ τόπου κωλύεται τὰ τῆς εὐχῆς, μόνον ἐὰν ὁ τρόπος ᾖ συμβαίνων τῇ εὐχῇ. τοῦτο τοίνυν κατορθώσαντες, πανταχοῦ αὐτὸν καλῶμεν, καὶ παραστήσεται, καὶ πάντα ἡμῖν τὰ δύσκολα εὔκολα

ORIGENIS. Consonat autem etiam hic Psalmus ijs qui è Babylone regressi fuerant. Ceterùm omnibus pijs admonitionem proponit, vt non modò interdiu verùm etiam de nocte Deum laudibus prosequantur.

1. ECCE NVNC BENEDICITE DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Psalmos de gradibus hîc absoluit, pulchro fine concludens orationem, laude scilicet & benedictione: sciendum autem hos esse quindecim numero pares cum templi gradibus; in quorum singulis, vti ferunt, inter ascendendum subsistentes, illi qui ad canendum ordinati erant vnicum canticum recitabant. Hoc autem ex libro Paralipomenon discere poteris.

Quot sint Psalmi graduales.

ORIGENIS. *Qui statis*, inquit, *in domo Domini*, & non sicut vnus de Principibus caditis, sed etiam videntes ne cadatis, *Benedicite Dominum.*

2. IN NOCTIBVS EXTOLLITE MANVS.] CHRYSOSTOMI. Id est, actiones & opera nostra Deo confidenter ostendentes. Oraculum autem hoc temperantiam edocet. Nemo enim intemperanter viuens potest in noctibus manus ad Deum extollere. Pulchrè autem dixit *Extollite*, & non *Extendite*. Etenim *eleuatio manuum mearum*, inquit, non extensio, *sacrificium vespertinum* Et volo orare viros qui puras manus eleuant.

Psal. 140. 2.

ORIGENIS. Pro *in sancta*, alius *sanctè*, alius *sanctificatè*. Per illud *in domo Domini* ostendit, quomodo quidem quis vbique sanctas manus extollere minimè prohibeatur; nihilominùs tamen in locis consecratis præsertim hoc facere oporteat.

CHRYSOSTOMI. Deinde illos ad altiora dogmata sustollens, & Deum vbique esse docens, iussisse autem templum ædificari propter illorum imbecillitatem, subiunxit, *Qui fecit cælum & terram.* id est, Oportere illum vndique & non è solo templo inuocare. A loco enim non prohibentur preces, modò adsint mores qui precibus conueniant. Postquam ergo in hac re nos rectè gesserimus, Deum vbique inuocemus, & aderit, & quæcumque sunt nobis difficilia facilia reddet

Deus vbique inuocandus.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

& expedita, & efficiet vt futuris bonis potiamur gratiâ & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ ῥάδια ἐργάζονται, ἢ τῶν μελλόντων ἡμᾶς ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν ποιήσῃ, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν ἢ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hæc est Psalmus postremus gradualium, qui eos qui iam feliciter ascenderunt hortatur vt perpetuis Dei laudibus vacent.

Totâ vitâ nostrâ Deus benedicendus.

1. *Ecce nunc benedicite Dominum.*] Istud *nunc*, in quo benedicendus est Dominus, tota hæc vita est stateræ momento comparata. Et illæ noctes, in quibus manus in sancta sunt extollendæ, dies nostri sunt, propter fidei obscuritatem noctes appellati: quas noctes qui in iugi Domini memoria & amore occupauerit, illam consequetur benedictionem, quam postremus huius Psalmi versiculus promittit.

Serui Dei est propriū stare. Math. 8, 6.

IBIDEM. *Qui statis in domo Domini.*] Benè *serui Domini* eo charactere insigniti, *Qui statis.* Vnde Chysologus, Serm. 15. premens illud Centurionis de seruo suo, *Domine puer meus iacet in domo paralyticus*, pulchrè ait, *Meum dico, quia iacet, si tuus esset Domine, non iaceret. Probat hoc Propheta cùm dicit*, Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini. *Qui statis, non iacetis ait: stant serui tui, hominum serui iacent.* Ita ille. Cyrillus autem Alexandrinus in Zachariæ cap. 3. vers. 7. animaduertit *stantium* nomine diuinos spiritus ob egregiam firmitatem, quâ sibi semper constant, intelligi: *Perpende*, inquit, *quomodo vbique sacra Scriptura Angelos* stare *pronuntiet*; stationis *vocabulo significans eos ignauia non succumbere, sed mentem velut erectam & infirmitatis expertem & cum Deo stantem retinere.*

IBIDEM. *In atrijs domus Dei nostri.*] Illa verba hoc loco apud Hebræos non habentur, sed sunt in Psalmo sequenti; de quibus S. Hilarius ita scribit: *Reperi autem quosdam ambiguos circa hoc*, In atrijs domus Domini, *fuisse, dicentes, idcircò hoc à translatoribus primis adiectum esse, quia sub ijsdem versibus sequenti Psalmo continetur, opinantibus ipsis, scriptorum vitio in libris Hebraicis fuisse prætermissum. Sed noui Interpretes quæ volunt tractent; nobis verò obsequendum est & auctoritati tralationum & vetustati.* Eiusmodi quiddam scribitur in Commentario S. Hieronymi. In omnibus autem collatis libris Græcis & Latinis verba illa habentur.

Puræ ad Deum manus eleuandæ, præsertim Sacerdotibus.

2. *Extollite manus vestras in sancta.*] S. Chrysostomus legit, Ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν ἡγιασμένας, *Extollite manus vestras sacrosanctè*, hoc est, prout decet ἡγιασμένους, *sanctificatos*, piè consecratos: quorum proinde non cor modò animumque, sed manus quoque sacrosanctas & ab omni obscœnitate purissimas esse oporteat. Hinc illud Gregorij Magni lib. 1. Epist. 24. *Necesse est vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat.* Ratio verò cur in Mystagogis & religionis administris hæc tanta tamque eximia puritas & manuum innocentia quæritur, à ministerijs quæ obeunt & ab ipsa consecratione peti debet: nam ministeria, in quibus tempus omne vitæ consumunt, sunt eiusmodi, vt in cursu hoc rerum augustiora nulla cogitari possint. Sacrorum enim hominum manus sunt diuinæ cælestesque thensæ, quibus sacra Numinis pompa per omnium ora populorum circumuehitur, vti pulchrè ostendit Cresollius noster lib. 4. Mystagogi cap. 6. sect. 4. Obseruandum autem, quomodo *in noctibus* potissimùm putas ad Deum manus extollendas esse moneat, quasi tunc maximè aditus in supremi Regis atrium patêre videatur. Chaldæus hoc ad Sacerdotes retulit, & ita vertit: *In noctibus leuate manus vestras Sacerdotes ad suggestum sanctitatis.* Sed commune potest esse monitum, vt intelligamus omnibus de nocte precationibus vacandum esse, quòd illud tempus sit in eam rem commodissimum. Hinc iam inde à primis Ecclesiæ temporibus mos fuit, vt Sacerdotes de nocte ad orandum surgerent. Testis est S. Carpus Cretæ Episcopus, Apostolorum auditor, qui circa mediam noctem, vt sanctus Dionysius Epist. 8. memorat, vigilare solebat πρὸς τοὺς θείους ὕμνους, *ad diuinos hymnos* piè & religiosè Deo concinendos. Vide de his plura in Annotationibus nostris ad Epist. 8. sancti Dionysij Areopagitæ.

Nox ad precandum commodissima.

IN PSALMVM CXXXIV. ARGVMENTVM.

1. Alleluia.

α. Ἀλληλούϊα.

Hic etiam docet gratias agere pro beneficijs quæ in præcedenti tempore fuerant consecuti. Gratiarum enim actio pro præteritis conciliat beneuolentiam pro futuris.

Gratiarum actio conciliat beneuolentiam.

Διδάσκει καὶ ἐνταῦθα εὐχαριστεῖν ὑπὲρ ὧν ἔτυχον εὐεργεσιῶν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσιν εὐχαριστία τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι προξενεῖ φιλοτιμίαν.

Digitized by Google

PARA-PHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΑΙΝΕΙΤΕ τὸ ὄνομα κυρίου, αἰνεῖτε δοῦλοι κύριον.

Τὸ ὄνομα, φησι, δι᾽ οὗ ἐσώθητε.

β΄. Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου θεοῦ ἡμῶν.

Καὶ μάλιστα ὅσοι, φησὶ, τὸν ναὸν ἀπελάβετε, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πάλιν ὑμνεῖν τὸν θεόν.

γ΄. Αἰνεῖτε τὸν κύριον, ὅτι ἀγαθὸς κύριος·

Καὶ πρὸ πάντων, φησὶ, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ποιεῖσθε μνήμην, δι᾽ ἧς πάντων ἐτύχομεν τῶν ἀγαθῶν.

Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅτι καλόν.

Ἀρεστὸν γάρ, φησι, τοῦτο τῷ θεῷ.

δ΄. Ὅτι τὸν Ἰακὼβ ἐξελέξατο ἑαυτῷ ὁ κύριος, Ἰσραὴλ εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ.

Ὑμνεῖτε δὲ αὐτόν, φησι, περὶ πάντων, ὅτι πολλῶν ὄντων ἐθνῶν τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν, ὑπὲρ πάντα τὸν Ἰακὼβ ἐξελέξατο, ὥστε εἶναι αὐτοῦ κτῆμα ἐξαίρετον. τοῦτο γὰρ λέγει περιουσιασμὸν ἑαυτοῦ.

ε΄. Ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα ὅτι μέγας ὁ κύριος, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς.

Καὶ γὰρ τὸ συνειδὸς ἡμῶν, φησιν, ἐπείσθη, ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς ἕτερος εἰ μὴ αὐτός.

ς΄. Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις.

Καὶ εἰκότως, φησιν, αὐτὸν δεῖ μόνον ἡγεῖσθαι θεὸν, ὃς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήγαγεν, οὐρανόν τε, καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς.

ζ΄. Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν.

Οὗτός, φησίν, ἐστιν, ὁ καὶ τὰ ὄντα τρέπων ὡς βούλεται. εἰπὼν γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέρω στίχοις, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ

LAVDATE nomen Domini, laudate serui Dominum.

Nomen dicit, per quod seruati estis.

2. Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

Et maximè, inquit, qui templum recepistis, & facultatem iterùm laudandi Deum.

3. Laudate Dominum, quia bonus Dominus:

Et ante omnia, inquit, bonitatis eius mentionem facite, per quam omnia bona nacti sumus.

Psallite nomini eius, quoniam * bonum.

* *Vulgata* suaue.

Hoc enim, inquit, placitum est Deo.

4. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israël in possessionem sibi.

Laudate autem, inquit, ipsum pro vniuersis, quia cùm sub illo multæ essent Gentes, super omnes Iacob elegit, vt esset ipsi eximia possessio. Hoc enim vocat *possessionem sibi*.

Iacob possessio Dei peculiaris.

5. Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus dijs.

Etenim, inquit, conscientiæ nostræ persuasum est, quòd non sit Deus alius nisi ipse.

6. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo * & in terra, in * maribus & in omnibus abyssis.

* *Abest à Vulgata* vox &
* mari

Et meritò, inquit, ipsum oportet solum existimare Deum, qui omnia ex nihilo vt essent produxit, & cælum, & terram, & quæ in eis sunt.

Deus omnia facit & mutat pro arbitrio.

7. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit.

Ipse, inquit, est, qui etiam ea quæ sunt prout voluerit mutat. Nam cùm in superioribus versibus dixisset, ipsum esse qui ex nihilo omnia

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

omnia vt essent produxit, hîc subiunxit, ipsum esse qui rebus productis iterùm pro voluntate vtatur, mutans ea ad eorum quæ facta sunt vtilitatem. Vnde subdit, *Educens nubes ab extremo terræ.* Hæc enim ex rebus iam existentibus facit & mutat. *Fulgura in pluuiam fecit.* Id est: Ipse qui etiam pluuias & fulgura facit. Hæc omnia sunt prouidentiæ argumenta, quòd non solùm ex nihilo produxerit, verùm etiam rebus existentibus vsus sit ad vtilitatem.

εἶναι παραγαγὼν τὰ πάντα, ἐνταῦθα ἐπήγαγεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῖς γεγονόσι πάλιν κεχρημένος ὡς βούλεται, μεταβάλλων αὐτὰ πρὸς τὴν τῶν γινομένων χρησίαν. ὅθεν ἐπιφέρει, Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ὄντων ποιεῖ καὶ μεταβάλλει. ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. ἀντὶ τοῦ· αὐτός ἐστιν ὁ καὶ ὑετὸν ποιῶν καὶ ἀστραπάς. ἅπαντα τῆς προνοίας ἐστὶ τεκμήρια, ὅτι οὐ μόνον ἐξ οὐκ ὄντων παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ συγκέχρηται τοῖς οὖσι πρὸς τὸ χρειῶδες.

* Vulgata producit

Qui * educit ventos de thesauris suis:

Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ·

Incomprehensibilem & inexhaustam ventorum generationem insinuat. Pro nutu enim eius venti spirant quasi ex thesauris indeficientibus, & simul patefacit eorum generationem, quomodo fiant. Cùm vniuersalia recensuisset, ad particularia transit, & ait:

Τὸ ἀκατάληπτον τῆς γενέσεως τῶν ἀνέμων φησί. καὶ τὸ ἀκένωτον· πνέουσι γὰρ ἄνεμοι δοκοῦν αὐτῷ ὡς ἐκ θησαυρῶν ἀδαπανήτων, καὶ ἅμα δήλην αὐτῶν ποιεῖται τὴν γένεσιν, ὅπως τίκτονται. εἰπὼν τὰ καθόλου, ἐπὶ τὰ μερικὰ μεταβαίνει, καὶ φησί·

Quanta Deus in Ægypto fecerit pro Israëlitis.

8. Qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus.

η. Ὁ ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους.

Ipse, inquit, eâdem potentiâ etiam in Ægypto pro nobis operatus est.

Οὗτός, φησι, τῇ αὐτῇ δυνάμει καὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον εἰργάσατο δι' ἡμᾶς.

* Vulgata emittit.

9. Et emisit signa & prodigia * sua in medio tui Ægypte;

θ. Καὶ ἐξαπέστειλε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν μέσῳ σου Αἴγυπτε·

Pulchrè conuertunt sermonem ad Ægyptum, ipsam Ægyptum in testem adducentes, quomodo tentata sit.

Καλῶς ἡ ἀποστροφὴ τοῦ λόγου πρὸς τὴν Αἴγυπτον, μάρτυρα καλοῦντων τὴν Αἴγυπτον, ὡς πεπείραται.

In Pharaonem & in omnes seruos eius.

Ἐν Φαραὼ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις αὐτοῦ.

Deinde deinceps post Ægyptum ait:

Εἶτα ἑξῆς μετὰ τὴν Αἴγυπτον φησί·

10. Qui percussit Gentes multas, & occidit Reges fortes,

ι. Ὃς ἐπάταξεν ἔθνη πολλὰ, καὶ ἀπέκτεινε βασιλεῖς κραταιούς,

Hæc in transitu populi operatus est.

Ταῦτα ἐν τῇ διόδῳ τοῦ λαοῦ εἰργάσατο.

* Vulgata Schon

11. * Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan,

ια. Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων, καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασάν,

Dicit Reges magnos Gentium, quæ egressui quidem Israëlitarum obsistebant, sed Dei virtute prodigiosè interfectæ fuerunt. Deinde narrat etiam quæ in Palæstina contigere.

Βασιλέας μεγάλους λέγει ἐθνῶν, ἀντιπεσόντων μὲν τῇ ἐξόδῳ τῶν Ἰσραηλιτῶν, διαφθαρέντων δὲ παραδόξως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει. εἶτα λέγει καὶ τὰ κατὰ Παλαιστίνην.

Et omnia regna Chanaan.

Καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χαναάν.

Et hæc omnia cur fecerit subiungit:

Καὶ ταῦτα πάντα διὰ τί ἐποίησεν ἐπιφέρει·

12. Et dedit terram eorum

ιβ. Καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν

τὴν κληρονομίαν, κληρονομίαν Ἰσραὴλ λαῷ αὐτοῦ.

Ἀνεῖλε, φησι, τοὺς ἐν τῇ παρόδῳ, ἐξέβαλε Παλαιστινοὺς, ἐτιμωρήσατο Αἰγυπτίους. ὁ δὲ σκοπὸς ἦν αὐτῷ τὴν Παλαιστίνην δοῦναι κληρονομίαν τοῖς παρ' αὐτοῦ ἰθυνομένοις. εἶτα εἰκότως ἀποστρέφουσι τὸν λόγον εἰς ὕμνον τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος, καὶ φασίν·

ιγ'. Κύριε τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Διὰ τοῦτο τοιγαροῦν, φησι, τούτων ἁπάντων ἡ μνήμη διαιωνίζει, τὰ πέρατα τῆς γῆς κατέχουσα.

ιδ'. Ὅτι κρινεῖ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται.

Αὐτός ἐστι, φησὶν, ὁ καὶ δικάζων ἡμῖν, ποτὲ εἰ ἁμαρτάνομεν, καὶ εἰσπραττόμενος δίκας συμμέτρους, καὶ πάλιν παρακαλούμενος καὶ σώζων· ἅπερ πάντα ἐστὶ προνοίας τεκμήρια, καὶ τοῦ ἐποπτεύεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς παρὰ τοῦ θεοῦ.

ιε'. Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.

Οὐχ' οὕτω, φησὶν, οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν· οὐδὲ γὰρ αἰσθάνονται τῶν πραττομένων, οὐδὲ σώζουσιν· καὶ μάλα εἰκότως· οἱ γὰρ ἑαυτοὺς κινῆσαι μὴ δυνάμενοι, ἄλλους σῶσαι πῶς δυνήσονται; ἀλλ' ἔστι, φησὶ, μιμήματα αἰσθήσεων παρ' αὐτοῖς, ἄμοιρα δὲ κεῖται ἐνεργείας· ὥστε καὶ γέλωτα παρέχειν τοῖς ὁρῶσι. ἐπιφέρει γοῦν οὕτως·

ιϛ'. Στόμα ἔχουσι καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται.

ιζ'. Ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται· οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.

Ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς ζωτική τις δύναμις, ὥστε αἴσθησιν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι τῶν πραττομένων.

ιη'. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ· καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.

hereditatem, hereditatem Iſraël populo ſuo.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Deleuit, inquit, eos qui in tranſitu erant, eiecit Palæſtinos, puniuit Ægyptios. Ceterùm ipſi propoſitum erat dare Palæſtinam in hereditatem ijs qui ab ipſo dirigebantur. Deinde meritò ſermonem deriuant ad laudem eius qui hæc omnia fecerat, & aiunt:

13. Domine nomen tuum in æternum: * & memoriale tuum in generationem & generationem.

* Vulgata Domine memoriale

Idcircò igitur, inquit, horum omnium memoria perennat, fines terræ occupans.

14. Quia iudicabit Dominus populum ſuum: & in ſeruis ſuis deprecabitur.

Ipſe eſt, inquit, qui nos quoque iudicat, ſi quando peccemus, & moderatas pœnas infligit, & rurſus placatur & ſeruat: quæ omnia ſunt prouidentiæ argumenta, & quòd res noſtræ à Deo reſpiciantur.

15. * Idola Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.

* Vulgata Simulacra

Dij Gentium ſimulacra ſenſus expertia.

Non ſic, inquit, dij Gentium: neque enim percipiunt ea quæ geruntur, neque ſalutem adferunt; idque iure merito: nam cùm ſemetipſos mouere non valeant, quomodo alios ſeruare poterunt? Ceterùm, inquit, ſunt ipſis ſenſuum ſimilitudines, ſed operationis expertes: vnde etiam videntibus riſum propinant. Sic igitur ſubiungit:

16. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

17. Aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.

Id eſt, Non ineſt ijs vis aliqua vitalis, vt ſenſum capiant eorum quæ geruntur.

18. Similes ijs fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Similis insensibilitatis argumentum in semetipsis circumferentes, dum non vident se præstantiores esse ijs quæ operantur.

Τῆς ὁμοίας ἀναισθησίας τὸν ἔλεγχον ἐν ἑαυτοῖς περιφερόμενοι, μὴ συνορῶντες ὅτι βελτίους εἰσὶν αὐτοὶ ὧν ἐργάζονται.

19. Domus Israël benedicite * Dominum: domus Aaron benedicite Dominum.

* Vulgata Domino: vt & in sequentibus.

ιθ'. Οἶκος Ἰσραὴλ εὐλογήσατε τὸν κύριον· οἶκος Ἀαρὼν εὐλογήσατε τὸν κύριον.

20. Domus Leui benedicite Dominum:

κ'. Οἶκος Λευὶ εὐλογήσατε τὸν κύριον·

Nos verò, inquit, & per Gentes & per familias Deum nostrum benedicimus. Israël enim appellat communitatem, Aaron autem & Leui Sacerdotes.

Ἀλλ' ἡμεῖς, φησὶ, καὶ κατὰ τὰ ἔθνη καὶ κατὰ τὰς πατριὰς εὐλογοῦμεν τὸν ἡμέτερον Θεόν. Ἰσραὴλ γὰρ τὸ κοινὸν λέγει, Ἀαρὼν δὲ καὶ Λευὶ τοὺς ἱερέας.

Qui timetis Dominum benedicite Dominum.

Οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον εὐλογήσατε τὸν κύριον.

Et breuiter, inquit, dicendo, Qui virtutem eius sæpenumerò experti estis, laudate eum.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, ὅσοι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀπηλαύσατε πολλάκις, ὑμνεῖτε αὐτόν.

21. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

κα'. Εὐλογητὸς κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

Hæc dicentes; Quoniam hic solus Deus noster dignus est qui in Sion & in Hierusalem adoretur.

Ταῦτα λέγοντες· ὅτι οὗτος μόνος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἄξιος ἐν τῇ Σιὼν καὶ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ προσκυνούμενος.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. LAVDATE NOMEN DOMINI.] Cùm diuina natura sit inaspectabilis, meritò hortatur ad nomen Domini collaudandum, vtpote per quod seruati estis. Hortatur autem ipsos ad sacrificium laudum. *Serui* autem Domini vocantur illi qui ex Gentibus recèns ad ipsum accesserunt, & nondum spiritum adoptionis filiorum receperunt; & intra Ecclesiæ quidem Dei atria introducti consistunt, haudquaquam tamen adytis digni sunt habiti, intra quæ aliquando etiam ingredientur, cùm liberi ac filij per spiritum fuerint declarati. Ceterùm cùm diuersæ minimeque similes sint vitæ illorum qui introducuntur, meritò quoque diuersa sunt atria. Primùm autem serui *nomen Domini*, deinde illi qui proficiunt etiam ipsum *Dominum* laudare iubentur. Ante omnia autem, inquit, bonitatis eius memoriam facite, per quam omnes bona consecuti sumus. Illud autem *quoniam bonum*; quia, inquit, hoc Deo placet.

Quos vocet seruos Dei, & quæ illorum conditio sit.

α'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΚΥΡΙΟΥ.] Ἐπεὶ ἀόρατος ἡ θεία φύσις, εἰκότως αἰνεῖν τὸ ὄνομα κυρίου παρακελεύεται, οἷον δι' οὗ ἐσώθητε. παρακαλεῖ δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν θυσίαν τῶν αἴνων. δοῦλοι δὲ κυρίου λέγονται οἱ ἐξ ἐθνῶν νεωστὶ προσιόντες, καὶ μήπω τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας λαβόντες· καὶ ἔσω μὲν τῶν προπύλων εἰσαγωγικῶς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἑστῶτες, οὐ μὴν καὶ τῶν ἀδύτων ἠξιωμένοι, ἔνθα ποτὲ καὶ εἰσελεύσονται, ἐλεύθεροι καὶ υἱοὶ διὰ τοῦ πνεύματος ἀποφανθέντες. ἐπεὶ δὲ διάφοροι τῶν εἰσαγομένων οἱ βίοι καὶ οὐχ ὅμοιοι, εἰκότως διάφοροι καὶ αἱ αὐλαί εἰσι. πρῶτον δὲ τὸ ὄνομα κυρίου αἰνεῖν οἱ δοῦλοι προστάττονται, εἶτα ἐν προκοπῇ γενόμενοι καὶ αὐτὸν τὸν κύριον. Πρὸ πάντων δέ, φησι, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ποιεῖτε μνήμην, δι' ἧς πάντες ἐτύχομεν τῶν ἀγαθῶν. τὸ δὲ ὅτι καλὸν· ὅτι ἀρεστόν, φησι, τοῦτο Θεῷ.

4. QVONIAM IACOB ELEGIT SIBI.] Non recenset communia beneficia,

δ'. ΟΤΙ ΤΟΝ ΙΑΚΩΒ ΕΞΕΛΕΞΑΤΟ ΕΑΥΤΩ.] Οὐ λέγει τὰς κοινὰς εὐεργεσίας,

ἀλλὰ

ἀλλὰ τὴν ἰδίαν καὶ ἐξαίρετον· τὸ τὸν ἐξ Ἰακὼβ λαὸν ἐκλέξασθαι καὶ ἑαυτῷ ἀναθεῖναι. εἰς περιουσιασμὸν δὲ, ἀντὶ τοῦ εἰς ἐξαίρετον κτῆμα, εἰς ἔνδειξιν πλούτου, εἰς περιουσίαν. εἰ γὰρ καὶ ὀλίγον τὸ ἔθνος, ἀλλ' ὡς πλοῦτον ἑαυτῷ ἐξελέξατο, εἰς ἀρετὴν αὐτοὺς χειραγωγῆσαι βουλόμενος. εἶτα τίθησι καὶ ἄλλην αἰτίαν· ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα. ἐπείσθην, φησὶν, ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς ἕτερος εἰ μὴ αὐτός· τῶν γὰρ μάλιστα ἀναβεβηκότων ἐστὶ τὸ ἀκριβέστερον εἰδέναι αὐτοῦ τὴν μεγαλωσύνην παρὰ πάντας τοὺς θεούς· πάντα γὰρ ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. Οὐδαμοῦ, φησι, τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐμποδίζε(ται)· καὶ τὸ θαυμαστὸν ὅτι οὐ μόχθῳ ἐποίησεν, ἀλλὰ θελήματι μόνῳ. ἰστέον δὲ ὅτι οὐ δυνάμει συμμετρεῖται τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τῇ βουλήσει. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ἀνθρώπους ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, μὴ χωροῦντας τὰ μείζονα, ἀφεὶς ἐκεῖνα, ἀπὸ τῶν φαινομένων ὑφαίνει τὸν λόγον, καὶ αἰνεῖ τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. ἐπεὶ γὰρ εἶπεν Αἰνεῖτε, δείκνυσι καὶ πῶς δεῖ αἰνεῖν ἐπιόντα τὸ σῶμα τῆς κτίσεως, καὶ ἐκπληττόμενον τὴν σοφίαν, τὴν πρόνοιαν. μαθεῖν δὲ ἔστιν ἐντεῦθεν ὡς οὐ μία τίς ἐστι θάλασσα, ἀλλὰ πολλαί.

ζ'. ΑΝΑΓΩΝ ΝΕΦΕΛΑΣ ΕΞ ΕΣΧΑΤΟΥ ΤΗΣ ΓΗΣ.] Ἄλλος ἀναβιβάζων, ἕτερος ἀνασπῶν ἀπὸ ἄκρου, ἄλλος ἐκ τελέσματος, ἐξ ἐσχάτου, ἤτοι ἀπ' ἄκρου γῆς. καὶ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιῶνται αἱ νεφέλαι καὶ τῶν ἄλλων συστημάτων τῶν ὑδάτων. τέρματα δὲ γῆς οἱ θαλάττιοι κόλποι. τὸ δὲ θαυμαστότερον, ὅτι κατωφερὴς οὖσα τῶν ὑδάτων ἡ φύσις, θείῳ λόγῳ ἀνέλκεται, καὶ μετέωρος γίνεται, καὶ φερομένη διαβαστάζεται, ἕως ἂν ἐκραγῇ. αὐτὸς δέ ἐστι, φησὶν, ὁ καὶ ὑετὸν ποιῶν καὶ ἀστραπάς. προμηνύει γὰρ τὴν χορηγίαν τῶν ὑδάτων διὰ τῶν ἀστραπῶν, καὶ δείκνυσι θαῦμα παράδοξον, ἐναντίας φύσεις συνιούσας καὶ διατηρούσας τὸ ἴδιον, τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ πυρί. καὶ γὰρ ἐν ὕδασι τὸ ἀστραπαῖον πῦρ διατρέχον, οὔτε ἐκεῖνο θερμαίνει, οὔτε αὐτὸ καταβέννυται. εἶτα· ὁ ἐξάγων ἀνέμους, αὕτη πάλιν ἑτέρα φύσις, χρείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχουσα ἐν γῇ, ἐν θαλάσσῃ. τὸ δὲ εἰπεῖν ἐκ θησαυρῶν, τὴν εὐκολίαν παρέστησε τὸ παρεσκευασμένον. ὡς γὰρ ὁ ἐν θησαυρῷ ἔχων, μετ' ἀδείας ἐξάγει πάντα, καὶ ὅτι βούλεται· οὕτω καὶ ὁ δημιουργὸς πάντα εὐκόλως

sed quod est eorum proprium & eximium; nempe quòd populum Iacob elegerit sibique dedicauerit. *In possessionem* autem, id est in eximiam hereditatem, ad opum ostentationem, ad redundantiam. Etsi enim esset modica gens, attamen tamquam diuitias eam sibi ipsi elegit, ad virtutem illos deducere volens. Deinde ponit etiam aliam causam; *Quia ego cognoui*. Persuasum, inquit, habui, quia non est alius Deus nisi ipse: est enim eorum qui plurimùm ascenderunt accuratiùs cognoscere eius maiestatem *præ omnibus dijs*: nam *omnia quæcumque voluit fecit*. Nequaquam, inquit, voluntas eius impeditur: & quod admirandum est non labore fecit, sed solâ voluntate. Sciendum autem quòd non virtuti commetiatur ea quæ facta sunt, sed volitioni. Ceterùm cùm ad homines ei sermo esset, qui maiora non capiunt, ijs omissis, ex apparentibus contexit orationem, & laudat Deum ex operibus eius. Nam cùm dixisset *Laudate*, ostendit etiam quomodo laudare oporteat persequendo vniuersum corpus creaturæ, & sapientiam prouidentiamque admirando. Hinc autem discimus non vnum esse aliquod mare, sed multa maria.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus sine labore omnia fecit.

7. EDVCENS NVBES AB EXTREMO TERRÆ.] Alius *Sustollens*, alius *Attrahens ab extremis*, alius *à fine, ab extremo*, siue *à summitate terræ*. Etenim vt plurimum è mari alijsque aquarum congregationibus nubes euaporantur. Fines autem terræ sunt sinus maritimi. Hoc autem magis admirandum, quòd cùm aquarum natura deorsum feratur, diuino verbo attrahatur, & sublimis fiat, & circumlata libretur, donec erumpat. Ipse porrò est, inquit, qui etiam pluuiam facit & fulgura. Aquarum enim copiam per fulgura prænuntiat, & prodigiosum exhibet miraculum, scilicet contrarias naturas concurrentes & proprietatem suam conseruantes, ignem [inquam] in aqua, & aquam in igne. Siquidem in aquis fulgureus ignis decurrit, neque illas calefacit, neque ipse extinguitur. Sequitur: *Qui educit ventos*. Hęc est rursus alia naturæ species, quæ nobis non paruum in terra & in mari vsum exhibet. Quòd autem dixerit *de thesauris*, facilitatē ac promptitudinem indicauit. Quemadmodum enim qui habet in thesauro, securè omnia & quando vult profert; ita etiam Creator omnia fecit facilè,

Nubium mirabilis generatio.

Ventorum admirabilis productio.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

facilè, & naturæ tradidit. Vel incomprehensibilitatem & indeficientiam ventorum significat: ceterùm thesaurus quoque fuerit diuina voluntas; simul atque enim annuit, vndique spirant.

Quanta fuerit Dei erga Israëlitas prouidentia.

8. QVI PERCVSSIT PRIMOGENITA ÆGYPTI.] Postquam dixit generalia, & ostendit Dei prouidentiam in orbem vniuersum, accedit ad id quod Iudæis peculiare est. Hic, inquit, potentiam quoque suam aduersus Ægyptum ostendit. A nouissima autem plaga exorsus est; quoniam hæc maximè vrsit Pharaonem vt ipsos liberos dimitteret. Cùm autem alij quidem secundùm Lunam determinent prouidentiam; alij verò censeant eam cælestia & vniuersalia dirigere, sed non item humana, necessariò etiam ista hic sermo subiunxit, docens Deum etiam res humanas curare & iniquos punire. *Ab homine vsque ad pecus.* Cur autem etiam pecora? Quoniam propter hominem facta sunt, ea quoque punit propter hominem, vt augeat calamitatem. Pulchra autem est hæc apostrophe, *In medio tui AEgypte:* vt testis sit eorum quæ experta est. Illud autem *in medio* vel locum dicit, vel idem est quod *apertè*; sicut & istud, *Operatus est salutem in medio terræ.* In medio igitur, quia medium est omnibus manifestum. Particeps igitur, inquit, fuit etiam Rex plagæ diuinitus illatæ. Vidisti quomodo cùm omnes simul essent de eis sumptum est supplicium; & illi quidem patiebantur, alij verò lucrabantur? Deinde rursus dicit ea quæ in deserto contigerunt, vbique ostendens se non esse Deum partialem.

Psal. 73, 14.

Quas Gentes percusserit Deus in gratiam Israëlitarum.

10. QVI PERCVSSIT GENTES MVLTAS.] Per omnem viam potentiæ suæ pignora præbens. Non recenset autem ciuitates, neque minutim narrat obsidiones, sed magnanimiter innumeras præterit cateruas miraculorum. Atque illi quidem erant mœnibus vallati & armati, hi verò nudi; attamen erant omnibus potentiores propter manum quæ regebat eos. Scon & Og Reges fortes ipsis quidem restiterunt, sed superati sunt. Chanaan verò ponitur pro ijs qui Palæstinam incolebant. Quemadmodum enim ignis spinas, ita illi omnes inuaserunt. Deinde subdit causam cur hæc fecerit. *Et dedit terram eorum hereditatem.* Cùm illos, inquit, eiecisset, dedit nobis terram eorum in hereditatem. quod

ἐποίησε, καὶ τῇ φύσει παρέδωκεν. ἢ τὸ ἀκατάληπτον λέγει τῶν ἀνέμων καὶ τὸ ἀνέκλειπτον· εἴη δ' ἂν θησαυρὸς καὶ τὸ θεῖον βούλημα· ἅμα τι γὰρ νεύει, καὶ πανταχόθεν πνέουσιν.

η'. ΟΣ ΕΠΑΤΑΞΕ ΤΑ ΠΡΩΤΟΤΟΚΑ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.] Εἰπὼν τὰ καθόλου, καὶ δείξας τὴν περὶ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ πρόνοιαν, ἐπὶ τὸ μερικὸν ἔρχεται τὸ κατὰ Ἰουδαίους. οὗτος, φησὶ, τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον εἰργάσατο. ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου δὲ ἤρξατο· ἐπεὶ τοῦτο μάλιστα ἔπεισε τὸν Φαραὼ ἀπολῦσαι αὐτούς. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μέχρι τῆς κατὰ σελήνην ἱστᾶσι τὴν πρόνοιαν· οἱ δὲ τὰ μὲν οὐράνια καὶ τὰ καθόλου διοικεῖν, οὐκέτι δὲ καὶ τὰ ἀνθρώπινα, ἀναγκαίως ἐπισυνῆψε καὶ ταῦτα ὁ λόγος, παιδεύων ὅτι μέλει τῷ θεῷ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἐξέρχεται τοῖς ἀδικοῦσιν. ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. τί δήποτε καὶ τὰ κτήνη; ἐπεὶ καὶ ταῦτα διὰ τὸν ἄνθρωπον γέγονε, διὰ τὸν ἄνθρωπον καὶ κολάζει, ὥστε ἐπιτεῖναι τὴν συμφοράν. Καλῶς δὲ ἡ ἀποστροφὴ τὸ, ἐν μέσῳ σου Αἴγυπτε· ἵνα μάρτυς ᾖ ὧν πεπείραται. τὸ δὲ ἐν μέσῳ ἢ τὸν τόπον λέγει, ἢ τὸ φανερῶς· ὡς καὶ τὸ, εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. ἐν μέσῳ οὖν, ἐπεὶ τὸ μέσον πᾶσι κατάδηλον. ἐκοινώνησε δέ, φησι, τῆς θεηλάτου πληγῆς καὶ ὁ βασιλεύς. εἶδες πῶς ὁμοῦ πάντων ὄντων τοὺς μὲν ἐπεγίνωσκεν ἡ τιμωρία· καὶ ἔπασχον μὲν ἐκεῖνοι, ἐκέρδαινον δὲ ἕτεροι, εἶτα πάλιν τὰ ἐν ἐρήμῳ λέγει, δεικνὺς πανταχοῦ ὡς οὐ μερικὸς ὁ θεός.

ι'. ΟΣ ΕΠΑΤΑΞΕΝ ΕΘΝΗ ΠΟΛΛΑ.] Διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐνέχυρα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παρέχων. οὐκ ἔπεισι δὲ τὰς πόλεις, οὐδὲ κατὰ μικρὸν λέγει τὰς παρατάξεις, ἀλλὰ μεγαλοψύχως παρατρέχει μυρίας νιφάδας θαυμάτων. καίτοι ἐκεῖνοι μὲν τειχήρεις καὶ ὡπλισμένοι, οὗτοι δὲ γυμνοί· ἀλλὰ πάντων ἦσαν δυνατώτεροι διὰ τὴν στρατηγοῦσαν χεῖρα. Σηὼν καὶ Ὤγ βασιλεῖς ἰσχυροὶ ἀντιπαραταξάμενοι μὲν, ἡττηθέντες δέ. Χαναὰν δὲ ἀντὶ τοῦ τῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων. καθάπερ γὰρ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, οὕτως ἐπῄεσαν ἅπασιν. εἶτα ἐπάγει διὰ τί ταῦτα ἐποίει. καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν. τούτους, φησὶν, ἐκβαλὼν, ἡμῖν τὴν γῆν ἔδωκε τοῦ κατακληρονομῆσαι αὐτήν. ὃ καὶ

Digitized by Google

τοῦτο θαύματος γέμει. οὐ γὰρ μικρὸν καταχεῖν πολεμίαν χώραν. εἶτα ἀποστρέφουσι τὸν λόγον εἰς ὕμνον τοῦ πεποιηκότος πάντα, καί φασι·

ιγ΄. Κυριε το ονομα σου εις τον αιωνα.] Ἄλλος, ἡ ἀνάμνησίς σου. ἐνταῦθα τῇ δοξολογίᾳ τὸ συνεχὲς διακόπτει τοῦ λόγου· ὅπερ ἔθος ἁγίοις. ἐπὰν γὰρ ἀρξάμενοί τι λέγειν τῶν τοῦ θεοῦ θαυμάτων πυρωθῶσιν, οὐ πρότερον ἐπὶ τέλος ἔρχονται, ἕως ἂν ὑπὸ τῶν εἰρημένων δοξάσωσι. τί δέ ἐστιν ὅ φησιν; ἡ δόξα σου διηνεκής, ἄτρεπτος, ἀμετάβλητος, καὶ ἡ περὶ σοῦ μνήμη ἀτελεύτητος, πέρας οὐκ ἔχουσα. τὸ δέ, ὅτι κρινεῖ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. ἢ ὅτι καὶ δίκην ἀπαιτήσει, καὶ μετὰ ταῦτα παύσεται. ἢ ἀμφότερα, ὅτι ἐκδικήσει καὶ παρακληθήσεται, δείκνυσιν οὐ τῆς ἐκείνων ἀξίας ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τὴν καταλλαγήν. εἶτα ἐπεὶ ἀρχόμενος ἔλεγε, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς, καὶ ἔδοξε κατὰ σύγκρισιν τὴν ὑπεροχὴν εἰσάγειν, ὅρα πῶς ἐπιμένει τῷ λόγῳ. ἀρξάμενος γὰρ εἰπὼν τὰ τῆς αὐτοῦ προνοίας θαυμάσια, καὶ δείξας καθόλου ὄντα θεόν, κωμῳδεῖ λοιπὸν καὶ τῶν εἰδωλικῶν θεῶν τὴν ἀσθένειαν, καὶ εὐθέως ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς καταφρονητικῶς κέχρηται τῷ λόγῳ, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος. τὸ γὰρ εἴδωλον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀδρανές τι καὶ ἀτελές, ἄψυχος ὕλη καὶ κωφή· καὶ τὸ εἶναι ἔχει παρ' ἀνθρώπων, ὃ μεγίστη κατηγορία τῶν σεβομένων, ὅτι αὐτοὶ ὄντες αἴτιοι τοῦ εἶναι αὐτοῖς, ἐπ' ἐκείνους ἔθεντο τὰς ἐλπίδας. ἐπιτείνει δὲ τὴν κωμῳδίαν, καὶ διελέγχει τὴν ἀπάτην, εἰκόνα μὲν αἰσθήσεων λέγων περικεῖσθαι αὐτοῖς, ἀναίσθητα δὲ εἶναι, ὡς μὴ οὔσης πνοῆς ἐν αὐτοῖς. ταύτης, φησί, τῆς ἀναισθησίας ἄξιοι μεταλαχεῖν καὶ οἱ ποιηταὶ αὐτῶν καὶ προσκυνηταί. εἰπὼν δὲ τὴν ἀσθένειαν ἐκείνων τὴν ἀπάτην, καὶ ταχέως ἀποπηδήσας ἐπὶ τὴν δοξολογίαν κατακλείει τὸν λόγον, οὐκ ἔτι διηγούμενος τὰ περὶ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ὡμολογημένοις ἐπάγει τὴν εὐφημίαν.

ιθ΄. Οικος Ισραηλ ευλογησατε τον κυριον.] Τί δήποτε οὐ πάντας ὁμοῦ καλεῖ, ἀλλ' εἰς τάγματα διαιρεῖ; ἵνα μάθῃς ὅτι πολλὴ ἡ διαφορὰ τῆς εὐλογίας. ἄλλως γὰρ ὁ ἱερεύς, ἄλλως ὁ λευίτης, ἄλλως ὁ λαϊ-

ipsum quoque miraculi plenum est. Haud enim parua res est hostilem regionem occupare. Deinde conuertunt orationem in laudem eius qui hæc omnia fecerat, & aiunt:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

13. Domine nomen tvvm in æternvm.] Alius, *recordatio tua*. Hîc interrumpit seriem orationis per glorificationem: quod solent sancti facere. Postquam enim de Dei miraculis aliquid dicere incipientes inflammati fuerint, non priùs ad finem perueniunt, quàm pro ijs quæ dicta sunt Deum glorificauerint. Quid porrò est, quod ait? Gloria tua est perpetua, immutabilis, inuariabilis, & memoria tua est interminabilis, finem non habens. Illud autem, *Quia iudicabit Dominus populum suum*. Vel quia & supplicium exiget, & postmodum cessabit. Vel vtraque hęc, quod nimirum vlciscetur & consolabitur, ostendunt hanc reconciliationem non ipsorum meriti sed diuinæ fuisse benignitatis. Deinde quoniam in principio dixerat, *Et Dominus noster præ omnibus dijs*, & visus est per comparationem introducere quamdam excellentiam, vide quomodo isti sermoni immoretur.

Gloria & memoria Dei perpetua.

Postquam enim à prouidentiæ ipsius miraculis dicendi principium fecisset, & ostendisset ipsum esse Deum vniuersi, irridet deinceps idolicorum deorum imbecillitatem, & statim de ipsa natura, quin potiùs de ipso nomine contemptim verba fecit. Idolum enim nihil est aliud quàm quid imbecillum & imperfectum, inanimis surdaque materia: & esse suum habet ab hominibus, quæ maxima reprehensio est eorum qui colunt ea, nempe quòd cùm ipsi sint in causa vt ea sint, in eis tamen salutis suæ spem constituant. Ceterùm auget irrisionem, & imposturam coarguit, dicens ipsis quidem sensuum similitudinem affingi, sed esse reuerà insensibilia, cùm non sit spiritus in eis. Huius, inquit, insensibilitatis participes fieri merentur illi qui faciunt & adorant ea. Postquam autem eorum imbecillitatem & imposturam declarasset, illicò resiliens ad glorificationem concludit orationem, non ampliùs narrans ea quæ ad Deum spectant, sed tamquam pro ijs quæ in confesso sint subiungit laudationem.

Idolorum quanta vanitas.

19. Domvs Israel benedicite Dominvm.] Cur ergo non omnes simul vocat, sed in ordines distribuens? vt scias esse magnam differentiam benedictionis. Aliter enim Sacerdos, aliter leuita, aliter laicus,

Diuersa est diuersorum benedicendi ratio.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

cus, aliter frequens populus benedicit. Dicere autem *Benedicite*, est eius qui ostendit beatam illam naturam, & ab interitu alienam. Benedicite enim, inquit, quòd liberati estis ab aduersarijs, quòd digni habiti estis qui talem Deum adoretis: est quidem ipse benedictus, naturâ suâ obtinens benedictionem, nec laude aliorum indigens. Verumtamen vos quoque benedicite, non quòd ei aliquid ex eo accedat, sed quòd ipsi fructum inde percipiatis. Porrò Sion rursus meminit & Hierusalem: quoniam enim illic erat constituta ipsorum Respublica, & illic omnia docebantur, vult ea loca ipso Dei cognomine reddere celebria, vt cum illis essent veneranda, ipsos magis allicerent, allecti autem Dei cultui magis affigerentur, affixi autem eius cultui, ad maiorem virtutem proficerent, propter quam omnia facta sunt. Sed tunc quidem erant Hierusalem & Sion; nunc autem cæli, & ea quæ in cælis sunt.

κὸς, ἄλλως ὁ πολὺς λαὸς εὐλογεῖ. τὸ δὲ εἰπεῖν ὅτι εὐλογήσατε, δεικνύντός ἐστι τὴν μακαρίαν καὶ ἀκήρατον φύσιν ἐκείνην. εὐλογήσατε γάρ, φησιν, ὅτι τῶν ἐναντίων ἀπηλλάγητε, ὅτι τοιοῦτον κατηξιώθητε προσκυνεῖν θεόν· ἔστι μὲν εὐλογητὸς, φύσει τὴν εὐλογίαν ἔχων, καὶ τῆς παρ' ἑτέρων οὐ δεόμενος εὐφημίας. πλὴν καὶ ὑμεῖς εὐλογεῖτε, οὐχ ὡς ἐκείνῳ προστιθέντες, ἀλλ' ὡς ὑμεῖς καρπούμενοι. πάλιν δὲ τῆς Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ μέμνηται· ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖ τὰ τῆς πολιτείας αὐτοῖς συγκεκρότηται, καὶ πάντα ἐκεῖθεν ἐπιδέδοντο, βούλεται ποιῆσαι τοὺς τόπους σεμνοὺς τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ θεοῦ, ἵνα αἰδέσιμοι αὐτοῖς ὄντες, μᾶλλον αὐτοὺς ἐφέλκωνται, ἑλκόμενοι δὲ μᾶλλον προσπλάσσωσι τῇ λατρείᾳ, προσπλαγέντες δὲ τῇ λατρείᾳ, εἰς μείζονα ἄγωσιν ἀρετήν, δι' ἣν πάντα ἐγένετο. ἀλλὰ τότε μὲν Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιών· νῦν δὲ οὐρανὸς, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Hæc laus Deo allata fuit ab ijs qui libertatem fuerant consecuti.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αἶνος οὗτος ὑπὸ τῶν τῆς ἐλευθερίας τετυχηκότων προσενεχθεὶς τῷ θεῷ.

1\. LAVDATE NOMEN DOMINI.] CHRYSOSTOMI. Ad hoc rursus hortatur sacrificium quod fit per laudes: hoc est enim Deo sacrificium & oblatio. Domorum autem & atriorum assiduè meminit, eos loco affigens, & non sinens ad idola resilire; quandoquidem in principio quoque ipsum ideò iussit extrui, vt omnem impietatem illis auferret, dum in vnum locum omnes cogerentur. Quocircà illum quoque morte damnat, qui extra templum sacrificat. Quoniam qui non obtulerit, inquit, in tabernaculo, & sacrificauerit, sanguis ei imputabitur. Iubet autem eos canere, psallere & laudare; quia laudes quæ Deo fiebant erant eis occasio pietatis, dum continerent veteres narrationes, & simul ad Dei laudem conferebant, & canentibus argumentum doctrinæ suppeditabant; quæ & vitam eorum componebat, & ad perfecta dogmata deducebat.

Sacrificium laudis Deo gratum.

Deut. 12.

α΄. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΚΥΡΙΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πάλιν ἐπὶ τὴν θυσίαν αὐτοὺς ταύτην παρακαλεῖ τὴν διὰ τῶν αἴνων· καὶ γὰρ θυσία τοῦτο τῷ θεῷ καὶ προσφορά. συνεχῶς δὲ μέμνηται τῶν τόπων καὶ τῶν αὐλῶν, προσπλάσσων αὐτοὺς τῷ τόπῳ, καὶ οὐκ ἐῶν αὐτοὺς πρὸς εἴδωλα ἀποπηδᾶν· καὶ γὰρ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν διὰ τοῦτο αὐτὸν οἰκοδομηθῆναι ἐνομοθέτησεν, ὥστε πάσης ἀσεβείας αὐτοῖς ἀναίρεσιν γενέσθαι, τὸ πρὸς ἕνα τόπον συνάγεσθαι. διὰ δὴ τοῦτο καὶ φόνου κρίνει, τὸν ἔξω θύοντα τοῦ ναοῦ. ὅτι ὃς ἂν μὴ ἐνέγκῃ, φησὶν, εἰς τὴν σκηνὴν, καὶ θύσῃ, αἷμα αὐτῷ λογισθήσεται. ᾄδειν δὲ καὶ ψάλλειν αὐτοὺς παρακελεύεται καὶ αἰνεῖν· ὅτι οἱ αἶνοι οἱ εἰς τὸν θεὸν γινόμενοι καὶ εὐσεβείας ἦσαν ὑπόθεσις, αὐτοῖς τὰ παλαιὰ ἔχοντες διηγήματα, καὶ ὁμοῦ εἰς τὸν θεὸν εὐφημία ἐγίνετο, καὶ τοῖς ᾄδουσι διδασκαλίας ὑπόθεσις· καὶ βίον ῥυθμίζουσα, καὶ πρὸς δογμάτων ἀκρίβειαν χειραγωγοῦσα.

Vbi & qualiter Deus laudandus.

ORIGENIS. *Laudate*, non alij quàm stantes, & non alibi quàm in domo Domini, in

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Αἰνεῖτε, οὐκ ἄλλοι ἢ ἑστῶτες, καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ ἢ ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν

Digitized by Google

ἀυλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. σημειώσῃ δὲ, ὅτι οἶκος μὲν κυρίου λέγεται, αὐλαὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· καὶ τῷ ἀνωτέρῳ μὲν εἴρηται εὐλογεῖτε, νῦν δὲ αἰνεῖτε· κἀκεῖ μὲν μόνον τὸ, οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ κυρίου (ὡς ἐν τῷ ἑβραϊκῷ) νῦν δὲ, μετὰ τοῦ ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν.

γʹ. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΟΤΙ ΑΓΑΘΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος, ὅτι χρηστός. ὅπερ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι ποθεινόν. τοῦτο συνεχῶς τίθησι, τὴν φιλανθρωπίαν, τὸν ἔλεον, τὴν χρηστότητα. τί ἐστιν ὅτι καλόν; τοῦτό, φησι, δεικνὺς ὅτι ἔχει καὶ καθ' ἑαυτὸ ἡδονήν τινα τὸ πρᾶγμα μετὰ τῆς ὠφελείας. τὸ μὲν γὰρ κέρδος αὐτοῦ τὸ προηγούμενον τὸ εἰς τὸν θεὸν ὕμνους λέγειν, τὸ μετάρσιον ποιεῖν τὸν λογισμὸν, τὸ παιδεύεσθαι δόγματα ἀκριβῆ. ἔχει δὲ μετὰ τούτων διὰ τῆς μελῳδίας καὶ ἡδονὴν πολλὴν, καὶ παραμυθίαν τινὰ καὶ ἄνεσιν, καὶ σεμνοποιεῖ τοὺς ᾄδοντας. διόπερ ὁ μέν φησι τῶν ἑρμηνευτῶν, ὅτι εὐπρεπής· ὁ δὲ ἡδύ· ἀμφότεροι δὲ τἀληθῆ λέγουσιν.

δʹ. ΟΤΙ ΤΟΝ ΙΑΚΩΒ ΕΞΕΛΕΞΑΤΟ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ λέγει τὰς κοινὰς εὐεργεσίας ἃς μετὰ τῶν ἄλλων ἔχουσιν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν καὶ ἐξαίρετον αὐτῶν. τίς δὲ αὕτη ἦν; τὸ τὸν λαὸν ἐκλέξασθαι καὶ ἑαυτῷ ἀναθεῖναι, καὶ ἰδιάζουσάν τινα παρὰ τοὺς ἄλλους καὶ εἰς αὐτοὺς πρόνοιαν ἐπιδείκνυσθαι. τί δέ ἐστιν εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ; εἰς πλοῦτον, εἰς περιουσίαν. εἰ γὰρ καὶ ὀλίγον τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τοῦτο ὡς πλοῦτον ἑαυτῷ ἐξελέξατο. εἴωθε γὰρ πλοῦτον καὶ Παῦλος τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων καλεῖν· ὡς ὅταν λέγῃ· ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος ἁπάντων, πλουτῶν εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. ὁρᾷς πῶς τὴν ἀγάπην ἐνεδείξατο τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτοὺς, τὴν πρόνοιαν, τὴν ἐξαίρετον κηδεμονίαν; ὅτι ἐξελέξατο, καὶ ὅτι εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ. εἶδες πῶς παρέστησεν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν; διὰ τοῦτο ἀρχόμενος ἔλεγεν, Αἰνεῖτε κύριον ὅτι ἀγαθός.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ Σύμμαχος· Καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξαίρετον ἑαυτῷ. πλείονος αὐτόν, φησιν, ἐπιμελείας ἠξίωσε, καὶ οἰκεῖον λαὸν ἀπεκάλεσε· καὶ πάντων ἀνθρώπων κηδόμενος, τούτου διαφερόντως πεφρόντικεν.

εʹ. ΟΤΙ ΕΓΩ ΕΓΝΩΚΑ ΟΤΙ ΜΕΓΑΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος· οἶδα γὰρ ὅτι μέγας ὁ κύριος. ἰδοὺ καὶ ἄλλην αἰτίαν

atrijs domus Dei nostri. Notabis autem, quòd domus quidem Domini dicatur, atria autem Dei nostri: & superiùs quidem dictum est *Benedicite*, nunc autem *Laudate*: atque ibi quidem solùm dicitur, *Qui statis in domo Domini* (vt in Hebraico est) nunc autem adiungitur, *In atrijs domus Dei nostri*.

CATENA PATRVM.

3. LAVDATE DOMINVM QVIA BONVS.] ANONYMI. Alius, *Quoniam benignus*. quod est auditoribus maximè expetendum. Hoc ponit assiduè, humanitatem, misericordiam, benignitatem. Quid sibi vult illud *Quoniam bonum*? Hoc dicit, ostendens rem ipsam etiam per se habere quamdam voluptatem vnà cum vtilitate. Principale enim eius lucrum est ad Deum hymnos dicere, cogitationem in altum extollere, vera & accurata dogmata discere. Habet autem cum his per melodiam quoque magnam voluptatem, & consolationem aliquam ac recreationem, & eum qui canit grauem ac venerandum reddit. Quapropter alius quidem interpres ait, *Quia decorum*; alius verò *suaue*: ambo autem vera dicunt.

4. QVONIAM IACOB ELEGIT.] CHRYSOSTOMI. Non dicit beneficia quæ sunt eis cum alijs communia, sed quod est eorum proprium & eximium. Quodnam autem erat hoc? scilicet populum illum elegisse sibique dedicasse, & præ alijs peculiarem quamdam erga illos beneuolentiam ostendisse. Quid est autem *In possessionem sibi*? In opes, in facultates. Etsi enim esset populus exiguus, eum tamen tamquam diuitias sibi elegit. Solet enim Paulus quoque salutem hominum diuitias appellare; vt quando dicit: *Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, & super omnes qui inuocant illum.* Vides quomodo ostenderit in illos Dei dilectionem, prouidentiam, eximiam curam? quoniam elegit eos, & quidem in possessionem sibi. Vidisti quomodo ostenderit eius humanitatem? ideò incipiens dixit, *Laudate Dominum quoniam bonus.*

Israël peculiaris Dei possessio.

Salus hominum diuitia Dei.

Rom. 10, 12.

ORIGENIS. Symmachus: *Et Israël in electum quiddam sibi.* Maiori, inquit, curâ ipsum dignatus est, propriumque populum appellauit; & cùm omnes homines curaret, huius tamen potissimùm curam gessit.

5. QVIA EGO COGNOVI QVOD MAGNVS EST DOMINVS.] ANONYMI. Alius: *Sciui enim quia magnus Dominus*. Ecce aliam affert laudan-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

laudandi causam. Quid ais? Tu cognouisti, alij verò non norunt? norunt quidem, sed non ita vt ego. Est enim valdè sanctorum, & eorum qui plurimùm profecerunt, accuratiùs eius cognoscere maiestatem.

Exod. 18, 11.

ORIGENIS. Iethro quidem ait, *Nunc cognoui quia magnus Dominus præter omnes Deos.* Propheta verò ait primùm, *Quoniam ego cognoui quòd magnus Dominus*; deinde, *Et Dominus noster præter omnes Deos.*

Deus magnus super omnes deos.

CHRYSOSTOMI. Quid igitur, inquit, qui dixerat, *Quia magnus est Dominus*, & *Quia tu cognouisti*, in progressu extenuat sermonem, & confert eum cum ijs qui non sunt dij, & per comparationem tribuit ei excellentiam? Nequaquam, sed ad imbecillitatem audientium tunc loquitur, paulatim eos sursum adducens: gratum enim ipsis accidebat hoc audire, & persuasum habere. Quoniam quòd omnes citra vllam comparationem superaret, clarissimè ostendit per ea quæ sequuntur: *Omnia* enim, inquit, *quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, in maribus & in omnibus abyssis.* Vidisti potentiam cui nihil omnino deest? Vidisti fontem vitæ? Vidisti vires inexpugnabiles? Vidisti excellentiam omnino incõparabilem? Dicit ea quæ super cælos, & quæ in terra, & quæ infra terram sunt, & nequaquam voluntas eius impeditur, sed omnia peruadit cum magna potestate & auctoritate. Deinde omittens dicere cælum & mare, ponit ea quæ in eis sunt, & non omnia quidem quæ in eis sunt; sed cùm prætermisisset ea quæ sunt in cælo, etsi sint admirabiliora, dicit ea quæ sunt circa cælum: quî sic? Quoniam illa quidem etsi magna essent, erant tamen plurimis ignota: hæc autem etsi minora, vtique cernebantur, & omnes habebant spectatores. Cùm igitur ad homines illi sermo esset, qui non adeò fide ducuntur ad ea cogitanda quæ non apparent, sicut ex ijs quæ apparent, veluti manu deducuntur; ab ijs incipit texere orationem & doctrinam, quod alijs faciendum suaserat hoc ipsum faciens: quodnam illud? Nempe Deum ex eius operibus laudare, & bonis eum verbis prosequi, vnumquodque eorum quæ fiunt discendo, & pro vnoquoque honorem Deo tribuendo. Cùm enim assiduè dixisset, *Laudate Dominum & nomen Domini*, ostendit quomodo laudare oporteat, persequendo vniuersum corpus creaturæ, & admirando & obstu-

τίθησι τοῦ ὑμνεῖν. τί λέγεις; σὺ ἔγνωκας, οἱ δὲ ἄλλοι οὐκ ἴσασιν; ἴσασι μὲν, οὐχ οὕτως δὲ ὡς ἐγώ. τῶν γὰρ μάλιστα ἁγίων ἐστὶ, καὶ ἀναβεβηκότων, τὸ ἀκριβέστερον εἰδέναι τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μὲν Ἰοθὼρ φησι, Νῦν ἔγνων ὅτι μέγας κύριος παρὰ πάντας τοὺς θεούς. ὁ δὲ Προφήτης, ὅτι ἐγὼ ἔγνων πρῶτον ὅτι μέγας ὁ κύριος· εἶτα, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί οὖν, φησιν, ὁ εἰπὼν, ὅτι μέγας ὁ κύριος, καὶ ὅτι σὺ ἔγνωκας, προϊὼν ἐλαττοῖ τὸν λόγον, καὶ συγκρίνει αὐτὸν τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς, καὶ κατὰ σύγκρισιν αὐτῷ δίδωσι τὴν ὑπεροχήν; οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων τότε διαλέγεται, κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀναβιβάζων· καὶ γὰρ ἀγαπητὸν ἦν αὐτοῖς τέως τοῦτο ἀκοῦσαι, καὶ πεισθῆναι. ἐπεὶ ὅτι πάντων ἀσυγκρίτως ὑπερέχει, διὰ τῶν ἑξῆς σαφέστατα δηλοῖ· πάντα γάρ, φησιν, ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. εἶδες παναρκῆ δύναμιν; εἶδες πηγὴν ζωῆς; εἶδες ἰσχὺν ἄμαχον; εἶδες ἀσύγκριτον ὑπεροχήν; τὰ ὑπεράνω λέγει τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ οὐδαμοῦ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐμποδίζεται, ἀλλὰ πάντα ἔπεισι μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος. εἶτα ἀφεὶς εἰπεῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν θάλασσαν, τὰ ἐν αὐτοῖς τίθησι, καὶ οὐδὲ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα· ἀλλὰ παραδραμὼν τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, καίτοι θαυμασιώτερα ὄντα, λέγει τὰ περὶ τὸν οὐρανόν· τί δήποτε; ὅτι τὰ μὲν εἰ καὶ μεγάλα ἦν, ἄδηλα ἦν τοῖς πολλοῖς· ταῦτα δὲ εἰ καὶ ἐλάττονα, φαινόμενα, καὶ πάντας ἔχοντα θεωρούς. ἐπεὶ οὖν πρὸς ἀνθρώπους ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, οὐ τοσοῦτον πίστει παιδευομένους καὶ τῶν ἀφανῶν ἔχοντας ἔννοιαν, ὅσον ἀπὸ τῶν φαινομένων, χειραγωγουμένους· ἐντεῦθεν ὑφαίνει τὸν λόγον καὶ τῆς διδασκαλίας ἄρχεται, ὃ τοῖς ἄλλοις παρῄνεσεν αὐτὸ τοῦτο ποιῶν· ποῖον δὴ τοῦτο; αἰνεῖν τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, εὐφημίας ἀναφέρειν αὐτῷ, ἕκαστον τῶν γινομένων καταμανθάνοντα, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου δοξολογοῦντα. ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς εἶπεν, αἰνεῖτε τὸν κύριον καὶ τὸ ὄνομα κυρίου, δείκνυσι πῶς δεῖ αἰνεῖν, ἐπιόντα τὸ σῶμα τῆς κτίσεως, καὶ θαυμάζοντα καὶ ἐκπληττόμενον

Digitized by Google

μένον τὴν σοφίαν, τὴν πρόνοιαν, τὴν δύναμιν. ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὅτι οὐ μία τίς ἐστι θάλαττα αὕτη ἡ καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ πελάγη ἄπειρα. εἴρηκε γὰρ ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. ἥτε γὰρ Κασπία ἥτε Ἰνδικὴ ἥτε Ἐρυθρὰ διῃρημέναι σχεδὸν ταύτης εἰσὶ, καὶ ἔξωθεν περικείμενος Ὠκεανός.

ϛʹ. ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΗΘΕΛΗΣΕΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν ταῖς ἀβύσσοις καλά ἐστιν, ἅτε θελήματι γενόμενα Θεοῦ. εἰ δέ τις ἐστὶν ἐν οὐρανῷ ὡς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἢ ἐν τῇ γῇ ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, ἢ ἐν ταῖς θαλάσσαις ὡς ἡ τοῦ δράκοντος κακία, ἢ ἐν ταῖς ἀβύσσοις ὡς ἡ πονηρία τῶν προστασσομένων ἐκεῖ ἀπελθεῖν· κακὸν τοῦτο οὐχ ὁ Θεὸς ἐποίησε τῷ θελήματι αὐτοῦ. ἐκ γὰρ στόματος ὑψίστου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακὰ καὶ τὸ ἀγαθόν.

ζʹ. ΑΣΤΡΑΠΑΣ ΕΙΣ ΥΕΤΟΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα παράδοξον ἕτερον πάλιν καὶ ἐναντίας φύσεις συνιούσας. οὔτε γὰρ ἀστραπῆς τι πυρωδέστερον, οὔτε ὑδάτων ψυχρότερον· ἀλλ' ὅμως ἀναμίγνυνται αὗται, καὶ οὐ συγχέονται, οὐδὲ κεράννυνται, ἀλλὰ τοὺς οἰκείους ἑκάστη διατηρεῖ ὅρους. μένον γὰρ τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ πυρὶ, οὔτε τοῦτο ἐκεῖνο ἐξήρανεν, οὔτε ἐκεῖνο τοῦτο κατέσβεσεν.

ηʹ. ΟΣ ΕΠΑΤΑΞΕ ΤΑ ΠΡΩΤΟΤΟΚΑ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅτι μὲν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ὁρώμενα πάντα τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἀπολαύει, ἔδειξε διὰ τῶν εἰρημένων· ἵνα δὲ εὐγνωμονεστέρους Ἰουδαίους ἐργάσηται, καὶ τὰ μερικὰ διηγεῖται, δεικνὺς ὅτι καθόλου ὁ Θεὸς πάντων προνοῶν ἤδη ἰδικάς τινας αὐτοῖς ἐργασίας ἐχαρίσατο· καίτοι καὶ τὰ εἰς ἐκείνους γινόμενα καθολικὰ πάλιν ἦν. τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἐξειλέχθαι, παραζηλοῦν ἐκείνους ἐποίει. ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. καὶ γὰρ τὰ εἰς αὐτοὺς γινόμενα πάντας ἐπέστρεψε, καὶ ἠνάγκαζε δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ ἐπιγινώσκειν αὐτόν. Ἄκουσον γὰρ τί φησιν αὐτὸς ὁ Θεός· Καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Εἰ-

pescendo sapientiam, prouidentiam, potentiam. Hinc autem clarum fit, non esse solum hoc nostrum mare, sed multa & diuersa & infinita maria. Dixit enim *in maribus, & in omnibus abyssis.* Caspium enim & Indicum & Rubrum sunt ab hoc vtique disiuncta, & Oceanus qui ambit extrinsecus.

Maria esse diuersa.

6. OMNIA QVÆCVMQVE VOLVIT DOMINVS FECIT.] ORIGENIS. Quæcumque fecit Dominus in cælo, & in terra, in maribus & in abyssis bona sunt, vtpote voluntate Dei facta. Si quis autem sit in cælo vt spiritalia nequitiæ, vel in terra vt homines peccatores, vel in maribus vt malitia draconis, vel in abyssis vt peruersitas eorum qui illuc abire iussi sunt: malum hoc nequaquam fecit Deus voluntate suâ. *Nam ex ore Altissimi non egredientur mala & bonum.*

Ephes. 6, 12. Psal. 100, 8. Psal. 105, 26. Iob 40, 20. Matth. 25, 41. Thren. 3, 38.

7. FVLGVRA IN PLVVIAM FECIT.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus aliud prodigium & naturas contrarias concurrentes. Nihil enim fulgure magis igneum, neque aquis quidquam frigidius; illa tamen miscentur, nec confunduntur, neque contemperantur, sed vnumquodque conseruat suos fines. Manens enim ignis in aqua, & aqua in igne, neque hic illam exsiccauit, neque illa eum extinxit.

Quomodo fulgura pluuijs misceantur.

8. QVI PERCVSSIT PRIMOGENITA ÆGYPTI.] CHRYSOSTOMI. Quòd terra quidem & cælum & vniuersa quæ videntur Dei benignitatem sentiant, ex iam dictis ostendit: vt autem Iudæos magis gratos efficeret, narrat etiam particularia, ostendens Deum vniuersitatis qui omnium curam gerit eis propria quædam beneficia concessisse: quamquam quæ in illos quoque fiebant erant rursus vniuersalia. Quòd enim ipsi ex alijs electi essent, hoc faciebat vt illos æmularentur. Quod etiam Paulus ait: *Illorum delicto salus est Gentibus, vt illos æmulentur.* Illa enim quæ ipsis contigerunt hæc omnes conuerterunt, & coëgerunt vt Deum glorificarent, eumque agnoscerent. Audi enim quid ipsemet Deus dicat: *Et propter hoc conseruatus es, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.* Vidisti

Deus peculiarem Iudæorum curam gessit.

Rom. 11, 11.

Exodi 9, 16.

CATENA PATRVM.

disti mortem illam fuisse euangelium, & plagam illam diuinitus immissam fuisse prædicationem, vt quæ vbique penetraret, & virtutem Dei annuntiaret? Vniuersi igitur orbis terrarum curam gerebat, etiam tunc quando res Iudæorum administrabat, & Abraham & Saram & Ioseph aliaque curabat. Hoc manifestum fit ex ipsa cæde primogenitorum: cuius modò Dauid meminit. Didicerunt enim Ægyptij, sed & didicit orbis vniuersus, verùm hic ex auditu, illi autem in proprijs suis malis, & visu & rei experientiâ Dei potestatem conspexerunt. Etenim ideò hoc ijs prædictum fuit, ne hæc plaga fortuito aliquo casu accidisse putaretur. Et vide in ipsa etiam plaga clementiam. Priùs enim cœpit à pecoribus, & tunc ad homines processit. Quis ergo non admiretur potentiam? Quomodo omnia in vno temporis momento simul attulit, leuitatem seu moderationem & sapientiam ineffabilem? neque enim hanc primam plagam inflixit, volens eos per alias corrigere; neque quando eam inflixit, id sine præmonitione fecit, vt eos verbis emendaret, & ad rerum ipsarum experientiam minimè deuenirent. Nec rursus, quoniam non fuerant emendati, permisit vt esset plaga dubia. Ne quis enim spontaneam plagam existimaret, vide quanta fiant. Primùm omnes in vna nocte; postmodum omnia primogenita. Si enim fuisset pestis, non sola primogenita destruxisset; Iudæis autem eorum contubernalibus & infinitis miserijs exhaustis minimè pepercisset. Nam si pestis fuisset, non ita repentè superuenisset. Hæc autem facta sunt, vt Ægyptiorum argueretur vecordia. Postquam enim apertè didicissent hanc plagam esse diuinitus immissam, persecuti sunt Iudæos qui recesserant: quod est signum maximæ eorum vecordiæ, & Dei maxima excusatio. Cùm enim tunc essent signa cessatura, tali illa signo conclusit, quo ea quæ antè facta sunt defendit apud eos qui volunt attendere. Ne quis enim diceret, Cur puniuntur omnes, cùm Rex Iudæos detineret? per hoc vltimum soluit dubitationem: quomodo? Quoniam quãdo percussa sunt eorum primogenita, vel inuito Rege Iudæos expulerunt: quare si voluissent, ab initio potuissent eo esse superiores. Non igitur Regem ideò non vicerunt, quòd non possent, sed quòd non vellent.

Deus etiam in plagis clementiam exercet.

Exod. 9.

Exod. 5.

Exod. 11, 12.

δες εὐαγγέλιον τὸν θάνατον γενόμενον, καὶ κήρυγμα τὴν θεήλατον πληγὴν ἐκείνην, πανταχοῦ διϊοῦσαν, καὶ ἀνακηρύττουσαν τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ; προενόει τοίνυν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ ἡνίκα τὰ τῶν Ἰουδαίων διοίκει, καὶ ἡνίκα τὰ κατὰ τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὴν Σάρραν καὶ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὰ ἄλλα εἴασε. τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῆς τῶν πρωτοτόκων ἀναιρέσεως· ἧς νῦν ὁ Δαβὶδ μνημονεύει. ἐμάνθανον γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐμάνθανε δὲ καὶ ἡ οἰκουμένη, ἀλλ' αὕτη ἐξ ἀκοῆς, ἐκεῖνοι δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις πάθεσι, καὶ ὄψει καὶ πείρᾳ τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν ἑώρων. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ προελέγετο αὐτοῖς, ἵνα μὴ συντυχίας τινὸς ἡ πληγὴ νομισθῇ. καὶ ὅρα καὶ ἐν τῇ πληγῇ τὴν φιλανθρωπίαν. ἀπὸ γὰρ κτηνῶν ἤρξατο πρότερον, καὶ τότε εἰς ἀνθρώπους ἐχώρησεν ἡ πληγή. τίς γὰρ οὐκ ἀγάσαιτο τὴν δύναμιν; πῶς ἅπαντας ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ κατήνεγκε, τὴν φειδὼ τὴν σοφίαν τὴν ἀπόρρητον; οὔτε γὰρ αὐτὴν πρώτην ἐπήγαγε πληγήν, δι' ἑτέρων αὐτοὺς διορθῶσαι βουλόμενος· οὔτε ἐπειδὴ ἐπήγαγε, χωρὶς τῆς προρρήσεως ἐπήγαγεν, ἵνα τοῖς ῥήμασιν αὐτοὺς σωφρονίσῃ, καὶ μὴ ἔλθωσιν εἰς πεῖραν τῶν πραγμάτων. οὔτε πάλιν, ἐπειδὴ οὐ διωρθώθησαν, ἀφῆκεν ἀμφίβολον γενέσθαι τὴν πληγήν. ἵνα γὰρ μή τις αὐτόματον τὴν πληγὴν νομίσῃ, ὅρα πόσα γίνεται. Πρῶτον ἐν μιᾷ νυκτὶ πάντες· ὕστερον τὰ πρωτότοκα πάντα. εἰ γὰρ λοιμὸς ἦν, οὐ τὰ πρωτότοκα μόνα ἔφθειρεν, τῶν δὲ συνοικούντων Ἰουδαίων καὶ μυρίαις ταλαιπωρίαις ταριχευθέντων οὐκ ἂν ἐφείσατο. εἰ γὰρ λοιμὸς ἦν, οὐκ ἂν ἀθρόον ἐπῆλθε. ταῦτα δὲ ἐγίνετο, ἵνα τῶν Αἰγυπτίων ἐλεγχθῇ ἡ ἀγνωμοσύνη. καὶ γὰρ μετὰ τὸ μαθεῖν αὐτοὺς σαφῶς ὅτι θεήλατος ἦν ἡ πληγὴ ἀπελθόντες, κατεδίωκον τοὺς Ἰουδαίους· ὅπερ τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀγνωμοσύνης, καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ μεγίστη ἀπολογία. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὰ τότε παύεσθαι σημεῖα, ἐν τοιούτῳ αὐτὰ σημείῳ ἔπαυσεν, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀπελογήσατο τοῖς βουλομένοις προσέχειν. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, τί δήποτε πάντες ἐκολάζοντο τοῦ βασιλέως κατέχοντος τοὺς Ἰουδαίους; διὰ τοῦ ἐσχάτου λύει τὴν ἀπορίαν· πῶς; ὅτι ἡνίκα τὰ πρωτότοκα αὐτῶν ἐπλήγη, καὶ ἄκοντος τοῦ βασιλέως τοὺς Ἰουδαίους ἂν ἐξέβαλον· ὥστε εἰ ἐκ προοιμίων ἠβούλοντο, ἴσχυσαν ἂν περιγενέσθαι ἐκείνου. οὐκ ἄρα παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι, οὐκ ἐκράτουν τοῦ βασιλέως.

καὶ

Digitized by Google

καὶ ἡ δίωξις δὲ ἡ μετὰ ταῦτα κατηγορίας ἐστὶν ἐπίτασις.

ι. ΟΣ ΕΠΑΤΑΞΕΝ ΕΘΝΗ ΠΟΛΛΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἶδες τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐντεῦθεν παιδευομένην; καθάπερ πῦρ ἀκάνθαις, οὕτως ἐπῆσαν ἅπασι· καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς φέρειν ἠδύνατο. Ἄκουσον τί φησιν ὁ Βαλαάμ, οὐκ ἀπὸ τῶν προφητῶν, οὐκ ἀπὸ Μωσέως μαθών, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πραγμάτων· τὸ ἔθνος τοῦτό ἐστι, φησί, τὸ ἐκλεῖχον τὴν γῆν. εἶδες τὴν μεταφορὰν κυρίως εἰρημένην; εἶπε τὸ ἐκλεῖχον τὴν γῆν, τὸ ἄπονον τῆς νίκης παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὰ ἀναιμωτὶ γινόμενα τρόπαια, καὶ τὸ ἐξ ἐπιδρομῆς κρατῆσαι· οὐ γὰρ δὴ νόμῳ πολέμου καὶ παρατάξεως ἐκράτουν, ἵνα μή τις αὐτοῖς λογίσηται τὰ γινόμενα· ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα τῆς οἰκουμένης πολλάκις κατ' αὐτῶν ἐκίνει, διὸ καὶ προκατέβαλλεν αὐτῶν τὰς διανοίας, καὶ χάλαζα κατενεχθεῖσα πολλοὺς ἀπώλεσε, καὶ ἥλιος ἔστη, καὶ πολλὰ παράδοξα τοιαῦτα γέγονε· καὶ ἠχὴ σαλπίγγων πυρὸς σφοδρότερον τοῖς τείχεσι προσέβαλλεν, ἅπερ σεμνούς τε λίαν ἐποίει, καὶ μετριάζειν ἐδίδασκε· σεμνοὺς μέν, ὅτι τοιοῦτον εἶχον στρατηγὸν τὸν Θεόν· μετριάζειν δέ, ὅτι οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς ὡς ἐπὶ οἰκείοις φυσᾶσθαι κατορθώμασι.

ιδ'. ΟΤΙ ΚΡΙΝΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι δίκην ἀπαιτήσει, καὶ μετὰ ταῦτα παύσεται, καὶ ἀνακτήσει αὐτούς· ἢ ἀμφότερα ἓν δηλοῖ· ὅτι ἐκδικήσει, καὶ παρακληθήσεται· τουτέστιν, ἀπαιτήσει δίκην τοὺς πολεμίους ὑπὲρ αὐτῶν. εἶτα ἐπειδὴ οὐκ εἶχεν ἀπὸ βίου κατορθώματα αὐτῶν εἰπεῖν, τοῖς δικαιώμασι τούτοις κέχρηται τῷ ὀνόματι τοῦ λαοῦ καὶ τῷ ὀνόματι τῶν δούλων. εἰπὼν δὲ παρακληθήσεται, δείκνυσι τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὴν καταλλαγήν, οὐ τῆς ἐκείνων ἀξίας. ὅπου γὰρ παράκλησις, καὶ συγγνώμης χρεία· ὅπου δὲ συγγνώμης χρεία, οὐκ ἀξίας κατορθωμάτων, ἀλλὰ φιλανθρωπίας καιρός. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεάν, μόνοι δὲ τῶν ἄλλων ἐθνῶν αὐτοὶ Θεὸν ἐπίγραφον τότε, τοιοῦτόν τι αἰνίττεται λέγων· ὅτι ἡ σωτηρία ἡ εἰς τὸν λαὸν καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ σοῦ οὖσαν δείκνυσιν. ἡ μὲν γὰρ προσοῦσα αὐτῷ δόξα, κἂν μηδεὶς ὁ θεραπεύων ᾖ, μένει ἀμείωτος, καὶ ἀκατάλυτος. ἡ δὲ

Quin etiam ea quæ posteà consecuta est persecutio crimen eorum amplificat.

10. QVI PERCVSSIT GENTES MVLTAS.] ANONYMI. Vidisti hinc doceri orbem vniuersum? Quemadmodum ignis spinas, ita illi omnes inuaserunt; nec vllus ipsos ferre valebat. Audi quid dicat Balaam, qui non à Prophetis, non à Moyse didicerat, sed à rebus ipsis: Hæc est gens, inquit, quæ elingit omnem terram. Vidisti metaphoram propriè dictam? Quæ elingit, inquit, terram, volens ostendere quàm facilè ab eis victoria pariatur, & quomodo citra sanguinem ab eis trophæa erigantur, & solâ incursione vincant: non enim lege belli & instructâ acie superarunt, ne quis ea quæ fiebant eis attribueret; sed elementa orbis terræ frequenter in eos commouebat, & ideò animos eorum primùm deijciebat & perturbabat, & cadens grando multos perdidit, & Sol stetit, & multa eiuscemodi prodigia contigerunt; & tubarum sonitus igne vehementior mœnibus ingruebat, quæ illos valdè celebres reddebant, & modestè se gerere docebant: celebres quidem, quòd talem haberent Imperatorem, scilicet Deum: modestos verò reddebat, quòd non liceret eis tamquam proprijs, præclaris istis facinoribus intumescere.

Num. 23.

Quàm facilè Iudæi ope Dei suos hostes superarint.

14. QVIA IVDICABIT DOMINVS POPVLVM SVVM.] CHRYSOSTOMI. Vel hoc dicit, quòd de eo pœnas sumet, & posteà cessabit, & ipsos recreabit: vel vtraque vnum idemque declarant; quòd nempe vindictam sumet, & consolabitur; id est, pro ipsis supplicium sumet de hostibus eorum. Deinde cùm non posset vitæ ipsorum rectè facta commemorare, ad eorum causam tuendam nomine populi & nomine seruorum vtitur. Cùm autem dixit *Deprecabitur*, ostendit reconciliationem esse ipsius clementiæ, non autem ex meritis illorum. Vbi enim deprecatio, veniâ opus est: vbi autem opus est veniâ, non sunt rectè factorum merita, sed est occasio seu tempus clementiæ. Quoniam ergo dixerat *Memoriale tuum in generationem*, ipsi autem soli tunc ex alijs Gentibus Deum sibi adscribebant, istiusmodi quid insinuat dicens: Quia salus populi tuam apud multos gloriam declarat. Quæ enim naturâ ei inest gloria, etsi nullus eum colat, perpetuò manet, nec minui nec dissolui potest. Quæ au-

CATENA PATRVM.

tem est eius apud multos laudatio, à nostra etiam salute ostendetur, cùm nos ciuitatem, ædem sacram & templum receperimus.

15. IDOLA GENTIVM ARGENTVM.] ANONYMI. Gentilitiorum deinde Deorum imbecillitati illudit, & statim ab ipsa natura despicabili sermone vsus est, quin potiùs ipsum nomen ad eorum reprehensionem adducit. Idolum enim nihil est aliud quàm imbecillum quid & abiectum, & nomen summæ infirmitatis. Quocircà hinc incipit dicens, *Idola Gentium argentum & aurum*, inanimis surdaque materia. Primum, quia simulacrum: deinde, quia inanime: denique, quia hoc ipso quòd sunt simulacra, non solùm ex seipsis habent vilitatem & imbecillitatem, sed etiam ab hominibus. Quapropter subiunxit etiam, *Opera manuum hominum:* quod quidem est maxima reprehensio eorum qui illa colunt: nempe quòd cùm ipsi sint in causa vt ea sint, in eis tamen habeant spem salutis.

Idolum res infirma & inualida.

17. AVRES HABENT, ET NON AVDIENT.] CHRYSOSTOMI. Vidisti quomodo amplificet irrisionem & imposturam coarguat? Cùm enim ea sæpè moueant dæmones, fictionem & simulatum actum eorum detegit dicens: *Non est spiritus in ore ipsorum.* Et quænam est causa quòd malus dæmon absque illis nihil faciat, nec loquatur? Quia stupri, adulterij & innumerabilium vitiorum columnæ sunt horum simulacrorum figuræ: docens eos qui seducuntur per ipsum statuarum aspectum eas res imitari quarum figuræ sunt idola, eis assidet ea mouens & decipiens. Deinde rursus aliud ludificationis genus assignat.

Dæmon per idola hominibus illudit.

18. SIMILES IIS FIANT QVI FACIVNT EA.] CHRYSOSTOMI. Considera quales dij sint, quibus fieri similes dira est imprecatio. Apud nos autem minimè sunt talia. Extremus enim virtutis terminus, & quod ad summum bonorum fastigium ascendere facit, est Deo fieri similes, quantum id nobis conceditur. Itaque ex eo quòd sint materia inanimis, & quòd fiant ab eis qui illa colunt, & quòd simulacra informia, & quòd iaceant sensu destituta, & quòd adiecerit pro dira imprecatione, vt quis eis similis euadat, per hæc omnia summa eorum impostura ostenditur. Postquam hæc de ipsis dixerat, in Dei glorificatione concludit

παρὰ πολλοῖς εὐφημία φησὶ, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας δειχθήσεται, ἀπολαβόντων ἡμῶν τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν ναόν.

ιε'. ΤΑ ΕΙΔΩΛΑ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΑΡΓΥΡΙΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κωμωδεῖ λοιπὸν καὶ τῶν ἑλληνικῶν θεῶν τὴν ἀσθένειαν, καὶ εὐθέως ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς καταφρονητικῶς κέχρηται τῷ λόγῳ, μᾶλλον δὲ καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν εἰς κατηγορίαν παράγει. τὸ γὰρ εἴδωλον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀδρανές τι καὶ εὐτελὲς, καὶ ἀσθενείας ὄνομα ἐπιτεταμένης. διόπερ ἐντεῦθεν ἄρχεται λέγων, τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἄψυχος ὕλη καὶ κωφή. πρῶτον, ὅτι εἴδωλον· δεύτερον, ὅτι ἄψυχον· τρίτον, ὅτι καὶ αὐτῷ τῷ εἴδωλα εἶναι, οὐ μόνον παρ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸ εὐτελὲς καὶ ἀσθενὲς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων. διὸ καὶ ἐπήγαγεν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· ὅπερ μεγίστη κατηγορία τῶν θεραπευόντων αὐτούς· ὅτι δὴ αὐτοῦ τοῦ εἶναι αὐτὰ αὐτοὶ ὄντες αἴτιοι, ἐν ἐκείνοις ἔχουσι τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας.

ιζ'. ΩΤΑ ΕΧΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΝΩΤΙΣΘΗΣΟΝΤΑΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς ἐπιτείνει τὴν κωμωδίαν καὶ διελέγχει τὴν ἀπάτην; ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις αὐτὰ δαίμονες κινοῦσιν, ἀπαμφιέννυσι τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὸ δρᾶμα λέγων· οὐκ ἔστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. καὶ τίνος ἕνεκεν ὁ πονηρὸς δαίμων οὐ χωρὶς ἐκείνων δρᾷ, οὐδὲ φθέγγεται; ἐπειδὴ πορνείας, μοιχείας, μυρίας κακίας στῆλαι τῶν εἰδώλων εἰσὶν οἱ τύποι· παιδεύων τοὺς ἀπατωμένους διὰ τῆς ὄψεως τῶν ξοάνων μιμεῖσθαι τὰ πράγματα ὧν σχήματά ἐστι τὰ εἴδωλα, προσεδρεύει καὶ παρακάθηται κινῶν ταῦτα καὶ ἀπατῶν. εἶτα πάλιν ἕτερον εἶδος κωμωδίας λέγει.

ιη'. ΟΜΟΙΟΙ ΑΥΤΟΙΣ ΓΕΝΟΙΝΤΟ ΟΙ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ ΑΥΤΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐννόησον ἡλίκοι οἱ θεοὶ, ὧν ἡ ὁμοίωσις ἐν τάξει κεῖται ἀρᾶς. ἀλλ' οὐ παρ' ἡμῖν τοιαῦτα. ἔσχατος γὰρ ἀρετῆς ὅρος, καὶ τὸ πρὸς κορυφὴν ἀναβῆναι τῶν ἀγαθῶν ποιοῦν, τὸ τῷ θεῷ ὁμοιωθῆναι, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἡμῖν. ὥστε καὶ δι' ὧν ἄψυχός ἐστιν ἡ ὕλη, καὶ δι' ὧν παρὰ τῶν θεραπευόντων γίνεται, καὶ δι' ὧν εἴδωλα ἀσχημόσυνα εἰσὶ, καὶ δι' ὧν ἀναίσθητα κεῖται, καὶ δι' ὧν ἐν τάξει ἀρᾶς, ἡ πρὸς αὐτοὺς ὁμοίωσις, διὰ πάντων δείκνυται τῆς πλάνης ἡ ὑπερβολή. εἰπὼν ταῦτα περὶ αὐτῶν, ἐπὶ τὴν δοξολογίαν τοῦ θεοῦ καταλήγει τὸν λόγον·

Digitized by Google

λόγον· οὐκέτι διηγούμενος περὶ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἀποδείξας, καὶ πάντας ἐπὶ τοῦτο καλεῖ λέγων· οἶκος Ἰσραὴλ εὐλογήσατε τὸν κύριον, καὶ τὰ ἑξῆς.

orationem; non amplius narrans ea quæ Deus fecit, sed tamquam qui illa demonstrauerit, omnes etiam ad hoc inuitat dicens: *Domus Israël benedicite Dominum*, &c.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus hortatur fideles ad Dei laudes; quare *Alleluia* inscribitur; & rectè subiungitur post graduales, quoniam optimè conuenit ijs qui iam gradus perfectionis Deo adiuuante ascenderunt.

Omnes in domo Dei debent esse stantes, & ad obsequium expediti.

2. *Qui statis in domo Domini.*] Id est, Qui prompti & parati estis ad exequendum & efficiendum quæ Dei nutus, quæ officij ratio & boni viri munus desiderant: quam ob causam beatissimi Angeli semper in diuinis monumentis describuntur ἑστῶτες, *stantes*, vt animaduertit S. Cyrillus Alexandrinus in cap. 1. Zachariæ, ob vigilantem, promptum & erectum animum ad omnia diligentissimè & perfectissimè obeunda, quæ parens vniuersitatis & omnium Rex imperauerit. Quod etiam proprium esse omnium Christianorum spiritalis vitæ Magistri aiunt: inter quos S. Ambrosius in Psal. 1. *Tamquam*, inquit, *sub aspectu Imperatoris locati, & velut in ministerio quodam positi, stare debemus. Miles in procinctu stat, non sedet. Miles in armis non se reflectit, sed excitat atque erigit. Ideoque militibus Christi dicitur: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini. At contrà iniquitas in talento plumbeo sedet, eò quòd fixa in peccato se ab eo separare non possit. Etenim inueterati in errore, & studiosè flagitijs inhærentes, sedere dicuntur, qui nolunt assurgere, nec audire dicentem; Surgite postquam sederitis*, &c. Moysi verò, quo vix vllus in Dei rebus & difficillimo in munere fuit vigilantior, à sanctissimo Numine dicitur: *Tu verò hîc sta mecum.* quasi de prætoria Dei cohorte stans semper & accinctus in perpetua esset vigilia, vt adorandi Numinis imperium exequeretur. O virtutis nobilissimæ ingens priuilegium! quæ non modò Dei seruos efficit Angelisque beatis simillimos, verùm etiam illi proximos & familiares. Et quoniam in sæculari vita sunt valdè pauci qui dulce illud inuitamentum exaudiant, religiosæ saltem animæ prompto animi affectu & singulari deuotione hanc Dei vocem excipiant. Constitutiones enim Apostolicæ, quæ morem Dei colendi ritusque pios cærimoniasque docent, inter alia lib. 2. cap. 57. sic edicunt: *Stare oportet in Ecclesia* ἐπεσταμένως, καὶ νηφαλίως, καὶ ἐγρηγορότως, *sapienter, sobriè, & vigilanter.* Vbi multa paucis diuinitus complectuntur, quæ Christiani hominis officia omnia deuotique Deo contineant. Nam sapienter stare in Ecclesia, est nullo motu puerilis vecordiæ temeritatisque cieri, sed animum ita habere compositum, vt probos atque ingenuos liberos decet in conspectu venerandi parentis, qui videt omnia acutissimè, & iure suo magnam animi modestiam cultumque reposcit. Hinc videmus institutum, vt in templis, cùm diuina res fieret, clarâ voce denuntiaret Sacerdos, ἐν σοφίᾳ πρόσχωμεν, στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου θεοῦ, *In sapientia attendamus, stemus honestè, stemus cum timore Dei:* vt in Græcorum Patrum Liturgijs habetur. Quod desumptum fuit ex Apostolorum institutione; in quorum sapientissimis Decretis ponitur à Clemente lib. 8. cap. 12. Diaconos, priusquam Sacrum inchoaretur, inclamare oportere, Ὀρθοὶ πρὸς κύριον, &c. *Stemus erecti Domino cum metu & tremore ad offerendum:* Episcopum item dicere consueuisse, Ἄνω τὸν νοῦν, *Sursum mentem.* Hæc & alia monita efficiebant, vt singularis & inusitata esset hominum reuerentia, quæ pium cœtum in admirationem atque ad maiorem deuotionem rapiebat.

Deut. 5, 31.

Quomodo standum in Ecclesia.

3. *Laudate Dominum quia bonus.*] Græcè, ὅτι ἀγαθός: alius apud Chrysostomum legit ὅτι χρηστός: quod interdum vertitur *bonus*, interdum *suauis:* Psalterium Romanum & S. Hilarius, *quoniam benignus.* Vide quam ob causam hymnum exigit, & laudem exposcit: *Quoniam suauis*, id est grati saporis, & dulcis est esui. Ac si dicat: Multa quidem sunt, ob quæ Deum laudare debemus: ceterùm illud supra omnia alia ad Dei laudes nos adigit; scilicet, quòd se nobis in V. Eucharistia in cibum animæ dedit. Huius expositionis auctor est S. Augustinus in hunc locum ita scribens: *Ipse est mediator: inde factus est suauis. Quid suauius pane Angelorum? Quomodo ergo non est suauis Dominus, quando panem Angelorum manducauit homo?*

Christus est suauis in Eucharistia.

Ibidem. *Psallite nomini eius, quoniam bonum.*] S. Hieronymus ex Hebræo vertit *decens:* & optimè conuenit dictioni Græcæ, ὅτι καλόν: S. Hilarius & Vulgata legunt, *quoniam suaue:* S. Augustinus & Vetus ac Romanum Psalterium, *quoniam suauis:* Aquila, ὅτι εὐπρεπές, *quoniam decorum:* Theodotion, ὅτι ἡδύ, *quoniam dulce.* Hinc S. Ioannes Chrysostomus in Psalmorum modulatione & diuini nominis collaudatione duo in primis optabilia bona inesse probat, scilicet incredibilem quamdam honestissimamque voluptatem, atque in canente plenam decori venerationem. Vtrumque verum. Sacer enim ille concentus puræ & liquidæ voluptatis sensum & suauitudinem efficit, & eum qui concinit formoso decore verendum. Nam si quis, inquit, foret petulans & libidinibus insolescens, si eo animo quo par est ad canendum Psalmum accedat, sopit tyrannidem, & furibundum æstum petulantiæ animumque illâ piâ dulcedine captum in sublime attollit. Doctissimus idem Pater tria quatuórve lucra ibidem memorat, quæ ex sacro & pio Psalmorum cantu oriuntur: Primò τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρειν, *animam expurgare:* Secundò μετάρσιον ποιεῖν τὸν λογισμόν, *cogitationem in altum extollere:* Tertiò dogmata vera præcipuaque edoceri, & de præsentibus & futuris philosophari. Quod paulò etiam pluribus in

Psalmorum cantus dulcis & decorus.

Quàm sit vtilis psalmodia.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

in Psal. 146. exposuit, cùm illustri commentatione Dauidis id monitum exornat, *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus.* Bonum enim ait esse, quia mentem à terra abducit, πτερεῖ τὴν ψυχὴν, *alatam quodammodò reddit animam*, nos leues & sublimes efficit, dignas Deo cælestesque inspirat cogitationes. Simili ferè modo S. Athanasius in Epistola ad Marcellum ait sacro Psalmorum cantu & symphoniâ nos moneri, vt de animi factorumque ac dictorum omnium consensione & harmonia cogitemus. Sed S. Dionysius Areopagita Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 3. maius quiddam illustriusque adiungit; neque nos tantùm moneri, sed illud ipsum ab Ecclesiæ cantu potenti quadam vi confici monet: qui cùm esset veluti os D. Pauli, quem mysteria diuiniùs explicantem audiuisset, & nascentis religionis maiestatem arcanosque ritus ad æternam posterorum memoriam vellet prodere, ait pium Psalmorum cantum ψυχικὰς ἕξεις ἐναρμονίως διαθεῖναι, *animales habitus* (vtpote futiliter gestientes & rationi contrarios) *aptè & concinnè componere.* Est enim illa vis religiosi cantus, vt per aures sese placidè in animum insinuans, turbulentos, si qui sint motus, summâ æquabilitate componat; &, vt ibidem S. Dionysius cap. 4. ait, efficiat πρὸς τὰ θεῖα ὁμοφροσύνην, *cum diuinis consensionem.*

Iacob nomen electionis, Israel possessionis insinuat.

4. *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus*, &c.] Id est, Sub nomine Iacob obtinuit vt eligeretur & vocaretur à Deo; sub nomine autem Israëlis obtinuit, vt iam esset Deo in possessionem æternam; hoc est, vt Deus illum firmiter & immobiliter teneret: quod ad possessionem pertinet. Iacobi nomen datum fuit ab ipso vtero, antequam quidquam boni aut mali egisset: verùm antequam vocaretur Israël, quis numeret pressuras eius? Exilium patitur à parentibus; cum solo baculo dimittitur; lapidi incubat somnolentus; quatuordecim annos seruitutis perficit; luctatur cum Angelo totâ nocte; vulnus accipit in femore. Et quidem *Christi crucem obstupescentis femoris Iacobi latitudo designabat*, vt ait S. Ambrosius ad hunc locum. Post hæc omnia, post crucem in se expressam nomen accipit Israëlis: sub quo meruit, vt iam permanentem & immobilem possessorem in se haberet Deum. Ab hac expositione non multùm abest D. Hilarius in hunc Psalmum ita scribens: *Iacob est, ergo qui eligitur, Israel qui possidetur; in prateritis primogenitis & benedictionibus cognitus, in seruitute multi temporis fidelis, in sacramento lucta potens.* Non anteà scilicet possessor firmus & immobilis Deus ad hominem accessit, quàm in illo & ingentes seruitutis labores exantlati, & totum luctæ sacramentum, in quo adumbrabatur crux Christiana, clarescere. Sub hoc sacramento luctæ, nempe crucis, potens fuit, vt Deum sibi firmiter & permanenter faceret adhærere, & in possessione propria staret possessor.

Gen. 32.

Quomodo Deus dicatur magnus.

5. *Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus*, &c.] Nota ex S. Dionysio Areopagita de Diuinis nominibus cap. 9. §. 2. quòd cùm in Scripturis Deus *magnus* appellatur, id intelligêdum sit κατὰ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέγα, *secundùm proprium ipsius magnitudinem.* Hæc enim appellatio non tantùm ei conuenit secundùm extensionem seu immensitatem, sed etiam secundùm alia attributa. Est enim magnus potentiâ, magnus sapientiâ, magnus sanctitate, maiestate & ceteris perfectionibus. Vnde quando absolutè magnus dicitur, intelligendum esse magnum, immensum & infinitum secundùm omnes perfectiones quæ ei conueniunt.

7. *Educens nubes ab extremo terræ.*] Græcè est ἀνάγων: quod alius apud S. Chrysostomum legit ἀναβιβάζων, *Faciens ascendere*; alius, Ἀνασπᾷ ἀπ' ἄκρων, *Attrahit ab extremis*; alius, ἐκ τελέσματος, *de fini & summitate.* Quod illustrans Origenes Hom. 5. in Ieremiæ cap. 10. ait: *Vides quomodo ab extremis terræ educat Deus has corporeas nubes? Propterea si volumus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, nouissimi omnium fiamus: nam veritas tua, inquit, vsque ad nubes.* Ille nimirum veritatis diuinæ est capax, qui non vt Pilatus præproperè & intempestiuè illam exquirit; sed qui priùs nouissima sua meditatus, vilitatemque scrutatus naturæ, nouissimus omnium sibi apparens in puluere sedet, nihil vltra miseriæ suæ fines meditari audens.

Ad quales nubes perueniat veritas Dei.

Psal. 35, 6.

IBIDEM. *Fulgura in pluuiam fecit.*] Id est, Inter pluuiam miscuit fulgura: quæ res est omnino mirabilis. Nam fulgura sunt vrentia, acutissima; & pluuia est res humida, frigida, mollis: & tamen nec fulgura absumunt aquam, nec pluuia extinguit fulgura, vt superiùs in Commentario & Catena Patres docent. Mysticè autem *Fulgura in pluuiam fecit*; hoc est, supplicia non vndique ignea, sed pluuiæ consolationis admixta; vt non tam ad conflagrandum quàm ad irrorandum facta videantur. Ita Stephanus Cantuariensis in Allegorijs Gotfridi ad cap. 9. Exod. *Fulgur vrit, pluuia nutrit, quia ipsa tribulatio nutrit.* Vnde S. Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. 1. ad Autolycum Dei punientis characterem sic ostendit: *Nubes à terra extremitate sursum rapit, fulgura cum imbribus multiplicat, mittit fulmen in terrorem mortalium, fulminisque fragorem coruscante fulgore producit, ne anima prostrata, & subitò consternata, è mortali corpore euolet. Fulguris ex cælo descendentis magnitudinem ita contemperat, ne terram comburat: nam si suo arbitrio ferretur, orbis concremaretur. Si tonitru suo impetu ferretur, omnia quæ in orbe sunt subuerterentur. Hic meus est Deus & vniuersorum Dominus.* Ac si diceret: En Dei mei, veri inquam Dei, à fabulosis dijs quàm dissimilis, characterem & notam: hi quippe fulmina in Vulcani officina ex durissimo ferro & chalybe conflare & construere dicuntur, vt immedicabile vulnus & acerbum ac insanabilem dolorem afferant; meus verò Deus illa non nisi ex blanda nubium materia, vt rore simul ac pluuia contemperata admixtam misericordiam & benignitatem secum deferant, labefacere consueuit, auram refrigerij & consolationis supplicijs commiscens.

Deus supplicia consolatione admiscet in hoc sæculo.

IBID. *Qui educit ventos de thesauris suis.*] Græcè est Ἐξάγων: pro quo alij legunt Ἀνάγων; Symmachus Προφέρων, *Proferens:* Vulgata habet *Qui producit.* Deum admirabilem ostendit in generatione ventorum, qui cùm sint notissimi, & quotidie à nobis sentiantur, nihil tamen existit ipsorum

Mirabilis prorsus ventorum generatio, & obscura.

Digitized by Google

ipſorum generatione obſcurius. Vnde Dominus apud S. Ioannem ait: *Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quò vadat*; id eſt, quomodo oriatur, & quomodo deſinat, præſertim quando repentè ventus exiſtit, & paulò pòſt repentè ceſſat. Illud autem *de theſauris ſuis* metaphoricum eſt. Non enim venti incluſi manent in ſpeluncis aut abditis locis, vt fabulantur Poëtæ, ſed ita repentè producuntur à Deo, quaſi educerentur è theſauris, id eſt de locis abſconditis: verè autem educuntur de theſauris Dei, id eſt de potentia Dei ſecretiſſima & ditiſſima, quæ numquam exhauriri poteſt. Cetera ſuperiùs in Pſal. 77. & 104. & præcipuè 113. expoſita ſunt: vbi hi verſiculi iidem habentur.

Ioan. 3.

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM CXXXV. ARGVMENTVM.

α'. Ἀλληλούϊα.

1. Alleluia.

Εὐχαριστίαν ἔχει καὶ οὗτος ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὧν ἔτυχον χρηστῶν. προστιθέασι δὲ ἐφ' ἑκάστου τό, ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος αὐτοῦ· ἵνα δείξωσι ὅτι διὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἔτυχον πάντων ὧν ἔτυχον.

Hic etiam continet gratiarum actionem pro reditu ceteriſque omnibus bonis quæ fuerant conſecuti. In ſingulis autem addunt, Quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius; *vt oſtendant ſe per clementiam eius conſecutos eſſe quæcumque conſecuti ſunt.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in * ſæculũ miſericordia eius.

β'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τῶν θεῶν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

2. Confitemini Deo deorum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

γ'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ τῶν κυρίων· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

3. Confitemini Domino dominorum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

δ'. Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

4. Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

ε'. Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

5. Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

ς'. Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

6. Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

ζ'. Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

7. Qui fecit luminaria magna * ſolus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

η'. Τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

8. Solem in poteſtatem diei: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

θ'. Τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέ-

9. Lunam & ſtellas in poteſtatem

* Vulgata æternum, vt & in ſequentibus.

* Vulgata omittit.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

tem noctis: quoniam in sæculum misericordia eius.

ρας εἰς ἐξουσίαν τ̃ νυκτὸς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

10. Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in sæculũ misericordia eius.

ι΄. Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον σὺν τοῖς πρωτοτόκοις αὐτῶν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

11. Qui eduxit Israël de medio eorum: quoniam in sæculum misericordia eius.

ια΄. Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

12. In manu potenti & brachio excelso: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιβ΄. Ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

13. Qui diuisit Mare rubrum in diuisiones: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιγ΄. Τῷ καταδιελόντι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

* Vulgata eduxit

14. Et * traduxit Israël per medium eius: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιδ΄. Καὶ διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτῆς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

* Vulgata Et

* Mari rubro:

15. * Qui excussit Pharaonem & virtutem eius in * Mare rubrum: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιε΄. Καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν ἐρυθράν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

* Vulgata per desertum:

16. Qui traduxit populum suum * in deserto: quoniam in sæculum misericordia eius.

ις΄. Τῷ διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

17. Qui percussit Reges magnos: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιζ΄. Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

18. Et occidit Reges fortes: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιη΄. Καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

* Vulgata Sehon

19. * Seon Regem Amorrhæorum: quoniam in sæculum misericordia eius.

ιθ΄. Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

20. Et Og Regem Basan: quoniam in sæculũ misericordia eius.

κ΄. Καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα Βασάν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

21. Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in sæculum misericordia eius.

κα΄. Καὶ δόντι τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

22. Hereditatem Israël seruo suo: quoniam in sæculum misericordia eius.

κβ΄. Κληρονομίαν Ἰσραὴλ δούλῳ αὐτοῦ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

κγ΄. Ὅτι

Digitized by Google

κγ'. Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ κύριος· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

κδ'. Καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

κε'. Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

κς'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Διὰ τούτου τοῦ ψαλμοῦ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, καὶ δείκνυσιν ὅτι διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν πάντων ἔτυχον ἀεὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πάλαι. ὅθεν καὶ περιττὸν εἶναί μοι ἐφάνη θεῖναι τὴν καθ' ἕκαστον στίχον ἑρμηνείαν καὶ τὸν ψαλμὸν καὶ τὰ αὐτὰ καθ' ἕκαστον ἑρμηνεῦσαι· ἀρκοῦντος τοῦ περὶ τούτου ψαλμοῦ τὴν αὐτὴν δεικνύναι ἑρμηνείαν.

23. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri *Dominus: quoniam in sæculũ misericordia eius.

24. Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in sæculum misericordia eius.

25. Qui dat escam omni carni: quoniam in sæculum misericordia eius.

26. Confitemini Deo cæli: quoniam in sæculum misericordia eius.

Commentarius Heracleotæ. * Abest à Vulgata.

Per hunc Psalmum Deo gratias agit, & ostendit eos per clementiam ipsius omnibus semper bonis potitos fuisse tam nunc quàm olim. Vnde superuacaneum mihi visum fuit singulis versiculis explicationem adiungere & Psalmum ponendo & singula sigillatim explicando; cùm sufficiat ostendisse huius Psalmi expositionem eamdem esse quæ præcedentis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός.] Εἰπὼν ἄνω περὶ τῆς εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ τῆς ἐν ἀνθρώποις γενομένης, καὶ περὶ τῆς ποσότητος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ διαλέγεται, οὐ μετρῶν (οὐ γὰρ δυνατὸν) ἀλλὰ τῷ ἀπείρῳ τὸ μέγεθος αὐτοῦ παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ παρακαλεῖ πρὸς δοξολογίαν ἅπαντας λέγων, Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ. τουτέστιν, εὐχαριστεῖτε, εὐφημεῖτε αὐτόν. τί δέ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ; ὅτι διηνεκῶς ἐλεεῖ, καὶ κατὰ διάφορα πράγματα ἐλεεῖ. ὅθεν ἐπάγει·

δ'. Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ.] Δείκνυσιν αὐτὸν διηνεκῶς ἐνεργοῦντα καὶ θαυματοποιοῦντα· καὶ δύο τίθησι· καὶ ὅτι ποιεῖ, καὶ ὅτι μόνος. Ταῦτα εἰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν σοφίαν ἐμφαίνει, ἀλλὰ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν δείκνυσι. τὸ μὲν γὰρ οὕτω μεγάλα γενέσθαι καὶ καλὰ καὶ διαρκῆ, τὴν ἰσχὺν ἀνακηρύττει καὶ σοφίαν· τὸ δὲ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν χρείαν τὴν ἡμετέραν αὐτὰ γενέσθαι, τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν ἀγαθότητα τὴν διηνεκῆ. Καὶ τοῦτο τῆς δυνάμεως ἔνδειξις, τὸ πανταχόθεν τὴν γῆν πε-

1. Confitemini Domino quoniam bonus.] Cùm superiùs de Dei in homines beneficijs egisset, differit quoque de quantitate misericordiæ eius, non eam metiens (hoc enim fieri nequit) sed per infinitum eius magnitudinem declarare volens, inuitat etiam omnes ad glorificationem dicens, *Confitemini Domino.* id est, Gratias agite, laudate ipsum. Quid autem sibi vult, *Quoniam in sæculum misericordia eius*? Quòd nimirum perpetuò misereatur, & in diuersis rebus misereatur. vnde subdit:

Misericordia Dei infinita.

4. Qui facit mirabilia magna solus.] Ostendit eum assiduè benefacere & mirabilia operari: & duo ponit: tum quòd faciat, tum quòd solus. Hæc etsi eius potentiam & sapientiam indicent, attamen eius quoque benignitatem ostendunt. Quòd enim sint adcò magna & pulchra & sufficientia, vires eius & sapientiam deprædicant: quòd autem ea propter nos & vsum nostrum facta sint, benignitatem & perpetuam bonitatem. Atque hoc clarum est potentiæ eius argumentum, quòd terra vndique aquis

Deus facit mirabilia magna solus.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

cincta subsistat. Et si quis viderit Solem & Lunam & temporum ordinem, & multiplicem eorum vtilitatem, videbit magnam eius benignitatem.

10. QVI PERCVSSIT ÆGYPTVM.] Assiduè versat miracula quæ in Ægypto facta sunt propter magnam eorum ingratitudinem, & quod cùm ea audiuissent, eorumdem obliuiscerentur. Non est autem hoc quoque paruum signum misericordiæ, quòd à seruitute liberati sint. Et manum quidem operationem, brachium verò potentiam appellauit: per vtrumque nimirum propriam virtutem & misericordiam declarauit.

Mare rubrum in diuersas sectiones diuisum fuit.

13. QVI DIVISIT MARE RVBRVM IN DIVISIONES.] Alius *in sectiones*, alius *in segmenta*. Nonnulli enim dicunt non fuisse vnicam viam, sed pro singulis Tribubus aquam scissam fuisse. Rectè autem *Et traduxit*. Etenim hoc quoque satis erat ad maiorem ipsis terrorem incutiendum, quòd mare retrocederet. Ceterùm hoc Dei potentiæ erat, quòd ipsis animum adderet & persuaderet, vt nouam illam & peregrinam viam ingrederentur. *Et excussit Pharaonem.* Hoc autem dixit, volens ostendere facilitatem demersionis. Ceterùm quòd illos quoque per desertum traduxerit, haud minus miraculum est: etenim & fames & squalor ipsos infestabant, & quæcumque Scriptura recensuit, & hostibus hostes succedebant, & nihil ipsos vincebat. Qui sic? *Quoniam in sæculum misericordia eius*. hoc est; Quoniam eius benignitate perpetuò fruebantur. Vide autem quomodo duplicia dicat beneficia, scilicet & hostes vincere, & illorum dominos euadere.

Quid per Og, Seon & Basan intelligatur.

19. SEON REGEM AMORRHÆORVM.] Hi in robore & corporum magnitudine gloriabantur. Ceterùm Og ferreo lecto vtebatur, nouem cubitis longo & quinque cubitis lato. *Seon* nempe interpretatur *tentatio* vel *irritatio*. *Amorrhæi* autem *loquaces* siue *exacerbantes*: & *Basan ignominia* interpretatur. His secundùm intelligentiam ad dæmonas relatis, videre liceat populum qui ex Gentibus credidit virtute Christi illis præualentem ipsosque occidentem. Deinde rursus ea quæ ad bonitatem spectant manifestiora reddens subiunxit:

Deus humilitatis memor est nostræ.

23. QVIA IN HVMILITATE NOSTRA MEMOR FVIT.] Non in benefactis, sed in humilitate. Id est, Suffecit

ἐκκλυζομένην ὕδασιν ἑστάναι. καὶ τὸν ἥλιον εἴ τις κατίδοι καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὴν τάξιν τῶν καιρῶν, καὶ τὴν μυρίαν αὐτῶν χρείαν, πολλὴν ὄψεται τὴν φιλανθρωπίαν.

ι'. ΤΩ ΠΑΤΑΞΑΝΤΙ ΑΙΓΥΠΤΟΝ.] Συνεχῶς περιστρέφει τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην, καὶ τὸ ἀκούοντας, ἐπιλανθάνεσθαι. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο ἐλέους σημεῖον, τὸ ἀπαλλάξαι δουλείας. καὶ χεῖρα μὲν τὴν ἐνέργειαν ἐκάλεσε, βραχίονα δὲ τὴν ἰσχύν· δι' ἀμφοτέρων μέντοι καὶ τὴν οἰκείαν ἔδειξε δύναμιν καὶ τὸ ἔλεος.

ιγ'. ΤΩ ΚΑΤΑΔΙΕΛΟΝΤΙ ΤΗΝ ΕΡΥΘΡΑΝ ΘΑΛΑΣΣΑΝ ΕΙΣ ΔΙΑΙΡΕΣΕΙΣ.] Ἕτερος εἰς τομάς, ἄλλος εἰς τμήματα. τινὲς γάρ φασιν ὅτι οὐ μία γέγονεν ὁδός, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην φυλὴν τὸ ὕδωρ ἐσχίζετο. καλῶς δὲ καὶ τὸ διαγαγόντι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἤρκει αὐτοῖς πλέον ἐμποιῆσαι δέος, ἡ τῆς θαλάσσης ὑποχώρησις. ἀλλὰ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἦν, τὸ θάρσος ἐνθεῖναι καὶ πεῖσαι διαβῆναι ἀήθη καὶ ξένην ὁδόν. Καὶ ἐκτινάξαντι Φαραώ. τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν εὐκολίαν βουλόμενος δεῖξαι τοῦ καταποντισμοῦ. καὶ τὸ διαγαγεῖν δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ἔλαττον εἰς θαῦμα· καὶ γὰρ λιμὸς ἐλύπει καὶ αὐχμός, καὶ ὅσα ἡ γραφὴ διηγήσατο, καὶ ἐκ πολεμίων πολέμιοι διεδέχοντο, ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ἐχειροῦτο. διατί; ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. τουτέστιν· ὅτι διηνεκῶς αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας ἀπέλαυον. ὅρα δὲ πῶς διπλᾶ φησι τὰ τῆς εὐεργεσίας, καὶ τὸ κρατῆσαι τῶν πολεμίων, καὶ τὸ γενέσθαι κυρίους ἐκείνων.

ιθ'. ΤΟΝ ΣΗΩΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΩΝ ΑΜΟΡΡΑΙΩΝ.] Ἐπὶ ῥώμῃ οὗτοι καὶ μεγέθει σώματος ἐσεμνύνοντο. ὁ δὲ Ὢγ καὶ κλίνῃ ἐκέχρητο σιδηρᾷ, ἐννέα πήχεων τὸ μῆκος καὶ πέντε τὸ εὖρος. Σηὼν μέντοι ἑρμηνεύεται πειρασμὸς ἢ παροργισμός. Ἀμορραῖοι δὲ λαλοῦντες ἤτοι παραπικραίνοντες· καὶ Βασὰν αἰσχύνη ἑρμηνεύεται. ὧν κατὰ διάνοιαν εἰς δαίμονας ἀναγομένων ἐστὶν, ἰδεῖν τὸν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότα λαὸν καταδυναστεύσαντα καὶ ἀποκτείναντα αὐτοὺς τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει. εἶτα πάλιν σαφέστερα ποιῶν τὰ τῆς ἀγαθότητος ἐπήγαγεν·

κγ'. ΟΤΙ ΕΝ ΤΗ ΤΑΠΕΙΝΩΣΕΙ ΗΜΩΝ ΕΜΝΗΣΘΗ.] Οὐκ ἐν τοῖς κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ταπεινώσει. τουτέστιν, ἤρκεσεν ἡ

συμφο-

Digitized by Google

συμφορᾷ ἐπικάμψαι αὐτὸν, καὶ τὸ κακῶς πάσχειν ἡμᾶς. καὶ ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν καταλέγῃ τοὺς πολεμίους, ἐπήγαγε· Καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. πάλιν ἑνὶ ῥήματι ὁρμαθὸν κατορθωμάτων παραδραμὼν, καὶ αὖθις τὰ μερικὰ ἀφεὶς, ἤτοι τὴν Ιουδαίων πρόνοιαν, ἐπὶ τὰ καθόλου ἔρχεται λέγων·

κέ. Ο ΔΙΔΟΥΣ ΤΡΟΦΗΝ ΠΑΣΗ ΣΑΡΚΙ.] Α᾽λλος, διδοὺς ἄρτον. οὐκ ἄρα γῆς, οὐδὲ ὑδάτων, οὐδὲ ἀέρος, οὐδὲ ἄλλου τινὸς αἱ γοναὶ τῶν καρπῶν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τὸ πᾶν. εἶτα ἐπήγαγεν·

κϛ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΘΕΩ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ.] Α᾽πὸ γὰρ τούτων, φησὶ, κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι καὶ τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω καὶ πάντων ἐστὶ δεσπότης, καὶ πανταχοῦ τῆς προνοίας αὐτοῦ καὶ κηδεμονίας ἐκτέταται.

calamitas ad ipsum flectendum, & quòd nos affligeremur. Et ne minutim hostes recenseat, subiunxit: *Et redemit nos ab inimicis nostris.* Cùm rursus vno verbo rectè factorum seriem esset prosecutus, & particularia omisisset, nempe curam Iudæorum, ad generalia venit dicens:

CATENA PATRVM.

25. QVI DAT ESCAM OMNI CARNI.] Alius, *Qui dat panem.* Non ergo terræ, nec aquæ, nec aëris, nec alicuius alterius sunt fructuum procreationes, sed ipsius est vniuersum. Deinde subiunxit:

26. CONFITEMINI DEO CÆLI.] Ex his enim, inquit, hoc quoque clarum est, ipsum & supernorum, & infernorum atque omnium esse Dominum, eiusque prouidentiam & curam vbique diffusam esse.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν τοῖς αὐτοῖς ἡ προφητικὴ συνέγραψε χάρις, διὰ πλειόνων αὐτοῖς παιδευμάτων πραγματευομένη τὴν ὠφέλειαν.

ά. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΟΤΙ ΑΓΑΘΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ε᾽ξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ. τουτέστιν, εὐχαριστεῖτε, εὐφημεῖτε αὐτόν. τί δέ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ; ὅτι διηνεκῶς ἐλεεῖ, καὶ οὐδὲ ποτὲ μὲν ἐνεργετεῖ, ποτὲ δὲ ἀφίσταται· οὐδὲ ποτὲ μὲν ἐλεεῖ, ποτὲ δὲ παύεται, ὃ ἐπ᾽ ἀνθρώπων συμβαίνει, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἐλεεῖ, καὶ οὐδέποτε παύεται εὐεργετῶν.

β'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΘΕΩ ΤΩΝ ΘΕΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θεὸς θεῶν ἐστιν ἐκείνων τῶν πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, κατὰ τὴν γραφὴν τὴν λέγουσαν, Ε᾽γὼ εἶπα, θεοί ἐστε. καὶ, Ε᾽γὼ θεὸς Α᾽βραὰμ, καὶ θεὸς Ι᾽σαὰκ, καὶ θεὸς Ιακὼβ· δηλαδὴ κατὰ τὴν πολλὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην καὶ οἰκείωσιν. τῶν δὲ δαιμόνων θεός ἐστι κατὰ τὴν δημιουργίαν. φησὶ δὲ καὶ ὁ Α᾽πόστολος· εἴπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλὰ τοὺς λεγομένους μετὰ τὴν τριάδα θεοὺς μετουσίᾳ θεότητος εἶναι τοιούτους· ὁ δὲ σωτὴρ οὐ κατὰ μετουσίαν, ἀλλὰ κατ᾽ οὐσίαν ἐστὶ θεός. Τὸ δὲ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, εὐφημίας τρόπῳ ἐπιλέγεται. ἐπεὶ γὰρ ἀεὶ

ORIGENIS. Prophetica gratia etiam hunc Psalmum eisdem conscripsit, per plura documenta vtilitatem ipsis procurans.

1. CONFITEMINI DOMINO QVONIAM BONVS.] CHRYSOSTOMI. *Confitemini Domino.* Id est, Gratias agite, laudate ipsum. Quid autem est *In sæculum misericordia eius?* Quia nimirum assiduè miseretur, & non aliquando quidem beneficio afficit, aliquando verò recedit; neque aliquando quidem miseretur, aliquando verò desinit, quod euenit in hominibus, sed perpetuò miseretur, nec vmquam desinit benefacere.

Deus semper miseretur.

2. CONFITEMINI DEO DEORVM.] ORIGENIS. Deus deorum est, scilicet illorum ad quos sermo Dei factus est, secundùm Scripturam quæ dicit, *Ego dixi, Dij estis.* Et, *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*; scilicet secundùm magnam erga illos dilectionem ac familiaritatem. Dæmonum verò Deus est secundùm creationem. Quin & Apostolus ait: Etsi sint dij multi & Domini multi in cælo & in terra; eos tamen Deos qui post Trinitatem sic appellantur tales esse per diuinitatis participationem: Saluator autem non per participationem, sed secundùm essentiam Deus est. Porrò illud, *Quoniam in sæculum misericordia eius*, per modum laudationis adijcitur. Cùm enim semper

Ioan. 10, 34. Psal. 81, 6. Exodi 3, 6.

1. Cor. 8, 5.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

misereatur, meritò collaudantes aiunt, *Quoniam in sæculum*, &c.

CHRYSOSTOMI. Deinde etiam ostendit exempla misericordiæ atque eius misericordiam semper permanere; ex ijs quæ videntur hoc probans. Et quoniam eos ad religionem manu ducebat, vide quomodo rursus ad Gentilium deos alludat. Quid enim ait? *Confitemini Deo deorum*, singulis subiungens; *Quoniam in sæculum misericordia eius.*

3. CONFITEMINI DOMINO DOMINORVM.] ANONYMI. In præcedenti quidem Psalmo dicebat eum esse præ omnibus dijs; hîc autem adhuc ampliùs, ipsum esse illorum herum ac Dominum, siue idolorum dicas siue dæmonum. Etsi enim offenderint dæmones sintque probro & ignominiâ notati, serui tamen sunt, & ei se submittunt. Propterea ergo, inquit, confitemini, quòd habeatis Deum omnium supremum, cui nullus sit similis.

Deus deorum Dominus.

4. QVI FACIT MIRABILIA MAGNA SOLVS.] ORIGENIS. Ostendit ipsum perpetuò benefacere & mirabilia operari. Et hæc duo & tria & quatuor ipsi propria ponit; quòd scilicet faciat & quidem miracula, eaque magna miracula; & quòd hæc solus faciat. Hæc autem dicta sunt non vt Filius vilipenderetur, sed vt inter eum & dæmones discrimen ostenderetur. Et quænam sunt hæc miracula quæ solus facit? Atqui in principio Psalmi non loquebatur de potentia, sed de bonitate: quomodo ergo accidit vt iam deinceps loquatur de potentia? Quia nimirum hæc miracula non solùm sunt potentiæ, sed etiam bonitatis atque clementiæ.

Deo proprium est semper benefacere.

5. QVI FECIT CÆLOS IN INTELLECTV.] CHRYSOSTOMI. Hæc enim etsi eius potentiam & sapientiam indicant, attamen eius quoque magnam benignitatem ostendunt. Quòd enim sint adeò pulchra & magna & sufficientia, vires eius & sapientiam deprædicant; quòd autem ea propter vsum nostrum facta sint, benignitatem & perpetuam bonitatem. Vides quomodo sit in æternum misericordia eius? Non enim ad decem aut viginti & mille annos, sed ea per omnem vitam nostram extendit: quapropter etiam cuilibet illorum subiungit; *Quoniam in sæculum misericordia eius.* Et quod est stupendum, ea fecit quidem, &

ἐλεεῖ, εἰκότως οἱ ἐφυμνοῦντες λέγουσιν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶτα δείκνυσι καὶ τὰ δείγματα τοῦ ἐλέους καὶ τοῦ διαπαντὸς μένειν αὐτοῦ τὸν ἔλεον· ἐκ τῶν ὁρωμένων ποιούμενος τὴν ἀπόδειξιν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς εὐσέβειαν αὐτοὺς χειραγωγεῖ, ὅρα πῶς πάλιν πρὸς τοὺς τῶν ἑλλήνων θεοὺς ἀποτείνεται. τί γάρ φησιν; Ἐξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τῶν θεῶν, καθ᾽ ἕκαστον ἐπιλέγων· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

γ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐν μὲν γὰρ τῷ προτέρῳ ψαλμῷ φησιν ὅτι παρὰ πάντας τοὺς θεούς ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ ἔτι πλέον, ὅτι κύριος αὐτῶν καὶ δεσπότης αὐτῶν ἐστιν, ἄν τε τῶν εἰδώλων λέγῃς ἄν τε τῶν δαιμόνων. εἰ γὰρ καὶ ἠτιμασμένοι καὶ προσκεκρουκότες οἱ δαίμονες, ἀλλὰ δοῦλοι, καὶ ὑποκύπτοντες. διὰ τοῦτο οὖν ἐξομολογεῖσθε, φησιν, ὅτι θεὸν ἔχετε πάντων ἀνώτερον, οὗ ὅμοιος οὐδείς.

δ'. ΤΩ ΠΟΙΗΣΑΝΤΙ ΘΑΥΜΑΣΙΑ ΜΕΓΑΛΑ ΜΟΝΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δείκνυσιν αὐτὸν διηνεκῶς εὐεργετοῦντα καὶ θαυματοποιοῦντα. καὶ δύο ταῦτα αὐτοῦ τίθησι καὶ τρία καὶ τέσσαρα· ὅτι τε ποιεῖ καὶ ὅτι θαύματα, καὶ ὅτι μεγάλα θαύματα· καὶ ὅτι μόνος ποιεῖ. ταῦτα δὲ οὐ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ παιδὸς, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τῶν δαιμόνων. καὶ τίνα ταῦτά ἐστι τὰ θαύματα ἃ μόνος ποιεῖ; καίτοιγε ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ οὐ περὶ δυνάμεως ἔλεγεν, ἀλλὰ περὶ ἀγαθότητος· πῶς οὖν νῦν εἰς τὸν περὶ δυνάμεως ἐμπίπτει λόγον ἐνταῦθα λοιπόν; ὅτι οὐχὶ δυνάμεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας, ταῦτά ἐστι τὰ θαύματα.

ε'. ΤΩ ΠΟΙΗΣΑΝΤΙ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ ΕΝ ΣΥΝΕΣΕΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα γὰρ εἰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν σύνεσιν ἐμφαίνει, ἀλλὰ καὶ πολλὴν τὴν φιλανθρωπίαν δείκνυσι. τὸ μὲν γὰρ οὕτω καλὰ γενέσθαι καὶ μεγάλα καὶ διαρκῆ, τὴν ἰσχὺν ἀνακηρύττει καὶ τὴν σοφίαν· τὸ δὲ διὰ χρείαν τὴν ἡμετέραν αὐτὰ γενέσθαι, τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν ἀγαθότητα τὴν διηνεκῆ. Ὁρᾷς πῶς εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ; οὐ γὰρ πρὸς δέκα ἢ εἴκοσι καὶ χίλια ἔτη, ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐξέτεινεν αὐτά· διὸ καὶ ἑκάστῳ αὐτῶν ἐπιλέγει· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ τὸ δὴ ἐκπληκτικὸν, ὅτι ἐποίησε μὲν, καὶ

ἔδωκεν

ἔδωκεν ἐξ ἀρχῆς γενόμενα· ἐπειδὴ δὲ παρέβη ἄνθρωπος, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἐξέβαλεν, ἀλλὰ ἅπερ παρέδωκεν οὐχ ἁμαρτόντι τούτοις, ἀφῆκε καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐνδιαιτᾶσθαι, καὶ οὐκ ἐκώλυσεν αὐτῶν τὴν χρῆσιν. καὶ οὐκ ἐποίησεν οὐρανὸν ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον, ἐκ προοιμίων δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐᾷ ἡμᾶς τῇ γῇ, ἀλλ' ἐκεῖ μεταστήσει· εἰ γὰρ δὴ μὴ ἔμελλεν ἐκεῖ μεθιστᾶν, τίνος ἕνεκεν καὶ οὐρανὸς παρήχθη; διὸ καὶ ὁ προφήτης εἰδώς, ἐφ' ἑκάστου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος, ἐπιλέγει, ἐκπληττόμενος αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν.

ι'. Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον.] Ἀνωνύμου. Εἶτα καὶ ἕτερόν τι αἰνίττεται ἐνταῦθα· ὅτι καὶ μετὰ τὴν πληγὴν ἐκείνην τῆς αὐτοῦ δυνάμεως γέγονεν ἀπαλλάξαι αὐτοὺς τῆς δουλείας, κατασείσαντος αὐτοὺς τῷ φόβῳ καταποντίσαντος αὐτοὺς τῇ θαλάσσῃ. ταῦτα δὲ λέγει, ἵνα ὅταν τις τῶν ἀνοητέρων νομίσῃ, ὅτι κελεύων αὐτοὺς τὸ χρυσίον λαβεῖν καὶ τὰ σκεύη τὰ ἀργυρᾶ, δι' ἀσθένειαν ἐκέλευσε. καὶ γὰρ τοῦτο ἐποίησε, πανταχόθεν βουλόμενος φοβερὸς εἶναι τοῖς πολεμίοις, καὶ δεῖξαι ὅτι καὶ δυνάμει καὶ μετὰ αὐθεντείας ἅπαντα δύναται, παρασκευάζεσθαι καὶ ἀπατᾶν αὐτοὺς καὶ παραχρούεσθαι, ἅτε γὰρ φανερῶς ἐποίησεν, οὐ διὰ τοῦτο ἐποίησεν ὡς οὐ δυνάμενος ἀφανῶς λαβεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκατέρῳ τῷ μέρει τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ ἐπιδεικνύμενος. ὅτι γὰρ καὶ τοῦτο μέγαν φόβον ἐνέθηκε τοῖς ἀλλοφύλοις, ἄκουσον λεγόντων μετὰ ταῦτα τῶν Ἀζωτίων· οὗτός ἐστι θεὸς ὁ σκληρὸς ὃς ἐπάταξε τὴν Αἴγυπτον· ὅτε ἐνέπαιξεν αὐτοῖς, τότε ἐξήγαγεν αὐτούς. ὁρᾷς αὐτοὺς διὰ τοῦτο τρέμοντας αὐτῶν τὴν ἀπάτην.

ιγ'. Τῷ καταδιελόντι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Χρυσοστόμου. Ἀλλὰ ταῦτα εἰ καὶ πολλὴν τὴν ἰσχὺν ἐπιδείκνυται, ἀλλὰ πολλὴν καὶ τὴν φιλανθρωπίαν εἶχεν, οὐχὶ τοῖς ἀπολαύουσι μόνον, ἀλλ', εἰ προσέχειν βούλονται, καὶ τοῖς ἐναντίοις· οὐ γὰρ ἁπλῶς κατεπόντισεν αὐτούς, ἀλλὰ μετὰ τὴν τοσαύτην θαυματουργίαν βουληθέντας καταπολμῆσαι τοῦ ὕδατος, καίτοι βλέποντας ἐν αὐτῇ τῇ τόλμῃ τὸ ξένον ἐκεῖνο καὶ παράδοξον θέαμα· διὸ καὶ τάφος αὐτοῖς τὸ πέλαγος ἐγίνετο. οὐδὲ γὰρ φύσεως ἦν τὸ ἔργον, ἀλλὰ θεηλάτου πληγῆς τὸ γινόμενον· διὰ δὴ τοῦτο ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὰ ἐναντία εἰργάζετο, καὶ οὐδὲ καθ' ἓν ἐτέμνετο μέρος, ἀλλὰ κατὰ ἀριθμὸν τῶν φυλῶν πασῶν. καὶ καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν

CATENA PATRVM.

cùm facta essent dedit ab initio: sed postquam homo transgressus est, ne sic quidem eum expulit, sed ea quæ dederat cùm non peccasset ijs, reliquit etiam fruenda post peccatum, nec prohibuit eorumdem vsum. Neque vnum dumtaxat cælum fecit, sed etiam alterum, ab exordio ostendens nos ab eo non relinquendos in terra, sed illuc transferendos esse: si enim non esset nos illuc translaturus, cur productum esset cælum? Quapropter cùm Propheta hoc sciret, in quolibet subiungit, *Quoniam in sæculum misericordia eius*, obstupescens eius benignitatem.

Dei in hominem peccatorem clementia.

10. QVI PERCVSSIT ÆGYPTVM.] ANONYMI. Deinde etiam aliud quid hîc insinuat: quod etiam post fugam illam eius fuerit potentiæ liberare eos à seruitute, cùm eos terrore concussisset & mari obruisset. Hæc autem dicit, ne quis paulò inconsideratior putaret, quòd dum iubet eos accipere aurum & vasa argentea, hæc propter imbecillitatem iusserit. Nam hoc fecit, volens omni ratione hostibus esse terribilis, & ostendere se & vi & auctoritate posse omnia facere, eosque fallere & repellere. Nam quæ apertè fecit non ideò fecit ac si non posset occultè capere, sed in vtroque suam ostendens potentiam. Nam quòd hoc quoque magnum metum attulerit alienigenis, audi quid posteà dicant Azotij: Hic est Deus fortis qui percussit Ægyptum: quando illusit eis, tunc ipsos eduxit. Vides eos propter hoc ipsum contremiscere eorum fraudem.

Dei in Ægyptijs percutiendis prouidentia & benignitas.

1. Reg. 4, 8.

13. QVI DIVISIT MARE RVBRVM.] CHRYSOSTOMI. Hæc autem omnia etsi magnam ostendebant potentiam, multam tamen quoque in se habebant benignitatem, non solùm in eos qui illis fruebantur, sed, si velint attendere, etiam in aduersarios: nón enim eos temerè mari obruit, sed quòd post tanta miracula aduersus aquas adhuc suam ostenderent audaciam, tametsi in ipsomet ausu peregrinum illud ac prodigiosum spectaculum cernerent: quapropter etiam pelagus ipsis factum est sepulchrũ. Non enim erat naturæ opus quod fiebat, sed plagæ diuinitus immissæ; & ideò breui momento temporis accidebant contraria, & non tantùm in vnam partem, sed pro numero omnium Tribuum scindebatur. In vnoquoque

De mirabili diuisione maris & populi traductione.

 autem

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

autem ſigno meminit miſericordiæ, quia hoc Deo maximè curæ erat, quandoquidem per elementa fiebant miracula, ne quæ fiebant putarentur eſſe naturalis alicuius conſequentiæ, ſed ſuperni auxilij, miracula omnem opinionem ſuperantia efficientis: quod etiam in mari accidit.

14. ET TRADVXIT ISRAEL PER MEDIVM.] ANONYMI. Vide quomodo in vnoquoque verſu iure ſubiungit; *Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Hæc enim omnia perpetuam curam declarabant. Etſi enim quæ facta ſunt finem ceperint, eorum tamen memoriæ præbuerunt poſteris magnam anſam diuinæ cognitionis. Etiam rectè adiecit illud, *Et eduxit Iſraël per medium eius: quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Non ſufficiebat enim efficere vt mare retrocederet, & facilem eis tranſitum præberet (nam hoc ipſum magis ipſos ſtupefecit, & in fugam egit, miraculo ipſo timorem incutiens) ſed Dei fuit potentiæ, poſtquam mare retroceſſiſſet, eis animum addere, & perſuadere, vt nouam illam ac peregrinam viam ingrederentur. Nam cùm vtrimque in ſublimem verticem erectæ eſſent aquæ, generoſo excelſoque animo opus erat, vt non timerent traijcere, nec ſuſpicarentur maria ad ſummum verticem vtrimque ſublata eos eſſe inuaſura, & vniuerſum exercitum obrutura.

15. QVI EXCVSSIT PHARAONEM.] ORIGENIS. Volens ſignificare facilitatem eius demerſionis hac dictione vſus eſt. Ceterùm exercitus quoque ſupplicij particeps fit atq; punitur; quandoquidem peccatorum quoque & perſecutionis Iudæorum participes extiterant.

Dei erga populum in deſerto prouidentia.

16. QVI TRADVXIT POPVLVM SVVM.] ANONYMI. Hoc non eſt minus quàm per mare perducere. Etſi enim ſuberat terra ſicca, quæ caſtra ſuſtinere poterat, erant tamen multa alia quæ illis moleſtiam afferebant, & ſufficiebant ad eos conſumendos & crudeliſſimæ morti tradendos: verumtamen Dei nutu tamquam in medijs vrbibus choreas agentes, ita per omnem illam ſolitudinẽ incedebant. Tu autem mihi conſidera, quomodo cùm innumera in deſerto miracula contigerint, duorum dumtaxat faciens mentionem cetera prætererit, auditori reliqua accuratè colligenda relinquens. quapropter ait:

σημείων ἐλέους μνημονεύει, ὅτι τοῦτο μάλιστα ἦν τῷ Θεῷ περιεσπούδαστον, ἐπειδὴ διὰ τῶν στοιχείων ἐγίνετο τὰ θαύματα, ἵνα μὴ φυσικῆς τινὸς ἀκολουθίας νομισθείη τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, παραδοξοποιούσης τὰ συμβαίνοντα· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὤφθη γινόμενον.

ιδ'. ΚΑΙ ΔΙΑΓΑΓΟΝΤΙ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ ΔΙΑ ΜΕΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅρα πῶς δικαίως καθ' ἕκαστον ἐπιλέγει· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. πάντα γὰρ ταῦτα τὴν διηνεκῆ κηδεμονίαν ἐδείκνυ. εἰ γὰρ καὶ τὰ γινόμενα τέλος εἶχεν, ἀλλ' αἱ μνῆμαι αὐτῶν τοῖς μετὰ ταῦτα πολλὴν θεογνωσίας παρέχουν ὑπόθεσιν. καὶ καλῶς ἐπήγαγε τῷ, διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτῆς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἤρκει τὸ τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι, καὶ ῥᾳδίαν αὐτοῖς ἑτοιμάσαι τὴν δίοδον (ἀλλ' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἐξέπληξε, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε, τῷ παραδόξῳ πολλὴν δειλίαν ἐμποιοῦν) ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐγένετο, τὸ καὶ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης, θάρσος αὐτοῖς ἐνθεῖναι, καὶ πεῖσαι, διαβῆναι τὴν καινὴν ἐκείνην καὶ ξένην ὁδόν. καὶ γὰρ ἑκατέρωθεν κορυφουμένων τῶν ὑδάτων, ὑψηλῆς τινος καὶ γενναίας ἔδει ψυχῆς, ὥστε μὴ δεῖσαι τὴν διάβασιν, μηδὲ ὑποπτεῦσαι ὅτι κορυφούμενα ἑκατέρωθεν τὰ πελάγη ἐπελεύσονται αὐτοῖς καὶ καταχώσει, καὶ καταποντίσει τὸ στρατόπεδον ἅπαν.

ιε'. ΤΩ ΕΚΤΙΝΑΞΑΝΤΙ ΦΑΡΑΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὴν εὐκολίαν τοῦ καταποντισμοῦ βουλόμενος δηλῶσαι τῇ λέξει ταύτῃ ἐχρήσατο. κοινωνεῖ δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον τῆς τιμωρίας καὶ κολάζεται· ἐπειδὴ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν περὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκοινώνησαν καὶ τῆς διώξεως μετέχον.

ις'. ΤΩ ΔΙΑΓΑΓΟΝΤΙ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο οὐκ ἔλαττον τοῦ διὰ θαλάσσης ἀγαγεῖν. εἰ γὰρ ξηρὰ ὑπέκειτο γῆ, καὶ δυναμένη στέγειν τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' ὅμως πολλὰ ἕτερα ἦν τὰ λυποῦντα, καὶ ἱκανὰ καταναλῶσαι καὶ θανάτῳ παραδοῦναι χαλεπωτάτῳ· πλὴν Θεοῦ νεύσαντος ὡς ἐν μέσαις χορεύοντες πόλεσιν, οὕτω διὰ τῆς ἐρήμου πάσης ἐκείνης ἐβάδιζον. Σὺ δέ μοι σκόπει, πῶς μυρίων ἐν τῇ ἐρήμῳ θαυμάτων γινομένων, δύο τινῶν μόνων μνησθεὶς τὰ ἄλλα παρέδραμε, τὰ λοιπὰ παραπέμπων τῷ ἀκροατῇ μετὰ ἀκριβείας ἀναλέγειν. διό φησιν

ιζ'. ΤΩ

ιζʹ. ΤΩ ΠΑΤΑΞΑΝΤΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΜΕΓΑΛΟΥΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἐπιλέγει· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἀπὸ γὰρ πολεμίων πολέμιοι διεδέχοντο· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοὺς ἐχειροῦτο· διὰ τί; ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἵνα δὲ μὴ κατὰ μικρὸν λέγῃ τοὺς πολέμους, τὰς ἐφόδους, τὰς νίκας, τὰ τρόπαια, πάλιν ἑνὶ ῥήματι κατορθωμάτων ὁρμαθὸν παραδραμών, καὶ τὰ μερικὰ ἀφεὶς τὰ εἰς τοὺς Ἰουδαίους γινόμενα, ἐπὶ τὴν καθολικὴν αὐτοῦ πρόνοιαν ἔρχεται λέγων·

κεʹ. Ο ΔΙΔΟΥΣ ΤΡΟΦΗΝ ΠΑΣΗ ΣΑΡΚΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκ ἄλλος ἀλλὰ θεὸς δίδωσιν. Οὐ τὴν δύναμιν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἄφατον ταῦτα δηλοῦσιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ὅτι διὰ τοῦτο μάλιστα ὁ ψαλμὸς σύγκειται, ὥστε καὶ εἰς θεογνωσίαν χειραγωγῆσαι; διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν καθόλου ἤρξατο, καὶ τελευτῶν εἰς ταῦτα κατέληξεν· ἀνωτέρω μὲν εἰπὼν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ ἀστραπὰς καὶ ὑετούς, ἅπερ οὐκ ἐν μέρει γίνεται τῆς οἰκουμένης· ἐν δὲ τῷ τέλει εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων καταλήξας τροφήν. εἶτα ἀπὸ τούτων κατασκευάσας τὴν καθόλου πρόνοιαν ἐπήγαγεν· Ἐξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. ἀπὸ γὰρ τούτων κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι τῶν ἄνω καὶ κάτω πάντων αὐτός ἐστι δεσπότης, καὶ πανταχοῦ τὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ καὶ τῆς κηδεμονίας ἐκτέταται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Θεὸς ὁ θεὸς πάντων ὤν, ὑπεξῃρημένως τοῦ οὐρανοῦ εἴρηται θεός· διὰ τὸ τὸ χωρίον ἐκεῖνο καθαρὸν ἁμαρτίας εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων θεραπεύεσθαι.

17. QVI PERCVSSIT REGES MAGNOS.] CHRYSOSTOMI. Et vnicuique eorum subiungit; *Quoniam in sæculum misericordia eius.* Hostibus enim hostes succedebant;nullus tamen eos vincebat: quam ob causam? *Quoniam in sæculum misericordia eius.* Ne autem minutim enumeraret bella, irruptiones, victorias, trophæa, cùm rursus vno verbo rectè factorum seriem esset prosecutus, & particularia quæ Iudæis euenerant prætermisisset, ad vniuersalem eius venit prouidentiam dicens:

CATENA PATRVM.

25. QVI DAT ESCAM OMNI CARNI.] ANONYMI. Non alius vtique quàm Deus eam dat. Hæc autem non solam potentiam, verùm etiam benignitatem ineffabilem declarant.

Dei in omnibus animalibus nutriendis benignitas.

CHRYSOSTOMI. Vidisti Psalmum hunc ideò maximè esse compositum, vt nos ad Dei cognitionem manuducat? Idcircò nempe in principio quoque incepit à generalibus, & finiens in ijsdem desijt: superiùs quidem dicens Solem & Lunam, fulgura & pluuias, quæ non fiunt in parte orbis; in fine autem desinens in communi omnium nutrimento. Deinde postquam ex eis confirmauit generalem prouidentiam subiunxit: *Confitemini Deo cæli: quoniam in sæculum misericordia eius.* Ex his enim illud quoque clarum est, quòd ipse sit infernorum omnium & supernorum Dominus, eiusque cura & prouidentia vbique diffusa sit.

ANONYMI. Cùm Deus sit omnium Deus, per excellentiam tamen cæli Deus nuncupatur;quia locus ille ab omni peccato purus est, ibidemq;à virtutibus in eo degentibus colitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

PSALMVS hic eiusdem est argumenti cum superiore: inuitat enim populum Dei ad laudandam Dei misericordiam, & in singulis versiculis repetit, *Quoniam in sæculum misericordia eius:* vt ostendat omnia opera Dei, siue ad creationem, siue ad prouidentiam, siue ad redemptionem pertineant, ex misericordia Dei profecta esse. Deus enim, qui nullius eget, & rerum omnium absolutus Dominus est, nihil facit ex necessitate, nihil ex debito, sed omnia ex misericordia; quia placuit illi bonitatem suam effundere & communicare.

Deus triplici modo bonus nuncupatur.

1. *Confitemini Domino quoniam bonus.*] Tripliciter Deus *bonus* dicitur: Primò, vt *fons bonorum omnium:* ab ipso enim descendit omne bonum Angelorum & hominum ac totius vniuersi in statu naturæ, gratiæ & gloriæ. Et omne bonum creatum est tenuis quædam participatio & exigua scintilla illius boni. Ipse verò auctor est omnis perfectionis essentialis, ratione cuius vnaquæque res in seipsa bona dicitur; & omnis proportionis ac conuenientiæ, ratione cuius dicitur bona alteri cui est conueniens.

Secundò *formaliter:* quia in ipso est plenitudo omnis boni conceptibilis à quauis mente; adeò vt nullum bonum, nulla perfectio, nulla excellentia concipi possit, quæ in ipso summo gradu & cum infinito excessu non contineatur. In ipso infinita lux, infinita potentia, infinita sapientia,

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

pientia, infinita pulchritudo, infinita suauitas, infinitum gaudium, infinita gloria, infinita beatitas, infinita sanctitas, infinita iustitia, infinita misericordia: imò ipsemet est hæc omnia altissimo & simplicissimo modo per simplicissimam essentiam suam.

Tertiò dicitur bonus κατ' ἐξοχὴν: quia ita excellenter bonus est, vt supra omne bonum, quod à mente creata concipi potest, infinitè sit eleuatus; nulli bonorum similis; adeò vt omne bonum conceptibile de illo sit potiùs negandum quàm affirmandum, vt S. Dionysius in mystica Theologia cap. 5. facit. Quem item vide de Diuinis nominibus cap. 4. 5. & 13. atque ibidem S. Maximi Scholia, Pachymeræ Paraphrasin & nostras Annotationes.

IBIDEM. *Quoniam in sæculum misericordia eius.*] Græcè est εἰς τὸν αἰῶνα: quod alij vertunt *in æternum.* Notat Lessius lib. 12. de Perfectionibus diuinis cap. 2. triplicem Dei misericordiam. Prima est, quâ res omnes, præsertim ratione præditæ, ex nihilo, in quo æternùm tetrò sepultæ delituerant, in suas naturas productæ sunt: Deus enim in tanto defectu tantaque imperfectione (quâ maior animo concipi nequit) illas videns, misericordiâ quâdam commotus statuit imperfectionem illam tollere, easque ex nihili sui tenebris in lucem essentiæ & vitæ educere, naturam formare, speciem distinguere, suisque facultatibus & ornamentis instruere. Secunda est, quâ rerum totam naturam statuit ad supernaturalem statum extollere. Tertia est, quâ naturam humanam à statu supernaturali prolapsam tum in peccatum, tum in suas naturales miserias, tum in mortem æternam, constituit reparare, & maioribus præsidijs supernaturalibus quàm anteà fulcire.

Triplex Dei misericordia.

Magna & admirabilis est misericordia prima, quâ omnia ex profundo nihili educta ad celsitudinem essentiæ & naturæ sunt euecta. Infinitè enim melior est essentia cuiusque quam acceperunt, quàm nihilum vnde emerserunt. Verùm infinitè præstantior est misericordia secunda, quâ omnia ad supernaturalem ordinem eleuata. Nam infinitè præstantior est gratia quàm natura, & status ille diuinus quàm conditio naturalis, & communicatio bonorum diuinorum quàm omnia dona naturalia. Sed & hâc misericordiâ infinitè præstantior est tertia, quâ diuina natura copulata est humanæ in vnam personam; per quam nobis præstita redemptio, remissio peccatorum, iustificatio & omne bonum. Ita Lessius: quem vide fusiùs toto libro 12. citato de Misericordia Dei doctè disserentem.

2. *Confitemini Deo deorum.*] Dicitur autem *Deus deorum,* quia omnis deificatio & deiformitas in iustis & beatis ab ipso est. Summa nimirum perfectio naturæ rationalis, vti S. Dionysius Eccl. Hierarchiæ cap. 1. & alibi docet, consistit in assimilatione cum Deo, quam passim vocat θέωσιν καὶ θεοείδειαν, *deificationem & deiformitatem;* ratione cuius beati dicuntur *deificati, deiformes, filij Dei, & Dij* sano Scripturæ intellectu. Si enim Reges & Iudices ob participationem iudiciariæ potestatis, ob quam homines eos tamquam Deos terrestres reuerentur, vocantur Dij, vt patet Psalmo 81. & Ioannis 10. multò magis Sancti, qui non solùm cum Christo iudicabunt orbem, sed etiam ita deificati & Deo similes effecti sunt, vt altiori modo ei non possint assimilari, Dij possunt appellari. Vide de hac Dei appellatione S. Dionysium de Diuinis nominibus cap. 12. vbi eam explicat.

Quomodo Deus dicatur Deus deorum.

3. *Confitemini Domino dominorum.*] Dicitur Deus *Dominus dominorum* Primò; quia omne dominium & omne ius tam proprietatis quàm iurisdictionis in Angelis & hominibus ab ipso deriuatur, & assiduè dependet. Ab ipso enim est omnis capacitas dominij (quia hæc fundatur in natura rationali & libertate arbitrij) & ab ipso est omnis res quæ dominio possideri potest: (nisi enim ipse opes & bona quæ ab hominibus possidentur assiduè conseruaret, repentè omnes essent extremè pauperes.) Ab ipso quoque omne ius, verùm ad aliquid obtinendum vel possidendum, & de eo pro arbitrio disponendum: quod dominium vocatur.

Quomodo dicatur Dominus dominorum.

Secundò dicitur quoque *Dominus dominorum,* non solùm quia omne dominium tum proprietatis tum iurisdictionis ab eo est; sed etiam quia omnes Domini & omnes Reges terræ & omnes diuites sæculi sunt Deo subiecti vt mancipia, & multò ampliùs: tantum enim iuris habet in omnes Reges ac dominos, & in omnia ipsis subiecta, quantum in minimum vermiculum terræ. Hoc maximè apparebit in die Iudicij, cùm innumeri Reges ac Domini iacebunt substrati pedibus eius. vnde etiam à Paulo dicitur *Rex regum & Dominus dominantium.*

Omnes Domini sunt mancipia Dei.

1. Tim. 6.

4. *Qui facit mirabilia magna solus.*] Ad hunc versiculum, vt ad ceteros omnes sequentes, monet Bellarminus subintelligenda esse illa prima Psalmi verba *Confitemini Domino.* Incipit igitur laudare Deum ab operibus magnis & mirabilibus, quæ solus ipse facere potuit; qualia sunt opera creationis: nam in ceteris vsus est Deus operâ Angelorum vel aliarum creaturarum. In his autem operibus laudatur præcipuè misericordia, quia, vt suprà diximus, nihil fecit Deus ex necessitate, quasi egeret creaturis, sed ex misericordia sua magna & ineffabili.

5. *Qui fecit cælos in intellectu.*] Id est *intelligenter & sapienter:* S. Hieronymus vertit *in sapientia:* quemadmodum nempe Salomon ait, *Dominus sapientiâ fundauit terram, stabiliuit cælos prudentiâ;* & in Psalmo 103. dicitur, *Omnia in sapientia fecisti:* id est summâ sapientia & miro artificio, magno ingenio, arte, industriâ. Hæc enim in cælis magis relucent quàm in vllis alijs rebus procreatis; non quòd intellectum & mentem per creationem acceperint (sunt enim inanimati) sed quòd amplitudine atque excellentiâ suâ homines ad Conditoris sui sapientiam & admirandam potentiam contemplandam inuitent. vt sit sensus, *Qui fecit cælos in intellectu,* siue in intellectum; id est, vt intelligatur, vt homines perpetuò illos intendant, mente contemplentur, & versent. Terram quidem fecit, vt nos aleret, aquam ad potum, aërem ad respirationem: at cælos ideò fecit, vt eos intuentes meminerimus æternæ beatitudinis & misericordiæ quam Deus exercet ibi cum Beatis. *Ab exordio enim,* inquit Chrysostomus, *ostendens nos non relinquendos in terra, sed fore vt hinc nos transferamur: si enim non esset nos illuc translaturus, cur productum esset cælum?*

Prou. 3, 19.

Cæli excitant intellectum ad Deum agnoscendum.

neque

Digitized by Google

neque enim est hoc illi elementum vtile, nullâ re indiget; sed dum vellet nos illuc transuolare, præparauit habitaculum. Quamobrem cùm hoc sciret Propheta, vnicuique versui subiungit, In sæculum misericordia eius, *admirans eius benignitatem.* Ceterùm hinc vsque ad versum decimum recenset mirabilia opera naturæ creationisque, quæ solus fecit Deus: qui & singulis sua munia, vt æquissimus potestatum distributor, constituit: de quibus paulò pòst subdit:

Deus æquus munerum distributor secùs quàm homines.

8. *Solem in potestatem diei*, &c.] Vt nimirum quæ crearat bonitas iustitia moderaretur; & principaliori ac splendidiori luminari potissima atque amplissima potestas, videlicet diei, obtingeret; Luna verò, quæ Solis discipula esse perhibetur (ita M. Tullius in Somnio Scipionis) minori regno præsideret. Vt hinc optimo iure id doleas, quod non rarò accidere videris, minora luminaria, nouitiosque sapientes, & qui velut stellæ mutuatum à Sole lumen acceperunt, præstantioribus ac splendidioribus ornari muneribus; eorum verò magistros, & qui sapientiâ atque virtute velut Sol fulgent, mediocria, imò parua, imò & nulla sæpiùs adipisci. Quâ de re sic gemebundâ voce Nazianzenus: *Non patior vt fons obturetur, ac torrens profluat, Sol abscondatur, & astra splendeant, canities sileat, & iuuentus leges ferat.*

10. *Qui percussit Ægyptum*, &c.] Hic & sequentes versiculi videri possent alicui aliter potiùs fuisse terminandi; nempe, *Quoniam in sæculum iustitia eius.* Siquidem illa funera & supplicia quæ in illis describuntur, potiùs à iustitia quàm à misericordia procedebant. Cur igitur ad solam misericordiam reuocantur? Dupliciter potest responderi: Primò ex Theodoreto: Quia licet hæc supplicia comparata cum Gentibus, quibus infligebantur, ex iustitia procederent; tamen comparata cum Hebræis, in quorum fauorem infligebantur, ex misericordia procedebant. *Fortasse* (inquit Theodoretus) *aliquis ambigere posset, quomodo per misericordiam mors efficitur. Consideret igitur finem præsentium verborum, iniuriâ affectos miserans, iniuriâ afficientes plectit: misericordiâ erga hunc populum, illis pœnam inflixit.* Sic ille. Quasi diceret: Misericordia erga miseros imperat, vt iusta iniustis supplicia infligantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quomodo etiam punitio impiorum sit opus misericordiæ.

Secundò, quia etiam in peccatoribus puniendis diuina misericordia elucet, ne si diutiùs viuant, grauiora scelera committant, ob quæ grauiores pœnas patiantur. Vnde D. Bernardus Sermone contra ingratitudinem: *De clementia,* inquit, *esse videtur, ingratis negare quod postulant; ne contingat nobis, vt tanto grauiùs de ingratitudine iudicemur, quantò magis accumulatis beneficijs ingrati probabimur extitisse. Ergo misericordia res est, in hac parte subtrahere misericordiam.* Et antecedenter misericordiæ quoque est punitionem maturare, ne punienda augeantur. Misericordia igitur diuina fuit, quæ Ægyptios, Amorrhæos ceterosque hostes Hebræorum clementiùs puniuit; ne à diuina iustitia seueriùs punirentur.

IN PSALMVM CXXXVI. ARGVMENTVM.

Ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ Ἱερεμίου.

Ἐπιγέγραπται μὲν παρά τισι τοῦ Δαβὶδ διὰ Ἱερεμίου· ὅτι δὲ πεπλάνηνται καὶ ἀπ' αὐτῶν ἔστι ῥημάτων μαθεῖν. Ἱερεμίας γὰρ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αὐτοῖς αἰχμαλωσίας οὐκ ἐκοινώνησε· Βαβυλωνιακὸς δέ ἐστιν οὗτος ὁ ψαλμὸς, ὡς καὶ αὐτὰ δείκνυσιν ἐν προοιμίοις τὰ ῥήματα. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον, πῶς μεταξὺ κεῖται τῶν ἐπινικίων, οὗτος αἰχμαλωσίαν κηρύττων. ἐξ οὗ δῆλον τὸ μὴ κατὰ τάξιν συντεθῆναι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλ' ὡς εὑρέθησαν. οὗτος οὖν αἰχμαλωτιζομένους αὐτοὺς λέγει, καὶ ἄρτι τῆς Βαβυλωνίας ἐπιβαίνοντας.

Psalmus Dauid Ieremiæ.

A nonnullis quidem inscribitur Dauidi per Ieremiam: *verùm ipsos errasse vel ex ipsis verbis discere liceat. Ieremias enim minimè particeps fuit captiuitatis Babylonicæ: hic autem Psalmus est Babyloniacus, vt ipsa quoque verba in exordio ostendunt. Ceterùm admiratione dignum est, quomodo hic Psalmus inter victoriales referatur, cùm prædicet captiuitatem. Vnde clarum fit Psalmos non secundùm ordinem digestos fuisse, sed prout fuerant reperti. Hic igitur captiuos eos exhibet, & recèns Babyloniam ingressos.*

Psalmos non esse secundùm ordinem digestos.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών·

Ἴδιον τῶν λυπουμένων λέγει προσέχημα τὸ

1. SVPER flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur * tui Sion:

** Abest à Vulgata.*

Dicit mœrentium esse proprium deserta loca

Mœrentes deserta frequentant.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

loca frequentare, & iuxta flumina sedere, ac fluuialem fluxum contemplari, fluxum qui semper defluit, nec statum vllum habet.

2. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.

Clarum est quòd dicat salicetum siue locum salicibus consitum. Solent enim salices aquis gaudere, & iuxta fluuios potissimùm multiplicari. *Organa* autem vocat psalmica instrumenta, scilicet citharas, & nablia, & alia quæcumque erant hymnis accommoda. Illud autem *suspendimus*; non quòd illic ea suspenderent, sed quia illic organa ipsis erant inutilia: ex translatione eorum qui vasa aliqua suspendunt, & inutilia reddunt pro eo tempore quo suspensa sunt. vnde subdit:

Israëlitæ in Babylonia à cãtu abstinebant.

3. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum:

Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Id est: Adeò nobis inutilia erant psalmica instrumenta, vt etiam interrogati fuerimus ab eis, vt caneremus iuxta formam quâ fit in Sion: verùm nequaquam id fecimus, sed diximus id quod verum est, non licere hoc facere extra Hierosolymam. vnde subiungunt:

4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Ostendentes quomodo extra Hierusalem nihil eorum quæ legitima erant ipsis facere liceret. deinde subiungunt:

Israëlitæ in captiuitate assiduè recordabantur Hierusalem.

5. Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.

Dexteram suam vocat auxilium suum: auxilium autem suum Deum nominat. Vult igitur dicere: Deus mei obliuiscatur, si ego tui oblitus fuero.

6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui:

Vult dicere: Etiam mutus fiam, si oblitus fuero tui. Vocem enim format lingua dum in faucibus mouetur, & articulatè circumuoluitur: quando autem faucibus adhæret, & quasi affigitur, muta reperitur.

πολλάκις ἀναχωρεῖν, καὶ παρὰ ποταμῶν καθῆσθαι, καὶ ἀποβλέπειν εἰς τὸ ῥεῦμα τὸ ποτάμιον, ῥεῦμα φερόμενον ἀεί, καὶ στάσιν οὐκ ἔχον.

β'. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν.

Εὔδηλον ὅτι τόπον συνδενδρον λέγει τοῦ φυτοῦ τῆς ἰτέας. καὶ γὰρ εἴωθε τοῦτο τὸ φυτὸν ὕδασι χαίρειν, καὶ περὶ ποταμοὺς μάλιστα πλεονάζειν. ὄργανα δὲ καλεῖ τὰ ψαλμικά, τουτέστι τὰς κιθάρας, καὶ τὰς νάβλας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοῖς ὕμνοις ἦσαν ἐπιτήδεια. τὸ δὲ ἐκρεμάσαμεν· οὐχ ὅτι ἐκεῖ ἐκρέμασαν λέγει, ἀλλ' ὅτι ἄχρηστα αὐτοῖς ἦν ἐκεῖ τὰ ὄργανα· ἐκ μεταφορᾶς τῶν κρεμώντων σκεύη τινά, καὶ ἄπρακτα ποιούντων ἐν ᾧ καιρῷ ταῦτα ἀποκρέμαται. ὅθεν ἐπιφέρει·

γ'. Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς, οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν·

Καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς· ὕμνον ᾄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών.

Ἀντὶ τοῦ· Οὕτω δὲ ἡμῖν ἄχρηστα τὰ ὄργανα τὰ ψαλμικά, ὡσανεὶ καὶ ἐπηρωτήθημεν παρ' αὐτῶν, ᾆσαι κατὰ τὸν τύπον τὸν ἐν Σιών· ἀλλ' οὐκ ἂν ἐποιήσαμεν τοῦτο, ἀλλ' εἴπομεν ἂν τὸ ἀληθές, ὡς οὐκ ἐξὸν τοῦτο ποιεῖν ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ. ὅθεν ἐπιφέρουσιν·

δ'. Πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας;

Δεικνύντες ὡς ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐδὲν αὐτοῖς ἐξὸν ποιεῖν τῶν νομίμων. εἶτα ἐπιφέρουσιν·

ε'. Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου Ἱερουσαλήμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου.

Δεξιὰν αὐτοῦ καλεῖ τὴν βοήθειαν αὐτοῦ· βοήθειαν δὲ αὐτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάζει. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι λήθην μου ποιήσαιτο ὁ Θεός, εἴ ποτέ σου ἐγὼ ἐπιλάθωμαι.

ς'. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ·

Βούλεται εἰπεῖν· ὅτι καὶ ἄφωνος δὲ γενοίμην, εἰ ἐπιλάθοιμί σου. φωνὴν γὰρ ἀποτελεῖ ἡ γλῶσσα ἐν τῷ λάρυγγι κινουμένη, καὶ περιστρεφομένη ἐνάρθρως· κολληθεῖσα δὲ τῷ λάρυγγι, καὶ οἷον ἐμπαγεῖσα, ἄφωνος διελέγχεται.

Ἐὰν

Ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου·

Βούλεται εἰπεῖν· ὅτι οὐδὲ ἄλλην ποτὲ ἡγήσομαι ἑορτὴν οὐδὲ εὐφροσύνην, εἰ μὴ τὸ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ. Τὸ οὖν προανατάξωμαι ἀντὶ τοῦ προκρίνω λέγει πάσης εὐφροσύνης τὴν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον. εἶτα ἐπιφέρουσι·

ζ. Μνήσθητι κύριε τῶν υἱῶν Ἐδὼμ τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλήμ·

Τῶν λεγόντων ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς.

Τὸ μνήσθητι ἐνταῦθα ἐπὶ κακοῦ λέγει, ὡς καὶ ἐν τῷ πς' ψαλμῷ, Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. ἀντὶ τοῦ, τοῖς πεῖραν μου λαβοῦσι. καὶ ἐνταῦθα οὖν τὸ μνήσθητι ἐπὶ κακοῦ λέγει. υἱοὺς δὲ Ἐδὼμ καλεῖ τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἠσαῦ. τὸ δὲ τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεται ὅτι σφόδρα ἔχαιρον οἱ ἀπὸ τοῦ Ἠσαῦ τῇ αἰχμαλωσίᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τὴν ἡμέραν τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως ἑορτὴν ἡγήσαντο. παρακαλοῦσιν οὖν τὸν θεὸν μνησθῆναι αὐτῶν ἐπὶ κακῷ, ὡς εὐφροσύνην ποιουμένων τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ὑπέμεινεν Ἱερουσαλὴμ τὰ χαλεπά. οὕτως εἰπὼν περὶ τῶν Ἐδομιτῶν, προφητεύει καὶ περὶ τῆς Βαβυλωνίας, καί φησιν οὕτως·

η. Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος·

Θυγατέραν Βαβυλῶνος αὐτὴν τὴν μητρόπολιν ὀνομάζει. σημαίνει οὖν ὡς κἀκεῖνοι ὑποστήσονται ταλαιπωρίαν οὐ μικρὰν Μήδων ἐπελθόντων αὐτοῖς, καὶ ποιησάντων ὅ,τι ἂν ποιήσουσιν πολέμιοι.

Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν.

Ἐνταῦθα τὸν Κῦρον αἰνίττεται. ἀπὸ γὰρ τῶν Μήδων πρῶτος ὁ Κῦρος βασιλεύει Περσῶν, καὶ μεθίστησι τὴν βασιλείαν εἰς Πέρσας, Ἰσραηλίτας μὲν εὐεργετήσας, τοὺς δὲ Βαβυλωνίους κακώσας. λέγει οὖν ὡς μακαρισμοῦ ὁ τοιοῦτος ἀξιωθήσεται ὃς ταῦτα ποιήσει κατὰ καιρὸν περὶ σὲ ἅπερ σὺ πεποίηκας περὶ ἡμᾶς. ποῖα ταῦτα ἐπιφέρει·

θ'. Μακάριος ὃς κρατήσει καὶ

Si non propofuero Hierufalem * ficut in principio lætitiæ meæ:

Vult dicere: Quoniam non aliam vmquam cenfebo folemnitatem neque lætitiam, nifi reuerfus fuero in Hierufalem. Illud igitur *propofuero* dicit pro *pratulero* omni lætitiæ reditum in Hierufalem. deinde fubiungunt:

7. Memor efto Domine filiorum Edom in die Hierufalem:

Qui dicunt, Exinanite, exinanite vfque ad * fundamenta eius.

Illud *Memor efto* hîc de malo dicit, ficut etiam in Pfalmo octogefimo fexto, *Memor ero Raab & Babylonis fcientium me.* id eft, qui experimentum mei acceperunt. Hoc loco igitur etiam illud *Memor efto* dicit de malo. Filios autem Edom vocat eos qui funt ex Efau. Porrò illud *in die Hierufalem* infinuat eos qui ex Efau erant valdè gauifos fuiffe captiuitate Ifraëlitarum, & diem captiuitatis ciuitatis feftum duxiffe. Adhortantur igitur Deum vt memor fit eorum in malum, tamquam qui lætam duxerint diem illam quâ Hierufalem dirutâ fuftinuit. Cùm ita locutus fuiffet de Edomitis, vaticinatur etiam de Babylonijs, & ait hoc modo:

8. Filia Babylonis mifera:

Filiam Babylonis vocat ipfam metropolim. Significat igitur ipfos etiam miferiam haud exiguam fubituros Medis in ipfos ingruentibus, & irrogantibus ea quæ hoftes folent.

Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuifti nobis.

Hîc Cyrum infinuat. Primus enim à Medis Cyrus Perfis imperat, & Imperium ad Perfas transfert, Ifraëlitas quidem beneficijs afficiens, Babylonios verò affligens. Ait igitur quafi beatitudine dignum cenfendum fore eum qui fuo tempore tibi paria relaturus effet ijs quæ nobis fecifti. Qualia porrò illa fint fubiungit:

9. Beatus qui tenebit & alli-

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Abeft à Vulgata.

* Vulgata fundamentum in ea.

Qui fint filij Edom.

Cyrus Babylonios vltus eft.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

allidet paruulos tuos ad petram.

Est enim, inquit, reuerà beatus, qui ita te puniet, vt neque paruulis tuis parcat, sed illa ipsa ad lapides petrasque allidat, atque ita Deo quodammodò iubente Babylonia penitus deleatur.

ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν.

Ἔστι γάρ, φησι, τῷ ὄντι μακαριστὸς, ὃς οὕτως σε τιμωρήσεται, ὡς μηδὲ τῶν νηπίων τῶν ἐν σοὶ φείσασθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα προσαράξαι λίθοις καὶ πέτραις, καὶ οὕτως ἄρδην ἀφανίσαι τὴν Βαβυλωνίαν ὡσανεὶ Θεοῦ ἐπιτάξαντος.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. SVPER FLVMINA BABYLONIS.] Cur autem pluraliter dixit *flumina*? quia nimirum iuxta Babyloniam tradunt Euphratem esse in multos riuos dissectum, vt vniuersam terram irrigare posset. Solent autem mœrentes deserta loca petere, ibidemque lamentari: quod etiam illi faciebant. Magnum enim tenebat viros illos ciuitatis suæ desiderium, magna reditus cupiditas. Quamdiu siquidem bona in manibus habebant erant semper insolentes, & iniurias inferre non desistebant; sed postquam ab illis sunt exturbati, tunc demum maximo eorum desiderio affecti sunt. Propterea enim eos expulit, vt in ijs desiderium excitaret. Ceterùm per istud verbum *sedimus* declarat quomodo non simplici ratione lamentati sint, sed ad hoc, inquit, frequentes conuenimus, vt lamentationes & vlulatus ederemus. Cur autem in salicibus organa sua suspenderunt? Non temerè hoc accidit, sed propter inutilitatem & cessationem organorum: nam illa suspensio eorumdem cessationem otiumque significat. Organa autem vocat psalmica instrumenta quibus canebant. Sed cur illa tulerunt, cùm ijs minimè essent vsuri in terra aliena? Hoc nempe ita fuit prouisum, vt haberent prioris Reipublicæ monumentum, & magis compungerentur considerantes quibus essent priuati.

Afflictio dat intellectum.

3. QVIA ILLIC INTERROGAVERVNT NOS.] Illudentes nempe & calamitatibus nostris insultantes hoc faciebant, non vt ipsi demulcerentur, sed ad irridendum nos canere præcipiebant. hoc enim est illud: *Interrogauerunt verba canticorum.* Vide autem quantum lucrum retulerint ex captiuitate. Qui enim priùs legitima negligebant, nunc etiam audire cupientibus, nec quidem eorum barbaris vrgentibus, & ipsos vti par est desiderio obsequebantur, sed legem

Israëlitæ cur in terra aliena non canerent.

α'. ΕΠΙ ΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ.] Διὰ τί δὲ πληθυντικῶς εἶπε ποταμῶν; ἐπειδὴ φασὶν εἰς πολλὰς διώρυγας τὸν Εὐφράτην κατατετμῆσθαι περὶ τὴν Βαβυλωνίαν, ἵν' ἀρδεύειν ἔχῃ τὴν ἅπασαν γῆν. ἔθος δὲ τοῖς ἀθυμοῦσι τὰ ἐρημότερα καταλαμβάνειν χωρία, κἀκεῖ ὀλοφύρεσθαι· ὃ καὶ οὗτοι ἐποίουν. πολὺς γὰρ ὁ πόθος τοῖς ἀνδράσι τῆς πόλεως, καὶ πολὺς ὁ ἔρως τῆς ἐπανόδου. ἕως μὲν γὰρ ἐν χερσὶν εἶχον τὰ ἀγαθὰ ἀκκιζόμενοι, καὶ ὑβρίζοντες διετέλουν· ἐπεὶ δὲ ἐξεβλήθησαν, τότε λοιπὸν ἐν ἐπιθυμίᾳ κατέστησαν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐξέβαλεν, ἵν' εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοὺς καταστήσῃ. διὰ δὲ τοῦ ἐκαθίσαμεν δηλοῖ ὡς οὐχ ἁπλῶς ἐθρήνησαν, ἀλλὰ διὰ τοῦτό, φησι, συνηθροίσθημεν, ὥστε κινῆσαι θρήνους καὶ ὀλολυγάς. διὰ τί δὲ ἐπὶ ἰτέαις ἐκρέμασαν τὰ ὄργανα; οὐ κατὰ τύχην τοῦτο συνέβη, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἄκαρπον καὶ ἀχρημάτιστον τῶν ὀργάνων· ἀπραξίαν γὰρ καὶ ἀχρηστίαν σημαίνει τὸ κρεμάσαι. ὄργανα δὲ τὰ ψαλμικὰ λέγει μεθ' ὧν ᾖδον. διὰ τί δὲ ταῦτα ἐπήγοντο, οἷς οὐκ ἔμελλον χρῆσθαι ἐν ἀλλοτρίᾳ; ᾠκονομήθη καὶ τοῦτο, ἵν' ἔχωσι τῆς προτέρας πολιτείας ὑπόμνημα, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς δάκνῃ οἵων ἐστέρηνται ἐνθυμουμένους.

γ'. ΟΤΙ ΕΚΕΙ ΕΠΗΡΩΤΗΣΑΝ ΗΜΑΣ.] Ἐπιτωθάζοντες ἴσως καὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν ἐπεμβαίνοντες τοῦτο ἐποίουν, οὐχ ἵνα θελχθῶσιν, ἀλλ' ἵνα ἐπιγελάσωνται ψάλλειν ἡμῖν παρεκελεύοντο. τοῦτο γὰρ τὸ· ἠρώτησαν λόγους ᾠδῶν. ὅρα δὲ ὅσον ἐκέρδαινον ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. οἱ γὰρ πρὶν τῶν νομίμων ἀφειδοῦντες, νῦν δὲ τῶν βαρβάρων ἐπικειμένων, καὶ ἀκοῦσαι ἴσως ἐπιθυμούντων, μηδὲ οὕτως χαρίσασθαι αὐτοῖς τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἀλλὰ προτιμᾶσι

τὸν

τὸν νόμον. τὸ οἱ ἀπαγαγόντες δέ· ἀντὶ τοῦ, οἱ αἰχμαλωτεύσαντες· ὁ ἕτερος, οἱ καταλαζονευόμενοι ἡμῶν· οἱ ἐπεμβαίνοντες. οὗτοι χρόνῳ γεγόνασιν οὕτω πρᾳεῖς, ὡς καὶ τῆς ᾠδῆς ἐπιθυμεῖν ἀκούειν τῆς ἡμετέρας· τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ ἐφεῖτο ᾄδειν ἐπ' ἀλλοτρίας; φασὶ γάρ, πῶς ᾄσομεν; ὅτι οὐκ ἔδει βέβηλα ὦτα ἀκούειν τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων. ἢ ἀλλοτρίαν γῆν ἡγοῦντο τὰς ἀλλοτρίας ψυχάς, φυλαττόμενοι ἐν ταύταις ἐκφέρειν τὰ θεῖα, ὡς εἰς ἀλλότριον ἐξ ἰδίου τόπου μετοικιζόμενα. οὐκ ἐφεῖται τοῦτο, φασίν· εἰ γὰρ καὶ σωμάτων ἐκρατήσατε, ἀλλ' οὐ τῆς γνώμης περιέσεσθε. νοήσεις δὲ καὶ ἄλλως, ὡς ἐπεὶ ἐσβέσθη αὐτῶν ἡ παῤῥησία ὑπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἔφασκον· πῶς ἂν εἴπωμεν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ θαυμάσια, ἀπιστούμενοι ἐκ τῶν ὁρωμένων.

ε. ΕΑΝ ΕΠΙΛΑΘΩΜΑΙ ΣΟΥ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ.] Ὅρα κἀντεῦθεν τὴν μεταβολήν. οἱ γὰρ καθ' ἑκάστην ἀκούοντες ὡς ἐκπεσοῦνται τῆς πόλεως, καὶ οὐ φροντίζοντες νῦν ἑαυτοῖς ἐπαρῶνται, εἰ ἐπιλάθοιντο αὐτῆς. τί δέ ἐστιν ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου; ἡ ἰσχύς μου, φησίν, ἡ δύναμίς μου ἐπιλάθοιτό μου, καὶ γενοίμην ἄφωνος ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν, ἐὰν μή σου μνησθῶ. ἡ δεξιὰν αὐτοῦ καλεῖ τὴν βοήθειαν· βοήθεια δὲ αὐτοῦ ὁ θεός. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι λήθην μου ποιήσαιτο θεός, εἴποτε ἐγὼ ἐπιλησθείην τῆς Σιών. ἢ παιδεύων λέγει ταῦτα, ἵνα ταῖς ἐλπίσι ψυχαγωγούμενοι, τῶν ἀνδραποδισάντων μὴ μάθωσι τὴν ἀσέβειαν. τί δέ ἐστιν, ἐὰν μὴ προανατάξωμαι; τουτέστιν, εἰ μὴ διηνεκῆ τὴν περὶ αὐτῆς ποιοῦμαι μνήμην, ἤτοι διήγησιν. ἢ ἀντὶ τοῦ· οὐχ ἁπλῶς αὐτῆς μνημονεύσω, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὕμνοις καὶ ἐν ταῖς ᾠδαῖς. τοῦτο γάρ ἐστιν προανατάξομαι, προαναρκρούσομαι· ὃ σφόδρα ποθούντων ἦν καὶ ἐκκαιομένων περὶ αὐτήν. Ἀκούσωμεν οὖν, καὶ παιδευθῶμεν, καὶ ζητῶμεν καὶ αὐτοὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἧς ἐξεπέσαμεν.

ζ'. ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΚΥΡΙΕ ΤΩΝ ΥΙΩΝ ΕΔΩΜ.] Καὶ τοῦτο ἐκκαιομένων. ὃ δὲ λέγουσι τοῦτό ἐστιν· Ἀπαίτησον δίκην, τοὺς οὐ βουληθέντας στῆναι μέχρι τῆς ἁλώσεως, τοὺς μὴ κορεσθέντας τῇ κατασφαγῇ, ἀλλ' ἐφυβριζομένους καὶ λέγοντας· κατασκάπτε ἕως ἂν ᾖ θεμέ-

præferebant. Illud autem *Qui abduxerunt*; id eſt, Qui nos captiuabant; alius, *Qui nobis inſultabant: qui in nos inſurgebant.* hi ſucceſſu temporis adeò mites ac manſueti facti ſunt, vt etiam vellent audire cantica noſtra; cur autem non permiſſi ſunt canere in terra aliena? Aiunt enim, *Quomodo cantabimus?* Quia nimirum minimè decebat vt profanæ aures arcana illa perciperent. Vel terram alienam cenſebant eſſe animas alienas, cauentes ne diuina ipſis efferrent, tamquam è loco proprio in alienum tranſlata. Hoc, inquiunt, minimè licet: nam etſi in corpora dominium obtineatis, animum tamen non ſuperabitis. Ceterùm hoc poſſis etiam aliter intelligere, vt quandoquidem eorum libertas per captiuitatem extincta erat dicant: Quomodo narrabimus ea mirabilia quæ in Ægypto & Hieroſolymis contigerunt, cùm ex ijs quæ cernimus fides eorum extenuetur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

5. SI OBLITVS FVERO TVI HIERVSALEM.] Vide hîc quoque magnam mutationem. Qui enim ſingulis diebus audiebant fore vt è ciuitate eijcerentur, id minimè curantes etiam ſibi ipſis modò dira imprecantur, ſi eius fuerint obliti. Quid eſt autem *Obliuioni detur dextera mea?* Robur, inquit, & vires meæ mei obliuiſcantur, & mutus euadam propter malorum magnitudinem, ſi non meminero tui. Vel dexteram ſuam appellat auxilium ſuum: auxilium autem eius Deus. Vult igitur dicere: Obliuiſcatur me Deus, ſi quando ego oblitus fuero Sionis. Vel hæc docendo dicit, vt hiſce ſpebus animati, eorum qui ipſos in ſeruitutem abduxerant impietatem minimè diſcerent. Quid porrò eſt illud, *Si non propoſuero?* hoc eſt, Si non perpetuam habuero eius memoriam, ſiue narrationem. vel ac ſi dicat: Non ſimplicem eius faciam commemorationem, ſed etiam in hymnis & in canticis. Hoc enim ſibi vult iſtud *propoſuero*, id eſt præluſero: quod erat valdè deſiderantium & eius cupiditate incenſorum. Audiamus igitur, & diſcamus, & quæramus etiam nos ipſi ſupernam Hieruſalem, à qua excidimus.

Quanto Iſraëlita deſiderio Hieruſalem tenerentur.

7. MEMOR ESTO DOMINE FILIORVM EDOM.] Hoc etiam eſt eorum qui inflammati ſunt. quod autem dicunt eſt eiuſmodi: Pœnas de ijs ſume, quibus non ſufficiebat quòd capta eſſet ciuitas; nec ſatiati erant eius euerſione, ſed inſultabant & dicebant: Effodite donec fuerit funda-

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

mentum in ea. Hi autem erant Arabes, qui vnà cum Babylonijs tunc ipsos inuaserant. Verbum autem *Memento* nunc in malam partem sumitur. deficit autem particula *in*: vt sit sensus, *in die* scilicet afflictionis. Filios autem Edom dicit eos qui ex Esau sunt, qui Hierosolymæ obsidionem pro festo habebant. Deinde etiam de Babylonijs vaticinatur, *Filia Babylonis misera*; alius *vastata*, alius *diripienda*; filiam Babylonis appellans ipsam Babylonem, sicut etiam filiam Sion ipsam Sionem. Nec abs re; quandoquidem priusquam istæ ciuitates, Sion inquam & Babylon extruerentur, ipsæ regiones sic vocabantur. Meritò igitur ipsas appellat filias, vtpote cùm ciuitates istis locis insertæ sint. Vates autem prædicit mala quæ ipsi euentura sunt, miseram eam appellans propter mala quæ illam erant comprehensura, in hoc quoque docens Iudæos, & ostendens Dei potentiam esse per totum orbem terræ porrectam. Et illam quidem miseram pronuntiat, beatum verò illum qui ei redditurus erat id quod fecerat. Quapropter alius pro *retributione* ait, *quam antè fecisti nobis*; Cyrum insinuans. Hunc igitur beatum pronuntiat, qui, inquit, dignabitur in te facere quæ in nos tu fecisti. Quænam ista? nempe elidere paruulos tuos ad petram: q. d. ita vt ne paruulis quidem tuis parcat, sed hos etiam ad lapides petrasque collidat: quod declarat omnimodam abolitionem. Hæc etsi plurimo furore plena sint, sunt tamen verba perturbati animi captiuorum, magnam aliquam vindictam exposcentium. Si autem Prophetæ sententiam inquisieris, audies dicentem, *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Quando autem narrat aliorum animi perturbationes, describit furorem, qui etiam vsque ad immaturam ætatem iram extendebat. Ceterùm nouum Testamentum non ita se habet, sed inimicos etiam nostros pascere & potare iubemur, & orare pro ijs qui nos lacessunt.

Imprecatur mala Babylonijs.

Psal. 7.

λιος ἐν αὐτῇ. Οὗτοι δὲ ἦσαν Ἄραβες, ἐπιθέμενοι τότε μετὰ Βαβυλωνίων. τὸ δὲ μνήσθητι νῦν ἐπὶ κακῷ. λείπει δὲ τὸ κατὰ· ἵν᾽ ᾖ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κακώσεως δηλονότι. υἱοὺς δὲ Ἐδὼμ λέγει τοὺς ἀπὸ Ἡσαῦ, οἱ ἑορτὴν ἡγήσαντο τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν. εἶτα προφητεύει καὶ περὶ Βαβυλωνίων· θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος· ἕτερος ἡ προνομευομένη, ἄλλος ἡ διαρπαγησομένη· θυγατέρα Βαβυλῶνος λέγων αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα, ὥσπερ καὶ θυγατέρα Σιὼν τὴν Σιών. οὐκ ἀναιτίως· ἐπεὶ καὶ πρὸ τοῦ πολισθῆναι τὰς πόλεις, τὴν Σιὼν λέγω καὶ τὴν Βαβυλῶνα, οὕτως ἐλέγετο τὰ χωρία ταῦτα. εἰκότως οὖν θυγατέρας ταύτας καλεῖ, ὡς ἐπιγινομένων τῶν πόλεων τοῖς χωρίοις. προλέγει δὲ τὰ συμβησόμενα αὐτῇ κακὰ ὁ προφήτης, ἀθλίαν αὐτὴν ἀπὸ τῶν καταληψομένων κακῶν καλῶν, κἀν τούτῳ παιδεύων τοὺς Ἰουδαίους, καὶ δεικνὺς τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν πανταχοῦ γῆς ἐκτεταμένην. καὶ ἐκείνην μὲν ταλανίζει, μακαρίζει δὲ τὸν ὃς ἂν ἀνταποδῷ αὐτῇ ὅπερ ἐποίησε. διὸ ἕτερος ἀντὶ τοῦ ἀνταπόδομα, ὃ προεποίησας ἡμῖν εἶπε· αἰνιττόμενος Κῦρον. τοῦτον οὖν μακαρίζει, ὅς, φησιν, ἀξιωθήσεται περὶ σὲ ποιῆσαι ἃ περὶ ἡμᾶς σὺ πεποίηκας. τί ταῦτα; τὸ ἐδαφίσαι τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν· οἷον, ὡς μηδὲ τῶν νηπίων σου φείσασθαι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα λίθοις προσαράξαι καὶ πέτραις· ὃ δηλοῖ τὸ ἄρδην ἀφανίσαι. ταῦτα εἰ καὶ πολλοῦ γέμει θυμοῦ, τοῦ πάθους τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἐστὶ ῥήματα, πολλὴν ἀπαιτούντων τιμωρίαν. ἂν δὲ τὴν τοῦ προφήτου γνώμην ζητῇς, ἀκούσῃ λέγοντος, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. ὅταν δὲ ἑτέρων διηγῆται πάθη, τὸν θυμὸν ὑπογράφει, ὃς καὶ μέχρι τῆς ἀώρου ἡλικίας τὴν ὀργὴν ἐκτεῖναι. ἀλλ᾽ οὐ τὰ τῆς καινῆς τοιαῦτα, ἀλλὰ ποτίζειν καὶ τρέφειν τοὺς ἐχθροὺς κελευόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων εὔχεσθαι.

CATENA PATRVM.

1 SVPER FLVMINA BABYLONIS.] ORIGENIS. Magnum cepit hos viros ciuitatis desiderium. Cur autem iuxta flumina consederunt? Quia cùm essent captiui, & in ho-

α. ΕΠΙ ΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολὺς ὁ πόθος τοῖς ἀνδράσι τῆς πόλεως. τίνος δὲ ἕνεκα παρὰ τοὺς ποταμοὺς ἐκάθισαν; ὅτι αἰχμάλωτοι ὄντες, καὶ ἐν πολεμίας

λεμίας εἰλημμένοι χώρας, ἔξω τειχῶν καὶ πόλεων ηὐλίζοντο.

β'. ΕΚΡΕΜΑΣΑΜΕΝ ΤΑ ΟΡΓΑΝΑ ΗΜΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερός φησι κιθάρας ἡμῶν, ἄλλος λύρας. καὶ τίνος ἕνεκεν τὰ ὄργανα ἐπήγοντο εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπιόντες, καὶ οὐ μέλλοντες αὐτοῖς χρῆσθαι; ᾠκονόμητο καὶ τοῦτο ὑπὸ θεοῦ, ὥστε καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἔχειν ὑπομνήματα τῆς πολιτείας τῆς προτέρας, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς δάκνεσθαι ὁρῶντας τὰ σύμβολα τῆς θρησκείας ἐκείνης.

γ'. ΟΤΙ ΕΚΕΙ ΕΠΗΡΩΤΗΣΑΝ ΗΜΑΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὰ ἐντεῦθεν ἐκέρδαινον, ἐν τῷ τοὺς βαρβάρους ἐπικεῖσθαι, καὶ τῶν ᾀσμάτων ἐπιθυμεῖν ἀκούειν τῶν παρ' αὐτῶν. ὅρα δὲ κἀντεῦθεν πόσην ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐδέξαντο τὴν διόρθωσιν. οἱ γὰρ ἐξορχησάμενοι, καὶ τῆς οἰκείας ἀποσκιρτήσαντες λατρείας, καὶ παντὶ τρόπῳ τὰ νόμιμα καταπατήσαντες, τοσαύτῃ ἀκριβείᾳ κέχρηνται ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, ὡς καὶ τῶν βαρβάρων ἐπικειμένων μετ' ἀπειλῆς τοσαύτης, καὶ ἐπιθυμούντων ἀκοῦσαι, μηδὲ οὕτως χαρίσασθαι αὐτῶν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἀλλὰ προτιμῆσαι τὸν νόμον, καὶ τηρῆσαι μετ' ἀκριβείας. τὸ δὲ καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς ἕτερός φησιν, οἱ καταλαζονευόμενοι ἡμῶν. οἱ πρὸ τούτου, φησὶν, ἐπεμβαίνοντες, καὶ κατεξανιστάμενοι, οὕτως τῷ χρόνῳ γεγόνασι πρᾶοι, καὶ ἐπιεικεῖς καὶ ἥμεροι, ὡς καὶ τῶν ᾠδῶν ἐπιθυμεῖν ἀκούειν τῶν ἡμετέρων. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐνέδωκαν οὗτοι· ἀλλ' ἔκλαιον, καὶ τὸν νόμον διετήρουν· καὶ οἱ τῶν προφητῶν δακρυόντων γελῶντες, καὶ χλευάζοντες, οὗτοι νῦν μηδενὸς ὑπομιμνήσκοντος αὐτοὺς εἰς δάκρυα ἐξέπιπτον. ἐξ ὧν καὶ οἱ πολέμιοι τὰ μέγιστα ἐκέρδαινον, ὁρῶντες αὐτοὺς οὕτως οὐ διὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, οὐδὲ διότι τῇ ἀλλοτρίᾳ διατρίβουσι δουλεύοντες, ἀλλὰ διότι τῆς οἰκείας ἐξέπεσον λατρείας. διὰ τοῦτο θρηνοῦντας φησὶ γὰρ, ἐν τῷ μνησθῆναι τῆς Σιὼν ἡμᾶς. καὶ οὐχ ἁπλῶς θρηνοῦσιν, ἀλλ' ἔργον τοῦτο ποιοῦνται. διὰ τοῦτο καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν, ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν. τουτέστι, διὰ τοῦτο συνηδρεύσαμεν, ὥστε κινῆσαι θρήνους καὶ ὀλολυγάς. τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ ἐφεῖτο ᾄδειν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας; οὐ γὰρ ἔδει βέβηλα ὦτα ἀκούειν τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων.

δ'. ΠΩΣ ΑΣΟΜΕΝ ΤΗΝ ΩΔΗΝ ΚΥΡΙΟΥ;] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἐφεῖται, φασὶν, ἡμῖν ᾄδειν. εἰ γὰρ καὶ τῆς πατρίδος ἐξε-

stili regione detinerentur, extra muros & vrbes habitabant.

> CATENA PATRVM.

2. SVSPENDIMVS ORGANA NOSTRA.] ANONYMI. Alius ait *citharas nostras*, alius *lyras*. Et quanam de causa tulerunt organa sua cùm in captiuitatem recederent, & ijs minimè essent vsuri? Hoc quoque fuerat à Deo prouisum, vt vel in aliena regione haberent monumenta prioris Reipublicæ, magisque morderentur & ægriùs ferrent, dum illius religionis signa viderent.

> *Cur Israëlitæ in captiuitatem organa secum acceperint.*

3. QVIA ILLIC INTERROGAVERVNT NOS.] CHRYSOSTOMI. Non parum hinc lucri capiebant, quòd eis barbari instarent, & cantica eorum audire cuperent. Vide autem quantam hinc correctionem ceperint ex captiuitate. Qui enim insolentes facti defecerant, & à religione sua resilierant, & legalia omni ratione conculcauerant, se in aliena terra tam gnauiter gesserunt, vt vel vrgentibus & minantibus barbaris, & audire cupientibus, ne sic quidem eorum desiderio gratificarentur, sed legem præponerent, eamque diligenter conseruarent. Illud autem *Et qui abduxerunt nos* alius ait, *Qui nobis insultabant*. Qui anteà, inquit, in nos inuehebantur, & in nos insurgebant, successu temporis adeò lenes, mites & mansueti facti sunt, vt etiam cantica nostra audire concupiscerent. Verumtamen hi minimè hoc ipsis concesserunt; sed flebant, & legem suam obseruabant: & qui Prophetis lacrymantibus illudebant, eosque subsannabant, hi nunc nemine illos admonente ad lacrymas conuertebantur. Vnde etiam hostes plurimum commodi percipiebant, videntes eos non tam captiuitate premi, neque adeò deflere seruitutem quam in aliena regione subibant, quàm quòd à suæ religionis cultu excidissent. Ideò enim lamentantes dicunt, *Dum recordaremur tui Sion*. Neque leuiter tantùm lugent, sed hoc munus suum faciunt. Quocircà dixit in principio, *Sedimus & fleuimus*. Id est, Idcircò congregabamur, vt fletus & eiulatus cieremus. Sed cur ipsis non permittebatur canere in terra aliena? Quia nimirum non decebat vt profanæ aures arcana illa perciperent.

> *Quam vtilitatem ceperint ex captiuitate.*

4. QVOMODO CANTABIMVS CANTICVM DOMINI?] ORIGENIS. Non licet, inquit, nobis canere. Etsi enim à patria excidimus,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dimus, legem tamen perpetuò seruamus. Vidisti animam ab afflictione ad sapientiæ studium esse deductam ærumnisque superiorem euasisse?

5. SI OBLITVS FVERO TVI.] ANONYMI. Vult dicere, Vt Deus mei obliuionem capiat, si ego vmquam tui oblitus fuero. Hoc simul & documentum est & vaticinium: vaticinium quidem, quod Hierosolymam recuperaturi sint; documentum verò, ne velint in Babylonia commorari, postquam præceptum Dei iusserit eos redire. Plurimi namque cùm illic moras traxissent, & possessiones obtinuissent, Hierosolymam & patriam contempserunt, ibidemque remanserunt Babylonicâ habitatione delectati. Hanc igitur ob causam docens eos ne patrias leges contemnerent, dixit hoc modo, Obliuiscatur mei Deus, si quando oblitus fuero Sionis.

Israëlitæ in captiuitate semper erant memores Sionis.

CHRYSOSTOMI. Vide hîc quoque magnam mutationem. Qui enim singulis diebus audiebant fore vt ex ciuitate exterminarentur, id non curantes nunc, etiam sibi dira imprecantur, si eius obliti fuerint. Quid est autem *Obliuioni detur dextera mea?* id est vires meæ. Et stultus euadam præ magnitudine malorum, si non meminero tui.

6. SI NON PROPOSVERO HIERVSALEM.] ORIGENIS. Quid est, *Si non proposuero Hierusalem?* Non simplicem, inquit, faciam commemorationem, verùm etiam in hymnis & in canticis. Illud enim est illud *proposuero*, siue præcinuero, quod erat valdè desiderantium & amore eius inflammatorum.

Quanto Israëlitæ Hierosolyma desiderio afficerentur.

7. QVI DICVNT, EXINANITE, EXINANITE.] CHRYSOSTOMI. Hoc quoque verbum est eorum qui inflammantur desiderio ciuitatis. Hoc est autem quod dicunt: Pœnas de ijs sume quibus non sufficiebat quod capta esset ciuitas, nec satiati erant eius euersione; sed instabant, & dicebant, Effodite donec fuerit in ea fundamentum, ita vt ne bases quidem manerent ciuitatis. Hi autem erant Arabes, qui tunc vnà cum Babylonijs Iudæos inuaserant: quorum frequenter meminit Propheta, & eos valdè reprehendit, quòd cùm legitimæ inter eos cognationes intercederent, hostibus acerbiores existerent.

8. FILIA BABYLONIS MI-

πίσομεν, ἀλλὰ τὸν νόμον μένομεν διαπηροῦντες. εἶδες φιλόσοφον ψυχὴν γενομένην ἀπὸ τῆς θλίψεως καὶ ὑψηλοτέραν τῶν δεινῶν;

έ. ΕΑΝ ΕΠΙΛΑΘΩΜΑΙ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι λήθην μου ποιήσαιτο θεὸς, εἰ ποτέ σου ἐγὼ ἐπιλάθωμαι. διδασκαλία δὲ ὁμοῦ ἐστὶ τοῦτο καὶ προφητεία· προφητεία μὲν, ὡς ἀπολήψονται τὴν Ἱερουσαλήμ· διδασκαλία δὲ, τοῦ μὴ ἐλέσθαι οἰκῆσαι τὴν Βαβυλῶνα, μετὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ τὸ κελεῦον αὐτοὺς ἐπανελθεῖν. πολλοὶ γὰρ ὡς χρονίσαντες αὐτόθι, καὶ κτησάμενοι, κατεφρόνησαν τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῆς πατρίων, καὶ ἀπέμειναν ἡσθέντες τῇ οἰκήσει τῇ ἐν Βαβυλῶνι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν διδάσκων αὐτοὺς μὴ καταφρονεῖν τῶν πατρίων νόμων, οὕτως εἶπεν, ὅτι ἐπιλάθοιτό μου ὁ θεὸς, εἴ ποτε ἐπιλησθείην τῆς Σιών.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν τὴν μεταβολήν. καὶ γὰρ οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀκούοντες ὅτι ἐμπεσοῦνται, καὶ οὐ φροντίζοντες νῦν, καὶ ἑαυτοῖς ἐπαρῶνται, εἰ ἐπιλάθοιντο αὐτῆς. τί δέ ἐστιν ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου; ἡ ἰσχύς μου. καὶ γενοίμην ἄφρων ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν, ἐὰν μή σου μνησθῶ.

ς'. ΕΑΝ ΜΗ ΠΡΟΑΝΑΤΑΞΩΜΑΙ ΤΗΝ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τί ἐστιν, ἐὰν μὴ προανατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλήμ; οὐχ ἁπλῶς οὐ μνημονεύσω, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὕμνοις καὶ ἐν ταῖς ᾠδαῖς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ προανατάξωμαι ἤτοι προαναχορεύσομαι, ὅπερ σφόδρα ποθούντων ἦν καὶ ἐκκαιομένων περὶ αὐτῆς.

ζ'. ΤΩΝ ΛΕΓΟΝΤΩΝ, ΕΚΚΕΝΟΥΤΕ, ΕΚΚΕΝΟΥΤΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα ἐκκαιομένων περὶ τὴν πόλιν. ὃ δὲ λέγουσι τοῦτό ἐστιν· ἀπαίτησον δίκην τοὺς οὐ βουληθέντας στῆναι μέχρι τῆς ἁλώσεως, μηδὲ κορεσθέντας τῇ κατασκαφῇ· ἀλλ' ἐφισταμένους, καὶ λέγοντας, κατασκάπτε ἕως ἂν ᾖ ὁ θεμέλιος ἐν αὐτῇ, ὡς μηδὲ τὰ βάθρα αὐτὰ μεῖναι τῆς πόλεως. οὗτοι δὲ ἦσαν Ἀράβιοι, ἐπιτιθέμενοι τοῖς Ἰουδαίοις τότε μετὰ τῶν Βαβυλωνίων· καὶ συνεχῶς αὐτῶν μέμνηται ὁ προφήτης, καὶ σφόδρα αὐτῶν κατηγορεῖ, ὅτι δικαίας συγγενείας πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες, τῶν πολεμίων ἐγίνοντο πικρότεροι.

ή. ΘΥΓΑΤΗΡ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ Η ΤΑΛΑΙΠΩΡΟΣ.]

Digitized by Google

ΠΩΡΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος ἡ διαρπαγησομένη, ἄλλος ἡ προνομευομένη. ἐνταῦθα δὲ δεικνὺς τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν οὐκ ἐν τῇ τῶν κακῶν ἀπαλλαγῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν πολεμησάντων ἀπωλείᾳ, προλέγει τὰ συμβησόμενα κακὰ ὁ προφήτης· καὶ ἀθλίαν ἀπὸ τῶν καλυψομένων αὐτὴν καλεῖ. κἀν τούτῳ παιδεύων τοὺς Ἰουδαίους, καὶ δεικνὺς τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκτεταμένην.

θ'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΟΣ ΚΡΑΤΗΣΕΙ ΚΑΙ ΕΔΑΦΙΕΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτῶν νηπίοις ὠμῶς ἐχρήσαντο, ἴσην αὐτοῖς τιμωρίαν ὁ προφήτης προείρηκε. Μακαρίζεται δὲ ὁ Κῦρος, ὁ κἀκείνους κολάσας, καὶ τούτους ἐλευθερώσας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ἐστι, μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. ταῦτα εἰ καὶ πολλοῦ γέμει θυμοῦ καὶ πολλῆς κολάσεως, τοῦ πάθους τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἐστὶ τὰ ῥήματα. πολλάκις γὰρ οἱ προφῆται οὐκ οἴκοθεν φθέγγονται, ἀλλὰ τὰ ἑτέρων πάθη διηγούμενοι. ἂν μὲν γὰρ τὴν αὐτοῦ γνώμην ζητῇς, ἄκουε λέγοντος, εἰ ἀνταπέδωκα, καὶ ἑξῆς. καὶ τὴν παρὰ τῶν νόμων διδομένην αὐτοῦ συμμετρίαν ὑπερβαίνοντος. ὅταν δὲ ἑτέρων διηγῆται πάθη, τὸν θυμὸν ὑπογράφει, τὴν ὀδύνην· ὃ δὴ καὶ νῦν πεποίηκε, τὴν ἐπιθυμίαν τὴν τῶν Ἰουδαίων εἰς μέσον ἀγαγών, οἳ καὶ μέχρις ἀώρου ἡλικίας τὴν ὀργὴν ἐξέτεινον. ἀλλ' οὐ τὰ τῆς καινῆς τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ ποτίζειν καὶ τρέφειν ἐχθροὺς κελευόμεθα, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων.

SERA.] ANONYMI. Alius *diripienda*, alius *vastata*. Hîc autem ostendens Dei vires non tam in liberatione à malis, quàm in oppugnantium perditione, Propheta prædicit mala quæ erant euentura; & vocat eam miseram propter mala quæ ipsam erant obrutura. In hoc quoque docens Iudæos, & ostendens Dei potentiam esse vbique terrarum diffusam.

CATENA PATRVM.

9. BEATVS QVI TENEBIT ET ALLIDET.] ORIGENIS. Cùm enim etiam ipsi illorum paruulis crudeliter abusi essent, parem ipsis pœnam Propheta prædixit. Cyrus autem beatus esse dicitur, qui illos punierat, & hos liberarat.

Cyrus Babylonios punivit & Israelitas liberavit.

CHRYSOSTOMI. Quid sibi vult istud, *Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.* Hæc etsi furore plurimâque vltione plena sint, sunt tamen verba perturbationis animi captiuorum. Prophetæ enim sæpè non ex suo sensu loquuntur, sed aliorum affectiones recensentes. Si enim eius quæris sententiam, audi dicentem, *Si reddidi*, &c. & modum qui à lege ipsi datus erat superantem. Quando autem narrat aliorum animi perturbationes, iram doloremque describit: quod vtique etiamnum fecit, Iudæorum cupiditatem in medium adducens, qui ad immaturam vsque ætatem iram extendebant. Verùm non talia sunt noui Testamenti præcepta, quibus etiam inimicis cibum potumque suppeditare iubemur, & orare pro ijs qui nos lacessunt.

Psal. 7.

ANNOTATIONES CORDERII.

PSALMVS hic inscribitur Τῷ Δαβὶδ Ἱερεμίου, *Ipsi Dauid Ieremiæ.* Vbi Græcum Scholion hæc annotat: Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. Εἰς τὸ Εὐσεβίου τῷ Δαβὶδ μόνον ἐπιγέγραπτο. Καὶ ἔξω ἀνεπίγραφος παρὰ τοῖς γ'. *Sine titulo apud Hebræos. In libro Eusebij tantummodò inscriptum est Ipsi Dauid. Et extra* (significat fortè *ad marginem*) *sine titulo apud tres illos.* Item aliud Scholion, quod Theodoreto tribuitur, habet: Οὗτος ψαλμὸς ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις· θρασὺ δέ τινες πρᾶγμα τετολμήκασιν ἐπιγράψαντες, τῷ Δαβὶδ διὰ Ἱερεμίου: *Psalmus hic sine inscriptione est apud Hebræos. Quidam verò impudens facinus ausi sunt inscribentes, Dauidi per Ieremiam.* Verùm licet hic titulus apud Hebræos non habeatur, & fieri possit, vt Dauid eum non addiderit præsenti Psalmo, sed posteà additus fuerit vel à Septuaginta Interpretibus, vel ab aliquo alio; tamen non ideò reijciendus est, quasi falsam historiam contineret, eò quòd Ieremias non fuerit vmquam in Babylone. Titulus enim non significat Ieremiam in Babylone fuisse, sed Psalmum compositum fuisse à Dauide præuidente & prædicente captiuitatem Babylonicam; quam posteà Iudæis imminentem Ieremias prædicauit, & præsentem deplorauit, & finem eius post septuaginta annos futurum denuntiauit. Ita Bellarminus.

1. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus,* &c.] Verba sunt Hebræorum Babylonicâ captiuitate detentorum: in quibus duo aduertit Chrysostomus; vnum, eos non ambulantes, sed sedentes luxisse; vt luctum non breuem, sed diuturnum indicarent; & in quo non laborare, sed requiescere sibi viderentur. *Illic sedimus*, inquiunt, *& fleuimus.* Alterum, eos non lugere propter calamitatem, in quam inciderant, sed propter religionem, quam amiserant. *Dum*

Luctus Hebræorum in captiuitate non breuis, sed diuturnus; non pro damno temporali, sed spirituali.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

recordaremur tui Sion. Quasi damnum temporale multò leuius quàm spirituale sustinerent. In eamdem captiuitatem antequam Iudæi mitterentur, auctore Ieremiâ sacrum ignem in puteo alto & sicco absconderunt, ne ab hostibus profanaretur. Non aurum, sed ignem occultarunt: quòd res sacras profanis anteferrent, vt rectè obseruat D. Ambrosius lib. 3. Officiorum cap. 14. *Non illis*, inquit, *studio fuit aurum defodere, argentum abscondere, quod seruarent posteris suis; sed honestatis curam habentes, sacrum ignem seruandum putarunt, ne eum vel impuri contaminarent; vel defunctorum sanguis extingueret; vel deformium ruinarum aceruus aboleret.* Vbi non mediocriter commendanda est eorum religio, temporales opes præ spiritualibus contemnentium. Cùm Nehemias in eadem captiuitate inclusus audisset illa verba, *Murus Hierusalem dissipatus est, & porta eius combusta sunt igni*, in lacrymas & lamenta erupit: *Sedi*, inquit, *& fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli.* In quem locum Beda lib. 3. cap. 15. *Si vir Sanctus*, inquit, *audiens destructa lignorum & lapidum ædificia rectè lugebat, ieiunabat & orabat, diu sedens in tristitia; quantò magis in destructione & ruina animarum continuus luctibus & orationibus insistendum?* Sic ille. Origenes verò Hom. 15. in Numeros locum hunc peccatoribus accommodans sic exponit: *Mesopotamia dicit terram quæ inter flumina Babylonis iacet; de quibus scriptum est: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur tui Sion. Si quis ergo inter ista flumina fuerit Babylonis, si quis rheumatibus libidinis inundatur, & luxuriæ æstibus circumluitur; iste non dicitur stare, sed sedere: & ideo qui illic comprehensi sunt dicebant: Illic sedimus & fleuimus, cùm recordaremur tui Sion. Sed neque flere quidem anteponit, nisi cùm recordati fuerint Sion. Bonorum namque recordatio malorum causas lamentabiles facit.* Hi ergo qui sedent super flumina Babylonis peccatores sunt, qui in sceleribus iacent: hi autem non stare, sed sedere dicuntur; quia difficulter ad cursum virtutis redeunt: tum etiam lacrymas fundere sedentes dicuntur; quia multo mœrore atque tristitiâ obruuntur. Omnibus quidem hominibus aliquando lacrymæ suboriuntur; quia nullus est, cui quandoque aliqua mala non eueniant. Et quidem hoc accidit tam iustis quàm impijs. Ceterùm iusti deambulantes lacrymantur; iuxta illud, *Euntes ibant & flebant*; quia citò excutiunt labores ac dolores: at verò impijs sedentibus lacrymæ oboriuntur; quia eorum mala diutiùs durant, & semper in illis perseuerant. Vbi etiam expende illud, *Dum recordaremur tui Sion.* Quandoque enim peccatores tanguntur pœnitentiâ, & malefacta deplorant: verùm hoc eis euenit, quia Sionis recordantur. Etenim ita peccator malorum fæcibus inhæret, vt nisi aura cælestis adspirauerit, malorum pœnitudine tangi non possit. Hoc autem præcipuè accidit, dum Sion in memoriam venit: quia cælestis patriæ recordatio lacrymas ciet, ad pietatem inducit, & hæc caduca contemnere docet.

2. Macchab. 1, 19. *Res sacra profanis anteferenda.*

Ruina spiritualis lugenda potiùs quàm temporalis. 2. Esdræ 1, 3. Ibidem vers. 4.

Peccatores sedent super flumina Babylonis.

Psal. 125, 6.

2. *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.*] Apud S. Chrysostomum pro voce *organa* alius κιθάρας, *citharas*, alius λύρας, *lyras* posuit: significant autem omnis generis musica instrumenta, quæ in recordationem diuinæ pietatis colendæ conferebant, se ob exilij mœrorem in locis palustribus ad salices fluminum suspendisse. Salices autem in arcano sermone, vt apud Photium in Bibliotheca prodit S. Methodius, adumbrant virginitatem: Ἐπειδὴ τὸ ἄνθος αὐτῶν εἰς ὕδωρ ἀποζεσθὲν ἂν ποθῇ, πᾶν ὅσον εἰς λαγνείας ἀναζῇ καὶ ἐρεθισμὸν ἀποσβέννυσιν, ἕως ἂν εἰς ἄγονον ἀποστρέψῃ τὴν ἐπὶ παιδοποιΐαν σποράν: ὥσπερ δὴ καὶ ὁ Ὅμηρος ᾐνίξατο, διὰ τοῦτο καλέσας ὠλεσικάρπους τὰς ἰτέας: *Quia flos salicum si in aqua decoctus sumatur, quidquid ad coitum excitat & libidinem extinguit, donec genitalem sementem sterilem penitus reddat: quemadmodum & Homerus declarauit, qui salices ob eam causam frugiperdas nominauit.* Dicunt igitur animæ castæ piæque: *In salicibus suspendimus organa nostra.* Ὄργανα γὰρ ἀνακρεμῶσι τὰ σκηνώματα ἑαυτῶν, ἃ κρεμάσασαι ἀπὸ τῶν πεισμάτων τῆς ἁγνείας, ἐξάψασαι τῷ ξύλῳ, ἵνα μὴ διολισθῶσιν ἐξαρπασθεῖσαι πάλιν παρασυρῆναι τῷ ῥεύματι τῆς ἀκρασίας: *Organa enim* (inquit ibidem Methodius) *vocant habitacula sua, quæ suspenderunt à funibus castitatis, vt tangant laquearia, ne rursum abiecta in intemperantiæ lacu volutentur.* Hæc castorum princeps cura est & continuum opus, sese à terra disiungere, attollere mentem & cogitationem in cælum, beato suspendio esse eleuatos, nec permittere vt animus, vt ipsa membra, quæ organa sunt Spiritus sancti, vllâ contagione polluantur. In salicibus suspenduntur, omnem speciem inhonesti motus refugiunt, coërcent corporis sensus, & nimiam eorum libertatem comprimunt. Denique flent super flumina Babylonis dum Sionis recordantur, & deplorant huius vitæ miserrimam & continuam calamitatem, in qua semper domi & foris sunt hostes omni ratione metuendi, qui insidias pudicitiæ moliantur.

Salices sunt typus virginitatis.

Casti continuò mentem à terrenis auocant.

4. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*] Cur ab his etiam actibus lege nequaquam vetitis abstinerent, multiplex ratio esse potest: vna, ne scandalum præberent Babylonijs, facilè suspicaturis ab Hebræis in ea re diuinam legem violari. Altera, ne ijsdem præberent occasionem contemnendi & irridendi diuinos ritus, & margaritas more porcorum conculcandi. Tertia, ne si festiuis cantilenis in terra aliena indulgerent, paulatim in obliuionem Hierosolymæ, templi diuinorumque rituum ac celebritatum inducerentur. Denique potissima ratio cur à diuinis cantibus abstinuerint videtur fuisse illa, vt nimirum diuinam legem etiam vltra quàm ea præciperet cautiùs & accuratiùs custodirent. Ita D. Basilius, S. Chrysostomus & alij superiùs in Catena citati insinuant. Modos ergo musicos vt canerent à Babylonijs requisiti Israëlitæ respondent: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* quasi dicant, Fieri non posse, & omnino nefas esse, vt à patrijs sedibus exules suaue quidpiam cantent. Ad rem moralem pulchrè locum hunc trahit Origenes Hom. 2. in Ieremiam, dicens exules & extorres esse peccatores, qui à virtute & Regno Dei exterminantur: hi autem suaue canere non possunt; quia minimè gratas Deo preces effundere possunt quamdiu in Babylone, id est peccatis,

Rationes cur in terra aliena non canerent Hebræi.

Peccatores non possunt suauiter canere & orare.

Digitized by Google

catis, commorantur: sed vbi denuò in Hierusalem reducti fuerint per virtutem, iterùm resumptis organis melodiam reddent. *Si autem* (verba Origenis sunt) *venerimus in Hierusalem, in locum visionis capacis, organa, quæ antè otiosa pendebant, tunc assumuntur in manibus, tunc grauiter citharizamus; & non est tempus, quo non laudemus Deum per organa, quæ habemus in manibus.* In eumdem sensum trahit quoque versum illum: *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Qui enim Babylonem habitant, & Babyloniorum fluminum ripas incolunt, id est peccatores, suspendunt organa, id est, orationes negligunt & intermittunt; quia quo sonum reddant Deo gratum vix habent. Vbi etiam nota, ex quarum arborum ramis tympana, lyras & citharas suspenderint, scilicet *in salicibus.* Salices autem arbores sunt steriles, quæ nullum omnino fructum ferunt; quapropter peccatorum symbolum sunt. Ergo qui per peccatum sterilis est suspendit musica spiritus instrumenta; quia vires adimit orationi, quâ Deum placare posset.

5. *Si oblitus fuero tui Hierusalem.*] Iansenius notat eum loqui de obliuione quoad signa facta, hoc est de tali quâ ex signis & factis iudicatur quis alicuius oblitus; quomodo dicimus eum oblitum mortis paternæ, quem videmus vacare delicijs, cantibus & iocis. Ita enim vult hìc significare, se non vacaturum carminibus & musicorum instrumentorum delectationi, quasi oblitus esset ipsius Hierusalem.

IBIDEM. *Obliuioni detur dextera mea.*] Id est, Pereat dextera mea, arescat, non sit vlli vsui. Quorum enim obliuiscimur ea non ampliùs curamus, neque conseruamus. S. Hilarius & S. Augustinus legunt actiuè: *Obliuiscatur me dextera mea.* Et sic putant recentiores vertendam esse vocem Hebraicam תִּשְׁכַּח *tischcah;* sed vox Hebraica (inquit Bellarminus) rectissimè accipitur etiam passiuè. Vnde S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *In obliuione sit dextera mea.* Et S. Hilarius testatur vocem Græcam ἐπιλησθεῖν passiuè accipiendam, *quâ,* inquit, *non vt ipsa obliuiscatur, sed vt obliuio eius fiat, ostenditur. Et magni periculi res est si dextera nostra fiat obliuio.* Vbi enim dextera opera vacant, vbi non est vnde memoria sit nostri apud Deum per bona opera, magnum ibi periculum est, nisi mauis omnimodam iam ibi perditionem inueniri. Mala igitur sibi plurima imprecatur Dauid, si obliuione Hierosolymorum tangatur. Et subdit:

6. *Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ.*] Ac si dicat: Non modò Hierusalem recordabor, verùm etiam in principio lætitiæ meæ ponam. Quæ verba sic exponit Chrysostomus: *Quid est, Si non proposuero Hierusalem? Non solùm,* inquit, *tui memor ero in alijs, sed etiam in hymnis & canticis. Illud autem proposuero, hoc est in cantici proœmio ac præludio posuero.* Ac si dicat: Cùm carmina & poëmata legenda proponam (hæc enim vocat suam lætitiam Dauid) hoc in primis curabo, id vnum præcipuè intendam, vt de Hierusalem multa scribam, & in singulis ab ea capiam exordium. Per Hierusalem autem, quæ interpretatur visio pacis, non Hierosolymam intelligit

Hierusalem cælestis debet esse principium lætitiæ nostræ.

terrenam, sed cælestem beatitudinem: hanc vnam enim se canraturum spondet Propheta; vnde & ab illa Psalmos suos auspicatur his verbis, *Beatus vir,* &c. En tibi Christiane quo mœrorem omnem expellas, quid carminibus mandes, de quo argumento versus componas, nempe de cælesti illa patria: hoc vnicum lætitiæ & Musicæ subiectum sit.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.*] *Qui sunt* (inquit S. Augustinus) *paruuli Babyloniæ? Nascentes malæ cupiditates. Sunt enim qui cum veteri cupiditate rixantur. Quando nascitur cupiditas, antequam robur faciat aduersum te mala consuetudo; cùm paruula est cupiditas, nequaquam praua consuetudinis robur accipiat; cùm paruula est elide illam: sed times ne elisa non moriatur, ad petram elide. Petra autem erat Christus.* Imperfectiones itaque paruulas ad petram elidere nihil aliud est, quàm Christi imitatione ex auxilio à nobis dato necare. Hoc qui fecerint beatos pronuntiat, vt qui liberi sint futuri à molesto & crudeli bello, quod effecti robustiores inimici omni virium contentione inferrent. Regius autem Vates hìc duo ponit, *Tenebit & allidet.* Si potes, vt Hercules in cunis, ab hostili genio immissos angues triumphali manu *elide* & præfoca: si non tantum est animi robur & herois constantia, *tene* saltem & coërce: in vtroque *beatus*; sed longè illud felicius, quòd palmam & nobilem victoriam tribuit. Quare, vt dixi, omni curâ & sapienti animaduersione prouidendum est, vt si quando primi existent motus, & vt in ventis, quos appellant Græci προδρόμους, *antecedentes,* præcurrentes, ij priùs quàm vires capiant extinguantur. Non est igitur differendum dum infausta proles generetur, & amplificetur malum, sed, quod aiebat sapienter D. Gregorius Nyssenus de Vita Moysis, animo magno interficienda sunt primogenita Ægyptiorum, & serpentis caput conterendum, & illinendi postes cruore agni immaculati, vt salui esse possimus. Ita Regius Vates hoc loco illum esse beatum cecinit, qui minutos fœtus Babylonis ad solum & petram eliderect, ne grauia deinde ab illis & infanda pateretur. Itaque quod factum esse præstat, & perquam vtile omnes fatentur, id vt maturè inchoetur, est omni prouisione connitendum. Cumque hoc constet, omne vitium atque scelus ex animo eijciendum & exterminandum esse; magni momenti est, subirò & opportunè id aggredi, & Dei nutu auspicijsque fretos inchoare. Principijs obsta sapienter dictum est. Quod illustrans magno iudicio Aristoteles lib. 5. Politicorum cap. 5. sic ait: Ἐν ἀρχῇ γίνεται τὸ ἁμάρτημα: *In principio peccatum consistit.* Et verum, inquit, est quod dicitur: Principium dimidium est totius. Ibidem ostendit exemplis, multa & grauissima mala enasci ἐκ μικρῶν, *ex paruis,* vt ipse appellat. Prætereà cap. 8. eiusdem libri ad conseruandam Rempublicam hoc in primis dat monitum, τὸ μικρὸν φυλάττειν, *in rem etiam paruam intendere;* cauendum ne id quod paruum est negligatur, néve in re parua peccetur. Sciebat enim Philosophus ille nobilissimus naturæ imbecillitatem communemque hunc hominum næuum, qui solent quæ ingrata sunt atque displicent vt ignotos homines præterire, & ne aspectu

Paruuli Babyloniæ sunt praua cupiditates.

1. Cor. 10, 4.

Beatus qui oborientia mala adhuc pusilla elidit.

Primi motus vitiorum extinguendi.

Principijs malorum occurrendum.

Res parua non negligenda.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

aspectu quidem suo dignari. Cumque illa tamen sæpè sint grauioris momenti, ex eorum contemptu & ignoratione multa mala atque incommoda pullulant. Itaque lib. 6. Politicorum sic etiam præclarè dicit, Ὀλίγοι μὲν πονηρὸν παρορᾶται, *Pusillum malum non attenditur, neque cernitur*, auctum verò & propagatum in oculos incurrit. Est autem prudentiæ, maximè Christianæ, nihil exiguum ducere aut negligendum, quod animæ bonum attingit; & in malis, quale vitium & peccatum est, celeriter occurrere, ne tenuibus è principijs, velut è scintilla, periculosum & magnum incendium nascatur, quod difficillimè possit extingui. *Periculosa* (inquit S. Hilarius in hunc Psalmū) *sunt iam robusta cupiditates; & difficulter adulta quæq; perimuntur.*

IN PSALMVM CXXXVII. ARGVMENTVM.

* Vulgata Ipsi Dauid.

1. * Psalmus ipsi Dauid Aggæi & Zachariæ.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Victorialis est, significans ea quæ post reditum contigerunt, quomodo gratias agant pro ijs quæ fuerant consecuti.

Ἐπινίκιός ἐστι, σημαίνων τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον, ὡς ἂν εὐχαριστῶσιν ὑπὲρ ὧν ἔτυχον.

PARAPHRASIS ANONYMI.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo; * & in conspectu Angelorum psallam tibi:

* Vulgata hæc postponit verbis sequentibus.

Ait populus: Quoniam gratias agam tibi coram testibus Sacerdotibus; ipsos enim Angelos vocat.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι·

Λέγει ὁ λαός· ὅτι εὐχαριστήσω σοι ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσιν· αὐτοὺς γὰρ ἀγγέλους καλεῖ.

Quoniam audisti * omnia verba oris mei:

* Vulgata omittit.

Quoniam, inquit, omnia quæcumque petij accepi.

Ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου·

Ἐπειδή, φησι, πάντα ὅσα ᾔτησα ἔλαβον.

2. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo,

Illud, inquit, nomen Adorabo & glorificabo, quod apud Babylonios despectui habitum fuit, tamen tam magnum ac potens apparet.

β΄. Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου,

Ἐκεῖνο, φασί, προσκυνήσω καὶ δοξάσω τὸ ὄνομα, τὸ μέχρι Βαβυλωνίων καταφρονηθὲν, φανὲν δὲ οὕτω μέγα καὶ δυνατόν.

Super misericordiâ tuâ & veritate tuâ:

Id est, Super clementiâ tuâ verâ.

Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου·

Ἀντὶ τοῦ, Ἐπὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου τῇ ἀληθινῇ.

Quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

Illud ipsum autem, inquit, nomen tuum adorabo; quandoquidem ostenderit magnificentiam suam quæ omnē aliam superat potestatē.

Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν, τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου.

Προσκυνήσω δὲ αὐτό, φησι, τὸ ὄνομά σου· ἐπειδὴ ἔδειξεν αὐτὸ τὴν μεγαλειότητα νικῶσαν πᾶσαν ἄλλην δυναστείαν.

3. In quacumque die inuocauero te, * velociter exaudi me:

* Abest à Vulgata.

γ΄. Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου·

Κατὰ

Digitized by Google

Κατὰ τὸ συνήθες λέγει τὸ ἐν ᾗ ἂν ἡμέρα. ἀντὶ τοῦ· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἔτυχον πάντων ὑπὲρ ὧν ἐπικαλεσάμην. ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος, ὡς καὶ ἐν τῷ ἑξῆς στίχῳ.

Πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου.

Ἀντὶ γὰρ εἰπεῖν ἐπολυώρησάς με, πολυωρήσεις με λέγει, τὸν χρόνον συνήθως ἐναλλάξας. τὸ δὲ, πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου, τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν. πολυωρείαν τὴν ἄγαν φροντίδα λέγει, ὥσπερ καὶ ὀλιγωρείαν τὴν ἄγαν ῥαθυμίαν. λέγει οὖν ὅτι σφόδρα ἐφρόντισας τῆς ψυχῆς μου ἐν τῇ δυνάμει σου. τὸ γὰρ ἐν ψυχῇ μου δυνάμει σου πρωθύστερον κεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐν δυνάμει σου τῆς ψυχῆς μου ἐφρόντισας.

δ'. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς·

Ὑπὲρ ταύτης, φησὶ, τῆς εὐεργεσίας δίκαιος εἶ παρὰ πάσης δυναστείας ὑμνεῖσθαι.

Ὅτι ἤκουσαν πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός σου·

Ἐπειδή, φησιν, ἔγνωσαν πάντες ὅσα ἀπέφηνας ὑπὲρ ἐμοῦ.

έ. Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου·

Ὁδοὺς κυρίου τὰς πράξεις αὐτοῦ λέγει. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὕμνους ἀναπέμψουσί σοι ἐπὶ ταῖς πράξεσί σου ταῖς ὑπὲρ ἐμοῦ.

Ὅτι μεγάλη ἡ δόξα κυρίου.

Καὶ γὰρ ὑψοῖ, φησι, τοῦτο, καὶ μεγαλύνει τὴν σὴν δόξαν, γινωσκόντων ἁπάντων ὅτι θεὸν ἔχομεν ζῶντα, καὶ εἰσακούοντα ἡμῶν.

ϛ'. Ὅτι ὑψηλὸς κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ·

Μάλιστα γάρ, φησι, τοῦτό σε δοξάζει, ὅτι μέγας ὢν ἄγαν, οὐδὲ τῶν εὐτελεστάτων ἀμελεῖς, ἀλλὰ κἀκείνων φροντίδα ποιεῖς. τοιοῦτος γὰρ ὁ τῆς προνοίας σου λόγος, πάντα περιλαμβάνων, ὅσα καὶ ἐκτίσθη παρά σου τὴν ἀρχήν.

Καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει.

Κατὰ δύο τρόπους τὰ ὑψηλὰ λέγει, ἢ κατὰ τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων, ἢ κατὰ τοὺς τόπους τοὺς αὐτούς. κατὰ μὲν τὰ ἤθη τοῦτο σημαί-

PARAPHRASIS ANONYMI.

More solito dicit istud, *In quacumque die.* id est: Hæc enim dies est in qua consecutus sum omnia pro quibus inuocabam. Tempus enim immutatum est, vt & in sequenti versu.

* Multiplicabis me in anima mea virtute tuâ.

* *Vulgata* Multiplicabis in anima mea virtutem.

Pro eo enim quod diceret *Multiplicasti me* dicit, *Multiplicabis me*, more solito tempus immutans. Porrò illud, *Multiplicabis me in anima mea virtute tuâ*, talem habet sensum. Πολυωρείαν vocat valdè magnam curam, sicut ὀλιγωρείαν valdè magnam negligentiam. Ait itaque quod magnam curam gesseris animæ meæ in virtute tua. Illud *in anima mea virtute tuâ* præposterè ponitur, pro In virtute tua animæ meæ curam gessisti.

Quid sit πολυωρία & ὀλιγωρία.

4. Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ:

Pro hoc, inquit, beneficio dignus es ab omni potestate laudari.

Quia audierunt omnia verba oris tui:

Quoniam, inquit, cognouerunt omnes quæcumque pro me demonstrasti.

5. Et cantent in vijs Domini:

Vias Domini appellat actiones eius. Vult igitur dicere, quòd etiam hymnos tibi offerent pro tuis in me actionibus.

Quoniam magna est gloria Domini.

Hoc etenim exaltat, inquit, & magnificat gloriam tuam, cùm omnes cognoscant nos habere Deum viuum, & qui nos exaudiat.

6. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit:

Hoc enim, inquit, maximè te glorificat, quòd cùm valdè magnus sis, ne vilissima quidem negligas, sed eorum quoque curam geras. Talis est enim ratio prouidentiæ tuæ, vt omnia complectatur, quæcumque à te primùm condita sunt.

Prouidentia Dei æquè ad parua quàm ad magna se extendit.

Et alta à longè cognoscit.

Duobus modis alta vocat, vel secundùm humanam consuetudinẽ, vel secundùm ipsamet loca. Secundùm consuetudinem quidem hoc signifi-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

significat, quòd à superbis valdè remotus sis, sicut humilibus propinquus existis. Secundùm loca verò sic, quòd excelsis excelsior existas, ita vt ab illis quoque plurimùm segregatus sis.

νει, ὅτι τῶν ὑπερηφάνων σφόδρα ἀφέστηκας, ὥσπερ τῶν ταπεινῶν ἐγγύς εἶ. κατὰ δὲ τοὺς τόπους οὕτως, ὅτι καὶ τῶν ἄγαν ὑψηλῶν ὑψηλότερος εἶ, ὥστε κἀκείνων πολὺ ἀφεστάναι.

7. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me:

ζ. Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με·

Commendat Dei erga se beneuolentiam.

Ceterùm, inquit, re ipsâ ostendisti te talem esse. Ecce enim, inquit, in medio mortis eram; & cùm nihil te lateat eorum quæ geruntur, etiam quæsiuisti me, & viuificasti me. Nam illud *Si ambulauero* secundùm tempus immutatum est. Vult enim dicere, Quoniam me ambulante.

Ἔδειξας δέ, φησιν, ἀπὸ τοῦ πράγματος τοιοῦτος ὑπάρχων. ἰδοὺ γάρ, φησι, μεταξὺ θανάτου ἐγενόμην· καὶ ἐπειδὴ οὐδέν σε λανθάνει τῶν πραττομένων, καὶ ἐξεζήτησάς με, καὶ ἐζωοποίησάς με. τὸ γὰρ ἐὰν πορευθῶ ἐνήλλακται κατὰ χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι πορευθέντος μου.

Vulgata addit Et
manum tuam,

* Super iram inimicorum meorum extendisti * manus tuas,

Ἐπ' ὀργὴν ἐχθρῶν μου ἐξέτεινας χεῖράς σου,

Me itaque, inquit, tali quidem beneficio affecisti. Cùm autem videris inimicos meos valdè contra me iratos, & cædi intentos, extendisti super eos manus tuas, supplicio plusquam humano ipsos puniens.

Ἐμὲ μὲν οὖν, φησιν, οὕτως εὐηργέτησας. ἐπειδὴ δὲ εἶδες τοὺς ἐχθρούς μου σφόδρα ὀργιζομένους κατ' ἐμοῦ, καὶ φονῶντας, ἐξέτεινας ἐπ' αὐτοὺς τὰς χεῖράς σου, τιμωρησάμενος αὐτοὺς τιμωρίαν ὑπὲρ ἄνθρωπον.

Et saluum me fecit dextera tua.

Καὶ ἔσωσέ με ἡ δεξιά σου.

Tam mirabiliter enim, inquit, à dextera tua seruatus fui.

Οὕτω γάρ, φησι, παραδόξως καὶ ἐσώθην ὑπὸ τῆς σῆς δεξιᾶς.

8. Dominus retribuet pro me:

η. Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἐμοῦ·

Cùm ego, inquit, paucissimis stipatus hostes qui plurimi erant vlcisci minimè valerem, tu ipse pro me de ijs supplicium sumpsisti. Nam illud *retribuet* dicit pro retribuisti, tempore rursus immutato.

Ἐπειδή, φησιν, ἐγὼ ὀλιγοστὸς ὑπάρχων πολλοὺς ὄντας τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι οὐκ ἠδυνάμην, αὐτὸς ὑπὲρ ἐμοῦ τὴν τιμωρίαν αὐτοῖς ἀπέδωκας. τὸ γὰρ ἀνταποδώσει ἀνταπέδωκας λέγει, πάλιν ἐνηλλαγμένου τοῦ χρόνου.

Domine misericordia tua in sæculum:

Κύριε τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα·

Et nihil hoc, inquit, mirum est: talem enim te exhibuisti, cùm polleas benignitate atque clementiâ.

Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν φησι· τοιοῦτος γὰρ ἐνδείκνυσαι, ἐμπρέπων ἡμερότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ.

Opera manuum tuarum ne despicias.

Τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς.

Cùm ergo talis sis Domine, etiamnum nostri curam gere; quandoquidem sumus opera tua.

Τοιοῦτος οὖν ὑπάρχων δέσποτα, καὶ νῦν ποιοῦ φροντίδα ἡμῶν· ἐπειδὴ σὰ ὑπάρχομεν ἔργα.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστήσω σοι ἐξ ὅλης τῆς διανοίας μου, καὶ ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι· τούτους γὰρ λέγει ἀγγέλους· ὡς ἐν τῷ, Χείλη ἱερέως λαλήσει κρίσιν, ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν. ἢ ὅτι ὡς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐκεῖνοι, οὕτω μετ' αὐτῶν ᾄσαί σοι φιλονικήσω, καὶ βιάσομαι τὴν ἅμιλλαν πρὸς αὐτοὺς θέσθαι, καὶ συγχορεύσω ταῖς ἄνω δυνάμεσιν. Ἕτερος γὰρ ἀντὶ τοῦ ψαλῶ παῤῥησιάσομαί φησιν. Ἄλλος, Καὶ ἐναντίον θεῶν, ἤτοι τῶν ἱερέων καταρχομένων ἐκείνων καὶ προηγουμένων ἕψομαι καὶ ψαλῶ σοι· ὅτι ἤκουσας. Ἀλλὰ καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, φησὶν, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου. ἤτοι, εὐχαριστήσω, ὅτι πολλῆς ἀπέλαυσα κηδεμονίας· τῶν μὲν γὰρ ὡς ἀδικούντων ἀληθείᾳ χρησάμενος κατεψηφίσω τὸν ὄλεθρον, ἐμὲ δὲ τῷ σῷ ἐλέει διέσωσας. οὐ γὰρ ἐκ κατορθωμάτων ἀπέλαβον τὴν πατρίδα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους καὶ τῆς φιλανθρωπίας. ἐπὶ τούτοις σε προσκυνήσω, ἐπὶ τούτοις δοξολογήσω, ὅτι ἄξιον ὄντα κολάσεως καὶ τοῦ μένειν ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐπανήγαγες. Καὶ ἐμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, διὰ τῶν στοιχείων, διὰ τῶν ἐν οὐρανοῖς, διὰ τῶν ἐν τῇ γῇ. οὐκ ἔστι, φησὶν, οὐδὲν μέρος τῆς κτίσεως, ὃ μὴ φωνὴν ἀφίησι κηρύττουσαν τοῦ ὀνόματός σου τὴν μεγαλωσύνην. γράφεται καὶ, ἐμεγάλυνας ἐπὶ πάντας τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου. πότε δὲ πληροῦται τοῦτο, ἢ ὅταν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ; τὸ δὲ ἐμεγάλυνας οὐ κατ' αὔξησιν εἴρηται, ὡς ἐκ μικροῦ μέγα τοῦτο ποιῶν· ἀλλὰ φύσει οὖσαν μεγάλην, φανερῶν τὴν μεγαλειότητα αὐτοῦ. ὥσπερ τὸ, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, οὐ γὰρ βέβηλον ὂν ἁγιάζεται, ἀλλ' ὃ τυγχάνει ἀποδείκνυται.

γ'. ΕΝ Η ΑΝ ΗΜΕΡΑ ΕΠΙΚΑΛΕΣΩΜΑΙ ΣΕ.] Ὃ σὺ ἐπηγγείλω, φησὶν, αἰτῶ· εἶπας γὰρ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσῃ με εἰσακούσομαί σου· καὶ ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Τοῦτον αἱ ὀδυνώμεναι ψυχαὶ τάχιον βούλονται τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν. Ἄλλος, ἐπήκουσάς μου· καὶ ἀντὶ τοῦ πολυωρήσεις, συνέστησας τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον, μετέωρα δὲ λέγεται τὰ ὑψηλὰ, παρὰ τὸ αἰρεσθαι. καὶ μετεωρισμοὶ θαλάσσης τὰ ὑψώ-

1. CONFITEBOR TIBI DOMINE.] Id est, Gratias agam tibi ex tota mente mea, idque coram testibus Sacerdotibus: hos enim Angelos vocat; vt in illo, *Labia Sacerdotis * loquentur iudicium, quia Angelus Domini omnipotentis est.* Vel quia sicut illi in cælis, ita conabor tibi canere, & cum eis contendere, & choreas ducam cum supernis potestatibus. Alius enim pro *Psallam* ait *Confidenter prædicabo.* Alius, *Coram Dijs,* scilicet Sacerdotibus ipsis inchoantibus & præcedentibus ego subsequar & psallam tibi; *quoniam audisti.* Quin imò, inquit, *confitebor nomini tuo super misericordiâ tuâ.* Id est, Gratias agam, quia magnam tuam curam consecutus sum: siquidem veritate vsus, eos qui me iniurijs affecerant internecioni tradidisti, me verò misericordiâ tuâ seruasti. Non enim ex proprijs rectè factis patriam recepi, sed tuâ misericordiâ atque clementiâ. Propterea te adorabo, propterea te glorificabo, quòd me pœnâ supplicioq; & in aliena terra manere dignum reduxeris. *Et magnificasti super omne nomen sanctum tuum,* per elementa, per ea quæ sunt in cælis, per ea quæ sunt in terra. Non est, inquit, pars vlla creaturæ, quæ non emittat vocem prædicantē nominis tui magnificentiam. Scribitur etiam, *Magnificasti super omnes nomen sanctum tuum.* Quando autem hoc impletur, nisi cùm in nomine Iesu omne genu flectitur? Illud autem verbum *Magnificasti* non propter augmentum dictum est, quasi illud ex paruo magnum faciat; sed quod cùm naturâ suâ magnum sit, magnificentiam eius manifestet. Sicut istud, *Sanctificetur nomen tuum,* non significat illud cùm profanum esset sanctificari, sed id quod existit ostendi.

Malach. 2, 7.
** Vulgata custodient scientiam,*
Pollicetur Deo se gratum fore pro beneficijs.
Quomodo Dei nomen magnificetur.
Philpp. 2.
Math. 6, 9.

3. IN QVACVMQVE DIE INVOCAVERO TE.] Id quod tu promisisti, inquit, postulo: dixisti enim, *In quacumque die inuocaueris me exaudiam te; & dicam, Ecce adsum.* Hoc modo animæ dolentes volunt se quamprimùm à malis liberari. Alius, *Exaudisti me;* & pro *Multiplicabis* ait, *Constituisti in anima mea virtutes.* Quid est ergo quod dictum est? μετέωρα nempe dicuntur ea quæ sunt alta, à verbo αἴρεσθαι, id est eleuari. Et eleuationes maris dicuntur fluctus

Isaiæ 58, 9.
Quæ dicuntur meteora.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

fluctus elati. Illud ergo πολυωρήσεις idem est quod *eleuabis*. Exaltabis me in virtute tua; sicut etiam alibi dicit, *Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*; id est *eleuasti, exaltasti*. *Multiplicabis* igitur idem est ac si dicat, Implebis me lætitiâ multâ, & non sines hanc eleuationem atque lætitiam esse flaccidam, sed validam & potentem. Hoc enim sibi vult illud *virtute tuâ*. Et rectè dixit *anima mea:* quod est Dei maximè proprium recreare animas in afflictionibus. Vel *Multiplicabis* idem est quod multâ curâ & consolatione dignaberis. Quasi autem non satis habeat, si solus gratias agat, illos etiam qui gestant diademata adsciscit sibi socios gratiarum actionis. Nam & ipsi, inquit, audierunt munera tua; quandoquidem etiam omnibus in medio proposita sint, vt qui volunt possint eorumdem esse participes iisque frui: & non tantùm ipsis Regnum proderit, quantum audire verba tua. Vel erit, inquit, post Euangelicam prædicationem, quando omnes Reges terræ confitebuntur tibi, & audient omnia verba oris tui, & canent in vijs tuis, id est in legibus tuis, in præceptis tuis. Alius *vias tuas*, id est actiones & rectè facta tua commemorent celebrentque; quia magna siue omnibus clara & manifesta est via tua. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit*. Hoc magis per condescensionem dictum est. Illud verò sublimius est, *Et alta à longè cognoscit*. Hîc enim de præscientia agitur, quod est potentiæ Dei maximè proprium. Hoc namque, inquit, maximè te glorificat, quòd cùm magnus sis neque vilissima negligas. Siquidem prouidétiæ est cuncta complecti. Illud autem magnificentius est, quòd à superbis quoque longo interuallo recesseris, sicut & humilibus propinquus existis, & admodum excelsis excelsior es. Vel humiles quidem per virtutes respicit, mente autem sublimes per sapientiam cognoscit. Ait enim ipsum respicere illos in quibus proficit, & illos non respicere in quibus non proficit.

Psal. 11, 9.

Deus humilia respicit, & alta à longè cognoscit.

7. SI AMBVLAVERO IN MEDIO TRIBVLATIONIS.] Non dixit, Quoniam tribulationem expelles, sed, In ipsis malis manentem viuificabis me. id est, Etiam in pericula incidentem poteris me cõseruare: quod magis admirandũ est. Hæc autem sinceræ fidei vox est. Confido,

Deus in medio tribulationis suos saluat.

θέντα κύματα. τὸ πολυωρήσεις οὖν ἀντὶ τοῦ ἐπάρεις. ὑψώσεις με ἐν τῇ δυνάμει σου· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησι, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἀντὶ τοῦ ἐπῆρας, ὕψωσας. πολυωρήσεις οὖν οἷον, ἐμπλήσεις εὐφροσύνης πολλῆς, καὶ οὐκ ἀφήσεις τὸν μετεωρισμὸν τοῦτον καὶ τὴν εὐφροσύνην σαθρὰν γενέσθαι, ἀλλ' ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν. τοῦτο γὰρ τὸ δυνάμει σου. καὶ καλῶς εἶπε ψυχή μου· ὃ μάλιστα θεοῦ ἴδιόν ἐστιν ἀνακτᾶσθαι τὰς ψυχὰς ἐν ταῖς θλίψεσιν. ἢ πολυωρήσεις ἀντὶ τοῦ πολλῆς φροντίδος ἀξιώσεις καὶ ψυχαγωγίας. Ὥσπερ δὲ μὴ ἀρκούμενος, τὸ μόνος εὐχαριστεῖν, κοινωνοὺς προσλαμβάνεται καὶ τοὺς τὸ διάδημα ἔχοντας τῆς εὐχαριστίας. κἀκεῖνοι γάρ, φησιν, ἤκουσαν τὰ δωρήματά σου· ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἐν μέσῳ πρόκειται, ὥστε τοὺς βουλομένους μετέχειν τε καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν· καὶ οὐδὲν τοσοῦτον αὐτοὺς ἡ βασιλεία ὀνήσει, ὡς τὸ ἀκούειν σου τῶν ῥημάτων. ἢ ἔσται, φησί, μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, ὅτε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐξομολογήσονταί σοι, καὶ ἀκούσονται πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός σου, καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, τουτέστιν ἐν τοῖς νόμοις σου, ἐν τοῖς προστάγμασί σου. Ἄλλος ὁδούς σου, ἀντὶ τοῦ τὰς πράξεις τὰ κατορθώματά σου λεγέτωσαν καὶ ὑμνείτωσαν· ὅτι μεγάλη ἤτοι κατάδηλος πᾶσιν ἡ ὁδός σου καὶ σαφής. ὅτι ὑψηλὸς κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. τοῦτο συγκαταβατικώτερον εἴρηται. ὑψηλότερον δέ, καὶ τὸ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. ἐνταῦθα γὰρ περὶ προγνώσεως ὁ λόγος, ὃ μάλιστα τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεώς ἐστιν ἴδιον. μάλιστα μὲν γάρ, φησι, καὶ τοῦτό σε δοξάζει, ὅτι μέγας ὢν οὐδὲ τῶν εὐτελεστάτων ἀμελεῖς. τοῦτο γὰρ προνοίας τὸ πάντα περιλαμβάνειν. ἐκεῖνο δὲ μεγαλοπρεπέστερον, ὅτι καὶ τῶν ὑπερηφάνων σφόδρα ἀφέστηκας, ὥσπερ καὶ τῶν ταπεινοφρόνων ἐγγύς εἶ, καὶ τῶν ἄγαν ὑψηλῶν ὑψηλότερος εἶ. ἢ τοὺς μὲν ταπεινοὺς δι' ἀρετῶν ἐφορᾷ, τοὺς δὲ κατὰ διάνοιαν ὑψηλοὺς διὰ τῆς σοφίας γινώσκει. ἐφορᾶν μὲν γὰρ λέγει τοὺς ἐν οἷς χωρεῖ, καὶ τούτους μὴ ἐφορᾶν τοὺς ἐν οἷς οὐ χωρεῖ.

ζʹ. ΕΑΝ ΠΟΡΕΥΘΩ ΕΝ ΜΕΣΩ ΘΛΙΨΕΩΣ.] Οὐκ εἶπεν, ὅτι τὴν θλῖψιν ἀπελάσεις, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς μένοντα τοῖς δεινοῖς ζήσεις με. τουτέστι, διασῶσαι δυνήσῃ εἰς αὐτοὺς ἐμπεσόντα τοὺς κινδύνους· ὅπερ παραδοξότερον. εἰλικρινοῦς δὲ πίστεως ἡ φωνή. Θαρρῶ, φησιν,

φησιν, ὅτι κἂν πάντοθεν περιστοιχισθῶ συμφοραῖς, κρείττων ἔσομαι τούτων. καὶ ἐμὲ μὲν, φησιν, οὕτως εὐηργέτησας, καὶ ἐν μέσοις ὄντα δεινοῖς διέσωσας· ἐκείνους δὲ μαινομένους λυσσῶντας πῦρ πνέοντας κατέστειλας. σφόδρα γὰρ ὀργιζομένους μοι ἐκτείνας ἐπ' αὐτοὺς τὰς τιμωρητικάς σου χεῖρας, ἐμὲ ἔσωσας. καὶ γὰρ κἂν ἐγὼ ἀδυνατῶ πρὸς ἄμυναν, αὐτὸς ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποδώσεις. κἀντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς χεῖρα μὲν τὴν ἐνέργειαν καλεῖ, δεξιὰν δὲ τὴν ἀγαθὴν ἐνέργειαν. καὶ τῇ μὲν τιμωρίᾳ τῶν ἐχθρῶν τὴν χεῖρα συνέζευξε, τῇ δὲ εἰς αὐτὸν εὐεργεσίᾳ τὴν δεξιάν. ἢ ὡς ἕτερος, συντελέσει ἢ ἐπιτελέσει· τουτέστιν, ἀμυνεῖται τοὺς ἐχθρούς. μᾶλλον δὲ οὐκ ἀμυνεῖται, ἀλλὰ κἂν ὑπεύθυνος ὦ αὐτὸς καταθήσει. φιλάνθρωπος γὰρ ὤν, εἰ κἀγὼ ἄνθρωπος ὑπάρχω, καὶ ἁμαρτίαις ἐγκαλινδοῦμαι, καὶ ἀμείψασθαι τὰς εὐεργεσίας οὐ δύναμαι, ἀλλ' οὖν τὴν ἐμὴν φύσιν ἀνέλαβεν, καὶ τὸ ἐμὸν χρέος ἐκτίσει ὁ τούτων μοι γενόμενος χορηγός. εἶτα ἐν εὐχῆς μέρει δύο τίθησι δικαιώματα τοῦ τυχεῖν φιλανθρωπίας. Κύριε γάρ, φησι, τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα· τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς. ἓν μὲν, τὸ ἐλεήμονα αὐτὸν εἶναι καὶ ἀγαθὸν διηνεκῶς, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ διακόπτεσθαι τὴν φιλανθρωπίαν μηδὲ ἐνδιδόναι. ἕτερον, τὸ δημιουργὸν αὐτὸν εἶναι καὶ ποιητήν. ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τούτων ἀξιοῦμεν σώζεσθαι, οὕτω καὶ τοῦ ἐλέους ἄξιόν τι ἐπιδειξώμεθα. ἐλεήσω γάρ, φησιν, ὃν ἂν ἐλεῶ· τουτέστι, τὸν ἐλέους ἄξιον. οὐ γὰρ ἁπλῶς ὁ ἔλεος πρόεισιν, ἀλλ' ἔχει τινὰ καὶ αὐτὸς διάκρισιν.

inquit, quòd licet vndique circumdatus fuero calamitatibus, me tamen ijs superiorem euasurum. Ac me quidem, inquit, tali beneficio affecisti, & in medijs malis existentem conseruasti; illos verò furore rabieque percitos & ignem spirantes cohibuisti. Cùm enim in illos qui mihi admodum infensi erant vltrices manus tuas extendisses, me conseruasti. Etsi enim ego impotens fuero ad me vindicandum, tu ipse tamen pro me vltionem irrogabis. Hinc autem manifestum fit, quòd manum quidem appellet operationem, dexteram verò bonam operationem. Et vindictæ quidem inimicorum manum accommodauit, dexteram verò beneficentiæ sibi exhibitæ. Vel vt alius, *Consummabit* vel *Perficiet*; id est, Vlciscetur inimicos. Quin potiùs non vlciscetur me, sed quamuis reus fuero ipse condonabit. Cùm enim clemens sit, etsi ego homo sim, & peccatis inuoluar, & beneficijs paria referre non possim, attamen naturam meam assumpsit, & debitum meum exoluet is qui hæc mihi largitus fuit. Deinde in parte orationis duo ponit rectè facta ad clementiam impetrandam. *Domine* enim, inquit, *misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.* Vnum quidem, quòd ipse sit misericors & bonus, idque perpetuò, ita vt numquam interrumpatur nec cedat eius clementia. Alterum autem, quòd ipse sit effector & opifex. Sed quemadmodum ex eis conseruari volumus, ita etiam misericordiâ dignum aliquid ostendamus. *Miserebor* enim, inquit, *cuius misereor*; id est, eius qui dignus est misericordiâ. Non enim temerè prodigit misericordiam, sed ipse etiam aliquam distinctionem adhibet.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Rom. 9, 15.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τὰ ἐπαναστάντα αὐτοῖς Ἰουδαῖοι καταλύσαντες ἔθνη διὰ τῆς θείας ῥοπῆς, ὕμνον χαριστήριον προσφέρουσι τῷ θεῷ. ταῦτα τοίνυν ὁ θεῖος προαγορεύει Δαβίδ.

α΄. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ ΕΝ ΟΛΗ ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερός φησι, παῤῥησίᾳ ὁ θεὸς ᾄσω σε· ἄλλος, ἐναντίον θεῶν ᾄσω σοι. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ἂν μὲν οὖν ἀγγέλους λέγῃ ὡς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τοῦτό, φησιν, ὅτι μετ' αὐτῶν ᾄσαι σοι

ORIGENIS. Post reditum è Babylone, cùm Iudæi gentes quæ in ipsos irruerant diuinâ ope profligassent, hymnum gratiarum actionis Deo afferunt. Hæc itaque diuinus Dauid vaticinatur.

1. CONFITEBOR TIBI DOMINE IN TOTO CORDE MEO.] CHRYSOSTOMI. Alius ait, *Liberè Deus canam te*; alius, *Coram Dijs canam tibi*. Quid igitur sibi vult dictum istud? Si quidem Angelos dicat qui sunt in cælis, cum illis, inquit, conabor canere tibi,

CATENA PATRVM.

tibi, mihique vim inferam vt cum ijs concurram: etsi enim naturâ distent, animi tamen promptitudine cum ijsdem stare contendam. Sin autem id quod dictum est secundùm aliorum expositionem acceperimus, videtur mihi dicere de Sacerdotibus id quod de dijs dicitur. Sacerdotem enim Scriptura & Angelum & Deum vocat; modò quidem dicens, *Dijs non maledices: & Principi populi tui non dices male:* modò autem, *Labia Sacerdotis* * *loquentur scientiam, & de ore eius exquirent iustitiam; quoniam Angelus Domini omnipotentis est.* Si itaque quis ita acceperit, hoc dicit: Quoniam cum præsentibus Sacerdotibus, illis nempe inchoantibus, eo quo par est ordine subsequar & canam tibi.

Sacerdotes in Scriptura Angeli & Dij vocantur.

Exod. 22. 28.

Malach. 2. 7.

* *Vulgata* custodient

QVONIAM AVDISTI OMNIA VERBA.] CHRYSOSTOMI. Vidisti magnam gratiarum actionem? vidisti summam attentionem? non quemadmodum nonnulli molles & dissoluti, qui antequam quidem accipiant sunt vehementes, postquam verò acceperint elanguescunt. Sed hic quidem & antequam acceperit vrget, & postquam acceperit perstat agens assiduè gratias. Hinc autem ostenditur eum puras & optimas preces fudisse, ex eo quòd à Deo sit exauditus. Hoc enim maximè facit vt audiamur, quando ea petimus quæ à Deo dari par est, quando prompto & alacri animo petimus, quando nos præbemus dignos vt accipiamus.

Quales preces Deus exaudiat.

2. ADORABO AD TEMPLVM SANCTVM TVVM.] ANONYMI. Non est hæc quoque parua virtus, posse templum ascendere, & ascendentem cum pura adorare conscientia. Non enim flectere genua, nec ingredi, est id quod quæritur, sed cum pura conscientia animoque intento, non corpore solùm, sed & mente intus esse. Non parua autem dignitas est, vniuersorum Deum vt par est adorare.

SVPER MISERICORDIA TVA ET VERITATE TVA.] ORIGENIS. Vsus enim veritate inimicos quidem iniuriam irrogantes ad interitum condemnabis, me autem misericordiâ tuâ conseruasti.

QVONIAM MAGNIFICASTI SVPER OMNE NOMEN.] CHRYSOSTOMI. Non solum propter beneficia gratias ago, sed etiam propter gloriam ineffabilem & infinitam magnificentiam & naturam inenarrabilem.

Omnis creatura magnificat Deum.

φιλονεικήσω, καὶ βιάσομαι τὴν ἅμιλλαν πρὸς αὐτοὺς θέσθαι· εἰ γὰρ καὶ τῇ φύσει διεστήκασιν, ἀλλ' ὅμως τῇ προθυμίᾳ ἁμιλλήσομαι μετ' ἐκείνων στῆναι. εἰ δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν ἔκδοσιν ἐκλάβοιμεν τὸ εἰρημένον, τὸ θεῶν τῶν ἱερέων ἐμοὶ δοκεῖ λέγειν. καὶ γὰρ ἡ γραφὴ καὶ ἄγγελον καλεῖ τὸν ἱερέα καὶ θεόν· ποτὲ μὲν λέγων, θεοὺς οὐ κακολογήσεις· καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς· ποτὲ δὲ, χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ ἐκ στόματος αὐτοῦ ζητήσουσι δικαιοσύνην· ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν. ἂν τοίνυν οὕτως τις ἐκλάβοι, τοῦτό φησιν· ὅτι μετὰ τῶν παρόντων ἱερέων, ἐκείνων δηλονότι, καταρχομένων μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας ἕψομαι καὶ ἀκολουθήσω καὶ ᾄσω σοι.

ΟΤΙ ΗΚΟΥΣΑΣ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες εὐχαριστίαν πολλήν; εἶδες προσοχὴν ἐπιτεταμένην; οὐ καθάπερ ἔνιοι τῶν χαύνων καὶ διαλελυμένων, πρὶν μὲν λαβεῖν σφοδροὶ, μετὰ δὲ τὸ λαβεῖν ἀναπεπτωκότες. ἀλλ' οὗτος καὶ πρὶν μὲν λαβεῖν ἐπίκειται, καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν μένει διηνεκῶς εὐχαριστῶν. ἐντεῦθεν δὲ δείκνυται ὅτι καὶ καθαρὰν καὶ ἀρίστην ἐποιεῖτο τὴν εὐχὴν, ἐκ τοῦ ἀκουσθῆναι παρὰ τοῦ θεοῦ. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἀκουσθῆναι ποιεῖ ὅταν ταῦτα αἰτῶμεν, ἃ τὸν θεὸν ἄξιον δοῦναι, ὅταν μετὰ προθυμίας, ὅταν ἀξίους ἑαυτοὺς τοῦ λαβεῖν παρέχωμεν.

β'. ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΩ ΠΡΟΣ ΝΑΟΝ ΑΓΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μικρὰ καὶ τοῦτο ἀρετὴ, τὸ δύνασθαι ἐπιβαίνειν ναοῦ, τὸ ἐπιβάντα μετὰ καθαροῦ συνειδότος προσκυνεῖν, οὐ γὰρ δὴ τὸ κάμψαι γόνατα, οὐδὲ τὸ εἰσελθεῖν τοῦτ' ἔστι τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ τὸ μετὰ καθαροῦ συνειδότος καὶ διανοίας συντεταμένης, τὸ μὴ τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ ἔνδον εἶναι. οὐ μικρὸν δὲ ἀξίωμα, τὸ προσκυνεῖν τὸν τῶν ὅλων θεὸν ὡς χρή.

ΕΠΙ ΤΩ ΕΛΕΕΙ ΣΟΥ ΚΑΙ ΤΗ ΑΛΗΘΕΙΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῶν μὲν γὰρ πολεμίων ὡς ἀδικούντων ἀληθείᾳ χρησάμενος κατεψηφίσω τὸν ὄλεθρον, ἐμὲ δὲ τῷ σῷ ἐλέει διέσωσας.

ΟΤΙ ΕΜΕΓΑΛΥΝΑΣ ΕΠΙ ΠΑΝ ΤΟ ΟΝΟΜΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ διὰ τὰς εὐεργεσίας εὐχαριστῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτήν φησι δόξαν τὴν ἄφατον, τὴν μεγαλωσύνην, τὴν ἄπειρον, τὴν φύσιν τὴν ἄρρητον.

Ἐμεγα-

Digitized by Google

Ἐμεγαλύνθη γάρ, φησιν, ἐπὶ πάντας τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου διὰ τῶν εὐεργεσιῶν διὰ τῶν στοιχείων, διὰ τῶν ἐν οὐρανοῖς, διὰ τῶν ἐν γῇ. οὐκ ἔστιν οὐδὲν μέρος τῆς κτίσεως τῆς ἄνω, τῆς κάτω, ὃ μὴ φωνὴν ἀφίησι σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀνακηρύττουσαν τοῦ ὀνόματός σου τὴν μεγαλωσύνην. ἕτερος δέ φησιν, ἐμεγάλυνας ἐπὶ πάντας τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· ἄλλος, τὰ ὀνόματά σου, τὴν ῥῆσίν σου.

γʹ. ΕΝ Η ΑΝ ΗΜΕΡΑ ΕΠΙΚΑΛΕΣΩΜΑΙ ΣΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐπηγγείλατο λέγων, Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσῃ με εἰσακούσομαί σου, καὶ ἐρῶ, ἰδοὺ λαλοῦντός σου πάρειμι. καὶ αὐτὸς τοῦτο αἰτεῖ. τοιαῦται γὰρ αἱ ὀδυνώμεναι ψυχαί, τάχιον βούλονται τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν.

ΠΟΛΥΩΡΗΣΕΙΣ ΜΕ ΕΝ ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστιν, ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν ψυχήν μου πολυωρήσεις, ψυχαγωγίας καὶ θάρσους ἐμπλήσεις. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, συνέστης τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις. πολλῆς με, φησιν, ἐπικουρίας καὶ προνοίας ἠξίωσας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, συνέστης τὴν ψυχήν μου δυνάμει. καὶ γὰρ καὶ τὸ πρότερον, ἀντὶ τοῦ ἐπάκουσόν μου ἐπήκουσάς μου ἕτερός φησι. τί ἐστι τὸ εἰρημένον; μετέωρα λέγονται τὰ ὑψηλὰ παρὰ τὸ αἴρεσθαι. τί οὖν ἐστι πολυωρήσεις με; ἐπαρεῖς με, ὑψώσεις με. καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐπῆρας, ὕψωσας. πολυωρήσεις με οὖν· τουτέστιν, ἐμπλήσεις με εὐφροσύνης πολλῆς, μετέωρον ἐργάσῃ μου τὴν ψυχήν. εἶτα οὐκ ἀφήσεις τὸν μετεωρισμὸν τοῦτον καὶ τὴν εὐφροσύνην σαθρὰν γενέσθαι, ἀλλὰ δυνατήν, ἰσχυράν, βεβαίαν, ἀκίνητον. τοῦτο γάρ ἐστι δυνάμει σου. διὸ καὶ ἕτερός φησι, Συνέστης τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις. καὶ καλῶς εἶπε ψυχῇ μου· ὅπερ μάλιστα θεοῦ ἴδιόν ἐστι, τὸ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἀνακτᾶσθαι ψυχάς.

δʹ. ΟΤΙ ΗΚΟΥΣΑΝ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ γὰρ βουληθεῖεν τὰ μεγάλα καρπώσονται, καὶ κερδανοῦσι. τοιαῦτα γάρ σου τὰ δῶρα πᾶσιν ἐν τῷ μέσῳ πρόκειται, ὥστε τοῖς βουλομένοις μετέχειν, καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ ἡ βασιλεία αὐτοὺς ὀνήσει τοιοῦτον, οἷον τὸ τῶν σῶν ἀπολαύειν ῥημάτων.

εʹ. ΚΑΙ ΑΣΑΤΩΣΑΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΟΔΟΙΣ ΚΥΡΙΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐκτικῶς τὰ

CATENA PATRVM.

Magnificatum eſt enim, inquit, ſuper omnes nomen ſanctum tuum per beneficia, per elementa, per ea quæ ſunt in cælis, per ea quæ ſunt in terra. Nulla eſt pars creaturæ tam ſupernæ quàm infernæ, quæ non emittat vocem quauis tubâ clariorem prædicantem nominis tui magnificentiam. Alius autem dicit, *Magnificaſti ſuper omnes nomen tuum ſanctum*; alius *nomina tua, eloquium tuum.*

3. IN QVACVMQVE DIE INVOCAVERO TE.] ANONYMI. Hoc etiam ipſe pollicitus eſt dicens, *In quacumque die inuocaueris me exaudiam te, & dicam, Ecce loquente te adſum.* Ipſe itaque hoc petit. Tales enim ſunt animæ quæ dolore aliquo afficiuntur, ſtatim volunt à malis liberari.

Iſa. 58, 9.

MVLTIPLICABIS ME IN ANIMA MEA.] ORIGENIS. Id eſt, In potentia tua animam meam multiplicabis, & conſolatione & fiduciâ implebis. Symmachus autem legit hoc modo, *Conſtituiſti anima mea virtutes.* Multa, inquit, me ope ac prouidentiâ dignatus es.

CHRYSOSTOMI. Alius, *Conſtituiſti animam meam virtute.* Eſt enim in priori quoque illo: Pro *Exaudi me* alius ait *Exaudiſti me.* Quid eſt quod dictum eſt? *Meteora* dicuntur ea quæ alta ſunt à verbo αἴρεσθαι, id eſt *eleuari.* Quid igitur eſt *Multiplicabis me*? Eleuabis me, exaltabis me. Etiam alibi ait: *Multiplicaſti filios hominum.* id eſt, Extuliſti, eleuaſti. Multiplicabis me igitur; id eſt, Implebis me lætitiâ multâ, ſublimem efficies animam meam. Deinde non ſines hanc eleuationem atque lætitiam eſſe marcidam, ſed potentem, fortem, validam, ſtabilem, immobilem reddes. Hoc enim eſt virtute tuâ. Quapropter alius quoque ait, *Conſtituiſti anima mea virtutes.* Rectè autem dixit *anima mea*: quod eſt maximè Dei proprium, recreare animam in afflictionibus.

Meteora vnde dicta.

Pſal. 11, 9.

4. QVIA AVDIERVNT OMNIA VERBA.] ANONYMI. Si enim voluerint magnos hinc fructus referent, & magnum lucrum facient. Talia enim dona tua ſunt omnibus in medio propoſita, vt qui volunt poſſint eorum eſſe participes, iiſdemque perfrui. Nullam ergo tantam vtilitatem poterit eis Regnum afferre, quantam tua verba audire.

5. ET CANTENT IN VIIS DOMINI.] ORIGENIS. Per modum

CATENA PATRVM.

optandi futura dicit, rerumq́ue viciſſitudinem prædicit: quoniam Dei prouidentiam & gubernationem omnes admirabuntur. *Vias* enim gubernationes vocat.

ANONYMI. Alius, *Et cantent vias tuas Domine.* Illud quidem *in vijs tuis*, id eſt in legibus tuis: iſtud verò *vias tuas*, id eſt præclara tua facta laudent, & prædicent atque magnificent.

QVONIAM MAGNA EST GLORIA DOMINI.] ANONYMI. Hoc eſt, Omnibus aperta, omnibus manifeſta, ad omnium beneficia præparata, omnes habens ſibi per gratiam obnoxios.

6. QVONIAM EXCELSVS DOMINVS.] CHRYSOSTOMI. Ceterùm hactenus magis egit per condeſcenſionem. Illo autem quod ſequitur hoc etiam corrigit, & vel humilem auditorem ad magnam intelligentiam erigit. Quid hoc autem eſt, *Et alta à longè cognoſcit?* Hîc enim de præſcientia agitur: quod maximè eſt potentiæ Dei. Alius autem ait, *Et quæ elata ſunt*, id eſt alta. Cùm enim dixiſſet, *Excelſus Dominus & humilia reſpicit*, ſubiunxit, Quod etiam alta non ſolùm cognoſcat, verùm etiam ex magno interuallo priuſquam eueniant, priuſquam perficiantur.

Deus omnia præſcit.

7. SI AMBVLAVERO IN MEDIO TRIBVLATIONIS.] CHRYSOSTOMI. Rebus triſtibus, inquit, & inſidiantibus me circumſtantibus, in ſecuritate me conſtitues ab illis circumdatum.

SVPER IRAM INIMICORVM MEORVM EXTENDISTI MANVS TVAS.] ANONYMI. Alius, *Aduerſus ſpiritum inimicorum meorum extendes.* Vidiſti in vtriſque partibus magnam eſſe potentiam? Nam & me [inquit] in medijs malis verſantem conſeruare poteris, illos autem furore rabieq́ue percitos & ignem ſpirantes coërcere.

ET SALVVM ME FECIT DEXTERA TVA.] CHRYSOSTOMI. Alius, *Saluum me faciet dextera tua*, hoc eſt potentia tua, virtus tua. Deo enim facile & expeditum eſt, etiam ex rebus deſperatis ad ſalutem adducere. Ceterùm tam hoc quàm quæ ſequuntur dici etiam poſſunt de ijs quæ à Chriſto pro nobis facta ſunt: ipſe enim pro nobis retribuit.

ἐσόμενα λέγει, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων προλέγει μεταβολήν· ὅτι τοῦ θεοῦ τὴν προνοίαν καὶ τὴν οἰκονομίαν θαυμάσουσιν ἅπαντες. ὁδοὺς γὰρ τὰς οἰκονομίας καλεῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος, καὶ ᾀσάτωσαν τὰς ὁδούς σου κύριε. τὸ μὲν ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, τουτέστιν ἐν τοῖς νόμοις σου· τὸ δὲ τὰς ὁδούς σου, τὰ κατορθώματά σου ὑμνείτωσαν, καὶ κηρυττέτωσαν καὶ μεγαλυνέτωσαν.

ΟΤΙ ΜΕΓΑΛΗ Η ΔΟΞΑ ΚΥΡΙΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστι, πᾶσι κατάδηλος, πᾶσι σαφὴς, περὶ τὰς ἁπάντων εὐεργεσίας παρεσκευασμένη, πάντας ὑποδεβηκυίας ἔχουσα χάριτος.

ϛ΄. ΟΤΙ ΥΨΗΛΟΣ ΚΥΡΙΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλ' ἐνταῦθα τέως συγκαταβατικώτερον μᾶλλον. τῷ δὲ ἑξῆς καὶ τοῦτο διορθοῦται, καὶ εἰς μεγαλόνοιαν ἄγει καὶ τὸν ταπεινὸν ἀκροατήν. τί δὲ τοῦτό ἐστι, καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει; ἐνταῦθα γὰρ περὶ προγνώσεως ὁ λόγος· ὅπερ μάλιστα τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεώς ἐστιν. Ἄλλος δέ φησι, καὶ ἐπηρμένα, ἀντὶ τοῦ ὑψηλά. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὑψηλὸς κύριος καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ τὰ ὑψηλὰ οὐ γινώσκει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος πρὶν ἢ ἐκβῆναι, πρὶν ἢ ἐκτελεσθῆναι.

ζ΄ ΕΑΝ ΠΟΡΕΥΘΩ ΕΝ ΜΕΣΩ ΘΛΙΨΕΩΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Περιεστώτων, φησὶ, τῶν λυπηρῶν καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων, ἐν ἀσφαλείᾳ με καταστήσεις περιεστοιχισμένον ὑπ' αὐτῶν.

ΕΠ ΟΡΓΗΝ ΕΧΘΡΩΝ ΜΟΥ ΕΞΕΤΕΙΝΑΣ ΧΕΙΡΑΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος, Ἐκτενεῖς κατὰ τῆς ἀναπνοῆς τῶν ἐχθρῶν μου. Εἶδες ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη μεγίστην δύναμιν; ἐμέ τε γὰρ ἐν μέσοις ὄντα τοῖς δεινοῖς διασώσασθαι δυνήσῃ, ἐκείνους δὲ μαινομένους καὶ λυττῶντας καὶ πῦρ πνέοντας καταστεῖλαι.

ΚΑΙ ΕΣΩΣΕ ΜΕ Η ΔΕΞΙΑ ΣΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος, σώσει με ἡ δεξιά σου, τουτέστιν ἡ δύναμίς σου, ἡ ἰσχύς σου. εὔπορος γὰρ ὁ θεὸς καὶ εὐμήχανος, καὶ ἐξ ἀπεγνωσμένων ἱκανὸς εἰς σωτηρίαν ἀγαγεῖν. δυνατὸν δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἑξῆς ἐστὶν εἰς τὰ παρὰ Χριστοῦ γενόμενα ἑλκύσαι· αὐτὸς γὰρ ἀνταπέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

PSALMVS hic inscribitur Τῷ Δαβὶδ Ἀγγαίῳ καὶ Ζαχαρίᾳ. Sed illud *Aggei & Zacharia* in Hebræo & Vulgata & plerisque etiam vetustissimis Græcis Codicibus abest, neque apud S. Hilarium, Chrysostomum, Hieronymum, Augustinum, imò neque apud Theodotionem & Aquilam aliosque antiquos legitur, licet in Sixtina Editione Septuaginta habeatur. Argumentum autem Psalmi est gratiarum actio, quòd exaudiuerit Deus humilem orationem suam: pro qua re autem orauerit, & quid acceperit, varij variè sentiunt. Verosimile est petijsse aduentum Messiæ, & gratias agere, quòd exauditus præuiderit & prædicere potuerit Christi gloriam & Gentium conuersionem.

1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo; & in conspectu Angelorum*, &c.] In Scholio alius legit, Ἐναντίον θεῶν ᾄσω σοι, *Coram Dijs canam tibi:* apud S. Chrysostomum verò alius, Παῤῥησιάσομαί σοι, *Liberè & fidenter prædicabo te:* alius, Παῤῥησίᾳ θεάσομαί σε, *Cum fiducia intuebor te:* alius, Ἐναντι θεῶν μελῳδήσω σοι, *Coram Dijs modulabor tibi:* Vulgata legit, *In conspectu Angelorum psallam tibi:* & hoc facit initium secundi Versus, in fine primi legens; *Quoniam audisti verba oris mei:* vnde apud Græcos secundus versus incipit, sed in Hebræis abest. Piè simul ac doctè animaduertit Cresollius noster Mystagogi lib. 3. cap. 5. sect. 3. consueuisse Maiores, in cor suum, vt in adyta & secretam quamdam Basilicam religione venerandam ingressos, Parentem omnium Deum adorare: nam velut creatarum omnium rerum obliti, & suorum item commodorum immemores, in deuoti animi quiete attollebant oculos ad bonorum omnium fontem Deum, & coram inexplicabili illa Maiestate gloriâque prostrati, omni animi impetu Numen augustum venerabantur. Quo modo illa sumit D. Basilius in Psalmum 28. *Adorate Dominum in aula sancta eius*, & ait, vnumquemque esse posse domum Domini, templum Dei & aulam sanctam eius, in qua fiant adorationes illæ beatæ, summæ & infinitæ Mentis, quæ potentissimo dominatu omnia continet & gubernat. Hac ratione diuini homines, aris & religioni consecrati, semper in templo quodammodò hærere videantur, seu lapidibus ædificato, quod est multis quotidiano vsu commune; siue pijs cogitationibus extructo, quod Sanctorum proprium est & pietate insignium. Sic coronatus Vates sibi hunc secessum optabat, cùm ita religiosè canit: *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Vbi templum cor appellat suum atque animam, auctore D. Hilario; in quam velut Curiam honoratam cœtus quoque beatorum spirituum euocabat, adorationis suæ testes & summissionis. Nam cùm dixisset confiteri se *in toto corde suo*, addit, *Et in conspectu Angelorum psallam tibi.* Id genus religionis quo celebraret diuiniùs, in luce oculisque Angelorum obire cupiebat, vt cùm apud se reputaret eorum spirituum humilitatem, qui cùm ardeant amore Numinis & Triadis immenso lumine con-

Quanta fuerit Maiorum in orando pietas ac reuerentia.

In corde ara & templum Deo consecrandum.

uestiantur, se tamen nihili putant atque abijciunt, ipse pronus in terram, & sordibus suis inuolutus, indignitatem suam meliùs agnosceret & profiteretur. Ait igitur vir pius: *Adorabo*, vel vt est in Hebræo è Caietani versione, *Incuruabo me*, videlicet sub potenti manu Dei; quam vterque mundus veretur; *in toto corde meo:* ita nimirum, *vt nulla pars occupata in sæculi huius ambitione relinquatur, sed solidum & vniuersum Creatoris tantùm laudibus applicetur*, ait Cassiodorus ad hunc locum. *In conspectu Angelorum*; vel vt est in Græco ἐναντίον, *è diuerso, è regione.* vt quasi intimo in cordis sinu duos instrueret choros adorantium Deum, & hac in parte collocaret Angelos, se verò in alia; vt virtutis imitatione & pietatis cum ipsis cæli Proceribus nobilissimo conatu certare atque vnà tripudiare videatur, vt exponit S. Basilius. Hic cultus Deum sanè decet maximè, & deferri ab hominibus debet, sed præsertim à Sacerdotibus ac Religiosis, quorum vita diuinior est Angelisque propior; nec fieri meliùs potest quàm in ea secessione ab humanarum rerum commercio, & in arcano animi domicilio, vbi & nouum cælum reperiamus, & Dei solium & radiantem vndique Maiestatem. Quæ piè ponderans suauissimus deuotissimusque Bernardus Serm. 7. in Cantica, dolere se ait, quòd videat quosdam somnolentos in templo, *nec cæli ciues revereri*, sed in præsentia Principum tamquam mortuos apparere. Eam ipsam ob causam Tertullianus lib. de Oratione cap. 12. *Angelum orationis* vocat; & graui stylo illos arguit, qui Angelo orationis adstante se irreligiosos præbereut. Prætereà ijdem ipsi Hierophantæ Doctoresque religionis aiunt Angelos non sacrificio modò interesse augusto, & singulari animi reuerentiâ mirandam illam functionem honorare, verùm etiam & cum Sacerdote quodammodò sacrificare. Itaque S. Dionysius vocat συλλειτουργοὺς, *symmistas*, sacris simul operantes; & Cyrillus in Zachariam Μονονουχὶ συμπαρεδρεύοντας καὶ συλλειτουργοῦντας, *vnà quodammodò sacrificantes:* quod futurum aliquando ab illo Vate præuisum opinatur. Quod videtur quoque significare S. Ambrosius lib. 1. in Lucam, cùm in hunc modum de arcano mysterio loquitur: *Non dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, quando Christus immolatur.* Et quidem Magnum Gregorium Pontificem orbis terræ, mirabili sanctimoniâ præditum, cùm Sacris operaretur, cælestem ac diuinum Angelum Sacrosancti muneris socium habuisse Damascenus refert in Oratione de fidelibus defunctis. Hi ergo Hegemonij diuini nobis sunt duces & magistri ad reuerentiam in ædibus sacrosanctis & sacris functionibus atque orationibus adhibendam.

Cum Angelis orandum, & eorum deuotio imitanda.

2. *Magnificasti super omne nomen sanctum tuum.*] Ita etiam S. Augustinus, & Vetus & Vulgata: sanctus verò Hilarius legit *super omnia*; Psalterium Romanum *super nos.* Sunia & Fretela ad S. Hieronymum scripserant in suis se codicibus reperisse ἐπὶ πάντας, *super omnes:*

 sed

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

sed testatur S. Hieronymus in Septuaginta legi ἐπὶ πᾶν: quod S. Chrysostomus videtur accipere *in omni re*. Idem verò hæc addit: Alius, Ἐμεγάλυνας γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὀνόματά σου τὴν ῥῆσίν σου: *Magnificasti enim super omnia nomina tua verbum tuum*: alius, τὸ λόγιόν σου, *eloquium tuum*. Atque ita ferè interpretatur ex Hebræo S. Hieronymus in Epistola ad Suniam & in suo Psalterio.

3. *Multiplicabis me in anima mea virtute tuâ.*] Ita ferè S. Hilarius, qui vocem *mea* omittit; & S. Augustinus, qui *virtutem* ponit in accusatiuo, & non addit *tuam*. A Vetere Psalterio abest illud *me*. Romanum habet, *Multiplicabis in anima mea virtutem tuam*: Græcè autem est Πολυωρήσεις με: quod S. Chrysostomus & Theodoretus explanat Ἐπαρεῖς με, *Enehes me*, Ὑψώσεις με, *Exaltabis me*. Sed minimè recedendum à communi versione, præsertim cùm eodem modo versa sit ista dictio in Psalmo vndecimo, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*. Vbi vide quid ad istam vocem annotauimus. Apud S. Chrysostomum alius legit, Συνέστησας τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις, *Constituisti animæ meæ* (aut *in anima mea*) *virtutes*: Symmachus, Συνέσεις τῆς ψυχῆς μου δυνάμει, *Affuisti virtuti animæ meæ*: aliud Scholion, Αὐξήσεις με, πληθύνεις, φροντίσεις, πολὺ φυλάξεις, *Augebis me, cumulabis, curabis, multum custodies*: aliud Scholion, Ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν ψυχήν μου ψυχαγωγίας καὶ θάρσους ἐπλήρωσας, *In virtute tua animam meam consolatione & fiduciâ implebis*.

4. *Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ.*] Hoc est (inquit Arnobius ad hunc locum) Apostoli, qui terrenis voluptatibus imperant. Et alio loco, *Et nunc Reges intelligite*, Sanctos Apostolos, ait S. Hieronymus, intelligit, qui iudicant terram, hoc est Ecclesiam. Sic ad illud Isaiæ, *Vox Regum & Gentium congregatarum*, S. Basilius ait ibi *Reges* dici illos qui ad pastorale regimen Ecclesiæ eliguntur, quos nominatim quoque Dominus *filios Regni* esse dixit. Similia è sacris Oraculis adduci loca possunt, vbi templorum & Sacrarij præsidibus hæc gloriosa tribuitur appellatio. Cuius causam non

Apostoli & Sacerdotes sunt Reges terræ. Psal. 2, 10.

Isaiæ 13.

Matth. 13, 38.

contemnendam protulisse videtur lux Athenarum Magnus Dionysius Areopagita: ait enim in diuinis Litteris appellari vulgò Reges ac Deos τὰς ἐν ἑκάσταις ἀρχικωτέρας διακοσμήσεις, *gradus & ordines qui in singulis primas obtinent*: vel, vt eius Theologiam exponens S. Maximus, qui inter homines sint ἐξοχώτατοι, *facilè omnium præstantissimi*: quod in primis de sacrorum Pontificum ac Sacerdotum maiestate debet intelligi. Vide S. Dionysium de Diuinis nominibus cap. 12.

5. *Et cantent in vijs Domini.*] Ita Latini, præter Romanum, in quo est *in canticis Domini*: & in aliquibus Codicibus Græcis est ταῖς ᾠδαῖς: & in Metaphrasi Apollinarij,

Θεσπεσίαις μελέεσσιν ἀνυμνήσουσι θεοῖο,

Diuinis carminibus celebrabunt Deum:

Scholion quoque habet, ᾨδὰς τὰς θεοῦ ἀναγέγραφεν, ἃς ᾄδειν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πάντας ἐπαγγέλλεται, *Cantica Dei monumentis mandauit, quæ prænuntiat fore vt omnes qui ex Gentibus sunt canant*. Plerique tamen habent ἐν ταῖς ὁδοῖς, *in vijs*; & nonnulli ἐν ταῖς ὁδοῖς σου κύριε, *in vijs tuis Domine*. Quam lectionis varietatem videtur agnoscere etiam Chrysostomus: apud quem alius legit, Καὶ ᾀσάτωσαν τὰς ὁδοὺς κυρίου, *Et cantent vias Domini*: quas Theodoretus interpretatur οἰκονομίας, *rationes administrandi*; Scholiastes, τὰς ἀρετὰς τὰς φερούσας ἐπὶ τὴν γνῶσιν τὴν τοῦ θεοῦ, *virtutes quæ ducunt ad cognitionem Dei*.

6. *Alta a longe cognoscit.*] Vbi S. Augustinus: *Hoc sibi præstat superbus, vt à longè videatur, non vt non videatur*. Vt enim quæ à longè videntur, quantumuis magna & alta, tamen minima apparent; ita superbi quò magis intumescunt & extolluntur, eò minores sunt in oculis Dei, qui alta à longè cognoscit.

Superbi minimi in oculis Dei.

7. *Si ambulauero in medio tribulationis.*] Symmachus, Ἐὰν πορευθῶ διὰ μέσου θλίψεως, περισώσεις με: κατὰ τῆς ὀργῆς τῶν ἐχθρῶν μου ἐκτενεῖς χεῖρά σου, καὶ σώσει με ἡ δεξιά σου, Κύριος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ, *Si ambulauero per mediam tribulationem, saluum præstabis me: contra spiritus inimicorum meorum extendes manum tuam, & saluum me faciet dextera tua. Dominus perficiet pro me*: alius apud Chrysostomum, Κύριος συντελέσει, *Dominus consummabit*.

IN PSALMVM CXXXVIII. ARGVMENTVM.

1. In finem * ipsi Dauid Psalmus.

* Vulgata Psalmus Dauid.

α. Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβὶδ ψαλμός.

Sæpè dictum est, quomodo Psalmi Babyloniaci plurimam inter se habeant differentiam: eorum enim aliqui ex totius populi persona dicti sunt; alij verò solùm ex persona eorum qui apud ipsos erant admirationi. Atque illi quidem qui ex persona communi recitantur communes quoque sensus habent; qui verò ex virorum eximiorum persona proferuntur sunt accuratiores, & maiorem continent libertatem.

Sancti cum maiori libertate cũ Deo agũt.

Εἴρηται πολλάκις, ὡς διαφορὰν ἔχουσι πλείστην οἱ Βαβυλωνιακοὶ ψαλμοὶ πρὸς ἀλλήλους· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ προσώπου εἴρηνται παντὸς τοῦ λαοῦ· οἱ δὲ ἐκ προσώπου μόνων τῶν παρ' αὐτοῖς θαυμαστῶν. καὶ ὅτι οἱ μὲν ἐκ προσώπου τοῦ κοινοῦ κοινὰ καὶ τὰ νοήματα ἔχουσιν· οἱ δὲ ἐκ προσώπου τῶν ἐξαιρέτων ἀκριβέστεροί εἰσι, καὶ πλείονος μετέχουσι παῤῥησίας. ἡ γὰρ ἀρετὴ τῶν λεγόντων παρέ- *Virtus enim loquentium præbet ijs maio-*

Digitized by Google

θεοῖς γίνεται πλείονος παρρησίας αὐτοῖς. διαλέγονται δὲ οἱ τοιοῦτοι ψαλμοὶ καὶ περὶ φύσεως θεοῦ καὶ περὶ γνώσεως καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀκριβείας, ἅπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ψαλμοῖς ῥαδίως ἐστὶν εὑρεῖν. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμὸς, Βαβυλωνιακὸς μὲν οὖν καὶ αὐτὸς· ἐκ προσώπου δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς θαυμαστῶν εἰρημένος, δεομένων τοῦ θεοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν πάντων. ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων παρακαλεῖν. φασὶ γοῦν οὕτως·

maioris libertatis argumentum. Ceterùm Psalmi istiusmodi tum de natura Dei tum de cognitione eius aliaque perfectione disserunt, quæ in alijs Psalmis facile est reperire. Talis est etiam hic Psalmus qui præ manibus est, cùm & ipse quidem sit Babyloniacus; dictus autem ex persona eorum qui apud ipsos erant admirationi, Deumque præ ceteris etiam omnibus rogabant. Solent enim Sancti pro alijs quoque intercedere. Aiunt igitur hoc modo:

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Κύριε ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με·

β'. Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου.

Τὸ αὐτὸ λέγει νῦν ἐν τοῖς δύο στίχοις. ὃ γὰρ εἶπεν ἐν τῷ ἀνωτέρῳ στίχῳ, ὅτι οὐδέν σε λανθάνει τῶν κατ' ἐμὲ, τὸ αὐτὸ σαφέστερον εἶπεν ἐπαγαγών· ὅτι καὶ τὴν καθέδραν μου γινώσκεις καὶ τὴν ἔγερσιν. ἐπειδὴ γὰρ πάντα ἃ πράττομεν, ἢ ἑστῶτες, καὶ περιπατοῦντες πράττομεν, ἢ καθήμενοι, βουλόμενος εἰπεῖν ὅτι πάντα γινώσκεις τὰ κατ' ἐμὲ, ἐκ περιόδου τὸ αὐτὸ εἶπεν ἐπαγαγών· ὅτι κἀμὲ οἶδας ἀκριβῶς καὶ πάσας μου τὰς πράξεις.

γ'. Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν·

Οὐ γὰρ νῦν, φησι, καταμανθάνεις ἡμῶν τοὺς διαλογισμοὺς, ὁποῖοί ποτέ εἰσιν, ἐν συμφοραῖς ἐξεταζόμενοι· πόρρωθεν γὰρ αὐτοὺς ἐπίστασαι, καὶ οὐ μόνον ἀφ' οὗ ποιεῖν ἡμᾶς ἤρξω, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἡμᾶς εἰς τὸ εἶναι παραγάγεις. Καὶ τὸ αὐτὸ ἀκριβέστερον λέγοντες ἐπιφέρουσι·

Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας.

Τρίβον δηλονότι τὴν ὁδὸν λέγει, ὁδὸν δὲ τὴν πρᾶξιν, σχοῖνον δὲ τὸ μέτρον. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι καθάπερ οἱ σχοινίῳ μετροῦντες ἢ τόπους ἢ τοίχους, ἀκριβῆ λαμβάνουσι τοῦ μέτρου τὴν γνῶσιν· οὕτω καὶ αὐτὸς πάσης πράξεως τὴν δύναμιν ἐπίστασαι, καὶ ἀκριβῆ τῶν καθ' ἡμᾶς ἔχεις τὴν γνῶσιν, ὥσπερ οἱ σχοινίῳ τὴν κατάληψιν τῶν μέτρων εὑρίσκοντες.

DOMINE probasti me, & cognouisti me:

2. Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.

Hi duo versiculi eumdem sensum habent. Quod enim in superiori versu dixerat, Quoniam nihil rerum mearum te latet, hoc ipsum manifestius reddidit subiungens; Quia etiam sessionem & resurrectionem meam nosti. Cùm enim omnia quæcumque agimus, vel stantes, vel ambulantes, vel sedentes facimus, volens significare quòd omnia noueris quæ ad me pertinent, ex circuitione hoc ipsum dixit subiungens; Quoniam tam me quàm omnes actiones meas exactè nosti.

Deus omnia exactè nouit antequam fiant.

3. * Tu intellexisti cogitationes meas de longè:

** Abest à Vulgata vox Tu*

Non enim nunc, inquit, demum discis nostras cogitationes, qualescumque sint, dum in calamitatibus versamur; nam à longè illas cognouisti, & non solùm ex quo nos condere cœpisti, verùm etiam priusquam nos in rerum naturam produceres. Atque hoc ipsum accuratiùs docentes subiungunt:

Semitam meam & funiculum meum inuestigasti.

Semitam nempe vocat viam, *viam* autem actionem, *funiculum* verò mensuram. Vult igitur dicere: Quòd sicut qui funiculo vel loca vel parietes dimetiuntur, exactam capiunt mensuræ cognitionem; sic etiam ipse omnis actionis vim noueris, rerumque nostrarum exactam notitiam habeas, non secùs atque illi qui funiculo mensurarum reperiunt capacitatem.

Quid per semitam, viam & funiculum intelligatur.

4. Et

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

4. Et omnes vias meas prævidisti:

Quid autem dico, inquit, quòd cognoscas & percipias, cùm etiam præcognoscas ipsas actiones meas priusquam fiant.

* Vulgata sermo

Quia non est * dolus in lingua mea.

Sinceritas Dauidis.

Qui igitur, inquit, omnia nosti, scis etiam illud, quòd sincerus fuerim in pietate, nec ad alium Deum declinauerim, sicut bilingues, qui alia quidem loquuntur, alia verò in animo habent.

5. Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua:

Et idcircò, inquit, te inuoco, vt de rebus meis iudices; quandoquidem nihil te latet, neque eorum quæ cœpta sunt, neque eorum quæ desierunt.

Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Deus vt conditor omnia exactè nouit.

Et quid mirum, inquit, si actiones meas noueris & cogitationes, adeoque meipsum totum; quandoquidem conditor meus sis, & nullo modo te lateat figmentum tuum.

6. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Et quis, inquit, dignè possit scientiam tuam collaudare. Laus enim Dei, inquit, vires meas excedit. Quis enim dignè loqui possit de scientia tua? vel quis ipsam satis exactè admiretur? Deinde ad dicti huius exaggerationem subiungit etiam quæ sequuntur:

7. Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

Deus vbique præsens.

Cùm scientiam eius laudasset, necessariò etiam deinceps ad ipsum transit, per admirationem dicens: Quomodo iure merito talis sit eius scientia, quandoquidem etiam talis sit eius natura: sicut enim, inquit, tu ipse incircumscriptus es, sic etiam scientia tua incomprehensibilis existit. Iisdem autem immorando subiungit:

8. Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

δ΄. Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες·

Τί δὲ λέγω, φησὶν, ὅτι γινώσκεις καὶ καταλαμβάνεις, ὁπότε καὶ προγινώσκεις αὐτάς μου τὰς πράξεις καὶ πρὶν γένονται.

Ὅτι οὐκ ἔστιν δόλος ἐν γλώσσῃ μου.

Ὁ πάντα οὖν, φησὶν, ἐπιστάμενος, γινώσκεις καὶ τοῦτο, ὅτι εἰλικρινὴς ἐγενόμην περὶ τὴν εὐσέβειαν, οὐκ ἐπαμφοτερίσας καὶ πρὸς ἄλλον θεὸν, καθάπερ οἱ δίγλωσσοι, οἱ ἄλλα μὲν λαλοῦντες, ἄλλα δὲ κατὰ ψυχὴν ἔχοντες.

ε΄. Ἰδοὺ κύριε σὺ ἔγνως πάντα, τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα·

Καὶ διὰ τοῦτό σε, φησὶν, ἐπικαλοῦμαι, εἰς ἐπίκρισιν τῶν κατ' ἐμέ· ἐπειδὴ οὐδέν σε λανθάνει, οὐδὲ τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ τῶν παυομένων.

Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.

Καὶ τί θαυμαστὸν, φησὶν, εἰ τὰς πράξεις μου γινώσκεις καὶ τοὺς λογισμοὺς, κἀμὲ δὲ αὐτὸν ὅλον· ὁπότε ποιητής μου ὑπάρχεις, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον λανθάνει σε τὸ πλάσμα τὸ σόν.

ς΄. Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἐκραταιώθη, καὶ οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν.

Καὶ τίς, φησὶν, ἀξίως ὑμνήσειεν σου τὴν γνῶσιν. ἐμὲ γάρ, φησὶν, ὑπερβαίνει θεοῦ ὕμνος. τίς γὰρ ἀξίως εἴποιεν περὶ τῆς γνώσεως τῆς σῆς; ἢ τίς αὐτὴν κατὰ ἀκρίβειαν θαυμάσοι; εἶτα εἰς αὔξησιν τοῦ λεγομένου καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐπάγει·

ζ΄. Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω;

Ἐπαινῶν αὐτοῦ τὴν γνῶσιν, ἀναγκαίως καὶ ἐπ' αὐτὸν λοιπὸν μεταβαίνει, τῷ θαύματι φάσκων· ὡς εἰκότως τοιαύτη αὐτοῦ ἐστιν ἡ γνῶσις, ἐπειδὴ καὶ τοιαύτη αὐτοῦ ἐστιν ἡ φύσις· ὡς γὰρ αὐτός, φησὶν, ὑπάρχεις ἀπερίγραφος, οὕτως καὶ ἡ γνῶσις ἡ σὴ ἀκατάληπτος. ἐπιμένων δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπάγει·

η΄. Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει.

Καθ'

Καθ' ὑπόθεσιν ταῦτα λέγει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι οὕτως εἶ πανταχοῦ, ὅτι ὁμοίως τά τε ὕψει βλέπεις καὶ τὰ βάθη· καὶ οὐκ ἔστι σε λαθεῖν, οὐδὲ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀναβάντα, οὐδὲ ὑπὸ τὴν γῆν κρυβέντα.

θ'. Ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης·

Ἐπειδὴ εἶπεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω στίχοις τὸ ὕψος καὶ τὸ βάθος, ἐν τούτοις τοῖς στίχοις λέγει καὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν δύσιν. ὄρθρον γὰρ τὴν ἀνατολὴν λέγει, ἔσχατα δὲ τῆς θαλάσσης τὴν δύσιν καλεῖ, ὡς πρὸς τὴν τοποθεσίαν, ἐν ᾗ ταῦτα ἔλεγον οἱ ἅγιοι. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι εἰ δὲ καὶ πτέρυγας κτησαίμην, καὶ τὴν ἀνατολὴν καταλάβω καὶ τὴν δύσιν ὀξέως· καὶ οὕτω τί γίνεται ἐπάγει·

ι'. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με· καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις τοῖς κλίμασί, φησιν, ὑπὸ τῇ σῇ δεξιᾷ εὑρίσκομαι ποιμαινόμενος καὶ διακρατούμενος· ἐπείπερ οὐδεὶς τόπος ἄμοιρος εὑρίσκεται τῆς σῆς μεγαλειότητος.

ια'. Καὶ εἶπον· ἄρα σκότος καταπατήσει με· καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου.

Μεταφέρει λοιπὸν τὸ νόημα ἀπὸ τῶν καθολικωτέρων ἐπὶ τὰ ἰδικώτερα. ὃ γὰρ θέλει εἰπεῖν τοιοῦτόν ἐστι· ὅτι ὡς, πανταχοῦ ὢν ὑπάρχων, καὶ πάντα κρατῶν, καὶ πάντα δυνάμενος, καὶ νῦν τὰς συμφορὰς μου μετάβαλε. σκότος γὰρ τὰς συμφορὰς καλεῖ. καὶ ἐπειδή, φησιν, ἐγὼ μὲν ἀπέγνων τῶν κατ' ἐμαυτὸν, καὶ λογίζομαι ὡς αἱ συμφοραὶ ἐκθλίψουσί με καὶ ἀναλώσουσιν· οὕτως τὸ ἐναντίον αὐτὸς ἐπίδειξαι μεταβάλλων μοι τὴν νύκτα τῶν συμφορῶν εἰς φῶς καὶ εἰς τρυφὴν ἀπροσδόκητον.

ιβ'. Ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται·

Οὐδὲ γὰρ δυσχερές σοί, φησίν, ἐστι συμφορὰν παῦσαι καὶ θλίψιν καὶ ὀδύνην. ὡς γὰρ οὐκ ἔνι, φησὶ, σκότος παρὰ σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἡ νὺξ φῶς ὑπάρχει· οὕτως εὔκολόν σοί ἐστι καὶ τὰ χαλεπὰ μετενέγκαι εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐθυμίαν.

Hæc dicit per ſuppoſitionem. Vult enim dicere: Quoniam ita vbique exiſtis, vt perinde ſublimia reſpicias atque profunda: neque poteſt te latere, ſiue quis cælum aſcenderit, ſiue ſub terram recondatur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

9. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:

Cùm in ſuperioribus verſiculis dixiſſet altitudinem & profunditatem, in his verſibus facit etiam ortus & occaſus mentionem. *Diluculum* enim Orientem appellat, *extrema* verò *maris* Occidentem vocat, tamquam ad loci compoſitionem, in quo hæc ſancti dixerint. Vult igitur dicere: Quòd ſi verò etiam pennas obtinerem, & celerrimè Orientem peterem atque Occidentem; & hoc modo quid fieret ſubiungit:

10. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Ceterùm etiam in his climatibus, inquit, à dextera tua educatus & detentus reperior; quandoquidem nullus locus magnificentiæ tuæ expers reperitur.

11. Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio * in delicijs meis.

* *Vulgata addit* mea *Deo nihil obſcurum, ne quidem ipſamet tenebra.*

Transfert deinceps ſenſum ab vniuerſalioribus ad magis propria. Id enim quod vult dicere eſt iſtiuſmodi: q.d. Cùm igitur vbique ſis, & omnia contineas, omniaque poſſis, etiam modò calamitates meas transfer. Tenebras enim appellat calamitates. Et cùm ego quidem, inquit, de rebus meis deſperem, & exiſtimem calamitatibus me conterendum & conſumendum; ita tu è contra oſtendaris mihi noctem ærumnarum conuertere in lucem & delicias inexpectatas.

12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur:

Non enim tibi difficile eſt, inquit, ærumnam & afflictionem doloremque mitigare. Quemadmodum enim, inquit, non eſt apud te nox, ſed ipſa etiam nox lumen exiſtit: ita tibi facile eſt etiam res triſtes conuertere in iucunditatem & conſolationem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Idem rursus dicit. Vult enim dicere: Quoniam apud te & tenebræ & lumen sunt eiusdem rationis. Idem enim es, neque plus vides in luce, neque minùs vides in tenebris, sed æqualiter omnia vides tam in nocte quàm in die, vtpote Conditor vniuersi. Hoc enim sequens quoque versus insinuat.

Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι παρὰ σοὶ ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ σκότος καὶ τὸ φῶς. ὁ αὐτὸς γὰρ εἶ, καὶ οὐδὲ πλέον βλέπεις ἐν τῷ φωτὶ, οὐδὲ ἔλαττον ἐν τῷ σκότει, ἀλλὰ ὁμοίως πάντα ὁρᾷς καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ἅτε ποιητὴς τοῦ παντός. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἐξῆς στίχος αἰνίττεται.

Deus etiam abstrusissima quæque peruadit.

13. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

Vult dicere: Quoniam possessio tua sum, & tu ipse ex quo etiam conceptus sum mei curam gessisti. Renes autem hoc loco vocat cogitationes.

ιγʹ. Ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου· ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου.

Βούλεται εἰπεῖν· ὅτι σὸν γάρ εἰμι κτῆμα, καὶ αὐτός μου ἐφρόντισας ἐξ οὗ καὶ συνελήφθην. νεφροὺς δὲ ἐνταῦθα τοὺς λογισμοὺς λέγει.

14. Confitebor tibi quia terribiliter * mirificatus es:

* *Vulgata* magnificatus

Idcircò enim, inquit, etiam te laudo & glorifico cum debito timore: si fortè, inquit, sufficiam pro tali tantoque miraculo.

ιδʹ. Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης·

Διὰ γὰρ τοῦτό, φησι, καὶ ὑμνῶ σε καὶ δοξάζω μετὰ τοῦ προσήκοντος φόβου· εἴγε ἀρκέσω, φησὶ, πρὸς τὸ τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον θαῦμα.

Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit * valdè.

* *Vulgata* nimis.

Dauid mirabilium Dei cognitor.

Ego enim, inquit, scio & anima mea quantum quodlibet opus tuum miraculum contineat, & maximè, inquit, mea fabricatio meaque gubernatio, id est hominis. Hoc enim subauditur: completur enim etiam ex versu sequenti. Quid enim subdit?

Θαυμάσια τὰ ἔργα σου, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα.

Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐπίσταμαι καὶ ἡ ψυχή μου ὅσον ἔχει θαῦμα ἕκαστόν σου τῶν ἔργων, καὶ μάλιστα, φησιν, ἡ ἐμὴ ποίησις καὶ ἡ ἐμὴ δημιουργία, τουτέστιν ἡ τοῦ ἀνθρώπου. τοῦτο γὰρ προσυπακούεται· ἀναπληροῦται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ ἑξῆς στίχου. τί γὰρ ἐπάγει;

15. Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto:

Os meum inquit pro ipse ego: ex parte enim totum denominat. Ait itaque: Quoniam ex tunc te non latui, ex quo me plasmasti in vtero matris meæ. Et pulchrè dixit *in occulto*. Non enim manifestè, sed inuisibiliter efformat, & auget, & producit, & curæ matris tradit: neque etiam tum ipse curare desinit. Rectè igitur dixit: Ex tunc te non latui, ex quo me clanculùm condidisti. atque hoc ipsum subiungens subdit:

Res adhuc informes Deo plenè cognita.

ιεʹ. Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ·

Τὸ ὀστοῦν μου λέγει ἀντὶ τοῦ αὐτὸς ἐγώ· ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάζει. λέγει οὖν· ὅτι ἐκ τότε σε οὐκ ἔλαθον, ἀφ' οὗ με διέπλασας ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἐμῆς μητρός. καὶ καλῶς εἶπεν ἐν κρυφῇ. οὐ γὰρ φανερῶς, ἀλλ' ἀοράτως πλάττει, καὶ αὔξει, καὶ προφέρει, καὶ παραδίδωσι τῇ τῆς μητρὸς ἐπιμελείᾳ· οὐδὲ τότε αὐτὸς ἀφιστάμενος τοῦ κήδεσθαι. καλῶς οὖν εἶπεν· ὅτι ἐκ τότε σε οὐκ ἐλάνθανον, ἀφ' οὗ με κρυφᾷ ἐδημιούργησας. καὶ τὸ αὐτὸ ἐπιφέρων ἐπάγει·

Et substantia mea in * infimis terræ.

* *Vulgata* inferioribus

Quod superiùs dixerat *os* illud hoc loco *substantiam* vocauit. Neque enim, inquit, hæc ipsa mea substantia quando tam occultè

Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς.

Ὅπερ εἶπεν ἄνω ὀστοῦν τοῦτο ἐνταῦθα ὑπόστασιν ἐκάλεσεν. οὐδὲ γάρ, φησιν, αὕτη μου ἡ ὑπόστασις ὅτε ἐγίνετο οὕτω λαθραίως

ὥσπερεὶ

ὡσανεὶ ἐν τοῖς μυχοῖς τῆς γῆς καὶ ἐν τοῖς κεκρυμμένοις αὐτῆς τόποις, οὐδὲ τότε σε ἐλάνθανον. εἶτα ἐπιτείνων τὸ αὐτὸ ἐπάγει·

ιϛ'. Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου,

Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι ἐκ τότε με ἠπίστασο ἀφ' οὗ με ἔπλασας, καὶ ἀφ' οὗ τὴν ὑπόστασίν μοι παρέχες· καὶ πρὶν ἐργασθῶ, φησι, καὶ πρὶν πλασθῶ, καὶ πρὸ τούτου οὐκ ἠγνοεῖς τὰ κατ' ἐμέ. ἀκατέργαστον γὰρ λέγει τὸ μηδέπω μεμορφωμένον, ἀλλ' ἔτι ὂν ἀτελὲς κατὰ τὴν πλάσιν.

Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται·

Καὶ τότε γάρ, φησιν, ὅτε ἔτι ἀκατέργαστος ἤμην, οὕτω με ἔβλεπες τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ὡς τοὺς γενομένους ἤδη καὶ τελειωθέντας καὶ γραφέντας, ὡς ἐν βιβλίῳ τινὶ τῇ ζωῇ.

Ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐθεὶς ἐν αὐτοῖς.

Οὐδὲν γάρ, φησι, κωλύει σε εἰδέναι τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον· ὥσπερ οὐδὲ κωλύει σε πλάττειν τὸν ἄνθρωπον οὐδέν. καὶ γὰρ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ δημιουργεῖς φησι, καὶ ἀνθίσταταί σοι οὐδέν. τὸ γὰρ οὐθεὶς ἐν αὐτοῖς. ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς ἔσται ὁ κωλύων τὴν διάπλασιν. ὡς οὖν οὐκ ἐμποδίζει εἰδέναι, φησὶ, πλάττειν οὐδὲ ἐν νυκτὶ οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ· οὕτως οὐκ ἐμποδίζει εἰδέναι τὰ καθ' ἡμᾶς, κἂν ἔτι ὦμεν ἀκατέργαστοι.

ιζ'. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεός·

Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἐγὼ μᾶλλον ἐγενόμην τῆς μερίδος τῶν φιλουμένων παρὰ σοῦ καὶ τῶν ἀγαπωμένων, εἰδὼς ὡς οὐδὲν σε λανθάνει τῶν πραττομένων.

Λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν.

Ἀρχὰς αὐτῶν καλεῖ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι τῶν φίλων σου αἱ κεφαλαὶ τίμιαι μοι ἦσαν, καὶ περὶ πολλοῦ ταύτας ἐποιούμην. ἵνα πάλιν εἴπῃ αὐτοὺς ἐκ παραλλήλου.

ιη'. Ἐξαριθμήσομαι αὐτούς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται·

Καὶ οὐκ ἐπειδὴ ὀλίγοι, φησίν, ὑπῆρχον διὰ τοῦτο ἠμέλουν αὐτῶν· ἐμοὶ γὰρ οἱ ὀλίγοι ἐφαίνοντο νικῶντες ἀριθμὸν ψάμμου θα-

quaſi in penetralibus terræ atque in abditis eius locis facta eſt, neque tunc te latebat. Deinde id ipſum amplificans ſubdit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

16. * Inoperatum meum viderunt oculi tui,

* Vulgata Imperfectum

Et quid dico, inquit, quòd ex tunc me cognoueris ex quo me formaſti, & ſubſtantiam mihi præbuiſti: etiam priuſquam, inquit, fierem, & priuſquam formarer, imò etiam anteà res meas minimè ignoraſti. *Inoperatum* enim vocat necdum formatum, ſed adhuc imperfectum quoad formationem.

Et in libro tuo omnes ſcribentur:

Etenim tunc etiam, inquit, quando necdum efformatus eram, ita me oculis tuis vidiſti, non ſecus atque illos qui pridem facti erant atque perfecti, & in vita velut in libro deſcripti.

Omnes apud Deum deſcripti ſumus.

Dies formabuntur, & nemo in eis.

Nihil enim, inquit, prohibet te videre illa quæ ad hominem ſpectant; ſicut etiam nihil prohibet te hominem formare. Siquidem, inquit, tam die quàm nocte creas, & nihil tibi obſiſtit. Nam illud *Nemo in eis*, id eſt, Nemo erit qui formationem impediat. Sicut igitur, inquit, nihil neque die neque nocte impedit quo minùs ſcias efformare; ita neque quidquam impedit quo minùs ſcias ea quæ ad nos pertinent, tametſi adhuc fuerimus informes.

17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus:

Amici Dei honorati.

Propter hanc igitur cauſam ego magis eram ex parte illorum qui à te diligebantur & amabantur, quòd ſcirem nihil te latere eorum quæ geruntur.

Nimis * confortati ſunt principatus eorum.

* Vulgata confortatus eſt

Principatus eorum appellat capita ipſorum. Vult igitur dicere: Quoniam amicorum tuorum capita mihi chara erant, magnique illa faciebam. Vt denuò illos vicisſim recenſeat.

18. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur:

Et non quia pauci, inquit, erant idcircò negligebam eos: mihi enim illi pauci videbantur ſuperare arenam ma-

PARA-PHRASIS ANONYMI.

ris: ex virtute enim illos multos esse decernebam, sicut multos ob malitiam in nihilum reputabam.

Exurrexi, & adhuc sum tecum.

Ostendit se hæc omnia diuinitus de consolatione reditus pronuntiasse. Illud autem *Exurrexi* mutatum est secundùm tempus. Vult enim dicere: q. d. Suscita me igitur Domine, & fac vt tecum sim Hierosolymis.

19. Si occideris Deus peccatores:

Hoc autem, inquit, erit, quando Babylonios punies.

Peccatores detestandi

Viri sanguinum declinate à me:

Tunc enim, inquit, ego etiam illos auersabor, & fugiam tamquam homicidas & abominandos.

* *Vulgata* dicitis

20. Quia * litigiosi estis in cogitatione:

Non solùm autem, inquit, tamquam homicidas & abominabiles tunc fugiam, sed etiam tamquam litigantes & contendentes contra præceptum. Et rectè dixit *litigantes in cogitatione*. Non enim rebus ipsis cum Deo litigare poterant, sed solis consilijs aduersabantur.

Accipient in vanitate ciuitates tuas.

Tunc, inquit, etiam ciuitates ipsorum Babyloniorum accipientur, ne ampliùs erigantur.

* *Vulgata* oderunt

21. Nónne qui * oderant te Domine oderam?

Ipsos dicit Babylonios. Nónne etiamnum, inquit, ipsos prosperè agentes & gloriosos odio habeo execrorque, quia in te impij existunt?

Et super inimicos tuos tabescebam?

Non simplex erat hoc odium, sed ipsam animam odientium tangebat. Quantum enim pietati addicti erant, tantum in impios accendebantur. vnde subdit:

* *Vulgata* addit &

22. Perfecto odio oderam illos: * inimici facti sunt mihi.

λάσας· ἀπὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς πολλοὺς αὐτοὺς ἔβλεπον, ὥσπερ τοὺς πολλοὺς διὰ τὴν κακίαν τὸ μηδὲν ἡγούμην.

Ἐξηγέρθην, καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ.

Δείκνυσιν ὅτι ταῦτα πάντα θεολόγησεν περὶ παρακλήσεως τῆς ἐπανόδου. τὸ δὲ ἐξηγέρθην ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι· ἐξέγειρόν με οὖν δέσποτα, καὶ ποίησον εἶναι μετὰ σοῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις.

ιθ'. Ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς ὁ θεός·

Ἔσται δὲ, φησι, τοῦτο, ὅταν Βαβυλωνίους τιμωρήσῃ.

Ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ·

Τότε γάρ, φησι, καὶ ἀπώσομαι αὐτοὺς ἐγὼ, καὶ ἀποφεύξομαι ὡς φονικοὺς καὶ ἐβδελυγμένους.

κ'. Ὅτι ἐρισαὶ ἐστε εἰς διαλογισμόν·

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ὡς φονικοὺς καὶ βδελυκτοὺς ἀποφεύξομαι τότε, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐρίζοντας καὶ φιλονεικοῦντας τῷ προστάγματί σου. καὶ καλῶς εἶπεν ἐρίζοντας κατὰ λογισμόν. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς πράγμασιν ἐρίζειν ἐδύναντο τῷ θεῷ, ἀλλ' ἐν μόναις ταῖς βουλαῖς ἠναντιοῦντο.

Λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου.

Τότε, φησὶ, καὶ πόλεις αὐτῶν τῶν Βαβυλωνίων παραληφθήσονται, εἰς τὸ μηκέτι ἀνακτηθῆναι.

κα'. Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε κύριε ἐμίσησα;

Αὐτοὺς λέγει τοὺς Βαβυλωνίους. οὐχὶ καὶ νῦν, φησιν, αὐτοὺς εὐημεροῦντας καὶ εὐδοκιμοῦντας μισῶ καὶ βδελύσσομαι, ἐπειδὴ εἰς σὲ ἀσεβοῦσι;

Καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην;

Οὐχ ἁπλοῦν ἦν τὸ μῖσος, ἀλλ' αὐτῆς ἥπτετο τῆς ψυχῆς τῶν μισούντων. ὅσον γὰρ τῇ εὐσεβείᾳ προσέκειντο, τοσοῦτο πρὸς τοὺς ἀσεβοῦντας ἐξεκαίοντο. ὅθεν ἐπιφέρει·

κβ'. Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι.

Καὶ

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐμίσουν ὡς οὐκ ἄλλους.

κγ'. Δοκίμασόν με ὁ θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου· ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου.

Καὶ ὅτι, φησὶν, οὐκ εἰρωνευόμενος ταῦτα λέγω, οὐδὲ ἄλλως ἔχων περὶ τὰ λεγόμενα, ἐξέτασιν ποίησαι τῶν κατ' ἐμὲ, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα πάντα γινώσκεις.

κδ'. Καὶ ἴδε, εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοί· καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ.

Ἐξέτασόν, φησι, τὰ κατ' ἐμὲ καὶ ἐὰν γνῷς με ἀληθεύοντα, ὥσπερ οὖν καὶ γινώσκεις με, ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ αἰωνίαν εἶναι παρασκεύασον, ἐπὶ τῷ μηδὲν ἡμᾶς διαλείπειν πρὸς τὴν εὐσέβειαν.

Et breuiter, inquit, dicendo, ita ipsos oderam vt numquam alios.

23. Proba me Deus, & * cognosce cor meum: * scrutare me, & cognosce semitas meas.

Et quoniam, inquit, non ironicè hæc dico, nec aliter sentio quàm verba sonant, memetipsum examina, licet exactissimè cuncta cognoueris.

24. Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Scrutare, inquit, ea quæ in me sunt; & si noueris me verum dicere, sicut vtique nouisti me, deduc me in Hierusalem, eamque fac esse æternam, ne quid nobis desit ad pietatem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Vulgata scito

* interroga

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΚΥΡΙΕ ΕΔΟΚΙΜΑΣΑΣ ΜΕ, ΚΑΙ ΕΓΝΩΣ ΜΕ.] Τί λέγεις; πρὸ τοῦ δοκιμάσαι οὐκ οἶδε; μὴ γένοιτο. πῶς γὰρ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν; ἀλλὰ τὸ ἐδοκίμασας ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς ἐπίστασαι. ὅτι κἀμὲ, φησιν, οἶδας ἀκριβῶς καὶ πάσας τὰς πράξεις μου. ἵνα γοῦν μή τις διὰ τὰ προειρημένα εἴπῃ, ὅτι ἀπὸ δοκιμῆς οἶδεν, ἐπήγαγε· Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου. ἀντὶ τοῦ, πρὸ τῆς ἐμῆς διαπλάσεως οὐ μόνον ἐμὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμοὺς ἔγνως διαλογισμοὺς, οὐ μόνον τότε ὅτε ἔχοι, ἀλλὰ καὶ πρὸ ὑπάρξεως. Εἰ τοίνυν οἶδε, τίνος ἕνεκεν ἐπάγει τὴν δοκιμήν; οὐχ ἵνα μάθῃ αὐτὸς, ἀλλ' ἵνα τοὺς ὑπομένοντας δοκίμους ἐργάσηται. βάσανος γὰρ ἀρετῆς ἡ δοκιμασία, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. ὥσπερ δὲ καθέδραν καὶ ἔγερσιν τὰς πράξεις λέγει, οὕτω τρίβον καὶ σχοῖνον ἐνταῦθα τὴν ζωὴν αὐτοῦ πᾶσάν φησιν, ἢ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σχοινίῳ τὴν κατάληψιν εὑρισκόντων τοῦ μέτρου. τρίβον μὲν γὰρ τὴν πρᾶξιν, σχοῖνον δὲ τὸ μέτρον λέγει. Ὁ δὲ Θεοδοτίων, τὴν τρίβον μου καὶ τὴν ὁδόν μου ἐξιχνίασας· ὁδὸν τὰς πράξεις, σχοῖνον τὴν εὐθύτητα λέγων ἀπὸ τῶν σπαρτίῳ τοὺς τοίχους εὐθυνόντων. καὶ τὸ ἐξιχνίασας δὲ οὐ ζητοῦντός ἐστιν οὐδὲ ἐρευνῶντος, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπισταμένου. διὸ ἐπήγαγε προεῖδες. τουτέστι, πρὶν ἢ

1. DOMINE PROBASTI ME, ET COGNOVISTI ME.] Quid ais? Antequam probaret non nouit? Absit. Quomodo enim qui omnia nouit antequam fierent? sed illud *probasti* idem est quod exactè nosti. Quoniam, inquit, & me & actiones meas accuratè nosti. Ne quis igitur propter prædicta dicat, quod ex probatione nouerit, subiunxit: *Tu intellexisti cogitationes meas.* Id est, Ante meam formationem non solùm me, verùm etiam cogitationes meas cognouisti, non solùm tunc quando illas habebam, sed etiam antequam ego existerem. Si igitur nouerit, cur inducit probationem? Non vt ipse hoc discat, sed vt eos qui illa sustinent probatos efficiat. Cos enim virtutis est probatio, vt in Iob patet. Quemadmodum autem sessionem & resurrectionem vocat actiones, ita semitam & funiculũ hoc loco vocat totam vitam suam, seu vitæ tempus, à metaphora eorũ qui funiculo mensuræ rationem inueniunt. Semitam enim actionem, funiculum verò mensuram appellat. Theodotion autem dixit, *Semitam meam & viam meam inuestigasti:* viam actiones, funiculum earum rectitudinem vocans, à fabris parietes perpendiculo dirigentibus. Porrò illud *inuestigasti* non est quærentis neque scrutantis, sed exactè cognoscẽtis. Quapropter subiũxit *Prævidisti.* id est, Antequam

Deus cur & quemodo nos probet.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

fierent nosti omnes prauas & bonas actiones. *Et non est dolus in lingua mea.* Id est, Non vergo in vtramque partem, neque alteri Deo addictus sum sicut bilingues.

Deus est omniscius.

5. ECCE DOMINE TV COGNOVISTI OMNIA.] Non cogitationes solùm, inquit, nec actiones, sed omnia quæ fuerunt & futura sunt, quæ incipiunt & quæ cessarunt. Considera autem cur media prætierit; quia nimirum malitia est intermedia, cùm non esset in principio nec in fine. Deinde à potentia prænoscendi transit ad potentiam creandi dicens, *Tu formasti me*; & rursus à creandi potestate ad præsciendi facultatem. Non solùm enim, inquit, nos fecisti cùm non essemus, sed etiam in iam factos obtines imperium. *In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus.* Et horum omnium, inquit, cognitionem tuam dignè quis laudauerit? me enim superat; *Quia mirificata est*, inquit, *scientia tua ex me:* alius, *Superat me:* alius, *Superelata est.* Quod autem dicit est eiusmodi: Et tuâ fruar prouidentiâ; & quamuis sciam te omnia præscire, & me ex ijs quæ non erant fecisse, perfectam tamen & manifestam non possum habere tui cognitionem; sed *mirificata est*: id est, superauit, exaltata est super me, validior facta est, vt meâ possit ratione comprehendi, adeò est admirabilis. Deinde ad id quod dixerat exaggerandum subiunxit:

Act. 17, 28.

Scientia Dei captũ nostrum excedit.

7. QVO IBO A SPIRITV TVO?] Spiritum & faciem dicit Deum ipsum. Hoc est: Quò à te proficiscar? Omnia imples, omnibus ades, non per partem, sed omnibus simul totus. Hæc autem dicit per suppositionem. Quoniam ita es vbique, vt simul & excelsa videas & profunda, & nemo potest te latere, siue super cælum ascendat, siue subtus terram recondatur. Quod ostendit Deum esse vbique non localiter degendo, sed creandi ac prouidendi virtute cuncta penetrando. Et non dixit, Quocumque abiero sequeris me; sed, Quocumque iuero illic es. Idcircò dixit *Mirificata est.* Nullus enim, inquit, locus reperitur expers magnificentiæ tuæ.

Deus vbique.

11. ET DIXI: FORSITAN TENEBRÆ CONCVLCABVNT ME.] Vult dicere ad exaggerationem, quòd potens sis, & homines in aduersa incidentes minimè deseras, sed in ipsis existens, etiam quæ supra naturam sunt opereris. Tene-

γινόμενος οἶδας καὶ τὰς πονηρὰς καὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις. Καὶ οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου. Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀμφοτερίζω, καὶ πρὸς ἄλλον εἰμὶ θεὸν ὡς οἱ δίγλωσσοι.

έ. ΙΔΟΥ ΚΥΡΙΕ ΣΥ ΕΓΝΩΣ ΠΑΝΤΑ.] Οὐ τοὺς λόγους, φησὶ, μόνον οὐδὲ τὰς πράξεις, ἀλλὰ πάντα τὰ γινόμενα καὶ τὰ ἐσόμενα, τὰ ἀρχόμενα καὶ παυόμενα. ἐπίσκεψαι δὲ διὰ τί τὰ μέσα παρῆκε· διὰ τὸ τὴν κακίαν ἐν τῷ μεταξὺ εἶναι, οὔτε ἐν τῇ ἀρχῇ οὔτε ἐν τῷ τέλει ὑπάρχουσαν. εἶτα ἀπὸ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν δημιουργικὴν μετίθη λέγων, σὺ ἔπλασας με· καὶ ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς πάλιν ἐπὶ τὴν προνοητικήν. οὐ γὰρ δὴ, φησι, μόνον οὐκ ὄντας ἐποίησας, ἀλλὰ καὶ γενομένους διακρατεῖς. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. καὶ τούτων, φησὶ, πάντων ἀξίως τίς ὑμνήσειέ σου τὴν γνῶσιν; ἐμὲ γὰρ ὑπερβαίνει· ὅτι ἐθαυμαστώθη, φησὶν, ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἄλλος, ὑπερβάλλει με· ἄλλος, ὑπερεπήρθη. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Καὶ προνοίας ἀπολαύω τῆς σῆς· καὶ εἰδὼς ὅτι πάντα προοίδας, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων με ἐποίησας, τὴν περὶ σου γνῶσιν ἀκριβῆ καὶ σαφῆ ἔχειν οὐ δύναμαι· ἀλλ' ἐθαυμαστώθη τουτέστιν, ὑπερέβαλεν, ἐπήρθη ὑπὲρ ἐμὲ, ἰσχυροτέρα ἐγένετο, ἢ ὥστε καταληφθῆναί μοι, οὕτως ἐστὶ θαυμαστή. εἶτα εἰς αὔξησιν τοῦ λεγομένου ἐπήγαγε·

ζ'. ΠΟΥ ΠΟΡΕΥΘΩ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΣΟΥ;] Πνεῦμα καὶ πρόσωπον αὐτὸν τὸν θεὸν φησι. τουτέστι· ποῦ πορεύθω ἀπὸ σοῦ; πάντα πληροῖς, πᾶσι πάρει, οὐ κατὰ μέρος, ἀλλ' ὁμοῦ πᾶσιν ὅλος. καθ' ὑπόθεσιν δὲ ταῦτα λέγει. ὅτι οὕτως εἶ πανταχοῦ, ὅτι ὁμοίως τά τε ὕψη βλέπεις καὶ τὰ βάθη, καὶ οὐκ ἔστι σε λαθεῖν, οὐδὲ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀναβάντα, οὐδὲ ὑπὸ τὴν γῆν κρυβέντα. ὃ παρίστησιν ὡς πανταχοῦ ὁ θεὸς οὐ τοπικῶς διατρίβων, ἀλλὰ δημιουργικῶς καὶ προνοητικῶς ἐπιχωριάζων. καὶ οὐκ εἶπεν, οὗ ἂν ἀπέλθω ἀκολουθήσεις μοι ἀλλ', ὅπου ἂν ἀπελθῶ ἐκεῖ εἶ. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ἐθαυμαστώθη. οὐδεὶς γάρ, φησι, τόπος εὑρίσκεται τῆς σῆς μεγαλειότητος ἄμοιρος.

ιά. ΚΑΙ ΕΙΠΑ· ΑΡΑ ΣΚΟΤΟΣ ΚΑΤΑΠΑΤΗΣΕΙ ΜΕ.] Βούλεται εἰπεῖν εἰς αὔξησιν, ὅτι δυνατὸς εἶ, καὶ ἐμπεσόντας ἀνθρώπους εἰς τὰ δεινὰ μὴ ἀφεῖς, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ὢν, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐνεργεῖς. σκότος

Digitized by Google

τος γὰρ ἐνταῦθα τὴν θλίψιν λέγει. οἷον· περιεστοιχίσθην ὑπὸ δεινῶν, καὶ εἶπον ἐν ἐμαυτῷ, ἄρα περιέσται μου τὰ δεινά. τοῦτο γὰρ, ἄρα σκότος καταπατήσει με. Καὶ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως λογιζόμενος. ἀθρόον δὲ τὰ δεινὰ εἰς ἀγαθὰ μετεβλήθη· μᾶλλον δὲ μενόντων, ἐγὼ πολλῆς ἀπέλαυον τῆς χρηστότητος. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἡ νὺξ ἠφανίσθη, ἀλλά, μένουσα ἡ νύξ. τουτέστι, τὰ δεινὰ καὶ αἱ συμφοραὶ οὐκ ἴσχυσάν με καταπατῆσαι, ἀλλ᾽ ἐγένετο ἐν νυκτὶ φῶς (ὃ λέγει καὶ τρυφὴν) τουτέστιν ἀντίληψις περὶ ἐμέ. πῶς; ὅτι σκότος, φησὶν, οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ. καλῶς εἶπεν ἀπὸ σοῦ, τουτέστι παρὰ σοί. ἐὰν γὰρ βουληθῇς, τὸ σκότος οὐκ ἔστι σκότος, ἀλλὰ φῶς. διὸ ἐπήγαγε, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται, σαφέστερον τὸ πρότερον δηλῶν· ὅτι τὰ ἡμέρας ἡ νὺξ ἐπιδείξεται, ὡς τὰ ἴδια. εἰ γὰρ βουληθῇς, φησιν, οὕτως ἕξει καὶ ἡ νὺξ συγκεκληρονομημένον τὸ φῶς ὥσπερ τὸ σκότος. διὸ ἐπήγαγεν· ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.

ιδ᾽. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΟΤΙ ΦΟΒΕΡΩΣ ΕΘΑΥΜΑΣΤΩΘΗΣ.] Εὐκαίρως μετὰ τὴν προειρημένην θαυματολογίαν προσφέρει τὴν ἐξομολόγησιν. πάντα γὰρ ἐκεῖνα συναγαγὼν ἀνέκραξεν· Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι θαυμαστὸς ἐφάνης, καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ γενόμενα πολὺ ἔχει τὸ θαῦμα. ἐγὼ γὰρ καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει, ὅσον ἔχει θαῦμα ἕκαστόν σου τῶν ἔργων, καὶ μάλιστα ἡ ἐμὴ ποίησις καὶ δημιουργία, ἤτοι ἡ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὐχ ἁπλῶς γινώσκει, ἀλλὰ σφόδρα. Τὸ δὲ, οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου, ἢ περὶ τῆς προνοίας λέγει, ὅτι πάντα αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα οἶδεν· ἢ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ αἰνίττεται καὶ τὴν διάπλασιν. ὅτι· οὐδὲ πλαττομένου μου τί ἠγνόησας, ἀλλὰ πάντα ἠπίστασο, κατὰ μικρὸν τῆς φύσεως ὑφαινούσης, καίτοι ἐν ἀπορρήτῳ ταῦτα δημιουργούσης, καὶ ὡς ἐν κατωτάτοις τῆς γῆς· ἀλλὰ σοὶ πάντα γυμνά. ἢ ὅτι καὶ ἀμόρφωτόν με προεῖδον οἱ ὀφθαλμοί σου. ἢ ὅτι τὸ μήπω πραχθὲν εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, περὶ πράξεων λέγων. ἢ ὀστοῦν, ἀντὶ τοῦ αὐτὸς ἐγὼ, ἀπὸ μέρους λέγων τὸ πᾶν. ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτή μου ἡ ὑπόστασις, ὅτε λαθραίως ἐγίνετο ὡς ἐν μυχοῖς τῆς γῆς, οὐδὲ τότε ἐλάνθανον. ὁ δὲ Ἀκύλας, Οὐκ ἀπεκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπὸ σοῦ, οἷς ἐποιήθην ἐν ἀποκρύφῳ· ἐποικίλθην ὡς ἐν κατωτάτω γῆς.

bras enim hoc loco appellat tribulationem. q. d. A malis circumdatus fui, & dixi in memetipso, Forsitan superabunt me mala. Hoc enim sibi vult illud, *Forsitan tenebræ conculcabunt me*. Et ego quidem hæc rerum naturam considerans. Verùm repentè mala mutata sunt in bona: quin potiùs iisdem manentibus, ego magnam sensi benignitatem. Non enim dixit, Nox deleta est, sed, Nox permanens. id est, Mala & calamitates non potuerunt me conculcare, sed facta est in nocte lux (quam & delicias appellat) id est mei defensio. Quî sic? *Quoniam*, inquit, *tenebræ non obscurabuntur à te*. Rectè dixit *à te*, id est *apud te*. Si enim volueris, tenebræ non sunt tenebræ, sed lux. Quapropter subiunxit, *Et nox sicut dies illuminabitur*, reddens id quod præcessit apertius; quoniam ea quæ diei sunt nox exhibebit, non secùs ac ea quæ sunt eius propria. Si enim volueris, inquit, ita nox habebit sibi lucem attributam quemadmodum tenebras. Quare subiunxit: *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.*

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

Deus tenebras in lucem & afflictiones in delicias vertit.

14. CONFITEBOR TIBI QVIA TERRIBILITER MIRIFICATVS ES.] Opportunè post prædictam mirabilium narrationem affert confessionem. Omnia enim illa adducens exclamauit: Confitebor tibi quoniam mirabilis apparuisti, & ea quæ à te facta sunt magnum continent miraculum. Ego enim & anima mea cognoscit, quantum singula tua opera miraculum contineant, & præsertim mea creatio atque gubernatio, scilicet hominis; & non simpliciter, sed valdè hoc cognoscit. Porrò illud, *Non est occultatum os meum*, vel de prouidentia dicit, quòd omnia eius arcana nouerit; vel eius creationem & formationem insinuat. q. d. Ne quidem cùm formarer mei quidpiam ignorasti, sed omnia sciebas, cùm hæc paulatim natura contexeret, tametsi in arcano operaretur, & tamquam in infimis terræ partibus: sunt tamen tibi omnia nuda & aperta. Vel quoniam me quoque informem præuiderunt oculi tui, de actionibus hoc dicens. Vel os, id est ego ipse, ex parte totum denominans. Sed nec ipsa mea substantia, quando occultè fiebat quasi in intimis terræ, tunc te latebat. Aquila autem, *Non velata sunt ossa mea à te, quibus factus sum in occulto: variegatus sum vt in infimo terræ.*

Deus in suis omnibus est mirabilis.

Nihil Deo occultum.

Alius,

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Alius, *Non latuit te fortitudo mea, quâ factus sum in occulto.*

16. In libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, et nemo in eis.] Hoc dictum est obscurum, sed ex consequentia & alterius interpretatione inuestigandum est. Ait enim consentienter cum eo quod præcessit: quid autem est quod præcessit? *Informem me viderunt oculi tui.* hoc est: Cùm nondum vllam figuram suscepissem, cùm adhuc fingerer, me æquè apertè viderunt ac eum qui est formatus, & ne vno quidem die indiget ad suam perfectionem. Ita enim habet interpres. Symmachus, *Informem me viderunt oculi tui cum omnibus qui in libro tuo scripti sunt, qui sunt effingendi nullo die deficiente.* Cum illis, inquit, me vidisti, id est æquè atque illos perfectos, quibus nulla dies defuit. Non quasi illic superiùs liber sit, sed perfectam cognitionem per librum significans.

Amici Dei sunt in honore.

17. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui.] Non enim parua virtus est, Dei amicos honore afficere. Curam, inquit, mei gessisti, & cùm non essem produxisti, & contines; ego autem hanc reddo remunerationem amicos tuos honorans. Alius, *Pretiosi fuerunt familiares tui.* Loco *principatus* autem dicit, *Multiplicia sunt capita eorum.* quod vtique est clarius. subiungit enim:

Amici Dei corroborantur, & multiplicantur.

18. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.] Ego quidem ipsos honoro; tu autem multos facis, quin etiam fortes. Hoc enim sibi vult illud, *Et confortati sunt.* Duplex autem dicit subsidium, & à multitudine, & à fortitudine. Theodotion autem, *Corroborati sunt pauperes eorum.* Pro *Exurrexi* autem Symmachus *Expergiscar, & semper ero apud te.* Ceterùm non est hoc quoque paruum signum virtutis, in rebus secundis existentem virtutem conseruare. Multi nempe cùm res eis secundæ euenissent tui obliti sunt, at non ego, inquit; sed etiam cùm exurrexi, hoc est, cùm sum liberatus à malis,

Vers. 19.

semper ero tecum. Deinde, *Si occideris peccatores Deus.* Non hoc dicit, Si occideris tunc ero tecum; sed hoc petit, non vt deleat substantiam, sed vt illos transferat à peccato ad iustitiam. Non enim dixit *homines*, sed *peccatores*. Alius autem transgressorem

Ἄλλος, Οὐκ ἔλαθεν ἡ κραταίωσίς μου σὲ, ἣν ἐποιήθην ἐν τῷ κρυπτῷ.

ιϛʹ. Ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται· ἡμέραι πλασθήσονται, καὶ οὐθεὶς ἐν αὐτοῖς.] Ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῆς ἀκολουθίας αὐτὸ καὶ τῆς ἑτέρου ἑρμηνείας θηρᾶσαι. σύμφωνα γὰρ λέγει τῷ προτέρῳ. τί δὲ ἦν τὸ προῆγον; ἀμόρφωτόν με εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. τουτέστι· μήπω λαβόντα τύπον, ἔτι πλαττόμενον, καὶ οὕτως με εἶδον σαφῶς ὡς ἐκεῖνον τὸν μεμορφωμένον, καὶ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἔτι δεόμενον πρὸς ἀπαρτισμόν. οὕτω γὰρ ὁ ἑρμηνεύς· Ὁ Σύμμαχος, Ἀμόρφωτόν με εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου σὺν τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ σου πᾶσι γεγραμμένοις, ἡμέρας πλασσομένοις ἐνδεούσης οὐδὲ μιᾶς. σὺν ἐκείνοις με εἶδες, φησὶν, ἀντὶ τοῦ ὁμοίως ἐκείνοις τοῖς τελείοις, οἷς οὐκ ἐνδεῖ οὐδεμία ἡμέρα. οὐχ ὡς βίβλου οὔσης ἄνω, ἀλλὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν διὰ τοῦ βιβλίου σημαίνων.

ιζʹ. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου.] Οὐ μικρὰ γὰρ καὶ τοῦτο ἀρετὴ, τὸ τοὺς τοῦ Θεοῦ φίλους διὰ πολλῆς ἄγειν τιμῆς. προενόησάς με, φησὶν, καὶ οὐκ ὄντα παρήγαγες, καὶ διακρατεῖς· κἀγὼ δὲ ταύτην δίδωμι τὴν ἀμοιβὴν τοὺς φίλους σου τιμῶν. Ἄλλος, τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου. ἀντὶ δὲ τοῦ αἱ ἀρχαὶ λέγει, παμπληθεῖς αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν. ὅπερ καὶ σαφέστερον. ἐπάγει γάρ·

ιηʹ. Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται.] Ἐγὼ μὲν αὐτοὺς τιμῶ· σὺ δὲ πολλοὺς ποιεῖς, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρούς. τὸ γὰρ ἐκραταιώθησαν τοῦτ' ἔστι. καὶ διπλῆν λέγει τὴν συμμαχίαν, ἀπό τε τοῦ πλήθους, ἀπό τε τῆς ἰσχύος. ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐξηγέρθην ὁ Σύμμαχος ἐξυπνίσω, καὶ εἰς ἀεὶ ἔσομαι παρὰ σοί. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο σημεῖον ἀρετῆς, τὸ ἐν εὐημερίᾳ ὄντα τὴν ἀρετὴν διατηρεῖν. πολλοὶ γοῦν ἀπολαύσαντες εὐπραγίας ἐπελάθοντο, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ, φησίν· ἀλλὰ καὶ ἀναστὰς, ἤτοι, ἀπαλλαγεὶς τῶν δεινῶν, μετὰ σοῦ ἔσομαι. εἶτα, ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς ὁ Θεός. οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἐὰν ἀποκτείνῃς τότε ἔσομαι μετὰ σοῦ· ἀλλ' αἰτεῖ τοῦτο, οὐχ ἵνα ἀφανίσῃ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἵνα μεταβάλῃ αὐτοὺς ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐπὶ δικαιοσύνην. οὐ γὰρ εἶπεν ἀνθρώπους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Ἕτερος δὲ παραβάτην

εἶπε

εἶπε καὶ ἀσεβῆ, περὶ τῶν εἰδωλολατρῶν λέγων. ἄνδρας δὲ αἱμάτων τοὺς φονικούς φησι τοὺς σφαγαῖς χαίροντας· οὐ μικρὸν δὲ καὶ τὸ φεύγειν, καὶ ἀποπηδᾶν τὰς τούτων συνουσίας. εἶτα καὶ ἡ αἰτία· ὅτι ἐρισταί εἰσιν. ἄλλος, οἵτινες ἀντελάλησάν σοι διαλογισμόν. ἄλλος· ὅτι παρεπίκρανάν σε ἐν κακοβουλίᾳ. ὅρα μὴ τὰ ἑαυτοῦ ζητοῦντα, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ὕβριν φεύγοντα τὴν πρὸς ἐκείνους συνουσίαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου ἕτερος· ὅτι ἐπήρθησαν ματαίως ἀντίζηλοί σου· ἄλλος, οἱ ἐχθροί σου. διὰ τοῦτο ἄρα φεύγει καὶ ἀποπηδᾷ, ὅτι ἐπήρθησαν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης.

κα΄. ΟΥΧΙ ΤΟΥΣ ΜΙΣΟΥΝΤΑΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ ΕΜΙΣΗΣΑ;] Ἄνω εἰπὼν τοὺς τοῦ Θεοῦ φίλους φιλεῖν, ὥσπερ κἀκεῖνο μετὰ ὑπερβολῆς εἶπεν· οὕτω καὶ τὸ πρὸς τοὺς τοῦ Θεοῦ ἐχθροὺς μῖσος μεθ' ὑπερβολῆς λέγει. Οὐκ ἐμίσησα, φησι, μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξετηκόμην, τὸ ἄγαν βδελύττεσθαι αὐτούς. καὶ ὅτι οὐκ εἰρωνευόμενος τοῦτο λέγω, ἐξέτασιν ποίησαι τῶν κατ' ἐμὲ, εἰ καὶ μηδὲν ἀγνοεῖς· καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ τῇ πρὸς οὐρανὸν ἀγούσῃ.

dixit & impium, de idololatris loquens. *Viros autem sanguinum* dicit homicidas qui cæde lætantur: non paruum autem est hos fugere, & ab eorum societatibus resilire. Deinde subiungitur etiam causa; quia *litigiosi sunt.* Alius, *Qui aduersus te dixerunt cogitationem.* Alius: *Quoniam exacerbauerunt te in malo consilio.* Vide eum non quærere quæ sua sunt, sed propter iniuriam Deo factam fugere illorum consuetudinem. Ceterùm pro *Accipient in vanitate ciuitates suas* alius; *Quoniam vanè elati sunt æmuli tui:* alius, *inimici tui.* Propterea nimirum fugit & resilit, quòd aduersus Dei gloriam elati sint.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Peccatores fugiendi.

21. NONNE QVI ODERANT TE DOMINE ODERAM?] Quemadmodum cùm superiùs diceret se Dei amicos diligere, id cum exaggeratione dicebat; ita etiam cum exaggeratione dicit se inimicos Dei odisse. Non solùm, inquit, eos oderam, sed etiam tabescebam, quia illos valdè execrabar. Et quoniam hæc minimè simulatè dico, examen, inquit, mei institue, licet nihil ignores: & deduc me in via æterna quæ ducit ad cælum.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφων πρόσκειται Ζαχαρίου εἰς τὴν διασποράν. τοῦτο δὲ οὔτε παρὰ Ἑβραίοις, οὔτε παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις εὗρον ἑρμηνευταῖς· ἀλλά τις, ὡς ἠβουλήθη νενοηκὼς τὸν ψαλμὸν, τῆς ἐπιγραφῆς ἐποιήσατο τὴν προσθήκην. ὁ μέντοι ψαλμὸς τῆς Ἰωσίου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας πρόρρησιν ἔχει· οὗτος γὰρ ἐκ δυσσεβοῦς βλαστήσας πατρὸς, τοιούτου δὲ καὶ πάππου γενόμενος ἔκγονος, τὴν μὲν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐβδελύξατο, διὰ πάσης δὲ ὥδευσεν ἀρετῆς, καὶ ζήλῳ θείῳ πυρποληθεὶς, τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας κατηκόντισεν ἅπαντας· τοὺς δὲ τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζομένους πάσης θεραπείας ἠξίωσε. ταῦτα οὖν προλέγει ὁ ψαλμός. εἰσάγει δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος προσευχόμενον, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν ἐκπληττόμενον.

α΄. ΚΥΡΙΕ ΕΔΟΚΙΜΑΣΑΣ ΜΕ, ΚΑΙ ΕΓΝΩΣ ΜΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; μετὰ τὸ δοκιμάσαι οἶδεν ὁ Θεός· πρὸ τούτου δὲ οὐκ οἶδεν; οὐκ ἔστι τοῦτο. ἀλλὰ τὸ ἐδοκίμασάς με ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς ἐπίστασαί με.

ORIGENIS. In nonnullis exemplaribus apponitur *Zachariæ in dispersionem.* Hoc autem nec apud Hebræos, nec apud Septuaginta, nec apud alios Interpretes inueni: sed aliquis, cùm Psalmum intellexerit vt voluit, huius inscriptionis additionem fecit. Atqui hic Psalmus Iosiæ Regis prædictionem continet: hic enim ex impio patre natus, talisque etiam aui nepos, impietatem quidem illorum execratus est, per omnem autem virtutem incessit, & diuino amore incensus, omnes idolorum sacrificulos confixit; eos verò qui religionem amplexi sunt omni curâ dignatus est. Hæc itaque hic Psalmus vaticinatur. Ceterùm propheticus sermo ipsum introducit deprecantem, & Dei erga se præscientiam admirantem.

Vnde hic Psalmus Zachariæ inscriptus à quibusdam.

1. DOMINE PROBASTI ME, ET COGNOVISTI ME.] CHRYSOSTOMI. Quid dicis? Nouit Deus postquam probauit; anteà verò quàm probaret non cognouit? Absit. Sed illud *Probasti me* idem est quod Perfectè me nouisti.

Deus non probat vt sciat; sed vt probet manifestet.

CATENA PATRVM.

Illud *Probasti* igitur clarissimam cognitionem vocat. id est: Exactè me nosti. Sessionem autem & resurrectionem vniuersam vitam intelligit, & actiones, operationes, ingressus, & exitus. Deinde quoniam dixerat in principio, *Probasti me, & cognouisti me*; ne quis imprudens existimaret eum nosse ex probatione vel ex rerum experientia, eò quòd dixerit, *Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam:* vide quid subiunxerit dicens, *Tu intellexisti cogitationes meas*, &c. Vides vt non opus habeat probatione, sed suâ præsciendi facultate sciat omnia? Qui enim nouit cogitationes in mente motas, non opus habet vt probet per opera: ceterùm priusquam moueantur idque longo ante tempore illas nosse, quantæ sit excellentiæ? si ergo Deus etiam cogitationes ipsas nouerit, cur inducit eam quæ per opera fit probationem? Non vt ipse hoc discat, sed vt eos qui ista sustinent probatos efficiat. quod etiam in Iobo demonstratur. Et quid miraris si hoc fecerit in Iob, cùm id ipsum etiam faciat in peccatoribus? Apertè enim sciebat Niniuitas non esse dignos qui perirent, sed per pœnitentiam eos fore emendandos: attamen inducit etiam ipsum rerum experimentum, & vbique multa præbet euidentissima curæ & beneuolentiæ suæ argumenta, propriâ cognitione minimè contentus. Et pronuntiat quidem etiam antequam res eueniant aliquem esse virtute præditum, vt eius præsciendi facultatem intelligant: adiungit autem etiam confirmationem quæ fit per opera, ne quis imprudentior dicat eum esse talem propter præscientiam.

Iob 2.

Ionæ 3.

ORIGENIS. Ceterùm in sequentibus etiam tamquam corde in tentationibus patefacto dictum est, *Proba me Deus, & scito cor meum:* quinta verò Editio *Nunc quidem scrutatus es* dixit; in sequentibus verò *scrutare*. Sicut enim aurum in conflatorio probatur, sic homines receptibiles in camino humiliationis. Quin & in Psalmo scriptum est: *Probasti nos Deus, ignisti nos sicut ignitur argentum.* Cùm hoc intellexeris, cognosces quòd solus & omnis iustus probatus cognoscatur, vtpote qui sit in Christo ex Deo; vti quoque clarum fit ex isto, *Proba me Domine, & scito cor meum.* Virtutis enim probatio non modò est paupertas & calamitas, sed etiam regnum & fe-

Eccli. 2, 5.

Psal. 65, 10.

τὸ ἐδοκίμασας οὖν τὴν γνῶσιν τὴν σαφεστάτην φησί. τουτέστιν· ἀκριβῶς γινώσκεις με. Καθέδραν δὲ καὶ ἔγερσιν τὸν βίον ἅπαντά φησι, καὶ τὰς πράξεις, τὰς ἐνεργείας, τὰς εἰσόδους, τὰς ἐξόδους. εἶτα ἐπειδὴ ἀρχόμενος ἔλεγεν, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με· ἵνα μή τις τῶν ἀνοήτων νομίσῃ ὅτι ἀπὸ δοκιμῆς οἶδεν ἢ ἀπὸ πείρας πραγμάτων, διὰ τὸ εἰπεῖν, Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου· ὅρα τί ἐπήγαγε λέγων, Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁρᾷς ὅτι οὐ δεῖται δοκιμασίας, ἀλλὰ προγνωστικῇ δυνάμει πάντα οἶδεν; ὁ γὰρ λογισμοὺς εἰδὼς ἐν τῷ νῷ κινουμένους, οὐ δεῖται τῆς διὰ τῶν ἔργων δοκιμασίας· τὸ δὲ καὶ πρὶν ἢ τούτους κινηθῆναι καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου, πόσην ἔχει τὴν ὑπερβολήν; εἰ τοίνυν οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ τοὺς διαλογισμούς, τίνος ἕνεκεν ἐπάγει τὴν διὰ τῶν ἔργων δοκιμήν; οὐχ ἵνα αὐτὸς μάθῃ, ἀλλ' ἵνα τοὺς ὑπομένοντας δοκίμους ἐργάσηται. ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ δέδεικται. καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ τοῦτο πεποίηκεν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τοῦτο αὐτὸ ἐργάζεται; τοὺς γὰρ Νινευίτας ᾔδει σαφῶς οὐκ ἀξίους ὄντας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ διὰ τῆς μετανοίας βελτίους ἐσομένους· ἀλλ' ὅμως ἐπάγει καὶ διὰ τῶν πραγμάτων πεῖραν, καὶ πανταχοῦ πολλὰς ἀποδείξεις παρέχεται τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας καὶ φιλανθρωπίας, οὐκ ἀρκούμενος τῇ οἰκείᾳ γνώσει. ἀλλ' ἀποφαίνεται μὲν καὶ πρὸ τῶν πραγμάτων ὅτι ὁ δεῖνα ἐνάρετος, ἵνα μάθωσιν αὐτοῦ τὴν προγνωστικὴν δύναμιν· ἐπάγει δὲ καὶ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων πληροφορίαν, ἵνα μή τις τῶν ἀνοήτων εἴπῃ ὅτι διὰ τὴν πρόῤῥησιν ὁ δεῖνα τοιοῦτος ἦν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ ὡς ἀναφαινομένης τῆς καρδίας ἐν τοῖς πειρασμοῖς εἴρηται, Δοκίμασόν με ὁ Θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις Νῦν μὲν ἐξηρεύνησας εἶπεν· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ἐξερεύνησον. ὡς γὰρ χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ δοκιμάζεται, οὕτως ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. γέγραπται δὲ ἐν ψαλμῷ· Ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. νοήσας τοῦτο, γνώσῃ ὅτι μόνος ὁ δίκαιος καὶ πᾶς δοκιμασθεὶς γινώσκεται, ὡς ὢν ἐν Χριστῷ ἀπὸ Θεοῦ· ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ, Δοκίμασόν με κύριε, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου. Βάσανος γὰρ τῆς ἀρετῆς οὐ μόνον πενία καὶ ἀθυμία, ἀλλὰ καὶ βασιλεία καὶ εὐπραξία.

Digitized by Google

πραξία. ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνιαροῖς δοκιμαζόμεθα, εἰ φέρειν γενναίως δυνάμεθα τὰ προσπίπτοντα λυπηρὰ· οὕτως καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις γυμναζόμεθα, καὶ δεικνύμεθα, εἴτε συνεπαιρόμεθα ταῖς εὐπληρίαις, εἴτε τὴν τούτων ἐπιστάμεθα φύσιν. βασιλείαν τοίνυν ἐγχειρισθεὶς ὁ μακάριος Ἰωσίας, καὶ μετ' εὐσεβείας αὐτὴν κυβερνήσας, εἰκότως ἔφη· κύριος ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με· σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου. Τῶν γὰρ καλῶς ἱδρυμένων ἡ καθέδρα γινώσκεται ὑπὸ θεοῦ, ὥσπερ καὶ ἡ ἔγερσις τῶν καλῶς ἐγειρομένων ἐπὶ τὰ μετὰ τὸν βίον. Πάντα, φησὶ, μεμάθηκας ἀκριβῶς τίνα εἰργαζόμην καθήμενος, καὶ τίνα ἔδρων ἀνιστάμενος· διὰ γὰρ τῆς καθέδρας τῆς ἐγέρσεως πάντα τὸν βίον παρεδήλωσεν. ἵνα δὲ μή τις ὑπολάβῃ, μετὰ τὸ τέλος τῶν πραγμάτων μανθάνειν τὸν θεὸν τὰ γινόμενα, ἁρμοδίως μάλα ἐπήγαγεν, καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες.

γ'. ΤΗΝ ΤΡΙΒΟΝ ΜΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΣΧΟΙΝΟΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ καθέδραν καὶ ἔγερσιν τὰς πράξεις λέγει· οὕτω τρίβον καὶ σχοῖνον ἐνταῦθα τὴν ζωὴν αὐτοῦ πᾶσάν φησι. διὸ καὶ ἐπάγει· καὶ πάσας τὰς τρίβους μου προεῖδες. τὸ δὲ ἐξιχνίασας οὐκ ἐρευνῶντός ἐστιν, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπισταμένου· διὸ καὶ προσήγαγε τὸ προεῖδες· τουτέστι, πρὶν ἢ γενέσθαι οἶδας πάσας καὶ τὰς πονηρὰς καὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῶν καλῇ τρίβῳ χρωμένων ἐξιχνιάζει ὁ θεὸς τὴν σχοῖνον, καὶ πάντα τὰ μέτρα τῆς ὁδοῦ τῶν τοιούτων προεῖδεν ὁ θεός.

δ'. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΔΟΛΟΣ ΕΝ ΓΛΩΣΣΗ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο μέγιστον τεκμήριον ἀρετῆς. τοῦτο δὲ μάλιστα ὁ Χριστὸς ἐπιζητεῖ παραγινόμενος λέγων, εἰ μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· τὸ ἄκακον, καὶ ἄδολον, καὶ ἄπλαστον καὶ ἀφελὲς αἰνιττόμενος. οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ἐδεξάμην μὲν, ἀλλ' ἀπέβαλον τὸν δόλον· ἀλλ' οὐκ ἐγένετο ποτὲ, οὐδὲ ἐπέβη τῆς γλώσσης τῆς ἐμῆς τοῦτο τὸ νόσημα. ἕτερος δέ φησιν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἑτερολογία ἐν τῇ γλώσσῃ μου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ἔστι, φησὶ, δόλος ἐν γλώσσῃ μου. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔστιν ἐπιπόλαιός μοι λόγος, ἀλλ' ἐν βάθει καὶ καρδίᾳ. ἐν στόματι δὲ μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν.

licitas. Sicut enim in rebus triſtibus probamur, vtrùm viriliter ferre poſſimus res graues quæ accidunt; ſic etiam in rebus ſecundis exercemur, & oſtendimus, vtrùm ob res proſperas efferamur, an earumdem naturam cognoſcamus. Itaque cùm Regnum beato Ioſiæ commiſſum eſſet, & religiosè illud adminiſtraſſet, iure merito dixit: *Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeßionē meam.* Eorum enim qui probè firmati ſunt ſeſſio cognoſcitur à Deo, ſicut etiam reſurrectio eorum qui probè reſurrexerunt ad ea quæ ſunt poſt hanc vitam. Omnia, inquit, exactè didiciſti quæ operatus ſim ſedens, & quæ fecerim ſurgens: nam per ſeſſionem & reſurrectionem totam vitam demonſtrauit. Ceterùm ne quis ſuſpicaretur, poſt finem rerum Deum ea quæ fiunt diſcere, congruenter admodum ſubdidit, *Et omnes vias meas præuidiſti.*

CATENA PATRVM. *Probatio fit tam proſperis quàm aduerſis.*

3. SEMITAM MEAM ET FVNICVLVM MEVM.] CHRYSOSTOMI. Quemadmodum ſeſſionem & reſurrectionem vocat actiones; ita ſemitam & funiculum hoc loco appellat vniuerſam vitam ſuam, & ideò ſubiungit: *Et omnes vias meas præuidiſti.* Porrò illud *inueſtigaſti* non eſt ſcrutantis, ſed accuratè cognoſcentis: quapropter etiam ſubiunxit illud *præuidiſti*; hoc eſt, antequam fierent noſti omnes malas & bonas actiones.

ORIGENIS. Inueſtigat Deus funiculum eorum qui probâ ſemitâ vtuntur, & omnes menſuras viæ iſtiuſmodi Deus præuidit.

4. QVIA NON EST DOLVS IN LINGVA MEA.] CHRYSOSTOMI. Hoc maximum eſt virtutis indicium. Hoc eſt quod Chriſtus aduenìens maximè requirit dicens, *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum cælorum*; ſimplicitatem, & innocentiam, & ab omni dolo & ſimulatione remotionem ſignificans. Non dixit autem, Quoniam ſuſcepi quidem, ſed eieci dolum, ſed non fuit vmquam, neque linguam meam attigit hic morbus. Alius autem ait: *Quoniam non eſt contradictio in lingua mea.*

Matth. 18, 3.

ORIGENIS. Non eſt, inquit, dolus in lingua mea. Id eſt, Non eſt mihi ſermo ſuperficialis, ſed in fundo & in corde. In ore autem ſtultorum cor eorum.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Deus omnia præscit antequam fiant.

5. ECCE DOMINE TV COGNOVISTI OMNIA.] ORIGENIS. Considera cur media siluerit; quia nimirum malitia est intermedia, cùm non esset in principio nec in fine. Quomodo enim quidpiam rerum mearum latere posset te Conditorem meum, qui me in vtero materno efformasti, & omni curâ dignatus es. Illud autem, *Posuisti super me manum tuam*, simile est isti, *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me*. Per id ipsum autem significat quoque curam post efformationem.

Iob 10, 8.

TV FORMASTI ME, ET POSVISTI SVPER ME.] CHRYSOSTOMI. A præsciendi facultate transijt ad creandi potestatem, & rursus à creandi potestate ad præsciendi facultatem. Non solùm enim nos fecit cùm non essemus, sed etiam iam factos continet. Atque hæc vtraque de Christo Paulus testatur in Epistola ad Colossenses dicens: *In ipso condita sunt vniuersa*. Et paulò pòst iterùm: *Omnia per ipsum & in ipso creata sunt*. Hoc spectat ad eius creationem; deinde prouidentiam enarrat: *Et omnia in ipso constant*. Rursus etiam Ioannes ait: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Hæc est creatio; deinde prouidentia: *Vita erat, & vita erat lux hominum quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Hoc etiam Propheta hoc loco dicit: *Tu formasti me:* quod est opificij: *& posuisti super me manum tuam:* quod est prouidentiæ. Quid est *posuisti*? Regis, contines, componis & portas.

Omnia ex Deo & in Deo sunt.

Coloss. 1, 16. — Ibidem. — Ibidem. — Ioan. 1, 5. — Ibidem.

6. MIRABILIS FACTA EST SCIENTIA TVA EX ME.] ANONYMI. Ex his, inquit, quæ erga me facta sunt cognoui scientiam tuam me superare, & à me capi non posse, & admirabilem existere: quare subiunxit, *Et non potero ad eam*. Ac si quis dixerit, Imbecillis sum, non possum cum isto certare. Quando autem scientiam dicit, non hoc ait, quod Deum ignoret, sed accuratam cognitionem intelligit, quòd nempe sit secundùm essentiam.

Scientia Dei superat captum nostrum.

CHRYSOSTOMI. Alius ait, *Superat me*, pro *Confortata est*: alius *Superelata est*. Quod autem dicit est eiusmodi: Et tuâ fruor prouidentiâ; & quamuis sciam te omnia præscire, & me ex ijs quæ non erant fecisse; perfectam tamen & manifestam non possum habere tui cognitionem: sed admirabilis facta est, hoc

ε. ΙΔΟΥ ΚΥΡΙΕ ΣΥ ΕΓΝΩΣ ΠΑΝΤΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπίσκεψαι διὰ τί τὰ μέσα παρασεσιώπηται· διὰ τὸ τὴν κακίαν εἶναι ἐν τῷ μεταξὺ, μήτε ἐν τῇ ἀρχῇ μήτε ἐν τῷ τέλει ὑπάρχουσαν. πῶς γὰρ οἷόν τέ σε λαθεῖν τι τῶν ἐμῶν τὸν ἐμὸν ποιητὴν, τὸν ἔνδον ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ με διαπλάσαντα, καὶ πάσης ἀξιώσαντα προμηθείας. τὸ δὲ, ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου, ἔοικε τῷ, αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. σημαίνει δὲ κατ' αὐτὸν καὶ τὴν μετὰ τὴν διάπλασιν προμήθειαν.

ΣΥ ΕΠΛΑΣΑΣ ΜΕ, ΚΑΙ ΕΘΗΚΑΣ ΕΠ ΕΜΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀπὸ προγνωστικῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν δημιουργικὴν μετέβη, καὶ πάλιν μετὰ τὴν δημιουργικὴν ἐπὶ τὴν προγνωστικήν. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐκ ὄντας ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ γενομένους διακρατεῖ. καὶ ἑκάτερα ταῦτα μαρτυρεῖ καὶ ὁ Παῦλος τῷ Χριστῷ ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς λέγων· ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. καὶ πάλιν μετὰ μικρόν· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. τοῦτο τῆς δημιουργίας αὐτοῦ· εἶτα τὴν προνοητικήν φησι· καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. καὶ πάλιν ὁ Ἰωάννης φησί· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. τοῦτο ἡ δημιουργία· εἶτα ἡ πρόνοια· Ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ προφήτης φησί· Σὺ ἔπλασάς με· τοῦτο τῆς δημιουργίας· καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου· τοῦτο τῆς προνοίας τί ἐστιν ἔθηκας; διακρατεῖς, συγκροτεῖς, διαβαστάζεις.

ς'. ΕΘΑΥΜΑΣΤΩΘΗ Η ΓΝΩΣΙΣ ΣΟΥ ΕΞ ΕΜΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀπὸ τῶν κατ' ἐμέ, φησιν, ἔγνων ὅτι ὑπερβαίνει με ἡ γνῶσίς σου, καὶ ἀμήχανός μοι, ἔστι καὶ τεθαυμαστωμένη· διὸ ἐπήγαγε, Οὐ μὴ δύναμαι πρὸς αὐτήν. ὡς εἴ τις ἔλεγεν, ἀσθενής εἰμι· οὐ δύναμαι τούτῳ παλαῖσαι. ὅταν δὲ λέγῃ γνῶσιν, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἀγνοεῖ τὸν Θεόν, ἀλλὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν, τὸ τί ἐστι τὴν οὐσίαν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος φησιν, ὑπερβάλλει με, ἀντὶ δὲ ἐκραταιώθη· ἕτερος ὑπερεπήρθη. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστι· Καὶ προνοίας ἀπολαύω τῆς σῆς· καὶ εἰδὼς ὅτι πάντα προοῖδας, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων με ἐποίησας· ὅμως τὴν περὶ σοῦ γνῶσιν ἀκριβῆ καὶ σαφῆ πᾶσαν ἔχειν οὐ δύναμαι· ἀλλ' ἐθαυμαστώθη, τουτέστιν,

Digitized by Google

τέστι, ὑπερέβαλλεν, ἐπήρθη ὑπὲρ ἐμὲ, ἰσχυρότερα ἐγένετο, ἢ ὥστε καταληφθῆναι τοῖς ἐμοῖς λογισμοῖς· οὕτως ἐστὶ θαυμαστὴ, οὕτως ἐστὶ μεγάλη. ὅταν δὲ λέγῃ γνῶσιν οὐκ ἔχω, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἀγνοῶ τὸν Θεὸν, ἀλλ', ὅτι παντελῆ καὶ σαφῆ τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν οὐκ οἶδα. ὅπερ ὁ Παῦλός φησιν. ὅτι μὲν ἐστιν ἴσμεν· τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ἀγνοοῦμεν. πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐστίν. οὐκ εἶπε τί τὴν οὐσίαν ἐστί· τοῦτο γὰρ οὐδενὶ γνώριμον· ὅτι φιλάνθρωπος οἴδαμεν. ὅτι χρηστὸς, ὅτι ἀγαθὸς, τὸ δὲ πόσον ἀγνοοῦμεν. ἀλλ' ἐνταῦθα ταῦτα πάντα παραδραμὼν ἕτερον δοκοῦν εὐκολώτερον προβάλλεται, καὶ αὐτό φησιν ἀγνοεῖν. οὐ γὰρ δὴ λέγω τὸ τί τὴν οὐσίαν, φησὶν, οὐδὲ πόσον ἀγαθὸς (ὡμολόγηται γὰρ ὅτι ταῦτα ἀκατάληπτα) ἀλλὰ πῶς πανταχοῦ ἐστιν εἰπεῖν οὐκ ἔχω. διὸ εἰπὼν, Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἀπ' ἐμοῦ, ἐπήγαγεν·

ζ'. ΠΟΥ ΠΟΡΕΥΘΩ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΣΟΥ;] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πνεῦμα καὶ πρόσωπον αὐτὸν τὸν Θεόν φησιν· ἢ πνεῦμα αὐτοῦ φησι τὸ ἅγιον πνεῦμα, πρόσωπον δὲ τὸν μονογενῆ υἱὸν· ἅτε εἰκόνα ὄντα τοῦ Θεοῦ καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποῦ πορεύθω ἀπὸ σοῦ; πάντα πληροῖς, πᾶσι πάρει οὐ κατὰ μέρος, ἀλλ' ὁμοῦ πᾶσιν ὅλος. καὶ οὐκ εἶπεν, ὅπου ἂν ἀπέλθω ἀκολουθήσεις μοι· ἀλλ', ὅπου ἂν ἀπέλθω ἐκεῖ εἶ, ἐκεῖ σε εὑρίσκω, φησὶ, προλαμβάνοντά με. ἀλλ' εἰ μὴ οἶδας αὐτήν φησιν ἀκριβῶς, πῶς οἶδας ὅτι θαυμαστή; διὰ μὲν τοῦτο οἶδα ὅτι θαυμαστὴ, ὅτι ὑπερβάλλει μου τὸν λογισμὸν, ὅτι νικᾷ τὴν διάνοιαν. ἐπεὶ καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα οὐ δυνάμεθα σαφῶς καταμαθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα θαυμάζομεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Φωνὴ πολλοὺς ὠφελήσαντος διδασκάλου σοφοῦ τὰ θαυμάσια τῆς γνώσεως μυστήρια οἰκονομήσαντος.

θ'. ΕΑΝ ΑΝΑΛΑΒΟΙΜΙ ΤΑΣ ΠΤΕΡΥΓΑΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς ἔχων πτέρυγας ἑαυτόν φησιν. ὄρθρον τὰς ἀνατολὰς ἐκάλεσε, δυσμὰς δὲ τῆς θαλάσσης τὰ ἔσχατα. τῷ γὰρ ὕψει καὶ τῷ βάθει τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος προσέθηκε, διδάσκων τῆς θείας φύσεως τὸ ἀπερίγραπτον. ταύτης δὲ τῆς δυνάμεως τὴν πεῖραν ἔλαβε καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφή-

est, superauit, exaltata est super me, validior facta est, quàm vt meis possit cogitationibus comprehendi; adeò est admirabilis, adeò magna. Quando autem dicit Cognitionem non habeo, non hoc dicit, Ignoro Deum, sed, Vndique perfectā & manifestam eius non habeo notitiam. quod Paulus ait. Deum quidem esse scimus; quid autem secundùm substantiam sit nescimus. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est.* Non dixit quid secundùm substantiam sit: hoc enim nulli est cognitum. Quòd clemens sit scimus, quòd benignus, quòd bonus, quantum autem ignoramus. Verùm hic his omnibus prætermissis proponit aliud quod videtur esse facilius, & hoc quoque dicit se ignorare. Non solùm, inquit, non dico quid sit secundùm substantiam, neque quantum sit bonus (hæc enim non posse comprehendi in confesso est) sed etiam quomodo sit vbique non possum dicere. Quapropter cùm dixisset, *Mirificata est scientia tua ex me,* subiunxit:

Hebr. 11, 6.

7. QVO IBO A SPIRITV TVO?] ANONYMI. Spiritum & faciem vocat ipsum Deum: vel spiritum eius appellat Spiritum sanctum, faciem verò Filium vnigenitum; vtpote qui sit imago Dei & *figura substantiæ eius.*

Spiritus & facies Dei quid.

Hebr. 1, 3.

CHRYSOSTOMI. Quò à te proficiscar? Omnia imples, omnibus ades non per partes, sed omnibus simul totus. Et non dixit, Quocumque abiero sequeris me; sed, Quocumq; abiero tu illic es, illic te inuenio, inquit, me præuenientem. Sed si eam non perfectè nosti dicit quispiam, quomodo nosti eam esse admirabilem? Propter hoc ipsum nempe noui eam esse admirabilem, quòd meam superet rationem, quòd mentem meam excedat. Nam radium quoque solarem non possumus apertè cognoscere, & propter hoc ipsum eum maximè admiramur.

Deus vbique est.

ORIGENIS. Vox est sapientis præceptoris qui multis prodest & admirabilia cognitionis mysteria dispensat.

9. SI SVMPSERO PENNAS MEAS.] ORIGENIS. Hæc tamquam pennas habens dicit. *Diluculum* Orientem appellauit, *extrema* verò *maris* Occidentem. Alto enim & profundo longitudinem & latitudinem apposuit, edocens diuinam naturam minimè circumscribi posse. Huius autem potentiæ Propheta Ionas periculum

Deum nemo effugere potest.

 fecit:

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

fecit: cùm enim vniuersorum Deum effugere conatus esset captus fuit, & vndis compeditus, & veluti carceri ceto traditus est, & ad quam missus fuerat ciuitatem deductus est.

EIVSDEM. Hæc dicit, ac si posset proficisci ac fugere in cælum & in infernum, & ad extrema maris transuolare. Par est autem animam sibi ipsi relictam hoc posse. Ceterùm cum his conferes ea quæ in Deuteronomio sic habent: *Mandatum hoc non est graue, neque longè abs te est; non in cælo sursum est, dicens, Quis ascendet nobis in cælum, & accipiet illud? neque trans mare est, dicens, Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus illud? Prope te est verbum valdè, in ore tuo & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud.* Quin & ex Amos conferes hæc: *Non fugiet ex eis qui fugerit; & non saluabitur ex illis qui fuerit resaluatus: si absconditi fuerint in inferno, inde manus mea euellet eos: & si ascenderint in cælum, inde detraham illos: si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutabor & auferam eos: & si demerserint se ab oculis meis in profunda maris, inde mandabo draconi, & mordebit eos: & si abierint in captiuitatem ante faciem inimicorum suorum, ibi præcipiam gladio, & interficiet eos.*

Deut. 30, 11.

Amos 9, 1.

CHRYSOSTOMI. Cùm igitur hæc dixisset, & deprædicasset eius præsciendi, creandi & conseruandi facultatem, substantiamque vbique diffusam, quæ nec comprehendi nec explicari potest, aliam rursus refert potestatem; quæ ipsa quoque magnâ dubitatione plena est, si ratione quæratur: quænam ergo ea est? Potes, inquit, efficere vt homines qui in grauia mala inciderint, grauibus istis malis non illaqueentur, etiam in ipsis existentes. Hoc itaque exponens subiunxit:

11. ET DIXI: FORSITAN TENEBRÆ CONCVLCABVNT ME.] ORIGENIS. Ista particula ἄρα non est dubitantis, sed concludentis, vel, vt aliqui nominarunt, inferentis: quod declaratur ex eo quod pro πάλιν sumptum sit. Symmachus autem, *Si dixero, Forsitan tenebræ operient me; tamen nox lu-*

της· φυγεῖν γὰρ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιχειρήσας ἥλω, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπεδήθη, καὶ οἷον εἱρκτῇ τινι παρεδόθη τῷ κήτει, καὶ πρὸς ἣν ἀπεστάλη πόλιν ἐπεδημήθη.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὡς δυνάμενος πορεύεσθαι καὶ φυγεῖν εἰς οὐρανὸν καὶ εἰς ᾅδην, καὶ ἵπτασθαι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, ταῦτά φησιν. εἰκὸς δὲ καθ' ἑαυτὴν γενομένην δύνασθαι τὴν ψυχήν. συνεξετάσεις δὲ τούτοις τὰ ἐκ τοῦ Δευτερονομίου οὕτως ἔχοντα· ἡ ἐντολὴ αὕτη οὐχ ὑπέρογκός ἐστιν, οὐδὲ μακρὰν ἀπὸ σοῦ ἐστιν· οὐκ ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω ἐστὶ, λέγων, τίς ἀναβήσεται ἡμῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ λήψεται αὐτήν; οὐδὲ πέραν τῆς θαλάσσης ἐστὶ, λέγων, τίς διαπεράσει ἡμῖν εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, καὶ λάβῃ αὐτὴν ἡμῖν, καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν ποιήσομεν αὐτήν; ἔστιν ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα σφόδρα, ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ταῖς χερσίν σου ποιεῖν αὐτό. Συγκρίνεις δὲ καὶ ἀπὸ Ἀμὼς ταῦτα· οὐ μὴ διαφύγῃ ἐξ αὐτῶν φεύγων· καὶ οὐ μὴ διασωθῇ ἐξ αὐτῶν ἀνασωζόμενος· ἐὰν κατορυγῶσιν εἰς ᾅδου, ἐκεῖθεν ἡ χείρ μου ἀνασπάσει αὐτούς· καὶ ἐὰν ἀναβῶσιν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐκεῖθεν κατάξω αὐτούς· ἐὰν κρυβῶσιν εἰς τὴν κορυφὴν τοῦ καρμήλου, ἐκεῖθεν ἐξερευνήσω καὶ λήψομαι αὐτούς· καὶ ἐὰν καταδύσωσιν ἐξ ὀφθαλμῶν μου εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, ἐκεῖ ἐντελοῦμαι τῷ δράκοντι, καὶ δήξεται αὐτούς· καὶ ἐὰν πορευθῶσιν ἐν αἰχμαλωσίᾳ πρὸ προσώπου τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, ἐκεῖθεν ἐντελοῦμαι τῇ ῥομφαίᾳ, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰπὼν τοίνυν ταῦτα, καὶ ἀνακηρύξας αὐτοῦ τὸ προγνωστικὸν, τὸ δημιουργικὸν, τὸ διακρατητικὸν, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀνερμήνευτον τῆς πανταχοῦ οὐσίας, πάλιν ἑτέραν αὐτοῦ διηγεῖται δύναμιν· ποίαν δὴ ταύτην καὶ αὐτὴν τὴν πολλῆς ἀπορίας γέμουσαν, εἰ λογισμοῖς ζητοῖτο· τίς οὖν αὕτη; δυνατὸν, φησὶν, ἐμπεσόντας ἀνθρώπους εἰς τὰ δεινὰ, μὴ ἀφεῖναι ἁλῶναι τοῖς δεινοῖς, ἐν αὐτοῖς ὄντα τοῖς δεινοῖς. τοῦτο οὖν ἑρμηνεύων ἐπήγαγε·

ιά. ΚΑΙ ΕΙΠΑ· ΑΡΑ ΣΚΟΤΟΣ ΚΑΤΑΠΑΤΗΣΕΙ ΜΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐχ ἐπαπορητικὸς ἐνταῦθα ὁ ἄρα, ἀλλὰ συλλογιστικὸς, ἢ, ὥς τινες ὠνόμασαν, ἐπιφορητικός· ὅπερ δηλοῦται ἐκ τοῦ ἀντ' αὐτοῦ παραληφθέντος τοῦ πάλιν. ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐὰν εἴπω ἴσως σκότος ἐπισκεπάσει με· ἀλλὰ καὶ νὺξ

φωτεινὴ

φωτεινὴ περὶ ἐμέ. κἂν πρὸς ἀνίσχοντά, φησι, κἂν πρὸς δυόμενον ἥλιον καταφύγω, τὴν σὴν οὐ διαφεύξομαι δύναμιν· κἂν τῷ σκότει τῆς νυκτὸς κατακαλύψασθαι πειραθῶ, οὐδ᾽ οὕτως λήσομαι· σοὶ γὰρ φῶς ἐστι καὶ τὸ σκότος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰπὼν, ὅτι οὐ μόνον πάρεστι πανταχοῦ, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ποδηγεῖ, καὶ ἀσφαλίζεται, καὶ τειχίζει· ἐπάγει λοιπὸν, καὶ ἐν τούτῳ τὸ παράδοξον, οὐ μόνον ὅτι τειχίζει καὶ ἀσφαλίζεται, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὑπὲρ αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν. εἰπὼν γὰρ, ὅτι καθέξει με ἡ δεξιά σου, καὶ ὁδηγήσει με· ἐπήγαγε, καὶ εἶπον, Ἄρα σκότος καταπατήσει με, καὶ τὰ ἑξῆς. Σκότος ἐνταῦθα τὴν θλῖψιν λέγει. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστι· περιεστοιχίσθην ὑπὸ τῶν δεινῶν, καὶ εἶπον ἐν ἐμαυτῷ, ἂν περιέσται μου τὰ δεινά· τουτέστι, σκότος καταπατήσει με· καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου. ὁ ἕτερός φησι, νὺξ φωτεινὴ περὶ ἐμέ. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστι· Ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἀναλογιζόμενος· ἀθρόον δὲ τὰ δεινὰ εἰς ἀγαθὰ μετεβλήθη, μᾶλλον δὲ μενόντων τῶν δεινῶν ἐγὼ πολλῆς ἀπήλαυσα τῆς χρηστότητος. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι νὺξ ἠφανίσθη, ἀλλὰ, μένουσα νὺξ ἡ νύξ. τουτέστι, τὰ δεινὰ οὐκ ἴσχυσάν με καταπατῆσαι· ἀλλ᾽ ἐγένετο ἐν τῇ νυκτὶ φῶς. τουτέστιν, ἀντίληψις περὶ ἐμέ. τὰ γὰρ ἐναντία ἐν τοῖς ἐναντίοις καὶ γίνεται καὶ φαίνεται, ὅταν ὁ Θεὸς βούληται. ἢ οὐκ εἶδες κάμινον ἀναπτομένην, καὶ δρόσον διασυρίζουσαν, καὶ οὔτε ἐκείνην σβεννυμένην, οὔτε ταύτην ξηραινομένην; πόθεν οὖν γέγονεν, εἰπέ μοι; πῶς δὲ ἐγένετο βούλομαι μαθεῖν. μᾶλλον δὲ οὐδὲ μαθεῖν βούλομαι τὸν τρόπον (οὐ γὰρ δυνατὸν) ἀλλὰ πιστεύω τῷ γεγενημένῳ, καὶ προσκυνῶ τὸν ποιήσαντα. τὰ γὰρ πλείονα τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐν ἀποκρύφοις· καὶ πανταχοῦ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως κύριος ὁ ποιήσας, οὐχ ὥστε παραγαγεῖν οὐκ ὄντα, ἀλλ᾽ ὥστε μεταβαλεῖν, οὐχ ὥστε μεταβαλεῖν μόνον, ἀλλ᾽ ὥστε μένοντα ἐν τῇ φύσει ἕτερα παρασκευάζειν ἐπιδείκνυσθαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διενοήθην, φησὶ, μήπη ἄρα ὑπὸ σκότος γεγονὼς λήσομαι τὸν Θεὸν καταπατήσαντος, ἤτοι ἐπικρύψαντός με σκότους πολλοῦ· ἀλλ᾽ ὅτι ἔδοξα τρυφᾶν ἐπὶ τῷ τετυχηκέναι τοῦ σπουδαζομένου, εὐθέως εἶδον ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ νὺξ φωτισμός ἐστι. φωτίζεται γὰρ ὑπὸ σοῦ, καταληπτῶν σοι τυγχανόντων τῶν ἐν σκότει καὶ νυκτὶ ὡς ἐν φωτί.

cida circa me. Et si ad Orientem, inquit, Solem, etsi ad Occidentem confugero, tuam non effugiam potentiam: & si tenebris noctis meipsum occultare conatus fuero, neque sic delitescam: tibi enim lux sunt ipsæ tenebræ.

Deus in afflictione adiutor mirabilis.

CHRYSOSTOMI. Postquam dixisset, quòd non solùm adsit vbique, sed etiam quòd deducat, & defendat, & muniat; subiungit deinceps, in eo quoque ostendens quid admirabile, quòd non solùm muniat protegatque, verùm etiam quòd supra ipsam rerum naturam. Cùm enim dixisset, *Quoniam tenebit me dextera tua, & deducet me*; subiunxit, *Forsitan tenebræ conculcabunt me*, &c. Tenebras hîc vocat afflictionem. Quod autem dicit est eiusmodi: Circumsessus sum à malis, & dixi mihi ipsi, Superabunt me mala; hoc est, *Tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio in delicijs meis.* quod alius ait, *Nox lucida circa me.* Quod autem dicit hoc est: Ego quidem hæc dixi ex ipsa rerum natura argumentans: verùm derepentè mala mutata sunt in bona, quin potiùs ipsis malis remanentibus magnam adeptus sum benignitatem. Non enim dixit, Nox deleta fuit, sed, Nox manens nox. id est, Mala non potuerunt me conculcare; sed fuit lux in nocte; hoc est, fuit præsidium circa me. Contraria enim in contrarijs & fiunt & apparent, quando Deus voluerit. An non vidisti fornacem ardentem, & rorem sibilantem, & neque illam extingui, nec hunc exsiccari? vndenam ergo, dic mihi, hoc factum est? Quomodo autem factum sit scire volo. Quin potiùs nec scire quidem modum volo (neque enim fieri potest) sed factum credo, & eum qui hoc fecit adoro. Plurima enim eius facta sunt occulta & arcana: & semper rerum naturæ Dominus est ipse creator, non tam vt producat ea quæ non sunt, quàm vt immutet, nec vt immutet solùm, sed vt manentia in natura etiam alia apparere efficiat.

Dan. 3. Exod. 9.

Deus ipsas tenebras illuminat.

ANONYMI. Cogitabam, inquit, num fortè aliquando in tenebris existens Dei obliuiscerer, dum densæ nimirum tenebræ me conculcarent, siue occultarent: sed cùm viderer deliciari in eo quòd consecutus essem id quod satagebam, statim vidi ipsam noctem esse illuminationem. A te enim illuminatur, dum æquè à te comprehenduntur hi qui in tenebris & nocte quàm qui in luce versantur.

CHRY-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Rectè dixit *à te*: hoc est *apud te*. Si enim volueris, tenebræ non erunt tenebræ, sed quæ lucis sunt ostendent. Quare subiunxit, *Et nox sicut dies illuminabitur*, reddens apertius id quod præcedit; nempe quòd nox exhibitura sit ea quæ diei sunt, non secùs atque ea quæ ipsius sunt propria. Quando enim Deus voluerit, elementorum operatio tam exactè traducitur in contraria quàm ad propria, ac si etiam ab initio ei attributa fuissent. Ceterùm hæc quidem de elementis propriè dicta sunt, metaphoricè autem etiam de rebus. Quoniam potest Deus ijs qui in afflictiones incidunt tantam adferre requiem, seu consolationem, quantam habent ij qui vtuntur rebus secundis, vtpote curam gerendo afflictionis eorum. Quemadmodum etiam in Iosepho afflictionis & venditionis & ignominiæ occasio, eadem ipsi & honoris & Regni occasio extitit. Quid porrò sibi vult, *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*? nempe id quod dicebam, quòd sicut illæ sic & hoc eius erit non imaginatione, sed te naturarum Domino illa mutante.

Gen. 38.

13. QVIA TV POSSEDISTI RENES MEOS.] ORIGENIS. Beatus cuius renes facti sunt possessio Dei. Renes autem hoc loco cogitationes appellauit. Cùm enim vis concupiscendi in renibus posita sit, cogitationes verò eius impetum excipiant, cogitationes iure renes nuncupauit.

Deus renum & cogitationum cognitor.

CHRYSOSTOMI. Et quænam hæc est consequentia cum ijs quæ dicta sunt? Magna quidem certè ac valdè cohærens. Cùm enim de tanta eius potentia verba fecerit, ostendit deinceps eum vti hac potestate ad hominum vtilitatem. Nequis enim imprudens diceret, Et quid hæc ad me? subiungit; *Quia tu possedisti renes meos*; à parte dicens totum hominem. Non est autem hoc paruum quid ad partem laudis prouidentiæ, esse Dei possessionem. Qui enim possidet, curam gerit & prouidet. Quare subdit:

SVSCEPISTI ME DE VTERO.] ORIGENIS. Omnia, inquit, exactè nosti quæ ad me pertinent: tu enim me adhuc in vtero materno absconditum efformasti, & quasi in extrema terræ parte existentem in lucem produxisti. Sic enim etiam Aquila interpretatur: *Non abscondita sunt ossa mea à te, quibus factus*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καλῶς εἶπεν ἀπὸ σοῦ· τουτέστι παρὰ σοί. Ἐὰν γὰρ βουληθῇς, τὸ σκότος οὐκ ἔστι σκότος, ἀλλὰ τὰ φωτὸς ἐπιδείξεται. διὸ ἐπήγαγε, Καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται, σαφέστερον τὸ πρότερον δηλῶν· ὅτι τὰ ἡμέρας ἐπιδείξεται νὺξ, καὶ οὕτως τὰ σὰ ὡς τὰ ἴδια. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς βουληθῇ, οὕτως ἀκριβῶς μεθίσταται τῶν στοιχείων ἡ ἐνέργεια πρὸς τὰ ἐναντία ὡς πρὸς τὰ οἰκεῖα, ὡς ἂν εἰ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς συγκεκλήρωτο. ταῦτα δὲ εἴρηται μὲν κυρίως ἐπὶ τῶν στοιχείων, μεταφορικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐν ταῖς θλίψεσι τοσαύτην ἄνεσιν ποιῆσαι, τοῖς ἐμπίπτουσιν ὅσην αὐτοῖς ἐν ἀνέσει οὖσι, προνοῶν αὐτῶν τῆς θλίψεως. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ τῆς θλίψεως καὶ τῆς πράσεως καὶ τῆς ἀτιμίας ὑπόθεσις, αὕτη καὶ τιμῆς αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀφορμὴ γέγονε. τί δέ ἐστιν, ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς; ὅπερ ἔλεγον, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνο οὕτω καὶ τοῦτο αὐτῆς ἔσται οὐ φαντασίᾳ, ἀλλὰ σοῦ τοῦ κυρίου τῶν φύσεων ταῦτα μεταποιοῦντος.

ιγ΄. ΟΤΙ ΣΥ ΕΚΤΗΣΩ ΤΟΥΣ ΝΕΦΡΟΥΣ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μακάριος οὗ οἱ νεφροὶ κτῆμα γεγόνασι τοῦ κυρίου. νεφροὺς δὲ ἐνταῦθα τοὺς λογισμοὺς προσηγόρευσεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἔγκειται τοῖς νεφροῖς, οἱ λογισμοὶ δὲ τὴν ταύτης δέχονται προσβολήν, λογισμοὺς εἰκότως ἐκάλεσε τοὺς νεφρούς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία πρὸς τὰ εἰρημένα; πολλὴ μὲν οὖν καὶ συνημμένη. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τῆς τοσαύτης, δείκνυσιν ὅτι τῇ δυνάμει ταύτῃ εἰς τὸ τοῖς ἀνθρώποις χρήσιμον κέχρηται. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ τῶν ἀνοήτων, καὶ τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; ἐπάγει· ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου· ἀπὸ μέρους πάντα λέγων ἄνθρωπον. οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς ἐγκωμίου μέρος καὶ προνοίας, τὸ κτῆμα εἶναι τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ κτώμενος, καὶ κήδεται καὶ προνοεῖ. διὸ ἐπήγαγεν·

ΑΝΤΕΛΑΒΟΥ ΜΟΥ ΕΚ ΓΑΣΤΡΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἅπαντα, φησίν, ἀκριβῶς γινώσκεις τὰ κατ᾽ ἐμέ· σὺ γὰρ ἔτι με τῇ νηδύϊ τῇ μητρῴᾳ κρυπτόμενον ἔπλασας, καὶ οἱονεὶ ἐν τῷ ἐσχάτῳ μέρει τῆς γῆς ὄντα εἰς φῶς ἤγαγες. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας ἑρμηνεύει· Οὐκ ἐπεκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπὸ σοῦ, οἷς ἐποιήθην

θην ἐν ἀποκρύφῳ, ἐποικίλθην ὡς ἐν κατωτάτοις γῆς. Οὐδέν, φησι, λαθεῖν δυνατόν ἐν τῷ κρυφίῳ τῆς γνώσεως ἐργαστηρίῳ διαπλάττοντα ἀνθρώπων τὴν φύσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἴρηται καὶ τοῖς περὶ φύσεως καὶ γενέσεως τῶν ζώων πραγματευσαμένοις, ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον τὴν εἰς ὀστέον τοῦ αἵματος μεταβολήν, καίτοι τῶν ἄλλων, σαρκῶν καὶ νεύρων λέγω, ὅπως ποτὲ ἔχουσι γενέσεως θεωρουμένων. Καὶ ἡ γραφὴ δὲ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ παρίστησι τοῦτο λέγουσα· Ὡς ὀστᾶ ἐν γαστρὶ τῆς κυοφορούσης, οὕτως οὐ γνώσῃ ποιήματα τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἐκρύβη δὲ ἀπὸ σοῦ, οὐδὲ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς φθάσασα· οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ ἐν ᾅδῃ γενομένη, οὐδ᾽ αὐτὸ σῶμα διαλυθὲν εἰς γῆν, διαφεύγει τὴν θεωρίαν σου. Οὐδὲν γάρ σε τῶν πραττομένων, καὶ πρὸ τοῦ πραχθῆναι, διαλανθάνει· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἀκατέργαστον ἤτοι τὸ μήπω πραχθέν· ἀλλ᾽ ὡς ἐν βιβλίῳ ἀπογεγραμμένα τῇ ἑαυτοῦ θεωρίᾳ πάντα φέρεις, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν καὶ τὸ ἄληστον διὰ τοῦ βιβλίου ἐμφαίνων. Διὸ καὶ ὅτε μέλλουσι πάντες εἴτε δίκαιοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ πλασθῆναι πλάσιν τὴν ἀθάνατον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ διὰ τοῦτο κληθείσῃ ἡμέρᾳ, ὅτι οὐδέποτε παύσεται τοῦ εἶναι ἡμέρα, οὐδὲ ὑπὸ νυκτὸς μεσολαβηθήσεται, οἱ μὲν κατὰ τὴν ἐν τῷ βιβλίῳ σου ἀπογραφὴν εἰς ἀγαλλίασιν αἰώνιον πλασθήσονται, οἱ δὲ εἰς κόλασιν, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς, τοῖς πλασθεῖσι δηλονότι, φυρτὸς γενήσεται. Οὔτε γὰρ ἐν τοῖς δικαίοις ἁμαρτωλὸς εὑρεθήσεται, οὔτε ἐν τοῖς ἁμαρτωλοῖς δίκαιος, ἀλλὰ τῷ ἀλαθήτῳ τῆς τοῦ Θεοῦ πάντων εἰδήσεως ἑκάστῳ τὰ πρόσφορα ἀπονεμηθήσεται.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Βίβλους δὲ νοητέον τὴν πάντα περιέχουσαν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν ἄληστον μνήμην.

ιζ'. ΕΜΟΙ ΔΕ ΛΙΑΝ ΕΤΙΜΗΘΗΣΑΝ ΟΙ ΦΙΛΟΙ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερός φησι, Καὶ ἐμοὶ τί ἐτιμήθησαν οἱ ἑταῖροί σου; Ἄλλος, Τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου. Προενόησάς μου, φησί, καὶ παρήγαγές με· ἐγὼ δὲ ταύτην δίδωμι τὴν ἀμοιβήν, τοὺς φίλους σου τιμῶν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὁ δυνάμενος ἀπὸ τῶν καρπῶν γνωρίζειν τοὺς φίλους τοῦ Θεοῦ, λίαν αὐτοὺς τιμήσει· ἐπεὶ καὶ αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν, τουτέστιν ἃ φροντίζουσι περὶ ἀρχῶν, λίαν ἐκραταιώθησαν.

sum in occulto, variè formatus sum sicut in infimo terra. Nihil, inquit, te latere potest qui hominum naturam in recondita scientiæ tuæ officina formas.

ANONYMI. Traditur etiam ab ijs qui de natura & generatione animalium tractant, inuisibilem & incomprehensibilem esse sanguinis in ossa mutationem, etsi partium ceterarum, carnium inquam & neruorum, quomodo sese habeat generatio conspiciatur. Quin & Scriptura Ecclesiastæ id ipsum ostendit dicens: *Sicut ossa in vtero pragnantis, sic non cognosces opera Dei.* Verùm à te non sunt abscondita, neque substantia mea in infimis terræ existens: neque enim anima cùm in inferno fuerit, neque ipsum corpus cùm in terram fuerit resolutum, aspectum tuum fugit. Nihil enim eorum quæ geruntur, etiam antequam gerantur, te latet; illud enim significat illud *inoperatum* siue nondum factum; sed tamquam in libro descripta sub aspectu tuo cuncta geris, per librum exactam, & quæ nullâ obliuione deleatur, cognitionem insinuans. Quapropter quando omnes tam iusti quàm peccatores formandi sunt formatione immortali in die illa, quæ idcircò vocata est dies, quia numquam desinet esse dies, neque à nocte intercipietur, alij quidem secundùm descriptionem in libro tuo ad æternam exultationem formabuntur, alij verò ad supplicium, & nemo in eis, nempe formandis, mixtus erit. Neque enim inter iustos peccator, neque inter peccatores iustus inuenietur, sed secundùm Dei, quem nil latet, rerum omnium notitiam vnicuiq; conuenientia attribuentur.

CYRILLI. Libri autem intelligendi sunt Dei scientia, tenaxque memoria quæ omnia complectitur.

17. MIHI AVTEM NIMIS HONORATI SVNT AMICI TVI.] ANONYMI. Alius ait, *Et mihi quàm honorati sunt amici tui?* Alius, *Pretiosi facti sunt familiares tui.* Curam, inquit, mei gessisti, & produxisti me: ego autem hanc reddo remunerationem, amicos tuos honorando.

CYRILLI. Is qui ex fructibus amicos Dei nosse potest, valdè ipsos honorabit; quandoquidem etiam Principatus eorum, id est ea quæ circa Principatus curant, valdè confirmata sunt.

CATENA PATRVM.

Incomprehensibilis ossium in vtero formatio.

Eccle. 11, 5.

Liber Dei est memoria ipsius.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Alius, *Capita eorum*, id est, ipsi inualuerunt. Alius ait, *Valdè multi mihi erant.* quod & verius est.

19. SI OCCIDERIS DEVS PECCATORES.] ORIGENIS. Proprium est eorum qui bonos diligunt contrarios detestari. Idcircò ait: Quia tu cùm sis benignus peccatores interimis, multò magis ego horum consuetudinem auersabor, cùm litigiosam eorum mentem nouerim. Non enim ferunt bonorum admonitiones, sed ob animi morositatem has reijciunt.

23. PROBA ME DEVS.] CHRYSOSTOMI. Atqui dixerat in principio, *Probasti me, & cognouisti me*; hîc autem dicit, *Proba me*. Vides quomodo vtatur humanis dictionibus? non vt in ea abiectione hæreamus, sed vt cùm Deo dignam cogitationem per omnia collegerimus, ad altas intelligentias conscendamus. Quænam est autem via æterna, nisi spiritualis & quæ ducit ad cælum, & cuius non est finis? Quomodo autem deducetur quis ad illam? Si Dei auxilio fruatur, & ea quæ sua sunt conferat.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος, αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν, τουτέστιν, αὐτοὶ ἐκραταιώθησαν. Ἄλλος φησὶ, παμπληθεῖς μοι ἦσαν. ὅπερ καὶ ἀληθέστερον.

ιθʹ. ΕΑΝ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗΣ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ Ο ΘΕΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἴδιον τῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαπώντων τοὺς ἐναντίους βδελύττεσθαι. διό φησι· σοῦ τοῦ φιλαγάθου ὄντος τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀναιροῦντος, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ τὴν τούτων ἀποστραφήσομαι συνουσίαν, τὴν φιλόνεικον αὐτῶν ἐπιστάμενος γνώμην. οὐ γὰρ ἀνέχονται τῶν ἀγαθῶν παραινέσεων, ἀλλὰ τῇ δυσκολίᾳ τῆς γνώμης ἀποσείονται ταύτας.

κγʹ. ΔΟΚΙΜΑΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καίτοιγε ἀρχόμενος ἔλεγεν, Ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με· ἐνταῦθα δέ φησι, Δοκίμασόν με. ὁρᾷς ὅτι ἀνθρωπίναις κέχρηται λέξεσιν; οὐχ ἵνα τῇ εὐτελείᾳ παραμείνωμεν, ἀλλ' ἵνα διὰ πάντων συναγαγόντες τὴν θεοπρεπῆ ἔννοιαν, εἰς τὰ ὑψηλὰ ἀναβαίνωμεν νοήματα. ποία δέ ἐστιν αἰωνία ὁδὸς, ἀλλ' ἡ πνευματικὴ καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνάγουσα, καὶ ἧς τέλος οὐκ ἔστι; πῶς δὲ ἄν τις ὁδηγηθείη πρὸς ἐκείνην; εἰ τῆς παρὰ θεοῦ ῥοπῆς ἀπολαύων, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέροι.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

HIC Psalmus inscribitur *In finem ipsi Dauid:* in quibusdam Codicibus additur Ζαχαρίου εἰς τὴν διασπορὰν, *Zacharia in dispersionem:* sed hæc verba non habentur in Hebræo: & Theodoretus monet non haberi apud Septuaginta, neque apud vllum Interpretum. De argumento (inquit Bellarminus) magna controuersia est. S. Hilarius totum Psalmum ad Christum accommodare nititur. S. Augustinus partim de Ecclesia partim de Christo exponit. Theodoretus Prophetiam esse dicit de rebus gestis Iosiæ Regis. Alij volunt Dauidem de se propriè loqui, & Deum scientem omnia in testem adducere, quòd ipse amicos Dei amauerit, inimicos oderit. S. Ioannes Chrysostomus, quem Euthymius sequitur, exponit maximè secundùm litteram de scientia & prouidentia Dei. Existimat præterea Bellarminus Dauidem voluisse admonere genus humanum, Deum esse magnum remuneratorem operum bonorum; & contrà seuerum iudicem operum malorum; atque vt id persuadeat, prolixè disputare de scientia Dei, quâ exactissimè & profundissimè omnia nostra nouit, naturam, opera, verba, cogitationes; vt nemo dicere possit, Deus non nouit, aut non considerat res nostras, ideò vel iudicium eius effugiemus, vel pro meritis non coronabimur.

1. *Domine probasti me*, &c.] Notandum cum Iansenio, verba illa *probare, scrutari, inuestigare*, & similia, quandoquidem propriè accepta Deo non conueniunt, vt quæ imperfectionem aliquam includunt, dupliciter exponi posse, dum Deo tribuuntur: Primò, vt significent diligenter rem aliquam aduertere. Iuxta quam explicationem notandus ordo horum verborum, *probasti & cognouisti*. Quamuis enim in Deo vnum altero prius non sit; tamen quoniam ita est in nobis, Deum priùs dicit probare, deinde cognoscere. Secundò exponi possunt, vt sint idem quod rem aliquam quasi benè inuestigatam perfectè cognoscere. Secundùm quam explicationem additum est verbum *cognouisti*, ad exponendum quomodo dixerit Deum probare. Porrò hæc oratio *Probasti me & cognouisti me* proponitur in principio, tamquam propositio quæ in genere cõtineat ea quæ posteà latiùs sunt explicanda. q. d. Non me solum, sed omnia mea, etiam minima, vel ipsam quoque sessionem ac resurrectionem meam obseruas, vbi, quomodo, quâ de causâ, quo fine sedeam vel surgam: neque tantùm exteriora hæc tibi sunt apertissima, sed ipsas etiam secretissimas cogitationes meas omnes de longè intellexisti, multò anteà quàm cogitare incipiam, tu iam nosti quid cogitaturus sim: hæc tibi ab omni æternitate sunt perspectissima. Hinc omnes semitas meas, & progressus meos tam corporis quàm animi motus, consilia, deliberationes, proposita,

Quomodo Deus dicatur aliquid probare, &c.

Iudicium Dei exactissimum, quia omnia nouit.

Digitized by Google

posita, perturbationes, reconditissimos ac intimos sensus meos, sed & funiculum meum, metam & finem meum ante omnia tempora inuestigasti, quo anno, quo die, quâ horâ morte obiturus sim præuidisti. Ecce tu cognouisti omnia, ideoque iudicium tuum vndequaque exactissimum formido.

3. *Semitam meam & funiculum meum inuestigasti.*] De voce *funiculi* magna hîc controuersia est inter Interpretes. S. Hieronymus ex Hebræo vertit, *Semitam meam & accubationem meam euentilasti:* alij, *Viam meam & accubitum meum dispersisti.* Ad quem sensum Iansenius & alij Septuaginta Interpretum lectionem accommodare conantur, & per σχοῖνον, *tegetem* seu *stoream* intelligi volunt, quâ accubatio designetur; quandoquidem in storeis accubare mos fuerit antiquis. Sed non malè Agellius, his & similibus expositionibus rejectis, per *funiculum* angustiorem viam intelligit, & quidem rectam, ac certo spatio definitam, ex eo quòd funiculis extentis duci soleret: hanc autem expositionem confirmat lectione S. Hilarij, qui *directionem* vertit, putatque eâ dictione significari certum & constitutum modum itineris, vt apud nos milliarium: item S. Augustini, qui *limitem* transtulit. Quæ omnia ad viam & non accubationem referuntur. Præterquam quod verba, quæ statim Propheta subdit, hunc sensum requirant: ait enim, quasi explicans quæ dixerat, *Et omnes vias meas præuidisti*; indicans per funiculum viam significari. Quare meritò hanc Agellij expositionem ceteris præfert Nouarrinus lib. 3. Sacrorum Electorum cap. 6. confirmans eam testimonio Olympiodori in Catena Græca in cap. 18. Ieremiæ vers. 15. ad illud, *Impingentes in vijs, in semitis sæculi:* quod Septuaginta legunt, Καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν σχοίνους αἰωνίους, *Et infirmabunt in vijs funiculos æternos:* vbi ait, Τρίβους δὲ καὶ σχοίνους τὸ αὐτό φησιν, ἀντὶ τοῦ τὰς ὁδούς. id est, *Semitas verò ac funiculos pro eodem ponit, ac si diceret vias.* Vbi item Origenes sic exponit, Ἡ σχοῖνος ἐστὶ μέτρον ὁδοῦ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Πέρσαις εἴρηται. καὶ ἐν ψαλμοῖς τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας. id est, *Funiculus apud Ægyptios Persasque mensura itineris est.* Et in Psalmis, *Semitam meam & funiculum meum tu inuestigasti.*

Quid hîc per funiculum intelligatur.

4. *Quia non est dolus in lingua mea.*] Græcè δόλος, quomodo est in plurimis M. S. editio Sixtina habet λόγος ἄδικος, *sermo iniustus:* Vulgata simpliciter *sermo:* Symmachus ἑτερολογία, *alius atque alius sermo*, mentis & oris varietas. q. d. Nihil in me fictum, nihil dissimulatione variegatum, cor in vultu atque lingua gero. Quod dictum exponens S. Chrysostomus, ait esse μέγιστον τεκμήριον ἀρετῆς, *maximum virtutis indicium*, imò & κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, *bonorum summum:* idque mundi Seruatorem in suis quærere vt viaticum æternitatis, vt clauem beatitudinis gloriosæ, cùm ita grauiter ore sacro denuntiat, *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum calorum:* cùm vellet, inquit, significare τὸ ἄκακον, τὸ ἄδολον, τὸ ἄπλαστον, simplicitatem, innocentiam, & remotionem ab omni dolo & simulatione.

Innocentia & sinceritas Deo placet.

Matt. 18, 3.

5. *Posuisti super me manum tuam.*] Varijs modis hoc exponitur. Quidam enim sic accipiunt, vt idem ferè significet quod pars præcedens, *Formasti me*, & sit metaphorica locutio desumpta ab artificibus manum suam formando admouentibus. Alij intelligunt sensum esse: q. d. Non solùm formasti me, sed etiam post formationem mei curam gessisti, & potentiâ tuâ ne perirem conseruasti: vt per hanc partem *Posuisti*, &c. notetur differentia inter Deum & alios artifices, qui facto opere manum suam ab eo subtrahunt. Campensis videtur sic intelligere, vt cùm dicit, *Formasti me ante & retrò* (vt habent Hebræa) de corpore suo loquatur; cùm verò adiecit, *Posuisti*, &c. significet se formam à Deo accepisse. Exponit enim: *Impressisti formam certam in me manu tuâ.* Quamuis hæc interpretatio à prima parum differre videatur. Ita Iansenius.

ANNOTATIONES CORDERII.

6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.*] Quod exponens Agellius: Hæc tua, inquit, scientia, per quam omnia & me inter cetera nosti, adeò mirabilis est atque difficilis cognitu, vt ad eam pertingere non possim. Quam sententiam apertiùs, vt solet, Symmachus reddidit, Ὑπερβάλλει με ἡ γνῶσίς σου, *Superat me cognitio tua.* id est, Sublimior est quàm ego assequi possim. Illud enim *ex me* phrasi Hebraicâ significat *præ me*, vel *super me:* quod explicatur per verba sequentia, *Confortata est, & non potero ad eam.* id est, Præualuit supra capacitatem meam; vel, vt alius apud Chrysostomum, Ὑπερήρθη, *Superlata* siue eleuata est altiùs quàm ego conscendere possim vt rem apprehendam. Ita Bellarminus. qui duas adhuc alias Basilij & Chrysostomi expositiones adfert, sed minùs litterales. Vult Propheta significare, hominis dignitatem atque præstantiam esse inexplicabilem; quam sola diuina mens nouit, humana verò nullo modo capere potest: quamobrem reflectens in se oculos, demiransque animæ suæ conditionem, erumpit in dulcem exclamationem; & versus ad auctorem illius Deum, *Mirabilis facta est*, inquit, *scientia tua ex me.* q. d. De me, ô sanctissime ac pollens Deus, admiranda cognoscis: nam intelligis vim, pondus, numerum, mensuram animæ corporisque mei, mirificam omnium artuum proportionem, machinationem sensuum, potentias incredibili sapientiâ dispertitas, & præsertim ingenij lumen & acumen, regios motus voluntatis inuictumque arbitrium, cimeliâ memoriæ arcanosque thesauros, alia propè infinita quæ in hoc specimine operum tuorum posuisti: ad sublimem illam intelligentiam & cognitionem tuam non queo pertingere: *eleuata est* supra vim mentis & hanc animi mei imbecillitatem; *non potero ad eam.* Noctua sum in hoc lumine, scientiæ tuæ magnitudine obruor, & potentissimæ manus tuæ, quæ mirandum hoc opificium condidit & ornauit.

Dei scientia nostrû captum excedit.

7. *Quò ibo à spiritu tuo?* &c.] Addit hîc aliud argumentum, quo probet neminem esse qui possit euadere scientiam Dei; quia videlicet Deus vbique est, & omnia penetrat. Vnde fit vt nullus sit locus, ac ne cogitari quidem possit, quem Deus non repleat, in quo præsens diuinæ mentis amplitudo non reperiatur. Pulchrè ad hunc locum Chrysologus Serm. 2. *Vides*, inquit, *per totum mundum nuda Deo oculis delicta consistere, non cælum, non terram, non maria, non abyssum, non ipsam noctem Deo velare posse peccata;*

Deus omnia replet, & vbique præsens est.

ANNOTATIONES CORDERII.

cata; sentit quantum sit sceleris, mali quantum, in ipso Dei peccare conspectu, & ideò clamat: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci; cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, ac veluti vitrea; iuxta illud Apocal. *In conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo*. Vbi, Riberâ Interprete, multitudo hominum qui in terra sunt comparatur mari vitreo, id est pellucido, quod est in conspectu sedis Dei; quoniam quamuis celare Deum velint sua consilia, & occultissimè peccare, pellucida sunt oculis eius, omnia de cælo contemplatur. Id quod clariùs exponens subdit:

Heb 4, 13.
Apoc. 4, 6.

8. *Si ascendero in cælum, tu illic es*, &c.] Sic etiam apud Ieremiam: *Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Quam vim exponere cupiens Trismegistus Mercurius, ait Deum circulum esse, cuius centrum vbique sit, & circumferentia nusquam. At S. Augustinus lib. 7. Confessionum cap. 5. hanc omnium rerum vniuersitatem velut spongiam cogitabat, quam vndique mare infinitum ambiret, & penetraret: sic verò hunc mundum occupat, vt loco nullo diuina mens definiatur & claudatur, sed simul in omni spatio, quod vllâ pingi cogitatione potest, versetur: quod de spatijs extra mundum infinitis grauissimi Theologi asserunt. Iob in diuina schola eruditus id humanum genus docuit, cùm Deum cælo excelsiorem pronuntiat. Itaque S. Dionysius Areopagita lib. de Diuinis nominibus cap. 3. nominat vim ἀπανταχοῦ παροῦσαν, καὶ οὐδαμοῦ, *vbique præsentem, & nusquam:* D. Athanasius eodem sensu, Ἐν τοῖς πᾶσι, καὶ ἔξω τῶν ὅλων, *In omnibus, & extra omnia.* Quod Isidorus Hispalensis lib. 1. de Summo bono cap. 2. eruditè in hunc modum illustrat: *Immensitas diuinæ magnitudinis ita est, vt intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum; & ideò interiorem, vt omnia contineat; ideò exteriorem, vt incircumscriptâ magnitudinis suæ immensitate omnia concludat*, &c. Pij viri hoc genere meditationis plurimùm proficiunt ad virtutis omne genus & perfectionis, cùm præsentem vbique Deum cogitant & verentur. Multosque scimus à scelere & maleficio reuocatos, quod adorandum omnibus Numen adesse cognoscerent; cuius fallere oculos aut vltricem criminum manum effugere nullâ ratione possent. Sanè potentissimum est hominibus frænum, quo vsus Dauid, in magna fortunę licentia suum animum componebat. Diuinè S. Leo Serm. 5. de Quadragesima: *Iste ergo*, inquit, *scientia summi Iudicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidum, & apertum omne secretum, cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitetur, & sine voce mens loquitur*. In eodem genere considerationis versatus Minutius Felix ita profitetur: *Vbique non tantùm nobis proximus, sed infusus est*. Disertè quoque ac eleganter S. Bernardus ad hunc Psalmi locum Serm. 6. de Dedicatione Ecclesiæ ait: *Deus vbique est non diuersus, sed diuersa distinguens; apud homines malos, præstolans atque dissimulans; apud electos, operans & seruans; apud superos, pascens & cubans; apud inferos, arguens & condemnans.* Quare quis sceleratus viuens in Dei præsentia non erubescat, ne dicam exhorrescat?

Ier. 23, 24.
Deus vbique præsens penetrat omnia.

Iob 22, 12.

Memoria Dei fugat peccatum.

11. *Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me*, &c.] Id est, Si dixerit, inquit, nobis cogitatio nostra, vt in tenebris ab oculis tuis Domine occultemur, & ad perfruendum delicijs & impuris voluptatibus abscondamur; respondeamus ei, quòd vana & insipientissima sit: nam & tenebræ Deo apertæ sunt, caligo sicut claritas manifesta, & obscura nox non minùs lucida quàm si esset meridies: ipsum enim nihil latet; &, vt Paulus ait, *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius*. Sed quemadmodum quis est in parua cellula vel conclaui per præsentiam, quia omnia quæ sunt in eo loco oculis cernit, & sine vlla ambiguitate cognoscit: sic Deus, cui totus orbis quoad visibilia & inuisibilia locus est exiguus, omnia intuetur, vniuersa discernit, præterita, præsentia, & futura, & possibilia; & quidquid est aut esse potest manifestè cognoscit. Illud autem quod sequitur, *Et nox illuminatio mea*, &c. simile est illi quod dixit S. Laurentius (licet alio sensu) *Mea*, inquit, *nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt: quia tenebræ*, ô Domine, *non obscurabuntur a te*, nec aliquid in me facient, quod tuis oculis sit inuisum; *sed nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Id autem, inquit, habeo non ex virtute mea, sed ex munere tuo Deus meus; quoniam tu scilicet suscepisti renes meos ab impura colluuie mundandos, suscepisti me de vtero matris meæ. Guilbertus Abbas Serm. 1. in Cantica, expendens illa verba Dauidis, *Nox illuminatio mea in delicijs meis*, sic scribit: *In delicijs ait, non in scientijs: ita & tu noctem si non potes scientijs, per tenta illuminare delicijs. Nam in hac nocte potest Iesus meus magis dulci quodam affectu suauiter sentiri quàm sciri ad purum.* Scientiam igitur remittamus in æternitatis diem, quando clarâ visione defæcatus animus Iesum comprehendet: dum in hac nocte sumus amori demus operam, qui meliùs nobis reuelabit Iesum. Acutè D. Bernardus Serm. 3. de verbis Isaiæ sic ait: *Quid lucere festinas? Nondum illud aduenit tempus, in quo fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorum. Interim perniciosus est iste appetitus lucendi; feruere enim multò melius.* Non te totum scientiarum lumini tradas, da primas amori in hac vita, da primas ardori. Felicior eris & securior si ardeas, quàm si luceas; si ames, quàm si scias.

Deo etiam tenebræ perspicuæ sunt.

Heb. 4, 13.

Nox S. Laurentij nil habebat obscuritatis.

In huius vita nocte amoris delicijs potiùs quàm scientia vacandum.

12. *Quia tenebræ non obscurabuntur à te.*] Symmachus, Οὔτε σκότος σκοτεινὸν ἔσται ὑπὸ σοῦ· ἀλλὰ καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φαίνεται, [alias φανεῖ,] *Neque tenebræ erunt tenebricosæ super te: sed & nox sicut dies lucet*, [aliàs *lucebit:*] S. Augustinus legit: *Quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te: Tu ergo*, inquit, *noli tenebrare tenebras tuas; nam Deus illas non tenebrat, sed magis illuminat, quia dictum est in alio Psalmo: Tu illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autem tenebrant tenebras suas quas Deus non tenebrat? Homines mali, homines peruersi, cùm peccant vtique tenebræ sunt, dum non confitentur peccata sua quæ fecerunt, sed insuper defendunt, tenebrant tenebras suas. Ergo iam si peccasti, in tenebris es, sed confitendo tenebras tuas mereberis illuminari tenebras tuas; defendendo autem tenebras*

Tenebras suas tenebrat, qui peccata excusat & defendit.

tuas

Digitized by Google

tuas tenebraberis tenebris tuis. Et quando euades à duplicibus tenebris, qui in simplicibus laboras? vnde autem Dominus non tenebrat tenebras nostras? Quia non non sinit impunita habere peccata. Hæc tot sententiarum luminibus de tenebris S. Augustinus, quas illustrat dum damnat. Nemo igitur tenebris suis addat, nemo culpas excuset, nemo defendat, aut neget. Nocentior fit, qui innocentem se facit, cùm sit nocens; & crimen aggrauat excusatio, dum putatur eleuare; & in densiores tenebras se recipit, qui se abscondit.

Nos sumus singularis Dei possessio.

13. *Quia tu possedisti renes meos.*] S. Chrysostomus hoc loco per renes velut ex parte intelligi vult totum hominem; additque non esse hoc exiguum ad partem laudis & prouidentiæ, *esse Dei possessionem: Qui enim*, inquit, *possidet*, κέκτηται, καὶ κρατεῖ, *& curam gerit*, *& prouidet.* Hinc illa magnifica Dei pollicitatio ad spem & fiduciam erigentis: *Noli timere, quia te redemi, & vocaui te nomine tuo, meus es tu.* Quæ verba dulcissima sunt, & mirificâ iucunditate replent animum. Res Dei sumus, ad illum pertinemus, nocere nobis nemo potest, quin eo ipso Dei potentiam irritet, maiestatem violet. *Meus*, inquit, *es tu*, singulari quadam ratione, non eo tantùm modo, quo cælum & terra ipsius sunt; quòd creator & architectus sit omnium; sed quia, inquit, *redemi te, noli timere.* Cruor ipse purpureus Agni immaculati, pretium illud immortale & incomparabile, quod nisi Deus æquare nihil potest; gemmantes illæ in corpore sancto plagæ, aureum pignus infiniti sui erga nos amoris, oculis genitoris oblatæ, & pium cor expugnantes, altè clamant, *Noli timere:* &, vt ait D. Cyprianus, securitatem nobis & protectionem pollicentur.

Isaiæ 43,1.

Immensum diuina sapientia mare in stuporem & terrorem conijcit.

14. *Quia terribiliter magnificatus es.*] Ad hunc locum D. Chrysostomus Hom. 1. de incomprehensibili Dei natura obseruat quædam esse, quæ sine metu admiramur; vt pratum multis floribus depictum: quædam quæ admiramur cum metu; vt mare vasto gurgite profundum: & de hoc genere ait esse diuinam Sapientiam non solùm mirabilem, sed etiam terribilem: *Miramur*, inquit, *maris vastitatem immensosque gurgites, sed non sine metu, cùm eius inspicimus altitudinem. Sic & Propheta, cùm vastum id immensumque diuinæ sapientiæ mare inspicit, vertigine quasi tentatus obstupescit, ac summo cum timore demirans recedit, atque exclamat: Terribiliter magnificatus es.* Quis enim non paueat, considerans illos diuinæ sapientiæ oculos, vt sæpiùs D. Gregorius appellat, *insopitos*; quos nihil effugiat, nihil lateat, quibus nulla hominum Angelorúmve arcana abscondantur?

15. *Non est occultatum os meum à te.*] Hunc versum Aquila sic est interpretatus, Οὐκ ἀπεκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπό σου, ὅτι ἐποιήθην ἐν ἀποκρύφῳ, ἐξεικονίσθην ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, *Non sunt abscondita ossa mea à te, quòd factus sum in abdito, effigiatus in infimis terræ:* Symmachus verò, Οὐκ ἔλαθεν ἡ κραταίωσίς μου, ὡς ἐποιήθην ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐποικίλθην ὡς ἐν κατωτάτοις τῆς γῆς, *Non latuit confirmatio mea, quâ factus sum in abscondito, variegatus sum tamquam in infimis terræ.* Occultissimum quippe est, & inuestigari non potest, quomodo ex illa fluida & molli materia existant & compingantur ossa. Vnde Salomon id esse maximè occultum affirmat: *Quomodo*, inquit, *ignoras quæ sit via spiritus, & quâ ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.* Hæc, inquit, res tam occulta atque secreta minimè te latuit, quamuis illam in occulto & in abdito loco sis operatus, nempe in ventre matris: non dedignatus es meæ illi confirmationi ac roborationi operam præstare, & in occultissimos naturæ sinus conspectum tuum & prouidentiam inferre. Ita Agellius.

Hominis est occulta formatio.

ANNOTATIONES CORDERII.

Eccle. 11, 5

Homo à Deo quasi acu pictus.

IBIDEM. *Et substantia mea in infimis terræ.*] Ex Hebræo verti potest, *Acu pictus sum*, seu, *Variè contextus & variegatus sum*, ac veluti opere phrygio distinctus. Tanta est enim humani corporis pulchritudo, vt phrygianum quoddam stragulum multicoloribus filis intertextum referre videatur. Comparat igitur opus creationis in neruis, ossibus, carne, cuti, cum opere phrygionico, & aluum, seu vuluam matris, cum inferioribus terræ. q.d. Variè effictus sum & contextus, miro artificio & ingenio distinctus sum membris, veluti acu pictus textusque, quo pacto pannus lineus pulchrè solet acu pingi, aut aulæa eleganti imaginum & colorum varietate. Vnde D. Ambrosius lib. 6. Hexaëmeron cap. 8. admirabundus exclamat: *Pictus es ô homo; & pictus à Domino Deo tuo: bonum habes artificem atque pictorem: noli bonam delere picturam, non fuco, sed veritate fulgentem; non cerâ expressam, sed gratiâ.* Vbi dum hominem pictum vocat, alludere videtur ad hunc Psalmi locum.

16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.*] Græcè est Ἀκατέργαστόν μου: Symmachus legit Ἀμόρφωτόν με, *Informem me*, prout S. Hieronymus habet: in Hebræo est גָּלְמִי *golmi:* quod significat *Rudem fœtum meum*, id est embryonem, vt vulgò Naturales vocant, cùm videlicet nondum fœtus in materno vtero omnibus suis membris & formâ vltimâ fuerit absolutus, sed impolitus adhuc est, temporis successu per virtutem generatiuam perficiendus.

17. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.*] Alius Interpres apud S. Chrysostomum legit, Τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου, *Pretiosi fuerunt familiares tui:* Apollinarius interpretatur ἀγητοὶ, *admirabiles*, & omnibus suspiciendi. Vbi à Dauide nominantur *amici*, vel ἑταῖροι *socij*, qui scilicet in societatem Dei vocati sunt ad tuendam & propagandam religionem, ad fimillima vitæ facinora, ad sudores exhauriendos in iuuando hominum genere, & deducendo ad felicitatem. Quam ob causam Paulus συνεργοὺς, *Dei adiutores* appellat, qui dispendio vitæ suæ compendium immortalitatis faciunt, & pleni meritis excellentissimarum virtutum ab hominibus digrediuntur. In hos ergo pius Vates inijciens oculos suos admirabundus exclamat: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis* inquit λίαν, hoc est valdè, vehementer (vt Augustinus & Cyprianus legunt) incredibiliter, supra hominum fidem & opinionem. In quibus verò honorati? In multis mirificisque rebus. In primis, quòd à turba & populi multitudine illos adsciuit ad heroïcum & diuinum vitæ genus, vt dispen-

Quàm honorificati sint amici Dei.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

dispensatores mysteriorum, vt lucem mundi, vt apotropæos humani generis, & sospitatores, vt Pharos in naufragijs, vt Medicos in morbis, vt primipilos Ecclesiæ militantis, vt Quæstores sacrarum largitionum, vt legatos Vniuersitatis, vt Principes super omnem terram. Vnde subdit:

IBIDEM. *Nimis confortatus est principatus eorum.*] Vbi, vt loquitur Caietanus, optimæ Regis partes describuntur magnipendere iustos propter Deum, & Primates iustorum efficere potentes: quoniam vbi fortes honorantur, ibi multiplicantur fortes: vbi docti honorantur, multiplicantur docti: & similiter vbi iusti honorantur, ibi multiplicantur iusti. Agit autem de magnis satoribus religionis Deique amicis, quos ipse mundi Rex de mundo redeuntes, in hominum oculis abiectos, omnium rerum possessione nudos & spoliatos, sed gratiâ diuites, in ciuitate sancta Hierusalem regali honore & principatu in sempiternum æuum decorauit. S. Hieronymus ex Hebræo vertit: *Quia fortes pauperes eorum:* quemadmodum etiam apud Theodotionem legitur, ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν, *Robusti facti sunt*, vel, *Principatum obtinuerunt pauperes eorum.* Ex quo loco docti quidam Interpretes aiunt, ex mente sensuque Prophetæ, Apostolos hîc dici primarios duces paupertatis, quibus eâ causâ & sublimes honores, & Principatus, & magnificæ gratiarum opes à Deo tribuantur.

Pauperes Christi fortes & gloriosi.

22. *Perfecto odio oderam illos.*] Hoc dupliciter exponi potest: vno modo, vt perfectum odium idem sit quod capitale & maximum: altero, vt illud dicatur odium perfectum, quod vitia non naturam persequitur; & quod ex zelo aduersus ipsam improbitatem, non autem ex vltionis & vindictæ affectu & cupiditate oritur. Ad vtrumque enim sensum referri potest: quod est Hebraicè *perfectione odij.* Posteriorem expositionem secutus Theodoretus, & D. Augustinus: *Oderam*, inquit, *in eis iniquitates eorum, diligebam conditionem tuam. Hoc enim est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas.* Eodem modo exponit D. Gregorius 3. parte Pastoralis curæ Admonitione 23. *Inimicos*, inquit, *Dei perfecto odio odisse est, & quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare. Itaque tantus Propheta hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino prauorum inimicitias excitauit. Sequitur enim, Et inimici facti sunt mihi. Hinc est quod Tribus Leuitica assumptis gladijs per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, dicta est manus Deo consecrasse. Hinc per semetipsam Veritas dicit: Quid putatis, quia pacem veni mittere in terram? non veni pacem mittere, sed gladium.* Deinde monet omnes Gregorius, *vt eamdem pacem dilectione integrâ intrinsecus teneant, quam per inuectionem vocis extrinsecus turbant: quod vtrumque se testatur seruasse Regius Vates cùm ait, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cùm loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus erat pacificus; quia nec insanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare.*

Odium perfectum quod.

Vitia odio habenda, non homines.

Exodi 32.

Matth. 10, 34.

Psal. 119, 7.

23. *Proba me Deus, & scito cor meum*, &c.] Non optat cum iniquis, vt non videat Dominus, nec intelligat Deus Iacob, sed magis vult, vt videat, vt intelligat, vt vniuersa scrutetur, & si quod semen iniquitatis inuenerit, illud extirpet, & omnes suas cogitationes & opera in viam veritatis, id est in Christum, adducat. Pulchrè hîc Augustinus: *Si aliquid inueneris*, inquit, *Domine in vita mea quod displiceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est, tu deduc me in via æterna, scilicet in Filio tuo, vbi nulla est iniquitas: quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.*

IN PSALMVM CXXXIX. ARGVMENTVM.

1. In finem Psalmus Dauid.

α΄. Εἰς τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Hunc ex persona propria recitat Dauid, Saülem accusans & qui cum ipso erant; hos quidem vt detractores, illum verò vt ab illis persuasum; & in auxilium vocat Deum vniuersorum.

Τοῦτον ἐκ προσώπου ἰδίου φησὶν ὁ Δαβίδ, αἰτιώμενος τὸν Σαοὺλ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· τοὺς μὲν διαβάλλοντας, τὸν δὲ ὡς πειθόμενον· καὶ καλεῖ εἰς ἐπικουρίαν τὸν τῶν ὅλων θεόν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. ERIPE me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

β΄. ΕΞΕΛΟΥ με κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με.

Malum & iniquum eumdem vocat; iniquum quidem ex conatu, malum autem eò quòd molestiam facessat illi cui insidiatur. In

Malus & iniquus quis.

Πονηρὸν καλεῖ καὶ ἄδικον τὸν αὐτόν· ἄδικον μὲν ἐκ τῆς ἐπιχειρήσεως, πονηρὸν δὲ ἀπὸ τοῦ πόνον ἐπάγειν τῷ ἐπιβουλευομένῳ. κοι-

νὰς

Digitized by Google

γὰς δὲ, καθὼς εἴρηται, πάντας αἰτιᾶται τοὺς μετὰ τοῦ Σαοὺλ, ὅθεν ἐπιφέρει·

γ΄. Οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίας ἐν καρδίᾳ, ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμοις.

Τὸ ὅλην τὴν ἡμέραν ἀντὶ τοῦ διαπαντὸς λέγει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· Οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν οἱ μετ' αὐτοῦ, ἢ σκέπτονται κατ' ἐμοῦ πολέμους συνεχῶς.

δ΄. Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀπόδειξις δέ, φησι, τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου αὐτοῦ αἱ διαβολαὶ καὶ ἡ γλῶσσα ἡ δόλιος, ἡ θανατηφόρος.

ε΄. Φύλαξόν με κύριε ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ· ἀπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων ἐξελοῦ με.

Ἐπεὶ οὖν, φησι, μεγάλη ἐκείνων ἡ ἐπιβουλὴ μείζονος δέομαι τοῦ βοηθοῦντος. οὐδεὶς δὲ ἄλλος ἀρκεῖ πρὸς τοσαύτας κακομηχανίας, εἰ μὴ σὺ ὁ θεὸς ὁ πάντα δυνάμενος. ἁμαρτωλὸν δὲ πάλιν καλεῖ τὸν Σαοὺλ, ὡς ἁμαρτάνοντα εἰς αὐτόν· ἀδίκους δὲ τοὺς μετ' αὐτὸν, ὡς μάτην αὐτῷ ἐπιβουλεύοντας. ἐπιφέρει γάρ·

Οἵτινες διελογίσαντο τοῦ ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου·

ς΄. Ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι·

Οὐ μόνον δέ, φησι, φανερῶς πολεμοῦσί μοι· ἀλλὰ καὶ λεληθότως πᾶν εἶδος ἐπιβουλῆς μηχανῶνται κατ' ἐμοῦ, ἵνα καὶ ἄκων ἐμπέσω.

Καὶ σχοινία διέτειναν παγίδας τοῖς ποσί μου·

Καὶ καθάπερ, φησὶν, οἱ διὰ σχοινίων κατασκευάζοντες παγίδας εἰς τὸ ἐμβληθῆναι τοὺς πόδας τῶν ἀκεραίως βαδιζόντων, οὕτως καὶ οὗτοι τοὺς δόλους αὐτῶν πανταχοῦ μοι κατασκευάζουσιν.

Ἐχόμενα τρίβου σκάνδαλα ἔθεντό μοι.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τρίβον δῆλον ὅτι τὴν ὁδὸν λέγει. τὸ δὲ

communi autem, vti dictum est, omnes accusat qui cum Saüle erant. vnde subdit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, totâ die constituebant prælia.

Illud *totâ die* dicit pro semper: Vult enim dicere: Hi qui cum illo sunt nihil aliud faciunt, quàm contra me assiduò bella excogitare.

4. Acuerunt * linguam suam sicut serpentis: venenum * aspidis sub labijs eorum.

* *Vulgata* linguas suas
* aspidum

DIAPSALMA.

Argumentum autem, inquit, belli eorum contra me sunt calumniæ & lingua dolosa, quæ mortifera est.

5. Custodi me Domine de manu peccatoris:* ab hominibus * iniustis erue me.

* *Vulgata addit* &
* iniquis eripe

Cùm igitur, inquit, magnæ sint eorum insidiæ maiori opus habeo adiutore. Nemo autem contra tot malas machinationes sufficit, nisi tu Deus qui omnia potes. Peccatorem autem rursus Saülem vocat, vtpote qui in ipsum peccabat; inimicos verò illos qui cum eo erant, vtpote frustrà ipsi insidiantes. Subdit enim:

Contra insidias Dei auxilio est opus.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos:

6. Absconderunt superbi laqueum mihi:

Non solùm autem, inquit, apertè me oppugnant; verùm etiam clanculùm omne genus insidiarum moliuntur aduersum me, vt vel inuitus incidam.

Et funes extenderunt * laqueos pedibus meis:

* *Vulgata* in laqueũ:

Et sicut, inquit, qui funibus laqueos parant ad irretiendos pedes incautè ambulantium, sic etiam hi dolos suos vndique mihi struunt.

Dolosi retiarijs similes.

Iuxta * semitam scandalum posuerunt mihi.

* *Vulgata* iter

DIAPSALMA.

Semitam manifestum est quod viam vocet.

Illud

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Illud autem *iuxta*, id est, in ipsa via retia mihi posuerunt. Hic enim versus superiorem sequitur. Vult nempe dicere: Quoniam in omni via offendiculum mihi collocarunt, vt impingerem.

7. Dixi Domino, Deus meus es tu:

Propterea, inquit, ego ad nullum alium confugi quàm ad Deum, qui à principio mei curam gessit.

* Auribus percipe Domine vocem deprecationis meæ.

* Vulgata Exaudi

Et ad ipsum confugiens, inquit, hæc precabar.

8. Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli:

Geminatio istius vocis *Domine* vehementiam continet inuocationis. Vult enim dicere: Quoniam verus meus Dominus es, qui in omni bello admirabilem mihi salutem præbes, etiamnum eripe me ab insidiantibus.

9. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori:

Neque dedas me inimicis meis, qui desiderant mihi quidquid malum est.

Cogitauerunt * aduersus me, ne derelinquas me, ne * quando exaltentur.

* Vulgata contra
* forte

DIAPSALMA.

Et cùm, inquit, ipsi proprijs machinis confisi sint, tu ipse me ne deseras, ne arbitrentur esse aliquid machinas suas, etiam te non volente. Id est, Ne semetipsos auxilio tuo potentiores existiment.

10. Caput circuitus eorum:

Id est, Hoc est caput conuersationis eorum insidiæ, inquit, aduersus me. vnde subdit:

Labor labiorum ipsorum operiet eos.

Caput, inquit, insidiarum quas ipsi mihi struunt est labor labiorum ipsorum; id est, calumnia quæ laborem parit: verùm hic labor in ipsos reuertetur.

Insidiatores sibi technas struunt.

ἐχόμενα, ἀντὶ τοῦ, ἐν αὐτῇ τῇ ὁδῷ τὰς παγάς μοι κατεπήξασιν. ἀκολουθεῖ γὰρ καὶ οὗτος ὁ στίχος τῷ ἀνωτέρῳ. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ἐν πάσῃ μου ὁδῷ σκάνδαλόν μοι τεθείκασιν, ὅπως ἐμπέσω.

ζ. Εἶπα τῷ κυρίῳ, Θεός μου εἶ σύ·

Διὰ ταῦτα, φησὶν, ἐγὼ οὐ πρὸς ἄλλον κατέφυγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς μου φροντίσαντα Θεόν.

Ἐνώτισαι κύριε τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.

Καὶ προσφυγὼν αὐτῷ, φησὶ, ταῦτα ἐδεήθην.

η. Κύριε κύριε δύναμις τῆς σωτηρίας μου· ἐπεσκίασας ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.

Ὁ διπλασιασμὸς τοῦ κυρίου ἐπίτασιν ἐπικλήσεως ἔχει. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ὁ ἀληθινός μου δεσπότης εἶ, ὁ παρέχων μοι ἐν παντὶ πολέμῳ παράδοξον σωτηρίαν, καὶ νῦν ἐξελοῦ με τῶν ἐπιβουλευόντων μοι.

θ΄. Μὴ παραδῷς κύριε ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἁμαρτωλῷ·

Μηδὲ ἐκδῷς με τοῖς ἐχθροῖς μου, τοῖς ἐπιθυμοῦσι κατ' ἐμοῦ πᾶν εἴ τι φαῦλον.

Διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, μήποτε ὑψωθῶσιν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ ἐπειδή, φησὶν, ἐκεῖνοι ταῖς οἰκείαις μηχαναῖς πεποίθασιν, αὐτός με μὴ ἐγκαταλίπῃς, ἵνα μὴ νομίσωσιν εἶναί τι τὰς μηχανὰς αὐτῶν, καὶ μὴ βουλομένου σου. ἀντὶ τοῦ, ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ἰσχυροτέρους νομίσωσι τῆς σῆς βοηθείας.

ι. Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν·

Ἀντὶ, τοῦτο γὰρ κεφάλαιον τῆς συστροφῆς αὐτῶν αἱ κατ' ἐμοῦ, φησὶ, διαβολαί. ὅθεν ἐπιφέρει·

Κόπος τῶν χειλέων αὐτῶν καλύψει αὐτούς.

Τὸ κεφάλαιον, φησὶ, τῆς κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς αὐτῶν ὁ κόπος ἐστὶ τῶν χειλέων αὐτῶν· ἀντὶ τοῦ, ἡ διαβολὴ ἡ κόπον ἐπιφέρουσα· ἀλλ' οὗτος ὁ κόπος εἰς αὐτοὺς ἐπαναστρέψει.

ια. Πε-

Digitized by Google

ια'. Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες,

Καὶ καταλάβοιεν, φησιν, αὐτοὺς τιμωρίαι, μιμούμεναι πυρὸς ἄνθρακας.

Ἐν πυρὶ καταβαλεῖς αὐτούς·

Καὶ οὕτως, φησὶν, αὐτοὺς ἀνάλωσον ὡς ὑπὸ πυρὸς δέσποτα.

Ἐν ταλαιπωρίαις οὐ μὴ ὑποστῶσιν.

Λάβοιεν δέ, φησιν, αὐτοὺς καὶ τοσαῦται ταλαιπωρίαι, ὥστε μὴ ὑπομεῖναι τὰς βασάνους.

ιβ'. Ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς·

Ἀλλὰ καὶ πάντα, φησὶν, ἄνδρα γλωσσώδη, τουτέστι διάβολον, μὴ κατευθύνῃς, ἀλλὰ μακρὰν χώρισον τῆς σῆς γῆς.

Ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν.

Καὶ οὐ μόνον, φησὶν, ἐν τοῖς ὑποκάτω τῆς σῆς γῆς τοῦτον ποίησον, ἀλλὰ καὶ ἁλοίη ταῖς οἰκείαις πάγαις ὁ τοιοῦτος, ἵνα αὐτὸς ἐμπίσοι εἰς τὰς παγίδας εἰς ἃς αὐτὸς ἄλλοις κατεπήγνυεν.

ιγ'. Ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν τοῦ πτωχοῦ, καὶ τὴν δίκην τῶν πενήτων.

Τὸ ἔγνων ἐνήλλακται κατὰ χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· καὶ γενέσθω φανερὸν καὶ γνωστὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι σοὶ μέλει τῶν ἐπιβουλευομένων, οὐδεμίαν ἐχόντων βοήθειαν ἄλλην εἰ μὴ τὴν σήν. πτωχὸν γὰρ καὶ πένητα τὸν οὐκ ἔχοντα βοήθειαν καλεῖ.

ιδ'. Πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου·

Τὸ πλὴν παρέλκει κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν ἰδίωμα. θέλει γὰρ εἰπεῖν· ὅτι οἱ δὲ δίκαιοι ἐν εὐχαριστίαις ἔσονται ὑπὲρ ὧν εὖ πεπόνθασι. τουτέστιν, ἵνα γνωσθῇ πᾶσιν ἀνθρώποις ὡς οἱ μὲν πονηροὶ κολάζονται, οἱ δὲ εὐθεῖς βοηθοῦνται. φησὶ γάρ·

Καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου.

Ὥστε γνωσθῆναι, φησιν, ὅτι τούτοις χαίρεις, καὶ ὅτι αὐτοὺς ποιεῖς ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας συνοικεῖν σοι, τοὺς πονηροὺς παντελῶς ἀποποιούμενος.

11. Cadent super eos carbones,

PARAPHRASIS ANONYMI.

Et corripiant, inquit, ipsos supplicia, quæ imitantur carbones ignis.

In ignem deijcies eos:

Et ita, inquit, ipsos consume tamquam sub igne Domine.

In miserijs non subsistent.

Capiant autem, inquit, ipsos tantæ miseriæ, vt earum pœnas ferre non valeant.

12. Vir linguosus non dirigetur in terra:

Quin imò, inquit, omnem virum linguosum, id est calumniatorem, ne dirigas, sed procul remoue à terra tua.

Virum iniustum mala * venabuntur in interitum.

* Vulgata capient in interitu.

Et non solùm, inquit, talem à terra tua remoue, verùm etiam proprijs retibus capiatur, vt ipsemet incidat in laqueos quos alijs tetenderat.

13. Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

Illud *Cognoui* mutatum est secundùm tempus. Vult enim dicere: Et fiat manifestum & notum omnibus hominibus, quòd curam geras eorum qui insidijs impetuntur, nec vllam aliam opem habent præterquam tuam. Inopem enim & pauperem vocat eum qui auxilio destituitur.

14. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo:

Illud *Verumtamen* redundat secundùm idioma Hebraicum. Vult enim dicere: Iusti autem gratias agent pro bonis quæ acceperunt. id est, Vt notum fiat omnibus hominibus quòd praui quidem puniantur, recti verò adiuuentur. Ait enim:

Et * inhabitabunt recti cum vultu tuo.

* Vulgata habitabunt

Vt notum, inquit, fiat quòd istiusmodi delecteris, & facias eos tecum habitare in terra promissionis, peruersos penitus reijciens.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Iniqui feris deteriores.

2. ERIPE ME DOMINE AB HOMINE MALO.] Cùm in terra sint plurima animalia venenata noxiaque, & quæ malitiam prodant, illis omnibus prætermissis Propheta rogat ab homine malo & iniquo liberari. Etenim feræ apparent id quod sunt, homo autem qui nequitiam meditatur quauis ferâ difficiliùs obseruatur. Generale autem nomen malitiæ posuit. Non enim simpliciter circa pecunias iniustum, sed hoc loco vniuersim in omnibus iniquum dicit.

3. QVI COGITAVERVNT INIQVITATES.] In animo machinantes mala, & meditationem suam ad hanc rem dirigentes, constituebant prælia, non quæ armis & instructâ acie, sed insidijs geruntur, quibus etiam in foris & ædibus homines bella mouent. *Acuerunt linguam suam.* Vide vitij ignobilitatem: ex hominibus bestias facit, aspides & serpentes & linguam rationalem ad istam feritatem deducit. Quemadmodum autem superiùs dixerat, *Totâ die constituebant prælia,* ita hîc etiam.

4. VENENVM ASPIDVM SVB LABIIS EORVM.] Hoc enim diapsalma vbique significat. Atqui vitium vel ad breuem moram res est grauis: quando autem id assiduè frequentant, quam veniam impetrare possint?

Calumniatore nil iniquius.

5. CVSTODI ME DOMINE DE MANV PECCATORIS.] Quid his iniquius fieri possit? Quoniam alios quoque contumelijs afficere conantur. *Cogitauerunt* enim, inquit, *supplantare gressus meos.* Si autem cogitatio in opus non prodierit, id virtutis est Dei. Et vide scelus præmeditatum. Et absconderunt, inquit, ac tetenderunt laqueum pedibus meis, & iuxta semitam scandala posuerunt mihi, vt & propter longitudinem, & quòd laterent, & quòd propè tenderent, caperent, & in suam potestatem redigerent, vndique retia extendentes, sceleris artifices effecti.

7. DIXI DOMINO, DEVS MEVS ES TV.] Confugit deinceps ad inexpugnabile præsidium è cælo adiutorem implorans, qui hæc possit dissipare. Et vide quid dicat. Non dixit, Rectè me gessi, sed, *Quoniam Deus meus*

β'. ΕΞΕΛΟΥ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΞ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΠΟΝΗΡΟΥ.] Πολλῶν ὄντων τῶν ζώων ἐπὶ τῆς γῆς ἰοβόλων καὶ φθοροποιῶν, καὶ κακίαν ἐπιδεικνυμένων, παρεὶς πάντα ἐκεῖνα ὁ προφήτης ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ ἀδίκου ἀξιοῖ ῥυσθῆναι. καὶ γὰρ τὰ θηρία ἅπερ ἐστὶ φαίνεται, ὁ δὲ ἄνθρωπος μελετῶν τὴν πονηρίαν δυσφυλακτότερός ἐστι θηρίου. γενικὸν δὲ ὄνομα τῆς κακίας φησίν. οὐ γὰρ ἁπλῶς περὶ χρήματα λέγει ἄδικον, ἀλλὰ τὸν περὶ πάντα ἄδικόν φησιν ἐνταῦθα τὸν καθόλου.

γ'. ΟΙΤΙΝΕΣ ΕΛΟΓΙΣΑΝΤΟ ΑΔΙΚΙΑΣ.] Κατὰ διάνοιαν θηρεύοντες κακὰ, καὶ μελέτην τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι, παρετάσσοντο πολέμους, οὐ τοὺς ἐπὶ τῶν ὅπλων καὶ τῶν παρατάξεων, ἀλλὰ τοὺς διὰ τῆς ἐπιβουλῆς, οὓς καὶ ἐν ἀγοραῖς καὶ ἐν οἰκίαις πολεμοῦσιν ἄνθρωποι. ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν. Ὅρα τῆς κακίας τὴν δυσγένειαν· ἐξ ἀνθρώπων θηρία ποιεῖ, ἀσπίδας καὶ ὄφεις καὶ τὴν γλῶσσαν τὴν λογικὴν πρὸς ἐκείνην καταφέρει τὴν θηριωδίαν. ὥσπερ δὲ ἀνωτέρω φησὶ, παρετάσσοντο πολέμους ὅλην τὴν ἡμέραν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα.

δ'. ΙΟΣ ΑΣΠΙΔΩΝ ΥΠΟ ΤΑ ΧΕΙΛΗ ΑΥΤΩΝ.] Τὸ γὰρ διάψαλμα τοῦτο δηλοῖ πανταχοῦ. καίτοιγε ἐν βραχεῖ καιρῷ φορτικὸν ἡ κακία· ὅταν δὲ διηνεκῶς ταύτην μετέρχωνται, ποίαν σχοῖεν συγγνώμην;

ε'. ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.] Τί τούτων γένοιτ' ἂν ἀδικώτερον; ὅτι καὶ ἑτέρους ἐπηρεάζειν ἐπιχειροῦσιν. ἐλογίσαντο γάρ, φησιν, ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου. εἰ δὲ μὴ εἰς ἔργον ἐξῆλθεν ὁ λογισμὸς, τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. καὶ ὅρα μεμελετημένην πονηρίαν. καὶ ἔκρυψαν, φησι, καὶ διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου, καὶ ἐχόμενα τρίβου σκάνδαλα ἔθεντό μοι, ὥστε καὶ τῷ μήκει, καὶ τῷ λανθάνειν, καὶ τῷ πλησίον πίπτειν, ἑλεῖν, καὶ χειρώσασθαι, πανταχόθεν ἐκτείνοντες τὰς πάγας, δημιουργοὶ τῆς κακίας γενόμενοι.

ζ'. ΕΙΠΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ.] Καταφεύγει λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀχείρωτον συμμαχίαν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καλῶν τὸν βοηθὸν, ταῦτα λῦσαι δυνάμενον. καὶ ὅρα τί φησιν. οὐκ εἶπε, κατώρθωσα, ἀλλ', ὅτι θεός μου εἶ σύ·

Digitized by Google

εἶ σύ· μέγιστον τοῦτο δικαίωμα συμμαχίας προβαλλόμενος, τὸ πρὸς τὸν δεσπότην καταφεύγειν. τί δέ ἐστι δύναμις τῆς σωτηρίας μου; ὅτι ἔστι δύναμις παρ' αὐτῷ καὶ κολάσεως καὶ τιμωρίας. ἀλλ' ἐμοὶ τὴν δύναμιν τῆς σωτηρίας, φησί, παράσχου.

ή. Επεσκιασας επι την κεφαλην μου.] Ὅρα πῶς δείκνυσι τὸ εὔκολον τοῦ Θεοῦ. οὐκ εἶπε πρὸ τούτου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε τὰ δεινὰ ἤρετο, ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστησας. εἶτα δηλῶν τὴν ὑπερβολὴν τῆς νίκης καὶ τῆς ἀσφαλείας, οὐκ εἶπεν ἔσωσάς με, ἀλλ' ἐπεσκίασας· οὐδὲ τυχόν, φησι, λυπηρὸν ὑπομεῖναι ἐποίησας, οὐδ' ὅσον ἀπὸ καύματος, διὰ τούτου τὸ εὔκολον δεικνὺς τῆς βοηθείας.

θ'. Μη παραδως με κυριε απο της επιθυμιας.] Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· μὴ δῷς ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς κατ' ἐμέ· τουτέστιν, ἃ ἐπιθυμεῖ κατ' ἐμοῦ, ταῦτα μὴ ἀφῇς αὐτὸν πληρῶσαι. ὅρα δὲ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ. οὐ γὰρ εἶπε, Μὴ ἐγκαταλίπῃς με ὅτι ἄξιός εἰμι διὰ τὴν τοῦ βίου ἀρετήν, ἀλλά, μήποτε ὑψωθῶσιν. τουτέστιν, ὥστε μὴ ἀλαζονικώτεροι γένωνται, καὶ εἰς πλείονα ἐπαρθῆναι ἀπόνοιαν.

ί. Η κεφαλη του κυκλωματος αυτων.] Κύκλωμα ἐνταῦθα τὸν σύλλογόν φησι, τὸ συνέδριον, τὸ κεφάλαιον τῆς πονηρᾶς καὶ διεφθαρμένης γνώμης, αὐτὸ αὐτοὺς καταδύσειεν καὶ ἀπολέσειεν.

ιά. Πεσουνται επ αυτους ανθρακες.] Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἱκανὴ μὲν καὶ αὐτὴ ἡ πονηρία διαφθεῖραι τοὺς κεκληρωκότας αὐτήν· ἀλλὰ καὶ τὴν θεήλατον ὑποστήσονται ὀργήν. ἄνθρακας δὲ πυρὸς ἐνταῦθα καὶ πῦρ τὴν ἄνωθεν λέγει φερομένην τιμωρίαν.

Καταβαλεις αυτους.] Ὁ μὲν εἷς ἑρμηνευτής· οὕτως, φησίν, αὐτοὺς ἀπόλεσον, ὥστε μηκέτι αὐτοὺς ἀναστῆναι· ὁ δὲ ἕτερος, μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους.

ιβ'. Ανηρ γλωσσωδης ου κατευθυνθησεται.] Γλωσσώδη ἐνταῦθα τὸν ὑβριστὴν λέγει, τὸν φλύαρον, τὸν λοίδορον. τίς οὖν ὁ καρπός; οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς· τουτέστι, κατενεχθήσεται καὶ περιτραπήσεται. Ὅρα πάλιν τὴν κακίαν ἀρκοῦσαν εἰς διαφθορὰν τοῦ ἔχοντος. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τὸ θήρας ἔθηκεν ὄνομα; ἵνα τὸ ἄφυκτον δηλώσῃ. κἂν μὴ παραυτίκα ἐμπέσῃ ὁ ἀδικῶν, μὴ θαρρήσῃ· τοιαύτη γὰρ ἡ ἄγρα.

es tu; maximam causam adferens auxilij impetrandi, quòd confugiat ad Dominum. Quid autem sibi vult *Virtus salutis meæ?* Quòd nempe penes ipsum sit potestas pœnæ & supplicij. Sed mihi, inquit, virtutem salutis concede.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

8. Obvmbrasti svper capvt mevm.] Vide quomodo ostẽdat facilitatem Dei. Non dixit ante, sed in ipso die, quando mala imminebant, me in tuto collocasti. Deinde ostendens insignem victoriam & summam securitatem, non dixit Seruasti me, sed *Obrumbrasti*: vt ne minimam quidem, inquit, molestiam sustinerem effecisti, ac ne æstus quidem, per hoc auxilij facilitatem demonstrans.

Deo facile est nos defendere.

9. Ne tradas me Domine a desiderio.] Quod dicit est eiusmodi: Ne concedas ei desiderium suum contra me: id est, Quæ aduersus me desiderat, ne permitte vt ipse impleat. Vide autem humilitatem eius. Non enim dixit, Ne derelinquas me quoniam id mereor propter vitæ virtutem, sed, *Ne fortè exaltentur*. hoc est, Ne fiant arrogantiores, & in maiorem insolentiam erigantur.

10. Capvt circvitvs eorvm.] Circuitum hîc dicit conuentum, consessum, caput praui & corrupti animi, quod ipsos obruerit perdideritque.

Iniquorum consilia euertuntur.

11. Cadent svper eos carbones.] Quod autem dicit est eiusmodi: Sufficit quidem vel ipsum vitium ad eos perdendos qui illud complectuntur: sed cum eo iram quoque diuinitus immissam sustinebunt. Carbones autem ignis & ignem hîc dicit supplicium supernè irrogatum.

Deiicies eos.] Vnus quidem interpres: Ita, inquit, eos perde, vt non ampliùs resurgant: alius verò, cum magna celeritate.

12. Vir lingvosvs non dirigetvr.] Linguosum hoc loco vocat hominem petulantem, nugatorem, maledicum. Quis ergo est fructus eius? *Non dirigetur in terra:* hoc est, Deijcietur & euertetur. Vide rursus vitium sufficere ad perdendum illum qui hoc habet. Sed quam ob causam posuit nomen venationis? vt significaret illud esse ineuitabile. Etsi cùm iniustè te geris non statim incidas, ne confidas: talis enim est venatio.

Linguosus non dirigitur in terra.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

13. COGNOVI QVIA FACIET DOMINVS IVDICIVM.] Cùm enim dixiſſet *quia venabuntur,* nec oſtendiſſet ſtatim imminere ſupplicium, ne quis rudiorum proptereà negligentior redderetur, ſubiunxit dicens id omnino futurum. Qui enim iniurijs affecti ſunt non manebunt inulti. Quapropter, inquit, noui quòd hoc omino futurum ſit. Pauperes autem hîc non intelligit abſolutè pauperes, ſed humiles & contritos.

14. VERVMTAMEN IVSTI CONFITEBVNTVR.] Quodcumque, inquit, euenerit illi agent gratias, etſi viderint humiles probris affectos, & malos elatos, non exigent rationem cur iſta fiant.

ιγ'. ΕΓΝΩΝ ΟΤΙ ΠΟΙΗΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ.] Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι θηρεύσει, καὶ οὐκ εὐθέως δείκνυσι τὴν τιμωρίαν φησὶν, ἵνα μηδεὶς διὰ τοῦτον τῶν παχυτέρων ῥαθυμότερος γένηται, ἐπήγαγε λέγων ὅτι πάντως ἔσται τοῦτο. οὐ γὰρ μένει τὰ τῶν ἀδικουμένων ἀνεκδίκητα. διὰ τοῦτό, φησιν, οἶδα ὅτι τοῦτο ἔσται πάντως. πτωχοὺς δὲ ἐνταῦθα οὐ τοὺς πένητας καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς ταπεινοὺς καὶ συντετριμμένους.

ιδ'. ΠΛΗΝ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΝΤΑΙ.] Ὅπερ ἂν γένηταί, φησιν, ἐκεῖνοι εὐχαριστοῦσι, κἂν τοὺς ταπεινοὺς ἴδωσιν ἐπηρεαζομένους, καὶ τοὺς πονηροὺς ἐπαιρομένους, οὐκ ἀπαιτήσουσιν εὐθύνας τῶν γινομένων.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Cùm Magnus Dauid à Saüle perſecutionem pateretur, in auxilium vocat Deum vniuerſorum dicens:

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ὁ μέγας Δαβίδ, εἰς ἐπικουρίαν καλεῖ τὸν τῶν ὅλων θεὸν λέγων·

Homo malus viperis & feris nocentior.

2. ERIPE ME DOMINE AB HOMINE MALO.] CHRYSOSTOMI. Vbi ſunt qui dicunt, Quare ſunt feræ? quare ſcorpiones? quare viperæ? Ecce enim inuentum eſt animal quod maiorem oſtendit improbitatem non ex natura, ſed ex animi voluntate, ſcilicet homo: quapropter etiam Propheta ab hoc maximè poſtulat liberari. Quid ergo, dic mihi, non oportuit gigni hominem? ſed dementiæ ſit hæc dicere. Atque hîc quidem vocat *hominem malum:* quando autem loquitur de diabolo, abſolutè dicit *malum*: qua de cauſa? Quoniam ipſe eſt pater improbitatis, & per exceſſum dicitur malus. Quòd ſi etiam ſcire velis, vnde ſit deductum nomen improbitatis, magnum quoque hinc fructum percipies. Improbitas enim πονηρία dicta eſt ab eo quòd πόνον, hoc eſt laborem & ærumnam poſſeſſori adferat. Quocircà quidem ſapiens hoc ſignificans dixit: Si ſis malus, ſolus exantlabis mala. Sic etiam Cain ſolus exantlauit mala, fratri quidem quem inſidijs oppreſſerat nihil nocens, ſed cum coronis ad vitam ſenectutis expertem tranſmittens, ſibi ipſi autem vitam hanc amaram & miſeram efficiens, illam verò quæ iſthic eſt duram & intolerabilem reddens. Quid porrò Ioſeph læſerunt fratres? nónne ipſi ſola mala exantlarunt, in ignominia &

Improbitas cur Græcè dicatur πονηρία.

β'. ΕΞΕΛΟΥ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΞ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΠΟΝΗΡΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες, διὰ τί θηρία; διὰ τί σκορπίοι; διὰ τί ἔχεις; ἰδοὺ γὰρ εὕρηται ζῶον πλείονα κακίαν ἐπιδεικνύμενον οὐ παρὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην, δηλαδὴ ὁ ἄνθρωπος· διὸ καὶ ὁ προφήτης ἀπὸ τούτου μᾶλλον ἀξιοῖ ῥυσθῆναι. τί οὖν, εἰπέ μοι, οὐδὲ ἄνθρωπον γενέσθαι ἐχρῆν; ἀλλὰ ἀνοίας ταῦτα τὰ ῥήματα. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἄνθρωπον πονηρὸν καλεῖ· ὅταν δὲ περὶ τοῦ διαβόλου λέγηται, ἁπλῶς πονηρόν· τί δήποτε; ὅτι αὐτὸς πατὴρ πονηρίας ἐγένετο, καὶ κατ' ἐξοχὴν λέγεται πονηρός. εἰ δὲ βούλει καὶ αὐτῆς τῆς πονηρίας τὸ ὄνομα πόθεν εἴρηται μαθεῖν, μεγάλα καρπώσῃ. πονηρία γὰρ εἴρηται ἐκ τοῦ πόνον, ἐπάγειν καὶ μόχθον αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ. διὸ καὶ τίς σοφὸς τοῦτο παραδηλῶν ἔλεγεν· ἐὰν κακὸς γένῃ, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακά. οὕτως καὶ ὁ Κάϊν μόνος ἤντλησε τὰ κακά, τὸν μὲν ἐπιβουλευθέντα ἀδελφὸν οὐδὲν βλάψας, ἀλλὰ καὶ μετὰ στεφάνων εἰς τὴν ἀγήρω ζωὴν παραπέμψας, ἑαυτῷ δὲ τὸν ἐνταῦθα βίον πικρὸν καὶ ἄθλιον παρασκευάσας, καὶ τὸν ἐκεῖθεν χαλεπὸν καὶ ἀφόρητον καταστήσας. τί δὲ τὸν Ἰωσὴφ ἔβλαψαν οἱ ἀδελφοί; οὐχὶ αὐτοὶ μόνοι τὰ κακὰ ἤντλησαν, αἰσχύνῃ καὶ δείμασι

Digitized by Google

δείμασι παρὰ πάντα ζῶντες τὸν βίον; μὴ δὴ φοβώμεθα πονηρούς, ἀλλ' ἐλεήσωμεν. τότε μὲν εἰκότως ἦσαν φοβεροὶ, ὅτε οὐδέπω εἰς ὕψος τῆς ὁδοῦ τεταμένης τῆς ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀγούσης· νυνὶ δὲ οὐκέτι, τῶν οὐρανῶν ἀνεῳγμένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀγγέλων γινομένων. ἐπεὶ καὶ θηρίον, μετὰ πολλῆς ἐμπίπτον τῆς ῥύμης τῇ τοῦ δόρατος αἰχμῇ, δοκεῖ μὲν τὸν κατέχοντα τὸ δόρυ ἀμύνεσθαι, ἑαυτὸ δὲ περιπείρει χαλεπωτέρᾳ πληγῇ· καὶ πρὸς κέντρα λακτίζον ὁμοίως τοὺς πόδας αἱμάττει. τοιοῦτόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, κέντρα καὶ ξίφος ἠκονημένον. οἱ δὲ πονηροὶ πάντες τῶν θηρίων χείρους καὶ ἀλογώτεροι· ὅταν τοίνυν ἐπίωσιν, ἑαυτοὺς χαλεπώτερον περιπείρουσι, τοὺς μὲν εἰς χρήματα πολλάκις ἢ σώματα ζημιοῦντες, αὐτοὶ δὲ εἰς ψυχὴν παραβλαπτόμενοι τὴν ὄντως ζημίαν. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως τῶν πραγμάτων ἐχόντων, οὐ δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιπηδᾶν, οὐδὲ ὁμόσε χωρεῖν, ἀλλὰ φεύγειν καὶ ἐκκλίνειν αὐτῶν τὰς συνουσίας· ἐπιόντα δὲ, μετὰ ἀνδρείας δέχεσθαι. διὰ γὰρ τοῦτο κελευόμεθα εὔχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. διὸ καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, Ἐξελοῦ με κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ, ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με, πάλιν γενικὸν ὄνομα τῆς κακίας φησίν. οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸν περὶ χρήματα ἄδικον, ἀλλὰ τὸν περὶ πάντα ἄδικον ἐνταῦθα λέγει. ἀξιοῖ δὲ ῥυσθῆναι, ὥστε μὴ περιπεσεῖν, μήτε κατ' ἐκεῖνον γενέσθαι. καὶ οὐχ ἁπλῶς αἰτεῖ, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισενεγκών. διὰ τοι τοῦτο ἐν τῷ τέλει τοῦ προτέρου ψαλμοῦ, φυγὼν αὐτοὺς καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς συνουσίαν, ἐνταῦθα τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπὴν καλεῖ. εἶτα ὑπογράφων αὐτῶν τὴν πονηρίαν φησίν·

γ'. ΟΙΤΙΝΕΣ ΕΛΟΓΙΣΑΝΤΟ ΑΔΙΚΙΑΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πῶς δυσφύλακτα τὰ θηρία, κατὰ διάνοιαν τυρεύοντες τὰ κακὰ, καὶ κατακρύπτοντες ἐν τοῖς ἀπορρήτοις τὰς ἐπιβουλάς; Ἐλογίσαντο γάρ, φησιν, ἐν καρδίᾳ, τουτέστι, μετὰ σπουδῆς, μετὰ προθυμίας ἁπάσης. καὶ πῶς; ὅλην τὴν ἡμέραν· τουτέστι τὸν βίον ἅπαντα. πολέμους δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τούτους τοὺς ἐπὶ τῶν παρατάξεων, καὶ τῶν ὅπλων, ἀλλὰ τοὺς διὰ τῶν ἐπιβουλῶν, οὓς καὶ ἐν ἀγοραῖς καὶ ἐν οἰκίαις πολεμοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. τὸ μέγιστον δὲ τῆς κακίας αὐτῶν οὐχ ὅτι δολεροὶ μόνον, οὐδὲ ὅτι πρὸς πολέμους ἕτοιμοι καὶ μάχας, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου.

terroribus totam vitam transigentes? Ne igitur improbos timeamus, sed eorum misereamur. Tunc quidem iure erant timendi, cùm nondum trita esset via quæ ducit ad philosophiam; nunc autem non ampliùs, cùm cæli nobis pateant, & homines Angeli effecti sint. Quin & bestia, quæ magno impetu in hastæ aciem irruit, videtur quidem eum qui hastam tenet vlcisci, verùm sibi ipsi grauius vulnus infligit: similiter qui contra stimulum calcitrat pedes suos cruentat. Talis est virtus, stimulus & gladius acutus. Omnes autem improbi sunt feris deteriores & rationis magis expertes: quando ergo bonos inuadunt, seipsos grauiùs confodiunt, illis quidem sæpè in pecunia vel corpore damnum afferentes, seipsos autem in anima, quod reuerà damnum est, lædentes. Verùm enim verò quamuis res ita se habeant, non oportet malis insultare, nec in eos impetum facere, sed eorum euitare consuetudinem; at si inuadant, forti animo excipere. Proptereà enim iubemur orare ne intremus in tentationem. Quocircà etiam hic cùm dixisset, *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me*, rursus generale nomen vitij profert. Non solùm enim eum qui in pecunia, sed qui in omnibus quoque alijs iniustus sit hîc dicit. Rogat autem vt liberetur, ne incidat, nec fiat illi similis. Et non absolutè petit, nisi cùm sua priùs contulerit. Et ideò in fine prioris Psalmi, cùm eos & eorum consuetudinem fugisset, petit hîc Dei auxilium. Deinde ipsorum describens improbitatem ait:

CATENA PATRVM.

Improbi sibi ipsis maximum damnum inferunt.

Matth. 6.

3. QVI COGITAVERVNT INIQVITATEM IN CORDE.] CHRYSOSTOMI. Vidisti quomodo sint feræ euitatu difficiles, mala in animo machinantes, & in arcanis insidias celantes? Nam *cogitauerunt*, inquit, *in corde*, id est, cum omni diligentia & alacritate. Et quomodo? *Tota die*: id est per omnem vitam. Bella autem hîc significat, non ea quæ structâ acie neque quæ armis geruntur, sed insidijs, quibus tam in foro quàm domi homines pugnant. Improbitatis autem eorum hoc est maximum, quod non solùm sint dolosi, & ad bella pugnasque parati, sed etiam quòd per totam vitam hoc agant.

Improbi semper mala machinantur.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Vidisti malitiæ ignobilitatem? ex hominibus feras facit, scilicet aspides, & serpentes, atque linguam rationalem ad istam feritatem deducit. Id autem cuius eos superiùs insimulauit hîc iterùm quoque incusat. Quale autem illud? nempe illud *semper* & assiduè. Quemadmodum enim superiùs dixit *totâ die*, ita & hîc. *Diapsalma* enim vbique *semper* significat: & Hebraicè *Selah* dicitur, id est *semper*.

Iniqui priùs sibi quàm alijs nocent.

5. CVSTODI ME DOMINE DE MANV PECCATORIS.] ANONYMI. Nihil enim est iniquius ijs qui mala prosequuntur, qui ante alios suis ipsorum animis faciunt iniuriam, dum ipsi scandalorum auctores fiunt: efficiunt enim vt ab insipientibus Dei gloriæ detrahatur, dum non exoluunt quæ debent; & cùm corpus animamque à benigno Deo acceperint, referendæ gratiæ immemores existunt, & beneficatori suo contraria rependunt: & quod maximum est scelus eorum, alios quoque probris afficere conantur. *Cogitauerunt* enim, inquit, *supplantare gressus meos*. Quod autem cogitatio eorum in opus non prodierit, id quoque summę Dei est clementię. Considera etiam scelus præmeditatum, & insidias studiosè paratas: occultarunt enim & tetenderunt eas: siquidem erant sceleris artifices, vndique laqueos extendentes. Vis intelligere quomodo etiam diabolus istiusmodi funes tendat? vide hoc in Iobo. Quid enim illis latius? quid longius? quid propinquius? cùm non solùm in cognatis & propinquis, nec in vxore tantùm, sed in ipso eius corpore laqueum tetenderit.

Iob 1.

7. DIXI DOMINO, DEVS MEVS ES TV.] CHRYSOSTOMI. Postquam dixit bellum & insidias, & ostendit mala esse intolerabilia; confugit deinceps ad inexpugnabile auxilium è cælo adiutorem implorans. Hoc est animi generosi, hoc est mentis philosophicæ, non confugere ad humanum auxilium, sed in cælum respicere, & communem Dominum inuocare. Et vide quid dicat? Non dixit, Quia rectè me gessi, neque hanc aut illam iustitiam feci; sed quid? *Deus meus es tu*; maximam causam impetrandi auxilij proponens, quòd confugiat ad Dominum & conditorem. Quid porrò sibi vult istud,

Auxilium Dei non hominum inuocandum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἶδες τῆς κακίας τὴν δυσγένειαν; ἐξ ἀνθρώπων θηρία ποιεῖ, ἀσπίδας, καὶ ὄφεις, καὶ τὴν γλῶτταν τὴν λογικὴν πρὸς ἐκείνην παραβάλλει τὴν θηριωδίαν. Καὶ πάλιν ἐνταῦθα ὅπερ ἀνωτέρω ᾐτιάσατο τοῦτο καὶ ἐνταῦθα κατηγορεῖ. ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ ἀεὶ καὶ διηνεκῶς. ὥσπερ γὰρ ἀνωτέρω φησὶν ὅλην τὴν ἡμέραν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἀεὶ γὰρ τὸ διάψαλμα τοῦτο δηλοῖ πανταχοῦ· καὶ ἑβραϊστὶ σέλα εἴρηται, ὅπερ ἐστὶν ἀεί.

ε΄. ΦΥΛΑΞΟΝ ΜΕ ΚΥΡΙΕ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδὲν γὰρ ἀδικώτερον τῶν κακὰ μετιόντων, οἳ πρὸ τῶν ἄλλων τὰς ἑαυτῶν ἀδικοῦσι ψυχὰς, ὅταν αὐτοὶ σκανδάλων γίνωνται αἴτιοι· τοῦ γὰρ θεοῦ τὴν δόξαν παρὰ τῶν ἀνοήτων λοιδορεῖσθαι παρασκευάζουσι, τὰ ὀφειλόμενα οὐ καταπιθέασιν· ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα λαβόντες παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, ἀγνωμονοῦσι περὶ τὰς ἀμοιβὰς, τοῖς ἐναντίοις ἀμειβόμενοι τὸν εὐεργέτην· καὶ ἡ πλείων αὐτῶν κακία ὅτι, καὶ ἑτέροις ἐπηρεάζειν ἐπιχειροῦσιν. ἐλογίσαντο γάρ, φησιν, ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου. εἰ δὲ μὴ εἰς ἔργον ἐξῆλθεν ὁ λογισμὸς, τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας γέγονεν ἔργον. καὶ ὅρα μεμελετημένην τὴν πονηρίαν, καὶ μετὰ σπουδῆς τὴν ἐπιβουλήν· καὶ γὰρ ἔκρυψαν καὶ διέτειναν· δημιουργοὶ γὰρ ἦσαν τῆς κακίας, πανταχόθεν ἐκτείνοντες τὰς παγίδας. Βούλει μαθεῖν πῶς καὶ ὁ διάβολος τοιαῦτα τίθησι σχοινία; ὅρα τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. τί γὰρ πλατύτερον ἐκείνων; τί δὲ μακρότερον; τί δὲ ἐγγύτερον; ὅπου γε οὐκ ἐν συγγενέσι μόνον, οὐδὲ ἐν φίλοις, οὐδὲ ἐν γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σώματι τὴν παγίδα ἔθηκεν.

ζ΄. ΕΙΠΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰπὼν τὸν πόλεμον καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ δείξας ἀφόρητα τὰ δεινά· καταφεύγει λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀχείρωτον συμμαχίαν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καλῶν τὸν βοηθόν. τοῦτο ψυχῆς γενναίας, τοῦτο φιλοσόφου διανοίας, μὴ καταφυγεῖν εἰς ἀνθρωπίνην συμμαχίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁρᾷν, καὶ τὸν κοινὸν ἐκκαλεῖσθαι δεσπότην. καὶ ὅρα τί φησιν; οὐκ εἶπεν, ὅτι κατώρθωσα, καὶ τήνδε τὴν δικαιοσύνην εἰργασάμην· ἀλλὰ τί; θεός μου εἶ σύ· μέγιστον δικαίωμα συμμαχίας προβαλλόμενος, τὴν πρὸς τὸν δεσπότην καὶ δημιουργὸν καταφυγεῖν. τί δέ ἐστι, δύναμις τῆς σω-

Digitized by Google

τ̃ σωτηρίας μȣ· ἔςι δύναμις παρ' αὐτῷ καὶ κολάσεως καὶ τιμωρίας· ἀλλ' ἐμοί, φησι, τὴν δύναμιν τῆς σωτηρίας παρέχεις. καὶ ὅρα τὸν πόθον τȣ̃ λέγοντος. τῷ διπλασιασμῷ γὰρ καὶ τῇ προσθήκῃ τ̃ σωτηρίας μȣ πολλὴν δείκνυσι τὴν διάθεσιν.

Τοῦ αὐτοῦ. Εἶδες τὴν εὐχάρισον ψυχήν; τῶν προτέρων ἀναμιμνήσκει ἑαυτὸν, ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἀεὶ κατέςησεν ἑαυτόν. τȣ̃το γάρ ἐςιν ἐπεσκίασας. καὶ ὅρα τὸ εὔκολον τȣ̃ Θεȣ̃ πῶς δείκνυσιν· ȣ̓ γὰρ εἶπε πρὸ τȣ́τȣ, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὅτε τὰ δεινὰ ἤρετο, ὅτε ἡ παράταξις ἦν, ὅτε περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευον, τότε με ἐν ἀσφαλείᾳ κατέςησας. εἶτα δηλοῖ τὴν ὑπερβολὴν τ̃ νίκης καὶ τῆς ἀσφαλείας· ȣ̓κ εἶπεν ἔσωσάς με· ἀλλὰ τί; ἐπεσκίασας· ȣ̓δὲ τὸ τυχὸν λυπηρὸν ὑπομεῖναι ἐποίησας, ȣ̓δὲ ὅσον ἀπὸ καύματος· ἀλλ' ἐν τοσαύτῃ κατέςησας ἀσφαλείᾳ, καὶ μετὰ τῆς ἀσφαλείας ἡδονῇ καὶ ἀνέσει, ὡς μηδὲ θέρμης τινὸς ἀπολαῦσαι λυπȣ́σης. δείκνυσι δὲ καὶ τὸ εὔκολον διὰ τȣ̃ τῆς σκιᾶς ὀνόματος. ὡσανεὶ ἔλεγεν· ἀρκεῖ παρεῖναί σε μόνον, καὶ πάντα λέλυται.

θ'. Μὴ παραδῶς με κύριε ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας.] Ὠριγένους. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Μὴ δῷς κύριε τὰς ἐπιθυμίας τȣ̃ παρανόμȣ. ὁμοίως καὶ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, τῆς ἐμῆς, φησιν, ἱεμένῳ σφαγῆς μὴ δῷς τὴν τ̃ ἐπιθυμίας ἀπόλαυσιν. καὶ κατὰ τȣ̀ς ἑβδομήκοντα ὅτως νοητέον· Μὴ δι' ἐμȣ̃ ἀπολαύσῃ ὧν γλίχεται· ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπιθυμῶ σωθῆναι, ἐκεῖνος δὲ ζητεῖ ἀνελεῖν με· μὴ τοίνυν τὴν ἐμὴν ἐπιθυμίαν ἐκείνῳ παράσχῃς.

Ἀνωνύμου. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐςι· μὴ δῷς ἀπὸ τ̃ ἐπιθυμίας τ̃ κατ' ἐμȣ̃. τȣτέςιν, ἃ ἐπιθυμεῖ κατ' ἐμȣ̃ ὥςτε μὴ ἀφῇς αὐτὸν πληρῶσαι. καὶ ȣ̓κ εἶπεν ἃ ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ μηδὲ μικρόν τι ὧν ἐπιθυμεῖ. τοιȣ̃τον γὰρ οἱ πονηροὶ, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιθυμίας τὴν κατὰ τῶν πλησίον ἐργάζονται ἐπιβουλήν· τȣ́τȣς ταλανίζει καὶ ἡ γραφὴ λέγουσα, Οὐαὶ οἱ εὐφραινόμενοι ἐπὶ κακοῖς, οἱ χαίροντες ἐπὶ διαςροφῇ κακῶν. εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες διεφθαρμένοι, ὡς τῶν οἰκείων κακῶν παραμυθίαν ἡγεῖσθαι τὰς ἀλλοτρίας συμφοράς.

Χρυσοστόμου. Ἀντὶ τȣ̃ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἄλλος, μὴ ἀποβαίνῃς, μήποτε ὑψωθῶσι. Τȣ̃το τ̃ μιαρᾶς καὶ διεφθαρμένης γνώμης,

Virtus salutis mea? Est etiam penes ipsum potentia pœnæ & supplicij: sed mihi, inquit, virtutem salutis præbuisti. Et vide desiderium hoc dicentis. Per conduplicationem enim & adiectionem *salutis mea* magnum affectum declarat.

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Vidisti gratum animum? Priora in memoriam sibi reuocat, quòd se nimirum in tuto semper collocarit. Hoc enim sibi vult illud *Obumbrasti*. Et vide quomodo Dei facilitatem ostendat: non enim dixit antehac, sed in ipso die, quando mala ingruebant, quando acies instructa erat, quando versabar in maximis periculis, tunc me in tuto collocasti. Deinde ostendens excessum victoriæ atque securitatis; non dixit Seruasti me; sed quid? *Obumbrasti*: vt ne minimam quidem molestiam sustinerem effecisti, ac ne æstus quidem: sed me in tanta securitate, & vnà cum securitate in tanta iucunditate & animi quiete collocasti, vt nec vllus quidem calor mihi molestiam facesseret. Ostendit autẽ per vmbræ nomen huius rei facilitatem. Ac si diceret: Sufficit si tãtùm adsis, & omnia dissipata sunt.

Deus obũbrat suã protectione afflictum.

9. NE TRADAS ME DOMINE A DESIDERIO.] ORIGENIS. Symmachus autem, *Ne des Domine desideria iniusti*: similiter etiam Aquila & Theodotion, *Desideranti*, inquit, *meam cadem ne des desiderij euentum*. Et secundùm Septuaginta sic intelligendum: Ne per me consequatur quod cupit: ego siquidem saluari desidero, ille verò quærit me interimere: ne igitur meum desiderium illi præbeas.

ANONYMI. Quod autem dicit est eiusmodi: Ne concedas ei desiderium suum contra me. id est, Quæ aduersus me desiderat ne permittas vt ipse impleat. Non dixit autem quæ desiderat, sed ne tantillum quidem eorum quæ desiderat. Tales enim sunt improbi, cum maxima cupiditate in proximum moliuntur insidias: quos quidem miseros appellat Scriptura dicens, Væ qui lætamini malis, qui gaudetis in euersione improborum. Sunt enim, sunt inquam aliqui tam peruersi, vt alienas calamitates propriorum suorum malorum solatium arbitrentur.

Amos 6, 13.

CHRYSOSTOMI. Pro *Ne derelinquas* alius, *Ne discedas, ne fortè exaltentur*. Hoc est scelerati & corrupti animi, quando

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quando & consilio, & otio, & mente & meditatione opus est ad vitium. Nempe non sufficiunt ea quæ derepente, sed furtiuè fiunt: non satis sunt ad nos perdendos quæ temerè & inconsideratè fiunt: sed & consilio, & tempore & consideratione tibi opus est ad vitium. Sed vide Prophetæ humilitatem: non enim dixit, Ne derelinquas me, quoniam sum dignus; sed, Ne fortè exaltentur, ne fiant arrogantiores, & ne in maiorem erigantur insolentiam propter meam desertionem.

10. CAPVT CIRCVITVS EORVM.] ORIGENIS. Symmachus autem, *Acerbitas circumdantium me, labor labiorum eorum operiat eos*. In proprias, inquit, insidias incidant, & quæ in me moliti sunt patiantur; & acerbitas contra me accensa eos qui hac vtuntur penitus operiat.

Improbi proprijs technis capiuntur.

ANONYMI. Circuitum hîc dicit conuentum, consessum, improbam officinam, peruersa consilia, & caput improbæ ac deprauatæ mentis, hoc ipsos obruerit & oppresserit. Laborem autem labiorum hîc vocat improbitatem. Etenim res talis est improbitas, affert possessori suo exitium, & efficit vt obruatur.

12. VIRVM INIVSTVM MALA VENABVNTVR.] ANONYMI. Etsi enim necdum captus sit, minimè securus est. Itaque non confidat anima quæ iniusta facit: quandoque enim capietur. Si verò vis in tuto esse, desine talia agere.

CHRYSOSTOMI. Vides rursus vitium sufficere ad perdendum eum qui id habet? Sed qua de causa posuit nomen venationis? vt videas id esse ineuitabile, vt licet non statim incideris, cùm iniquè agis minimè confidas. Talis est enim venatio, non semper, nec protinus assequitur. Etsi igitur nondum captus sit qui iniqua gerit, sciat se omnino capiendum, nisi cessauerit. Cur autem dixit *in interitum?* Quoniam multi capiuntur ad salutem, vt qui ab Apostolis, vt qui à sanctis viris. Verùm praui quando eos vitium venatur, capiuntur in interitum & perditionem.

13. COGNOVI QVIA FACIET DOMINVS IVDICIVM.] ORIGENIS. Hoc

ὅταν καὶ βουλῆς, καὶ σχολῆς, καὶ γνώμης καὶ μελέτης δέωνται πρὸς τὴν κακίαν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὰ ἀπὸ συναρπαγῆς γινόμενα· οὐ γὰρ ἱκανὰ τὰ κατὰ περιπέτειαν ἡμᾶς ἀπολέσαι· ἀλλὰ καὶ βουλῆς σοι, καὶ χρόνου καὶ σκέψεως δεῖ πρὸς τὴν κακίαν. ὅρα δὲ τὴν τοῦ προφήτου ταπεινοφροσύνην· οὐ γὰρ εἶπε, Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ὅτι ἄξιός εἰμι· ἀλλὰ, μήποτε ὑψωθῶσιν, ὥστε μὴ ἀλαζονικώτεροι γένωνται, καὶ εἰς πλείονα ἀπόνοιαν ἀρθῆναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐγκαταλήψεως.

ι. Η ΚΕΦΑΛΗ ΤΟΥ ΚΥΚΛΩΜΑΤΟΣ ΑΥΤΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁ παραπικρασμὸς τῶν κυκλούντων με, ὁ μόχθος τῶν χειλέων αὐτῶν πωμασάτω αὐτούς. ταῖς οἰκείαις, φησὶν, ἐπιβουλαῖς περιπέσοιεν, καὶ ἃ κατ' ἐμοῦ τετεχνήκασιν ὑπομείναιεν· καὶ ἡ κατ' ἐμοῦ πυρουμένη πικρία τοὺς ταύτῃ χρωμένους παντελῶς συγκαλύψει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κύκλωμα ἐνταῦθα τὸν σύλλογόν φησι, τὸ συνέδριον, τὸ πονηρὸν ἐργαστήριον, τὰ διεφθαρμένα βουλεύματα, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς πονηρᾶς καὶ διεφθαρμένης γνώμης, αὐτοὺς αὐτοῖς καταδύσει καὶ ἀπολέσει. κόπον δὲ χειλέων ἐνταῦθα τὴν πονηρίαν λέγει. καὶ γὰρ τοιοῦτον ἡ πονηρία, αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ γίνεται ὄλεθρος, καὶ ὑποβρύχιον αὐτὸν ἐργάζεται.

ιβ'. ΑΝΔΡΑ ΑΔΙΚΟΝ ΚΑΚΑ ΘΗΡΕΥΣΕΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κἂν γὰρ μὴ ἑάλω, οὐκ ἔστιν ἐν ἀσφαλείᾳ. τοίνυν μηδὲ ψυχὴ θαῤῥείτω πράττουσα ἄδικα· ἁλώσεται γὰρ ὅτε δήποτε. εἰ δὲ βούλει ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, παῦσαι πράττων τοιαῦτα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πάλιν τὴν κακίαν ἀρκοῦσαν εἰς διαφθορὰν τοῦ ἔχοντος; ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τὸ τῆς θήρας ἔθηκεν ὄνομα; ἵνα τὸ ἀφύλακτον ἴδῃς, ἵνα μὴ παραυτίκα ἐμπέσῃς, ἀδικῶν μὴ θαῤῥήσῃς. τοιαύτη γὰρ ἡ ἄγρα, οὐκ ἀεὶ ἐπιτυγχάνει, οὐδὲ εὐθέως. ἀλλ' οὖν εἰ καὶ μηδέπω ἑάλω ὁ τὰ ἄδικα πράττων, γινωσκέτω ὅτι εἰ μὴ παύσοιτο πράττων, πάντως ἁλώσεται. τί δέ ἐστιν εἰς διαφθοράν; ὅτι πολλοὶ θηρεύονται εἰς σωτηρίαν, ὡς οἱ παρὰ τῶν Ἀποστόλων, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν. ἀλλ' οἵ γε πονηροὶ ὅταν ὑπὸ τῆς κακίας θηρεύωνται, ἐπὶ ἀπωλείᾳ θηρεύονται καὶ φθορᾷ.

ιγ'. ΕΓΝΩΝ ΟΤΙ ΠΟΙΗΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Περιφα-

πία

τεία τοῦτο περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, καθ' ἣν τῶν ἀσεβῶν τῷ πυρὶ παραδιδομένων εἰς ἄνεσιν οἱ δίκαιοι παραληφθήσονται. Ἐντεῦθεν καὶ Σολομὼν ὠφεληθεὶς εἶπεν· ὅτι πᾶν τὸ ποίημα ὁ Θεὸς ἄξει εἰς κρίσιν. εἰς χρηστὸν δὲ τέλος κατέληξεν, ἐπεὶ καὶ εἰς τέλος ἐπιγέγραπται, τὴν ἀποκειμένην τοῖς δικαίοις λέγων ἐλπίδα. Ἀντὶ δὲ σὺν τῷ προσώπῳ σου ὁ Σύμμαχος παρὰ τῷ προσώπῳ σου λέγει· τὸ κεκαθαρμένῃ διανοίᾳ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾶν τοῦ Θεοῦ.

est vaticinium de futuro iudicio, in quo impijs igni traditis in requiem iusti assumentur. Hinc etiam Salomon vtilitatem referens dixit: *Quia omne factum Deus adducet in iudicium*. Ceterùm bono fine conclusit, quandoquidem *in finem* inscriptus sit, referens spem quæ iustis reposita est. Ceterùm pro *cum vultu tuo* Symmachus ait *apud vultum tuum:* hoc est purâ mente faciem Dei ad faciem videre.

ANNOTATIONES CORDERII. Eccle. 12, 14.

ANNOTATIONES CORDERII.

GRÆCA Paraphrasis superiùs citata cum Origene in Catena Psalmi huius argumentum esse docet precationem Dauidis aduersus Saülem & ministros eius: quæ iam ferè etiam recentiorum est sententia: veteres tamen aliqui Patres, vt Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, argumentum esse volunt precationem corporis Christi aduersus diabolum & homines iniquos.

2. *Eripe me Domine ab homine malo.*] Plerique Saülem intelligunt Dauidi infensissimum & iniquissimum persecutorem, à quo supplex oret liberari: aliqui tamen, vt S. Augustinus & alij, per hominem malum hoc loco diabolum significari tradunt. Est enim conuenientia diabolo cum homine in eo quod est præcipuum hominis, nempe in parte rationali & spiritu, tametsi corpus non circumferat: similitudo quoque est in turpitudine peccati & consensu prauitatis: estque dæmon caput impiorum hominum, & ipsi membra eius. Adde, quod in Euangelio quoque *inimicus homo* nuncupetur, tum quia homines infestat, & in homines se transfigurat, vt eos decipiat; tum etiam quia per homines malignos tamquam satellites suos homines aggreditur. Quibus aliam rationem addit Richardus, vt nimirum eius astutias ex hoc nomine colligeremus, adeò vt ipsius comparatione homo hominis nomen non mereatur, si astum ac dolum spectes. Verba Richardi hunc Psalmi locum explicantis sunt ista: *Ac si apertè,* inquit, *fateatur dicens: Vide quia talem, tam astutum hostem sustineo, cuius comparatione quasi brutum animal appareo. Quantò animal ab homine ex rationis priuilegio præceditur, tantò intelligentiæ nostræ exiguitas calliditatis eius magnitudine superatur: vix eius insidias aduerto, vix eius astutias deprehendo.* Sic ille. Quis igitur ab eius artibus securus, ab eius vaframentis tutus? Viribus dolos assuit, vt vtrisque nos inuadat; nec minùs in eo illæ timendæ quàm isti cauendi. Quare incessanter vigilandum, & cum Dauide clamandum: *Eripe me Domine ab homine malo,* &c.

Diabolus cur homo dictus.

Matth. 13, 28.

3. *Qui cogitauerunt iniquitates in corde.*] S. Hieronymus & Hilarius vertunt, *Qui cogitauerunt malitias in corde.* Impij in Deum, malitiosi in proximum, Euangelij perduelles, qui diuinis iussis infandas suas voluptates, opes, honores scelusque anteferunt, ex corde faciunt inutilium armorum officinam, quibus vulneretur pietas, stillet animi cruor, salus intereat. Vnde subdit: *Totâ die constituebant prælia:* vel vt est apud D. Hieronymum: *Totâ die versati sunt in prælijs.* Ne pacem in hominibus illis exspectes, qui continuò intimo in animo belligerant. *Tota die*, aut, vt Symmachus vertit, *quotidie*, idem est quod *semper*. Ne putes vel nocturnum ipsum tempus vacuum esse tumultu & perturbatione, *semper constituunt prælia.* Vbi Septuaginta vtuntur verbo παρατάττειν, quod à bello desumitur, & significat propriè *aciem instruere*, milites ordine quemque suo collocare, vel etiam immittere in hostem, aduersâ fronte & omnium virium contentione pugnare. Videamus ergò illos diuinarum legum contemptores, qui prostitutâ conscientiâ fœdus cum morte pepigerunt. Illi, inquit Dauid, *cogitant malitias in corde, totâ die versantur in prælijs:* illi malitias in ordinem digerunt, & immittunt in aciem, semper in procinctu, semper in horrore prælij, in medio tumultu, in fœda pugna. Ceterùm quàm virulento armorum genere vtantur describens Propheta subdit:

Improbi in corde malitiam omnem fabricant.

4. *Acuerunt linguam suam sicut serpentis,* &c.] Non abs re pius Vates linguam maledicorum acui dicit velut serpentis; in eoque S. Bernardus arcanum mysterium agnoscit: vidit enim è Plinio lib. 11. cap. 37. linguam esse tenuissimam serpentibus & trisulcam; nominari autem trisculum seu trifidum telum, quod triplici cuspide ferit; idque ipsum bellissimè in linguam & aptissimè conuenire. Linguam igitur detractoris ait esse viperam venenatam: quæ cùm virus euomit detractionis, vt triplici cuspide & trisulcâ tres lethaliter inficit flatu vno, quippe absentis famam, auscultantis conscientiam, detrahentis animam gratiæ vitâ spoliatam, crudelis interimit. Alibi quoque hoc malum exaggerans ait, *Lingua eorum gladius acutus:* quia nimirum lingua maledica sicut ad modum serpentis mordet, ita instar gladij sanguinem fundit. Non immeritò quoque ignis dicitur: est enim ignis vorax atque consumens: quod & eius forma, & color, & motus & effectus declarant: nam si formam eius spectes, in figuram cuiusdam flammæ ex fornace erumpentis extenditur. Quare Isaias flammam ignis linguam appellauit cùm

Lingua detractoris serpentina & mortifera.

Psal. 56, 5.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Isaiæ 5, 24.

cùm dixit: *Sicut deuorat stipulam lingua ignis.* Si colorem aspicias, igneum colorem habet, & rubore suo satis designat se vitæ innocentium non parcere, & proximorum sanguine delectari. Si motum consideres, ceu flamma huc & illuc voluitur, & si quæ tangat illis non parcit, sed quasi ignis vorat, aut fumo & fuligine tingit: ex quo etiam constat eam habere effectus ignis. Hinc vbi Vulgata legit, *Lingua eorum transiuit in terra*, Chaldæus vertit, *vssit sanctos terræ.* Instar ignis nimirum temerè & petulanter vagata est, ad dedecus & contumeliam omnibus inurendam. Iure quidem miratur S. Chrysostomus in Homilia de tribus pueris fornacis Babyloniæ ignem vehementer accensum, & furentes veluti globos euomentem, sanctos pueros non attingere, ignem verò linguæ maledicæ viros etiam sanctissimos vrere. Vnde iam intelligi potest, quàm difficilis sit vera honoris atque famæ restitutio, quemadmodum quæ igne hausta sunt reparari vix queunt. Hæret enim in hominum animis concepta opinio è contumeliosissimis verbis detractoris, adeoque insidet penitus atque inuritur, vt tametsi retexat orationem suam, euelli tamen & deleri omnino non possit. Quare maledicentiæ crimen cum aspidum quoque veneno hoc versu comparatur: *Venenum aspidum sub labijs eorum.* Rei sanè opportunissima imago. Nam venenum aspidum mortiferum est, &, vt Physici aiunt, immedicabile, &, vt loquitur Moyses in Deuteronomio, *insanabile.* Haud minùs mortiferum est linguæ virus, & propè dicam immedicabile.

Psal. 72, 9.

Lingua maledica igne nocentior.

Difficillima est famæ reparatio.

Detractio cum aspidum veneno comparatur.

Deut. 32, 33.

6. *Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi.*] Vbi notandum *iuxta semitam* vel viam scandalum poni. Non enim in via recta præceptorum Dei scandalum esse potest: quia, vt alibi dicitur, *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Tametsi enim ex operibus omnino bonis nonnumquam exoriri contingat quasi per occasionem alterius generis vllum vitium (quemadmodum ex operibus occasionem contingit præstari vanæ gloriæ) numquam tamen in via recta scandalum esse potest: sed iuxta viam sunt scandala posita; quia donec in via iustitiæ quis permanet offendere non potest; si verò vel paululum cœperit deflectere, timendum est lapsus periculum.

Non in via, sed iuxta viam scandalum ponitur.

Psal. 118.

8. *Obumbrasti super caput meum in die belli.*] Dies autem belli tota hæc vita est, quæ est instar militiæ super terram: sed Dominus in hac die virtus suorum est, quia eos à tentationibus insurgentibus protegit: & scutum est, quia ne tentationes accedant eis se opponit, suosque defendit. Nam cùm Deus super caput nostrum clypeum suum extulerit vt adamantinum vmbraculum, nullum cæli fulmen est tam igneum & vibrans, nulli hominum doli, tamque immanis crudelitas infandorum geniorum, nulli impetus tam violenti atque furiosi, quos non suo vmbone diuino repellat: in tuto sumus tegumento illo forti & glorioso defensi. Quod est obumbrari ad salutem. In Hebræo est סכותה *saccotha*, id est *Protexisti.* Atque vt olim Iosue clypeum attollente vis Hebræis & robur accrescit, vrbs Hai capitur, hostes internecione delentur, Dei populus gestit, & triumphat: sic mundi Seruatore Iesu scutum eleuante prouidentiæ luce latè fulgurans vigor nobis in animum immittitur, difficultates minuuntur, vanescunt pericula, insidiantes vitæ nostræ & salutis inimici corruuntur. Hanc ipsam Dei protectionem diuino scuto adumbratam alio etiam modo sacræ Litteræ nobis exhibent: Deum enim pingunt vt nobilem quemdam armigerum & eximio robore satellitem, qui pios anteeat, & corporis sui oppositu & inuicto clypeo incurrentia mala depellat, & hostes malitiâ suâ fretos & dolosâ machinatione volitantes proterat. Vide quæ dicta sunt ad Psal. 16. 30. 44. & 120.

Iob 7.

Deus scutum, vmbraculum & protectio suorum.

10. *Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum*, &c.] Vide circuitus & laboris nexum, ne putes illorum laborem citò finire. Acutè S. Augustinus hîc: *Quid est*, inquit, *circumitus ipsorum? vt circumeant, & non stent, in gyrum eant erroris, vbi iter est sine fine. Qui enim in longum it alicunde incipit, alicubi finit. Qui in gyrum it nusquam finit: ipse est labor impiorum.* Sic ille. Vita hæc finit, non finit impiorum labor, maiori auctu continuatur, tamquam rotæ in infernum voluentur; iuxta illud Psalmistæ, *Deus meus pone illos vt rotam.* Quæ verba sic explicat Origenes: Οὗτος, φησίν, αὐτοὺς ἐξελίγαγε, καὶ ἐκκύκλωσεν, ὡς μηδεμίαν αὐτοῖς ἀνάπαυσιν γίνεσθαι· ὥσπερ τῷ τροχῷ φύσις τὸ ἑλίγεσθαι καὶ κυλίεσθαι: *Sic*, inquit, *illos versa, & circumuolue, vt nulla sit quies; sicut rotæ hæc est natura versari & circumuolui.* Eleganter impiorum circuitum exprimit Cassiodorus Tractatu de Amicitia, eorumque cæcitatem repræsentat, qui inanium rerum cupiditate corripiuntur falsæque felicitatis amore, vt ab vna re ad aliam perpetuo rotatu transeant: *Iterùm*, inquit, *mens elusa, quæ sibi felicitatis imaginem in re præsagiebat inutili, dum post rei desideratæ obtentum maiori se sentit indigentiâ laborare, praoptata incipit fastidire, & denuò in alterius rei succenditur appetitus; non tamen satianda, sed alterius falsa felicitatis imaginatione fallenda. Hic est circuitus impiorum: hæc est vituperatio multorum commorantium in circuitu: hæc est mola Samsonis, quam decisis virtutum crinibus & effossis prudentiæ oculis circumuoluunt sequentes cupiditatum circuitum. Etenim relicto compendio charitatis, Caput*, inquit, *circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.* Vbi verba omnia profana, lasciua, detractoria ceteraque id genus, quibus homines incredibiliter delectantur, non immeritò dicuntur labor labiorum: quia licet ad præsens os & linguam oblectare videantur; tamen in posterum ingentem doloris fornacem in animo accendunt. Pulchrè Chrysostomus ad hunc locum: *Laborem*, inquit, *vocat improbitatem. Res est enim huiusmodi improbitas: affert ei qui illam possidet exitium; & vt obruatur efficit.* Ac si ipsa verba, siue maledica, siue adulatoria, siue ridicularia, siue turpia, quibus quis magnoperè delectatur, magnis eum doloribus mordeant & pungant.

Impiorum labor numquam finis.

Psal. 82, 14.

Impiorum circuitus qualis.

Verba omnia mala & profana laborem & dolorem pariunt.

12. *Vir linguosus non dirigetur in terra.*] Id est loquax, maledicus, mendax, impostor, calumniator, qui linguâ abutitur ad mala, non prosperabitur, vel, vt alius apud S. Chrysostomum ex Hebræo vertit, οὐχ' ἑδρασθήσεται, *non stabilietur, non firmabitur. Lingua enim* (vt Hugo Victorinus lib. 3. de Anima cap. 5. ait) *labilis est, & teneri non potest, sed labitur & fallitur:*

Vir linguosus non prosperabitur.

Linguæ lubricitas.

labitur

Digitized by Google

labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu multos percutit & interficit: blanda est & subdola; lata & parata ad exhaurienda bona & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam suam; quoniam mors & vita in potestate linguæ est. Nihil est autem loquacitate periculosius, nihil multiloquio insipientius. *Multiloquium enim* (vt quidam Patrum dixit) *est insipientiæ argumentum, detractionis porta, manuductor scurrilitatis, mendacij minister, compunctionis resolutio, acuminis intelligentiæ dispersio, acediæ conditor, dissipatio mentis, frigefactio feruoris, obnubilatio orationis.*

Multiloquij mala.

IBIDEM. *Virum iniustum mala capient in interitum.*] In Græco est θηρεύσει, *venabuntur*, inuoluent retibus, venabulo transfigent. Hinc Symmachus vertit, Παρανομίαι ἄνδρα ἀγρεύουσιν, *Iniquitates virum venabuntur:* quod S. Chrysostomus pulchrè illustrat, atque venationis nomen à pio Vate hîc positum, vt intelligamus tutum neminem & securum esse qui vitio irretitur, tametsi opibus atque famâ & inter homines gloriâ celebrari videatur. Latet in insidijs linea, pinnæque obtenduntur, stygij canes ordine expectant, venatorij cultri splendescunt. Iniquitates virum venantur: cùm nihil minus cogitabit, in plagas immittetur, vitam & sanguinem fundet suum. Dici quoque possit, Prophetam, cùm venationis meminit, significare voluisse, fieri hominem per peccatum feram; quæ cùm nullâ Dei humanitate & beneficio mansuescat, satanæ præda sit futura. Nam in quodam Psalmo dicit clarè hominem similem factum esse *iumentis insipientibus.* & in alio loco: *Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.* Vbi S. Augustinus intelligit peccatores, qui propter sceleris infamiam atque sordes in belluarum conditionem similitudinemque demigrant.

Peccatores venatio sunt dæmonum ac vitiorum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Psal. 48, 13.
Psal. 73, 19.

IN PSALMVM CXL. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Τοῦτον οἱ μὲν τὸν Δαβὶδ διωκόμενον ὑπὸ Σαοὺλ, καὶ ἐπικουρείας ἀξιοῦντα τυχεῖν ἀναγράψαι φασίν. οἱ δὲ ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι ταλαιπωρηθέντων τῷ πλήθει τῶν συμφορῶν, καὶ ἀξιούντων μὴ ἀπωσθῆναι.

1. Psalmus Dauid.

Hunc aliqui quidem tradunt Dauidem conscribere dum eum Saül insequeretur, & opem consequi postularet. Alij verò dicunt hunc recitari ex persona eorum qui in Babylone calamitatum multitudine extenuabantur, & rogabant ne repellerentur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΚΥΡΙΕ ἐκέκραξα πρὸς σὲ, εἰσάκουσόν μου· πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ.

Εἴρηται πολλάκις, ὅτι ἡ ταυτολογία ἐπίτασιν σημαίνει δεήσεως.

DOMINE clamaui ad te, exaudi me: intende voci * deprecationis meæ cùm clamauero ad te.

** Abest à Vulgata.*

Sæpenumerò dictum est, eiusdem sermonis repetitionem deprecationis intensionem designare.

β΄. Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου· ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει. ἔπαρσις γὰρ χειρῶν καὶ φωνὴ δεομένη τὸ αὐτὸ ποιοῦσι. θυσίαν δὲ ἑσπερινὴν εἶπε, καὶ οὐχὶ ἑωθινήν· ἐπειδὴ ἑσπέρα ἀρχή ἐστι τῆς ἡμέρας. προάγει γὰρ ἡ νὺξ, καὶ ἀκολουθεῖ ἡ ἡμέρα· τῆς δὲ νυκτὸς ἀρχὴς ἑσπέρα. τιμιωτέρα οὖν ἡ θυσία ἡ ἑσπερινὴ παρὰ τὴν πρωϊνήν. γενέσθω οὖν, φησὶν, ἡ προσευχή μου ἡδεῖά σοι καὶ ἁρμοδία, καὶ ἡ ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου ὡς ἡ θυσία ἡ ἑσπε-

2. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Idem rursus dicit. Manuum enim eleuatio & vox precabunda idem faciunt. Sacrificium autem vespertinum dixit & non matutinum; quãdoquidem vesper principium est diei. Præcedit enim nox, & sequitur dies; noctis autem principium est vesper. Pretiosius igitur est sacrificium vespertinum quàm matutinum. Fiat igitur, inquit, oratio mea iucunda tibi & grata, & eleuatio manuum mearum sicut sacrificium

Sacrificium vespertinum quid.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Oratio cur incenso comparetur.

vespertinum. Incensum autem vocat, non quòd incensum Deo odoris aliquam fragrantiam afferat: siquidem magis attendit ad animum offerentis quàm ad ipsum incensum: nonnumquam enim animum abominatur, licet incensum fuerit ex selectissimis aromatibus; quandoque verò voluntatem suscipit, licet valdè vile fuerit incensum. Verùm hoc dixit in ordine ad nos. Cùm enim, inquit, nobis iucundum sit incensum; ita etiam tibi Domine oratio mea iucunda grataque accidat.

3. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ * circa labia mea.

* *Vulgata* labijs meis.

Id est: Ne igitur me longo tempore relinquas in captiuitate, ne quando calamitatibus correptus loquar quidpiam quod tibi non placeat. Illud igitur Muni os meum nihil aliud est, quàm celerem mihi reditum concede, vt magis gratias agamus. vnde subdit:

4. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem,

Peccati, inquit, amatores in peccandi excusationem prætexunt longitudinem calamitatum. Cogitantes enim, inquit, te hominibus non prospicere, semetipsos malo dediderunt. Verùm mihi, inquit, nullius calamitatis intensio fiat excusatio peccati; sed potiùs intelligam istiusmodi esse disciplinam & admonitionem Domini, & non desertionem.

Et non communicabo cum electis eorum.

Sed si qui, inquit, talium, scilicet eorum qui non existimant esse prouidentiam, prosperè agant (insinuat autem Babylonios) ne præbueris mihi similem cum ijs voluptatem, nec in prosperitate communicem cum hominibus quibus impietas proposita est.

5. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me:

Præstat cum pijs affligi quàm lætari cum impijs.

Quin potiùs, inquit, cum populo tuo præbe mihi disciplinam (talis enim disciplina habet

ευχή. Θυμίαμα δὲ λέγει, οὐχ ἐπειδὴ τῷ Θεῷ εὐοσμίαν φέρει τινὰ τὸ θυμίαμα· τῇ γὰρ γνώμῃ τοῦ θυμιῶντος προσέχει μᾶλλον ἢ αὐτῷ τῷ θυμιάματι Θεός· ἐσθ' ὅτε γὰρ βδελύσσεται τὴν γνώμην, κἂν ᾖ τὸ θυμίαμα τῶν ἐκλεκτῶν· ἐσθ' ὅτε δὲ ἀποδέχεται τὴν προαίρεσιν, κἂν ἄγαν εὐτελὲς ᾖ τὸ θυμίαμα. Ἀλλ' εἶπεν αὐτὸ ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς. ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἡμῖν ἡδύ ἐστι τὸ θυμίαμα· οὕτως καὶ σοὶ γενέσθω δεκτὴ ἡ προσευχή μου ἡδεῖα καὶ τιμία.

γ'. Θοῦ κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου.

Ἀντὶ τοῦ· μὴ οὖν ἐπὶ πολύ με τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐγκαταλίπῃς, μήποτε πιεζόμενος ὑπὸ τῶν συμφορῶν φθέγξωμαί τι τῶν οὐκ ἀρεσκόντων σοι. τὸ οὖν ἀσφάλισαί μου τὸ στόμα οὐδὲν ἐστιν ἕτερον, ἢ ὅτι ταχεῖαν ἡμῖν χάρισαι τὴν ἐπάνοδον, ἵνα μᾶλλον εὐχαριστῶμεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

δ'. Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν,

Οἱ φιλαμαρτήμονες, φησι, προφάσεις ἑαυτοῖς ποιοῦνται τὸ ἁμαρτάνειν τὸ μῆκος τῶν συμφορῶν. λογιζόμενοι γάρ, φησιν, ὡς οὐ προνοεῖς τῶν ἀνθρώπων, ἐκδεδώκασιν ἑαυτοὺς τῷ χείρονι. ἀλλ' ἐμοί, φησι, μηδὲ μιᾶς συμφορᾶς ἐπίτασις γενέσθω πρόφασις ἁμαρτίας· ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ εἰδέναι ὅτι παιδεία καὶ νουθεσία ἐστὶ κυρίου τὰ τοιαῦτα, καὶ οὐκ ἐγκατάλειψις.

Καὶ οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν.

Ἀλλ' εἴ τινες, φησὶ, τῶν τοιούτων καὶ εὐπραγοῦσι, τουτέστι τῶν νομιζόντων οὐκ εἶναι πρόνοιαν (αἰνίττεται δὲ Βαβυλωνίους) ἐμοὶ μὴ παράσχῃς τοιαύτην μετ' ἐκείνων ἀπόλαυσιν, μηδὲ κοινωνῆσαί με εὐπραγίας ἀνθρώποις ὧν ἡ ἀσέβεια ὑπόθεσις.

ε'. Παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με·

Μᾶλλον δέ, φησι, μετὰ τοῦ λαοῦ σου παράσχου μοι παιδεύεσθαι (ἡ γὰρ τοιαύτη παιδεία καὶ ἔλεον

ἔλεον ἔχει) ἢ μετὰ τῶν ἀσεβούντων εὐφροσύνης, καὶ εὐπραγίαν ὡς νομίζουσι. ἐπιφέρει γάρ·

Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.

Ἀντὶ τοῦ, ἡ εὐθηνία τῶν ἁμαρτωλῶν μηδαμῶς ἡμῖν γένοιτο. καὶ γὰρ μετὰ τὴν εἰωθυῖαν εὐφροσύνην εὐώδει τινὶ ἐλαίῳ χρίονται τὰς κεφαλάς. ἐκ μεταφορᾶς οὖν τοῦ τοιούτου πράγματος εἶπε, τὸ ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐγγισάτω μοι εὐθηνία, ἢ πλοῦτος, ἢ δόξα, καρπὸν ἔχοντα ἁμαρτίαν.

Ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν·

Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τῆς τῶν τοιούτων εὐπραγίας ἐπιθυμεῖν, ὥστε τὸ ἐναντίον καὶ κατεύχομαι αὐτῶν ἐπὶ τῷ μηδὲ κοινωνεῖν τοῖς ἔχουσι ταῦτα, ἐφ' οἷς οὐ δοξάζουσί σε τὸν θεὸν ὡς αἴτιον.

ϛ'. Κατεπόθησαν ἐχόμενοι πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν.

Ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον συνήθως καὶ τοῦτο. τοῦτο γὰρ πάλιν βούλεται εἰπεῖν, ὅτι καταποθεῖεν δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐχόμενοι πέτρας. ἀντὶ τοῦ, καταποντισθεῖεν οἱ τοιοῦτοι οἷον λίθου ἐκκρεμασθέντος ἀπὸ τοῦ τραχήλου αὐτῶν. τοσοῦτόν, φησιν, ἀπέχω τοῦ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν τῆς εὐπραγίας, ὅτι καὶ εὔχομαι αὐτοὺς τοιαῦτα παθεῖν.

Ἀκούσονται τὰ ῥήματά μου ὅτι ἡδύνθησαν·

Καὶ γένοιτό, φησιν, αὐτοὺς ἐκ τῶν πραγμάτων γνῶναι, ὡς ὅτι μου ἡ τοιαύτη προσευχὴ εἰσηκούσθη παρὰ τοῦ θεοῦ.

ζ'. Ὡσεὶ πάχος γῆς ἐρράγη ἐπὶ τῆς γῆς.

Πάλιν ἐνήλλακται ὁ χρόνος. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι καὶ ῥαγεῖεν καὶ καταπέσοιεν ὡς τὰ πάχη τῆς γῆς. πάχη δὲ τῆς γῆς καλεῖ τὰ χώματα συνεστῶτα, καὶ ποιοῦντα τὰ ὕψη. ὡς γὰρ ἐκεῖνά, φησι, χειροποιήτως γίνονται, καὶ αὐτομάτως πολλάκις ἀπορρήγνυνται· οὕτως, φησί, καὶ οὗτοι παχυνθέντες οἷον τῇ εὐθηνίᾳ ῥαγεῖεν, καὶ ἐκπέσοιεν χωμάτων δίκην.

Διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ αὐτῶν παρὰ τὸν ᾅδην·

Μὴ μόνον δέ, φησι, ῥαγεῖεν ὡς τὰ χώ-

etiam misericordiam) quàm cum impijs lætitiam & prosperitatem, qualem illi putant. nam subiungit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Id est, Prosperitas peccatorum nequaquam nobis accidat. Etenim post solitam lætitiam fragranti quodam oleo capita sua inungunt. Ex metaphora igitur rei istiusmodi dixit, *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Id est, Ne appropinquet mihi prosperitas, vel diuitiæ, vel gloria, quæ pro fructu habent peccatum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum:

Tantum enim absum vt istiusmodi prosperitatem desiderem, vt è contra etiam optem minimè communicare cum ijs qui hæc habent, quia te Deum tamquam auctorem suum minimè honorant.

6. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.

Hoc etiam more solito mutatum est secundùm tempus. Hoc enim vult rursus dicere, vt tales iuncti petræ absorbeantur. Id est, Demergantur tales tamquam lapide de collo ipsorum suspenso. Tantum, inquit, absum vt desiderem ipsorum prosperitatem, vt etiam optem ipsos talia perpeti.

Audient verba mea quoniam * dulcuerunt:

* Vulgata potuerunt:

Et fiat, inquit, vt ex rebus ipsis cognoscant, istiusmodi meam orationem à Deo esse exauditam.

7. Sicut crassitudo terræ * dirupta est super terram.

* Vulgata erupta

Rursus immutatum est tempus. Vult enim dicere: Quin imò rumpantur & concidant sicut crassitudines terræ. Crassitudines autem terræ vocat glebas congestas, quæ altitudinem efficiunt. Sicut enim illæ, inquit, manuali opere fiunt, & sponte sæpenumerò disrumpuntur; ita etiam hi, inquit, incrassati quodammodò prosperitate rumpantur, & excidant instar aggerum.

Dissipata sunt ossa * eorum secus infernum:

* Vulgata nostra

Non solùm autem, inquit, rumpantur vt ag-

 geres,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

geres, ſed neque integri ſepeliantur; verùm per partes diſtracti hoc modo terrâ obtegentur. Rurſus enim illud verbum *Diſſipata ſunt* mutatum eſt ſecundùm tempus: eſt enim poſitum pro Diſſipabuntur.

8. Quia ad te Domine, Domine oculi mei:

Recurrit enim ad propriam precationem, ſcilicet ad illud, *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* vt ſit ſenſus: *Quoniam ad te Domine, Domine oculi mei.* Id eſt: Quoniam in te ſolo omnem ſpem habeo. Cùm enim illa quæ ad impios ſpectant in medio inſerùiſſet, propriæ iterùm ſequelæ inhæret.

In te ſperaui, non auferas animam meam.

Illud *non auferas.* Id eſt: Ne des mihi pro peccatis meis vt hîc deſerar; neque ſinas animam meam, id eſt me, cum tot calamitatibus luctari.

9. Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi:

Et quoniam, inquit, Babylonij in captiuitate tamquam in laqueo me detinent, libera me ex illa. Nam *Cuſtodi me* dicit pro Libera me. vnde ſubdit:

Et à ſcandalis operantium iniquitatem.

Laquei & ſcandala idem ſunt. His omnibus, inquit, Domine libera me.

* Vulgata eius

10. Cadent in retiaculo * ſuo peccatores:

Illi autem, inquit, potiùs in propria retia incidant, & à proprijs ſcandalis irretiantur. Alij autem ſic legerunt: *Cadent in retiaculo eius.* id eſt: In ipſius Dei retiaculum incidant, ac ſi Deus deberet inſtar retiaculi ſupplicium ſuum extendere, & omnes peccatores comprehendere. Vterque igitur ſenſus habet conſequentiam.

Singulariter ſum ego donec tranſeam.

Ego autem, inquit, malis illis minimè communicabo, tam quæ faciunt quàm quæ ex-

ματα, ἀλλὰ μηδὲ σῶοι ταφεῖεν· καὶ μέλη δὲ διασπαρέντες οὕτω τῇ γῇ καλυφθήσονται. πάλιν γὰρ τὸ διεσκορπίσθησαν ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ διασκορπισθήσονται.

η. Ὅτι πρὸς σὲ κύριε, κύριε οἱ ὀφθαλμοί μου·

Ἀνέδραμε γὰρ ἐπὶ τὴν δέησιν τὴν οἰκείαν, πρὸς ἐκεῖνο τὸ, κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. ἵνα ᾖ κατὰ τὴν ἔννοιαν· ὅτι πρὸς σὲ κύριε, κύριε οἱ ὀφθαλμοί μου. τουτέστιν· ὅτι ἐπὶ σοὶ μόνῳ πᾶσαν ἔχω τὴν ἐλπίδα. παρενθεὶς γὰρ τὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν μέσῳ, τῆς οἰκείας πάλιν ἔχεται ἀκολουθίας.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου.

Τὸ μὴ ἀντανέλῃς. ἀντὶ τοῦ· μὴ ἀνταποδῷς μοι ἀντὶ τῶν ἁμαρτιῶν μου· τὴν ἐνταῦθα ἐγκαταλειφθῆναι μηδὲ ἐάσῃς τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν ἐμὲ, τοσαύταις παλαίειν συμφοραῖς.

θ΄. Φύλαξόν με ἀπὸ παγίδος ἧς συνεστήσαντό μοι·

Καὶ ἐπειδὴ, φησιν, οἱ Βαβυλώνιοι ὡς ἐν παγίδι με κατέχουσι τῇ αἰχμαλωσίᾳ, ῥῦσαί με ἐξ αὐτῆς. τὸ γὰρ φύλαξον ἀντὶ τοῦ ῥῦσαί με λέγει. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ ἀπὸ σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν.

Παγίδες καὶ σκάνδαλα τὸ αὐτό εἰσι. ῥῦσαί με οὖν, φησι, τούτων ἁπάντων δέσποτα.

ι. Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί·

Ἐκεῖνοι δέ, φησι, μᾶλλον περιπέσοιεν ταῖς οἰκείαις πάγαις, καὶ κρατηθεῖεν ὑπὸ τῶν σκανδάλων τῶν οἰκείων. ἄλλοι δὲ οὕτως ἀνέγνωσαν· πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ· αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τῷ ἀμφιβλήστρῳ περιπέσοιεν, ὡς τοῦ θεοῦ ὀφείλοντος τὴν τιμωρίαν δίκην ἀμφιβλήστρου ἐκτεῖναι, καὶ συλλαβεῖν πάντας τοὺς ἁμαρτωλούς. ἑκατέρα οὖν ἔννοια ἔχει ἀκολουθίαν.

Κατὰ μόνας εἰμὶ ἐγὼ ἕως οὗ παρέλθω.

Ἐγὼ δέ, φησιν, ἀκοινώνητος ἔσομαι τῶν κακῶν ἐκείνων, καὶ ὧν ποιοῦσι καὶ ὧν πειράζουσιν.

Digitized by Google

μένουσιν. ἀναμένων τὸν μὲν καιρὸν τῆς αἰχμαλωσίας παρελθεῖν, ἐπανελθεῖν δὲ, καὶ ἀπολαβεῖν τὰ οἰκεῖα.

ſpectant. Expectans quidem donec tempus captiuitatis tranſeat, reuertamur autem, & propria recuperemus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. Κύριε ἐκέκραξα πρὸς σέ, εἰσάκουσόν μου.] Κραυγὴν ἐνταῦθα τὴν ἔνδον λέγει, ἣν καὶ Μωσῆς ἐβόα, ἣν ἡ καρδία ἔτικτεν ἡ πεπυρωμένη, τὴν ἐπιστρέφουσαν τὸν νοῦν πρὸς θεὸν, ἵνα μὴ τὰ μὲν χείλη βοᾷ, ἡ δὲ διάνοια τῶν λεγομένων οὐκ ἐπαισθάνηται. ἔοικε δὲ οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ σπουδαίως εὔχεσθαι ἀξιοῖ ἀκουσθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τοιαῦτα αἰτεῖν, ἅ ἐστιν ἄξια τοῦ θεοῦ. ἄξια δὲ, ὅταν μὴ κατ' ἐχθρῶν εὔχηται, ὅταν μηδὲ βιωτικὸν αἰτῇ καὶ ἐπίκηρον, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀκήρατα. ἡ δὲ ταυτολογία τοῦ ἐκέκραξα καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι ἐπίτασιν σημαίνει δεήσεως. εἶτα καὶ θυμιάματος μέμνηται, κατευθυνθήτω λέγων ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα· ὁ ἕτερος, ταχθήτω ἡ προσευχή μου θυμίαμα ἔμπροσθέν σου· ἄλλος, ἑτοιμασθήτω ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ἄλλος, δῶρον ἑσπέρας· ἕτερος, προσφορὰ ἑσπερινή. ἀξιοῖ οὖν οὕτως αὐτοῦ τὴν εὐχὴν γενέσθαι ὡς τὸ θυμίαμα ἐκεῖνο, τὸ οὐδεμιᾷ κηλῖδι τοῦ προσάγοντος μολυνόμενον. δι' οὗ παιδεύει καθαρὰς ἡμᾶς ποιεῖσθαι τὰς εὐχὰς καὶ εὐώδεις· τοιοῦτον γὰρ ἡ δικαιοσύνη· ὥσπερ ἡ ἁμαρτία δυσώδης· κατὰ τὸ, προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. ὥσπερ οὖν τὸ θυμίαμα καὶ καθ' ἑαυτὸ μέν ἐστιν εὐῶδες, τότε δὲ μάλιστα ἐνδείκνυται τὴν εὐωδίαν ὅταν προσομιλήσῃ πυρί· οὕτω καὶ ἡ εὐχὴ καλὴ μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν, εὐωδεστέρα δὲ γίνεται, ὅταν μετὰ θερμῆς καὶ ζεούσης ψυχῆς ἀναφέρηται. ἢ τοῦτο ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς. οἷον· ὡς ἡμῖν ἡδύ ἐστι τὸ θυμίαμα, οὕτω καὶ σοὶ γενέσθω ἡ προσευχὴ ἡμῶν ἡδεῖα. ἀλλὰ καὶ τὴν ἔπαρσιν τῶν χειρῶν αἰτεῖ δεχθῆναι ὡς θυσίαν ἑσπερινήν. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο, εἰ ἀμφότερα εἴη ἄμωμα, ἥτε γλῶττα καὶ αἱ χεῖρες· αἱ μὲν ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ἀπεχόμεναι, ἡ δὲ πονηρῶν ῥημάτων. ἀεὶ γὰρ αἱ χεῖρες εἰς τὴν πρᾶξιν λαμβάνονται. ἑσπερινὴν δὲ εἶπε θυσίαν, ἀλλ' οὐχ ἑωθινήν. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἀδιαφόρως εἰρῆσθαι. ἢ ὅτι ἡ μὲν ἑωθινὴ ἀναμένει τὴν ἑσπερινὴν, ἡ δὲ ἑσπερινὴ τέλος

1. DOMINE CLAMAVI AD TE, EXAVDI ME.] Clamorem hîc internum dicit, quo etiam Moyſes clamabat, quem cor inflammatum peperit, qui mentem ad Deum conuertit, ne labia quidem clament, ſenſus autem eorum quæ dicuntur minimè percipiatur. H c autem non ſolùm eò quòd diligenter oret exaudiri poſtulat, verùm etiam eò quòd iſtiuſmodi petat, quæ Deo digna ſint. Porrò digna ſunt, quando non orat contra inimicos, quando nihil temporale fluxumque poſtulat, ſed ſola immortalia. Hæc autem repetitio vocis *clamaui* & *cùm clamauero* vehementiam ſignificat deprecationis. Deinde etiam meminit incenſi dicens, *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum:* quod alius ait, *Statuatur oratio mea ſicut incenſum coram te:* alius, *Præparetur eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum:* alius, *Donum veſperæ:* alius, *Oblatio veſpertina.* Rogat nimirum vt ſit eius oratio ſicut illud ſacrificium, quod nullâ offerentis maculâ polluebatur. Per quod docet nos vt orationes noſtras puras & odoriferas reddamus; talis enim eſt iuſtitia; quemadmodum peccatum eſt fœtidum: iuxta illud, *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ.* Quemadmodum igitur thymiama per ſe quidem benè olet, tunc autem maximè bonum odorem emittit quando igni acceſſerit; ita etiam oratio vel per ſe quidem bona eſt, fit autem fragrantior, quando cum ardenti & feruenti animo offertur. Vel hoc ex rebus noſtris ait. q. d. Sicut nobis ſuaue eſt incenſum, ita etiam oratio noſtra tibi ſuauis accidat. Quin etiam eleuationem manuum petit acceptam fieri ſicut ſacrificium veſpertinum. Hoc autem fiet, ſi vtraque fuerint immaculata, ſcilicet lingua & manus; hæ quidem dum à rapina & auaritia abſtinent, illa verò à prauis verbis. Manus enim ſemper pro actione ſumuntur. Dixit autem veſpertinum ſacrificium, ſed non matutinum. Mihi autem videtur indiſcriminatim dictum eſſe. Vel quia matutinum quidem expectat veſpertinum, veſpertinum verò finem

Duo quæ faciunt orationem exaudiri.

Pſal. 37, 6.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

finem imposuit etiam matutino. Vel vespertini meminit, eò quòd in ærumnis versaretur; calamitas autem tenebris assimiletur. Ceterùm quid sibi vult manuum extensio in oratione? Cùm enim multis sceleribus inseruiant, iubemur eas eleuare, vt orationis ministerium sit ijs vitij vinculum: vt quando es rapturus aut verberaturus, memineris eas ad Deum mittere pro defensione.

Cur manus extendantur in oratione.

ἐπέθηκε καὶ τῇ ἑωθινῇ. ἢ ἑσπερινῆς ἐμνημόνευσεν ἐν συμφοραῖς ὤν· σκότῳ δὲ ἔοικεν ἡ συμφορά. Ἀλλὰ τί βούλεται τῶν χειρῶν ἡ ἔκτασις ἐν τῇ εὐχῇ; ἐπειδὴ ἐν πολλαῖς πονηρίαις διακονοῦσι, κελευόμεθα αὐτὰς αἴρειν, ἵνα ἡ τῆς εὐχῆς διακονία δεσμὸς αὐταῖς γένηται τῆς κακίας· ἵν᾽ ὅταν μέλλῃς ἁρπάζειν ἢ τύπτειν, μνησθῇς ὅτι ταύτας μέλλεις πρὸς τὸν θεὸν ἀντὶ συνηγόρων πέμπειν.

3. PONE DOMINE CVSTODIAM ORI MEO.] Cùm rogasset Dominum vt ejus oratio exaudiretur, vide qualem primam afferat postulationem: ab eo nempe exorditur quod est rectè factorum maximum, & si negligatur malorum omnium causa existit. Mala enim innumerabilia parit linguæ lubricitas: quemadmodum etiam bona eiusdem custodia. Non tot enim, inquit, gladio quot linguâ ceciderunt. Cùm igitur nosset rem esse difficilem, & linguæ custodiam magnum hominibus bonum afferre, Deum rogat vt illius continentiam ipsi præbeat, ne quid quiritando minùs decenter effutiat. Etenim calamitatũ multitudine oppressus non absolutè quidem ostium, sed ostium circumstantiæ petit, vt vniuersum contineat muniatque. Ceterùm pro *Ne declines* alius ait, *Ne diuerteris cor meum in sermones malos, ad cogitandum cogitationes iniquas.* Illud autem *Ne declines* non eo dixit quòd Deus declinet, absit: sed id quod dicit est eiusmodi: Ne permittas declinari, ne permittas diuerti ad malas cogitationes: ne permittas cor meum suscipere tales cogitationes: ne permittas illud eò inclinari; ostendens arbitrij libertatem & naturã non in se habere vitium, sed à socordia inclinatam suscipere. Orat igitur vt non solùm lingua, verùm etiam ipsi motus animi custodiantur: vel quoniam nonnulli peccatorum amatores ærumnarum longitudinem peccandi prætextum faciunt, cogitantes se non habere prouidentiam, mihi, inquit, nulla intensio calamitatis fiat excusatio peccati. Hæc enim potissima est via perditionis, quando anima quæ peccauit, excusso timore, excogitat aliquas excusationes; vt cùm quis adulterauerit, alius autem volens ejus pœnitudinem excutere dicat: Numquid tu causa es? causa est cupiditas. Malum quidem est peccare: hoc autem facit grauius impudentia postquam peccaueris. Hæc est armatura

Lingua custodia adhibenda.

Eccli. 28, 22.

Motus etiam animi diligenter custodiendi.

Non sunt prætextus excusationum peccatis obtrudendi.

γ´. ΘΟΥ ΚΥΡΙΕ ΦΥΛΑΚΗΝ ΤΩ ΣΤΟΜΑΤΙ ΜΟΥ.] Παρακαλέσας εἰσακουσθῆναι αὐτοῦ τὴν προσευχὴν, ὅρα ποίαν προσάγει πρώτην δέησιν· ἀπὸ γὰρ τοῦ μεγίστου τῶν κατορθωμάτων ἄρχεται, καὶ ὃ ἀμελούμενον πάντων ἐστὶν αἴτιον τῶν κακῶν. τὰ γὰρ μυρία κακὰ ἡ τῆς γλώττης εὐκολία ἐργάζεται· ὥσπερ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἡ ἀσφάλεια. οὐ τοσοῦτοι γάρ, φησιν, ἔπεσον ἀπὸ μαχαίρας ὅσοι ἀπὸ γλώττης. ἐπεὶ οὖν δύσκολον οἶδε τὸ πρᾶγμα, καὶ μέγα ἀνθρώποις κατορθοῦν τῆς γλώττης τὴν φυλακὴν, τὸν θεὸν αἰτεῖ τὴν ἐγκράτειαν ταύτης αὐτῷ χαρίσασθαι, ὡς μή τι φθέγξηται σχετλιάζων οὐκ εὐπρεπῶς. καίτοι τῷ πλήθει τῶν συμφορῶν πιεζόμενος· οὐχ ἁπλῶς μὲν θύραν αἰτεῖ, ἀλλὰ περιοχῆς, ὥστε περιέχειν τὸ πᾶν καὶ ἀσφαλίζεσθαι. ἀντὶ δὲ τοῦ Μὴ ἐκκλίνῃς ἄλλος φησὶ, Μὴ παρατρέψῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηροὺς, ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους. τὸ δὲ μὴ ἐκκλίνῃς οὐχ ὅτι ὁ θεὸς ἐκκλίνει εἶπε, μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ ἀφῇς κλιθῆναι, μὴ ἀφῇς περιτραπῆναι εἰς ἐννοίας πονηράς· μὴ ἀφῇς τὴν καρδίαν μου δέξασθαι λογισμοὺς τοιούτους· μὴ ἀφῇς ἐκεῖ κλιθῆναι· δεικνὺς τὸ αὐτεξούσιον καὶ ὅτι οὐκ ἐν αὐτῇ τὴν πονηρίαν ἡ φύσις ἔχει, ἀλλ᾽ ἀπὸ ῥαθυμίας κλινομένη δέχεται. εὔχεται οὖν μὴ μόνον τὴν γλῶτταν φρουρηθῆναι, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ τῆς διανοίας κινήματα· ἢ ἐπεὶ φιλαμαρτήμονές τινες προφάσεις ποιοῦνται τὸ μῆκος τῶν συμφορῶν τοῦ ἁμαρτάνειν, λογιζόμενοι ὡς οὐ προνοεῖς· ἐμοὶ, φησι, μὴ γένοιτο μηδὲ μιᾶς ἐπίτασις συμφορᾶς πρόφασις ἁμαρτίας. αὕτη γὰρ μάλιστά ἐστιν ἀπωλείας ὁδὸς, ὅταν ἁμαρτοῦσα ἡ ψυχὴ, τὸν φόβον ἐκλύῃ, καὶ προφάσεις τινὰς ἐπινοεῖ· οἷον ἐπόρνευσέ τις, ὁ δὲ ἕτερος θέλων αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν ἐκλῦσαι εἴπῃ· μὴ γὰρ σὺ αἴτιος; ἡ ἐπιθυμία αἰτία. κακὸν μὲν τὸ ἁμαρτεῖν· χαλεπώτερον δὲ αὐτὸ ποιεῖ ἡ μετὰ τὸ ἁμαρτάνειν ἀναισχυντία. τοῦτο ὅπλον τοῦ διαβό-

Digitized by Google

διαβόλου· εἰδὼς γὰρ ὡς ἡ ὁμολογία λύσις ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας, πείθει τὴν ψυχὴν ἀναισχυντεῖν. τοῦτο δὲ μάλιστα ἴδιόν ἐστι τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν τὸ ἀναισχυντεῖν, ὧν φεύγειν δεῖ τοὺς συλλόγους, ἐκλύοντας τὸν τῶν ἁμαρτημάτων φόβον, καὶ εἰς ῥαθυμίαν ἐμβάλλοντας. ἐμοὶ δέ, φησι, μὴ εἴη πρὸς αὐτοὺς κοινωνία, κἂν τὴν ἄγαν ἔχωσιν εὐκληρίαν. ἐκλεκτοὺς γὰρ τοὺς εὐημεροῦντας τῶν πονηρῶν καλεῖ. ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ δὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν· ἕτερος, μὴ δὲ συναλισθῶ ἐν τερπνότησιν αὐτῶν. δεῖ γὰρ αὐτῶν καὶ τρυφὰς καὶ συμπόσια παραιτεῖσθαι, ἔνθα τὰ τῆς ἁμαρτίας αὔξεται.

ε. ΠΑΙΔΕΥΣΕΙ ΜΕ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΝ ΕΛΕΕΙ.] Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· τῶν μὲν πρὸς χάριν διαλεγομένων ἐπὶ βλάβῃ μηδέποτε μεταλάβοιμι, φησι, τῶν συλλόγων· τοὺς δὲ ἐπιστύφοντας καὶ διορθουμένους τούτους ἑλοίμην, τοὺς ἐλέγχοντας τὰ ἡμαρτημένα τοὺς ἐπιτιμῶντας. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐλέου τὸ τραύματα διορθοῦν. τῶν δὲ ἁμαρτωλῶν καὶ τὰ πρὸς χάριν διακρουσθήτω μοι· διὰ τί; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἐλεοῦντες πολλάκις ἀπώλεσαν. οὐκ εἶπε δὲ πλήξει με δίκαιος, ἀλλὰ παιδεύσει. παιδεία γὰρ πρὸς διόρθωσιν ὁρᾷ. πῶς δὲ ἐν ἐλέει; ὁ γὰρ δίκαιος παιδεύων εἰς φιλανθρωπίαν βλέπει. ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ, ἀντὶ τοῦ ἡ κολακεία τοῦ ἁμαρτωλοῦ, μὴ ἀπατησάτω με. ὅτι δὲ ἔλαιον ἡ κολακεία φησὶν ἀλλαχοῦ· ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον. διὰ τί δὲ τὸ πικρὸν τοῦ ἤθους σχηματίζεται ἁπαλότητι λόγων; ὅτι ἡ κακία πρόσωπον οἰκεῖον οὐκ ἔχει ὥστε γνωρίζεσθαι· καὶ εἰ μὴ πρόσωπον ἀρετῆς ὑποδύσεται οὐ δύναται τὴν οἰκείαν κακίαν πραγματεύεσθαι.

ΟΤΙ ΕΤΙ ΚΑΙ Η ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΜΟΥ.] Ὁ Σύμμαχος· Ἔτι γὰρ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακῶν αὐτῶν. τὰ μὲν ᾔτησε, τὰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ παρέχεται. οὐ γὰρ εὐχῇ δεῖ θαρρεῖν μόνῃ. τί οὖν προσέφερεν; οὐ πρόβατα, οὐ μόσχους, ἀλλὰ τρόπων ἐπιείκειαν καὶ τὸ μεθ' ὑπερβολῆς ἀποστρέφεσθαι πονηρίαν. οὐ γὰρ δὴ μόνον, φησί, φεύξομαι τὴν ἐκείνων ἐπιβλαβῆ χάριν, ἀλλ' ἔτι γε κατὰ τῶν ἐπιθυμιῶν αὐτῶν στήσομαι· τοσοῦτον ἀπέχω ἑλέσθαι τὸν ἐκείνων ἔλεον· ὅτι καὶ εὔχομαι κατὰ τῶν ἐπιθυμιῶν αὐτῶν. ἔτι γάρ, φησιν, ἡ προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν· τουτέστι, κατὰ τῶν ἐπι-

[COMMENTARIUS HERACLEOTAE.]

diaboli: cùm enim sciat confessionem esse peccati solutionem, persuadet animae vt sit egregiè impudens. Hoc autem maximè proprium est eorum qui operantur iniquitatem vt impudentes sint, quorum coetus euitandi sunt, vtpote qui peccatorum timorem excutiant, & in vecordiam inducant. Mihi autem, inquit, nulla sit cum ijs communicatio, etiamsi summam obtineant prosperitatem. Electos enim appellat prauos qui fortunâ prosperâ vtuntur. Symmachus ait, *Neque vnà comedam dulcia eorum:* alius, *Neque congregabor in delicijs eorum.* Oportet enim delicias & symposia eorum recusare, vbi peccata sumunt incrementum.

5. CORRIPIET ME IVSTVS IN MISERICORDIA.] Id quod dicit est eiusmodi: Eorum quidem, inquit, coetus qui ad gratiam loquuntur propter damnum numquam sim particeps; eos autem elegerim qui sunt acres & vehementes, & corrigunt, qui peccata arguunt increpantque. Hoc est enim maximae misericordiae mederi vulneribus. Peccatorum autem etiam illa quae ad gratiam fiunt à me repellantur: quamobrem? Quoniam illi vel miserentes saepè exitium attulerunt. Non dixit autem *Feriet* me iustus, sed *Corripiet.* Correptio enim ad emendationem spectat. Quomodo autem in misericordia? Iustus enim cùm corripit ad clementiam intuetur. *Oleum autem peccatoris*, id est adulatio, non me decipiat. Quòd autem oleum sit adulatio alibi declarat: *Molliti sunt sermones eorum super oleum.* Cur porrò morum acerbitas sermonum lenitate figuratur? quia nempe vitium faciem propriam non habet vt cognoscatur; & nisi faciem virtutis induerit non potest malitiam suam exequi.

[Praestat à iusto corripi quàm à peccatore blandè haberi.]

[Psal. 54, 22.]

QVONIAM ADHVC ET ORATIO MEA.] Symmachus: *Adhuc enim & oratio mea intra vitia ipsorum.* Haec quidem petijt, illa verò praebet à seipso. Non enim soli orationi confidendum. Quid igitur contulit? Non oues, non vitulos, sed morum moderationem & summam improbitatis fugam. Non solùm enim, inquit, fugiam illorum gratiam perniciosam, sed etiam stabo aduersus eorum cupiditates; tantum abest vt eligam eorum misericordiam: quin etiam orabo contra cupiditates eorum. *Quoniam adhuc*, inquit, *oratio mea in beneplacitis eorum*; id est, contra cupiditates

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ditates ipsorum. *Absorpti sunt iuxta petram.* id est: Sicut petra demersa. Ostendit hîc quàm sit peccatum expugnatu facile, & quàm præceps vitium. Ipsi, inquit, iudices, qui nimirum omnia agebant & ferebant, absorpti sunt, & obliuioni traditi, vt nullum sit reliquum eorum vestigium. Symmachus verò, *Euellentur in manu petræ iudices eorum:* alius, *Sublati sunt.*

6. AVDIENT VERBA MEA QVONIAM DVLCVERVNT.] Alius, *Quoniam satellitibus muniebantur:* alius, *Quoniam speciosa fuerunt.* Et contingat, inquit, ipsos ex rebus ipsis nosse orationem meam à Deo esse exauditam, & disrumpantur, & concidant sicut crassitudo terræ. Crassitudines enim vocat crassas glebas: Quemadmodú, inquit, illæ manibus fiunt, & rursus suâ sponte sæpè disrumpuntur; ita etiam hi, cùm prosperitate fuerint incrassati, glebarum instar rumpantur & concidant. Per experientiam igitur, inquit, cognoscant exhortationis meæ iucunditatem: quia reprehensio & disciplina iustorum hunc producit fructum. Deinde etiam recenset calamitates. *Sicut crassitudo terræ:* alius, *Quemadmodum agricola quando frangit terram, ita dissipata sunt ossa nostra:* alius, *Similiter frangenti & discindenti terram dissipata sunt.* Quamuis, inquit, extrema passi simus, & tamquam proscissa terra ita dispersi simus omnes, & ad ipsas mortis portas deuenerimus; attamen maluimus iustorum correctionem quàm misericordiam peccatorum. Etenim quidquid acciderit, à tua spe pendemus. Quapropter subdit:

Impij rumpuntur vt crassitudo glebæ.

8. QVIA AD TE DOMINE OCVLI MEI.] Cùm in medio inseruisset ea quæ ad impios spectant, propriam rursus sequelam prosequitur, hæc quoque referens ad illud, *Dirigatur,* &c. Id est, In te solo omnem spem habeo, etiamsi hostes & pugnæ, etiamsi innumera mala ingruant, ad te respicio, & auxilium à te expecto. Ceterùm pro *Ne auferas* Symmachus *Ne euacues.* Id est, Ne sinas me abire re infectâ. Non hîc dicit tantùm laqueos & scandala, à quibus postulat custodiri, sed clanculares technas, & occultas insidias, easque diuersissimas, ad quas cauendas superno maximè auxilio opus est. Porrò vnde exordium sumpserat, etiam concludens orationem deinceps subiungit: *Cadent in retiaculo*

Iusti fiducia in Deo.

θυμιῶν αὐτῶν. Κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας. οἷον· ὡσεὶ πέτρα καταποντισθεῖσα. ἐνταῦθα δείκνυσι τὸ τῆς ἁμαρτίας εὐχείρωτον, καὶ τὸ τῆς κακίας ἀπόκρημνον. αὐτοί, φησιν, οἱ κριταί, οἷα οἱ πάντα ἄγοντες καὶ φέροντες, κατεπόθησαν, καὶ λήθῃ παρεδόθησαν, ὡς μηδὲ ἴχνος αὐτῶν εὑρεθῆναι. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐκτιλήσονται ἐν χειρὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν· ἕτερος, ὑπεσπάσθησαν.

ϛ'. ΑΚΟΥΣΟΝΤΑΙ ΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΜΟΥ ΟΤΙ ΗΔΥΝΘΗΣΑΝ.] Ἄλλος, ὅτι ἐδορυφορήθησαν· ἄλλος, ὅτι εὐπροσωπίσθησαν. Καὶ γένοιτό, φησιν, αὐτοὺς ἐκ τῶν πραγμάτων γνῶναι ὡς ὅτι μου ἡ προσευχὴ εἰσακούσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ῥαγῆναι, καὶ καταπέσοιεν ὡς πάχος γῆς. πάχη γὰρ λέγει τὰ χώματα τὰ παχέα· ὥσπερ, φησὶν, ἐκεῖνα χειροποιήτως γίνονται, καὶ πάλιν αὐτομάτως πολλάκις ῥήγνυνται· οὕτω καὶ οὗτοι, παχυνθέντες τῇ εὐθηνίᾳ, ῥαγεῖεν καὶ πέσοιεν χωμάτων δίκην. Διὰ πείρας οὖν, φησι, γνοῖεν τὴν ἡδονὴν τῆς ἐμῆς παραινέσεως· ὅτι ὁ ἔλεγχος τῶν δικαίων καὶ ἡ παιδεία τοῦτον φέρει τὸν καρπόν. εἶτα λέγει καὶ τὰς συμφοράς. Ὡσεὶ πάχος γῆς· ἕτερος, ὡς γεωργὸς ὅταν ῥήσσῃ τὴν γῆν, οὕτως διεσκορπίσθησαν τὰ ὀστᾶ ἡμῶν· ἕτερος, ὁμοίως ἀπελαύνοντι καὶ σχίζοντι τὴν γῆν ἐσκορπίσθη. καίτοι, φησὶ, τὰ ἔσχατα ἐπάθομεν, καὶ ὡς γῆ διαρραγεῖσα οὕτω πάντες διεσπάρημεν, καὶ πρὸς αὐτὰς ἤλθομεν τοῦ θανάτου τὰς πύλας· ἀλλ' ὅμως ἑλοίμεθα τὴν ἀπὸ τῶν δικαίων διόρθωσιν ἢ τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ἔλεον. καὶ γὰρ ὅπερ ἂν γένοιτο, τῆς πρὸς σὲ ἐλπίδος ἐκκρεμάμεθα. διὸ ἐπάγει·

η'. ΟΤΙ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ.] Παρενθεὶς τὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν μέσῳ, τῆς οἰκείας πάλιν ἔχεται ἀκολουθίας, ἐπὶ τὸ κατευθυνθήτω, καὶ ταῦτα ἀποδιδούς. τουτέστιν, ἐπὶ σοὶ μόνῳ πᾶσαν ἔχω τὴν ἐλπίδα, κἂν πολέμιοι, κἂν μάχαι, κἂν μυρία ἐπέλθοι δεινὰ, ἐπὶ σὲ βλέπω, καὶ τὴν ἀπὸ σοῦ περιμένω ῥοπήν. τὸ δὲ Μὴ ἀντανέλῃς ὁ Σύμμαχος Μὴ ἐκκενώσῃς. οἷον, μὴ ἄπρακτόν με ἀφῇς ἀπελθεῖν. παγίδας δὲ καὶ σκάνδαλα ὧν αἰτεῖ φυλαχθῆναι οὐχ ἁπλῶς λέγει, ἀλλὰ τοὺς λαθραίους φησὶ λόχους, τὰς κεκρυμμένας ἐπιβουλάς, αἳ καὶ διαφορώταταί εἰσι. διὸ μάλιστα καὶ τῆς ἄνωθεν δεῖται ῥοπῆς. ἀφ' οὗπερ δὲ ἤρξατο, καὶ κατακλείων τὸν λόγον εἶτα ἐπάγει· πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ.

Digitized by Google

αὐτοῦ. ἐκεῖνοι μᾶλλόν, φησι, περιπέσοιεν, ὡς τοῦ Θεοῦ ὀφείλοντος τὴν τιμωρίαν δίκην ἀμφιβλήστρου ἐκτεῖναι, καὶ συλλαβεῖν πάντας. ἐγὼ δὲ κατὰ μόνας εἰμί. ἀντὶ τοῦ, ἀκοινώνητος ἔσομαι τῶν κακῶν ἐκείνων ἀπηλλαγμένος, ὡσανεὶ μόνος οἰκῶν, καὶ οὐ μίαν ἢ δύο ἡμέρας, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον. τοῦτο γὰρ τὸ, ἕως ἂν παρέλθω· ἕτερος, ἐπὶ τὸ αὐτό. ἀντὶ τοῦ, συγκεκροτημένος, συνημμένος, ἀλλ' οὐ διεσπαρμένος. τοῦτο ἀρετὴ, τὸ φεύγειν τοὺς πονηροὺς, καὶ κατὰ μόνας εἶναι τῶν διαφθειρόντων.

eius. Illi, inquit, potiùs incidant, ac ſi Deus deberet inſtar retiaculi ſupplicium extendere, & omnes comprehendere. *Ego autem ſingulariter ſum.* Id eſt, Ero expers malorum iſtorum ab ijs liber, ſicut is qui ſolus habitat, idque non vno alteróve die, ſed totâ vitâ. hoc enim ſibi vult iſtud, *Donec tranſeam:* alius, *In idipſum.* Hoc eſt, Compactus, coniunctus, non diſperſus. Hæc nempe virtus eſt, malos fugere, & ſeiunctum degere ab ijs qui peruertunt.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Ὠριγένους. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ προτεταγμένῳ διάνοιαν. διωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἀντιβολεῖ τὸν Θεόν.

Χρυσοστόμου. Τούτου τοῦ ψαλμοῦ τὰ μὲν ῥήματα ἅπαντες, ὡς εἰπεῖν, ἴσασι, καὶ διὰ πάσης ἡλικίας διατελοῦσι ψάλλοντες· τὴν δὲ διάνοιαν ἐνίοτε τῶν εἰρημένων ἀγνοοῦσιν. ὅπερ οὐ μικρὸν εἰς κατηγορίας λόγον, ψάλλειν μὲν καθ' ἡμέραν, μὴ ἅπαξ δ' ἐπιζητῆσαι τὸν νοῦν τῶν ψαλλομένων. καὶ γὰρ ῥᾳθυμίας καὶ χαυνότητος ἐσχάτης, διὰ παντὸς τὸν ψαλμὸν καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἔσχατον γῆρας μελετῶντας διατελεῖν τὰ ῥήματα μόνον εἰδότας ἔρημα διανοίας, καὶ παρακαθῆσθαι θησαυρῷ συνεσκιασμένῳ, καὶ βαλλάντιον περιφέρειν ἐσφραγισμένον, καὶ οὐδὲ ὑπὸ πολυπραγμοσύνης παροξυνθῆ τις μαθεῖν, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον. καίτοιγε οὐδὲ ἐκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σαφής τις ὢν, πάντας εἰς ὕπνον ἤγαγε, καὶ οὐκ ἀφῆκε ζητῆσαι τὸ προχείρως κείμενον. καὶ γάρ ἐστιν ἀσαφὴς, καὶ ἱκανὸς διεγεῖραι τὸν μὴ σφόδρα καθεύδοντα. τί γάρ ἐστι, Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας; τί δέ ἐστι τὸ, παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με; καὶ ἄλλα μυρία. ἀλλ' ὅμως ὄντων οὕτως ἀσαφῶν, ὥσπερ τινα ᾠδὴν παρατρέχουσιν οἱ πολλοί. καίτοιγε οὐχ ἁπλῶς οἶμαι τὸν ψαλμὸν τοῦτον τετάχθαι παρὰ τῶν πατέρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν λέγεσθαι, οὐδὲ διὰ τὴν μίαν λέξιν τὴν λέγουσαν, ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ἐπεὶ καὶ ἄλλοι ψαλμοὶ ταύτην ἔχουσι τὴν λέξιν· ἑσπέρας γάρ, φησι, καὶ πρωῒ, καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ. καὶ πάλιν· σή ἐστιν ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ. καὶ ἕτερος·

ORIGENIS. Hic etiam Pſalmus eumdem ſenſum habet quem & præcedens. Nam cùm à Saüle perſecutionem pateretur Deum obſecrat.

CHRYSOSTOMI. Huius quidem Pſalmi verba, vt ſic dicam, omnes ſciunt, & per omnem ætatem perpetuò canunt; qui ſit autem ſenſus eorum quæ dicta ſunt quandoque neſciunt. Quod quidem non eſt paruâ reprehenſione dignum, quòd qui quotidie canunt, ne ſemel inquirant ſenſum eorum quæ pſalluntur. Etenim ſegnitiei atque ſocordiæ eſt extremæ, hunc Pſalmum aſſiduè & à prima ætate meditantes ſola verba eius tenere ſenſu deſtituta, & abſconſo theſauro aſſidere, & obſignatam crumenam circumferre, & ne à curioſitate quidem aliquis excitetur vt diſcat, quid porrò ſit id quod dicitur. Quamquam nec illud quidem dici poteſt, quòd cùm eſſet perſpicuus, omnes ad ſomnum inuitauerit, nec ſiuerit vt quæreretur quod erat ad manum. Eſt enim obſcurus, & ſufficiens ad excitandum eum qui non nimis profundè dormiat. Quid enim eſt illud, *Ne declines cor meum in verba malitiæ*? quid verò illud, *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me*? & plurima alia. Quamuis tamen tam ſint obſcura, veluti quoddam canticū ea multi leuiter percurrunt. Equidem haud temerè puto decretum fuiſſe à Patribus vt hic Pſalmus quotidie recitaretur, nec propter id ſolum quòd in eo dicatur, *Eleuatio manuum mearū ſacrificium veſpertinum*; quandoquidem in alijs quoque Pſalmis id ipſum dicitur: *Veſpere* enim, inquit, *& manè, & meridie narrabo & annuntiabo.* Et rurſus: *Tuus eſt dies, & tua eſt nox.* Et alius:

Non ſatis eſt vſ imi verba ſcire, niſi ſenſum intelligas.

Pſal. 54. 20.

Pſal. 75.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Psal. 4.9.

In idipsum dormiam & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Et multos quis reperire posset Psalmos qui vespertino tempori conueniant. Non ergo propterea hunc Psalmum decreuerunt Patres, sed tamquã salutare aliquod pharmacum & peccatorum piaculum vt recitaretur constituerunt, vt quæcumque sordes aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum vel in foro, vel domi, vel in quocumque alio loco versamur, eas cùm ad vesperum peruenerimus, per spiritale hoc carmen abstergamus. Est enim medicamentum quod delet hæc omnia. Talis est etiam Psalmus matutinus: nihil enim vetat illius quoque breuiter meminisse: accendit enim in Deum desiderium, animumque excitat, & postquam eum valdè inflammauit, ita permittit accedere. Nam dicere, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo, sitiuit te anima mea*, hæc animi inflammati verba sunt. Vbi est autem amor Dei omnia mala recedunt. *Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Quid sibi vult particula *Sic?* Cum hoc, inquit, desiderio, cum hac dilectione, vt videam tuam gloriam, quæ potest vbique terrarum videri: Sed ne eo qui est præ manibus relicto alium obiter introducamus, transmisso auditore ad ea quæ de illo dicta sunt, ad ea quæ sunt nobis proposita accedamus.

Cur hic Psalmus vesperi recitetur.

Quis sit Psalmus matutinus.

Psal. 62, 1.

1. DOMINE CLAMAVI AD TE.] CHRYSOSTOMI. Quid dicis? Quoniam clamasti vis exaudiri? Non hoc ait, sed clamorem hîc internum intelligit, quo & Moyses clamabat, quem cor inflammatum peperit & animus contritus. Quemadmodum enim qui clamat omnes vires suas exinanit; ita etiam qui corde clamat omnem mentem suam conuertit. Talem ergo clamorem Deus requirit, qui mentem conuertat, nec eam oscitare sinat: non solùm autem clamorem talem, sed etiam vt ipse oretur. Sunt enim multi qui stant quidem, ad Deum autem minimè clamant, sed labia quidem ad Deum clamant, & nomen Dei circumferunt; mens autem nihil sentit eorum quæ dicuntur. Qui talis est non clamat, etsi maximè vociferetur: talis Deum non orat, etsi maximè videatur orare. At non ita Moyses, sed quomodo? vti euentus probauit etiam tacens impetrauit quæ voluit, eò quòd se dignum præbuisset vt à Deo exaudiretur.

Clamor internus exauditur à Deo, non externus.

Exodi 14.

ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω· ὅτι σὺ κύριε κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. καὶ πολλοὺς ἄν τις εὕροι ψαλμοὺς ἐπιτηδείους τῷ καιρῷ τῆς ἑσπέρας. οὐ δὴ διὰ τοῦτο τὸν ψαλμὸν τοῦτον ἐτίπασαν οἱ πατέρες, ἀλλ' ὥσπερ φάρμακον σωτήριον καὶ ἁμαρτημάτων καθάρσιον ἐνομοθέτησαν λέγεσθαι, ἵνα ὅσαπερ προσριβώμεθα δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ἢ ἐν ἀγορᾷ, ἢ ἐν οἰκίᾳ, ἢ ὅπου δήποτε διατρίβοντες, ταῦτα ἐλθόντες εἰς τὴν ἑσπέραν, διὰ τῆς ἐπῳδῆς ταύτης ἀποδυσώμεθα τῆς πνευματικῆς. φάρμακον γάρ ἐστιν ἁπάντων τούτων ἀναιρετικόν. τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ ἑωθινὸς ψαλμός· οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐν βραχεῖ κἀκείνου ἐπιμνησθῆναι· τὸν πόθον γὰρ ἀνάπτει τὸν πρὸς τὸν θεόν, καὶ διεγείρει τὴν ψυχήν, καὶ σφόδρα πυρώσας, οὕτως ἀφίησι προσελθεῖν. τὸ γὰρ λέγειν, ὁ θεὸς ὁ θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, πεπυρωμένης ψυχῆς ἐστι ῥήματα. ἔνθα δὲ ἀγάπη θεοῦ, πάντα οἴχεται τὰ πονηρά. οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου. τί ἐστιν οὕτως; μετὰ τοῦ πόθου, φησί, τούτου, μετὰ τῆς ἀγάπης ταύτης, ὥστε ἰδεῖν σου τὴν δόξαν, ἣν πανταχοῦ τῆς γῆς ἐστιν ἰδεῖν. ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ ἐν χερσὶν ἀφέντες τὸ πάρεργον ἐπεισαγάγωμεν, παραπέμψαντες τὸν ἀκροατὴν εἰς τὰ ὑπὲρ ἐκείνου εἰρημένα, τῶν προκειμένων ἁψώμεθα.

α΄. ΚΥΡΙΕ ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΠΡΟΣ ΣΕ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; ἐπειδὴ ἐκέκραξας ἀκουσθῆναι ἀξιοῖς; οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ καὶ κραυγὴν ἐνταῦθα τὴν ἔνδον λέγει, ἣν καὶ Μωσῆς ἐβόα, ἣν ἡ καρδία ἔτικτεν ἡ πεπυρωμένη καὶ ἡ διάνοια ἡ συντετριμμένη. ὥσπερ γὰρ ὁ βοῶν πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κενοῖ· οὕτως καὶ ὁ ἐν καρδίᾳ βοῶν πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν συστρέφει. τοιαύτην οὖν κραυγὴν ζητεῖ ὁ θεός, τὴν συστρέψουσαν τὴν φρόνησιν, τὴν οὐκ ἐῶσαν χασμᾶσθαι· οὐ μόνον δὲ κραυγὴν τοιαύτην, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν εὔχεσθαι. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ οἱ ἑστήκασι μέν, οὐ βοῶσι δὲ πρὸς τὸν θεόν, ἀλλὰ τὰ μὲν χείλη πρὸς τὸν θεὸν βοᾷ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ περιφέρει· ἡ δὲ διάνοια οὐδενὸς ἐπαισθάνεται τῶν λεγομένων. ὁ τοιοῦτος οὐ κράζει, κἂν μεγάλα βοᾷ· ὁ τοιοῦτος οὐ πρὸς τὸν θεὸν εὔχεται, κἂν δοκῇ πρὸς αὐτὸν εὔχεσθαι. ἀλλ' οὐχ ὁ Μωσῆς οὕτως, ἀλλὰ πῶς; ὡς τὸ ἔργον ἔδειξεν καὶ σιγῶν ἤνυσεν ἅπερ ἤθελεν, ἄξιον παρασχὼν ἑαυτὸν τοῦ ἀκούεσθαι.

εἰ δὲ

Digitized by Google

εἰ δὲ βούλει καὶ ἁμαρτωλοὺς ἰδεῖν εὐχομένους, καὶ ἀνύοντας καὶ κράζοντας μεγάλα, ὅρα τὴν πόρνην τῇ σιγῇ βοῶσαν· ὅρα τὸν τελώνην ἀπὸ εὐχῆς δικαιωθέντα μόνης. Τοιαύτην, φησὶ, κραυγὴν καὶ ἐδῶ διὰ τοῦτο ἀκουσθῆναι ἀξιοῖ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅρα καὶ ἄλλην ἀρετὴν εὐχῆς. οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ σπουδαίως εὔχεσθαι ἀξιοῖ ἀκουσθῆναι, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ τοιαύτην παρασχεῖν τὴν εὐχὴν ὥστε ἀξίαν εἶναι τῶν ἀκοιμήτων ὀφθαλμῶν· ποία δὲ αὕτη τοιαύτη; ὅταν μὴ εὔχηται κατὰ ἐχθρῶν, ὅταν μὴ ὑπὲρ πλούτου, μηδὲ ὑπέρ τινος τῶν ἐπικήρων τούτων, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῶν ἀκηράτων καὶ ἀθανάτων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν, κεκραγέναι με πρὸς σὲ, τουτέστι μετὰ σπουδῆς, μετὰ προθυμίας. πάλιν γὰρ αὐτό φησι. καὶ γὰρ ὁ διάβολος τότε μάλιστα ἐφεδρεύει. διὸ δεῖ τοῦτο εἰδότας ἐπιτειχίζειν αὐτῷ τὴν ἡμετέραν σπουδὴν, καὶ μηδέποτε κατ᾽ ἐχθρῶν εὔχεσθαι, ἀλλ᾽ ὡς ὁ Στέφανος, ἀλλ᾽ ὡς οἱ Ἀπόστολοι, ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων μᾶλλον, καὶ χωρὶς ὀργῆς. ἂν τοιαύτη ἡ εὐχὴ ᾖ, καὶ μετὰ σπουδῆς καλῇς τὸν Θεὸν, καὶ πρὶν ἢ τελέσαι τὴν εὐχὴν ἀκουσθήσῃ. ὃ καὶ οὗτος αἰτεῖ λέγων· Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ κεκραγέναι με.

β'. ΚΑΤΕΥΘΥΝΘΗΤΩ Η ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΜΟΥ ΩΣ ΘΥΜΙΑΜΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Δύο βωμοὶ τὸ παλαιὸν ἦσαν· εἷς μὲν ἀπὸ χαλκοῦ κατεσκευασμένος, ἕτερος δὲ χρυσοῦς· καὶ ὁ μὲν πάνδημος ἦν προκείμενος, τοῖς ἱερείοις τοῦ πλήθους παντός· ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀδύτοις ἀπέκειτο, καὶ τοῦ καταπετάσματος ἔνδον. μᾶλλον δὲ, ὥστε σαφέστερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον, εἰς ἀρχὴν τὸν λόγον ἀναγαγεῖν πειράσομαι. ναὸς ἦν παρὰ Ἰουδαίοις τὸ παλαιὸν τριάκοντα πηχῶν τὸ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος εἴκοσι. τούτου τοῦ μήκους δέκα ἀφελὼν πήχεις, ἀπέλαβεν ἔνδον διὰ τοῦ καταπετάσματος, καὶ τὸ ἀπειλημμένον ἐκαλεῖτο ἅγια ἁγίων· τὸ δὲ ἔξω, ἅγια μόνον καὶ χρυσῷ πάντοθεν κατελάμπετο. τινὲς δὲ καὶ τὴν δοκὸν ἐκείνην τὴν ἄνω χρυσήλατον ἔλεγον εἶναι. ἔνθα ὁ Ἀρχιερεὺς εἰσῄει μόνος ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἐκεῖ ἡ κιβωτὸς ἔκειτο καὶ τὰ Χερουβὶμ· ἐκεῖ καὶ βωμὸς περιειστήκει χρυσοῦς, ἔνθα τὸ θυμιατήριον προσεφέρετο, εἰς οὐδὲν ἕτερον παρεσκευασμένον ἢ πρὸς τὸ θυμιᾷν μόνον· καὶ τοῦτο ἐγίνετο ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἐν δὲ τῷ ἔξω ναῷ χαλκοῦς ἦν

CATENA PATRVM.

Quòd si vis etiam videre peccatores intentè & vehementer orantes, magnâq; voce clamantes & impetrantes, vide meretricem quæ clamat silentio: vide publicanum qui à sola oratione fuit iustificatus. Talem, inquit, clamorem etiam hic postulat vt exaudiatur.

Lucæ 7. Matth. 18.

EIVSDEM. Vide etiam aliam virtutem orationis. Non enim rogat ideò exaudiri quòd magno studio oret, sed quia talem offert orationem quæ digna sit oculis illis qui numquam dormiunt: quęnam autem ea est? Quando non orat contra inimicos, nec pro diuitijs, neque pro vlla re fluxa & caduca, sed pro bonis illis immortalibus quæ numquã pereunt. Illud autem, *Cùm clamauero ad te*, id est cum studio & alacritate. Rursus enim idem dicit. Etenim diabolus tunc maximè insidiatur. Quapropter oportet nos cùm hæc sciamus aduersus eum nostrum studium communire, & inimicis nostris numquam malè precari, sed potiùs sicut Stephanus & Apostoli fecerunt, rogare pro calumniantibus nos, idque sine ira. Si talis fuerit oratio tua, & vehementi studio Deum inuocaueris, etiam priusquam orationem perfeceris exaudieris. Hoc ipse quoque petit dicens: *Intende voci orationis meæ cùm clamauero ad te.*

2. DIRIGATVR ORATIO MEA SICVT INCENSVM.] CHRYSOSTOMI. Erant olim duo altaria; vnum quidem æneum, alterum verò aureum: & illud quidem erat publicum, omnibus totius populi hostijs expositum: hoc autem situm erat in adytis, & intra velum. Quin potiùs, vt ea quæ à nobis dicuntur sint clariora, conabor ad ipsa primordia reducere orationem. Erat olim apud Iudæos templum longum quidem quadraginta cubitos, latum verò viginti. Huius longitudinis decem auferens cubitos, intus velo intercepit, atque id quod interceptum erat vocabatur Sancta sanctorum; quod erat autem extra, Sancta tantùm. Atque auro omnia collucebant. Nonnulli verò dixerunt supremam quoque illam trabem fuisse auream. Huc solus Pontifex semel in anno ingrediebatur. Illic & arca sita erat & Cherubim: illic etiam stabat altare aureum, in quo offerebatur incensum, ad nihil aliud paratum quàm ad solum suffitum: quod etiam fiebat semel in anno. In exteriori autem templo erat altare

Altaria duo Hierosolymis.

Templum Iudæorum quale.

Sancta sanctorum & Sancta quid.

Altare aureum quem vsum habuerit.

æneum,

CATENA PATRVM.

Altare æneum ad quid fuerit. Sacrificium vespertinum & matutinum.

æneum, in quo quolibet vespere offerebatur agnus & comburebatur, & vocabatur sacrificium vespertinum: erat enim etiam matutinum; & bis in die oportebat altare incendi, præter alias hostias quæ offerebantur à populo. Hoc enim erat iussum & lege statutum Sacerdotibus, vt ex se, & ex domo sua, quando nullus offerret, vnum matutinum & vnum vespertinum agnum sacrificarent & comburerent: & illud quidem appellabatur sacrificium matutinum, hoc verò vespertinum. Id autem fiebat Deo declarante se semper coli oportere, tam oriente quàm occumbente die.

Quodnam sacrificium fuerit semper acceptum, quod non.

Hoc ergo sacrificium fuit semper acceptum & eiusmodi hostia. Quod autem fiebat pro peccatis, aliquando quidem erat acceptum, aliquando verò non, vtpote quòd hoc vel illud esset prout erant affecti ad virtutem aut vitium qui illud offerebant. Quod autem non offerebatur pro aliorum peccatis, sed erat lex sacrificij & modus colendi, erat omnino acceptum. Hic ergo rogat vt sit eius oratio sicut illud sacrificium, quod nullâ offerentis maculâ polluebatur, sicut illud incensum sanctum & purum. Quemadmodum igitur suffitus per se est bonus & benè olens, tunc autem maximè bonum odorem emittit quando igni accesserit:

Oratio cur incenso comparetur.

ita etiam oratio vel per se quidem bona est; tunc autem melior atque fragrantior quando offertur animo ardenti atque feruenti, quando anima efficitur thuribulũ, & ignem vehementem accendit. Precatur ergo vt oratio quidem sua fiat sicut incensum, eleuatio autem manuum sicut sacrificium vespertinum. Sunt enim ambo accepta. Quomodo autem hoc fiet? Si vtraque sint immaculata, & lingua & manus: hæ quidem ab auaritia & rapina expurgatæ; illa verò à malis verbis libera. Cur autem non dixit matutinum, sed vespertinum? Mihi quidem videtur dictum esse indiscriminatim. Si quis autem hoc curiosiùs indagare voluerit, dicendum est matutinum quidem expectare vespertinum; cùm verò vespertinum peractum fuerit, finitum est sacrificium. Sed quid sibi vult manuum in oratione eleuatio?

Cur manus in oratione eleuandæ sint.

Quoniam enim hæ multis sceleribus inseruiunt, vt percussionibus, cædibus, rapinis, auaritiæ; propter hoc ipsum vtique eas iubemur tendere, vt orationis ministerium sit eis vitij vinculum, & ab improbitate

βωμὸς, καὶ καθ' ἑκάστην ἑσπέραν ἐφέρετο ἀμνὸς καὶ κατεκαίετο, καὶ ἐκαλεῖτο θυσία ἑσπερινή· ἦν γὰρ καὶ ἑωθινή· καὶ δὶς τῆς ἡμέρας εἰς τὸν ναὸν τὸν βωμὸν καίεσθαι ἔδει, ἐκτὸς τῶν ἄλλων ἱερείων τῶν παρὰ τοῦ λαοῦ προσαγομένων. τοῦτο γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν ἐπίταγμα καὶ νόμος ἦν, οἴκοθεν, καὶ παρ' ἑαυτῶν, κἂν μηδεὶς προσέφερεν, ἕνα ἑωθινὸν καὶ ἕνα ἑσπερινὸν καταθύειν καὶ κατακαίειν· καὶ ἡ μὲν ἐκαλεῖτο θυσία ἑσπερινὴ, ἡ δὲ ἑωθινή. τοῦτο δὲ ἐγίνετο τοῦ Θεοῦ δηλοῦντος ὅτι διηνεκῶς αὐτὸν θεραπεύεσθαι χρὴ, καὶ ἀρχομένης καὶ τελευτώσης ἡμέρας. αὕτη τοίνυν ἡ θυσία εὐπρόσδεκτος ἦν ἀεὶ καὶ τὸ θῦμα τὸ τοιοῦτον. τὸ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ποτὲ μὲν εὐπρόσδεκτον ἦν, ποτὲ δὲ οὐκ εὐπρόσδεκτον, ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν προσφερόντων πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν τοῦτο κἀκεῖνο γινόμενον. ὅπερ δὲ οὐχ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἑτέρων προσεφέρετο, ἀλλ' ἱερουργίας νόμος ἦν καὶ θεραπείας τρόπος, πάντως εὐπρόσδεκτον ἦν. ἀξιοῖ τοίνυν οὕτως αὐτοῦ γενέσθαι τὴν εὐχὴν ὡς ἐκεῖνο τὸ θῦμα, τὸ οὐδεμιᾷ κηλῖδι τοῦ προσάγοντος μολυνόμενον, ὡς ἐκεῖνο τὸ θυμίαμα τὸ καθαρὸν καὶ ἅγιον. ὡς οὖν τὸ θυμίαμα καὶ καθ' ἑαυτό ἐστι καλὸν καὶ εὐῶδες, τότε δὲ μάλιστα ἐνδείκνυται τὴν εὐωδίαν ὅταν ὁμιλήσῃ τῷ πυρί· οὕτως δὴ καὶ ἡ εὐχὴ καλὴ μὲν καὶ καθ' ἑαυτήν· καλλίων δὲ καὶ εὐωδεστέρα γίνεται ὅταν μετὰ θερμῆς καὶ ζεούσης ψυχῆς ἀναφέρηται, ὅταν θυμιατήριον ἡ ψυχὴ γίνηται, καὶ πῦρ ἀνάπτῃ σφοδρόν. εὔχεται τοίνυν τὴν μὲν εὐχὴν αὐτοῦ γενέσθαι ὡς θυμίαμα, τὴν δὲ ἔπαρσιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡς θυσίαν ἑσπερινήν. ἀμφότερα γὰρ εὐπρόσδεκτα. πῶς δ' ἂν γένοιτο τοῦτο; εἰ ἀμφότερα εἴη ἄμωμα, ἥτε γλῶττα καὶ αἱ χεῖρες· αἱ μὲν πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς κεκαθαρμέναι· ἡ δὲ πονηρῶν ῥημάτων ἠλευθερωμένη. καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν ἑωθινὴ, ἀλλ' ἑσπερινή; ἐμοὶ μὲν οὖν εἰρῆσθαι ἀδιαφόρως καὶ τοῦτο δοκεῖ. εἰ δέ τις πολυπραγμονέστερον ἐξετάσαι βουληθείη, λεκτέον ὅτι ἡ μὲν ἑωθινὴ ἀναμένει τὴν ἑσπερινήν· ἡ δὲ ἑσπερινὴ γενομένη τὴν ἱερουργίαν ἐπλήρωσεν. ἀλλὰ γὰρ τί βούλεται τῶν χειρῶν ἡ ἔκτασις ἐν τῇ εὐχῇ; ἐπειδὴ γὰρ πονηρίαις διακονοῦνται αὗται, καὶ πληγαῖς, καὶ φόνοις, καὶ ἁρπαγαῖς, καὶ πλεονεξίαις· δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο κελευόμεθα αὐτὰς ἀνατείνειν, ἵνα ἡ τῆς εὐχῆς διακονία δεσμὸς αὐταῖς γένηται τῆς κακίας, καὶ ἀπαγωγὴ πονηρίας.

Digitized by Google

πονηρίας· ἵνα ὅταν μέλλῃς ἁρπάζειν, ἢ πλεονεκτεῖν, ἢ τύπτειν ἕτερον, ἀναμνησθῇς ὅτι ταύτας μέλλεις ἀντὶ συνηγόρων προτείνειν τῷ θεῷ, μὴ καταισχύνῃς αὐτάς, καὶ ἀπαρρησιάστους ἐργάσῃ τῇ διακονίᾳ τῆς πονηρᾶς ἐργασίας.

γ'. Θου κυριε φυλακην τω στοματι μου.] Χρυσοστομου. Παρακαλέσας τὸν δεσπότην ἀκουσθῆναι αὐτῷ τὴν δέησιν, ὅρα ποίαν πρώτην προφέρει αἴτησιν. Οὐ γὰρ εἶπε, Δός μοι χρήματα ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων· ἀλλὰ πάντα ἀφεὶς ἐπὶ τῆς γῆς ἐρρίφθαι, αἰτεῖ παρὰ τοῦ θεοῦ ταῦτα ἃ παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν δίκαιον. τί οὖν; οὐ δεῖ αἰσθητὰ αἰτεῖν; δεῖ μὲν, μετὰ μέτρου δὲ, ὡς ὁ Ἰακὼβ λέγων· Ἐὰν δῷ μοι κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. ὡς ὁ Χριστὸς ἐκέλευσε· Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· πρὸ δὲ πάντων πνευματικά. ὁ δὲ μέγιστον τῶν κατορθωμάτων ἀπὸ τούτου ἄρχεται τῆς αἰτήσεως, καὶ ὃ πάντων ἐστὶν αἴτιον τῶν κακῶν ἀμελούμενον, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγαθῶν σπουδαζόμενον. τὰ γὰρ μυρία κακὰ ἡ εὐκολία τῆς γλώσσης ἐργάζεται, ὥσπερ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἡ ἀσφάλεια. Οὐ τοσοῦτοι γάρ, φησιν, ἔπεσον ἀπὸ μαχαίρας ὅσοι ἀπὸ γλώσσης. Καὶ πάλιν ὁ Χριστός· Οὐ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τοῦ στόματος. Καὶ πάλιν ἕτερος· Ποίησον τῷ στόματί σου θύραν καὶ μοχλόν. Οὗτος δὲ ἐπειδὴ σφόδρα δύσκολον οἶδε τὸ πρᾶγμα, καὶ εὐχὰς προστίθησι, καὶ τὸν θεὸν εἰς τὴν συμμαχίαν ταύτην καλεῖ. Δεῖ γὰρ καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν παρὰ θεοῦ καλεῖν, ἵνα καὶ ἡ ἡμετέρα σπουδὴ εἰς ἔργον ἐξίῃ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο φυλακὴ ἄλλη ἢ λογισμὸς φοβερὸς, ἐπὶ χεῖρας ἔχων τὸ πῦρ τὸ μέλλον κατακαίειν τοὺς ἁπλῶς τῷ στόματι κεχρημένους; τοῦτον στῆσον πυλωρὸν καὶ φύλακα ἀπειλοῦντα τῷ συνειδότι, καὶ οὐδέποτε ἀνοίξεις τὴν θύραν ταύτην ἀκαίρως, ἀλλ' εἰς καιρὸν ἐπὶ κέρδει καὶ μυρίοις θησαυροῖς· μετὰ τούτου καὶ ἕτερον αὐτῷ παράστησον λέγοντα· ὅτι παντὸς ῥήματος ἀργοῦ λόγον ἀποδώσει ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ἐννόησον ὅτι καὶ θάνατος ἐντεῦθεν εἰσῆλθεν· εἰ γὰρ μὴ διελέχθη ἡ γυνὴ πρὸς τὸν ὄφιν, ἐκεῖνα ἃ διελέχθη, εἰ μὴ προσέπαιζε τὰ ῥήματα, οὐκ ἂν ἐδέξατο τὴν βλάβην, οὐκ ἂν ἔδωκε τῷ ἀνδρί, οὐκ ἂν ἔφαγεν ἐκεῖνος. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ στόμα καὶ γλῶτταν

abductio: vt quando es rapturus, vel in bona aliorum inuasurus, aut alium verberaturus, in memoriam reuocans fore vt eas ad Deum pro auxilio extendas, ne illas pudore afficias, & malæ operationis ministerio eis fiduciam auferas.

CATENA PATRVM.

3. Pone Domine cvstodiam ori meo.] Chrysostomi. Cùm rogasset Dominum vt eius oratio audiretur, vide qualem primo loco adferat postulationem. Non enim dixit, Da mihi pecunias vel quid simile; sed hæc omnia sinens humi iacere, ea petit quæ à Deo peti merentur. Quid igitur? non oportet petere sensilia? oportet quidem, sed moderatè, quemadmodum Iacob dicens: *Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum.* prout Christus iussit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;* ante omnia verò spiritualia. Insit autem petitionem ab eo quod maximum est eorum quæ rectè geruntur, & est omnium malorum causa si negligatur, quemadmodum & bonorum si in eo studium ponatur. Mala enim innumera parit linguæ facilitas, sicut rursus bona eiusdem custodia. Non tot enim, inquit, gladio quot linguâ ceciderunt. Et rursus Christus: *Non quæ intrant per os coinquinant hominem, sed quæ procedunt ex ore.* Et rursus alius: *Fac ori tuo portam & vectem.* Hic autem quoniam nouit rem esse valdè difficilem, addit etiam preces, & Deum ad subsidium ferendum implorat. Opem enim à Deo implorare oportet, vt nostrum quoque studium in opus exeat. Quænam autem fuerit custodia nisi cogitatio terribilis, habens in manibus ignem eos vsturum qui ore temerè vsi fuerint? Eum adhibe ianitorem & custodem intentantem minas conscientiæ, & hanc portam numquam intempestiuè aperies, sed opportunè & propter lucrum & thesauros innumerabiles: cum eo alium quoque ei appone qui dicat: Quoniam omnis verbi otiosi reddes rationem in die iudicij. Cogita quòd mors quoq; ex eo ingressa sit. Nisi enim mulier locuta esset cum serpente, vti locuta fuit, nisi verba dixisset quæ ei minimè conueniebant, damnum non accepisset, viro non dedisset, ille non comedisset. Hæc autem dico, non in os & linguam culpam conse-

Cur Dauid ante omnia ori suo custodiam petat.

Gen. 28, 20.

Matth. 6.

Eccli. 28, 22.

Matth. 15, 11.

Qualis custodia sit ori statuenda.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

conferens, absit (innumera enim per ea rectè facta sicut etiam peccata fiunt) sed in importunum eorum vsum, qui ex rationis negligentia oritur. Est & alia via interitus quæ ex ore proficiscitur, quando sunt turpia & immunda oscula, quando ficta & fraudulenta: eis quoque impone custodiam. Idcircò dicit: *Pone Domine custodiam ori meo & ostium*, non simpliciter autem ostium, sed *circumstantiæ*, vt vniuersum contineat muniatque. Ceterùm est & aliud genus exitij per linguam, nempe dicere, Cur hoc ita est? Ad quid est factum hoc? Quocircà Paulus eos carpens qui hæc inconsiderate loquuntur dicit: *Verumtamen ô homo tu quis es qui respondeas Deo?* Non oportet autem os solùm custodire, sed mentem etiam præ ore. Quocircà dicebat etiam quispiam: Quis dabit in cogitatione mea flagella vt ignorantijs meis non parcant?

Rom. 9, 2.

Eccli. 23, 2.

EIVSDEM. Pro *Ne declines* alius ait, *Ne diuerteris cor meum in sermones malitiæ, ad cogitandum cogitationes iniquas.* Cur autem vsus est ordine contrario, & cùm de ore priùs verba fecisset, tunc venit ad cor? Non temerè nec abs re hoc facit. Quemadmodum enim in captiuis aufugere volentibus portæ carceris priùs præoccupandæ sunt; & hoc omnes satagunt; & si hoc factum fuerit, id quod restat poterit facilè rectè geri. Ita etiam hoc loco fecit. Sint, inquit, ianuæ clausæ, & malæ cogitationes citò supprimentur. Quapropter nec ab initio quidem permittit vt extrinsecus ingrediantur, & malam conuellit radicem dicens, *Ne declines cor meum:* non quòd Deus declinet, absit; sed id quod dicit est eiusmodi: Ne finas inclinari, neque permittas diuerti ad prauas cogitationes. Illinc enim existit fons vitij atque virtutis, nempe à corde. Quænam autem sunt verba malitiæ? Multa & diuersa: scilicet quæ insidias struunt, quæ Deum criminantur, quæ virtutem auersantur, quæ vitium sectantur, quæ de prauis dogmatibus & de vita scelerata sunt. Sicut autem sunt cogitationes & verba malitiæ, sic & vitæ. Et ideò Christo dicebant discipuli: *Verba vitæ æternæ habes, & ad quem ibimus?* Dicuntur enim verba vitæ quæ vitam præbent, & salutis quæ salutem afferunt. Quid igitur hic orat? Ne finas,

Cur ante cor os ipsum custodiendum.

Ioan. 6, 69.

αἰτιώμενος, ἄπαγε (μυρία γὰρ δι' αὐτῆς κατορθώματα ὥσπερ καὶ ἁμαρτήματα γίνονται) ἀλλὰ τὴν ἄκαιρον αὐτῶν χρῆσιν, ἥτις παρὰ ῥαθυμίαν γίνεται τοῦ λογισμοῦ. ἔστι καὶ ἄλλη ὁδὸς ἀπωλείας διὰ στόματος γινομένη, ὅταν φιλήματα αἰσχρὰ ᾖ καὶ ἀκάθαρτα, ὅταν δολερὰ καὶ ὕπουλα· καὶ τούτοις τίθησι φυλακήν. διὰ τοῦτό φησι· Θοῦ κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου καὶ θύραν, καὶ οὐχ ἁπλῶς θύραν, ἀλλὰ περιοχῆς, ὥστε περιέχειν τὸ πᾶν καὶ ἀσφαλίζεσθαι. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀπωλείας διὰ γλώττης, τὸ λέγειν, διὰ τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο γέγονε; διὰ τοῦτο καθαπτόμενος ὁ Παῦλος τῶν οὕτω φθεγγομένων ἀπερισκέπτως· μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; οὐ στόμα δὲ δεῖ φράττειν, ἀλλὰ καὶ διάνοιαν πρὸ τοῦ στόματος. διὸ καί τις ἔλεγε· Τίς δώσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας ἵνα ἐν τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται;

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ τοῦ μὴ ἐκκλίνῃς ἄλλος φησί, μὴ παρατρέψῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας, ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους. τί δήποτε ἐναντίαν τὴν τάξιν ἐποιήσατο, καὶ περὶ στόματος διαλεχθείς, τότε ἐπὶ τὴν καρδίαν ἦλθεν; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχε τοῦτο ποιεῖ. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν δεσμωτῶν τῶν βουλομένων ἐκπηδῆσαι τὸ προηγούμενόν ἐστι προκαταλαβεῖν τοῦ δεσμωτηρίου τὰς θύρας· καὶ τοῦτο ἅπαντες ἐσπουδάκασι· κἂν τοῦτο γένωνται, τὸ λειπόμενον εὐδιόρθωτον. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα πεποίηκεν. ἔστωσαν αἱ θύραι κεκλεισμέναι, φησί, καὶ οἱ πονηροὶ λογισμοὶ ταχέως χειρωθήσονται. διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ τὴν ἀρχὴν συγχωρεῖ ἔξωθεν εἰσελθεῖν, καὶ τὴν πονηρὰν ἀνασπᾷ ῥίζαν λέγων, μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου· οὐχ ὅτι ὁ θεὸς ἐκκλίνει, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὃ λέγει τοῦτό ἐστι· μὴ ἀφῇς κλιθῆναι, μηδὲ ἀφῇς παρατραπῆναι εἰς ἐννοίας πονηράς. ἐκεῖθεν γὰρ ἡ πηγὴ τῆς κακίας καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀπὸ τῆς καρδίας. τίνες δὲ οἱ λόγοι τῆς πονηρίας; πολλοὶ καὶ διάφοροι· οἱ ἐπιβουλὰς ῥάπτοντες, οἱ εἰς θεὸν διαβάλλοντες, οἱ ἀρετὴν ἀποστρεφόμενοι, οἱ κακίαν διώκοντες, οἱ περὶ δογμάτων πονηρῶν καὶ βίου ἠμελημένου. ὥσπερ δὲ εἰσὶν ἔννοιαι καὶ ῥήματα πονηρίας, οὕτως καὶ ζωῆς. διὸ καὶ ἔλεγον οἱ μαθηταὶ τῷ Χριστῷ· ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις, καὶ πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; λέγεται γὰρ ῥήματα ζωῆς τὰ ζωὴν παρέχοντα, καὶ σωτηρίας τὰ σωτηρίαν ποιοῦντα. τί τοίνυν εὔχεται ἐνταῦθα; Μὴ ἀφῇς τὴν

τὴν καρδίαν μου δέξασθαι, φησι, λόγους τοιούτους, μὴ ἀφῇς ἐκκλιθῆναι. εἶδες πῶς δείκνυσι τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ὅτι οὐκ ἐν ἑαυτῇ τὴν πονηρίαν ἡ φύσις ἔχει, ἀλλὰ ἀπὸ ῥαθυμίας κλινομένη δέχεται;

δ'. ΣΥΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙΣ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Αὕτη μάλιστά ἐστι τῆς ἀπωλείας ὁδὸς, ὅταν ἁμαρτοῦσα ἡ ψυχὴ τὸν φόβον ἐκλύῃ καὶ προφάσεις τινὰς εἰς ῥαθυμίαν ἐπινοῇ. οἷον ἐὰν μοιχεύσῃ τις, καὶ βουλόμενος τίς ἕτερος ἐκλῦσαι αὐτοῦ τὴν κατάνυξιν λέγῃ· Μὴ γὰρ σὺ αἴτιος, ἀλλ' ἡ ἐπιθυμία. κακὸν μὲν γὰρ τὸ ἁμαρτεῖν· χαλεπώτερον δὲ τοῦτο ποιεῖ, τὸ ἀρνεῖσθαι μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν. καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστιν ὅπλον τοῦ διαβόλου. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων ἀνθρώπων ἐγένετο. δέον γὰρ ὁμολογῆσαι τὸν Ἀδὰμ τὰ πεπλημμελημένα, ὁ δὲ ἐφ' ἑτέραν μεταφέρει τὴν αἰτίαν, κἀκείνη πάλιν ἐπὶ τὸν διάβολον· δέον εἰπεῖν, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν. ἀλλ' ὁ διάβολος εἰδὼς ὅτι ἡ ὁμολογία λύσις ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας, πείθει τὴν ψυχὴν ἀναισχυντεῖν. Σὺ δὲ ὅταν ἁμάρτῃς εἰπὲ ἥμαρτον. ταύτης τῆς ἀπολογίας οὐδὲν δικαιότερον. οὕτως τὸν Θεὸν ἵλεων ποιεῖς· οὕτως σε αὐτὸν ὀκνηρότερον εἰς τὸ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν. Ὅρα τὸν Δαβὶδ οὐ προφασιζόμενον ἡνίκα ἥμαρτεν, ἀλλὰ λέγοντα, ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ. καίτοιγε εἶχεν εἰπεῖν, τί γὰρ ἐγυμνοῦτο ἡ γυνή; τί γὰρ ἐλούετο παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἐμῶν; ἀλλ' ᾔδει ὅτι πρόφασις ἦν ἄλογος· διὰ τοῦτο ἦλθεν ἐπὶ τὴν σαφῆ ἀπολογίαν τὸ εἰπεῖν ὅτι ἥμαρτον. ἀλλ' οὐχ ὁ Σαοὺλ οὕτως, ἀλλ' ἐγκαλούμενος περὶ ἐγγαστριμύθου ἔλεγε, θλίβομαι, καὶ οἱ ἀλλόφυλοι πολεμοῦσιν ἐμοί· διὰ δὴ τοῦτο μάλιστα ἐκολάζετο. δέον γὰρ εἰπεῖν ἥμαρτον, ἀλλὰ περιήρχετο προφάσεις ἀλόγους ζητῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκείνων γὰρ μάλιστα τὸ προφασίζεσθαι, τὸ ἀναισχυντεῖν. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ ἀντὶ ἀρετῆς συνεχῶς τοῦτο προβάλλεται, τὸ φεύγειν τοὺς τοιούτους συλλόγους· καὶ ἐντεῦθεν τοῦ βιβλίου παντὸς ἄρχεται λέγων, Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἑξῆς. διὰ δὴ τοῦτο εὑρήσεις αὐτὸν ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν ἀεὶ εὐγνώμονα. τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν ἐκ τοῦ φεύγειν τοὺς συλλόγους, τοὺς ἐκλύοντας τὸν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων φόβον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοὺς δὲ ἐκλεκτοὺς ἐν-

inquit, vt cor meum verba istiusmodi suscipiat, ne permittas vt inclinetur. Vidisti quomodo ostendat liberum arbitrium, & naturam in se non habere vitium, & à socordia inclinatam id suscipere?

CATENA PATRVM.

4. CVM HOMINIBVS OPERANTIBVS INIQVITATEM.] CHRYSOSTOMI. Hæc est via præcipua interitus, quando anima quæ peccauit excusso timore excogitat excusationes quasdam ignauiæ. Quemadmodum cùm quispiam adulterauit, & volens alius compunctionem eius excutere dicit: Non enim tu in causa es, sed cupiditas. Malum quidem est peccare; hoc autem facit grauius, negare postquam peccaueris. Atque hæc sunt arma diaboli potissima. Hoc etiam primis hominibus vsuuenit. Debuerat enim Adam peccata confiteri, at ille in Heuam confert culpam, & illa rursus in diabolum: cùm debuissent dicere, Peccauimus, iniquitatem fecimus. Verùm diabolus cùm sciret confessionem esse peccati solutionem, persuadet animæ vt sit impudens. Tu autem quando peccaueris dic Peccaui. Nihil est hac defensione iustius. Ita Deum reddis propitium: ita etiam facis vt tardiùs in ea rursus incidas. Vide Dauidem nullam excusationem afferentem quãdo peccauit, sed dicentem, *Peccaui Domino.* Atqui potuisset dicere, Cur nudabatur mulier? cur lauabatur ante meos oculos? sed sciebat has esse friuolas excusationes, & quæ nihil haberent rationis; idcircò venit ad apertam defensionem dicendo Peccaui. At Saül non ita, sed cùm de ventriloqua seu Pythonissa reprehenderetur dicebat, *Coarctor, & alienigenæ pugnant contra me:* ideò nempe graue dedit supplicium. Debuisset enim dicere Peccaui, sed abibat à ratione alienas quærens excusationes.

Excusationes peccatorum pessima.

Dauid ingenuè confessus sine excusatione. 2. Reg. 12.

Saül excusabat peccata sua. 1. Reg. 28.

ANONYMI. Illorum enim maximè est afferre excusationes, & impudenter se gerere. Et idcircò Dauid hoc assiduè instar virtutis proponit, vt tales cœtus fugiamus; atque adeò totum librum ab eo incipit, *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum,* &c. Propterea nempe inuenis ipsum in peccatis semper culpam libenter agnoscere. Hoc autem fiet si fugiantur eorum cœtus, qui metum peccatorum soluunt.

Prauorum societas vitanda. Psal. 1, 1.

ORIGENIS. Electos autem hoc loco vocat

CATENA PATRVM.

vocat malos qui prosperâ vtuntur fortunâ. Alius, *Neque vnà comedam dulcia eorum:* alius, *Non commorabor in delicijs eorum.* Hîc dicit illud Apostolicum, quòd nimirũ deliciæ & compotationes quoque ipsorum fugiendæ sint; vbi maximè augetur peccatum. Non est autem parua via correctionis eiusmodi fugere symposia, & neque vereri amicitiam, neque ventri seruientes tenorem animi dissoluere.

5. CORRIPIET ME IVSTVS IN MISERICORDIA.] CHRYSOSTOMI. Alius ait: *Misereatur mei iustus.* Hoc quoque est non paruum genus virtutis cum priore, non fugere reprehensiones & increpationes quæ fiunt à iustis. Quod autem dicit est eiusmodi: Numquam fuerim particeps cœtus eorum quidem, inquit, qui ad gratiam loquuntur propter damnum; eos autem elegerim qui sunt acres, & corrigunt, qui reprehendunt, qui increpant. Hoc est enim maximæ misericordiæ atque clementiæ, vulneribus mederi. *Oleum autem*, inquit, *peccatoris non impinguet caput meum.* Vidisti animam virtute instructam, & in ea exercitatam? quæ fert quidem libenter iustorum reprehensiones, quæ autem ab iniquis vel ad gratiam dicuntur repellit ac reijcit. Quamobrem? Quoniam illi quidem vel miserentes sæpè exitium attulerunt: hi autem increpantes correxerunt. Talis est enim sanctorum reprehensio. Ita etiam faciunt Medici: non solùm secant, sed etiam alligant. Quocircà Christus quoque efficiens vt grata esset & accepta reprehensio, non finit eam ab initio publicari dicens: *Vade, & corripe eum inter te & ipsum solum.* Ita etiam faciebat Paulus, cum misericordia exhibens reprehensionem, & nunc quidem dicens, *O insensati Galatæ*; nunc autem, *Filioli mei, quos iterùm parturio.* Oportet enim eum qui reprehendit multa excogitare, vt accepta sit & grata eius reprehensio: & magnâ sapientiâ opus est ei qui hoc medicamentum adhibet; ac maiore quidem sapientiâ opus est ei qui reprehendit, quàm ei qui corpus scindit. Quoniam illic quidem aliud est quod scindit, & aliud quod dolorem suscipit: hîc autem eadem est quæ scindit, & quæ dolore afficitur. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Ille nimirum, inquit, non quærit vtilitatem auditoris, sed suam, vt videatur suauis, iucundus & amicus; hic autem ante suam

Iustorum reprehensiones amãda, quia salutares.

Matth. 18, 15.

Gal. 3, 1.

Magnâ prudentiâ opus est, vt quis alium vtiliter reprehendat.

ταῦθα τῶν πονηρῶν τοὺς εὐημεροῦντας καλεῖ. ἕτερος, Μηδὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν· ἄλλος, Μὴ συναυλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν. Τὸ Ἀποστολικὸν ἐνταῦθα λέγει, ὅτι καὶ τρυφὰς αὐτῶν καὶ συμπόσια φεύγειν δεῖ, ἔνθα μάλιστα τὰ τῆς ἁμαρτίας αὔξεται. Οὐ μικρὰ δὲ τοῦτο διορθώσεως ὁδὸς τὸ φεύγειν τοιαῦτα συμπόσια, καὶ μήτε φιλίαν αἰδεῖσθαι, μήτε γαστρὶ δουλεύοντας τὸν τόνον ἐκλύειν τῆς ψυχῆς.

ε. ΠΑΙΔΕΥΣΕΙ ΜΕ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΝ ΕΛΕΕΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄλλος φησὶ· καὶ κατελεησάτω με δίκαιος. Καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν ἀρετῆς εἶδος μετὰ τοῦ προτέρου, τὸ μὴ φεύγειν ἐλέγχους μηδὲ ἐπιτιμήσεις τὰς παρὰ τῶν δικαίων γινομένας. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· τῶν μὲν πρὸς χάριν, φησί, διαλεγομένων ἐπὶ βλάβῃ μηδέποτε μεταλάβοιμι τῶν συλλόγων· τοὺς δὲ ἐπιστύφοντας καὶ διορθουμένους, τούτους ἑλοίμην, τοὺς ἐλέγχοντας, τοὺς ἐπιτιμῶντας. τοῦτο γὰρ ἐλέους μάλιστα καὶ φιλανθρωπίας, τὸ τραύματα ἰᾶσθαι. ἔλαιον δέ, φησιν, ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. Εἶδες ψυχὴν συγκεκροτημένην ἐν ἀρετῇ, τῶν μὲν δικαίων καὶ τὰς ἐπιτιμήσεις μεθ' ἡδονῆς φέρει, τῶν δὲ παρανόμων καὶ τὰ πρὸς χάριν λεγόμενα διακρούεται. τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐλεοῦντες πολλάκις ἀπώλεσαν· οὗτοι δὲ καὶ ἐπιτιμῶντες διώρθωσαν. τοιοῦτος γὰρ ὁ ἔλεγχος τῶν ἁγίων. οὕτως καὶ οἱ ἰατροὶ ποιοῦσιν· οὐ τέμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμοῦσι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς εὐπαράδεκτον ποιῶν γενέσθαι τὸν ἔλεγχον, οὐκ ἀφίησιν ἐκ προοιμίων δημοσιεύεσθαι ἐπιτίμησιν λέγων· ὕπαγε, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. οὕτως καὶ ὁ Παῦλος ἐποίει, μετ' ἐλέους τὸν ἔλεγχον ἐπιδεικνύμενος, καὶ νῦν μὲν λέγων, ὦ ἀνόητοι Γαλάται· νῦν δέ, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. πολλὰ γὰρ δεῖ τὸν ἐλέγχοντα ἐπινοεῖν, ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν ἔλεγχον· καὶ πολλῆς χρεία συνέσεως τῷ τοῦτο ἐπάγοντι τὸ φάρμακον· καὶ πλείονος ὁ ἐλέγχων δεῖται συνέσεως, ἢ ὁ σῶμα τέμνων. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἕτερον τὸ τέμνον, καὶ ἕτερον τὸ ὑπομένον τὴν ὀδύνην· ἐνταῦθα δὲ αὕτη καὶ ἡ τεμνομένη, καὶ ἡ φέρουσα τὴν ἀλγηδόνα. ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ τὸ χρήσιμον ζητεῖ τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ, ἵνα ἡδὺς φαίνηται, ἵνα προσφιλής· οὗτος δὲ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ χάριτος

τὸ

τὸ ἐκείνου συμφέρον σκοπεῖ. εἰ δὲ ἐλεοῦντας ἀποστρέφεσθαι δεῖ τοὺς πονηροὺς, πότε δὴ προσίεσθαι; ἢ δῆλον ὡς οὐδέποτε.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῖς μὲν ἀσεβέσι, φησὶν, εὔχομαι μὴ συγκοινωνῆσαι, αἱροῦμαι δὲ τὴν ἅμα τῷ δικαίῳ διατριβὴν, κἂν ἐπίπονος εἶναι δοκῇ, διὰ τὴν ἐκ παιδείας ἐπιστροφήν· δέχομαι γὰρ αὐτοῦ τὸν ἔλεγχον μᾶλλον ἢ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν πρὸς ἀπάτην χρηστολογίαν, κἂν μυρίας εὐλογίας ἐπαγάγοι μου τῇ κεφαλῇ ἐλαίου δίκην, ἀπαλῦναί με ταῖς κολακείαις πειρώμενοι. ἢ ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐγγισάτω μοι πλοῦτος ἢ δόξα καρπὸν ἔχουσα ἁμαρτίαν.

Ὅτι ἔτι καὶ ἡ προσευχή μου.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, Ἔτι δὲ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ τὴν ἐκείνων εὐημερίαν ζηλῶσαι, ὅτι καὶ αὐτοὺς εὔχομαι μεταβληθῆναι, ἵνα μεταβληθείσης τῆς εὐπραξίας λάβωσι κακίας μεταβολήν.

ς´. Κατεπόθησαν ἐχόμενοι πέτρας.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄλλος, ἐκπλήσσονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. ἐνταῦθα δείκνυσι τὸ τῆς ἁμαρτίας εὐχείρωτον, καὶ τὸ ἀπόκρημνον τῆς κακίας. αὐτοὶ γάρ, φησιν, οἱ δυνάσται, οἱ πάντα ἄγοντες καὶ φέροντες, ἀπώλοντο. καὶ οὐκ εἶπεν ἀπώλοντο, ἀλλὰ κατεπόθησαν, ὡς μηδὲ ἴχνος αὐτῶν φαίνεσθαι, ὃ περὶ τοῦ ἀσεβοῦς λέγει· ὅτι παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. τὸ δὲ ἐχόμενα τουτέστιν ἐγγύς. ὡσανεὶ πέτρα καταποντισθεῖσα οὐκ ἂν φανείη· οὕτως δὴ καὶ αἱ ἐκείνων εὐημερίαι καταδυόμεναι λοιπὸν ἀφανεῖς γίνονται, ὁλοσχερῆ τὴν ἀπώλειαν ὑπομένουσαι. ἢ τοίνυν τοῦτό φησι, τὸ ἀνώνυμον τὸ πρόρριζον· ἢ τὸ, ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν τὸ ἐν χειρὶ πέτρας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ εἰς μακρὰν, φησι, φροῦδοι γενήσονται, καὶ οἱ τῆς ἄκρας δυναστείας ἐπειλημμένοι, καὶ πέτραις ὑφάλοις ὑπὸ ὑδάτων καλυπτομέναις ὑποβρύχιοι παραπλησίως ἔσονται, ἀντὶ τοῦ, λήθῃ παραδοθήσονται.

ζ´. Ὡσεὶ πάχος γῆς ἐρράγη.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερός φησιν· Ὥσπερ γεωργὸς ὅταν ῥύσσῃ τὴν γῆν· οὕτως ἐσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην. Ἄλλος· Ὁμοίως ἀποκλῶντι καὶ διασχίζοντι τὴν γῆν ἐσκορπίσθη ὀστᾶ ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην. Ἄλλος· Ὡς καλλιεργῶν καὶ σκάπτων ἐν τῇ γῇ διεσκορπίσθησαν πάντα τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν

gratiam considerat illius vtilitatem. Si autem improbi vel miserantes auersandi sint, quando sunt admittendi? patet quod numquam.

ANONYMI. Rogo quidem, inquit, ne cum impijs communicem, sed eligo cum iusto habere conuersationem, tametsi molestus & grauis esse videatur, propter conuersionem quæ ex correptione eius fit: libentiùs enim admitto eius reprehensionem quàm peccatorum suauem sermonem ad decipiendum compositum, licet innumeras benedictiones capiti meo ad instar olei affundant, adulationibus suis me emollire satagentes. Vel ac si dicat, Non appropinquent mihi diuitiæ vel honor quæ fructum habent peccatum.

QVONIAM ADHVC ET ORATIO MEA.] ORIGENIS. Symmachus autem sic, *Adhuc autem & oratio mea intra malitias eorum.* Tantum enim abest vt illorum vitam æmuler, vt optem etiam ipsos mutari, vt permutatâ felicitate mali mutationem accipiant.

6. ABSORPTI SVNT IVNCTI PETRÆ.] ANONYMI. Alius, *Euellantur in manu petra iudices eorum.* Ostendit hîc quàm sit peccatum expugnatu facile, & quàm præceps vitium. Ipsi enim, inquit, Principes, qui omnia agebant & ferebant, perierunt. Et non dixit Perierunt, sed *Absorpti sunt*, vt nullum sit reliquum eorum vestigium, quod de impio dicit: *Quoniam transiui, & ecce non erat; & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Illud autem *iuxta* id est prope. Sicut nimirum petra submersa non apparet; ita etiam demersæ ipsorum felicitates non ampliùs apparent, cùm funditus interierint. Vel hoc ergo dicit, deletum esse funditus eorum nomen: vel id significat, esse potens & validum in manu petræ.

ORIGENIS. Breuî, inquit, imbecilles euadent, etiam illi qui summo imperio inhærent, instar scopulorum qui sub aquis delitescunt submergentur, id est, obliuioni tradentur.

7. SICVT CRASSITVDO TERRÆ DIRVPTA EST.] ANONYMI. Alius ait: *Quemadmodum agricola quando frangit terram; ita dissipata sunt ossa nostra in inferno.* Alius: *Similiter frangenti & discindenti terram dissipata sunt ossa nostra in inferno.* Alius: *Vt qui benè colit & fodit terram dissipata sunt omnia ossa nostra iuxta infer-*

CATENA PATRVM.

Impij absorbentur.

Psal. 36, 39.

CATENA PATRVM.

infernum. Postquam dixit verba sua habere plurimum voluptatis, dicit etiam veteres calamitates. Quamuis [inquit] extrema perpessi sumus, & tamquam proscissa, arata & effossa terra dispersi sumus omnes & perijmus, & ad ipsas mortis portas deuenimus; ita tamen affecti maluimus reprehensionem & correctionem iustorum quàm misericordiam peccatorum. Etenim quodcumque acciderit, à tua spe pendemus, nec vmquam excidimus, quò minùs ad te respiciamus. Vnde subiunxit:

8. QVIA AD TE DOMINE, DOMINE OCVLI MEI.] ORIGENIS. Etsi, inquit, innumerabiles irruant calamitates, etsi portæ inferi; attamen spei tuæ inhæremus, ab his auxilio tuo liberari expectantes. Alius autem pro *Ne auferas* ait, *Ne euacues.* Ne finas me abire re infectâ.

10. CADENT IN RETIACVLO EIVS.] ORIGENIS. Hoc est Dei. Qui enim alijs laqueos parant, veluti quodam reti diuino supplicio comprehendentur, & quæ gesserunt sustinebunt, & quæ alijs inflixerunt patientur.

SINGVLARITER SVM EGO.] ORIGENIS. Ego autem, inquit, ab istis remotus degam, donec vitæ finem accipiam.

CHRYSOSTOMI. Alius ait, *Simul ego sum:* alius, *In idipsum*: hoc est, coniunctus, non dispersus: vel, secundùm Septuaginta, liberatus à malis; idque non vno, & duobus tribúsve diebus, sed per totam vitam. Hoc est securitas, hoc murus, hoc virtutis incrementum. Ceterùm solitudo non tantùm facit esse solum, sed magis mens sapientiæ studiosa. Ita etiam qui habitant in medijs vrbibus, & strepitibus, & foris, poterunt esse singulares homines, dummodò corruptos cœtus fugiant, & se iustorum concilijs adiungant. Hæc est via secura. Qui ergo est ad alios corrigendos idoneus, cum ijs versetur qui sunt suscepturi medicinam, eosque reddat meliores. Qui autem est imbecillior fugiat improbos, vt ab illis damnum non recipiat; ita & præsentem vitam tutò aget, & bona futura consequetur.

ᾅδου. εἰπὼν ὅτι πολλὴν αὐτοῦ τὰ ῥήματα ἔχει τὴν ἡδονὴν, λέγει καὶ τὰς παλαιὰς συμφοράς. ὅτι καίτοι τὰ ἔσχατα ἐπάθομεν, καὶ ὥσπερ γῆ διαῤῥαγεῖσα ἠροτριασμένη, ἢ διασκαπτομένη οὕτω πάντες διεσπάρημεν ἀπωλόμεθα, καὶ πρὸς αὐτὰς τοῦ θανάτου πύλας ἤλθομεν· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω διακείμενοι μᾶλλον ἂν ἑλοίμεθα τὴν ἀπὸ τῶν δικαίων παίδευσιν καὶ διόρθωσιν ἢ τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ἔλεον. καὶ γὰρ ὅπερ ἂν γένοιτο, τῆς πρὸς σὲ ἐλπίδος ἐκκρεμάμεθα, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἐκπέσοιμεν, τοῦ πρὸς σὲ ὁρᾶν. διὸ ἐπήγαγεν·

η. ΟΤΙ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ, ΚΥΡΙΕ ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κἂν μυρία, φησὶν, ἐπέλθῃ δεινὰ, κἂν πύλαι ᾅδου· τῆς πρὸς σὲ ἐλπίδος ἐχόμεθα, ἐντεῦθεν τὴν ἀπαλλαγὴν προσδοκῶντες ἀπὸ τῆς σῆς ῥοπῆς. Ἄλλος δὲ ἀντὶ τοῦ μὴ ἀνταναίλῃς, μὴ ἐκκενώσῃς φησί. μὴ ἄπρακτόν με ἀφῇς ἀπελθεῖν.

ι. ΠΕΣΟΥΝΤΑΙ ΕΝ ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡῼ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστι τοῦ Θεοῦ. οἱ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὰς παγίδας πηγνύντες, καθάπερ τινὶ δικτύῳ τῇ θείᾳ συλληφθήσονται τιμωρίᾳ, καὶ ἅπερ δρῶσιν ὑπομενοῦσι, καὶ πείσονται ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπάγουσι.

ΚΑΤΑ ΜΟΝΑΣ ΕΙΜΙ ΕΓΩ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐγὼ δὲ, φησι, τούτων κεχωρισμένος διατελέσω, ἕως ἂν δέξωμαι τοῦ βίου τὸ πέρας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερός φησιν, ἅμα ἐγώ εἰμι· ἄλλος, ἐπὶ τὸ αὐτό· τουτέστι, συνημμένος, οὐ διεσπασμένος· ἢ, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, ἀπηλλαγμένος τῶν πονηρῶν· καὶ οὐ μίαν, καὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον. τοῦτο ἀσφάλεια, τοῦτο τεῖχος, τοῦτο ἐπίδοσις ἀρετῆς. οὐκ ἠρεμία δὲ ποιεῖ μόνον τὸ εἶναι μόνον, ἀλλὰ μᾶλλον γνώμη φιλόσοφος. οὕτω καὶ πόλεις μέσας οἰκοῦντες, καὶ θορύβους, καὶ ἀγορὰς, δύνανται εἶναι κατὰ μόνας ἄνθρωποι, ὅταν τοὺς διεφθαρμένους φεύγωσι συλλόγους, καὶ τοῖς τῶν δικαίων συνεδρίοις ἑαυτοὺς ἐκδιδῶσιν. αὕτη ἀσφαλὴς ὁδός. ὁ μὲν γὰρ ἀρκῶν καὶ ἑτέρους διορθῶσαι, μιγνύσθω τοῖς μέλλουσι δέχεσθαι τὴν θεραπείαν, καὶ ποιείτω βελτίους. ὁ δὲ ἀσθενέστερος ὢν φευγέτω τοὺς πονηροὺς, ὥστε μὴ παρ' ἐκείνων δέχεσθαι λύμην· καὶ οὕτως καὶ τὸν παρόντα βίον βιώσεται μετ' ἀσφαλείας, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτεύξεται ἀγαθῶν.

ANNO-

ANNOTATIONES CORDERII.

Psalmus hic dici solitus ad Vesperas.

HIc Psalmus eiusdem argumenti est cum præcedēti: notat autem S. Chrysostomus decreto Patrum dici solitum ad Vesperas, quemadmodum Psalmus sexagesimus secundus dicitur quotidie ad Laudes Matutinas. Vterque autem est ardens oratio ad Deum: sed ille matutinus fugat tenebras noctis, & conciliat nobis Solem iustitiæ; iste vespertinus abstergit maculas peccatorum interdiu contractas, vt securi quiescamus in nocte. Ita Bellarminus.

Oratio sicut incensum dirigenda in cælum.

2. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*] Alius apud Chrysostomum legit Ταχθήτω, *Statuatur*; alius Ἑτοιμασθήτω, *Preparetur*. Rogat autem Propheta Dei dono atque munere dirigi orationem suam *sicut incensum*, hoc est more modoque thymiamatis: quod ex rebus odoratis confectum summus Sacerdos in nobilissimo templi adyto foculo imponebat; vnde fumus tam directo itinere sursum attollebatur, vt nullius procellæ vi atque turbine vllam in partem flecti posset. Rabbi Kimchi in Iob ait prestantes in suffumigandi arte viros ab Alexandrina ciuitate Hierosolymam euocari solitos, vt suffumigatio sursum recta fieret instar palmæ, neque odorata illa expiratio huc illuc agitaretur. Sed non tam illud humano artificio quàm fieri diuino prodigio magni viri suis monumentis prodiderunt. Optat igitur Vates sanctissimus eam mentis in orando constantiam, vt reiectis repudiatisque alijs curis & cogitationibus tota in cælum atque ad Deum contendat. Quod diuinissimum animi bonum in Gorgonia sorore sua commendat S. Gregorius Nazianzenus; cuius ait in oratione fuisse νοῦν ἀπλανῆ καὶ μετάρσιον, *mentem minimè vagantem & sublatam in altum*. In huius rei symbolum antiquitus oraturi manus in cælum eleuabant. Vnde Propheta subdit:

Antiqua in oratione manus attollendi consuetudo, eiusque causa.

IBIDEM. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*] Antiquissimam de manibus in oratione attollendis consuetudinem è notis veterum commentarijs facilè intelligimus: cuius moris hanc causam reddit Chrysostomus ad hunc locum; vt nimirum, si quando ad scelus & maleficium vocemur, apud nos reputantes sacrum illud ministerium, & futurum vt illas mittamus ad Deum ἀντὶ συνηγόρων velut aduocatione functuras, & per illas spiritale sacrificium oblaturi simus, vereamur eas ignominiâ & pudore afficere, & vllius præposteræ actionis luto & colluuione maculare. Illam igitur sacræ religionis cærimoniam vocat δεσμὸν τῆς κακίας, *vitiositatis vinculum*, nequitiæ frenum, remoram improbitatis. Ab eadem illa pia consuetudine ducit argumentum grauissimus Tertullianus lib. de Spectaculis cap. 25. ad suadendam manuum innocentiam & puritatem: *Quale est enim*, inquit, *illas manus, quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare?* Item alibi lib. 1. contra Marcionem cap. 23. scitè & eleganter ait orationem *ad cælum Deo expandi*, vt cum elatis in sublime manibus ipsa oratio quodammodò euolare in cælum, atque ad Deum ire videretur. Hinc solemnis illa monitio, quæ manauit è disciplina Apostolorum & prouidentissima institutione, *Sursum corda:* quam S. Iacobus, è sinu Christi fidei Christianæ Magister, quam D. Marcus, quam deinde alij suis in Liturgijs posuerunt. Ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας, *Sursum habeamus mentem & corda*, inclamabat in conuentu pio Sacerdos; præsertim in augusto aræ sacrificio: quod diuinè S. Gregorius Nazianzenus *Mystica & sursum ferentia sacra* nominat. Vt omnes intelligerent, adeuntes ad Deum, atque precibus sancti Numinis colloquium ambientes, omni abiectâ futilium rerum curâ, leues & alatos esse oportere. Porrò hæc eleuatio manuum vocatur *sacrificium vespertinum*: quod alius apud S. Chrysostomum vertit δῶρον ἑσπέρας, *donum vespere*; alius, προσφορὰν ἑσπερινὴν, *oblationem vespertinam*. Ad eam rem instituti fuerunt Christiani iam inde à primis Ecclesiæ temporibus; & de communi Apostolorum sententia decretum fertur, vt Psalmus hic vesperi ab omnibus recitaretur: qui proinde sciebatur ab omnibus, vt ex Chrysostomo superiùs annotauimus. qui id factum esse vult, vt esset tamquam pharmacum & piaculum, vt quæcumque, inquit, sordes aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum in foro, vel domi vel alibi versamur, eas, cùm ad vesperum peruenerimus, per spiritale hoc carmen abstergamus. Atque hunc ipsum fortè morem intelligebat Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 4. cùm lectum aditurus Psalmum commendat, *vt*, inquit, *cum diuino afflatu somnos petamus.* eum quoque commendare videtur S. Ambrosius lib. 5. Hexaëmeron cap. 12. cùm ait: *Quis sensum hominis gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere, cùm etiam minutissimæ aues solemni deuotione & dulci carmine ortus dierum ac noctium prosequantur?*

Psalmus hic à primis Christianis ante somnum recitari solitus.

3. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.*] Ecclesiasticus ijsdem penè verbis simile votum quoddam suum ita exponit: *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum?* Pro signaculo certo Græcus habet σφραγῖδα πανοῦργον, *signaculum callidum*, vel, vt Vatablus vertit, *sigillum sapientiæ*. Præsidium exquisitæ prudentiæ requirit ad vitandum periculum; de quo subdit, *Vt non lingua mea perdat me*. Neque opus fuit illum dubitare quis adeundus videretur, quem intueri, cuius opem, vim & robur petere oporteret ad præcipitis linguæ motus superandos fugiendaque incommoda. Nam discere id à Dauide potuisset, qui gnarus huius imbecillitatis & ingentium periculorum, quæ à linguæ immoderatione sermonisque temeritate oriuntur, ad Numinis præsidium confugit, & à Deo petit *ori custodiam*, hoc est, vt Septuaginta loquuntur, φυλακὴν, cohortem præsidiariam, excubias militares, fidos satellites ad tuendum os atque muniendum, ne quid exeat, quo lex diuina aut communis hominum societas violetur. Probè nimirum sciebat, quod deinde Salomon ex arcano sapientiæ suæ prodidit, *Domini esse gubernare linguam.*

Eccli. 22, 33.

Quanta sit ori custodia adhibenda.

Prou. 16, 1.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Lingua moderatio est res diuina.

linguam. Eâ causâ D. Iacobus ait neminem domare linguam posse, vt ad illam coërcendam atque domandam (quemadmodum S. Augustinus lib. de Natura & gratia cap. 16. monet) *diuina gratia poscamus auxilium*; & vt cùm domatur, Dei misericordiâ, Dei adiutorio, Dei gratiâ fieri fateamur. Qui hoc sciet (latere autem debet neminem) cautus erit vigilansque in loquendo; & de virium imbecillitate diffisus, ad Dei armamentarium confugiet, vnde sumat tela ad eas pestes conficiendas, quæ os loquentis & impotentiam effrenatæ linguæ circumsident. Quod autem dixit noster Interpres *Ostium circumstantiæ*, D. Augustinus legit *Ostium continentiæ*: S. Hieronymus in Isaiam, *Ostium munitum*. Rem disertiùs exponit Lingua sancta, quæ ad ostium seram etiam apponit: è qua Vatablus sic purpurei Vatis oraculum interpretatur: *Obsera ostium labiorum meorum*. Vnde constat tria quædam peti à Dauide ad animi securitatem, *ostium, seram, excubias*, ne quæ labes vim & ruinam allatura per ianuas sensuum introëat. Qui cùm ostio non sit contentus, sed prætereà quoque seram velit egregiè munitam, & adiungat præsidium militare, liquidò significat, & periculum ingens imminere nobis in sensuum vsu, & exquisitam in ijs frenandis & moderandis curam, & acerrimam custodiam adhibendam, vt tuti atque à scelere vacui esse possimus.

Tria ad oris custodiam requisita.

4. *Non communicabo cum electis eorum.*] Græcè est συνδυάσω: in plerisque autem alijs est συνδυάσω: & ita S. Augustinus & Vetus Psalterium vertunt *combinabo*: S. Hilarius & Cassiodorus, *combinabor*: exemplaria Psalterij Romani partim *combinabor*, partim *commicabor*, partim *comminabor*, partim *communicabo*. Arnobius videtur habuisse *communicabor*. Symmachus apud Chrysostomum vertit, Μὴ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν, *Neque vnà comedam dulcia eorum* (vel vt Hebræus *delicias eorum*:) alius apud eumdem S. Chrysostomum, μὴ συναλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν, *Nec conuiuam in delicijs eorum*: apud Chaldæum est, *in cantilena conuiuij eorum*; vt cum intemperãtia iunctam etiam animi dissolutionem immodestiamque videamus. Ille autem doctissimus Pater hanc exponens Dauidis sapientiam non mediocre signum virtutis ait esse, τὸ φεύγειν τὰ τοιαῦτα συμπόσια καὶ τοὺς συλλόγους, *eiusmodi fugere conuiuia & tales cœtus*, neque reuereri noxiam amicitiam; ne dum ventri & voluptati seruitur, robur & constantiam animi dissoluamus.

Deliciosorum conuiuia vitanda.

5. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*] Quo dicto, vt S. Hilarius animaduertit, vult eum qui nos doctrinis & cognitione instituat bonum & religiosum esse, & Christianis virtutibus excultum. Oleum enim, quod luminis pabulum est, doctrinam significat, quæ cælestis nobis gloriæ est causa æternique luminis Beatorum. *Caput* autem, quod est sedes vitæ, prudentiæ omniumque sensuum, hieroglyphicum est animi dulci illo oleo perungendi. Oleum igitur peccatoris non impinguet caput meum: non imputus quispiam venereusque doctor me corruptelæ perniciosis illecebris deliniat, ne soluentem è littore nauem, quæ velificari Numini debet & sanctimoniæ, ad cantatricum Sirenum scopulos allidat, aut turbulentum protetuiæ in fretum abducat. Vel *oleum peccatoris* (vt S. Augustinus exponit) *est falsa laus adulatoris*. Propterea & homines, cùm falsâ laude aliquem irriserint, hoc etiam de illo dicunt, *Vnxi illi caput*. *Caput* autem nominat, quod sit veluti sedes propria domiciliumque superbiæ. Vnde, vt idem eruditissimus Ecclesiæ Doctor animaduertit, de homine, quem falsæ blanditiæ faciunt arrogantem, vulgò dicitur, *Creuit caput*. De huiusmodi verò laudibus egregiè idem sanctus Pater alibi ita Numen alloquitur: *Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, nec eripietur damnante te.* Præterea laus ea ficta & conquisita assentatorum facit vt plurimùm, vt omne meritum laudatarum actionum pereat, & suo fructu apud Deum spolientur: titillant enim animos audientium & impellunt, vt sentientes de se magnificè & gloriosè plus sibi laudis quàm Deo tribuant. Quam ob causam Rupertus Abbas scribens super Exodum, in diuinis Litteris adumbratos illos putat in locustis, quas describit Moyses rodentes fruges & terram Ægypti vastantes. Quasi videantur adulatores longè locustis nocentiores piorum operum iucundissimam & speciosissimam viriditatem palpo suo decutere atque rodere, vt hîc sit locus formidabili ab Euangelio dicto: *Receperunt mercedem suam.*

Oleum peccatoris est mala doctrina & falsa laus adulatoris.

Matth. 6, 2, 5.

IBIDEM. *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.*] Aquila, Ὅτι ἔτι καὶ προσευχή μου ἐν κακίαις αὐτῶν: *Quoniam adhuc & oratio mea in malitijs eorum*: Symmachus, Ἔτι γὰρ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν: *Adhuc enim & oratio mea intra malitias eorum.* Beneplacita enim impiorum quid melius intelligimus quàm vitia & peccata, in quibus illi eligunt permanere & requiescere? Est ergo sensus: Adhuc oratio mea & erit in eorum malitijs, vel potiùs in malitias, contra vitia & peccata eorum, siue pro malitijs eorum: videlicet vt ipsi ab illis conuertantur donec tempus est, & ego illis numquam coinquiner. Atque huic expositioni consonat quod ex Hebræo vertit S. Hieronymus: *Quia adhuc oratio mea pro malitijs eorum.* item & quod Chaldaica habet Paraphrasis: *Adhuc oratio mea ordinata est contra malitias eorum.*

Impijs placent vitia & peccata.

6. *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.*] Editio Sixtina, Ἐχόμενα πέτρας οἱ κραταιοὶ αὐτῶν, *Iuxta petram potentes eorum*: & conuenit cum Psalterio Æthiopico: Vetus autem & S. Augustinus legunt, *Iuxta petram iudices eorũ*: S. Hilarius & Romanum, *Continuati petræ iudices eorum*: Vulgata *Iuncti*: & in ceteris quidem libris Græcis est κριταί: Symmachus, Ἐκπλάζονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν, *Euellentur in manu petræ iudices eorum*: alius, Τυπανίσθησαν: & sic legit S. Hieronymus, *Sublati sunt iuxta petram iudices eorum.* Felix autem in textu sic habet: *Distrahantur super acumina lapidum iudices eorum.* Quibus verbis quidam per figuram dicunt optari, vt Principes errorum super loca saxosa distrahantur & quasi scindantur acutis petris, id est, crudeli supplicio intereant; vt illis iusto supplicio peremptis, simpliciores, quos illi in seductione tenebant, verba veritatis audiant, quæ sunt potentia. Quam sententiam clariùs

Digitized by Google

clariùs alij sic exprimunt: Præcipitentur in locis petræ, vel in locis saxosis, id est rupibus, Principes eorum. S. Bernardus Serm. 10. in Psal. *Qui habitat* locum hunc sic explicat: *Absorpti planè in affectum iustitia & petra soliditatem, cui iuncti sunt imitantes. Tunc putes flexibile quidpiam inueniendum in iudicibus iunctis petræ?* Itaque ex mente Bernardi iudices recti & integerrimi iustitiæ verâ metamorphosi debent lapidescere ad humana obsequia, ad flebiles reorum preces, ad potentum minas, ad munerum corruptelas, & ad apparentium rationum decipulas: imitentur petrinam duritiem, & in re benè consulta & legitimè decreta exprimant saxeam constantiam; nec quidpiam flexibile in illis appareat. & vt scopuli, qui nec humori aquarum, nec blandientis vndæ illecebris, nec sæuientium fluctuum minis cedunt, sed innatæ duritiei pertinaciâ victores semper exerto capite triumphant; sic efformanda est iudicum integritas, vt nempe iudex constantiæ pertinaciâ saxeam duritiem exprimat in re benè consulta & legitimè decreta.

Iudices aliquando sint iuncti petra, id est constantes.

IBIDEM. *Audient verba mea quoniam dulcuerunt.*] Vulgata *potuerunt*. Hic locus est illustris & variâ doctorum hominum intelligentiâ variegatus, & multiplex, vt pænè decora omnia laudabilis sermonis complecti videatur. Ait igitur Poëta sanctus, in verbis nihil esse leuitatis oportere, sed habere pondus & dignitatem, in quibus sit proinde magna vis posita ad boni commendationem animosque aliorum commouendos. Hoc enim illud est, *Audient verba mea quoniam potuerunt*, siue *potentia fuerunt*. In quibusdam enim Græcis Codicibus habetur ἠδυνάσθησαν, hoc est *prævaluerunt*, vel, vt Theodotion, ἠδυνάσθησαν. Verùm Septuaginta legunt Ὅτι ἡδύνθησαν: *Quoniam suauia facta sunt* vel *dulcuerunt*. Quod Græci Patres vulgò omnes sequuntur; quemadmodum & Caietanus, qui ex Hebræo reddit: *Quoniam dulcificata sunt:* Aquila vertit Εὐπρεπίσθησαν, *Benè culta & decora sunt:* Symmachus, Εὐπρεπέστατοι, *Speciosa fuerunt*. Quæ omnia magnam quamdam humanitatem, modestiam, gratiam innuunt in sermone rutilantem cum decora & iucundissima dignitate. Adhuc aliam quamdam interpretationem adfert S. Chrysostomus eorum qui sic habebant, *Audient verba mea quoniam ἐδορυφορήθησαν, satellitibus munita fuerunt*. Vbi notat in loquendo singularem & suis partibus numerisque absolutam prudentiam, quando quis ita cautus in verbis est & circumspectus, & sic in omnem officij partem intentus, vt quasi munitus vndique videatur, nec vel ipsa inuidia reprehendere quidquam possit. Vel sermonem intelligit, qui propter mirabilem gratiam, & dicentis honestatem, satellitum vim & robur obtineat ad persuadendum, & vinciendos ceterorum animos & vincendos. Est perfectum Oratoris Christiani elogium sic orationem suam pertexere, ijs vti verbis & sententijs, vt omnia simul dulcia sint atque fortia, simul delectent & persuadeant, teneant auditorem & inflamment. Sic munita sit oratio satellitibus, vt absit horror omnis atque acerbitas: ita porrò iucunda & suauis, vt non mollibus delicijs circumfluat, neque animum iuuenili bombo titillet: imitetur illam è Canticis heroinam, quæ tam potens erat apud omnes nobilisque maiestate, vt castrorum acies ordinata esse videretur: sic contrà omnibus amabilis, & vndique speciosa, vt crine vno colli sui velut aureâ gemmeâque lineâ teneret animos atque implicaret. Dicam breuiter, Elegantia sit virilis, non luxurians & effeminata. Quæ aurea est D. Ambrosij regula de modo & structura dictionis, *Non affectata elegantia, sed non intermissa gratia*. Ita Cresollius noster sacrum Oratorem instituit Mystagogi lib. 3. cap. 44. sect. 6.

Quæ conditiones contineat sermonem.

Quale sit perfectum Oratoris Christiani elogium.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Sicut crassitudo terra dirupta est super terram.*] Hunc versum clarius aliquantò legit Symmachus, Ὥσπερ γεωργὸς ὅταν ῥήσσῃ τὴν γῆν, οὕτως ἐσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν εἰς τὸ στόμα ᾅδου: *Sicut agricola cùm rumpit terram sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni:* Aquila, Ὁμοίως ἀποκλῶντι καὶ διαχίζοντι τὴν γῆν ἐσκορπίσθη ὀστᾶ ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην: *Similiter frangenti & discindenti terram dissipata sunt ossa nostra in inferno:* Quinta editio, Ὡς γεωργῶν καὶ σκάπτων ἐν τῇ γῇ διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην: *Vt qui benè colit & fodit in terra dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum.* Hæc etiam ad adulatores pertinet; quoniam, vt alibi Psaltes ait, *Dominus dissipat ossa eorum qui hominibus placent*. Ex alijs quoque Scripturæ locis manifestum fit adulatores pœnæ loco manere dissipationem. Sic apud Ezechielem ait Dominus: *Destruam parietem quem liniſtis absque temperamento; & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumetur in medio eius; & scietis quia ego sum Dominus.* Et per Isaiam: *Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso; quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione præualidâ: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.* Quamuis itaque per adulationem sibi inuicem aliquo modo cohæsisse videantur, nullam tamen veram solidámve concordiam intercessisse fatentur, eò quòd adulatores, vt optimè ostendit D. Hieronymus, non tam eorum quibus assentabantur vtilitatem aut salutem quæsierint, quàm ventri suo seruiuerint; neque veritatem, sed vanitatem & ventum sectati sint.

Psal. 52, 6.

Adulatores dissipantur.

Ezech. 13, 14.

Isaiæ 30, 13.

9. *Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi.*] Scilicet adulatores, quò me implicent erroribus, & peruersitate irretiant. Vbi S. Hilarius hoc sapienter animaduertit: *Habemus laqueos in hominibus mala adhortationis, periculosi exempli & elicita necessitatis, cùm nos ad voluptatem adhortantur.* Pulchrè autem vocat laqueos *elicita necessitatis*, quòd propter vim potentissimam exempli, & illicium malæ consuetudinis, pereundi propè necessitatem adferant scelerisque imitandi. Sic S. Augustinus lib. 2. Confess. cap. 8. & 9. fatetur se furtum in adolescentia fecisse, quod solus non fecisset, sed propter aliorum consortium, inuitantium & trahentium ad maleficium. Et notat confricatione consciorum animorum accendi pruritum cupiditatis cùm dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. Hinc socios probro & scelere maculatos & amicos nequitiæ Propheta Ioël symbolicè vocat *torrentem funiculorum*; vt qui

Adulatorum laquei quales.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

qui finitimos irretiant, & in exitium trahant. Vbi cùm audimus dici *torrentem* non ſpumantis aquæ, ſed funiculorum arctè ſtringentium, ſatis patet impetum eſſe magnum rapidamque violentiam, quæ vix ſuſtineri queat. Vnde ſubdit:

10. *Cadent in retiaculo eius peccatores.*] Symmachus, *Ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ δίκτυα ἑαυτῶν οἱ παράνομοι: Incidant in retia ſua iniqui:* S. Hieronymus vertit, *Incident in rete eius* (nempe diaboli, qui eſt malorum caput, vel in rete impietatis) *impij ſimul*, id eſt impiorum vniuerſitas, vt nec vllus rete illud mortis effugiat: ac deinde ſeparatim adijcit, *Ego autem tranſibo.* id eſt, Ego euadam rete illud impiorum; tranſibo de vita hac mortali ad vitam numquam intermorituram. Chaldaica Paraphraſis habet: *Singularis ſum ego donec tempus tranſeat.*

IN PSALMVM CXLI. ARGVMENTVM.

* Abeſt à Vulgata.

1. Intellectus * ipſi Dauid cùm eſſet in ſpelunca, oratio.

α΄. Συνέσεως τῷ Δαβὶδ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσευχή.

1. Reg. 24. 1.

Hiſtoria tituli huius Pſalmi in libro primo Regum ex parte ſic habet: Et aſcendit Dauid inde, & ſedit in ſpeluncis munitis Engaddi. Et factum eſt, vt conuertit Saül viros electos ex omni Iſraël, & iuit quærere Dauid & viros qui cum ipſo erant ſuper faciem venationis ceruorum, & venit in ſpeluncas ouium propter viam: & illic ſpelunca: & ingreſſus eſt Saül in ſpeluncam vt euacuaret ventrem ſuum. Et Dauid & viri eius in partibus interioribus ſpeluncæ ſedebant, &c.

Ἡ ἱστορία τῆς ἐπιγραφῆς τούτου τοῦ ψαλμοῦ ἐν τῇ α΄ τῶν Βασιλειῶν ἐκ μέρους οὕτως ἔχει· Καὶ ἀνέβη Δαβὶδ ἐκεῖθεν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς Ἐγγαδδί. καὶ ἐγένετο, ὡς ἐπέστρεψεν Σαοὺλ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκ παντὸς Ἰσραήλ, καὶ ἐπορεύθη τοῦ ζητεῖν τὸν Δαβὶδ καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον τῆς θήρας τῶν ἐλάφων, καὶ ἦλθεν εἰς τὰς μάνδρας τῶν προβάτων ἐπὶ τὴν ὁδόν· καὶ ἐκεῖ σπήλαιον· καὶ εἰσῆλθεν ὁ Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ἀποκενῶσαι τὴν γαστέρα αὐτοῦ. καὶ Δαβὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν μέρεσι τοῖς ἐσωτέροις τοῦ σπηλαίου ἐκάθηντο, καὶ τὰ ἑξῆς.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. VOCE meâ ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominũ deprecatus ſum:

Hæc nempe dicit vt liberaretur à captiuitate.

β΄. ΦΩΝΗ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐδεήθην·

Δηλονότι ἐπὶ τῷ ἀπαλλαγῆναι τῆς αἰχμαλωσίας ταῦτά φησιν.

* Vulgata Effundo * orationẽ

3. * Effundam in conſpectu eius * precem meam,

Rectè multitudinem precationis effuſionem appellauit, vt oſtenderet ſe multa oratione vſum eſſe.

γ΄. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου,

Καλῶς τὸ πλῆθος τῆς δεήσεως ἔκχυσιν ἐκάλεσεν, ὡς ἂν δείξειεν πολλῇ κεχρημένος τῇ δεήσει.

* Vulgata addit Et * pronuntio.

* Tribulationem meam ante ipſum * annuntiabo.

Facio autem, inquit, prolixam orationem, exponens ipſi, tametſi ſcienti, tribulationes quas ſuſtineo.

Τὴν θλῖψίν μου ἐναντίον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ.

Ποιοῦμαι δέ, φησι, τὴν πολλὴν δέησιν, ἐξαγορεύων αὐτῷ, καίπερ εἰδότι, τὰς θλίψεις ὅσας ὑπομένω.

4. In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognouiſti ſemitas meas.

Etenim, inquit, ex multitudine calami-

δ΄. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου, καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου.

Καὶ γάρ, φησιν, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν συμφορῶν

φορεῖν ἐγγύς εἰμι ἐκλείπειν τὴν ψυχήν· καὶ σὲ τοῦτο οὐ λανθάνει τὸν τῶν ἁπάντων δεσπότην. τὸ γὰρ, σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου· ἀντὶ τοῦ, πάντα τὰ κατ' ἐμὲ γινώσκεις· ἐπείπερ τρίβον τὴν ὁδὸν καλεῖ, καθὼς πολλάκις εἴρηται, ὁδὸν δὲ τὴν πρᾶξιν.

Ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην ἔκρυψαν παγίδα μοι.

Βούλεται εἰπεῖν· ὅτι ἀφ' ὧν μάλιστα εὐσεβῶ, ὑπὸ τούτων με βλάπτουσι, πειράζοντες εἰ βοηθοῦμαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. ἐμοῦ γὰρ τὴν ἐλπίδα εἰς σὲ κεκτημένου, ὡς παρὰ σοῦ ἀπαλλαγησομένου διάνοιαν, ἐπιτηροῦσιν οὗτοι· καὶ τότε μάλιστά μοι ἐπιτίθενται, ὅτε πλέον ἴδωσί με προσκείμενον τῇ εὐσεβείᾳ.

ε. Κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ ἐπέβλεπον· καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με.

Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶν, ὑπομένων, περιεβλεπόμην βοήθειαν καλεῖν.

Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου.

Ἀλλ' οὐδὲ φυγῆς τόπον εὑρίσκω, φησίν· οὐδέ ἐστί τις ὅλως ὁ ἀντιποιούμενός μου τῆς ψυχῆς. βούλεται συντόμως εἰπεῖν· ὅτι οὐδὲ τὸν βοηθοῦντα ἔχω, οὐδὲ φυγεῖν δύναμαι· ὥστε ἐξ ἀνάγκης εἰς σὲ μόνον τὰς ἐλπίδας κέκτημαι. ἐπιφέρει γάρ·

ς΄. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ κύριε, εἶπα· σὺ εἶ ἡ ἐλπίς μου,

Τὸ εἶπα ἐπὶ τοῦ πράγματός φησιν. ἀντὶ τοῦ, εἰς σὲ μόνον ἔθεμην τὴν ἐλπίδα μου.

Μερίς μου ἐν γῇ ζώντων.

Γῆν ζώντων καλεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ᾗ οἱ νόμοι καὶ τὰ πάτρια καὶ ἡ εὐσέβεια ἐπολιτεύετο. μερίς μου οὖν, φησι, γένου ἐκεῖ. τουτέστι, διὰ σοῦ γένωμαι μερὶς τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ.

ζ. Πρόσχες τὴν δέησίν μου· ὅτι ἐταπεινώθην σφόδρα.

Ἄλλως τε δέσποτα, φησιν, ἐπειδή σοι τὸ ἐλεεῖν φίλον, ὅρα εἰς ὅσην κατενήνεγμαι θλίψιν καὶ ταπείνωσιν, καὶ διὰ τοῦτό με ἐλέησον.

Ῥῦσαί με ἐκ τῶν διωκόντων με· ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.

tatum vix non animo deficio: quod te Dominum vniuerſorum minimè latet. Nam illud, *Tu cognouiſti ſemitas meas:* id eſt, Omnia mea cognoſcis: quia ſemitam appellat viam, vti ſæpè dictum eſt, viam verò actionem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

In via hac quâ ambulabam abſconderunt laqueum mihi.

Vult dicere: Quoniam maximè colo pietatem, idcircò me lædunt, tentantes vtrùm à Deo adiuuer. Dum enim ego ſpem meam in te colloco, tamquam à te Domine liberandus, ipſi me obſeruant: & tunc maximè mihi imminent, quando me magis viderint addictum pietati.

David ob pietatem inſidiis expoſitus.

5. Conſiderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

Et cùm hæc omnia, inquit, ſuſtinerem, circumſpiciebam ad auxilium implorandum.

Perijt fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam.

Sed neque fugæ locum inuenio, inquit: neque omnino quiſquam eſt qui defendat animam meam. Vult breuiter dicere: Quoniam neque adiutorem habeo, neque fugere valeo; ita vt ex neceſſitate in te ſolo ſpem collocem. ſubdit enim:

6. Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es ſpes mea,

Illud *dixi* de re ipſa ait. Id eſt, In te ſolo ſpem meam collocaui.

Portio mea in terra viuentium.

Terram viuentium appellat Hieroſolymam, in qua leges & inſtituta paterna & religio colebatur. Portio mea igitur, inquit, illic fiat. Id eſt, Per te fiam pars eorum qui talia obeunt in Hieruſalem.

7. Intende ad deprecationem meam; quia humiliatus ſum nimis.

Ceterùm, inquit, Domine, quoniam libenter miſereris, vide in quantam afflictionem & humiliationem adductus ſim, & idcircò miſerere mei.

Libera me à perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Et libera me, inquit, ab istis homicidis qui me potentiores sunt.

8. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo:

Et educ me, inquit, ex custodia captiuitatis, vt locum habeam agendi tibi gratias.

* Vulgata expectant

Me * sustinebunt iusti, donec retribuas mihi.

Omnes enim, inquit, iusti iudicium meum præstolantur. Iustos autem appellat omnes qui sperant in Deum. Vult igitur dicere: Quoniam omnes qui spem in te habent, in me res suas considerant, vtrùm in te sperantes adiuues nec ne. Cùm igitur, inquit, omnis iustus ex me de rebus suis iudicet, adiuua me, & omnibus istiusmodi spes bonas confirma.

Καὶ ῥῦσαί με, φησὶ, τούτων τῶν φονικῶν δυνατωτέρων μου ὄντων.

η΄. Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου·

Καὶ ἐξάγαγέ με, φησὶν, ἐκ φυλακῆς τῆς αἰχμαλωσίας, ἐπὶ τῷ χώραν ἔχειν μοι τὴν εὐχαριστίαν τὴν ἐπὶ σοί.

Ἐμὲ ὑπομενοῦσιν οἱ δίκαιοι, ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι.

Πάντες γάρ, φησιν, οἱ δίκαιοι τὴν ἐπ' ἐμοὶ κρίσιν ἀναμένουσι. Δικαίους δὲ καλεῖ πάντας τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸν Θεόν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι πάντες οἱ τὴν ἐλπίδα ἔχοντες εἰς σὲ, ἐν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν σκοποῦσι, πότερον βοηθεῖς τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ ἢ οὐ βοηθεῖς. Ἐπειδὴ οὖν, φησιν, ἐν ἐμοὶ πᾶς δίκαιος κρίνει τὰ ἑαυτοῦ, βοήθησόν μοι, καὶ βεβαίωσον πᾶσι τοῖς τοιούτοις τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

David in tribulatione ad Deum clamat & confugit.

2. VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI.] Duplicem ponit vocem, duplicem clamorem, vt summam animi alacritatem & mentis intensionem intelligeremus. Quomodo enim clamauit, qui tunc latere potiùs satagebat? Sed & *voce meâ* inquit. Sunt enim aliqui qui non propriâ voce clamant. Sicut qui aduersus inimicos clamat, feræ ac serpentis vocem edit. Qui est negligens is temerè clamat, & non ad Deum. Pulchrè autem orationis multitudinem appellauit effusionem: mentis enim intensionem & internum calorem per hanc vocem declarat. Vel illud *Effundam* totius animi & cogitationum expansionem designat: quòd solis ijs congruit qui mundam habent conscientiam. Ceterùm, inquit, copiosam facio deprecationem exponendo ipsi, tametsi scienti, tribulationes quas sustineo. Etenim præ multitudine afflictionum vix non deficio: quod vtique te non latet. Per hæc auté significat plurimarum tribulationum complexum & insidiarum incursum. Ait enim: Quoniam cùm perturbarer in tribulatione, ad te omnia arcana mea cognoscenté confugio, & nihil ampliùs habeo. Nam *in via hac quâ ambulabam statuerunt laqueos,*

β΄. ΦΩΝΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] Διπλῆν τίθησι τὴν φωνὴν, διπλῆν τὴν κραυγὴν, ἵνα τὸ ἔντονον τῆς προθυμίας τὸ συντεταμένον τῆς διανοίας νοήσωμεν. πῶς γὰρ ἂν ἐκέκραξεν, ὁ λανθάνειν τότε μᾶλλον σπουδάζων; ἀλλὰ καὶ φωνῇ μου φησίν. εἰσὶ γάρ τινες οἱ οὐκ οἰκείᾳ βοῶσι φωνῇ. οἷον ὁ κατ' ἐχθρῶν βοῶν, θηρίου καὶ ὄφεως λέγει φωνήν. ὁ ῥαθυμῶν εἰκῇ βοᾷ, καὶ οὐ πρὸς Θεόν. καλῶς δὲ τὸ πλῆθος τῆς δεήσεως ἔκχυσιν ἐκάλεσεν· τὸ γὰρ συντεταμένον τῆς διανοίας καὶ τὴν ἔνδον ἀποκειμένην θερμότητα διὰ τῆς λέξεως παρέστησεν. ἢ τὸ ἐκχεῶ ψυχῆς ὅλης δηλοῖ καὶ λογισμῶν ἐξάπλωσιν· ὃ μόνοις ἁρμόττει τοῖς καθαρὸν ἔχουσι τὸ συνειδός. ποιοῦμαι δέ, φησι, τὴν πολλὴν δέησιν ἐξαγορεύων αὐτῷ, καίπερ εἰδότι, τὰς θλίψεις ἃς ὑπομένω. καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν θλίψεων ἐγγύς εἰμι ἐκλείπειν· ὅπερ δὴ οὐ λανθάνει σε. πολλῶν δὲ θλίψεων συνοχὴν καὶ ἐπιβουλῶν φορὰν διὰ τούτων παρέστησε. Φησὶ γάρ· Ὅτι ἐν τῷ περιΐστασθαί με ἐν θλίψει, πρὸς σὲ τὸν πάντα γινώσκοντα τὰ ἀπόρρητά μου καταφεύγω, καὶ πλέον ἔχω οὐδέν. ἐν γὰρ ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην τὰς παγίδας μου ἔστη-

ἔςησαν. ἐγὼ δὲ ἐζήτουν τὸν βοηθὸν, καὶ ἐξηπορούμην· οὐδὲ φυγῆς μοι περιελείπετο τόπος· ἀλλ' οὕτως τοσαύτη κατειχόμην ἀμηχανία, ὡς ὁ μὴ ἔχων ἐκζητοῦντα καὶ λυτρούμενον τὸ γὰρ, οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με, τὴν ἐπίτασιν δηλοῖ τῆς συμφορᾶς. ὅτι, φησὶν, οὐ μόνον οὐχ εὕρισκον σύμμαχον, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἐπιγινώσκοντά με. ὀλίγων γὰρ τὸ ἐν συμφοραῖς παρεῖναι, καὶ βοηθεῖν. Ὅρα δὲ πάλιν ἑτέραν προσθήκην κακῶν, οὐ μόνον ὅτι οὐδεὶς ἦν ὁ βοηθῶν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τὸ λειπόμενον πρὸς ἀπαλλαγὴν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι ῥάδιον ἦν. οὕτως ἐν μέσοις ἀπείληπτο τοῖς κακοῖς, καὶ ἐν ἀφυλάκτῳ ἦν συμφορᾷ· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπεγίνωσκεν, ἀλλὰ τῇ εὐχῇ μᾶλλον προσηλοῦτο. καὶ τί; ἐκέκραξα, φησι, πρὸς σὲ κύριε· καὶ ἔγνως τὰς τρίβους μου. Θαῤῥοῦντός ἐστι τῇ τοῦ βίου πορείᾳ καὶ ταῖς πράξεσιν. ἀλλ' ἐν αὐτῇ ταύτῃ, φησὶ, τῇ ὁδῷ τῆς ἀρετῆς ἐπεβάλλοντό μοι, ἀγχιθύρους παρατιθέντες κακίας. οἷον, ὁδεύοντι σωφροσύνην παρετίθετο τῆς φιληδονίας τὴν πάγην, ἐν ἐλεημοσύνῃ τὴν κενοδοξίαν, ἐν νηστείᾳ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ οὕτως ἑκάστῳ βίῳ τὸν ἐνθηρεύοντα λόχον. διὸ καὶ κατενόουν εἰς τὰς δεξιὰς πράξεις, ἢ τοὺς συνετωτέρους τῶν φίλων, ἀλλ' οὐχ εὕρισκον σύμμαχον, καὶ οὔτε βοηθοῦντα εἶχον, οὔτε φεύγειν ἠδυνάμην. καὶ τί;

ζ'. ΕΚΕΚΡΑΞΑ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΥΡΙΕ.] Ὁρᾷς τὴν εὐψυχίαν; πῶς οὐκ ἐξέπλησεν αὐτὸν τὰ δεινὰ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέῤῥωσεν; Εἶπα, σὺ εἶ ἡ ἐλπίς μου. τὸ γὰρ ἀνθρώπινα πάντα ἐλήλεγκται· σοὶ δὲ μόνῳ πάντα ῥᾴδια. μερίς μου εἶ, ἀντὶ τοῦ κλῆρός μου, θησαυρός μου, ἐν γῇ ζώντων. γῆν ζώντων ἢ τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει, ἐν ᾗ τοῦ ζῶντος θεοῦ λατρεία ἐπελεῖτο. (οἶδε γὰρ καὶ θάνατον καὶ ᾅδην τὴν Βαβυλῶνα καλεῖν.) οἷον, ἀεί μου προέςης, καὶ οἰκειώσω με, καὶ πολλή μοι πρὸς σὲ γέγονε κοινωνία. ἢ μερίδα μὲν ἑαυτοῦ καλεῖ τὸν θεὸν, γῆν δὲ ζώντων οὐ ταύτην (θανάτου γὰρ καὶ νεκρῶν αὕτη) ἀλλ' ἣν κληρονομήσουσιν οἱ πραεῖς· ἐφ' ᾧ ζῶντες πάντες τὴν αἰώνιον ζωὴν διαζῶσι. ταπείνωσιν δὲ τὰς συμφορὰς εἶπεν. ὁρᾷς ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἀντὶ συνηγορίας τίθησι, τὸ ταπεινωθῆναι, τὸ δοῦναι δίκην μεθ' ὑπερβολῆς; ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. ἰδοὺ καὶ ἄλλη αἰτία, πάλιν ἡ ἀδι-

mihi. Ego autem quærebam adiutorem, & deficiebam; neque residuus erat mihi fugæ locus: quin imò tantâ premebar difficultate, cùm non haberem qui me requireret ac liberaret. Illud enim, *Non erat qui cognosceret me*, declarat augmentum calamitatis. Quoniam, inquit, non solùm non reperiebam adiutorem, sed neque qui cognosceret me. Est enim paucorum adesse in calamitatibus, & opem ferre. Vide rursus aliam malorum accessionem, & non solùm fuisse neminem qui opem ferret, sed nec (quod reliquum quidem est ad euasionem) fugâ saluti consulere facilè potuisse. Ita in medijs malis fuerat interceptus, & in inextricabili calamitate versabatur; attamen non desperabat, sed orationi magis insistebat. Et quid? *Clamaui*, inquit, *ad te Domine: & cognouisti semitas meas*. Hoc est in via vitę & actionibus suis confidentis. Sed in hac ipsa, inquit, virtutis via insidias mihi struxerunt, vicina vitia circumponentes. v. g. Continentiæ semitam ingredienti rete voluptatis obiecerunt, in eleemosyna vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & sic in qualibet vita insidias quibus facilè quis capiatur. Quocircà considerabam ad dexteras actiones, vel ad amicos cordatiores, sed non reperiebam adiutorem, & non habebam qui adiuuaret, neque effugere poteram. Et quid?

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

In via virtutis occurrunt insidiæ vitiorum.

6. CLAMAVI AD TE DOMINE.] Vides animi cautionem? quomodo mala eum minimè obruerint, sed magis erexerint? *Dixi, Tu es spes mea*. Humana enim omnia reprobata sunt; tibi autem soli cuncta sunt facilia. *Portio mea es*, hoc est sors mea, thesaurus meus, *in terra viuentium*. Terram viuentium vel Hierosolymam vocat, in qua viuentis Dei cultus peragebatur. (Babylonem enim solet mortem & infernum appellare.) q. d. Semper mei curam gessisti, & me tibi familiarem reddidisti, & magna mihi tecum communicatio intercessit. Vel partem quidem suam appellat Deum, terram verò viuentium non hanc (hæc enim mortis est ac mortuorum) sed eam quam mites hereditabunt: in qua qui viuunt omnes vitam agunt sempiternam. Humiliationem autem appellauit calamitates. Vides quomodo etiam hîc pro sua defensione ponat, quòd humiliatus sit, quòd supra modum pœnas dederit? *Quia confortati sunt supra me*. Ecce rursus alia causa, nempe in-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

iustæ insidiæ illorum qui ei insultabant; & quòd ipse quidem sit valdè imbecillis, illi verò præualeant.

8. EDVC DE CVSTODIA ANIMAM MEAM.] Libera me, inquit, ab ærumnis, exime ab angustijs, vel, vt Aquila, *de clausura* (custodiam enim vocat complexum malorum) vt nomini tuo gratias agam. Hoc quoque non est paruum, vt qui rebus vtitur secundis, acceptorum beneficiorum minimè obliuiscatur. Ceterùm pro *Me expectant iusti* Aquila, *In me excipientur iusti quando retribues super me:* Symmachus verò, *Coronabuntur iusti cùm benefeceris mihi*. Quod autem dicit est eiusmodi: q. d. Hoc quoque iustis proderit: ipsi enim lætitiâ afficientur cùm me viderint à malis liberatum. Si enim me in tantis angustijs constitutum exemeris probas meas actiones remunerando, ceteri quoque iusti bonas spes concipient cùm me habuerint pro exemplo.

κος ἐπιβουλὴ τῶν ἐπηρεαζόντων· καὶ τὸ αὐτὸν μὲν εἶναι ἐν ἀσθενείᾳ, ἐκείνους δὲ ὑπερισχύειν.

η'. ΕΞΑΓΑΓΕ ΕΚ ΦΥΛΑΚΗΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] Ἀπάλλαξόν με, φησὶ, τῶν συμφορῶν, ἔξω ποίησον στενοχωρίας, ἢ, ὡς ὁ Ἀκύλας, ἀποκλεισμοῦ (φυλακὴν γὰρ τὴν τῶν δεινῶν περιβολὴν καλεῖ) ὥστε εὐχαριστῆσαι τῷ ὀνόματί σου. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, τὸ ἐν εὐημερίᾳ γενόμενον, μὴ εἰς λήθην ἐμπεσεῖν τῆς εὐεργεσίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ Ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι ὁ Ἀκύλας, ἐν ἐμοὶ ἐκδέξονται δίκαιοι ὅταν ἀμείψῃ ἐπ' ἐμέ· ὁ δὲ Σύμμαχος, στεφανωθήσονται δίκαιοι ὅταν εὐεργετήσῃς με. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι, καὶ τοὺς δικαίους τοῦτο ὠφελήσει· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι εὐφρανθήσονται ἰδόντες μου τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν. ἐὰν γὰρ ἐξάξῃς με ἐν τοσούτῳ γενόμενον συγκλεισμῷ ἀμειψάμενός μου τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ἕξουσιν ἀγαθὰς ἐλπίδας καὶ οἱ λοιποὶ δίκαιοι ἐμὲ ὑπόδειγμα ἔχοντες.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Planum est huius Psalmi argumentum. Cùm enim à Saüle diuinus Dauid persecutionem pateretur, in antrum aufugit, & in intimis eius penetralibus delituit: deinde conspicatus Saülem illuc delatum, mentis quidem timorem excussit, diuinum verò auxilium implorauit, & hoc consecutus est.

Quali voce clamandum sit ad Deum.

2. VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI.] CHRYSOSTOMI. Audis quomodo vbique proponat duplicem clamorem, duplicem vocem, & ad Deum inuocationem? Duas enim hîc virtutes discimus, scilicet summam animi alacritatem & mentis intensionem; prætereà hanc ipsius esse vocem. Non enim omnes voce clamant, nec ad Deum, nec propriâ. Oportet autem hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersus inimicos non edit vocem hominis, sed feræ & serpentis. Qui est negligens, & non audit quæ dicit, non clamat ad Deum, sed temerè ac frustrà loquitur. Qui mentem non excitat, etsi valdè vociferetur, hic rursus non clamat. Vox enim, vt iam sæpè dixi, non significat spiritus tonum, sed mentem intensam: at hîc non sic, sed hæc

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δήλη τοῦ ψαλμοῦ ἡ ὑπόθεσις. διωκόμενος γὰρ ὁ θεῖος Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καταφεύγει μὲν ὑπὸ τὸ σπήλαιον, καὶ ἐν τοῖς ἐνδοτάτοις τούτου καταχρύπτεται χωρίοις· εἶτα θεασάμενος τὸν Σαοὺλ ἐκεῖ καταχθέντα, τὴν μὲν δειλίαν τῆς διανοίας ἐξήλασε, τὴν δὲ θείαν ἐπικουρίαν ἀνεκάλεσε, καὶ ταύτης τετύχηκε.

β'. ΦΩΝΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκούεις πῶς πανταχοῦ προστίθησι, διπλῆν τὴν κραυγὴν, διπλῆν τὴν φωνὴν, καὶ τὸ πρὸς τὸν θεὸν βοᾶν; δύο γὰρ ἐνταῦθα ἀρετὰς μανθάνομεν, τό τε εὔτονον τῆς προθυμίας τό τε συντεταμένον τῆς διανοίας· καὶ ἕτερον πρὸς τούτοις τὸ αὐτοῦ εἶναι τὴν φωνήν. οὐ γὰρ πάντες οὔτε φωνῇ βοῶσιν, οὔτε πρὸς τὸν θεὸν, οὔτε τῇ οἰκείᾳ. δεῖ δὲ ἅπαντα ταῦτα συνελθεῖν. ὁ κατ' ἐχθρῶν βοῶν οὐκ ἀνθρώπου φωνὴν προΐεται, ἀλλὰ θηρίου καὶ ὄφεως. ὁ ῥαθυμῶν, καὶ μὴ ἀκούων ὧν λέγει, οὐ πρὸς τὸν θεὸν βοᾷ, ἀλλ' εἰκῇ καὶ μάτην φθέγγεται. ὁ μὴ διεγείρων τὴν διάνοιαν, κἂν μεγάλα κράζῃ, πάλιν οὗτος οὐ βοᾷ. φωνὴν γὰρ, ὡς πολλάκις ἔφθην εἰπὼν, οὐ τὸν τόνον λέγει τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τὴν συντεταμένην διάνοιαν· ἀλλ' οὐχ οὗτος, ἀλλὰ

τὰ

τὰ τρία ταῦτα συνάγει, καὶ δείκνυσιν ὅτι καὶ φωνῇ βοᾷ, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ· διὰ τοῦτο δεύτερόν φησι, φωνῇ μου καὶ φωνῇ μου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς φύσιν ἔχει τὸ πῦρ ἀνωφόρον, οὕτως ἡ τοῦ δικαίου φωνὴ, τὸ πρὸς κύριον γίνεσθαι, καὶ οἱονεὶ προσκαλεῖσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὸ παρέχειν ὧν τις δεῖται ἀπὸ Θεοῦ.

γʹ. ΕΚΧΕΩ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΤΗΝ ΔΕΗΣΙΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ψυχὴν τῶν βιωτικῶν ἀπηλλαγμένην; οὐ γὰρ πρὸς ἀνθρώπους κατέφυγεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀχείρωτον βοήθειαν καὶ τὴν ἄνωθεν ῥοπήν. εἶτα τὸ συντεταμένον τῆς διανοίας καὶ τὴν θερμότητα, τὴν ἔνδον ἀποκειμένην, διὰ τῆς λέξεως ταύτης ἐμφαίνει λέγων, ἐκχεῶ, μετὰ πολλῆς δηλαδὴ τῆς δαψιλείας. ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅτι οὐ μικρὸν καὶ αἱ θλίψεις εἰς φιλοσοφίαν ἐργάζονται. τοῦτο γὰρ τῆς θλίψεως ὁ καρπός· οὐδεὶς τοίνυν φευγέτω αὐτήν· δύο γὰρ ταῦτα ἔχει τὰ κέρδη· ἓν μὲν, ὅτι καὶ σπουδαιοτέρους ἐργάζεται καὶ προσεκτικωτέρους· ἕτερον δὴ, καὶ ὅτι οὐ μικρὸν ἡμῖν δικαίωμα εἰς τὸ ἀκουσθῆναι γίνεται. οὐδὲ γὰρ εἶπε τὴν δικαιοσύνην μου, ἀλλὰ τὴν θλίψιν μου· ὡς οὐ μικρᾶς καὶ ταύτης οὔσης αὐτῷ συνηγορίας. καὶ πανταχοῦ τῶν γραφῶν εὑρήσομεν, ὅτι οἱ τὰς θλίψεις εὐχαρίστως φέροντες, πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων διαλύονται, καὶ οὐ μικρὰν ἐντεῦθεν πρὸς τὸν Θεὸν κτῶνται τὴν παῤῥησίαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μόνα μεγάλα καὶ ἐπουράνια αἰτῶν, καὶ προσευχόμενος πνεύματι καινῷ, θαῤῥεῖ ἐνώπιον κυρίου ἐκχέαι τὴν δέησιν ἑαυτοῦ, οὐδὲν ταπεινὸν οὐδὲ αἰσχρόν τι ἐν ἑαυτῇ ἔχουσαν· ὁποῖά ἐστιν ἐν ταῖς δεήσεσι τῶν βαττολογούντων, καὶ οὐκ ἄξια Θεοῦ αἰτούντων, ἢ οὐκ ἀπὸ καθαρᾶς καρδίας ἐκχεόντων. ἁγίου οὖν παῤῥησίας ἔχεται ὁ στίχος, ὃν οὐκ εὐλόγως ἐρεῖ ὁ ἁμαρτωλός· καὶ τὸν ἑξῆς δὲ ὁ ἐν παντὶ θλιβόμενος, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενος καυχώμενος ἐν ταῖς ὑπομονὴν κατεργαζομέναις θλίψεσι· τῷ ὁδεύειν τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ἀπάγουσαν ἐπὶ τὴν ζωὴν ὁδόν.

δʹ. ΕΝ ΤΩ ΕΚΛΕΙΠΕΙΝ ΕΞ ΕΜΟΥ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅτε μάλιστα οἱ μικρόψυχοι τῶν ἀνθρώπων ἀναπίπτουσι, πολλοὶ δὲ καὶ δυσχερῆ ῥήματα φθέγγονται· τότε οὗτος μάλιστα φιλοσοφεῖ, διδάσκαλον ἔχων τῆς σπουδῆς τὴν θλίψιν. καὶ

tria simul coniungit, & ostendit se & voce clamare, & ad Deum, & voce propriâ: & ideò bis dicit, *Voce mea & voce mea.*

ORIGENIS. Quemadmodum ignis naturam habet quæ sursum fertur: ita & vox iusti, vt ad Dominum sit, & quodammodò inuitet ipsum vt præbeat ea quibus quis opus habet à Deo.

3. EFFVNDAM IN CONSPECTV EIVS PRECEM MEAM.] CHRYSOSTOMI. Vidisti animum à rebus sæcularibus liberum? Non enim ad homines confugit, sed ad auxilium inexpugnabile & opem supernam. Deinde mentis intensionem & feruorem, quem intus habebat absconsum, per hæc verba declarat dicens, *Effundam*, scilicet abundanter ac copiosè. Hinc etiam discimus afflictiones non parum conferre ad philosophiam. Hic est enim fructus afflictionis: nemo ergo ipsam fugiat: duo enim habet hæc commoda: vnum quidem, quòd studiosiores faciat & attentiores; alterum autem, quòd ea quoque iusta sit causa vt audiamur. Non enim dixit iustitiam meam, sed tribulationem meam: nempe quòd ea non paruum illi afferat patrocinium. Et in Scripturis vbique reperiemus, quòd qui afflictiones grato animo ferunt, non solùm peccata deleant, sed hinc etiam non paruam apud Deum fiduciam obtineant.

ORIGENIS. Qui sola magna & cælestia postulat, & spiritu nouo orat, fiduciam habet precem suam in conspectu Dei effundendi, nihil vile nihil turpe in se ipsa continentem; qualia sunt in precibus eorum qui multa blaterant, & indigna Deo petunt, vel eas non è puro corde effundunt. Hic versus igitur sanctam quamdam continet fiduciam, quem non facilè dicet peccator: sequentem verò pronuntiabit is qui in omnibus tribulatur, sed non angustiatur glorians in tribulationibus quæ patientiam operantur; eò quòd incedat per viam angustam & arctam quæ ducit ad vitam.

4. IN DEFICIENDO EX ME SPIRITVM MEVM.] CHRYSOSTOMI. Quando hi qui sunt pusilli & abiecti animi maximè concidunt, & multi etiam inepta verba proferunt; is tunc maximè philosophatur, vt qui studij magistram habeat afflictionem. Etenim

CATENA PATRVM.

Afflictionum vtilitas.

Quæ preces fiduciam habeant in conspectu Dei.

Afflictio diligentiam acuit.

CATENA PATRVM.

enim in ipso fundo malorum (hoc enim sibi volunt verba ista, *In deficiendo ex me spiritum meum)* maximè diligens efficitur. Illud autem, *Tu cognouisti semitas meas*, alius dixit: *Tu enim scis.*

ORIGENIS. Hæc autem faciebam cùm excessum cernerem malorum: nam iuxta mortem ipsam commorabar. *Et tu cognouisti*, inquit, *semitas meas.*

ANONYMI. Ab eo qui abnegat semetipsum deficit spiritus eius, & Christo adiungitur: quamobrem istiusmodi semitæ à Domino cognoscuntur. Omnia enim, inquit, mea manifesta sunt tibi, & nulla mearum actionum prærerit oculum tuum.

IN VIA HAC QVA AMBVLABAM.] CHRYSOSTOMI. Hic recenset calamitatis vehementiam & hostium insidias, quomodo accesserint, & propinquiores facti sint, volentes eum supplantare. Et quod est grauissimum, non solùm, inquit, nullos habebam socios aut adiutores, sed nec erat qui me cognosceret. Hoc est maxima solitudo. Est enim paucorum adesse in calamitatibus, & opem ferre, & maximè quando calamitates pericula minantur. Sed hoc non modò eum non læsit, verùm etiam magis cum Deo coniunxit. Quòd si quis hæc etiam anagogicè sumpserit, videbit hoc ipsum facientem diabolum, & non procul, sed propè occultantem insidias. Quapropter nobis magnâ vigilantiâ opus est. Abscondit enim laqueum in eleëmosyna vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & in alijs alia.

Vitia insidiantur virtutibus.

ORIGENIS. Etiam qui venantur ferarum vias inuestigant, & in illis retia parant: hos imitatus Saül, ea quæ Dauidi obfutura erant struebat, & vbi ipsum degere intelligebat, ibi insidias parabat. Hoc etiam diabolus facit, & incedenti quidem temperantiæ viam luxuriæ laqueum parat; ei verò qui eleëmosynis gaudet, inanis gloriæ rete ponit, ei autem qui diuitias diligit, auaritiæ occasiones affert, & virginitati superbiam: & vt vno verbo dicam, cuilibet viuendi modo laqueum venationi accommodatum nectit.

5. CONSIDERABAM AD DEXTERAM, ET VIDEBAM.] ORIGENIS. Nullum, inquit, alicunde adiutorem videbam.

γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ πυθμένι τῶν κακῶν (τοῦτο γάρ ἐστιν, ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου) μάλιστα σπουδαιότερος γίνεται. τὸ δὲ, σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου, ἄλλος φησί· Σὺ γὰρ οἶδας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ταῦτα δὲ ἔδρων τὴν ὑπερβολὴν θεώμενος τῶν κακῶν· παρ' αὐτὸν γὰρ ἐσκήνουν τὸν θάνατον. Καὶ σὺ ἔγνως, φησὶ, τὰς τρίβους μου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκλείπει ἐκ τοῦ ἀρνουμένου ἑαυτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ προστίθεται τῷ Χριστῷ· διόπερ αἱ τρίβοι τοῦ τοιούτου γινώσκονται ὑπὸ κυρίου. Πάντα γάρ, φησι, δῆλά σοι τὰ ἐμὰ, καὶ οὐδὲν τῶν ἐμῶν πράξεων τὸν σὸν ἔλαθεν ὀφθαλμόν.

ΕΝ ΟΔΩ ΤΑΥΤΗ Η ΕΠΟΡΕΥΟΜΗΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθα λέγει τὴν ἐπίτασιν τῆς συμφορᾶς καὶ τῶν πολεμίων τὰς ἐπιβουλὰς, πῶς προσέστησαν, καὶ ἐγγυτέρω ἐγίνοντο, βουλόμενοι ὑποσκελίσαι. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, οὐ μόνον φησὶν, οὐδὲ βοηθοὺς τινὰς εἶχον οὐδὲ συμμάχους, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἐπιγνώσκων με ἦν· τοῦτο ἡ ἐπίτασις τῆς ἐρημίας. ὀλίγων γάρ ἐστι τὸ ἐν συμφοραῖς παρεῖναι, καὶ βοηθεῖν, καὶ μάλιστα ὅταν αἱ συμφοραὶ κινδύνους ἀπειλῶσιν. ἀλλὰ τοῦτο οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως πρὸς τὸν θεὸν συνώθησεν. εἰ δέ τις καὶ κατ' ἀναγωγὴν τοῦτο ἐκλάβοι, ὄψεται τὸν διάβολον αὐτὸ ποιοῦντα, οὐ πόρρωθεν, ἀλλὰ πλησίον κρύπτοντα τὰς ἐπιβουλάς. διὸ καὶ πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς νήψεως. κρύπτει γὰρ παγίδα ἐν ἐλεημοσύνῃ τὴν κενοδοξίαν, ἐν νηστείᾳ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ ἐν ἑτέροις ἄλλα.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ οἱ θηρεύοντες τὰς ὁδοὺς τῶν θηρίων ἀνιχνεύουσι, καὶ ἐν ἐκείναις ἱστᾶσι τὰ θήρατρα· τούτους μιμούμενος ὁ Σαοὺλ, περιεργαζόμενος τὰ κατὰ τὸν Δαβὶδ διετέλει, καὶ ἔνθα διάγειν αὐτὸν ἐμάνθανεν, ἐκεῖ ταῖς ἐνέδραις ἐνέκειτο. τοῦτο καὶ ὁ διάβολος δρᾷ, καὶ τῷ μὲν ὁδεύοντι τὴν τῆς σωφροσύνης ὁδὸν τίθησι τῆς φιληδονίας τὴν πάγην· τῷ δὲ ἐλεημοσύνῃ χαίροντι τῆς κενοδοξίας τὸ δίκτυον, τῷ φιλοχρηματῷ τῆς πλεονεξίας τὰς ἀφορμὰς, τῇ παρθενίᾳ τὴν ἀλαζονείαν· καὶ ἅπαξ ἁπλῶς, ἑκάστῳ βίῳ τὸν εὐθήρατον λόχον.

ε. ΚΑΤΕΝΟΟΥΝ ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΞΙΑ, ΚΑΙ ΕΠΕΒΛΕΠΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐδένα, φησὶν, οὐδαμόθεν ἑώρων ἐπίκουρον.

Digitized by Google

χειρῶν. δεξιὰν γὰρ τὸ τάγμα τῶν εὐνοούντων ἐκάλεσε.

Καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με.] Χρυσοστόμου. Ὅρα πάλιν ἑτέραν προσθήκην τῶν δεινῶν. δείκνυσι γὰρ οὐ μόνον ὅτι ἐν ταῖς ὁδοῖς αἱ παγίδες, οὐδ' ὅτι οὐδεὶς ἦν ὁ βοηθῶν, οὐδὲ ὁ ἐπιγινώσκων, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τὸ λειπόμενον αὐτοῦ πρὸς ἀπαλλαγὴν, τοῦ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ποιήσασθαι, ῥᾴδιον καὶ εὔκολον ἦν. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως οὐκ ἀπεγίνωσκε. καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου· τουτέστιν, ὁ ἀμύνων, ὁ βοηθῶν. τί οὖν ἐν τοσαύτῃ ἀπορίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ ὢν φησιν;

ϛ'. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ κύριε.] Χρυσοστόμου. Ὁρᾷς νῆψιν ψυχῆς; πῶς οὐκ ἐβάπτισεν αὐτὸν τὰ δεινὰ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπήγειρε; καὶ γὰρ ἐν ἀπορίᾳ ὢν ἔγνω τὴν ἄμαχον χεῖρα καὶ τὴν παναρχῆ δύναμιν εἰπών, Σὺ εἶ ἐλπίς μου. τὰ ἀνθρώπινα πάντα ἐκλέλειπται, ὁ χειμὼν μείζων συμμαχίας ἁπάσης. ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ παρὰ ἀνθρώποις ταῦτα ἀπέγνωσται, ἀλλά σοι πάντα ῥᾴδια.

Ὠριγένους. Ἡ μερίς μου οὐκ ἀλλαχοῦ ἀλλ' ἐν γῇ ζώντων ἐστὶ· ἥτις ἄλλη ἐστὶ τῆς ἐπιλελησμένης γῆς. Πολλάκις ὁ θεῖος Δαβὶδ μερίδα οἰκείαν ἐκάλεσε τὸν θεὸν· καὶ νῦν δὲ ὡσαύτως τοῦτο πεποίηκεν. οὐδεμίαν γάρ, φησιν, ἄλλην ἔχω βοήθειαν ἀλλὰ σὲ μόνον ἐπίκουρον, καὶ διὰ σοῦ τυχεῖν ἀντιβολῶ τῆς ζωῆς. ταπείνωσιν δὲ τὰς συμφορὰς καλεῖ.

ή. Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου.] Ὠριγένους. Ἐξάγεται ἐκ φυλακῆς ὑπὸ θεοῦ ἡ ψυχὴ ἀπαλλαττομένη τῶν ὑλικῶν καὶ τοῦ σώματος. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐξάγαγε ἐξ ἀποκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου. ὡς ἐν εἱρκτῇ γάρ τινι καὶ δεσμωτηρίῳ κατείχετο, τῶν πολεμίων τῇ θύρᾳ τοῦ σπηλαίου προσκαθημένων.

Ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι.] Χρυσοστόμου. Ἕτερος, στεφανώσονται δίκαιοι ὅταν εὐεργετήσῃς με. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι καὶ τοὺς δικαίους τοῦτο ὠφελήσει· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι εὐφρανθήσονται ἰδόντες μου τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν. τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, καὶ πάσχουσι κακῶς συναλγοῦσι, καὶ εὐθυμουμένοις οὐ βασκαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ χαίρουσι καὶ εὐφραίνονται. διὰ τί δέ φησιν ἀνταποδώς μοι; καίτοιγε ἀνωτέρω θλίψιν καὶ

Dexteram enim beneuolorum auxilium appellauit.

Et non erat qvi cognosceret me.] Chrysostomi. Vide rursus aliam malorum accessionem. Ostendit enim non solùm esse in vijs laqueos, nec vllum fuisse qui opem ferret, & agnosceret, sed nec quod reliquum quidem est ad euasionem, vt fugâ saluti suæ consulat, id sibi esse promptum & expeditum. Attamen ne sic quidem desperabat. *Et non est qui requirat animam meam:* hoc est, qui defendat, qui opem ferat. Quid hic ergo cùm in tanta inopia & difficultate versaretur ait?

6. Clamavi ad te Domine.] Chrysostomi. Vides animi vigilantiam? quomodo mala eum minimè obruerint, sed magis erexerint & extulerint? Etenim cùm in summa esset inopia agnouit manum inuictam & vires omnipotentes dicens, *Tu es spes mea.* Humana omnia defecerunt, tempestas est omni auxilio superior. Et tamen etiamsi hæc apud homines desperata sint, tibi tamen omnia sunt facilia.

Origenis. Portio mea non alibi quàm in terra viuentium est: quæ vtique alia est à terra obliuionis. Sæpè diuinus Dauid partem propriam vocauit Deum: nunc verò etiam similiter fecit. Nullam enim, inquit, opem aliam habeo quàm te solum adiutorem, & per te vt vitam consequar precor. Ceterùm humilitatem hoc loco calamitates vocat.

8. Edvc de cvstodia animam meam.] Origenis. Educitur de custodia à Deo anima quæ à rebus materialibus & à corpore liberata est. Aquila autem ait, *Educ de clausura animam meam.* Tamquam enim in carcere quodam & vinculis detinebatur, dum antri ianuæ hostes assiderent.

Me expectabvnt ivsti.] Chrysostomi. Alius, *Coronabunt iusti quando benefeceris mihi.* Quod autem dicit est eiusmodi; nempe hoc iustis quoque profuturum: illi enim lætitiâ afficientur cùm me viderint à malis liberatum. Tales enim sunt sanctorum animæ, & malè habitis commiserentur, & prosperè agentibus minimè inuident, sed congaudent & congratulantur. Cur autem dixit *Retribuas mihi?* Atqui superiùs dixit afflictionem & humi-

Catena Patrvm.

Dauid omnino desolatus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

humiliationem, non virtutem & facinora præclara. Quomodo igitur remunerationem vocat? Pro diebus, inquit, humiliationis. Non enim est pusillum hoc rectè factum, ferre afflictionem cum gratiarũ actione; & ideò vocat retributionem eam quæ posteà sequitur remunerationem. Nequaquam igitur animi angamur in afflictionibus, sed oremus, ne intremus in tentationem: quæcumque autem euenerint excipiamus. Ita enim & quæ habemus peccata deponimus; & si quam fecerimus iustitiam, eamdem reddimus clariorem. Atque hæc Iob ostendit, qui tunc magis claruit. Hoc etiam in corporibus bonum est, temperare inquam bonam valetudinem non solùm in hominibus, sed etiam in brutis, nec in brutis solùm, sed etiam in plantis. Idcircò ne in vitibus quidem permittunt agricolæ comas nimis luxuriare, nec in alijs arboribus, sed ne nimiùm crescant falce prohibent, omnes earum vires in radices conuertentes, ne ex in folijs consumptæ fructum exilem proferant. Quod quidem euenit etiam in hominibus. Studio enim in ea quæ sunt superflua consumpto, imbecillior fit animus ad ferendum fructum pietatis maturum & perfectum. Hoc etiam videri potest in aquis: quæ enim consistit & non meat corrumpitur; sed quæ mouetur & circumagitur salubrior existit, & visu tactuque ac potatu iucundior. Sæpè etiam naturam vicit afflictio. Quod enim deorsum fertur, id si trahatur & prematur sursum erigitur. Quod etiam accidit in hominibus: qui enim facilè ferunt afflictiones redduntur excelsiores, etiamsi sint valdè abiecti, terreni & humiles; & ex ijs magna commoda accipiunt.

Math. 6.

Afflictio illustrat iustitiam.

ταπείνωσιν εἶπεν, οὐκ ἀρετὴν καὶ κατορθώματα. πῶς οὖν ἀνταπόδοσιν καλεῖ; ἀντὶ ἡμερῶν, φησι, ταπεινώσεως. οὐ γὰρ μικρόν ἐστι τοῦτο κατόρθωμα, τὸ θλίψιν ἐνεγκεῖν μετ᾽ εὐχαριστίας· διὸ καὶ ἀνταπόδοσιν καλεῖ τὴν μετὰ ταῦτα ἀμοιβήν. Μὴ τοίνυν ἀλύωμεν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλ᾽ εὐχώμεθα, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· ἐπιόντα δὲ δεχώμεθα. τότε γὰρ ὄντα ἁμαρτήματα ἀποτιθέμεθα· εἰ δέ τινα δικαιοσύνην ἐργασαίμεθα, κἀκείνην λαμπροτέραν ἐργαζόμεθα. καὶ ταῦτα δείκνυσι Ἰώβ, τότε μειζόνως διαλάμψας. τοῦτο καὶ ἐν σώμασιν ἀγαθόν, κολάζειν φημὶ τὴν εὐεξίαν οὐκ ἐν ἀνθρώποις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλόγοις, οὐκ ἐν ἀλόγοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν φυτοῖς. διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ ταῖς ἀμπέλοις ἐπιτρέπουσιν οἱ γεωργοὶ ἀδεῶς κομᾶν, οὐδὲ τοῖς δένδροις, ἀλλὰ κωλύουσι τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν τῇ δρεπάνῃ, ἅπασαν τὴν δύναμιν εἰς τὴν ῥίζαν περιστρέφοντες, ὥστε μὴ ἐν τοῖς φύλλοις ἀναλωθεῖσαν αὐτὴν ἐξίτηλον ἐνεγκεῖν καρπόν. ὅπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων γίνεται. τῆς γὰρ σπουδῆς εἰς τὰ περιττὰ ἀναλισκομένης, ἀσθενεστέρα γίνεται ἡ ψυχὴ πρὸς τὸ τῆς εὐλαβείας ὥριμον τὸν καρπὸν ἐνεγκεῖν καὶ ἀκμάζοντα. τοῦτο καὶ ἐπὶ ὑδάτων ἴδοι τις ἄν· τὸ μὲν γὰρ ἑστηκὸς καὶ ἀργοῦν φθείρεται, τὸ δὲ ῥιπιζόμενον καὶ περιαγόμενον ὑγιεινότερόν τι ἐστι, καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι καὶ πιεῖν ἥδιον. πολλάκις δὲ καὶ τὴν φύσιν ἐνίκησεν ἡ θλίψις. τὸ γὰρ κατωφερές, τοῦτο καὶ ῥυτὸν θλιβόμενον πρὸς τὴν ἀναφορὰν ἐξακοντίζεται. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων συμβαίνει· οἱ γὰρ εὐκόλως τὰς θλίψεις φέροντες ὑψηλότεροι καθίστανται, κἂν σφόδρα ὦσι χαμαίζηλοι, καὶ σφόδρα γήϊνοι καὶ ταπεινοί· καὶ μεγάλα ἐντεῦθεν κερδαίνουσι.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hic Psalmus inscribitur, *Intellectus ipsi David cùm esset in spelunca, oratio*. Vbi rectè quidem orationem suam in summo vitæ discrimine ad Deum emissam appellauit intellectum suum, vt egregiè obseruat Bellarminus; quia in hoc Psalmo, inquit, declaratur prudentia & sapientia Dauid, qui cùm esset delitescens in spelunca, sapienter cogitauit vnicum remedium in tantis malis esse orationem ad Deum. Si enim prudentia consistit in medijs ad finem proportionatis eligendis; prudentissimus sanè ille est, qui repellendis periculis preces adhibet, cùm nulla media ad eum finem aptiora videantur.

2. *Voce mea ad Dominum clamaui.*] Hæc verba exponens S. Augustinus ait: Nónne sufficeret dicere, *Voce ad Dominum clamaui*? Fortè non frustrà additum est *mea*. Multi enim clamant ad Dominum non voce suâ, sed voce feræ. Nam qui alteri malum cupit, non hominis sed feræ vocem habet; & qui iniuriarum vindictam postulat, humanâ voce ad Deum clamare non videtur, sed clamat voce serpentis. Ob id igitur expressit Propheta se voce suâ clamare; vt ostenderet, nullius sanguinem fundi se velle, neminem occidi. Acutè S. Chrysostomus in Catena citatus ad hunc locum: *Qui clamat*, inquit, *aduersus inimicos non edit vocem hominis, sed feræ,*

Voce humanâ, & non ferinâ, clamandum ad Dominum.

sed

sed serpentis. Vtinam saltem serpentes illos imitarentur Christiani, qui ad fontem venientes venenum priùs euomunt quàm bibant. de quibus ita pulchrè S. Augustinus lib. de Perfecta iustitia: *Quemadmodum*, inquit, *serpentis quoddam genus est, quod ad bibendum priùs quàm ad fontem venerit omne venenum euomit; ita Christianus cùm ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat.*

Quantâ reuerentiâ orationes effundendæ sit in conspectu Dei.

3. *Effundo in conspectu eius orationem meam.*] Vbi diuinè S. Hilarius: *Effunditur*, inquit, *in conspectu Dei oratio non negligenter, neque ex securitate, sed tamquam Deo præsente.* Addit paulò pòst, Deum præsentem *non absentis dissimulatione, sed præsentis honore reuerendum esse.* Quare prudenter monent Patres eum qui oraturus est, vt cum animo suo reputet, quem affari, cuius frui conspectu colloquioque appetat. *Cogita* (inquit S. Chrysostomus in Psal. 145.) *τίνι προσέρχῃ, ad quem accedis, καὶ ἀρκεῖ σοι εἰς νῆψιν, &c. & sufficiet ad inducendam vigilantiam atque excitandam eius dignitas, vnde gratiam expectamus.* Acturi enim sumus, vt paulò pòst ait, *cum Angelorum Domino*, quem beatæ illæ mentes inusitato metu opplete & pudore vultum inumbrantes demississimè venerantur. Piè & eleganter Petrus Chrysologus Serm. 5. ait: *Archangeli tremunt, pauent Angeli, Potestates metuunt, in faciem proruunt cæli seniores, elementa fugiunt, soluuntur saxa, montes defluunt, terra tremit, & homo terra intrepidus intrabit?* Cum Rege colloqui vel Imperatore existimatum fuit olim munus diuinum, ad quod insignis quædam modestia cultusque requirebatur. Hinc Theodoricus Rex apud Cassiodorum lib. 3. Epist. 22. *Quilibet*, inquit, *habere nostra colloquia munera credit esse diuina.* Nos ergo elati, & nihil minus quàm de augusta Numinis potentia & gloria cogitantes, non ferendâ animi temeritate ad Dei commercium ruemus? Certè in primis opus est (vt S. Bernardi Serm. 7. in Cant. verbis vtar) *verecundiam comitari precem, commendare precantem.* Opus reuerentiâ & pauore quodam sancto filiorum Dei proprio, quem ex arcanis primæ Ecclesiæ commendat Lactantius lib. 6. Instit. cap. vlt. *Summus*, inquit, *colendi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipsa vt Deo sit accepta, & humilitate, & timore & deuotione maximâ opus est.* Hoc nimirum est *Deo præsente* orare, vt Ecclesiæ magistri loquuntur, vel vt Dauid, *in conspectu Dei* precari.

Dextera est auxilij symbolum.

5. *Considerabam ad dexteram, & videbam, &c.*] Ex Scripturarum consuetudine à dextris esse dicimus, quasi ad auxilium paratum assistere; vt Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commouear.* & Psal. 108. *Qui astitit à dextris pauperis, &c.* Cùm ergo hîc dicit in angustia positus se respexisse ad dexteram, significat ad auxilium se respexisse, an nullus ferret suppetias, nemo subueniret iniustè oppresso innocenti, an non alicunde veniret sic vallato subsidium. S. Hieronymus & Felix per imperatiuum vertunt hoc modo: *Respice ad dexteram, & vide, quia non sit qui cognoscat me.* Vbi Domino proponit suam derelictionem. q. d. En tu vides, quòd præter te nemo adsit mihi in auxilium.

ANNOTATIONES CORDERII.

Psal. 72, 25.

Sanctorum portio est in cælis.

6. *Portio mea in terra viuentium.*] Hoc est in cælo. de quo alibi idem Vates dicit: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* Ita dum in hoc exilio adhuc degerent Sancti omnes, huius inferioris terræ pertæsi, illius quæ sursum est appetitione animum componebant; & sic hærebant in hoc mundo, vt ab eo studijs & voluntate disiuncti, æternam manentemque ciuitatem quærerent: omniumque votum illud fuit cum Dauide, & celebrata professio: *Portio mea sit in terra viuentium.* Quorum pium deuotumque ardorem & propositum animi generosi vtinam omnes imitaremur, cùm tam multi viam præiuerint. Hinc Arnobius iustum inducit magno & erecto animo, viuidâ spe & expectatione bonorum cælestium hæc dicentem: *Pereant omnia quæ in mundo sunt, tu spes mea, tu portio mea in terra viuentium.* Similia propè sunt D. Augustini lib. 1. de Sermone Domini dicentis: *Rixentur immites, & dimicent pro terrenis ac temporalibus rebus: beati autem mites quoniam ipsi hereditabunt terram.* Vbi etiam terram illam ait intelligi, de qua dicitur: *Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium.* Hic versiculus ita hæsit in arcano & pio affectu Martini Secundi Summi Pontificis, vt illum pro symbolo honorato & insigni ferret. Vide plura de terra viuentium à nobis annotata ad Psalmi 26. vers. 13.

Corpus corruptibile est carcer animæ.

8. *Educ de custodia animam meam.*] Aquila, ἐξάγαγε ἐκ ἀποκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου, *Educ de clausura animam meam:* Symmachus, Ἔξω ποίησον ἀπὸ συγκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου: quod idem valet. Ad litteram autem nomine custodiæ speluncam intelligit, in qua Saülis indignationem declinans latebat. Sed altiori sensu corpus suum custodiam appellauit; quia nimirum in eo, vt thesaurus in agro, anima custoditur, donec ab eo qui thesaurum posuit in vase fictili, dum misericorditer appropinquat, custoditur. S. Hieronymus loco custodiæ *carcerem* vertit: in quo nimirum anima molestijs corporis illigata tenetur, quousque effractis mortalibus ianuis ad eum tendat, cuius gratiâ creata est. Vtrumque tetigit S. Augustinus ad hunc locum dicens: *Si de corpore educat Deus quando voluerit, posset dici & corpus nostrum carcer; non quia carcer est quod fecit Deus, sed quia pœnale & mortale. Duo enim consideranda sunt in nostro corpore, figmentum Dei, & pœna meriti. Tota ista forma, status, incessus, membra ordinata, sensuum dispositiones, videre, audire, olfacere, gustare, contingere, omnis hæc compago, & fabrica distinctio non potuit fieri nisi à Deo, qui omnia operatus est, cælestia, terrestria, summa & ima, visibilia & inuisibilia. Quid ergo ibi pœnale nostrum? Quòd corruptibilis caro, quòd fragilis, quòd mortalis, quòd indigens. Hoc non erit in præmio. Non enim corpus non erit cùm corpus resurget: sed quid ibi non erit? corruptio. Corruptibile enim hoc induet incorruptionem. Ergo si caro tibi caro est, non corpus est carcer tuus, sed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonum est: corruptionem intulit iustus, quia index est. Illud habes de beneficio: istud habes de supplicio. Hoc ergo forte dixit: Educ de carcere animam meam: educ de corruptione animam meam.* Liberari itaque vult à corruptibili corpore,

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

pore, vt sine obstaculo possit Dominum confiteri, vt valeat puras ad eum leuare manus, & sine admixtione curæ rerum huius sæculi, quas hîc positi penitus ablegare non possumus, in eius se laudationes extendere. Non igitur hi adeò aberrarunt à vero, cùm corpus hoc quà mortale, & mille tam vitiorum illecebris quàm incommodorum supplicijs obnoxium, animi carcerem nominarunt: quod & Sapienti *animam aggrauans* vocatur. Hoc corpus, quod passim mortales palatium aut paradisum censent, pro carcere habuit sapientissimus Psaltes: nam velut carcerem hunc exosus in vinculis exclamat: *Educ de custodia animam meam*. Num carcerem, in quo Samson molebat, isto fuisse molestiorem putas? aut Iosephi lacum, aut Ieremiæ foueam, aut Danielis inter leones specum, aut Petri geminis catenis vincti militarem custodiam? Non arbitror. Cur igitur sepulchro, carceri, pistrino, tartaro, tam delicatum pastum in nostram perniciem impendimus? Hoc sciamus à nullo nostrorum hostium tam nobis cauendum esse quàm à nostro corpore; à quo proptereà tantoperè Sancti omnes quantocyus liberari ac dissolui cum Apostolo desiderarunt. Vnde subdit:

Sap. 9, 15.

IBIDEM. *Me sustinebunt iusti quoadusque retribuas mihi.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium: quod Græcè est ὑπομενοῦσι: ceteri legunt *Expectant*. Symmachus vertit, Τὸ ὄνομά σου στεφανώσονται δίκαιοι ὅτ' ἂν εὐεργετήσῃς με, *Nomen tuum coronabunt iusti cùm benefeceris mihi:* alius, Ὅτι εὐεργέτησάς με, *Quoniam benefecisti mihi*. Ita ferè etiam S. Hieronymus ex Hebræo reddidit: *In me coronabuntur iusti cùm retribueris mihi*. Quod facilem habet intelligentiam cùm de Christo exponitur. In Christo enim, tamquam in auctore & primaria causa salutis omnium, iusti coronantur, suam accipiunt gloriam & claritatem: per illius passionem, mortem & resurrectionem consequuntur & ipsi gloriæ coronam quam præstolabantur, ad quam sine eo pertingere non poterant, donec suam retributionem ipse accepisset; id est, donec post passionem resurrexisset, & in Patris gloriam introiuisset. Si verò ad vnumquemque iustum referatur, ita debet intelligi. q. d. Cùm retribueris mihi, id est, cùm benefeceris mihi, me videlicet educendo de carcere angustiæ, tunc in me coronabuntur iusti, id est, circa me in modum coronæ congregabuntur, quasi congratulantes mihi, & de mea liberatione exultantes; quemadmodum fieri solet erga eiusmodi qui de magnis periculis emerserunt. Hunc Psalmum S. Francisco Seraphico Patri valdè familiarem fuisse legimus in eius Vita; qui iam morti proximus, vt quà liceret ipsius Christi in cruce expirantis imitaretur exemplum, nudus nudâ humo collocari voluit, & B. Ioannis Euangelium de Christo patiente sibi prælegi iussit: dein vbi suis patientiam, paupertatem, obedientiam commendasset, Psalmum hunc centesimum quadragesimum primum recitare orsus est; cumque versum eius vltimum pronuntiasset, *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi*, sub hæc verba felicissimam suam animam Deo reddidit.

Iusti in Christo coronantur.

IN PSALMVM CXLII. ARGVMENTVM.

1. Reg. 17.

1. Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom filius eius.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε κατεδίωκει αὐτὸν Ἀβεσαλὼμ ὁ ὑιὸς αὐτοῦ.

Non omnes Interpretes habent hanc inscriptionem: attamen continet veritatem, vti patet ex ijs quæ subiunguntur. Alij autem volunt hunc quoque dictatum esse in eos qui erant in Babylone. Ceterùm possit quoque dici de Saülis persecutione. Per hoc docemur etiam nos in omni periculo ad Deum confugere.

Οὐ πάντες ἔχουσι τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην οἱ ἑρμηνεύσαντες· ἀλλ' ὅμως ἔχεται ἀληθείας, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἐπαγομένων. οἱ δὲ καὶ τοῦτο εἰς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι εἰρῆσθαι τεθείκασι. λέγοιτο δ' ἂν καὶ περὶ τῆς τοῦ Σαοὺλ διώξεως. δι' οὗ διδασκόμεθα καὶ ἡμεῖς ἐν πάσῃ περιστάσει πρὸς τὸν Θεὸν καταφεύγειν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

DOMINE exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua:

ΚΥΡΙΕ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· ἐνώπισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου·

Petunt scilicet à molestijs quibus opprimebantur liberari. Illud autem *in veritate*

Δηλονότι τῶν κατεχόντων αὐιαρῶν ἀπαλλαγῆναι αἰτοῦσι. τὸ δὲ ἐν ἀληθείᾳ σου·

σου· ἀντὶ τοῦ, μὴ ψεύσῃ με. ἐπηγγείλω γὰρ ἐπαναγαγεῖν ἡμᾶς.

Εἰσάκουσόν μου ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου.

Κρινεῖς γάρ μοι, φησὶ, κατὰ τὸ δίκαιον πάντως δήπου, καὶ τιμωρήσῃ μὲν βαβυλωνίους· ἐμὲ δὲ ἐξάξεις ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας.

β'. Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι κρινεῖς μοι κατὰ τὸ δίκαιον καὶ τιμωρήσῃ τοὺς ἀδικοῦντάς με, ὀξέως ἐπήγαγεν· ἀλλὰ μὴ τὰ ἐμὰ κρίνων πλημμελήματα χρήσῃ τῷ δικαίῳ. Οὐ μόνον γὰρ αὐτὸς ἐγώ, φησι, οὐ χήσω τι δίκαιον εἰπεῖν πρὸς τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα, ἀλλ' οὔτε πᾶς ὅστις οὖν ζωῆς μετέχων. ἀλλ' ὡς πρὸς μὲν ἐμὲ καὶ Βαβυλωνίους κρῖνον κατὰ τὸ δίκαιον· ὡς δὲ πρὸς σὲ καὶ ἐμὲ μὴ τῷ δικαίῳ χρήσῃ μᾶλλον, ἀλλὰ τῷ φιλανθρώπῳ· δι' οὗ καὶ συνεκρότησάς με τὴν ἀρχὴν, φησι, δέσποτα. ὅτι δὲ ὡς πρὸς Βαβυλωνίους ἐπικαλεῖται τοῦ δικαίου τὴν κρίσιν τὰ ἑξῆς δηλοῖ. ἐπιφέρει γάρ·

γ'. Ὅτι κατεδίωξεν ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου· ἐταπείνωσεν εἰς γῆν τὴν ζωήν μου.

Πρὸς τοῦτό, φησι, κρῖνον δικαίως, ὅτι οὐδὲν ἠδικημένοι παρ' ἐμοῦ Βαβυλώνιοι καὶ ἐξῃχμαλώτισαν, καὶ ἐταπείνωσαν ἕως τοῦ ἐδάφους.

Ἐκάθισέν με ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος·

Καὶ συντόμως, φησὶν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοὺς νεκρὸς ἐγενόμην αἰώνιος. σκοτίαν γὰρ τὰς συμφορὰς ὀνομάζει.

δ'. Καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου,

Ἠκηδίασεν. ἀντὶ τοῦ, ἠθύμησεν ἡ ψυχή μου, οὐδεμίαν ἔχουσα παραμυθίαν τῶν ἐπαλλήλων τῶν συμφορῶν.

Ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη ἡ καρδία μου.

Πάντας κατεῖχέ μου τοὺς λογισμοὺς, ὥστε οὐδαμόθεν εὑρίσκειν παραψυχὴν τῶν κακῶν.

ε'. Ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων,

tua; id eſt, Ne fallas. Promiſiſti enim nos reducere.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Exaudi me in tua iuſtitia.

Omnino enim, inquit, Domine ſecundùm iuſtitiam mihi iudicabis, & Babylonios quidem punies; me verò educes è captiuitate.

2. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quoniam dixerat, Iudicabis mihi ſecundum iuſtitiam, & punies eos qui me iniurijs afficiunt, ſtatim ſubiunxit: Attamen delicta mea iudicans ne vtaris iuſtitiâ. Non enim ego ipſe, inquit, potero quid iuſtum proferre ad ea quæ à te dicuntur, ſed nec omnis qui vitæ particeps exiſtit. Verùm quoad inter me quidem ac Babylonios ſecundùm iuſtitiam iudica; ſed quoad inter me & te ne iuſtitiâ vtaris, ſed potiùs clementiâ: per quam, inquit, ab initio Domine me etiam condidiſti. Quòd autem contra Babylonios iuſtum iudicium expoſcat ſequentia declarant. ſubdit enim:

Nemini tutum cum Deo intrare in iudicium.

3. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Propterea, inquit, iudica iuſtè, quia Babylonij nullis à me iniurijs affecti & ceperunt me captiuum, & vſque ad pauimentum humiliauerunt.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi:

Et breuiter, inquit, quantum ad illos mortuus factus ſum ſempiternus. Tenebras enim appellat calamitates.

4. Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus,

Anxiatus eſt. Id eſt, Defecit anima mea, cùm nullam haberet conſolationem ob continuas calamitates.

In me turbatum eſt cor meum.

Omnes detinebat cogitationes meas, ita vt nuſquam malorum ſolatium reperirem.

5. Memor fui dierum antiquorum,

PARAPHRASIS ANONYMI.

Antiqua Dei beneficia rememoranda.

Sed quando, inquit, vidi cogitationem solatio dando non sufficere, ad te iterùm oculos reflexi Domine pristina & antiqua rememorans, quantâ nimirum erga nos curâ vsus sis: & quomodo nequaquam deseras eos quibus tantam curam impendisti. Vnde subdit:

Meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Occupaui igitur, inquit, meipsum in recogitandis signis illis quæ pro nobis in Ægypto & Palæstina, alijsque locis omnibus edidisti: atque istiusmodi operum meditatio & exercitatio haud mediocrem mihi attulit consolationem.

Vulgata manus meas ad te:

6. Expandi * ad te manus meas:

Hinc etiam, inquit, te deprecandi fiduciam sumpsi. Ex ijs enim quæ pridem mihi contigerant addita est mihi fiducia rogandi etiam illa quibus nunc indigeo.

Anima mea sicut terra sine aqua tibi:

DIAPSALMA.

Cum tanto autem, inquit, desiderio manus meas te deprecaturus extendi, ac si terra inaquosa aquam desideraret.

Celerem opem implorat.

7. Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Celeritate igitur, inquit, Domine, opus est, cùm propter præsentem humiliationem, tum propter insitum rei melioris desiderium.

Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Nisi igitur citò, inquit, modò dederis auxilium, nihil impediet quo minùs in posterum similis sim morientibus. Lacum enim hoc loco tropicè vocauit ipsam mortem; quia difficulter inde emergi potest.

8. Auditam fac mihi manè misericordiam tuam; quia in te speraui.

Illud *Auditam fac mihi* pro Fac vt audiam: id est, Præbe mihi. More enim suo idem repetit. Porrò illud *manè* dicit

Ἀλλ' ὅτι, φησὶν, εἶδον ὅτι ὁ λογισμὸς ἀπονεῖ δοῦναι παραμυθίαν, πρὸς σὲ πάλιν ἠτένισα δέσποτα λογιζόμενος τὰ πρότερα καὶ τὰ ἀρχαῖα, ὅση τι περὶ ἡμᾶς ἐχρήσω τῇ ἐπιμελείᾳ· καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐγκαταλείπῃς τούτους οὓς δι' ἐπιμελείας τοσαύτης ἔχεις. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· ἐν ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων.

Ἐνησχόλησα γοῦν ἐμαυτόν, φησιν, ἐν τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν σημείοις σου τοῖς τε κατ' Αἴγυπτον καὶ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι· καὶ ἡ τῶν τοιούτων ἔργων ἐμμελέτησις καὶ ἐνδιατριβὴ παρεῖχέ μοι τινὰ οὐ μετρίαν παραψυχήν.

ς'. Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου·

Ἐντεῦθέν, φησι, καὶ ἐθάρρησα δεηθῆναί σου. ἀπὸ γὰρ τῶν ὑπαρξάντων μοι ἤδη τὸ θαῤῥεῖν μοι προσγέγονε δεηθῆναι καὶ περὶ ὧν νῦν ἀπορῶ.

Ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι·

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Μετὰ τοσαύτης δὲ ἐπιθυμίας, φησὶν, ἐξέτεινα τὰς χεῖράς δεόμενός σου, ὡσανεὶ ἡ γῆ ἡ ἄνυδρος ἐπιθυμοίη ὕδατος.

ζ'. Ταχὺ εἰσάκουσόν μου κύριε· ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου.

Χρεία οὖν ταχύτητος δέσποτα, φησι, καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν ταπείνωσιν, καὶ διὰ τὴν ἐγγινομένην τοῦ βελτίονος ἐπιθυμίαν.

Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

Ἐὰν οὖν μή, φησι, νῦν ταχέως δῷς τὴν βοήθειαν, οὐδὲν με τοῦ λοιποῦ κωλύσει ὅμοιον εἶναι τοῖς ἀποθανοῦσι. λάκκον γὰρ ἐνταῦθα τροπικῶς αὐτὸν ἐκάλεσε τὸν θάνατον· διὰ τὸ δυσδιεξόδευτον.

η'. Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου· ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.

Τὸ ἀκουστὸν ποίησόν μοι ἀντὶ τοῦ ἀκοῦσαί με ποίησον· τουτέστι, παράσχου μοι. κατὰ τὴν ἰδίαν γὰρ συνήθειαν αὐτὸ λέγει. τὸ δὲ πρωῒ

ταχέως

ταχέως λέγει. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι· ταχεῖάν μοι παράσχου τὴν φιλανθρωπίαν σου· ἐπειδὴ εἰς οὐδένα ἄλλον κέκτημαι τὴν ἐλπίδα.

pro celeriter. Vult igitur dicere: q. d. Celerem mihi clementiam impende; quandoquidem in nullo alio ſpem habeam.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Γνώρισόν μοι κύριε ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι· ὅτι πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου.

Notam fac mihi * Dominè viam in qua ambulem: quoniam ad te leuaui animam meam.

* Abeſt à Vulgata.

Καὶ τὸ γνώρισον ἀντὶ τοῦ παράσχου λέγει. ὁδὸν δὲ τὴν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ φησὶ ὁδόν. ἀντὶ τοῦ· παράσχου μοι τὴν ἐπάνοδον, ἐπειδὴ μόνος αὐτὸς δύνασαι τοῦτο παρασχεῖν, πρὸς ὃν καὶ δικαίως ἐλπίζω.

Etiam illud *Notam fac* pro Præbe dicit. *Viam* autem dicit eam quæ eſt verſus Hieroſolymam. Id eſt: Præbe mihi reditum, quia ſolus ipſe potes eum concedere, in quem iure ſpero.

θ'. Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον·

9. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi:

Τὸ αὐτὸ λέγει.

Idem dicit.

ί. Δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι ὁ θεός μου εἶ σύ.

10. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Τὸ δίδαξον πάλιν ἀντὶ τοῦ παράσχου μοι ἀφορμὰς τοῦ ποιεῖν σου τὸ θέλημα λέγει. τουτέστι· χάρισαί μοι τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν πόλιν ἐν ᾗ οἱ σοὶ νόμοι εἰσὶ, καὶ πρὸς εὐσέβειαν παιδαγωγοῦσιν ἕκαστον.

Illud *Doce* iterùm ponit pro Præbe mihi occaſiones faciendi voluntatem tuam. Id eſt: Concede mihi reditum & ciuitatem in qua ſunt leges tuæ, & vnumquemque inſtruunt ad pietatem.

Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ·

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:

Τὴν εὐθεῖαν πάλιν καλεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ· ὡς πρὸς τὰς αὐτῶν ὑπολήψεις· ἐκεῖ γὰρ ᾤοντο μόνοι δικαίως προσκυνεῖν τὸν θεόν.

Terram rectam iterùm vocat Hieruſalem; vtpote ſecundùm ipſorum opiniones: illic enim exiſtimabant ſe ſolùm iuſtè Deum adorare.

ιά. Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κύριε ζήσεις με,

11. Propter nomen tuum Domine viuificabis me,

Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶ, παράσχου μοι διὰ τὴν σαυτοῦ φιλανθρωπίαν, οὐ διὰ τὰς ἐμὰς δικαιοσύνας. ὅθεν ἐπάγει·

Et hæc omnia, inquit, præbe mihi propter tuam ipſius clementiam, non propter iuſtitias meas. vnde ſubdit:

Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου.

In * iuſtitia tua.

* Vulgata æquitate tua.

Ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου·

Educes de tribulatione animam meam:

Μὴ γὰρ δὴ παρ' ἐμοῦ αἰτήσεις δικαιοσύνην· οὐδὲ γὰρ ἔχω· ἀλλ' αὐτὸς τῇ σαυτοῦ χρήσῃ τιμωρησάμενος τοὺς ἐχθρούς, καὶ ἡμᾶς ἐπαναγαγών.

Nequaquam vtique à me iuſtitiam poſtulabis; neque enim illam habeo: ſed ipſemet tuâ iuſtitiâ vtere puniendo inimicos, & nos reducendo.

ιβ'. Καὶ ἐν τῷ ἐλέει σου ἐξολοθρεύσεις τοὺς ἐχθρούς μου.

12. Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Εἴτε γάρ, φησι, διὰ τὸ εἶναι δίκαιος, τιμωρήσῃ πάντως Βαβυλωνίους· εἴτε διὰ τὸ ἐμὲ θέλειν φιλανθρωπεύεσθαι· καὶ οὕτως ἐποίσεις ἐκείνοις ἀναγκαίαν τὴν ὀργήν.

Siue enim quia iuſtus es, inquit, punies omnino Babylonios; ſiue quia mecum clementer vis agere: atque ita illis neceſſariam iram irrogabis.

Καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλί-

Et perdes omnes qui tribu-

 lant

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

lant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Et vt breuiter, inquit, dicam, me tibi omnino familiarem reddes, vtpote seruum tuum, omnes insidiantes mihi è medio tollens. Notandum autem quòd dum hîc dicit, *Spiritus tuus bonus deducet me*, præassuefaciat Iudæos nosse nomen Spiritus sancti, vt quando posteà tamquam in persona datus fuerit hominibus, iam pridem nomine ipsius præexercitati minimè percellerentur, sed vt scirent, quòd sicut tunc etiam dicentes Spiritus sanctus tuus, eumdem dixerunt Deum, non alium; sic & nunc accipientes ipsum in persona eumdem existiment dici substantiâ non personâ, vt sit & alius, & idem: alius quidem secundùm personam, idem verò secundùm substantiam.

βοντας τὴν ψυχήν μου· ὅτι ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, οἰκειώσῃ με πάντως, ὡς δοῦλον σου, πάντας τοὺς ἐπιβουλεύοντάς μοι ἀνελών. σημειωτέον δὲ τοῦτο ὅτι τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν λέγων ἐνταῦθα ὁδηγήσει με, προεθίζει Ἰουδαίους εἰδέναι ὄνομα πνεύματος ἁγίου, ἵν' ὅταν μετὰ ταῦτα παραδοθῇ τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἐνυπόστατον γεγυμνασμένοι, ἤδη τῷ ὀνόματι μὴ ταραχθῶσιν, ἀλλ' ἵνα εἴδωσιν, ὅτι ὥσπερ καὶ τότε λέγοντες τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, αὐτὸν ἔλεγον τὸν θεὸν, οὐκ ἄλλον· οὕτω καὶ νῦν παραλαμβάνοντες αὐτὸ ἐνυπόστατον τὸν αὐτὸν νομίζωσι λέγεσθαι τῇ οὐσίᾳ οὐ τῇ ὑποστάσει, ἵν' ᾖ καὶ ἄλλος, καὶ ὁ αὐτός· ἄλλος μὲν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ὁ αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. DOMINE EXAVDI ORATIONEM MEAM.] Hic ait orationem & deprecationem quæ fit per verba, idcircò subiunxit, *Auribus percipe deprecationem meam in veritate tua:* alius, *in fide tua:* alius, *in stabilitate tua.* Hoc est: Annue petitioni, & fac vt ea effectum stabilem consequatur. Sed videamus cuiusmodi sit postulatio, & an audiri mereatur.

EXAVDI ME IN TVA IVSTITIA.] Cuiuslibet tentati hęc pręsens vox est. Verùm audit quidem omnes qui & ipsi exaudierint se rogantes. Vocat autem Deum auditorem qui in propriâ oratione confidit. Porrò illud *in tua iustitia* dicit quidem populus qui erat in Babylone. q. d. Iudica mihi Domine secundùm iustitiam, & Babylonios supplicijs affice: sed ne vtaris iustitiâ tuâ dum delicta mea iudicas: siquidem non ego solus non habebo aliquid iusti coram te, sed neque omnis qui vitæ particeps existit. Ceterùm ipse etiam Dauid iustitiam appellauit; quandoquidem Absalom iniquus erat & parricida. Verumtamen ego, inquit, nequaquam iustitiæ meæ fido: scio enim neminem insontem repertum iri si cum regula legum à te constitutarum conferatur, quasi secundùm illas vixerit; sed ille parricida est.

Nemo iustitia sua fidat coram Deo.

3. QVIA PERSECVTVS EST INIMICVS ANIMAM MEAM.] Goliath quidem persecutus

α'. ΚΥΡΙΕ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] Ἐνταῦθα τὴν διὰ ῥημάτων δέησιν φησὶ καὶ ἱκετηρίαν, διὸ ἐπήγαγεν, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ἕτερος, ἐν τῇ πίστει σου· ἕτερος, ἐν τῇ βεβαιότητί σου. τουτέστιν· ἐπίνευσον τῇ αἰτήσει, καὶ εἰς ἔργον αὐτὴν ἐξάγαγε βέβαιον. ἀλλ' ἴδωμεν τίς ἡ δέησις, καὶ εἰ δίκαια ἀκουσθῆναι.

ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΜΟΥ ΕΝ ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΣΟΥ.] Πειραζομένου παντὸς ἡ παροῦσα φωνή. ἀλλ' ἀκούει μὲν πάντων τῶν οἵτινες ἂν ἐπακούωσι καὶ αὐτοὶ τῶν δεομένων αὐτῶν. καλεῖ δὲ τὸν θεὸν ἀκροατὴν ὁ τῇ ἰδίᾳ θαῤῥῶν προσευχῇ. τὸ δὲ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὁ μὲν ἐν Βαβυλῶνι λαὸς φησίν. ὅτι· κρῖνόν μοι κατὰ τὸ δίκαιον δέσποτα, καὶ τιμώρησαι Βαβυλωνίους· ἀλλὰ μὴ τῷ δικαίῳ τούτῳ χρήσῃ τὰ ἐμὰ κρίνων πλημμελήματα· οὐ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ μόνος οὐ σχήσω τί δίκαιον πρὸς σὲ, ἀλλ' οὐδὲ πᾶς ὅστις ἂν ζωῆς μετέχων. ὁ δὲ Δαβὶδ καὶ αὐτὸς δικαιοσύνην εἶπεν· ἐπεὶ ἄδικος ὁ Ἀβεσσαλὼμ καὶ πατραλοίας. ἀλλ' ἐγώ, φησιν, οὐ τῇ ἐμῇ δικαιοσύνῃ θαῤῥῶ· οἶδα γὰρ ὡς οὐδεὶς ἀθῷος εὑρεθήσεται τῷ κανόνι τῶν ὑπὸ σου τεθέντων νόμων παρατιθέμενος, ὡς κατ' αὐτοὺς ἔζησεν· ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος πατραλοίας.

γ'. ΟΤΙ ΚΑΤΕΔΙΩΞΕΝ Ο ΕΧΘΡΟΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] Κατεδίωξε μὲν τὸν Δαβὶδ

Δαβὶδ ὁ Γολιὰθ, ὡς καὶ συνδεσπάζων λέγειν· δώσω τὰς σάρκας σου τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ. καταδιώκει δὲ καὶ ὁ κυρίως ἐχθρὸς τὴν ἡμετέραν ζωήν. ἀπὸ οὖν τῆς τοῦ πλεονεκτήσαντος ὠμότητος ἐπὶ τὸν ἔλεον ἐκκαλεῖται. ταπείνωσιν δὲ νῦν τὴν ἀπὸ τῆς συμφορᾶς λέγει. καὶ ἄλλως δὲ ταπεινοῦται εἰς γῆν ὁ τὰ κάτω φρονῶν, ὁ περὶ τὰ αἰσθητὰ κεχηνώς· ὥσπερ τοὐναντίον ὑψοῦται ὁ θησαυρίζων ἐν οὐρανῷ. εἶτα διπλῆν λέγει τὴν συμφοράν· ὅτι ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς καὶ ὡς νεκροὺς αἰῶνος, τὴν αἰχμαλωσίαν αἰνιττόμενος. ἐπεὶ γὰρ ἔστιν ἐν σκοτεινοῖς λύχνον ἅψαντα τινὰ πράττειν τί, βουλόμενος δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν, τῷ ὀνόματι τῶν νεκρῶν ὤγκωσε τὴν τραγῳδίαν. οἷον· ὅσον τὸ ἐπ' αὐτὸν νεκρὸς ἐγενόμην αἰώνιος, καὶ ἠκηδίασεν ἡ ψυχή μου, οὐδεμίαν ἔχουσα παραμυθίαν τῷ ἐπαλλήλῳ τῶν συμφορῶν. εἶεν δ' ἂν νεκροὶ αἰῶνος καὶ οἱ ἐστερημένοι τῆς ἐν θεῷ ζωῆς, περὶ ὧν τὸ, ἄφες τοὺς νεκρούς. πνεῦμα δὲ τὴν ψυχὴν ἐνταῦθα καλεῖ ἀθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πληρωθεῖσαν.

δ'. ΕΝ ΕΜΟΙ ΕΤΑΡΑΧΘΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] Πολλὴν τὴν ὑπερβολὴν τῆς θλίψεως λέγει, καὶ διὰ τοῦ τῆς ψυχῆς θορύβου ἐμφαίνει αὐτήν. τί δέ ἐστιν ἐν ἐμοί; οὐδὲ εἰς ἄλλους, φησὶν, ἐξενεγκεῖν εἶχον, καὶ λαβεῖν τινα παραμυθίαν, ἀλλὰ μόνον ἔνδοθεν ἐκοπτόμην ταράχου κατέχοντός μου τοὺς λογισμούς. εἶτα σαλευθεὶς φησὶ καὶ ταραχῆς πληρωθεὶς, οὐκ εἰς παντελῆ κατήχθην ὀλιγωρίαν· ἀλλὰ τί; ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων. Ὅτε, φησὶν, εἶδον ὅτι ὁ λογισμὸς ἀπορεῖ δοῦναι παραμυθίαν, πρὸς σὲ πάλιν ἠτένισα λογιζόμενος τὰ πρότερα καὶ ἀρχαῖα, ὅσην ἐχρήσω περὶ ἡμᾶς τῇ ἐπιμελείᾳ, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐγκαταλίπῃς νῦν. Ὅρα ὡς οὐ μικρὰ παράκλησις τὸ τὰ πρότερα εἰδέναι, καὶ τῇ ἐκείνων μνήμῃ πρὸς παραμυθίαν ἀλείφεσθαι. οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἔφη, ἐμνήσθην, ἀλλ' ἐμελέτησα. τουτέστιν, ἔργον καὶ μελέτην ἐποιησάμην τὰ τοῖς πατράσιν ἀνελίττειν συμβεβηκότα. μεγάλη γὰρ ἐγένετο ἡ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τῶν γραφῶν ἐγγινομένη παράκλησις. Ἕτερος γοῦν φησιν, Ἐμελέτησα πάσας τὰς πράξεις σου· ἄλλος, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου διηγούμην. ἃ καὶ ποιῶν οἰκειότερος πρὸς θεὸν ἐγένετο· διὸ ἐπάγει, διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου. οὐκ εἶπεν ἐξέτεινα,

fuerat Dauidem, vt etiam truculentus diceret: *Dabo carnes tuas volatilibus cæli.* Persequitur verò etiam propriè dictus inimicus vitam nostram. Ab exundante igitur immanitate ad misericordiam prouocat. Humiliationem autem nunc illam dicit quæ ex calamitatibus existit. Aliàs verò etiam humiliatur in terra qui terrena sapit, qui procliuis est in sensibilia; quemadmodum è diuerso exaltatur qui in cælo thesaurizat. Deinde duplicem recenset calamitatem: Quoniam *collocauit me in obscuris* & *sicut mortuos sæculi*, captiuitatem insinuans. Quoniam enim etiam qui est in obscuris potest aliquid agere accensâ lucernâ, volens ostendere malorum excessum, addito mortuorum nomine auxit tragœdiam. q. d. In quantum ad ipsum mortuus eram sempiternus, & defecit anima mea, nullam habens consolationem ob continuas calamitates sibi inuicem succedentes. Ceterùm fuerint quoque mortui sæculi hi qui diuinâ vitâ priuati sunt, de quibus est illud, *Dimitte mortuos.* Spiritum autem hoc loco animam appellat pusillanimitate & anxietate repletam.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

1. Reg. 17, 44.

Matth. 8, 22.

4. IN ME TVRBATVM EST COR MEVM.] Recenset summam afflictionem, & per animæ perturbationem eamdem declarat. Quid est autem *in me*? Eam, inquit, ne alijs quidem poteram enuntiare, & consolationem aliquam ab eis accipere, sed tantùm interiùs diuexabar perturbatione cogitationes meas occupante. Deinde commotus ac perturbationis plenus ait, Non ad omnimodam consilij inopiam redactus sum: sed quid? *Memor fui dierum antiquorum.* Quando, inquit, vidi rationem in consolatione afferenda deficere, ad te iterùm oculos reflexi pristina & antiqua recogitans, quantam nostri curam gesseris, & vt modò etiam non deseras. Vide quomodo non parua consolatio sit nosse pristina, & eorumdem recordatione ad solatium inungi. Non simplici autem ratione, inquit, *memor fui*, sed etiam *meditatus sum.* Hoc est, magnam operam & diligentiam adhibui in ijs apud me reuoluendis quæ maioribus euenerunt. Ex historia enim Scripturarum affertur nobis magna consolatio. Alius igitur ait, *Meditatus sum omnes actionas tuas*: alius, *Opera manuum tuarum enarrabam.* Quæ dum ageret Deo familiarior euasit: quare subiunxit, *Expandi ad te manus meas.* Non dixit *Extendi*, sed

Pristinorum recordatio solatium affert.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

sed *Expandi*, ostendens magnam cordis affectionem, quòd propemodum è corpore properet exilire, & ad ipsum excurrere. Hinc, inquit, te deprecandi fiduciam sumpsi, idque cum tanto desiderio ac si terra inaquosa desideret aquas. Alius, *Tamquam terra sitiens ad te semper*. Hoc est enim *Diapsalma*. Quid est autem, *Sicut terra sine aqua*? Sicut illa, inquit, pluuiam desiderat, ita & ego sitio semper tibi adesse. Hoc autem desiderium maximè auxerat moles afflictionum; quapropter etiam vrget Medicum dicens: *Velociter exaudi me Domine*. Hic nempe mos est animarum quæ affliguntur, quemadmodum & hominum laborantium, accersere Medicos, etiamsi tempus non postulet, & liberationem celeriter procurare. Quocircà quoque causam adijciens dicebat: *Defecit spiritus meus*. Sciebat enim omnia esse Deo facilia: sed ferre non potest mala quæ intenduntur. Quapropter festinato, inquit, opus est Domine, propter præsentem humiliationem summam animi defectionem per hæc verba declarans.

Omnis afflictus celerem vult liberationem.

7. Non avertas faciem tvam.] Nisi, inquit, citò auxilium tuleris, nihil deinceps impediet quò minùs similis sim morientibus. Lacum enim tropicè vocat mortem. Alius autem: *Ne absconderis faciem tuam à me*. Et vndenam fit auersio? Ipse enim ait: *An non potens est manus mea? Sed peccata vestra diuidunt inter me & vos*. Quando enim mali quid fecerimus auertitur. Mundus est enim, inquit, oculus tuus vt non videat malum: respicit autem super mansuetum & quietum. Hanc virtutem persequamur, vt faciem eius attrahamus, ne in vitij barathrum incidamus. Lacus autem qui sæuas bestias continet peccatum est. Verùm rudentes Scripturarum relaxemus, & voluntatem alligemus, & si ceciderimus resurgemus. Numquid enim qui cadit non resurgit? Aquila verò pro *Similis ero* ait, *Et comparabor cum descendentibus in lacum*. Pro isto autem, *Auditam fac mihi manè*, alius *à diluculo*, id est celeriter. Fac, inquit, vt citò audiam promissionem misericordiæ tuæ. Alioquin verò etiam in tentationibus diuinâ misericordiâ opus habemus: quod fiet, si orationibus vacauerimus, & maximè sub auroram.

Isaiæ 59, 15.

Isaiæ 66, 2.

8. Notam fac mihi Domine viam.]

ἀλλὰ διεπέτασα, πολλὴν δεικνὺς διάθεσιν τῆς καρδίας, μονονουχὶ ἐξάλλεσθαι τοῦ σώματος ἐπειγομένης, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνατρέχειν. ἐντεῦθεν, φησιν, ἐθάῤῥησα δεηθῆναί σου, καὶ μετὰ τοσαύτης ἐπιθυμίας ὡσανεὶ γῆ ἄνυδρος ἐπιθυμοίη ὕδατος. Ἕτερος, ὡς γῆ διψῶσα πρὸς σε ἀεί. τοῦτο γὰρ τὸ διάψαλμα. τί δέ ἐστιν, ὡς γῆ ἄνυδρος; Ὥσπερ ἐκείνη, φησὶ, τοῦ ὑετοῦ ἐφίεται, οὕτως κἀγὼ διψῶ παρὰ σοὶ εἶναι διηνεκῶς. μάλιστα δὲ ταύτην ἐπέτεινε τὴν ἐπιθυμίαν τῶν θλίψεων τὸ ὄγκος· διὸ καὶ κατεπείγει τὸν ἰατρὸν λέγων· ταχὺ εἰσάκουσον κύριε. ἔθος γὰρ τοῦτο ταῖς θλιβομέναις ψυχαῖς, ὥσπερ τοῖς κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων, παρακαλεῖν τοὺς ἰατροὺς, κἂν ὁ καιρὸς μὴ ἀπαιτῇ, καὶ ταχέως ἐπαγαγεῖν τὴν λύσιν. διὸ καὶ τὴν αἰτίαν προστιθεὶς ἔλεγεν· ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. ᾔδει μὲν γὰρ ὅτι τῷ θεῷ πάντα ῥᾴδια· οὐ φέρει δὲ τὴν ἐπαγωγὴν τῶν δεινῶν. διὸ χρεία, φησὶ, δέσποτα ταχυτῆτος, διὰ τὴν προσοῦσαν ταπείνωσιν, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀθυμίας διὰ τῶν ῥημάτων δηλῶν.

ζ. Μη αποστρεψης το προσωπον σου.] Εἰ μὴ ταχὺ, φησιν, ἐπιδῷς τὴν βοήθειαν, οὐδέν με τοῦ λοιποῦ κωλύσει ὅμοιον εἶναι τοῖς ἀποθανοῦσι. λάκκον γὰρ τροπικῶς τὸν θάνατον λέγει. Ἄλλος δέ· Μὴ κρύψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. καὶ πόθεν ἡ ἀποστροφὴ γίνεται; αὐτὸς γὰρ λέγει· Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ μου; ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. ὅταν γάρ τι πράξωμεν πονηρὸν ἀποστρέφεται. καθαρὸς γάρ, φησιν, ὁ ὀφθαλμός σου τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρόν· ἐπιβλέπει δὲ ἐπὶ τὸν πρᾷον καὶ ἡσύχιον. ταύτην διώκωμεν τὴν ἀρετὴν, ἵν' ἐπισπασώμεθα αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, ἵνα μὴ καταπέσωμεν εἰς τὰ βάραθρα τῆς κακίας. λάκκος γάρ ἐστι χαλεπὰ θηρία ἔχων ἡ ἁμαρτία. Ἀλλὰ χαλάσωμεν τῶν γραφῶν τὰ σχοινία, καὶ τὴν προαίρεσιν ἐπιδῶμεν, καὶ κἂν καταπέσωμεν ἐγερθησόμεθα. μὴ γὰρ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ ὁμοιωθήσομαι, καὶ παραβληθήσομαι μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. ἀντὶ δὲ, ἀκουστὸν ποίησόν με τὸ πρωῒ, ἄλλος ἐξ ὄρθρου, τουτέστι ταχέως. ἀκοῦσαί με ποίησόν, φησι, ταχέως ἐπαγγελίαν τοῦ ἐλέους σου. Καὶ ἄλλως δὲ ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐλέου θείου δεόμεθα· ὃ γενήσεται, εἰ ταῖς προσευχαῖς σχολάζοιμεν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἕω.

η. Γνωρισον με κυριε οδον.]

Τί

Digitized by Google

Τί λέγεις; καὶ τῆς φύσεως ἐχούσης τὸν νόμον ἐναποκείμενον, καὶ τῶν γραμμάτων ἀνανεούντων, πῶς λέγεις γνώρισον; ἢ τοῦτο λέγει· ἐπεὶ κατεχώσθη ὑπὸ τῆς κακίας τὸ συνειδὸς, ἀξιῶ αὐτὸ ἐκκαθαρθῆναι. ἢ ὁδὸν ἐνταῦθα τὰ πολλὰ τῶν ἀγνοουμένων ἀνθρώποις. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Παῦλος μετὰ τοσαύτην γνῶσιν φησι· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν. ὅρα δὲ αὐτὸν μηδὲν αἰτοῦντα αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὴν πρὸς θεὸν φέρουσαν ὁδὸν, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ προστεθέντα. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε γνώρισον· ἀλλ' ἐπήγαγεν, ὅτι πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου. ἐπεὶ πρὸς σὲ κέχηνα, πρὸς σὲ βλέπω. τούτοις γὰρ μάλιστα ὁ θεὸς γνωρίζει. τὸ δὲ ἦρα, ἀντὶ τοῦ μετέστησα, μετέθηκα πρὸς σὲ τὴν ψυχήν μου· ἢ ἀντὶ τοῦ ὁδηγὸς γενοῦ μοι, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὑπόδειξον. ἢ ἐπεὶ οὐκέτι χαμαὶ κεῖταί μου ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ἦρα αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐδάφους εἰς ὃ καταπέπτωκα, χάρισαί μοι γνῶσιν τῆς ἐπὶ σὲ τὸν θεὸν φερούσης διὰ μετανοίας ὁδοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ἐξελοῦ με, ἐπεὶ πρὸς σὲ κατέφυγον. Καίτοι ἀρτίως ἕνα ἔλεγε τὸν καταδιώκοντα, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τῆς κακίας τὸν ἀρχηγέτην· ὧδε μέντοι πληθυντικῶς τὸν ἐκείνου λέγει στρατόν. οὐκ εἶπε δὲ δίδαξόν με τὸ θέλημά σου ἁπλῶς, ἀλλὰ δίδαξόν με ποιεῖν τὸ θέλημά σου. οἷον εἰς τὰ ἔργα αὐτά με ἐμβίβασον. τῆς γὰρ ἄνωθεν ῥοπῆς χρεία, ὥστε βαδίζειν τὴν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν φέρουσαν, οὐχ ἡμῶν ἀργούντων, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφερόντων.

ια'. ΕΝΕΚΕΝ ΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ.] Ὁρᾷς ἐπὶ τὸν θεὸν καταφεύγοντα, καὶ οὐ παῤῥησίᾳ βίου θαῤῥοῦντα; ὥστε, φησὶ, δοξασθῆναί σου τὸ ὄνομα, οἷον διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν, οὐ διὰ τὰς ἐμὰς δικαιοσύνας. δικαιοσύνην γὰρ τὴν φιλανθρωπίαν καλεῖ, ὡς προείρηται. ἢ εἰκότως εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ᾔτησε τὴν ζωήν· ἐπείπερ ἐνταῦθα ὥσπερ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ οὕτω μερικῶς ἔχομεν καὶ τὸ ζῆν.

ιβ'. ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΕΛΕΕΙ ΣΟΥ ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΣΕΙΣ.] Οὐκ ἐπειδή, φησιν, ἐγὼ ἄξιος, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἀπάλλαξόν με τῶν πολεμούντων· δὸς ἀναπνεῦσαι ἀπὸ τῆς θλίψεως. ἐξολοθρεύονται δὲ οἱ ἐχθροὶ, οὐ κατ' οὐσίαν φθειρόμενοι, ἀλλὰ τὴν ἕξιν ἀποβάλλοντες, δι' ἣν ἐχθροὶ τοῦ δικαίου τυγχάνουσιν. ὁ γὰρ περὶ τὸν ἀδικούμενον ἔλεος

Quid ais? cùm & natura habeat legem sibi impositam, & Scripturæ illam renouent, quomodo dicis *Notam fac*? Vel hoc dicit: Quoniam conscientia mea obruta est à vitio, rogo vt ea emundetur. Vel hîc dicit viam multa eorum quæ ignorantur ab hominibus. Etenim Paulus quoque post tantam cognitionem ait: *Quid enim oremus sicut oportet nescimus.* Vide autem ipsum nil sensile postulare, sed viam quæ ad Deum deducit, & quæ ab ipso proposita sint. Non enim simpliciter dicit *Notam fac*; sed subiunxit, *Quia ad te leuaui animam meam.* Quoniam in te propendeo, ad te respicio. Iis enim Deus maximè sui præbet notitiam. Ceterùm istud *Leuaui*, id est Transposui, transtuli ad te animam meam: vel pro Dux mihi esto, & rectam viam indica. Vel quoniam non ampliùs humi iacet anima mea, sed eam à pauimento leuaui in quod corruerat, præbe mihi notitiam viæ quæ ad te Deum per pœnitentiam adducit. Ceterùm eripe me quoque de inimicis meis, quia ad te confugi. Verùm paulò antè vnum recensuerat persecutorem, nempe vitij primipilum; hîc verò pluraliter eius exercitum dicit. Non dixit autem simpliciter *Doce me voluntatem tuam*, sed *Doce me facere voluntatem tuam.* q. d. Ad ipsa opera me deduc. Supernâ enim ope opus est, vt ingrediamur viam quæ ducit ad virtutem, non nobis in otio degentibus, sed quæ sunt nostra conferentibus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Inquirenda semper via Dei.

Rom. 8, 26.

11. PROPTER NOMEN TVVM DOMINE.] Vides eum rursus ad Deum confugere, & non in vita sua collocare fiduciam? Vt, inquit, glorificetur nomen tuum, q. d. propter tuam clementiam, non propter iustitias meas. Iustitiam enim hîc clementiam appellat, vti superiùs dictum est. Vel fortè vitam petijt in tempus futurum; quandoquidem vti cetera bona sic etiam ex parte vitam obtinemus.

12. ET IN MISERICORDIA TVA DISPERDES.] Non quia ego dignus sum, inquit, sed propter tuam clementiam libera me ab ijs qui me oppugnant: da vt ab afflictione aliquantulùm respirem. Disperduntur autem inimici, non quòd secundùm substantiam corrumpantur, sed quòd affectum deponant, per quem iusto aduersabantur. Nam misericordia iniuriam perpetienti exhibita ijs qui in-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

iuriam faciunt interitum adfert. Tamquam autem maximam gloriationem & iustitiam proponens subiunxit: *Quoniam ego seruus tuus sum*. Neque enim possumus quomodolibet petitiones nostras consequi, sed oportet nosmetipsos ita semper præparare, vt simus digni qui postulata accipiamus.

ἐπάγει τοῖς ἀδικοῦσι τὸν ὄλεθρον. ὥσπερ δὲ μέγιστον αὔχημα καὶ δικαίωμα τιθεὶς ἐπήγαγεν· ὅτι ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί. οὐ γάρ ἐστιν ἁπλῶς ἐπιτυγχάνειν τῶν αἰτήσεων, ἀλλὰ χρὴ πανταχοῦ παρασκευάζειν ἑαυτοὺς ἀξίους τοῦ λαμβάνειν ἅπερ αἰτοῦμεν.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. In nonnullis exemplaribus inueni, *Quando ipsum persecutus est Absalom filius eius*. Ceterùm neque apud Hebræos neque apud alios Interpretes inueni hanc additionem; attamen veritati cohæret, quandoquidem Psalmus hunc sensum habet.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, ὅταν αὐτὸν ἐδίωκεν Ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. οὔτε δὲ παρὰ τοῖς ἑβραίοις οὔτε τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς ταύτην εὕρηκα τὴν προσθήκην· ἔχεται δ' ὅμως τῆς ἀληθείας, αὐτὴν γὰρ ἔχει τὴν ὑπόθεσιν ψαλμός.

Oratio dupliciter accipitur.

1. DOMINE EXAVDI ORATIONEM MEAM.] CHRYSOSTOMI. Oratio tam est ea precatio quæ per verba fit, quàm etiam votum seu promissum. Quocircà quidam ait, *Non iteres verbum in oratione tua*: non vt eadem non bis dicamus cùm Deum rogamus, sed ne differamus quando Deo aliquid promiserimus. Et ideò alibi dicit, *Ne moreris reddere votum*. Hoc loco autem intelligit precationem; quapropter subiunxit, *Auribus percipe deprecationem meam in veritate tua*.

Eccli. 7, 15. *Eccle. 5, 3.*

α'. ΚΥΡΙΕ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔστι προσευχὴ καὶ ἡ διὰ ῥημάτων δέησις, ἔστι καὶ προσευχὴ ἡ ἐπαγγελία. διὰ τοῦτό φησί τις, Μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν τῇ προσευχῇ σου, οὐχ' ἵνα μὴ δεύτερον τὰ αὐτὰ λέγωμεν παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀναβαλλώμεθα ὅταν τι ὑποσχώμεθα τῷ Θεῷ. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησι, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι τὴν προσευχήν. ἐνταῦθα δὲ τὴν δέησίν φησι· διὸ ἐπήγαγεν, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.

ORIGENIS. Qui confidit quòd in spiritu & veritate & non ampliùs in figura Deum adoret, dicere poterit, *Auribus percipe deprecationem meam in veritate tua*.

Ioan. 4.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ θαῤῥῶν ὅτι ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνεῖ τὸν Θεὸν καὶ οὐκέτι ἐν τύπῳ, λέγοι ἂν τὸ, ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.

ANONYMI. Alius, *in fide tua*: alius, *in stabilitate tua*. Hoc est: Annue petitioni, eamque in opus educ, confirmans illam veritate tua. Vtere tuâ potentiâ ad ea implenda quæ peto.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος ἐν τῇ πίστει σου· ἕτερος, ἐν τῇ βεβαιότητί σου. τουτέστιν· ἐπίνευσον τῇ αἰτήσει, καὶ εἰς ἔργον αὐτὴν ἐξάγαγε, βεβαιῶν τῇ ἀληθείᾳ σου· χρῆσαι τῇ δυνάμει εἰς τὸ πληρῶσαι ἅπερ αἰτῶ.

EXAVDI ME IN TVA IVSTITIA.] CHRYSOSTOMI. Quid facis ô homo? In progressu dicis: *Ne intres in iudicium cum seruo tuo*. Et: *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Et: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*. Hîc autem rogas vt sicut iustum est exaudiaris. Quid est ergo quod dicitur? Iustitiam hoc loco vocat clementiam: atque id multis in locis videre quis possit; idque iure optimo. Apud homines enim iustitia priuatur misericordiâ, apud Deum autem non ita,

Vers. 2. *Psal. 129, 3.* *Vers. 2.*

Iustitia pro clementia sæpè accipitur.

ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΜΟΥ ΕΝ ΤΗ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΣΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί ποιεῖς ἄνθρωπε; προϊὼν λέγεις· ὅτι μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου. καὶ· ἐὰν ἁμαρτίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; καὶ· οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. ἐνταῦθα δὲ ἀξιοῖς κατὰ τὸ δίκαιον ἀκουσθῆναι. τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; δικαιοσύνην ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν λέγει· καὶ πολλαχοῦ ἴδοι τις ἂν καὶ μάλα εἰκότως. παρὰ μὲν γὰρ ἀνθρώποις τὸ δίκαιον ἀπεστέρηται τοῦ ἐλέους, παρὰ δὲ τῷ Θεῷ οὐχ οὕτως,

ἀλλ'

ἀλλ᾽ ἀναμέμικ]) τῷ δικαίῳ καὶ ἔλεος, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι. σκόπει γοῦν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ πόσον μὲν ἦν ἔλεος, πόσον δὲ τὸ δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ ἀπεπνίγησαν, ἀλλ᾽ οὐ τὴν ἀξίαν δίκην ἔδοσαν. μὴ γάρ μοι τὸν ὄγκον ἴδῃς τῶν ὑδάτων, μηδὲ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, μηδὲ τὴν οἰκουμένην ἄβυσσον γινομένην. τί γὰρ τοῦτο πρὸς τοὺς ἀπολωλότας; ταῦτα γὰρ δύναται φόβον ἔχειν ὑπέρογκον· τιμωρίαν δὲ τοῖς τελευτηκόσιν οὐδεμίαν ἐπάγει. οἱ γὰρ οὐκ αἰσθανόμενοι τῶν γινομένων πῶς ἐκολάζοντο; ὧν καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὰ τῆς ἀπωλείας αὐτοῖς ἐγίνετο, καὶ τὸν σύντομον καὶ κουφότατον ὑπέμενον θάνατον, καὶ πυρὸς, καὶ ξίφους, καὶ ἀγχόνης καὶ βασάνων δυσκολώτερον, καὶ ἀλυπότερον. ὥστε ὄψιν μᾶλλον τιμωρίας ἢ πεῖραν εἶχε τὰ γινόμενα· καὶ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον παρανομήσαντες, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὰ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν εὕροντο, καὶ τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν· εἴγε τιμωρίαν αὐτὴν καλεῖν δεῖ τὸ τῆς φύσεως χρέος. εἶδες πόση ἡ φιλανθρωπία; βούλει καὶ ἑτέρωθεν ἰδεῖν; οὐκ εὐθέως αὐτὴν ἐπήγαγεν, ἀλλὰ προεῖπε καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, καὶ διὰ τῆς λάρνακος αὐτοῖς διελέγετο, τοσαύταις ἡμέραις κατ᾽ ἐνώπιον αὐτῶν σκευαζομένης· οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως τῶν ἀτόπων ἐνέδωκαν πράξεων. τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, τιμωρία, τοὺς κακίᾳ φθειρομένους, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνασπῶντας, καὶ καταισχύνοντας, καὶ καταισχυνομένους, ἀπαλλάξαι τῆς τοιαύτης λύμης; καὶ πόσῳ ταῦτα τοῦ κατακλυσθῆναι χαλεπώτερον εἰσφέρει τὴν κόλασιν; παντὶ μὲν λόγῳ καὶ θαυμάζειν αὐτὸν καὶ δοξάζειν ἐπὶ τούτῳ χρή· δυοῖν δὲ ἕνεκα μάλιστα· ὅτι μίαν ἔδωκε σύντομον, καὶ τὴν νομὴν ἔκοψε, καὶ ἀνώδυνον τὴν ἰατρείαν ἐπέθηκε. μὴ γὰρ τοῦτό σε θορυβείτω, ὅτι ἀθρόον πάντες κατεποντίσθησαν. τί γὰρ διαφέρει τοῦτο, τοῦ κατὰ μικρόν; τί γὰρ τὸν ἀπελθόντα ὠφελεῖ, τὸ καθ᾽ ἑαυτόν; ἢ βλάπτει, τὸ μετὰ πάντων;

β´. Μη εισελθης εις κρισιν μετα του δουλου σου.] Ὠριγενους. Ἐπὰν κρίνηται μετὰ τοῦ ἀνθρώπου ὁ κύριος, καὶ λέγῃ· Λαός μου τί ἐποίησά σοι, ἢ τί ἐλύπησά σε; οὐδεὶς ζῶν δικαιωθήσεται. ἐνώπιον μὲν γὰρ κυρίου οὐ δικαιωθήσεται πᾶς ζῶν· ἐνώπιον

CATENA PATRVM. *Gen. 7. 1.*

sed iustitiæ quoque admixta est misericordia, adeò vt etiam ipsa iustitia vocetur clementia. Considera igitur in diluuio quanta quidem fuerit misericordia, quanta item iustitia. Et enim suffocati fuerint, non dederunt ta[n] pœnas quas meruerant. Non enim mihi [mo]lem aquarum respexeris, neque dieru[m] multitudinem, neque orbem terræ qui [tu]nc erat abyssus. Quid hoc enim refert [eo]rum qui perierunt? Hæc enim possunt qu[i]m grauem timorem incutere: ijs autem [qui] mortui sunt nullum supplicium afferunt. [Qu]omodo enim punirentur qui quæ fiunt [no]n sentiunt? quorum etiam breui tempo[ris] momento interitus accidit, breuemqu[e] leuissimam mortem sustinuerunt, & ... & ense, & laqueo & tormentis facilior[em], & longè minùs molestam. Quare spe[ciem] potiùs supplicij quàm experientiam h[abe]bant ea quæ fiebant: & qui per totam vi[tam] iniquè se gesserant, breuissimo tempor[is m]omento interitum suum inuenerunt, & [pœ]nas dederunt: siquidem naturæ debitu[m v]ocandum sit supplicium. Vidisti quant[a] clementia? Vis etiam eam aliunde vider[e]? Non eam statim intulit, sed & semel & b[is] & sæpè illam prædixit, etiam per arcam ips[os] eos allocutus est, dum tot diebus in co[nsp]ectu ipsorum fabricaretur: illi verò ne quidem absurdas suas actiones inhibebant. [H]occine est ergo, dic mihi, supplicium, eos [qu]i vitijs erant corrupti, & naturæ leges fun[d]itus conuellebant, & alter alterum dedeco[r]e afficiebant, & afficiebantur, ab eiusmodi exitio liberare? Et quantò hæc ipso diluuio grauius irrogant supplicium? Omni quidem ratione idcircò ipsum & admirari & glorificare oportet; duabus autem maximè de causis: quòd nempe breuem sectionem adhibuerit, & serpens malum resciderit, & medicinam quæ dolorem mitigaret admouerit. Ne te ergo hic conturbet, quòd omnes repentè submersi sint. Quid enim refert an sic, an paulatim? Quid eum qui excessit iuuat, quòd per se ac [s]olus? aut lædit, quòd cum omnibus excesserit?

2. Non intres in ivdicivm cvm servo tvo.] Origenis. Quando Dominus cum homine iudicio contenderit, dixeritque: Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristaui te? nemo viuens iustificabitur. Siquidem in conspectu Domin[i] non iustificabitur omnis viuens; in conspectu autem

Nemo iustificatur compositus Deo.

CATENA PATRVM.

autem hominum non solùm iniquorum, verùm etiam iustorum quandoque. Rationes autem cur non iustificentur congruenter subiungit hoc versu: *Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cùm iudicaris.*

Psal. 50.

ANONYMI. Quid autem dico meipsum, aut hunc & illum. Non est homo in terra qui à te iudicatus iustificari possit.

3. QVI PERSECVTVS EST INIMICVS ANIMAM MEAM. CHRYSOSTOMI. Potest quidem secundùm anagogen diabolus intelligi: ille enim numquam cessat persequi: quomodo igitur liberabimur ab eius persecutione? si locum inuenerimus in quem non possit ingredi. Et quisnam est ille locus? Quis alius quàm cælum? Quoniam autem nunc non potest in cælum ascendi, audi Paulum dicentem, quòd etiam carni implicati possumus illic versari: *Quæ sursum sunt sapite*, inquit, *vbi Christus est*. Item: *Nostra conuersatio in cælis est.*

Refugium nostrum in cælum est.

Coloss. 3, 2. Philip. 3, 20.

HVMILIAVIT IN TERRA VITAM MEAM.] ORIGENIS. Sicut tentare dicitur Deus & diabolus; ita alibi quidem, *Humiliasti nos in loco afflictionis*: hîc verò, *Humiliauit in terra vitam meam*, scilicet inimicus. Postmodum humiliat in terra vitam illius, cuius animam persecutus fuit; & tandem demum collocat ipsum in obscuris sicut mortuos sæculi. Sunt enim aliqui qui quidem mortui sunt, nequaquam autem per sæculum mortui; qui nempe non totum sæculum in mortalitate exigunt.

Psal. 43, 21.

CHRYSOSTOMI. Multa significat nomen humilitatis. Est enim & virtutis humilitas; vt quando dicit, *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet*. Est & humilitas quæ procedit ex calamitatibus: est & quæ proficiscitur ex peccatis: hîc autem eam significat quæ oritur ex calamitatibus. Quocircà etiam subiunxit illud, *in terra vitam meam*. Est etiam humilitas quæ procedit ex superbia; vt quando dicit, *Qui se exaltat humiliabitur*. Est etiam alia humilitas quæ proficiscitur ex insatiabili cupiditate. Quid est enim abiectius & humilius ijs qui seipsos infodiunt diuitijs, potentiæ & gloriæ inani? Ij enim sunt dupliciter humiles; & quòd humi serpant, & quòd ea magna existiment. Discamus ergo quæ sit vera altitudo, & quid vilitatem efficiat. Nihil enim æquè facit excelsum,

Humilitas multiplex.

Psal. 50, 19.

Lucæ 14, 11.

δὲ ἀνθρώπων οὐ μόνον ἀδίκων, ἀλλὰ καὶ ἄλλων δικαίων ἐσθότε. τὰ δὲ αἴτια μὴ δικαιῶσθαι ἐπιφέρει συνῳδὰ τῷ στίχῳ τούτῳ· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί δὲ λέγω ἐμαυτὸν, καὶ τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα. Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς ὃς παρὰ σοῦ κρινόμενος δικαιωθῆναι δύναται.

γ'. ΟΤΙ ΚΑΤΕΔΙΩΞΕΝ Ο ΕΧΘΡΟΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔστι μὲν κατ' ἀναγωγὴν καὶ τὸν διάβολον εἰπεῖν· οὐ παύεται γὰρ ἐκεῖνος διώκων· πῶς οὖν ἀπαλλαγείημεν τοῦ διώκεσθαι; εἰ τόπον εὕροιμεν, ἔνθα εἰσελθεῖν οὐ δύναται. καὶ ποῖος ἐστιν οὗτος ὁ τόπος; ποῖος δὲ ἕτερος ἀλλ' ἢ ὁ οὐρανός; καὶ πῶς δυνατὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι νῦν; Ἄκουσον Παύλου λέγοντος, ὅτι καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένοι δυνάμεθα διάγειν αὐτόθι· τὰ ἄνω φρονεῖτέ, φησιν, οὗ ὁ Χριστός ἐστι. καὶ· ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει.

ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΕΝ ΕΙΣ ΓΗΝ ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς πειράζειν λέγεται ὁ θεὸς καὶ ὁ διάβολος· οὕτως ἀλλαχοῦ μὲν, ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως· ἐνθάδε δὲ, ἐταπείνωσεν εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, δηλονότι ὁ ἐχθρός. μετὰ τοῦτο ταπεινοῖ εἰς γῆν τὴν ζωὴν τούτου, οὗ κατεδίωξε τὴν ψυχὴν· καὶ τελευταῖον καθίζει αὐτὸν ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος. εἰσὶ γάρ τινες νεκροὶ μὲν, οὐχὶ δὲ δι' αἰῶνος νεκροὶ· οἵτινες οὐχ ὅλον [illegible] διαπράττουσιν ἐν τῇ νεκρότητι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολλὰ σημαίνει ταπεινώσεως τὸ ὄνομα. Ἔστι γὰρ καὶ ἀρετῆς ταπείνωσις· ὡς ὅταν λέγῃ, Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Ἔστι καὶ ἀπὸ συμφορῶν ταπείνωσις· ἔστι καὶ ἀπὸ ἁμαρτημάτων· ἐνταῦθα μέντοι τὴν ἀπὸ τῶν συμφορῶν λέγει. διὸ καὶ ἐπήγαγε τὸ, εἰς γῆν τὴν ζωήν μου. ἔστι ταπείνωσις καὶ ἐξ ἀπονοίας· ὡς ὅταν λέγῃ, ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. ἔστι καὶ ἑτέρα ταπείνωσις ἡ ἀπὸ τῆς ἀπληστίας. τί γὰρ ταπεινότερον τῶν κατορυττόντων ἑαυτοὺς ἐν πλούτῳ, καὶ δυναστείαις καὶ δόξαις πεφυσημένων; διπλῶς γάρ εἰσι ταπεινοί· ὅτι τε χαμαὶ σύρονται, καὶ ὅτι μεγάλα ταῦτα νομίζουσι. μάθωμεν τοίνυν ὅπερ ἐστὶν ὕψος ἀληθές, καὶ τί εὐτέλειαν ἐργάζεται. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑψηλὸν, ὡς

Digitized by Google

ὡς τὸ τούτων ὑπερορᾶν ποιεῖ. ἀλλὰ νῦν ὁ προφήτης τὴν ἀπὸ συμφορῶν λέγει ταπείνωσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διπλῆν λέγει τὴν συμφορὰν, ὅτι τε ἐν σκοτεινοῖς, καὶ ὡς νεκροὺς αἰῶνος ἐκάθισε, τὴν αἰχμαλωσίαν αἰνιττόμενος. ἐπειδὴ γάρ ἐστι καὶ ἐν σκοτεινοῖς λύχνον ἅψαντα διαβλέψαι· μετ᾽ ἐπιτάσεως βουλόμενος δεῖξαι τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν, καὶ τῷ ὀνόματι τῶν νεκρῶν ὤγκωσε τὴν τραγῳδίαν.

δ΄. ΚΑΙ ΗΚΗΔΙΑΣΕΝ ΕΠ ΕΜΕ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐδὲν, φησι, διαφέρω νεκροῦ ἐν σκότει καθειργμένου, ἐληλαμένος, καὶ ἐν ἐρήμοις χωρίοις διάγειν ἠναγκασμένος· τούτου χάριν ἀκηδίας τε ἀθυμίας πολλῆς καὶ ἀχθηδόνος ἐμπέπλησμαι. πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν καλεῖ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτερος· περιειλεῖτο ἐπ᾽ ἐμὲ ἡ ψυχή μου. πάλιν τὴν ὑπερβολὴν τῆς θλίψεως διὰ τοῦ θορύβου τῆς διανοίας ἐμφαίνει. τί δέ ἐστιν ἐν ἐμοί; οὐδὲ εἰς ἄλλους, φησιν, ἐξενεγκεῖν εἶχον, καὶ λαβεῖν τινα παραμυθίαν.

ε΄. ΕΜΝΗΣΘΗΝ ΗΜΕΡΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῶν προτέρων, φησὶ, πονηρῶν τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος. καὶ πρῶτον ἐμελέτων ἐν πᾶσιν ἔργοις θεοῦ, εἶτα ἐν τοῖς ποιήμασι τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὰ αὕτη παράκλησις, τὸ τὰ πρότερα εἰδέναι καὶ τὰ παρόντα. ἐπειδὴ γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ὁ θεὸς τοῖς αὐτοῖς νόμοις διοικεῖ καὶ νῦν τε ἔμπροσθεν, μεγίστη παράκλησις πρὸς τὰ παρόντα τῶν παρελθόντων ἡ μνήμη. διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγε· μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται κύριος· ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει; καὶ ἄλλος· Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη;

ς΄. Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΩΣ ΓΗ ΑΝΥΔΡΟΣ ΣΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὕτω δέ σου διψῶ τὴν βοήθειαν, καθάπερ ἡ ἄνυδρος προσμένει τὸν ὑετόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος· ὡς γῆ διψῶσα πρὸς σὲ ἀεί. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διάψαλμα. τε ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις, τε ἐν πάσῃ καιρῶν διαφορᾷ τὴν ἴσην ἐπιδείκνυμαι σπουδὴν φησι. τί δέ ἐστιν, ὡς γῆ ἄνυδρός σοι; ὥσπερ ἐκείνη τοῦ ὑετοῦ, φησιν, ἐφίεται, οὕτως καὶ ἐγὼ τοῦ παρὰ σοί εἶ[ναι]

ac ea despicere. Verùm Propheta nunc dicit humilitatem quæ oritur ex calamitatibus.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Duplicem dicit calamitatem, & quòd in obscuris, & quòd tamquam mortuos sçculi collocarit, captiuitatem significans. Cùm enim is qui in tenebris est videre possit si lucernam accenderit; volens cum exaggeratione malorum excessum declarare, addito mortuorum nomine auxit tragœdiam.

Tenebræ calamitatis symbolum.

4. ET ANXIATVS EST SVPER ME SPIRITVS MEVS.] ORIGENIS. Nihil, inquit, differo à mortuo in tenebris detento, cùm extorris exulem, & in desertis locis degere coactus sim: propereà magno mœrore & tristitia affectus sum. Spiritum namque hoc loco animam vocat.

CHRYSOSTOMI. Alius: *Circumagebatur in me anima mea.* Ostendit rursus summam afflictionem per animi perturbationem. Quid est autem *in me*? Ne alijs quidem, inquit, eam poteram enuntiare, & consolationem ab eis accipere.

5. MEMOR FVI DIERVM ANTIQVORVM.] ORIGENIS. Priorum, inquit, malorum sæculi præsentis. Et primùm meditabar in omnibus operibus Dei, deinde in facturis manuum eius.

CHRYSOSTOMI. Non est hæc parua consolatio, priora nosse & præsentia. Cùm enim, vt sic dicam, Deus ijsdem legibus & ea quæ nunc sunt & quæ priùs fuerunt administret, maxima est ad præsentia consolatio memoria præteritorum. Et ideò in alio quoque Psalmo dicit: *Numquid in æternum proijciet Dominus; aut in finem misericordiam suam abscindet?* Et alius: *Respicite ad antiquas generationes, & videte quis sperauerit in Dominum, & confusus sit?*

Præteritorum memoria est consolatio præsentium.

Psal. 76, 7.

Eccli. 2, 11.

6. ANIMA MEA SICVT TERRA SINE AQVA TIBI.] ORIGENIS. Sic autem tuum sitio auxilium, sicut arida terra imbrem expectat.

ANONYMI. Alius: *Sicut terra sitiens ad te semper.* Hoc est enim *Diapsalma.* Tam in calamitatibus, inquit, quàm in prosperitatibus, & in omnium temporum varietate ostendo semper studium æquale. Quid est autem, *Sicut terra sine aqua tibi?* Sicut illa, inquit, aquam desiderat, ita & ego perpetuò esse

Desiderium afflicti est simile sitienti.

 tecum.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

tecum. Hoc autem desiderium maximè auxit moles afflictionum: & ideò Deus eas permisit crescere, magnam suam ostendens prouidentiam: non solùm enim fecit creaturas, sed etiam factarum curam gerit, tam hominum quàm aliorum omnium quæ visu percipiuntur. Hoc itaque videns quoque Paulus dicebat: *In ipso viuimus, & mouemur, & sumus.* Et rursus: *Omnia in ipso constant.*

Act. 17, 28.
Coloss. 1, 17.

7. VELOCITER EXAVDI ME DOMINE.] ORIGENIS. Cùm supra modum anxiatur deficit spiritus hominis. Huic autem simile est illud, *In deficiendo ex me spiritum meum.*

Psal. 141, 3.

CHRYSOSTOMI. Quid dicis? vrges Medicum ad curationem? Nequaquam. Sed hic mos est animatum quæ affliguntur, quemadmodum & hominum laborantium accersere Medicos, etiamsi tempus non postulet adferre liberationem. Quocircà ipse quoque causam adijciens dicebat: *Defecit spiritus meus.*

8. AVDITAM FAC MIHI MANE MISERICORDIAM.] CHRYSOSTOMI. Vide afflictam & perturbatam animam: vult enim audiri ante experientiam, vt spe & expectatione erigatur. Resuscita me igitur, inquit, à peccato. Deinde etiam rationem addit ad hoc impetrandum dicens: *Quia in te speraui.* Nihil enim adeò requirit Deus, quàm vt ad eum perpetuò respiciamus.

NOTAM FAC MIHI DOMINE VIAM.] ORIGENIS. Potest hoc dicere de notitia viæ quæ ducit ad virtutem, vel quam quis post exitum incedit, quæ est via ligni vitæ, quam custodit Cherub cum flammea rhomphæa.

Via recta inquirenda duce Spiritu sancto.

EIVSDEM. Terra viuentium & terra recta eadem est: illa bona, ad quam Spiritus Dei bonus deducit eos qui hoc merentur. Hinc etiam spiritus dignitatem didicimus. Sicut enim Deus sic etiam spiritus nominatus est bonus: & quemadmodum Deum obsecrauit vt ipsum deduceret; sic etiam precatur vt Spiritus sancti ductum consequatur, vt nihil ipsi arduum & difficile appareat, sed rectam viam & planam atque ab errore liberam incedat.

11. EDVCES DE TRIBVLATIONE ANIMAM MEAM.] CHRYSOSTOMI. Non

δικαίως. μάλιστα δὲ ταύτης ἐπέτεινε τὴν ἐπιθυμίαν τῶν θλίψεων ὁ ὄγκος· διὸ καὶ ἀφῆκεν αὐτὰς ὁ θεὸς αὐξηθῆναι, τὴν πολλὴν πρόνοιαν ἐπιδεικνύμενος· οὐ γὰρ ἐποίησε τὰ κτίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ γενομένων ἐπιμελεῖται, καὶ ἀνθρώπων καὶ τῶν ὁρωμένων πάντων. τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Παῦλος ὁρῶν ἔλεγεν· Ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. καὶ πάλιν· ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκεν.

ζ΄. ΤΑΧΥ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΜΟΥ ΚΥΡΙΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπὶ πλεῖον ἀκηδιῶν ἐκλείπει τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. τούτῳ δὲ ὅμοιον τὸ, Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; ἐπείγεις τὸν ἰατρὸν πρὸς τὴν θεραπείαν; οὐδαμῶς. ἀλλ' ἔθος ταῖς θλιβομέναις ψυχαῖς, ὥσπερ καὶ τοῖς κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων παρακαλοῦσιν εἰσάγειν τοὺς ἰατροὺς, κἂν ὁ καιρὸς μὴ ἀπαιτῇ ἐπάγειν τὴν λύσιν. διὸ καὶ αὐτὸς τὴν αἰτίαν προστιθεὶς ἔλεγεν· ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου.

η΄. ΑΚΟΥΣΤΟΝ ΠΟΙΗΣΟΝ ΜΟΙ ΤΟ ΠΡΩΙ ΤΟ ΕΛΕΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα θλιβομένην ψυχὴν καὶ θορυβουμένην· πρὸ γὰρ τῆς πείρας ἀκοῦσαι βούλεται, ὥστε ταῖς ἐλπίσιν ὀρθωθῆναι καὶ τῇ προσδοκίᾳ. Ἀνάστησον τοίνυν με, φησὶν, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. εἶτα καὶ τὴν δικαιολογίαν τοῦ τυχεῖν προστίθησι λέγων· ὅτι σοὶ ἤλπισα. οὐδὲν γὰρ ὁ θεὸς οὕτως ἐπιζητεῖ, ὡς διηνεκῶς πρὸς αὐτὸν κεχηνέναι.

ΓΝΩΡΙΣΟΝ ΜΟΙ ΚΥΡΙΕ ΟΔΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύναται εἰπεῖν περὶ γνωρισμοῦ ὁδοῦ φερούσης ἐπ' ἀρετὴν, ἢ τῆς μετὰ τὴν ἔξοδον ἣν ὁδεύει τις, ἥτις ἐστὶν ὁδὸς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἣν φυλάσσει τὰ Χερουβὶμ καὶ φλογίνη ῥομφαία.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Γῆ ζώντων καὶ γῆ εὐθεῖα ἡ αὐτή ἐστιν· ἀγαθὴ, ἐφ' ἣν τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ πνεῦμα ὁδηγεῖ τοὺς ἀξίους. Καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀξίαν τοῦ πνεύματος ἐδιδάχθημεν. ὥσπερ γὰρ ὁ θεὸς οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ὠνόμασται ἀγαθόν· καὶ καθάπερ τὸν θεὸν ὁδηγῆσαι αὐτὸν ἱκετεύσας· οὕτω καὶ τῆς τοῦ πνεύματος ὁδηγίας ἀπολαῦσαι παρακαλεῖ, ὥστε μηδὲν αὐτῷ φανῆναι προσάντες μηδὲ δυσχερὲς, ἀλλ' εὐθεῖαν τὴν ὁδὸν ὁδεύειν καὶ λείαν καὶ πλάνης ἀπηλλαγμένην.

ια΄. ΕΞΑΞΕΙΣ ΕΚ ΘΛΙΨΕΩΣ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ

ἐπειδὴ

Digitized by Google

ἐπειδὴ ἐγώ, φησιν, ἄξιος, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν ἀπάλλαξόν με τῶν πολεμούντων, δὸς ἀναπνεῦσαι μικρὸν ἀπὸ τῆς θλίψεως. Ὅρα πάλιν τὴν αἰτίαν κειμένην. Οὐ γάρ ἐστιν ἁπλῶς ἐπιτυχεῖν τῶν αἰτήσεων, ἀλλὰ πανταχοῦ παρασκευάζειν ἑαυτοὺς ἀξίους χρὴ τοῦ λαμβάνειν ἅπερ αἰτοῦμεν, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέρειν, καὶ οὕτως προσιέναι. οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον τῆς εὐχῆς ἡ φύσις· ἐπεὶ καὶ Ἰουδαῖοι ηὔχοντο, καὶ ἤκουον· ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ Ἰουδαῖοι οὐκ ἠκούοντο, ὅπουγε καὶ Ἱερεμίας ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλῶν ἐπετιμᾶτο, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἀκούων· Μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ Ἱερεμίας; τὸν γὰρ Νῶε, καὶ τὸν Ἰὼβ, καὶ τὸν Δανιὴλ οὐδὲ υἱῶν προΐστασθαι, φησὶ κακῶς βιούντων. Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, μὴ μόνον εὐχώμεθα, ἀλλὰ μετὰ τῶν εὐχῶν ἀξίους ἑαυτοὺς παρασκευάσωμεν τοῦ λαβεῖν.

quoniam ego, inquit, dignus sum, sed propter tuam clementiam libera me ab ijs qui in me bellum gerunt, da vt ab afflictione aliquantulùm respirem. Vide hìc rursus adiectam causam. Non enim simplici ratione petitiones nostras consequi valemus, sed nos vndequaque præparare debemus vt digni euadamus qui postulatis potiamur, & quæ nostrarum partium sunt conferre, atque ita accedere. Non sufficit enim sola natura orationis; quandoquidem Iudæi quoque orabant, & audiebant: *Si multiplicaueritis preces, non exaudiam vos.* Et quid miraris, si Iudæi non exaudiebantur, cùm etiam Ieremias pro eis orans reprehendatur, & semel & bis audiat: Ne ores pro hoc populo, quoniam non exaudiam te. Et quid miraris, si Ieremias [non exauditur?] Nam neque Noë, neque Iob, neque Daniel filios suos protegent, si malè vixerint. Hæc ergo cùm sciamus, non solùm oremus, sed cum precibus quoque nos ita comparemus, vt simus digni qui accipiamus.

ANNOTATIONES CORDERII. *Oportet nos dignos exhibere vt exaudiamur.*

Isaiæ 1.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

In Hebræo solùm inscribitur *Psalmus David:* Septuaginta editionis Sixtinæ explicandi argumenti gratiâ addiderunt, Ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς καταδιώκει: *Quando eum filius persequebatur:* vbi Græcum Scholion hæc annotat, Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, ὅτι αὐτὸν ἐδίωκεν Ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ· οὔτε δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς ταύτην εὗρον προσθήκην· ἔχεται δὲ ὅμως τῆς ἀληθείας· αὐτὴν γὰρ ἔχει τὴν ὑπόθεσιν ὁ ψαλμός. id est: *In quibusdam exemplaribus inueni, quando eum persequebatur Absalom filius eius: sed neque apud Hebræum neque apud alios interpretes hanc inueni additionem: attamen inhæret veritati: nam hoc habet argumentum Psalmus.* Ecclesia autem hunc Psalmum numerat inter septem Pœnitentiales; quia David hìc exemplo suo præscribit formam precandi veris pœnitentibus. Orat enim vt sibi in extremum iam discrimen adducto Deus opem ferat, & in se sperantem è periculis eruat.

1. *Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua.*] Græcè est, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου: apud S. Chrysostomum alius vertit, ἐν τῇ πίστει σου, *in fide tua:* alius, ἐν τῇ βεβαιότητί σου, *in stabilitate tuâ.* id est, iuxta fidelitatem tuam quâ seruas promissa de remissione pœnitentibus danda. Quod autem addit, *Exaudi me in tua iustitia,* S. Chrysostomus in Catena citatus rectè monet eo loco *iustitiam* appellari φιλανθρωπίαν, *clementiam & humanitatem.* Nam apud homines quidem iustitia, inquit, pura est, & misericordiâ spoliatur, apud Deum non itidem, sed admixta semper iustitiæ est misericordia: & verè tanta, ὡς καὶ δικαιοσύνην φιλανθρωπίαν καλεῖσθαι, *vt ipsa etiam iustitia vocetur misericordia:* quasi scilicet iustitia idem planè quod misericordia sit in Deo.

Iustitia in Deo idem quod misericordia.

2. *Et non intres in iudicium cum seruo tuo.*] Nota cum Iansenio, Deum intrare cum aliquo in iudicium, non est Deum venire ad indicandum illum, & iudicem illius se exhibere; sed est Deum cum aliquo contendere, expostulare, & quasi aduersarij personam in iudicio suscipere. Id autem cùm sancti semper deprecentur, etiam Dauidi conueniebat: nam cùm à Saüle affligebatur, & cùm eum Absalom persequebatur, agnoscebat indubiè dignum se eis malis coram Deo, si Deus cum ipso contendere vellet, & omnes vitæ suæ actiones obseruare: quamuis vbique se innocentem prædicet in causa illa quæ erat illi cum Saüle & Absalomo.

Quid sit Deum cum aliquo intrare in iudicium.

Ibidem. *Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*] Id est (vt pulchrè exponit Bellarminus) Quia non ego solus, sed omnis viuens cadet causâ, si tecum iudicio contendere voluerit. Omnis enim viuens aut est peccator, aut iustus in via, aut iustus in patria. Qui peccatores sunt, vt homicidæ, adulteri, & similes, poterunt quidem iustificari coram hominibus, apud quos aliorum crimina sæpè occulta sunt, vel iuridicè probari non possunt: sed in conspectu Dei non iustificabuntur, quia Deus videt corda & conscientias, & ex ipsius conscientiæ testimonio conuincet eos. Qui iusti sunt, sed adhuc in via, non iustificabuntur in conspectu Dei; quoniam non audebunt se iustificare; sed cum Apostolo dicent: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui enim iudicat me Dominus est.* Fortassè enim ille videt in me quod

Quomodo nemo viuens iustificetur coram Deo.

1. Cor. 4.

ego

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ego non video. & cum Iobo dicere debeo: *Si habuero quidpiam iustum non respondebo, sed meum Iudicem deprecabor.* Item non iustificabuntur *in conspectu Dei*, quoniam intelligunt iustitiam suam non à se acquisitam, sed à Deo donatam esse; & ideò non se iustificabunt coram Deo, quasi ex se iusti sint, sed gratias agent iustificatori suo. Denique non iustificabuntur *in conspectu Dei*, quoniam etiamsi iusti sint, quia criminibus carent; tamen etiam peccatores esse intelliguntur, quia peccatis quotidianis non carent, & dicunt cum alijs sanctis: *Dimitte nobis debita nostra. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Qui iusti sunt in patria, & criminibus & peccatis non solùm carent, sed etiam inquinari non possunt, non iustificabuntur *in conspectu tuo*; tum quia iustitiam suam non sibi tribuunt, sed Deo, à quo illam habent; tum quia tanta est puritas Dei, vt comparatione eius omnis alia iustitia iniustitia esse videatur. *Stellæ enim non sunt mundæ in conspectu eius.* Ceterùm quoniam hæretici Lutherani & Caluiniani ex hoc loco probare contendunt nullam esse in homine iustificato veram iustitiam, sed solùm imputatitiam, & omnia opera iustorum esse peccata mortalia, & digna supplicio æterno, si à Deo imputarentur. Obseruandum est, Dauidem non dixisse, nullum esse verè iustum; sed contrà dixisse in alio Psalmo, *Et retribuet mihi Dominus secundùm iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo: & ero immaculatus cum eo*, &c. Item: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Neque hoc loco dixisse eumdem Dauidem, Nullus verè iustificabitur; sed, *Non iustificabitur in conspectu tuo.* quod intelligunt Patres: vel quia iustitia iustorum vera quidem est, sed ab ipsis non est quasi proprijs viribus acquisita, sed à Deo gratis donata. Ita S. Augustinus hoc loco: vel quia iustitia eorumdem iustorum vera, sed non pura est, cùm admixta sit peccatis venialibus. Ita S. Gregorius hoc loco, S. Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, & S. Augustinus in libro de Perfectione iustitiæ. Vel denique, quia etiamsi vera & pura esset absolutè, tamen comparata ad iustitiam Dei increatam & infinitam iustitia esse non videtur; quomodo lux lucernæ coram Sole non lucet. Ita S. Hilarius, S. Hieronymus, & alij hoc loco, & S. Bernardus Serm. 5. de verbis Isaiæ. Atque hoc est quod legimus in Iobo: *Numquid homo Dei comparatione iustificabitur?* Item: *Vere scio quod ita sit, & quod non iustificabitur homo compositus Deo.* In quem locum vide S. Augustinum in libro ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas cap. 10.

Iob 9. — Math. 6. — 1. Ioan. 1. — Iob 25. — Psal. 17. — Psal. 118, 1. — Iob 4. — Iob 9.

3. *Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.*] Sic in Threnis dicitur: *In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos.* Per *mortuos* autem *sæculi* hoc loco intelligi possunt peccatores huius mundi, qui cùm tenebris & horroribus internis præ tentationum multitudine & grauitate conscientiam obtenebratam & spiritus lumen obnubilatum habeant, in perpetuis degunt obscuritatibus. Aut intelligi possunt mortui à sæculo, qui olim in præteritis generationibus quasi à sæculo & mundi initio sunt mortui, quorum non est vlla ampliùs memoria. Et huic sensui consonat B. Hieronymi versio ex Hebræo, quæ habet *mortuos antiquos*, id est olim mortuos. Aut per *sæculum* intellige infelix illud damnatorum habitaculum, seu locum inferni, in quo omnes qui mortui sunt ad vitam non resurgent ampliùs. Vel *mortuos sæculi* accipe eos qui secundùm iudicium huius mundi condemnati in obscuris locis seruantur ad mortem. Est autem hic primus salutis gradus, vt agnoscat se collocatum in tenebris, & in terra vitam suam depressam; hoc est, vt agnoscat peccata sua. Secundus, ne ob eam metu iudicij diuini intra se turbetur. Vnde rectè sequitur: *Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.* Tertius verò, ne nimiâ turbatione desperet, vt antiquas Dei miserationes peccatoribus frequenter exhibitas in memoriam reuocet; atque ex his quarto loco mentem suam per fiduciam erigens, & animam & manus ad Deum per orationem subleuet, vti sequentibus versibus ait.

Thren. 3. — *Peccatores in obscuro versantur.*

6. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.*] Sicut enim terra sine aqua sterilis redditur, nec alimenta mortalibus necessaria fructificat; ita anima spirituali feruore velut rore pluuiâque priuata ferè nullum fructum virtutis emittit. Quam animæ sterilitatem Regius hymnorum Cantor hoc loco deplorat, & in loco magnæ ac luctuosæ calamitatis reponit. Mulcta illa olim grauissima fuit habita, quam Theodosius Imperator Antiochiæ imposuit, & de qua Chrysostomus Hom. 14. ad Populum pro concione non exiguo animi dolore disseruit. Ob statuas enim euersas populari seditione iussit occludi obstruique balneas omnes in amplissima & refertissima ciuitate, ne ciuis vllus aquâ illâ iucundâ frueretur; vnde necesse fuit corpus magnis & diuturnis sordibus obsolescere. Ita cùm Summus Imperator fletus pij vsuram negat, cum Dauide omnes rerum spiritualium Magistri putant, salutaris illius aquæ penuriam esse pœnam animæ non exiguam, meliusque recognoscunt spiritualium aquarum copiam verè munus esse diuinum, & earumdem fontem sacrum è cælo peti oportere.

Anima deuotione spoliata est sicut terra sine aqua.

8. *Auditam fac mihi manè misericordiam tuam.*] Id est, Fac vt à me audiatur, fac me audire, fac me percipere ac persentire intra me misericordiam tuam. Potest etiam auditus accipi specialiter, sed spiritualiter, vt postulet homo afflictus vocem diuinæ consolationis & miserationis Dei interiùs loquentis auribus spiritualibus exaudire, iuxta illud: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Postulat enim vt dicatur sibi à Domino, Dimissa sunt tibi peccata tua, Vade in pace, Fides tua te saluam fecit, & alia huiusmodi diuinæ consolationis verba: quæ sicut olim in carne locutus legitur Christus Dominus, peccatorum dimissor & infirmatum curator; ita etiam nunc in cordibus pœnitentium & humilium loquitur per singulos dies. Aut generaliter accipi poterit pro percipere, vel cognoscere, vel intelligere; quemadmodum frequenter etiam verbum *videre* solet accipi. Sicque postulat afflictus cognoscere, sentire, experiri & percipere Dei misericordiam, quam omnibus rebus anteponit.

Psal. 53.

10. *Doce*

Digitized by Google

Non prodest scire voluntatem Dei, nisi eam facias.

10. *Doce me facere voluntatem tuam.*] Non ait, Doce me voluntatem tuam; sed, Doce me facere. Id est, Verba tua firmiter hæreant menti & sensui meo, donec me ad opus ipsum perducant. Nam nosse verbum Dei, & statim obliuioni mandare antequam opere expleatur, nihil omnino est, & non tantùm nihil commodi inducit; sed plurimum affert detrimenti.

IBIDEM. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.*] Græcè est, Ὁδηγήσει με ἐν τῇ εὐθείᾳ: S. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 16. legit *in viam rectam:* & ita est in Psalterio Romano & Arabico: in ceteris libris Græcis est ἐν γῇ εὐθείᾳ, & in Latinis *in terram rectam.* Apud S. Chrysostomum alius habet διὰ γῆς ὁμαλῆς, *per terram planam.* Pulchrè ad hunc locum noster Aluarez de Paz Tomo 2. de Perfectione lib. 1. partis 1. cap. 13. Verè, inquit, Domine non deduxit me spiritus hominis in terram hanc: nam iste sibi relictus, potiùs solet à tuo obsequiò diuellere, & ad sæcularia trahere. Non deduxit me spiritus Angeli, qui potest quidem bonum suadere, non tamen persuadere, nec voluntatem sine gratia tua ad boni consensum inclinare. Sed deduxit me spiritus tuus, qui illæso manente libero arbitrio instinctibus & auxilijs suis potens est corda hominum conuertere quocumque voluerit. Spiritus autem iste tuus Spiritus sanctus est: nam idem Propheta ait: *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Spiritus vitæ est, cùm scriptum sit: *Spiritus vitæ erat in rotis.* Spiritus Domini mei est: *Et requiescet super eum Spiritus Domini.* Spiritus veritatis est: sub quo nomine fuit anteà promissus: *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Sed hic vocatur *spiritus tuus bonus*; quoniam hæc vocatio, hæc deductio mea, opus est infinitæ bonitatis omnia alia comprehendens. Spiritus bonus & sanctus tuus vocauit me; quia ad sanctitatem vocauit. Spiritus bonus & vitæ excitauit me; quoniam à peccati morte ad gratiæ vitam excitauit. Spiritus bonus Domini deduxit me; quoniam vt fidelis essem seruus adduxit. Spiritus bonus & verus erudiuit me; quoniam ad falsitatem odio habendam & veritatem diligendam erudiuit. Hic Spiritus tuus bonus, sanctus, viuus & verus eduxit me à terra in qua eram ad terram ad quam nondum perueneram. Eram ego in hac lacrymarum valle in terra de qua scriptum est, *Terra erat inanis & vacua*; vel, vt alius transtulit, *inuisibilis & incomposita.* Nónne inanis? siquidem rebus suis numquam nos satiat. Nónne vacua? quandoquidem discessit ab ea bonitas & veritas. Nónne inuisibilis, & obscura fallacijs, dolis & technis? In qua diligimur, sed propter lucrum; honoramur exteriùs, sed in corde contemnimur; laudamur præsentes, & vituperijs absentes afficimur. Nónne incomposita atque deformis peccatorum deformitate atque fuligine? *Quia non est veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Nónne bonorum vacua est illa terra? cuius memoriam faciens Ieremias ait, *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile cæli recessit.* Virtutum vacua est, nihil in ea repetitur quod animo satisfaciat: aliorum rectores orbati luce & sapientiâ ad regendum; & potentes stabilitate & constantiâ priuati sunt. Inter multos homines vix vnum inuenimus hominem, qui scilicet ratione & non passione se gubernet. Inter multos sapientes vix vnus sapiens, qui cogitatione ac desiderio ad cælestia se efferat. Ab hac misera terra euocasti me Domine, & deduxisti me in terram rectam, in statum hunc rectitudinis, ad omnem virtutem exhortantem, omnem viam sanctitatis docentem: in terram rectam, quæ rectâ & sine vllis ambagibus tendit in cælum: in terram rectam, quæ tota imitatio quædam est iustitiæ tuæ, quam homo factus verbo & exemplo monstrasti: in terram rectam, quæ omnem obliquitatem vitiorum fugit, omnem curuitatem peccatorum auersatur, & eorum animorum, de quibus dictum est, *Recti diligunt te*, ferax est. In hac autem terra recta constitutum propter nomen tuum viuificabis me. *Quæ enim mea opera* (inquit S. Augustinus) *sine tuo adiutorio computantur? vnde impetrarem, dignusque essem deduci à spiritu tuo in terram rectam? Quæ opera mea, vel quæ merita mea? nisi quòd propter temetipsum & propter bonitatem tuam deduxisti me, vt gratiâ tuâ & iustitiâ tuâ viuificares me. Deduxisti me in terram hanc, vt gratiâ viuificatum donis tuis cumulares, & centuplum pro his quæ tui causâ in terra non recta reliqueram redderes*, &c.

Solus Dei spiritus bonus deducit nos in terram perfectionis ac bonitatis.

Psal. 50, 13.
Ezech. 1, 20.
Isa. 11, 2.
Ioan. 16, 13.

ANNOTATIONES CORDERII.
Gen. 1.
Osee 4, 1.
Ier. 4, 23.
Cant. 1, 3.

IN PSALMVM CXLIII. ARGVMENTVM.

α΄. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ πρὸς τὸν Γολιάθ.

1. * Psalmus ipsi Dauid ad Goliath.

* *Vulgata* Psalmus Dauid aduersus

Ἔν τισι μὲν ἡ ἐπιγραφὴ αὕτη, καθὸ χωρὶς πανοπλίας ἀνεῖλε τὸν Γολιὰθ ἐλπίδι τῇ πρὸς θεόν. ἢ δεξάμενος ἐν τῷ προλαβόντι λύτρωσιν ἐχθρῶν; ὡς ἤδη τυχὼν εὐχαριστεῖ ἐν τούτῳ. Ἄλλος ἐκ προσώπου εἰρῆσθαι τῶν Μακκαβαίων φησί, νενικηκότων μὲν, πλὴν αἰτούντων τελείαν ἀπαλλαγήν· ἄλλος, ἐκ τῶν μετ

In quibusdam quidem est hæc inscriptio, Quomodo sine armis Goliath interfecerit spe in Deum fretus. Vel cùm in præcedenti Psalmo rogasset vt ab hostibus liberaretur, tamquam id consecutus modò gratias agit. Alius ait hunc ex persona Macchabæorum dictatum esse, qui quidem vicerant, sed perfectam libertatem postulabant: alius, ex per-

Huius Psalmi triplex applicatio & expositio.

Digitized by Google

sona illorum qui post reditum belligerabant cum iis qui templi ædificationem impediebant. Docet autem ne ob prosperitatem inimicorum excruciemur, si propter Dei longanimitatem prosperè agant, speremus in Deum, & misericordiam eius præstolemur.

τὴν ἐπάνοδον πολεμούντων τοῖς κωλύουσι τὴν τοῦ ναοῦ οἰκοδομήν. διδάσκει δὲ μὴ διακναίεσθαι ἐπὶ εὐπραγίᾳ ἐχθρῶν, εἰ διὰ μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ εὐπραγοῖεν, ἀλλ᾽ ἐλπίζειν εἰς Θεὸν, καὶ περιμένειν τὸ ἔλεος. ὅρα δὲ ὅτι λέγει δειχθήσεσθαι κάθοδον Χριστοῦ τὴν ἐξ οὐρανοῦ.

Vide autem quomodo dicat Christi è cælo descensum fore manifestandum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

BENEDICTVS Dominus Deus meus,

Tamquam ex persona Macchabæorum hæc dicit. Deinde etiam hymni causam subiungunt.

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ κύριος ὁ θεός μου,

Ὡς ἐκ προσώπου τῶν Μακκαβαίων ταῦτά φησι. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ ὕμνου ἐπιφέρουσιν.

Explicatio Psalmi ex persona Macchabæorum.

Qui docet manus meas ad prælium, * digitos meos ad bellum.

* Vulgata addit &

Videntur plurimâ belli peritiâ vsi in victoria contra Duces exercitus Antiochi; verùm nequaquam hanc sibi attribuunt, sed Deo, ostendentes neque peritiam in bellis prodesse, nisi adfuerit supernum auxilium.

Ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον.

Φαίνονται ἐμπειρίᾳ κεχρημένοι πολεμικῇ πλήσει ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν· ἀλλ᾽ οὐκ ἑαυτοῖς ταύτην ἀνατιθέασιν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ, δεικνῦντες ὡς οὐδὲ ἐμπειρία ἐν πολέμοις ὠφελεῖ, μὴ τυχόντα τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς.

2. Misericordia mea & refugium meum:

Hæc autem, inquit, præbuit mihi Deus per clementiam suam, quia ad ipsum confugi.

β΄. Ἔλεός μου καὶ καταφυγή μου·

Παρέχει δέ μοι, φησὶ, ταῦτα Θεὸς διὰ φιλανθρωπίαν ἰδίαν, ἐπειδὴ ἐπ᾽ αὐτὸν καταπέφευγον.

Susceptor meus, & liberator meus:

Propter hanc, inquit, causam etiam suscepit me, & liberauit me.

Ἀντιλήπτωρ μου, καὶ ῥύστης μου·

Διὰ ταύτην, φησὶ, τὴν αἰτίαν καὶ ἀντελάβετό μου, καὶ ἐρρύσατό με.

Protector meus, & in ipso speraui:

Et cùm, inquit, me protexerit in tempore opportuno, non desino in ipsum sperare.

Ὑπερασπιστής μου, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ ἤλπισα·

Καὶ ἐπειδὴ, φησὶν, ὑπερήσπισέ μου ἐν δέοντι καιρῷ, οὐκ ἀφίσταμαι τοῦ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν.

Qui subdit populum meum sub me.

Iure merito Macchabæi gratias agunt de populi subactione. Macchabæus enim non erat Rex, vt Regni necessitudine ipsi sponte subijcerentur; sed cùm ipsis consuluisset vt pro lege bellum gererent, & commilitonibus suis id persuasisset, sentiens non esse humanæ facultatis tam multis de

Macchabæi humilitas.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ἐπ᾽ ἐμέ.

Δικαίως εὐχαριστοῦσιν οἱ Μακκαβαῖοι ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τοῦ λαοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἦν ὁ Μακκαβαῖος βασιλεὺς, ἵνα ἑκόντες αὐτῷ ὑποτάξωσιν ἀνάγκῃ τῆς βασιλείας· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ συνεβούλευεν ἐκείνοις ὑπὲρ τοῦ νόμου πολεμεῖν, ἐπείθοντο δὲ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, αἰσθόμενος ὡς οὐκ ἦν δυνάμεως ἀνθρωπίνης τοσούτους πείθειν

ὑπὲρ

ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τὴν αἰτίαν τῷ θεῷ ἀνατίθησιν. οὕτω γοῦν ἐντελίζων ἑαυτὸν οὕτω φησί·

γ'. Κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι λογίζῃ αὐτῷ;

Τί γάρ εἰμι, φησὶν, ἐγὼ, ἢ τί ὁ πατήρ ὁ ἐμὸς, ὅτι τοσοῦτόν μοι δῆμον ὑποτάττεις, ὥστε ὑπακούειν μου ἐν τοῖς ἀναγκαίοις. οὕτω γὰρ πείθονται ὡσανεὶ τοῦ θεοῦ ἐπιθέντος τὰ προστάγματα.

δ'. Ἄνθρωπος ματαιότητι ὁμοιώθη·

Καὶ καθόλου μὲν γάρ, φησι, πᾶς ἄνθρωπος οὐδέν ἐστι. τὸ γὰρ ὀλίγον τοῦ βίου, καὶ τὰς διπραγίας τοῦ τοιούτου, εἴπερ ἄρα καὶ γένοιντο, ἀφανεῖς, ἐργάζεται τῷ τάχει τῆς μεταβολῆς. ὅθεν τὸ ὀλιγοχρόνιον ἐπιφέρει αἰνιττόμενος·

Αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσιν.

Οὐκ ἦν βέλτιον εἰπεῖν τὸ τῆς ζωῆς ὀλιγοχρόνιον ἢ παρεικάσαι αὐτὸ σκιᾷ, ἐν τῇ ῥοπῇ τοῦ κινουμένου καὶ γινομένη καὶ ἀπογινομένη. ἀλλ' ὅμως, φησὶ, τοιούτων ἡμῶν ὄντων, ἐξαιρέτως μοι μεγάλα καὶ φοβερὰ παρέχειν ἐν τῇ κατὰ τῶν πολεμίων παρατάξει. λοιπὸν γὰρ διηγεῖται ἐντεῦθεν τὴν νίκην τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, σχηματίζων ποικίλως τοῦ θεοῦ τὸ κατόρθωμα. καὶ ἐπιφέρει·

έ. Κύριε κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι· ἅψαι τῶν ὀρέων, καὶ καπνισθήσονται.

Πάντα ταῦτα ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅπως ἐνίκησεν ὁ θεὸς, πρῶτον μὲν, φησι, πολεμούντων ἡμῶν τρόπον τινὰ ἔκλινας τὸν οὐρανὸν, καὶ κατέβης, καὶ ἅμα τε τοῖς ὄρεσιν ἐπέβης· καὶ ὡς ὑπὸ πυρὸς ἐκεῖνα καπνιζόμενα πολὺν τὸν φόβον εἰς τοὺς πολεμίους περιέπεμπον. εἶτα ἐκεῖθεν, φησι, ἀντὶ βελῶν ἀστραπαῖς ἐκέχρησο. ἐπιφέρει γάρ·

ς'. Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς· ἐξαπόστειλον τὰ βέλη σου, καὶ συνταράξεις αὐτούς.

Ἐκεῖθέν, φησιν, ἐκ τῶν ὀρέων οὕτως εἰς τοὺς πολεμίους ἐξαπέστειλας τὰ βέλη τὰ διὰ τῶν

populo hoc persuadere, causam Deo attribuit. Sic itaque semetipsum deprimens ait hoc modo:

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

Quid enim, inquit, ego sum, vel quid pater meus, quòd tantum populum mihi subijcias, vt in rebus necessarijs mihi obediant. Sic enim persuasum habent quasi Deus ipsis præcepta iniungat.

4. Homo vanitati similis factus est:

Et vniuersim quidem, inquit, omnis homo nihil est. Vitæ enim breuitas, etiam prosperitates eius, si fortè quæ fuerint, abolet vicissitudinis celeritate. Vnde temporis breuitatem insinuans subiungit:

Vitæ huius breuitas & vanitas.

Dies eius sicut vmbra prætereunt.

Non poterat meliùs vitæ breuitatem describere quàm eam vmbræ comparando, quæ in mouentis nutu & fit & definit. Attamen, inquit, cùm nos tales simus, eximiè magna & terribilia mihi præbuit in acie aduersùs hostes. Hinc enim deinceps Dei victoriam describit, vti etiam in Psalmo decimo septimo, insigne Dei facinus diuersimodè figurans. & subdit:

Descriptio victoriæ Dei pro Macchabæis.

5. Domine inclina cælos *, & descende: tange montes, & fumigabunt.

*Vulgata addit tuos

Hæc omnia secundùm tempus immutata sunt. Vult enim dicere: Quando vicit Deus, primùm quidem, inquit, nobis bellum gerentibus cælum quodammodò inclinasti, & descendisti, ac simul montes ascendisti: qui quasi igne fumigantes magnum terrorem hostibus incusserunt. Deinde, inquit, pro sagittis vsus est fulgetris. subdit enim:

6. Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Inde, inquit, ex montibus ita in hostes sagittas per fulgura emisisti, vt aduersa-

PARAPHRASIS ANONYMI.

rij nostri eas minimè ferentes dissiparentur, & conturbarentur, & in infirmitatem inciderent.

7. Emitte manum tuam * ex alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.

* Vulgata de

Inde, inquit, ex alto hostes quidem eiecisti; me verò de hostium multitudine tamquam ex aquis multis prodigioso modo liberasti. Aquas enim more solito rursus vocat multitudinem.

8. Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Liberasti me, inquit, de inimicis qui semper magna contra me iactabant, nec iactabant tantùm, verùm etiam re ipsâ iniquitatem demonstrabant. Non enim ego ipsos inuasi, sed ipsi me, templo patriâque me eijcere satagentes.

9. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Ceterùm, inquit, cùm à talibus me liberaueris, & modo tam inusitato opem mihi tuleris, necesse est vt & ego nouis hymnis vtar ad insigne hoc facinus declarandum. Vtar autem, inquit, instrumentis tibi congruentibus.

10. Qui das salutem Regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno,

Celebrabo te, inquit, Domine, quia per nos qui vicimus ritus patrij restituentur, & more solito habituri sumus Reges ex Dauide oriundos. In nobis enim victoribus Dauidis Regnum instaurabitur.

11. Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum,

Quæ igitur iam præbuisti, inquit, Domine stabilias in finem, perfectam nobis victoriam concedendo. Vnde etiam conduplicat versus, & ait:

Quorum os locutum est vani-

ἀστραπῶν, ὥστε τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν οὐ φρένας σκορπίζεσθαι, καὶ ταράττεσθαι, καὶ εἰς ἀσθένειαν καταπίπτειν.

ζ΄. Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων.

Ἐκεῖθεν, φησὶν, ἐκ τοῦ ὕψους τοὺς μὲν πολεμίους ἔβαλλες· ἐμὲ δὲ ὡς ἐξ ὑδάτων πολλῶν τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων παραδόξως ἐῤῥύου. ὕδατα γὰρ πάλιν τὰ πλήθη λέγει συνήθως.

η΄. Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας.

Ἐῤῥύσω με, φησὶ, πολεμίων τῶν ἀεὶ μεγάλα καυχωμένων κατ' ἐμοῦ, καὶ οὐ μόνον καυχωμένων, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ δεικνύντων τὴν ἀδικίαν. οὐ γὰρ ἐγὼ αὐτοῖς ἐπῆλθον, ἀλλὰ ἐκεῖνοι ἐμοὶ, τοῦ ναοῦ με καὶ τῆς πατρίας ἐκβάλλειν σπουδάζοντες.

θ΄. Ὁ θεὸς ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι· ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι.

Ἀλλ' ἐπειδὴ, φησι, τοιούτων με ἀπήλλαξας, καὶ οὕτω καινοπρεπῶς ἐβοήθησας, ἀνάγκην ἔχω κἀγὼ καινοῖς τοῖς ὕμνοις χρήσασθαι εἰς τὴν τοῦ κατορθώματος δεῖξιν. χρήσομαι δὲ, φησιν, ὀργάνοις τοῖς ἁρμόζουσι.

ι΄. Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσιν· τῷ λυτρουμένῳ Δαβὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς,

Ὑμνήσω σε, φησὶ, δέσποτα, ὅτι πάλιν δι' ἡμῶν νικησάντων ἀνακτᾶσθαι τὰ πάτρια, καὶ μέλλομεν ἔχειν συνήθως βασιλέας τοὺς ἐκ τοῦ Δαβίδ. ἐν ἡμῖν γὰρ νικῶσιν ἀνακαινίζεται τοῦ Δαβὶδ ἡ βασιλεία.

ια΄. Ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων,

Ἃ οὖν παρέσχες ἤδη, φησὶ, δέσποτα βεβαίωσον εἰς τέλος, τελείαν ἡμῖν τὴν νίκην χαριζόμενος. ὅθεν καὶ διπλασιάζει τοὺς στίχους, καί φησιν·

Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα·

Digitized by Google

τητα· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας·

Ἀπὸ γὰρ τοῦ διηγήματος παρωδικῶς τὰ κατὰ τοὺς ὕμνους, καὶ εἰπὼν, ὅθεν ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀναλαμβάνει τὴν ἀκολουθίαν, καὶ φησὶν, ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιβʹ. Ὧν οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν.

Μάλιστα γάρ, φησι, διὰ τοῦτό με ἀπάλλαξον αὐτῶν, ὅτι καὶ ἀδικοῦντες εὐθυνοῦσι, καὶ εὐφραίνονται ἐπὶ τέκνων κτήσεσιν, υἱῶν τε καὶ θυγατέρων διαδεχομένων τῶν προγόνων τὰς εὐπραγίας, καὶ οὐδαμοῦ διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐγκοπτομένων. εἰπὼν γοῦν, οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν, ἐπάγει·

Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι· περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ.

Ἀντὶ τοῦ ὡς ναός. ὁμοίωμα γὰρ ναοῦ ναὸν λέγει. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἄρρενες ἀναπηδῶσιν ἐν ἀνδρείᾳ φυτῶν δίκην, αἱ δὲ θήλειαι κοσμοῦνται τοὺς ναοὺς νικῶσαι.

ιγʹ. Τὰ ταμιεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο.

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ἐπὶ τέκνων κτήσει σεμνύνονται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλήθει τῶν ἐπιτηδείων. καὶ καλῶς τὸ ἐξερευγόμενα εἶπεν, ὡς ἂν δείξειεν πάντα αὐτοῖς τὰ ὄρεια ἀποπεπληρωμένα, ὡς μόλις καὶ τὰς θύρας ἀνοίγεσθαι.

Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν· αἱ βόες αὐτῶν παχεῖς.

Προβάτων δέ, φησι, καὶ βόων τοσαύτη παρ' αὐτοῖς εὐφορία, ὥστε καὶ τοὺς ἄγαν πολυκτήμονας νικᾶσθαι.

ιδʹ. Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν.

Φραγμὸν τὴν ἀσφάλειαν αὐτῶν καλεῖ. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι πανταχόθεν εἰσὶν ἠσφαλισμένοι, καὶ εὐθυνοῦντες διὰ τέκνων, διὰ καρπῶν, διὰ προβάτων, καὶ βοῶν, καὶ οὐδαμόθεν αὐτοῖς οὐδὲν ἀτύχημα ἀναφύεται, οὐδὲ ὡς

tatem: & dextera eorum dextera iniquitatis:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Cùm enim per enarrationem quæ ad laudes spectant inseruisset, & dixisset, Vnde *canticum nouum cantabo tibi*, &c. resumit sequelam, & ait, *Quorum os locutum est vanitatem*, &c.

12. Quorum filij sicut nouellæ plantationes * constabilitæ in iuuentute sua.

* Abest à Vulgata.

Præcipuè enim, inquit, idcircò me libera ab ijs, quia etiam dum iniurias inferunt prosperantur, & lætantur in liberorum possessionibus, dum & filij & filiæ in maiorum suorum res prosperas succedunt, & propter iniquitatem nequaquã extirpantur. Cùm itaque dixisset, *Filij* eorum *sicut nouellæ plantationes constabilitæ in iuuentute sua*, subiungit:

Impiorum prosperitas temporalis.

Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.

Id est sicut templum. Similitudinem enim templi templum vocat. Vult igitur dicere, quòd masculi quidem exiliant in fortitudine instar plantarum, femellæ verò ornentur ita vt templa superent.

13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

Non solùm autem, inquit, in liberorum possessione gloriantur, sed etiam in copia rerum opportunarum. Et pulchrè dixit *eructantia*, vt ostenderet omnia ipsi cellaria esse repleta, vt vix etiam ostia possint aperiri.

Oues eorum fœtosæ, * multiplicantes in egressibus suis: boues eorum crassæ.

* Vulgata abundantes

Ouium autem, inquit, & boum tanta est apud ipsos fertilitas, vt etiam valdè opulentos superent.

14. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Maceriem seu sepem vocat eorum securitatem. Vult nimirum dicere, quòd vndique tuti sint, & abundent liberis, frugibus, ouibus, & bobus, & nullum ipsis infortunium oboriatur, neque in

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

plateis eorum veluti super mortuo aliquo clamor vllus edatur: ita, inquit, in omnibus benè illis euenit.

ἐπὶ ἀποθανόντος τινὸς κραυγὴ γίνηται ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν· οὕτω διὰ πάντων, φησὶν, ἐπιτυγχάνουσιν.

15. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.

Ita vt, inquit, plurimi insipientes ipsam etiam impietatem beatam pronuntient, siquidem talia suis afferat. Verùm ipsos quidem, inquit, in istiusmodi cogitationes eorum opinio iure merito inducit. Mihi autem, inquit, absit vt tales beatos dicam, quantumuis prosperè egerint; sed quos potiùs subiungit:

ιε. Ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστιν.

Ὥστε, φησὶ, πολλοὺς τῶν ἀνοήτων καὶ μακαρίζειν τὴν ἀσέβειαν, εἴγε τοιαῦτα παρέχει τοῖς ἰδίοις. ἀλλ' ἐκείνους μὲν, φησιν, ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἐννοίας ἡ αὐτῶν δικαίως ἄγει ὑπόνοια. ἐμοὶ δὲ, φησι, μὴ γένοιτο τοὺς τοιούτους μακαρίζειν, κἂν διευπραγῶσιν· ἀλλὰ τίνας μᾶλλον ἐπάγει·

Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Μακάριος ὁ λαὸς, οὗ κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Expositio Psalmi ex persona Dauidis contra Goliath.

Psal. 25, 8.

1. BENEDICTVS DOMINVS DEVS MEVS.] Gratias agit Deo de victoria contra Goliath: ipse enim erat auctor victoriæ; quapropter etiam canens dixit, *Dominus potens in prælio.* Vide autem ipsum rursus rogare vt à clementia seruetur; ait enim, *Misericordia mea & refugium meum.* Atque hoc ipsum, inquit, quòd misericordiam adeptus sum ab ipso habeo. Ceterùm spem in ipsum assiduè versat, docens omnes ne malis succumbant. Propter misericordiam eius, inquit, & quia ad ipsum confugi, suscepit me, & liberauit me. Et quid posteà? *Qui subdit populum meum sub me.* Nam hîc etiam superno auxilio opus est, vt qui ditioni subiecti sunt acquiescant, & nec seditionem agitent, nec insurgant. Non solùm ergo in subiugandis inimicis, sed etiam in suis subijciendis & in officio continendis valdè opus est præsidio superno. Suos enim benè regere non minus est quàm inimicos superare. Ceterùm secundùm argumenta superiùs allata, alius quidem ad Zorobabelem hoc retulit; alius verò ad Macchabæos, qui pro populi subiectione gratias agant.

Tam ad subditos benè regendos quàm ad hostes debellandos opus est auxilio Dei.

α. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] Εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ Γολιάθ· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ τῆς νίκης αἴτιος· διὸ καὶ ᾄδων ἔλεγε, κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. Ὅρα δὲ πάλιν αὐτὸν ἀπὸ φιλανθρωπίας ἀξιοῦντα σώζεσθαι· φησὶ γὰρ, Ἔλεός μου καὶ καταφυγή μου. καὶ αὐτό, φησι, τοῦτο τὸ ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ ἔχω. συνεχῶς δὲ περιστρέφει τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν, παιδεύων ἅπαντας μὴ βαπτίζεσθαι τοῖς δεινοῖς. διὰ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, φησι, καὶ ὅτι ἐπ' αὐτὸν κατέφυγον, ἀντελάβετό μου, καὶ ἐρρύσατό με. καὶ τί πρὸς τούτοις; ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμέ. καὶ γὰρ κἀνταῦθα τῆς ἄνωθεν χρεία ῥοπῆς, ὥστε εἶναι τοὺς ὑπηκόους, καὶ μὴ στασιάζειν, μηδὲ ἐξανίστασθαι. οὐκ ἄρα ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ὑποταγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν οἰκείων πολλῆς δεῖ τῆς ἄνωθεν συναντιλήψεως. καὶ τὸ τοὺς οἰκείους γὰρ εὖ διαθεῖναι οὐκ ἔλαττον τοῦ τῶν ἐχθρῶν περιγενέσθαι. Κατὰ δὲ τὰς ἄνωθεν ὑποθέσεις, ὁ μὲν εἰς Ζοροβάβελ τοῦτο εἴρηκεν ἁρμόζειν· ὁ δὲ εἰς τοὺς Μακκαβαίους, εὐχαριστοῦντας ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τοῦ λαοῦ.

3. DOMINE QVID EST HOMO, QVIA INNOTVISTI EI?] Symmachus, *Quia cognosceris ab eo.* Magnum ergo quempiam esse oportet qui sit Deum cogniturus, vel potiùs qui ab ipso sit cognoscendus. Optimè autem dixerunt Septuaginta, ostendentes nos non eum inuenisse, sed ipsum nos. Nam Christus quoque

Magnum est Deum nosse & ab eo cognosci.

γ. ΚΥΡΙΕ ΤΙ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΟΤΙ ΕΓΝΩΣΘΗΣ ΑΥΤΩ;] Ὁ Σύμμαχος, ὅτι γνωρίζῃ αὐτῷ. Μέγαν ἄρα χρὴ εἶναι τὸν μέλλοντα τὸν θεὸν γνωρίζειν, μᾶλλον δὲ γνωρίζεσθαι παρ' αὐτοῦ. Ἄριστα δὲ οἱ ἑβδομήκοντα εἰρήκασι, δεικνύντες ὅτι οὐχ ἡμεῖς εὕρομεν αὐτὸν, ἀλλ' ἐκεῖνος ἡμᾶς. καὶ γὰρ ὁ Χριστός

φησιν,

Digitized by Google

φησιν, οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς. τίς οὖν ἐστιν, ὅτι τῆς σῆς κατηξίωται γνώσεως, ὅτι τῆς σῆς φροντίδος; ὃ γὰρ λογίζῃ, φροντίς ἐστιν. εἶτα τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον δεικνὺς, Ἄνθρωπός, φησι, ματαιότητι ὡμοιώθη· ἄλλος, ἀτμῷ. ἀντὶ τοῦ, ἐπίκηρος, πρόσκαιρος, βραχύς. ματαιότητι γοῦν ὡμοιώθη τουτέστι τῷ μηδενὶ ἀπείκασται· ἐπεὶ τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν στάσιμον, οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ πάντα παραρρεῖ. τί δέ ἐστιν ὡσεὶ σκιά; ὅτι οὐδὲ ἡνίκα πάρεισιν ἰσχύν τινα ἔχουσι, ἀλλὰ ταχέως ἀφίπτανται. σχηματίζων δὲ ποικίλως τοῦ θεοῦ κατορθώματα ἐπιφέρει·

ε. Κυριε κλινον ουρανους, και καταβηθι.] Ἕτερος· κλίναντός σου οὐρανοὺς, καὶ καταβάντος, καὶ ἁψαμένου τῶν ὀρέων, ἐκαπνίσθη. Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία τῶν ῥημάτων; πολλὴ μὲν οὖν, καὶ σφόδρα ἐχομένη τῶν προτέρων. ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης εὐτελείας διελέχθη, καὶ τὸ οὐδαμινὸν τῆς φύσεως παρέστησεν, ἐντεῦθεν πάλιν καταστέλλει φλεγμαινόντων τὴν ἀπόνοιαν. ἔδει μὲν, φησιν, αὐτοὺς συνιδεῖν τῆς φύσεως ἀφ' ἑαυτῶν τὴν εὐτέλειαν· ἐπεὶ δὲ οὐ βούλονται, ἀλλὰ μεγαλοφρονοῦσι, δεῖξον ἀπὸ τῶν σῶν ἔργων πόσου ταπεινότητός εἰσιν ἀπῳκισμένοι. καὶ κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. οὐχ ἐπειδὴ ὁ θεὸς καταβαίνει (πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ παρών;) ἀλλ' ἵνα διὰ τῶν ἀνθρωπίνων λέξεων τοὺς παχυτέρους ἐκπλήξῃ, ἀνθρωπινώτερον διαλέγεται. ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς ἁφῆς εἰ καὶ δοκεῖ μέγα εἶναι, ἀλλὰ πολὺ τοῦ θεοῦ τῆς ἀξίας καταδεέστερον. οὐ γὰρ ἁφῆς ὁ θεὸς χρείαν ἔχει, ἵνα καπνίσῃ τὰ ὄρη, μᾶλλον δὲ οὐδὲ νεύματος, ἀλλὰ βουλῆς καὶ θελήσεως. εἰπὼν τοίνυν περὶ τῆς εὐτελείας τοῦ ἀνθρώπου, λέγει καὶ περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ. Ἀστραπὴν δὲ καὶ βέλη τὰς τιμωρίας καλεῖ, ἀπὸ τῶν ἤδη γνωρίμων τὸν καταφρονητὴν πείθων τρέμειν, καὶ δεδοικέναι καὶ ὑποκύπτειν. ἢ βέλη μὲν λιμοὺς καὶ λοιμούς· σκηπτοὺς δὲ τὰς πολυειδεῖς τιμωρίας· χεῖρα δὲ τὴν βοήθειαν τὴν συμμαχίαν λέγει. οὐ γὰρ πρὸς τὸ κολάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ σώζειν ἀπηρτισμένη ἡ δύναμις. καὶ ὕδατα δὲ τὴν ἄτακτον τῶν πολεμίων ἔφοδον καλεῖ, ὡς συγκεχυμένην, καὶ πολλῇ τῇ ῥύμῃ φερομένην. ὅτι γὰρ οὐ περὶ ὑδάτων ὁ λόγος ἐπήγαγεν· ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. υἱοὺς δὲ ἀλλοτρίους, ὡς ἡγοῦμαι, λέγει τοὺς τῆς ἀληθείας ἀποξενωμένους.

ait, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Quis igitur est, quòd notitiâ tuâ, quòd curâ tuâ dignus sit habitus? quòd enim reputes eum, hoc curæ est. Deinde naturæ fragilitatem ostendens, *Homo*, inquit, *vanitati similis factus est:* alius, *vapori.* id est, caducus, temporaneus, interitui obnoxius. Vanitati igitur similis factus est; id est nihilo assimilatus: quandoquidem rerum humanarum nihil est stabile, nihil firmum, sed omnia præterfluunt. Quid autem est *sicut vmbra?* Quia nimirum ne quidem quando adsunt vim vllam habent, sed celeriter auolant. Porrò præclara Dei facta variè describens subiungit:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ioan. 15.

Homo caducus & fragilis.

5. Domine inclina cælos, et descende.] Alius: *Cùm inclinasses cælos tuos, & descendisses, & tetigisses montes, fumauerunt.* Et quænam est hæc verborum consequentia? Magna certè, & quæ valdè cohæret prioribus. Cùm enim de vilitate humana locutus fuisset, & quàm naturâ suâ nihili sit ostendisset, hîc rursus tumidorũ reprimit arrogantiam. Oportebat quidem, inquit, ipsos ex seipsis perspicere naturæ vilitatem; sed quoniam nolunt, sed superbè se gerunt, ex tuis factis ostende ad quantam humilitatem res eorum redactę sint. *Et inclina cælos, & descende.* Non quòd Deus descendat (quomodo enim qui vbique pręsens est?) sed vt per huiusmodi humanas dictiones terreat rudiores, humano more loquitur. Nam contrectatio etsi magnum quid esse videtur, multò certè est Dei dignitate inferius. Non enim opus habet Deus cõtrectatione, vt montes faciat fumigare, imò verò ne nutu quidem, sed consilio tantùm ac voluntate. Postquam ergo dixit de vilitate hominis, dicit ętiam de Dei potentia, quantum id ab homine fieri potest. Fulgur autem & sagittas appellat supplicia, ex ijs quæ iam nota sunt persuadens contemptori tremere, ac vereri ac se submittere. Vel sagittas quidem pestes & fames; fulgura autem multiplicia suppliciorũ genera; manum verò opem & auxilium appellat. Non solùm enim ad puniendum, sed etiam ad conseruandum parata est Dei potentia. Quin & aquas insolentem hostium irruptionem vocat, vtpote cõfusam, & quæ magno impetu feratur. Quòd enim non de aquis ipsi sermo sit subiunxit: *De manu filiorũ alienorum.* Filios autẽ alienos, vti arbitror, dicit eos qui à veritate sunt alienati.

Dei voluntas adquidlibet sufficit.

Quid per fulgur & sagittas ac manum Dei intelligatur.

Scelerati dicuntur filij alieni.

Ceterùm

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ceterùm videamus quales dicat. *Quorum os* [inquit] *locutum est vanitatem*. Vidisti quosnam dicat alienos? Eos nempe qui viuunt in scelere, qui amant iniquitatem, qui stulta loquuntur, qui ceruicem erigunt. Agnosce ergo illos è fructibus eorum, ex sermonibus, ex operibus. *Et dextera eorum dextera iniquitatis*. Quid hoc possit esse grauius, quàm quæ data est in auxilium eam ad insidias conuertere? Dextera enim eorum, inquit, nihil dexterum operatur, sed iniquitatis instrumentum apparuit.

9. DEVS CANTICVM NOVVM CANTABO TIBI.] Quoniam dixerat, *Emitte manum tuam, & disperge illos*, profitetur se quoque ei daturum remunerationem, non quæ illi profutura, sed ipsimet offerenti lucrum allatura sit. Si autem hoc sit paruum, collatum cum beneficij magnitudine: atqui dedit id quod habuit. Quænam autem est ea remuneratio? Hymnus, inquit, nouus, quia nouâ ratione nobis opem tulisti, etiam solitis instrumentis tibi gratias agam. Sed tunc quidem instrumenta erant quibus canebant: decachordum autem propter decalogum: cuilibet enim è decem præceptis erat chorda assignata. Nunc autem pro instrumentis possumus vti corpore. Possumus enim per oculos canere, & per manus, & pedes, & aures; quando vnumquodque eorum ea facit quæ Deo gloriam afferunt: vtpote quando oculus non impudicè respexerit: quando manus non ad rapinam, sed ad eleëmosynam se extenderint: quando ad Psalmos excipiendos aures fuerint paratæ: quando pedes ad Ecclesiam cucurrerint: quando cor non dolos struit, sed charitate scatet, tunc membra nostra fiunt psalterium & cithara.

Quomodo hymnus nouus Deo spiritaliter afferendus.

Quomodo membra nostra fiant psalterium & cithara.

10. QVI DAS SALVTEM REGIBVS] Non enim castra neque satellites, sed Dei auxilium seruare consueuit. Deinde cùm dixisset id quod commune est, ait id quod ad se spectat. Non dixit autem *Qui redemit*, sed *Qui redimit*; ostendens perpetuam eius prouidentiam. Vel dicit eos qui ex Dauid diuersis temporibus regnauerant. Deinde postquam interposuerat ea quæ ad laudes faciunt, rursus petit ea quæ priùs, assiduè rogans vt ab improbis hominibus liberetur, dicens, *Libera me, & eripe me*, &c. Non frustrà autem vsus est repetitione, sed per hanc enarrationem volens Dei auxilium attrahere.

Solius Dei auxilium seruat.

Ἴδωμεν δὲ τίνας φησίν. ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα. εἶδες τίνας φησὶν ἀλλοτρίους; τοὺς ἐν πονηρίᾳ συζῶντας, τοὺς ἀδικίας ἐρῶντας, τοὺς ἀνόητα φθεγγομένους, καὶ μεγαλαυχοῦντας. ἐπιγίνωσκε οὖν τούτους ἐκ τῶν καρπῶν, ἐκ τῶν λόγων, ἐκ τῶν ἔργων. καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. τί τούτου χαλεπώτερον, τὴν εἰς βοήθειαν διδομένην εἰς ἐπιβουλὴν τρέπειν; ἡ γὰρ δεξιά, φησίν, αὐτῶν οὐδὲν ἐργάζεται δεξιὸν, ἀλλ' ἀδικίας ὑπῆρξεν ὄργανον.

θ'. Ο ΘΕΟΣ ΩΔΗΝ ΚΑΙΝΗΝ ΑΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] Ἐπεὶ εἶπεν, Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ σκόρπισον ἐκείνους, ἐπαγγέλλεται καὶ ἀμοιβὰς ἀμοιβὴν, οὐ τὴν ἐκείνῳ προσήκουσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτῷ τῷ προσφέροντι κέρδος φέρουσαν. εἰ δὲ μικρὸν τοῦτο, πρὸς τὸ τῆς εὐεργεσίας μέγεθος· ἀλλ' ὅπερ ἔχει. τίς δὲ ἡ ἀμοιβή; ὕμνος, φησὶ, καινὸς, ἐφ' οἷς καινοπρεπῶς ἐβοήθησας, καὶ δι' ὀργάνων τῶν συνήθων εὐχαριστήσω σοι. ἀλλὰ τότε μὲν ὄργανα. ἦν δι' ὧν ᾖδον· δεκάχορδον δὲ διὰ τὴν δεκάλογον· ἑκάστῃ γὰρ τῶν δέκα ἐντολῶν χορδὴ ἀποκεκλήρωτο. νῦν δὲ ἀντὶ ὀργάνων κεχρῆσθαι ἔξεστι τῷ σώματι. ἔστι γὰρ καὶ δι' ὀφθαλμῶν ᾄδειν, καὶ διὰ χειρῶν, καὶ ποδῶν, καὶ ἀκοῆς· ὅταν ἕκαστον τούτων ταῦτα πράττῃ ἃ τῷ Θεῷ φέρει δόξαν· ὡς ὅταν ὀφθαλμὸς μὴ ἀκόλαστα βλέπῃ· ὅταν μὴ πρὸς ἁρπαγὰς αἱ χεῖρες ἐκτείνωνται, ἀλλὰ πρὸς ἐλεημοσύνην· ὅται πρὸς ψαλμῶν ἀκοὴν ὦσιν αἱ ἀκοαὶ παρεσκευασμέναι· ὅταν πρὸς ἐκκλησίαν οἱ πόδες τρέχωσιν· ὅταν ἡ καρδία μὴ ῥάπτῃ δόλους, ἀλλὰ ἀγάπην βρύῃ, τότε τὰ μέλη ἡμῶν γίνεται ψαλτήριον καὶ κιθάρα.

ι'. ΤΩ ΔΙΔΟΝΤΙ ΤΗΝ ΣΩΤΗΡΙΑΝ ΤΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ.] Οὐ γὰρ στρατόπεδα οὐδὲ σωματοφύλακες, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ ῥοπὴ σώζειν εἴωθεν. εἶτα εἰπὼν τὸ κοινὸν, λέγει τὸ καθ' ἑαυτόν. Οὐκ εἶπε δὲ τῷ λυτρωσαμένῳ, ἀλλὰ τῷ λυτρουμένῳ· διηνεκῆ δεικνὺς αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν. ἢ τοὺς ἐκ Δαβὶδ λέγει βασιλεύσαντας κατὰ διαφόρους καιρούς. εἶτα παρενθεὶς τὰ κατὰ τοὺς ὕμνους, πάλιν αἰτεῖ ἃ ἔμπροσθεν, συνεχῶς παρακαλῶν ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων, λέγων, Ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με, καὶ ἑξῆς. οὐ μάτην δὲ τῇ ταυτολογίᾳ ἐχρήσατο, ἀλλὰ βουλόμενος διὰ τῆς διηγήσεως εἰς ἐπικουρίαν ἑλκῦσαι τὸν Θεόν.

παρὰ

παρὰ σοῦ γάρ, φησι, ἔχοντες τὴν ἀφθονίαν, ἐφόδιον ἔχουσι ἀδικίας τὴν εὐπραξίαν. διὰ τοῦτο οὖν, φησι, ἀπάλλαξόν με αὐτῶν· ὅτι καὶ ἀδικοῦντες εὐθυνοῦσι. διὰ γὰρ τοῦ, ὧν οἱ υἱοὶ, καὶ τῶν ἑξῆς, τὰς εὐπραγίας διαγράφει τὰς κοσμικὰς καὶ τὸν πλοῦτον· καὶ τίθησιν ὅπερ ἐστὶ πρῶτον, τὸ παῖδας ἔχειν σφριγῶντας καὶ ἀκμάζοντας. καὶ οὐκ ἐν υἱοῖς μόνον ἡ εὐπραγία, ἀλλὰ καὶ ἐν θυγατράσιν. ἐνταῦθα δὲ μετὰ τῆς νεότητος τὴν πολλὴν χλιδὴν ἐπιδείκνυται, καὶ τὰ κρήδεμνα αὐτῶν καὶ τὸν γυναικεῖον ὑπογράφει κόσμον. τὸ ὡς ὁμοίωμα ναοῦ· ἀντὶ τοῦ, ὡς ναὸς κεκοσμημένος. τοῦτον γάρ ἐστι τὸ κομματικὸν καὶ ἑταιρικόν. ἔπειτα ὃ δεύτερον εἶναι δοκεῖ, νῦν δὲ πρῶτον, τὸν πλοῦτον ὑπογράφει λέγων·

ιγ'. ΤΑ ΤΑΜΙΕΙΑ ΑΥΤΩΝ ΠΛΗΡΗ.] Τί δέ ἐστιν ἐξερευγόμενα; τουτέστι στενοχωρούμενα. οἷον· ἀχώρητός ἐστι τοῖς ταμείοις ὁ πλοῦτος, μεμεστωμένα τὰ ὡρεῖα, πίονα δὲ αὐτῶν καὶ πολύγονα τὰ κτήνη, καὶ οἱ βόες λιπῶντες. ἐν τούτοις γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις τὸ εὔδαιμον, πρὶν τὴν νῦν ἐπελθεῖν βλακείαν. ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἀπολαύει τῆς φυλακῆς καὶ ἐπιμελείας τὰ ἐν ἀγροῖς, καὶ οὔτε φραγμοῦ κατάπτωσις, οὔτε διέξοδος πάντων τετειχισμένων· εἰρήνη δὲ πολλὴ καὶ ἀσφάλεια, καὶ οὐδεὶς ὁ ἐπιβουλεύων, οὐδεὶς ὁ πολεμῶν, ἀλλὰ διὰ πάντων εὐθυνοῦσι, καὶ οὐδαμόθεν αὐτοῖς οὐδὲν ἀτύχημα φύεται. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Οὔτε διακοπὴ, οὔτε ἐκφορὰ, οὔτε κωκυτὸς ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν. οἷον· ὡς ἐπὶ ἀποθανόντος τινὸς κραυγή. εἶτα θεὶς πάντα τὸν πλοῦτον, καὶ ἐπελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ τὴν ψῆφον τῶν πολλῶν θεὶς, διὰ τοῦ εἰπεῖν· ὅτι ἐμακάρισαν τὸν λαὸν ᾧ ταῦτά ἐστι. τίνες; οἱ ἀνόητοι, οἱ ἀσύνετοι πάντως. οὐδὲν δὲ οὗτος ἀνθρώπινον πάσχει, ἀλλὰ πάντα παραδραμὼν, ἐπὶ τὸν ἀληθῆ θησαυρὸν τὸν μακαρισμὸν ἐκτείνει. οἱ μὲν ἄλλοι, φησὶν, ἐμακάρισαν τοὺς ταῦτα ἔχοντας, οἱ τρυφῇ καὶ πλούτῳ τὴν εὐκληρίαν ὁριζόμενοι. ἐγὼ δὲ μακαρίζω τὸν λαὸν, οὗ κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, ὁ ὑπ' αὐτοῦ προμηθούμενος. Ἄλλος· Τοὺς ὁμοίους οἱ ὅμοιοι μακαρίζουσιν ἡδονῇ τὰ πράγματα κρίνοντες· ἐγὼ δὲ εὔχομαι μὲν ἀφ' ὧν ταῦτά εἰσι ῥυσθῆναι, μερίδα δὲ ἔχειν τὸν θεόν.

Qui enim, inquit, à te rerum obtinent abundantiam, pro viatico iniquitatis habent prosperitatem. Idcircò igitur, inquit, libera me ab ijs: quoniam etiam illi qui iniquè agunt prosperantur. Nam per illud, *Quorum filÿ*, & quæ sequuntur, prosperitates describit mundanas & diuitias: & ponit id quod est primum, habere filios florentes & adolescentes. Et non sola felicitas erat in filijs, verùm etiam in filiabus. Hîc autem vnà cum iuuentute multum luxum ostendit, & vittas earum & mundum muliebrem describit. Illud *Sicut similitudo templi:* id est, Sicut templum ornatum. Huiusmodi enim est fucus & ars meretricia. Deinde id quod quidem secundum esse videtur, nunc autem primum est, describit diuitias dicens:

13. PROMPTVARIA EORVM PLENA.] Quid autem est *eructantia?* Id est coangustata. q.d. Diuitiæ non possunt capi à penuarijs, repleta sunt horrea, pinguia autem & fœcunda sunt pecora eorum, & boues crassæ. In his enim apud antiquos felicitas consistebat, priusquam moderna mollities & inertia inualuisset. Quin & ea quæ in agris sunt magnâ sæpè curâ & custodiâ coluntur, vt neque seps concidat, neque transitus sit per ea quæ septo munita sunt: sed magna pax atque securitas est, & nemo qui insidietur, nemo qui bellum moueat, sed in omnibus prosperè agunt, nec ex vlla parte ipsis accidit infortunium. Symmachus autem ait: *Neque percussio, nec funeris elatio, neque vlulatus in plateis eorum.* v. g. Sicut clamor aut vociferatio super mortuo aliquo. Deinde postquam omnes diuitias posuit, & verbo recensuit, & sententiam plurimorum retulit, dicendo: Quoniam *beatum dixerunt populum cui hæc sunt.* Quinam illi? vtique imprudentes, & prorsus insipientes. Verùm hic nil humani patitur, sed omnibus prætermissis, ad verum thesaurum suam extendit beatitudinem. Alij quidem, inquit, eos qui hæc habent beatos esse dixerunt, qui nempe delicijs & diuitijs felicitatem determinant. Ego autem beatum existimo populum, *cuius Dominus Deus eius:* hoc est, cui ab illo prouidetur. Alius: Similes sui similes beatos prædicant voluptate res metientes; ego verò opto ab his quibus hæc sunt liberari, partem verò habere Deum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Mundana felicitas in quibus sita sit.

Vera beatitudo in solo Deo.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Expositio Psalmi ex persona Zorobabel de Gentibus post reductionem superatis.

Ezech. 38. 8.

ORIGENIS. Psalmus hoc habet argumentum. De Gentibus quę post reditum è Babylone in Iudæos insurrexerunt multi Vates meminerunt, ceteris autem copiosiùs diuinus Ezechiël. Illic enim cum multis alijs dicit: *Et à diebus plurimis præparaberis, & venies in terram auersam à gladio, congregata ex populis multis super terram Israël, quæ facta est deserta omnino. Et ipsi de Gentibus egreßi sunt, & habitant in pace omnes isti, & ascendet sicut pluuia, & veniet sicut tempestas & sicut nubes ad operiendam terram; & cades tu, & omnes qui circa te, & Gentes multæ tecum.* Deinde post multa edocet mortis modum: *Et conuocabo super eum formidinem gladij in cunctis montibus meis, dicit Adonai Dominus. Gladius hominis super fratrem suum erit: & indicabo ipsum in morte, & in sanguine, & pluuia inundante, & lapidibus grandinis: & ignem & sulphur pluam super eum, & super omnes qui cum eo, & super Gentes multas cum eo.* Qui autem hæc accuratiùs scire voluerit, potest legere ipsum vaticinium. Hæc etiam hic Psalmus vaticinatur dicens:

Ibidem vers. 21.

1. BENEDICTVS DOMINVS DEVS MEVS.] CHRYSOSTOMI. Quid dicis? Deúsne docet bella gerere, & pugnare, & acie confligere? maximè quidem: & nequaquam aberrauerit, qui quæ in his paratur victoriam ei adscribit. Hoc enim sibi vult illud, *Qui docet manus meas.* Hoc est, Qui facit vt vincam hostes, vt trophæum erigam. Quando enim prostrauit Goliath, ille fuit causa victoriæ. Et quando multa bella rectè gessit, & vrbes vi cepit, ipse fecit eum vincere. Verùm enim verò aliud quoque bellum est isto grauius, vbi maximè opus est auxilio superno, vt quando cum aduersarijs potestatibus dimicamus; tum quòd ex alia eaque inuisibili natura sint exercitus earum; tum quòd non de rebus paruis certamen sit, sed de salute & interitu. Non possunt igitur videri qui occiduntur, nec sciri locus, nec tempus, nec difficultas, nec aliquid aliud eiusmodi. Nam & in foro,

Solus Deus est auctor victoriæ præsertim contra hostes spirituales.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔχει ὑπόθεσιν ὁ ψαλμὸς ταύτην. Τῶν ἐπαναστάντων Ἰουδαίοις ἐθνῶν μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον πολλοὶ τῶν προφητῶν ἐμνημόνευσαν, πλατύτερον δὲ τῶν ἄλλων ὁ θεῖος Ἰεζεκιήλ. Λέγει δὲ καὶ ἐνταῦθα μετὰ ἑτέρων πολλῶν· καὶ ἀφ' ἡμερῶν πλειόνων ἑτοιμασθήσῃ, καὶ ἥξεις εἰς τὴν ἀπεστραμμένην ἀπὸ μαχαίρας, ἠθροισμένην ἀπὸ λαῶν πολλῶν ἐπὶ τὴν Ἰσραήλ, ἣ ἐγένετο ἔρημος δι' ὅλου. καὶ αὐτοὶ ἐξ ἐθνῶν ἐξεληλύθασι, καὶ κατοικήσουσιν ἐπ' εἰρήνης πάντες αὐτοί, καὶ ἀναβήσῃ ὡς ὑετός, καὶ ἥξει ὡς καταιγὶς καὶ ὡς νεφέλη καλύψαι τὴν γῆν· καὶ πέσῃ σύ, καὶ πάντες οἱ περὶ σέ, καὶ ἔθνη πολλὰ μετὰ σοῦ. εἶτα μετὰ πολλὰ διδάσκει καὶ τοῦ θανάτου τὸν τρόπον· καὶ συγκαλέσω ἐπ' αὐτὸν φόβον μαχαίρας εἰς πάντα τὰ ὄρη μου, λέγει Ἀδωναῒ κύριος. μάχαιρα ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἔσται· καὶ κρινῶ αὐτὸν ἐν θανάτῳ, καὶ ἐν αἵματι, καὶ ὑετῷ κατακλύζοντι, καὶ λίθοις χαλάζης· καὶ πῦρ καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἔθνη πολλὰ τὰ μετ' αὐτοῦ. Ἔξεστι δὲ τῷ βουλομένῳ ταῦτα μαθεῖν, ἀκριβέστερον ἐντυγχάνοντι τῇ προφητείᾳ. Ταῦτα καὶ νῦν ὁ ψαλμὸς θεσπίζει λέγων·

α. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις; πολέμων διδάσκαλος ὁ θεός, καὶ μάχης, καὶ παρατάξεως; μάλιστα μέν· καὶ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, καὶ τὴν ἐν τούτοις νίκην αὐτῷ λογιζόμενος. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὁ διδάσκων χεῖράς μου. τουτέστιν, ὁ ποιῶν περιγενέσθαι τῶν πολεμίων, τρόπαιον ἐγείρειν. καὶ γὰρ ἡνίκα τὸν Γολιὰθ κατέβαλεν, ἐκεῖνος ἦν ὁ τῆς νίκης αἴτιος. καὶ ἡνίκα πολλοὺς πολέμους κατώρθωσε, καὶ αὐτάνδρους εἷλε τὰς πόλεις, οὗτος αὐτὸν κρατῆσαι ἐποίησε. πλὴν ἀλλ' ἔστι καὶ ἕτερος πόλεμος τούτου χαλεπώτερος, ἔνθα μάλιστα τῆς ἄνωθεν δεῖται ῥοπῆς, ὅταν πρὸς ἀντικειμένας παρατασσώμεθα δυνάμεις· ὅτι καὶ ἐξ ἑτέρας φύσεως αἱ φάλαγγες καὶ ταύτης ἀοράτου· καὶ ὅτι οὐ περὶ μικρῶν ὁ ἀγών, ἀλλὰ περὶ σωτηρίας καὶ ἀπωλείας. οὐκ ἔστιν οὖν τοὺς σφαττομένους ἰδεῖν, οὐ τὸν καιρὸν μαθεῖν, οὐ τόπον, οὐ δυσκολίαν, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. καὶ γὰρ

καὶ

Digitized by Google

καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ οἰκίᾳ, καὶ παιζόντων, καὶ ῥαθυμούντων αὐταὶ αἱ φάλαγγες ἐπιτίθενται. ὥστε καὶ διὰ παντὸς δεῖ περιπεφραγμένον εἶναι. οὐδὲ γὰρ εἶδεν ἀνακωχὴν ὁ πόλεμος, οὐδ' ἔχει κήρυκας οὐδὲ πρέσβεις, οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. ἀλλ' ἀκήρυκτός ἐστιν ἡ μάχη, διὸ δὴ μάλιστα πάντοθεν φράττεσθαι, καὶ τρέφεσθαι εὐτόνως χρή. τροφὴ δὲ τῶν τοιούτων καὶ ὅπλα στρατιωτῶν τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀκρόασις. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ὡς καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς πολέμοις χρεία τῆς ἄνω ῥοπῆς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο ἁρμόττει καὶ ἡμῖν. τῆς γὰρ τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀπαλλαγέντες, ὑπὸ τοῦ θεοῦ πολεμεῖν ἐδιδάχθημεν, ταῖς χερσὶ μὲν ἐργαζόμενοι δικαιοσύνην, διὰ δὲ τῶν δακτύλων τοῖς μετώποις ἐπιτιθέντες τοῦ σταυροῦ τὴν σφραγῖδα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πάλιν ἀπὸ φιλανθρωπίας ἀξιοῦντα σώζεσθαι; ἔλεός γάρ μου, φησί, καὶ καταφυγή μου. μᾶλλον δὲ καὶ ἕτερόν τι ἐνταῦθα δείκνυσι, πολλῆς τῆς φιλανθρωπίας ῥῆμα γέμον. ὅτι οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ ἐλέους ἄξιος ἤμην, εἰ μὴ αὐτὸς ἐπένευσεν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔλεός μου, φησιν, οὐκ ἐγὼ δὲ ἔχων αὐτὸ ἐν τοῖς ἔργοις. εἰ γὰρ καὶ ὁ ἔλεος αὐτοῦ ἐστιν, οὐκ ἀδιακρίτως πᾶσιν ἔπεισιν. ἐλεήσω γάρ, φησιν, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Δεῖ τοίνυν, εἰ καὶ ἐλεεῖσθαι μέλλομεν, παρέχεσθαι τὰς ἀφορμὰς οἴκοθεν τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας. ἀλλ' οὗτός φησιν, ὅτι αὐτὸ τὸ ἐλεηθῆναι, παρ' αὐτοῦ ἔχει. εἶδες συντετριμμένην ψυχήν, εἶδες γνώμην εὐγνώμονα, πῶς τὸ πᾶν ἀνατίθησι τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ; Αὐτὸς γάρ ἐστι, φησίν, ὁ ἀντιλήπτωρ μου καὶ ῥύστης μου. ὥστε κἂν μὴ παρ' αὐτὰ τὰ προοίμια τῶν δεινῶν ἀντιλάβηται μηδὲ ῥύσηται, δεῖ θαρρεῖν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀντιλήπτωρ, καὶ πάντως ἀπαλλάξει τῶν δεινῶν. ἐλπὶς γὰρ μάλιστα τότε ἐστιν, ὅταν τῶν ὁρωμένων εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλλόντων, αὕτη θαρρεῖν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος παρασκευάζῃ.

β'. Ο ΥΠΟΤΑΣΣΩΝ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΜΟΥ ΥΠ' ΕΜΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα τῆς ἄνωθεν χρεία βοηθείας, ὥστε εἴκειν τοὺς ὑπηκόους, καὶ μὴ στασιάζειν, μηδὲ κατεξανίστασθαι. οὐκ ἄρα μόνον ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ὑποταγῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν οἰκείων πολλῆς ἄνωθεν ἡμῖν δεῖ τῆς ῥοπῆς.

CATENA PATRVM.

& domi, & ludentes, & in otio torpentes nos inuadunt hæ phalanges. Quare oportet semper esse munitum. Bellum enim hoc nullam nouit dilationem seu inducias, non habet legatos nec feciales, nec aliud aliquid eiusmodi. Bellum enim est implacabile, & ideò oportet se maximè vndequaque munire, & conuenienti alimento validum firmumque reddere. Commeatus autem & arma istiusmodi militum sunt diuinarum Scripturarum auditio. Hic igitur non secùs ac in bellis sensilibus opus est superno auxilio.

ORIGENIS. Hoc nobis etiam congruit. Nam à diaboli tyrannide liberati, à Deo pugnare docti sumus, manibus quidem iustitiam operantes, per digitos verò crucis signum frontibus imprimentes.

CHRYSOSTOMI. Vides eum rursus rogare vt à clementia seruetur? *Misericordia* enim, inquit, *mea, & refugium meum.* Imò verò hîc etiam aliquid aliud declarat, cùm sit verbum clementiæ plenum. Quoniam non essem quidem ipsâ dignus misericordiâ, nisi ipse annuisset. Ipse enim est, inquit, mea misericordia, non autem ego eam in factis meis habui. Nam etsi sit eius misericordia, non omnibus tamen indiscriminatim accidit. *Miserebor* enim, inquit, *cuius misertus fuero.* Oportet ergo, si misericordiam sumus consecuturi, eius clementiæ occasiones ex nobis ipsis præbere. Hic autem ait, etiam hoc ipsum quòd misericordiam consecutus sit, se ei acceptum ferre. Vidisti contritum animum, vidisti mentem memorem & gratam, quomodo clementi Deo vniuersum adscribat? Ipse enim est, inquit, *susceptor meus & liberator meus.* Vnde etsi non in ipsis malorum principijs susceperit neque liberauerit, oportet bono animo esse. Ipse enim est susceptor, & omnino liberabit à malis. Tunc enim maximè spes est, quando ijs quæ videntur in desperationem nos deturbantibus, eâ efficit vt de futuro benè speremus.

Totum misericordia Dei tribuendum.

Rom. 9. 15.

2. QVI SVBDIT POPVLVM MEVM SVB ME.] ANONYMI. Nam & hîc quoque superno auxilio opus est, vt qui ditioni subiecti sunt acquiescant, & nec seditionem moueant, neque insurgant. Non solùm igitur in hostibus & inimicis, sed etiam in suis subijciendis & in officio continendis superno nobis auxilio opus est.

Dei auxilio opus ad subditos benè regendos.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

3. DOMINE QVID EST HOMO, QVIA INNOTVISTI EI?] CHRYSOSTOMI. Quomodo autem dicit *Quid est homo?* Atqui alius dicit, *Magna res homo, & pretiosa res vir misericors:* sortitus est enim totius creaturæ præfecturam, & ad imaginem Dei est quoad naturam. Et certè magna est natura: magna quidem, sed si videris cognitionem quâ digna fuit habita, longè est hac inferior. Audiant hæretici qui hoc furore perciti sunt, & sui modum excedunt, & inscitiâ laborant. Potest enim esse ignoratio in cognitione, & in ignoratione cognitio. Vt si quis dicat se posse mare metiri, & scire quot habeat cyathos: an non est hic maximè qui ignorat quid sit mare? Qui autem dicit se nescire, sed asserit hunc numerum eius esse infinitum; nónne is est qui maximè cognouit quid sit mare? Quid porrò est de Deo? Si quis dixerit, Deum vidi, & meis oculis apprehendi, an non est is qui maximè Deum ignorat? vt qui eum qui sub aspectum non cadit dicat esse aspectabilem. Si quis autem dixerit ipsum minimè videri posse, nónne is est qui scit maximè? similiter qui quidem ipsum incomprehensibilem esse nouit? Qui verò ipsum comprehendi posse dicit is vtique insanit, cùm nesciat quanta facta sint vt Deum disceremus, non quis sit secundùm substantiã, sed quòd sit. Hoc ergo Paulus quoque dicit: *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est.* Eum vniuersa prædicat natura. *Ex magnitudine enim speciei creaturarũ per proportionem potest horum creator videri.* Talia sunt ipsa hominis constitutio, honores qui à Deo dati sunt, supplicia, beneficia, dispensationes, quæ per Prophetas prædictæ sunt, diuersa miracula. Post hæc venit ipse vnigenitus, & admirabilem illam & stupendam peregit œconomiam: & tamen sunt nonnulli qui quod manifestum est nondum didicerunt, & tu poteris ex proprijs rationibus comprehendere, quanam is sit substantiã? Deum ergo, inquit, ignoras? Absit. Sed eum quidem esse scio, & esse clementem, & bonum, & prouidum, & quæcumque alia dixerunt Scripturæ: quid autem secundùm substantiam sit minimè noui. Non audiunt Paulum dicentem, Per spiritum nobis reuelauit, & rationes reijcientem. *Cogitationes enim mortalium timidæ.* Idcircò nimirum dixit: *Quid est homo, quia innotuisti*

Prou. 20, 6.

Ignoratio in cognitione, & contrà.

Quomodo verior sit cognitio Dei per negationes.

Hebr. 11, 6.

Sap. 13, 5.

Quæ sit verissima Dei notitia.

1. Cor. 2, 10.

Sap. 9, 14.

γʹ. ΚΥΡΙΕ ΤΙ ΕΣΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΟΤΙ ΕΓΝΩΣΘΗΣ ΑΥΤΩ;] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶς δέ φησι τί ἐστιν ἄνθρωπος· καίτοι ἄλλος φησὶ, Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων· καίτοι τῆς κτίσεως ἁπάσης τὴν ἐπιστασίαν ἔλαχε, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐστι κατὰ τὸ φύσεως. Καὶ μὴν ἡ φύσις μεγάλη· μεγάλη μὲν, ἀλλ' ἐὰν τὴν γνῶσιν ἴδῃς ἧς κατηξιώθη, πολὺ καταδεεστέρα ταύτης. Ἀκουέτωσαν αἱρετικῶν παῖδες τοσαύτην μανίαν μαινόμενοι, καὶ τὰ μέτρα ὑπερβαίνοντες, καὶ ἀγνοίᾳ νοσοῦντες. ἔστι γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ γνῶσιν, καὶ ἐν γνώσει ἄγνοιαν εἶναι. οἷον ἄν τις λέγῃ τὴν θάλατταν δύνασθαι ἐκμετρεῖν, καὶ εἰδέναι πόσους ἔχει κυάθους· οὐχ οὗτός ἐστι μάλιστα ὁ ἀγνοῶν ὅτι ποτέ ἐστι θάλασσα; ὁ δὲ λέγων μὴ εἰδέναι, ἀλλ' ἄπειρον αὐτῆς εἶναι τοῦτον τὸν ἀριθμόν· οὐχ οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ εἰδὼς τί ποτέ ἐστι θάλασσα; τί δὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ; ἄν τις εἴπῃ, εἶδον τὸν Θεὸν, καὶ κατέλαβον τῇ ὄψει τῇ ἐμῇ, οὐχὶ οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ ἀγνοῶν τὸν Θεόν; ὁ τὸν ἀόρατον ὁρατὸν εἶναι λέγων. ἂν δέ τις ἀόρατον αὐτὸν εἴπῃ, οὐχ οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ εἰδώς; ὡσαύτως ὁ μὲν ἀκατάληπτον αὐτὸν οἶδεν; ὁ δὲ καταληπτὸν αὐτὸν λέγων μαίνεται, ἀγνοῶν πόσα γέγονεν ἵνα μάθωμεν τὸν Θεὸν, οὐ τίς ἐστι τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὅτι ἐστί. τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Παῦλος λέγει, Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἐστίν. ἡ κτίσις ἅπασα αὐτὸν κηρύττει. ἐκ γὰρ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ δημιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Τοιαῦτα αὐτὴ τοῦ ἀνθρώπου ἡ κατασκευὴ, αἱ τιμαὶ αἱ παρ' αὐτοῦ δεδομέναι, αἱ κολάσεις, αἱ εὐεργεσίαι, αἱ οἰκονομίαι, αἱ διὰ τῶν προφητῶν, τὰ θαύματα τὰ διάφορα. μετὰ ταῦτα ἦλθεν αὐτὸς ὁ μονογενὴς, καὶ τὴν οἰκονομίαν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ φρικτὴν ἐπλήρωσε· καὶ ὅμως εἰσί τινες οἱ μηδέπω τὸ σαφὲς μαθόντες, καὶ σὺ δύνασαι ἐξ οἰκείων λογισμῶν καταλαμβάνειν, τὸ τί τὴν οὐσίαν ἐστίν; Οὐκοῦν ἀγνοεῖς, φησι, τὸν Θεόν; ἄπαγε. ἀλλ' οἶδα μὲν ὅτι ἐστὶ, καὶ ὅτι φιλάνθρωπος, καὶ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι προνοῶν, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα εἶπον αἱ γραφαί· τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν οὐκ οἶδα. Οὐκ ἀκούουσι Παύλου λέγοντος, Διὰ τοῦ πνεύματος ἀπεκάλυψεν ἡμῖν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐκβάλλοντος. λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοί. διὰ δὴ τοῦτο ἔλεγε· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ; διὰ γὰρ

τοῦτο

τοῦτο καὶ ταπεινὸν ἐποίησε, καὶ μεγάλα ἐχαρίσατο, ἵνα μὴ ἐπαρθῇ, ἔχων μεγίστην ἀνάγκην μετριάζειν τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως εὐτέλειαν. ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι λογίζῃ αὐτόν. εἶδες πόσον τὸ μεγαλεῖον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας.

δ'. ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΜΑΤΑΙΟΤΗΤΙ ΩΜΟΙΩΘΗ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι. Τὰ γὰρ ἐνταῦθα παισὶν ἔοικε παίζουσιν. ὁ σήμερον γὰρ δικάζων, ἕστηκεν αὔριον δικαζόμενος· καὶ ὁ σοβαρὸς ἐν τῷ ἄρχειν, ὑπὸ δημίου πολλάκις ἀπαγόμενος· καὶ ὁ πλούσιος ἐν πενίᾳ· καὶ ὁ ἀνέλπιστος καὶ ἀνώνυμος πολλάκις τῶν ὅλων κρατεῖ. καὶ πυκναὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ ἀνώμαλαι αἱ μεταστάσεις.

ε'. ΚΥΡΙΕ ΚΛΙΝΟΝ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑΒΗΘΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα λέγει, οὐκ ἐπειδὴ Θεὸς καταβαίνει (πῶς γὰρ ὁ πανταχοῦ παρών;) ἀλλ' ἵνα διὰ τῶν ἀνθρωπίνων τούτων λέξεων τοὺς παχυτέρους ἐκπλήξῃ τῶν ἀκροατῶν, ἀνθρωπινώτερον περὶ αὐτοῦ διαλέγεται. ἐπειδὴ καὶ τὸ τῆς ἀφῆς εἰ καὶ δοκεῖ μέγα εἶναι, ἀλλὰ πολὺ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξίας καταδεέστερον. οὐ γὰρ ἀφῆς ὁ Θεὸς χρείαν ἔχει ἵνα καπνίζῃ τὰ ὄρη· μᾶλλον δὲ οὐδὲ νεύματος, ἀλλὰ μόνης θελήσεως.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸν πρωτότοκον λέγει πάσης κτίσεως. Καὶ γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἄνθρωπος ὤν, ἀνθρωπίνοις τοῖς λόγοις ἐχρήσατο, οὐκ οὐρανῷ περιγεγραμμένην τὴν θείαν φύσιν εἰδώς, ἀλλ' εἰς τιμωρίαν τῶν πολεμίων καλῶν τὸν ἐπίκουρον. ἅπτεται δὲ ὁ αὐτὸς λόγος τῶν ἀνεστηκότων καὶ μεγαλοφυεστέρων, ἵνα αὐτοῖς μεταδῷ σημεῖον πυρός· διὸ καὶ τῇ ἀστραπῇ αὐτοῦ διασκορπίζει αὐτούς, καὶ ἀποστείλας αὐτοῦ τὰ βέλη συνταράσσει αὐτούς. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῷ Σινᾶ γέγονεν ὄρει. τὸ γὰρ ὄρος, φησίν, ἐκαπνίζετο.

ζ'. ΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΟΝ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΣΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ κολάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ σώζειν ἀπηρτισμένη ἡ δύναμις. χεῖρα δὲ ἐνταῦθα τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν βοήθειαν λέγει. διὸ οὐδὲ ἔκτεινον εἶπεν, ἀλλ' ἐξαπόστειλον. εἰ δέ που καὶ ἔκτεινον λέγει, τὸ αὐτὸ πάλιν αἰνίττεται. καὶ ὕδατα δὲ τὴν ἄτακτον τῶν πολεμίων ἔφοδον καλεῖ. διὸ καὶ ἐπήγαγεν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. υἱοὺς δὲ ἀλλοτρίους ἐνταῦθά μοι

ei? Propterea enim eum quoque fecit humilem, & magna ei largitus est, ne extolleretur, cùm vt se moderatè gerat magnam necessitatem adferat naturæ vilitas. *Aut filius hominis, quia reputas eum.* Vidisti quanta sit sapientiæ Dei maiestas?

CATENA PATRVM.

4. HOMO VANITATI SIMILIS FACTVS EST.] ORIGENIS. Quoniam *homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: dies eius sicut vmbra prætereunt.* Ea enim quæ hîc fiunt sunt similia pueris ludentibus. Qui enim hodie iudicat, cras iudicatur: & qui insolescit in Principatu, ad plebeios sæpè reducitur: & diues fit pauper: & insperatus & anonymus sæpè imperat vniuersis. Et frequentes sunt rerum mutationes & inæquales transitus.

Psal. 48, 13.

Mundus totus mutabilis, & qui in eo.

5. DOMINE INCLINA CÆLOS TVOS, ET DESCENDE.] CHRYSOSTOMI. Hæc dicit, non quòd Deus descendat (quomodo enim descenderet qui vbique præsens est?) sed vt per huiusmodi humanas dictiones crassiores auditores terreat, de his humano more loquitur. Nam contrectatio etsi magnum quid esse videtur, multò certò est Dei dignitate inferius. Non enim opus habet Deus contrectatione vt montes faciat fumigare; imò verò ne nutu quidem, sed solâ voluntate.

ORIGENIS. Primogenitum dicit omnis creaturæ. Etenim Iesus cùm homo esset, humanis sermonibus vsus est, diuinam naturam cælo minimè circumscriptam sciens, sed in supplicium inimicorum vocans adiutorem. Tangit autem ipsum Verbum eos qui insurgunt & magis insolescunt, vt ipsis communicet signum ignis: quapropter etiam fulgetto suo dissipat eos, & emittens sagittas suas conturbat illos. Hoc enim etiam in Sina monte contigit. Nam *mons*, inquit, fumabat.

Exodi 19, 18.

7. EMITTE MANVM TVAM.] CHRYSOSTOMI. Non solùm enim ad puniendum, sed etiam ad conseruandum parata est Dei potentia. Manum autem hîc vocat opem & auxilium. Et ideò non dixit *Extende*, sed *Emitte*. Quòd si etiam alicubi dicit *Extende*, idem rursus significat. Aquas autem inordinatam hostium irruptionem vocat. Quare etiam subiunxit, *De manu filiorum alienorum.* Alienos autem filios mihi videtur hîc dicere

Filij alieni dicuntur infideles & iniqui.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

dicere eos qui à veritate sunt alienati. Quemadmodum enim fideles familiares existimamus & fratres, ita etiam infideles alienos. Familiaris enim est is qui eumdem sibi quem ego patrem adscribit, & est eiusdem mensæ particeps, potiùs quàm is qui est mihi genere propinquus: est enim hæc perfectior lex cognationis; quemadmodum etiam quæ ex contrarijs fit alienatio est apertior & euidentior eâ quæ fit ex genere. Sed videamus deinceps quomodo hos descripsit: quod enim ab ijs quæ nos quoque diximus perspicuum fecit cùm subiunxit: *Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.* Vidisti quosnam dicat alienos? eos scilicet qui viuunt in scelere, eos qui amant iniquitatem, eos qui stulta loquuntur. Agnosce ergo alienos ab ore, à factis, quemadmodum Christus quoque dicit: *A fructibus eorum cognoscetis eos. Dextera,* inquit, *eorum dextera iniquitatis.* Quid possit hoc esse grauius, quando quæ data est nobis ad auxilium eam ad insidias conuertimus? Ideò enim habemus dexteram, vt & nobis ipsis & alijs iniuriâ affectis opem feramus, vt scelera de medio tollamus, vt ijs quibus vis & damnum adfertur simus portus & refugium. Quam ergo veniam habeant, qui his armis non ad salutem, sed ad aliorum perniciem vtuntur?

Matth. 6, 17.

ORIGENIS. Os heterodoxorum per magna dogmata locutum est vanitatem, propter prauas verò actiones dextera eorum dextera iniquitatis est. Filij autem alieni existimant aliqua esse dextera, quæ sunt iniquitatis: quapropter etiam diabolus stat à dextris eorum, vti & Iudæ. Sermonibus autem opera conueniunt. Sicut enim sermonibus blasphemant, ita & operibus iniuriam inferunt. Hæc enim dextera ipsorum nihil dexterum operatur.

9. DEVS CANTICVM NOVVM CANTABO TIBI.] CHRYSOSTOMI. Quænam est rursus hæc consequentia? Maxima vtique etiam hîc est. Cùm enim dixisset, *Emitte manum tuam, & eripe me, & disperge illos,* pollicetur se quoque ei daturum auxilij remunerationem. Quæ porrò ista? *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Si autem hoc est paruum ad tantam beneficij magnitudinem, atqui dedit id quod habuit. Nam nos quoque à pauperibus, & qui nihil possident, nihil aliud requirimus quàm lau-

Deo nil nisi gratum animum & laudem offerre possumus.

δοκεῖ λέγειν τοὺς τῆς ἀληθείας ἀπεξενωμένους. ὥσπερ γὰρ τοὺς πιστοὺς οἰκείους ἡγούμεθα καὶ ἀδελφούς, οὕτω τοὺς ἀπίστους ἀλλοτρίους. Οἰκεῖος γὰρ ὁ τὸν αὐτόν μοι πατέρα ἐπιγραφόμενος, καὶ τῆς αὐτῆς μοι κοινωνῶν τραπέζης, ἢ μᾶλλον ἢ ὁ φύσει προσήκων· αὕτη γὰρ ἀκριβέστερος τῆς συγγενείας ἐστὶν ὁ νόμος· ὥσπερ καὶ ἡ ἀλλοτριότης ἡ ἀπὸ τῶν ἐναντίων τρανοτέρα τῆς κατὰ τὸ γένος. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν τοὺς ἀλλοτρίους πῶς αὐτοὺς ὑπέγραψεν· ὅτι γὰρ ἀφ' ὧν καὶ ἡμεῖς εἰρήκαμεν δῆλον ἐποίησεν ἐπαναγαγών· Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. Εἶδες τίνας φησὶν ἀλλοτρίους; τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, τοὺς ἀδικίας ἐρῶντας, τοὺς τὰ ἀνόητα φθεγγομένους. ἐπιγίνωσκε τοίνυν τοὺς ἀλλοτρίους ἀπὸ τοῦ στόματος, ἀπὸ τῶν ἔργων, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστός φησιν· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. ἡ δεξιά, φησιν, αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. Τί τούτου χαλεπώτερον γένοιτ' ἄν, ὅταν εἰς βοήθειαν δεδομένην εἰς ἐπιβουλὴν τρέπωμεν; διὰ γὰρ τοῦτο ἔχομεν δεξιάν, ἵνα ἑαυτοῖς καὶ ἑτέροις ἀδικουμένοις ἀμύνωμεν, ἵνα ἀναιρῶμεν παρανομίας, ἵνα λιμὴν καὶ καταφυγὴ γενώμεθα τοῖς ἐπηρεαζομένοις. τίνα οὖν ἔχοιεν συγγνώμην, οἱ μὴ πρὸς σωτηρίαν ἑτέρων χρώμενοι τῷ ὅπλῳ τούτῳ, ἀλλὰ πρὸς ἀπώλειαν τὴν ἑαυτῶν;

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῶν ἑτεροδόξων διὰ μεγάλα δόγματα ἐλάλησε τὸ στόμα ματαιότητα, διὰ δὲ τὰς πράξεις πονηρὰς ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας. οἱ ἀλλότριοι δὲ υἱοὶ οἴονταί τινα εἶναι δεξιά, ἅτινα ἀδικίας ἐστί· διὸ καὶ ὁ διάβολος ἵσταται ἐκ δεξιῶν αὐτῶν, ὡς τοῦ Ἰούδα. τοῖς δὲ λόγοις συμβαίνει τὰ πράγματα. ὥσπερ γὰρ τοῖς λόγοις βλασφημοῦσιν, οὕτως καὶ τοῖς ἔργοις ἀδικοῦσιν. αὕτη γὰρ αὐτῶν ἡ δεξιὰ οὐδὲν ἐργάζεται δεξιόν.

θ'. Ο ΘΕΟΣ ΩΔΗΝ ΚΑΙΝΗΝ ΑΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποία αὕτη πάλιν ἀκολουθία; πολλὴ μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐξελοῦ με, καὶ σκόρπισον ἐκείνους, ἐπαγγέλλεται καὶ ἀμοιβὰς τῆς συμμαχίας αὐτὸν ἀμοιβήν. τίς δὲ αὕτη; ὁ Θεὸς ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι. εἰ δὲ μικρὸν τοῦτο πρὸς τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας, ἀλλ' ὅπερ ἔχει. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς παρὰ τῶν πενήτων, καὶ οὐδὲν κεκτημένων, οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητοῦμεν ἀλλ' ἢ εὐφημίαν

μίαν καὶ εὐγνωμοσύνην. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἵνα λαμπρότεροι γενώμεθα· θεὸς δὲ οὐκ ἐπειδὴ δεῖται, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς τοὺς ᾄδοντας λαμπροτέρους ἐργάσηται, καὶ ἵνα αὐτοὺς εὐεργετήσῃ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τὴν καινὴν διαθήκην διατιθέμενος, τὴν καινὴν ᾠδὴν ᾄδει τῷ θεῷ· ἢ ὁ τὸν καινὸν ἄρτον τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ τὸ ποτήριον ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ ἀναγαίῳ λαβών.

ι. ΤΩ ΔΙΔΟΝΤΙ ΤΗΝ ΣΩΤΗΡΙΑΝ ΤΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ στρατόπεδα καὶ πλήθη στρατιωτῶν, οὐδὲ σωματοφύλακες, ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ ῥοπὴ σώζειν εἴωθεν.

ια. ΡΥΣΑΙ ΜΕ ΚΑΙ ΕΞΕΛΟΥ ΜΕ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῇ ταυτολογίᾳ οὐ μάτην ἐχρήσατο, ἀλλὰ τὴν εὐημερίαν αὐτῶν διηγεῖσθαι μέλλων τὴν τῆς πονηρίας κατηγορίαν ἀνέλαβεν, εἰς ἐπικουρίαν τὸν θεὸν διεγείρων. οἱ γὰρ οὕτως σέ, φησι, βλασφημοῦντες, καὶ ἀδικίᾳ καὶ πονηρίᾳ συζῶντες, ἐξ οὐρίων φέρονται.

ιβ. ΩΝ ΟΙ ΥΙΟΙ ΩΣ ΝΕΟΦΥΤΑ ΙΔΡΥΜΕΝΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦ μὲν διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν κύριον μακαρίου οἱ υἱοὶ ὡσεὶ νεόφυτά εἰσιν ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· τῶν δὲ ἀλλοτρίων υἱῶν οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. κἀκείνῳ μὲν οὖν οὐκ εἰσὶ θυγατέρες, τούτοις δὲ κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. κἀκείνῳ μὲν εἰσὶν υἱοὶ υἱῶν, τούτοις δὲ οὐχί. ἔτι ἐκείνῳ μὲν οὐκ ἔστι ταμιεῖον οὐδὲ ἀποθήκη· τούτων δὲ ταμιεῖα πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. καὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ τοῖς τρεφομένοις ὑπὸ τοῦ οὐρανίου πατρὸς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, οὐκ ἔστι ταμιεῖον οὐδὲ ἀποθήκη. καὶ πάλιν τούτοις ἐστὶ πρόβατα πολύτοκα πληθύνοντα, οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν ἢ ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν καὶ βόες παχεῖς, ὁποῖοι οἱ τῆς αἰγυπτίας εὐθηνίας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες ἀρετὴν ἀνδρός; θεὶς πάντα τὸν πλοῦτον, καὶ ἐπελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ τὴν ψῆφον τῶν πολλῶν προσθεὶς τὴν περὶ αὐτῶν, οὐδὲν ἐκ τούτων ἀνθρώπινον πάσχει, οὐδὲ ζηλωτοὺς εἶναι νομίζει· ἀλλὰ ταῦτα πάντα παραδραμὼν, ἐπὶ τὸν ἀληθῆ θησαυρὸν τὸν μακαρισμὸν ἐκτείνει λέγων· Μακάριος ὁ λαὸς, οὗ κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, φησὶν, ἐμακάρισαν

dem & gratum animum. Sed nos quidem vt euadamus clariores; Deus autem non quòd opus habeat, sed vt eos qui canunt efficiat clariores, eosque beneficio afficiat.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Qui nouum Testamentum constituit, is nouum canticum Deo canit: vel qui nouum panem noui Testamenti, & calicem à Iesu in hoc terreno cœnaculo accipit.

10. QVI DAS SALVTEM REGIBVS.] ANONYMI. Neque enim castra & multitudo militum, nec custodes corporis, sed Dei auxilium seruare consueuit.

11. ERIPE ME ET ERVE ME DE MANV.] ORIGENIS. Eiusdem sermonis repetitione non frustrà vsus est, sed eorum felicitatem narraturus prauitatis insimulationem sumpsit, ad opem ferendam Deum excitans. Isti enim, inquit, ita te detestantes, & simul cum iniustitia & malitia viuentes, secundis ventis feruntur.

12. QVORVM FILII SICVT NOVELLÆ PLANTATIONES.] ORIGENIS. Filij quidem illius beati qui timet Dominum sunt sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ eius; alienorum verò filiorum filij sicut nouellæ plantationes confirmatæ in iuuentute sua. Atque illi quidem nullæ sunt filiæ; his verò compositæ, circumornatæ sicut similitudo templi. Atque illi quidem sunt filij filiorum, his autem non. Præterea illi quidem non est promptuarium neque penuarium; horum autem promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Ceterùm iuxta Euangelium quoque volatilibus cæli, quæ à cælesti Patre pascuntur, non est promptuarium neque horreum. Atqui rursus his sunt oues fœtosæ abundantes, non in alijs aliquibus quàm in egressibus suis, & boues crassæ, quæ sunt Ægyptiacæ prosperitatis.

Psal. 127. 3.

Differentia inter benedictionem viri pij & iniqui seu alieni.

Matth. 6, 26.

CHRYSOSTOMI. Vidisti viri virtutem? Postquam omnes diuitias proposuit, & eas sermone prosecutus est, & vulgi de ijs sententiam attulit, ex his nihil ei humani accidit, nec eas esse appetendas censet; sed his omnibus prætermissis, ad verum thesaurum suam extendit beatitudinem dicens: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*. Nam alij quidem, inquit, eos qui hæc habent

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

habent beatos esse dixerunt: ego autem beatum existimo populum, cuius est Dominus Deus eius: hoc vno ostendens omnem eorum felicitatem, omnem bonorum copiam, omnes opes. Illa siquidem omnia præterfluunt & pertrãseunt; hæc verò beatitudo manet perpetuò.

τὰς ταῦτα ἔχοντας· ἐγὼ δὲ μακαρίζω λαὸν, οὗ κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ· ἐν τούτῳ πᾶσαν αὐτῶν τὴν εὐπορίαν ἐνδειξάμενος, τὴν εὐθηνίαν τῶν ἀγαθῶν, τὸν πλοῦτον. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πάντα παραρρεῖ καὶ παρέρχεται· οὗτος δὲ μακαρισμὸς μένει διηνεκῶς.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

INSCRIBITVR hic Psalmus *Dauidi aduersus Goliath:* sed Scholion Græcum, quod Theodoreto adscribitur, ait, Ἐν ἐνίοις τῶν ἀντιγράφων τῇ ἐπιγραφῇ προσκείμενον εὗρον πρὸς τὸν Γολιάθ· οὔτε δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς, οὔτε μὴν παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα εὗρον ἐν τῷ ἑξαπλῷ, *In quibusdam exemplaribus inscriptioni additum inueni ad Goliath: verùm neque apud Hebræum, neque apud alios Interpretes, neque apud ipsos Septuaginta inueni in Hexaplo.* Ceterùm Paraphrasis Græca Psalmum hunc explicat de Macchabæis; Commentarius verò de Dauide contra Goliath: Origenes denique in Catena de Zorobabele, ob Gentes post reditum superatas. Argumentum est gratiarum actio pro fortitudine sibi data ad præliandum, & pro ipsa victoria obtenta.

Quomodo Deus spiritaliter manus & digitos ad bellum instruat.

1. *Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum.*] Fatetur his verbis se non propriâ virtute, sed virtute Domini de hoste reportare triumphos; & se minùs expertem ad bellum esse, atque à Domino instrui, eiusque viribus adiuuari. Spiritualiter quoque docet Dominus instinctu suo manus nostras & digitos nostros, vt benè aduersus vitia pugnemus, & victoriam per virtutum merita conquiramus. Manus autem duæ iustitia & misericordia sunt, quas Dominus ad prælium erudit, cùm aduersus omnem iniustitiam & cordis duritiam nos instruit. Quinque verò digiti (auctore Richardo Victorino ad hunc Psalmum) sunt quinque actus discretionis; scilicet *Diiudicatio*, quæ cuncta in iudicium adducit, & segregans bona à malis, per illicita nos effluere non permittit. *Deliberatio*, quæ nihil inconsultè agit, & nos à superuacuis restringit. *Dispositio*, quæ cuncta ordinatè operatur, & nihil confusum relinquit. *Dispensatio*, quæ superuenienti occasioni cedit, & humanæ infirmitati condescendit. *Moderatio*, quæ modum custodit in omnibus, & mensuram non excedit. Dominus igitur ad bellum digitos nostros erudit, cùm per quinque illos discretionis actus omne peccatum debellare nos facit. Diiudicatio autem est veluti pollex. Nam sicut pollex omnibus alijs positione respondet; sic diiudicatio alijs actibus materiam acceptandam vel respuendam subministrat. Deliberatio est veluti index, quæ quid faciendum sit indicat & ostendit. Dispositio est veluti medius digitus, qui in medio est, & altior est ceteris: & ita dispositio quasi gubernatrix omnia agenda disponit, ordinat, & moderatur. Dispensatio est velut Medicus, qui infirmitati se accommodat, & quæ rectè disposita sunt, quia ex occasione emergente non rectè succedent, prudenter mutat. Moderatio est vt minimus digitus seu auricularis: nam ille aures mentis ad obaudiendum mandatis purgat, qui in omnibus quæ agit dignas moderationis metas obseruat.

Quinque actus discretionis; & quomodo quinque digitis assimilentur.

2. *Misericordia mea*, &c.] Vide quæ notauimus ad Psal. 135. vers. 2. Quomodo autem Deus sit *refugium, susceptor, liberator, Protector*, expositum Psal. 17. vers. 3. & Psal. 3. vers. 4.

IBIDEM. *Qui subdit populum meum sub me.*] S. Hieronymus, *Qui subiecit populos mihi.* Ideò autem Dauid asserit Dominum sibi subdere populum suum, quia ex ipsius voluntate, electione & virtute regnum obtinuerat super Israël & Iuda, & super plurimas per circuitum nationes. Si cui verò hunc Psalmum spiritaliter accipere placuerit, poterit ille per populum hunc intelligere cogitationes omnes, & affectiones atque operationes, quæ multæ valdè sunt in homine, & sunt quasi populus & quoddam vulgus ex sese tumultuosum atque seditiosum, plenumque murmure & rebellione: quem sanè populum sine gratia Dei nemo subdere sibi potest. *Tunc autem* (inquit S. Gregorius lib. 26. Moralium cap. 28.) *sanctis mentibus populi subiguntur, cum ab eis per districta seueritatis præsentiam cogitationes stulta dissiliunt, vt non per abrupta phantasmatum rapiant, sed ratione subdita à corde humiliter conquiescant.*

Deus sanctis subdit cogitationes & affectiones, ne distrahantur.

3. *Domine quid est homo?*] Alius à Chrysostomo in Catena citatus legit, Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον, *Magnum homo & pretiosum:* id ipsum legitur apud Septuaginta Prou. 20. vers. 6. Quam deinde auream sententiam Græci Latinique Patres celebrauerunt, & communi omnium consensione hominem τίμιον vocant, id est *pretiosum*, omni honore dignissimum. Τίμιον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, inquit Synesius Epist. 57. *Pretiosum animal homo est.* De eodem Arnobius: *Hic est ille pretiosus & rationibus homo augustissimis præditus, mundus minor qui dicitur*, &c. S. Greg. Nyssenus Orat. Catecheticâ cap. 8. hominem vocat, ἔργον τοῦ Θεοῦ καλὸν, *pulchrum ac præclarum Dei opus:* à Tertulliano in Apologetico cap. 48. dicitur *magnum nomen*; Oraculo Pythiæ, *Dominus omnium morientium & resurgentium:* à S. Hilario in Psal. 143. *Homo maximè mirabile opus Dei:* stylo Andreæ Hierosolymitani Serm. de salutatione Angelica, μέγα τῆς ἐργασίας κατόρθωμα, *Ingens creationis specimen*, & exemplar veluti quoddam omni perfectione visendum. Quin & omnium temporum sapientes hominem vt diuinum quiddam & omni dignum veneratione reueriti sunt. Nam Plato quidem lib. 1. de Legibus tam ratâ & singulari perfectione obstupefactus, hominem vocat θεῖον θαῦμα, *diuinum miraculum:* Aristoteles verò lib. 6. Ethic. cap. 7. ἄριστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, *rerum quæ in mundo sunt*

Hominis dignitas admiranda.

Digitized by Google

sunt vnam præstantissimam: Protagoras, ὅρῳ καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων. Quod eius quoque effatum Sextus Empiricus lib. 1. commutatis verbis in hunc modum attulit: Protagoras vult πάντων χρημάτων μέτρον, *omnium rerum mensuram esse hominem.* Plura de hominis dignitate ad Psal. 8. verſ.6. annotauimus; item quomodo ab ea per peccatum exciderit diximus ad Psal.48. verſ.13. quò etiam spectat sequens verſiculus.

Homo vanitas & vapor.

4. *Homo vanitati similis factus est.*] Theodotion vertit Ἄνθρωπος ἀτμίδι ὡμοιώθη, *Homo vapori similis factus est.* Symmachus ἀτμῷ: quod idem valet. Similis est illa S. Iacobi sententia quam à Regio Vate ſumpſiſſe videtur: *Quid est enim,* inquit, *vita vestra? Vapor ad modicum parens; & deinde exterminabitur.* q. d. Tu te fortè aliquid eſſe magnum putabas atque diuturnum; vapor es, inaniſſima atque leuiſſima res, & quidem ad modicum parens, &, vt grauiſſimus aiebat Nazianzenus, in ſui meditatione diuerſatus ὄναρ, *volans ſomnium.* Quid inſtabilius eo quod numquam ſtat, ſed more fluminis rapidi non ad mare, ſed ad interitum decurrit? Quid inutilius eo quod inanibus occupationibus diſtentum ſæpiſſimè ſine vllo fructu pertranſit? Quid vilius eò quod in modum vaporis diſſipatur, & ad nictationem oculi nuſquam comparet? Homo profectò vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius ſicut vmbra prætereunt: vt ſicut nihil vanitate inanius, nihil vmbrâ inſtabilius eſt, ita humanam vitam & inanem & inſtabilem & breuiſſimam eſſe diſcamus. Vide de his plura Tomo 1. ad Psal. 38. verſ.9. notata.

Iac. 4, 14.

5. *Domine inclina cælos,* &c.] De inclinatione cælorum quæ hoc verſu ponitur mentio etiam fit Psal. 17. verſ. 12. vbi vt præteritum enuntiatur, quod hîc per modum deprecatorium poſtulatur: *Inclinauit,* inquit, *calos, & descendit, & caligo ſub pedibus eius.* Rurſum de montium contactu & fumigatione Pſalmo 103. dicitur: *Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.* Quæ iterùm ſequuntur verſibus ſeptimo & octauo per modum deprecatorium, eodem Pſalmo decimoſeptimo ſuprà citato per modum indicatiuum vt præterita enuntiantur his verbis: *Misit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Misit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis, & eripuit me de inimicis meis fortiſſimis,* &c.

Pſal. 17, 12.

Coruſcationes ſunt prædicationes.

6. *Fulgura coruſcationem.*] Hoc eſt, ait S. Hilarius, *Apoſtolicas prædicationes & ſplendorem doctrinæ Dei,* quæ condenſam illam & conſpiratam dæmonum virtutem coruſcationis luce diſperget. Vocantur enim Concionatores in Scripturis *fulgura coruſcantia,* vt ad Pſal. 76. verſ. 19. annotauimus. Pari modo flammam illis attribuunt ſancti Patres. Diuinè S. Gregorius Magnus, *Lux gregis flamma paſtoris.* Sed hæc flamma non alitur ſulphure, non ab Ætnæ crateribus euomitur aut Væſuuio; at cælo ducitur, virtute & ſanctimoniâ fouetur, à qua lucem capit.

Dextera potentiam ſignificat.

8. *Dextera eorum dextera iniquitatis.*] Per dexteram ſolet in Scripturis non rarò ſignificari virtus ſiue potentia ad agendum & operandum aliquid. Vnde in Pſalmis frequenter dextera Domini & brachium Domini pro virtute Dei ponitur; vti & impiorum dextera & brachium pro eorumdem violentia: ſicut cùm in Pſalmo nono orat iuſtus, vt brachium peccatoris & maligni conteratur. Habent ergo impij dexteram, nec ſunt abſque brachio, ſed *dextera eorum dextera iniquitatis* eſt, non dextera iuſtitiæ; quoniam totam ſuam poteſtatem atque fortitudinem impendunt iniuſtitiæ. Iuſtorum autem dextera eſt dextera æquitatis & iuſtitiæ; quoniam in ea iuſtitiæ ſeruiunt ad defenſionem bonorum, vindictam autem malorum. S. Chryſoſtomus ad hunc locum, vt in bellis ait quædam ſigna eſſe quibus internoſci & diſtingui poſſint commilitones ab hoſtibus; ſic inter eos qui ſunt myſterijs initiati eſſe quædam συνθήματα & ſymbola quibus ſacri à profanis ſecernuntur. Inter ea ſymbola principe in loco ponit manum è Regio Vate: de qua dicit, *Dextera eorum dextera iniquitatis.* Si quis igitur impuram & maleficam manum oſtenderit, dubium eſſe non poteſt, quin ſit profanus, & nigro dæmoni velificetur. Quid enimuerò poſſit eſſe grauius, inquit, quando quæ data eſt nobis ad auxilium eam ad inſidias & crimen conuertimus? Ideò enim manus à Deo ſumus conſecuti, vt nobis & alijs operam feramus, vt ſcelera de medio tollamus, iniurijs affectos & debilitatos ſubleuemus. Quantum igitur quamque indignum facinus reputari debet, ſi quis illis armis non ad ſalutem, ſed ad perniciem vtatur?

ANNOTATIONES CORDERII.

Qualis ſit dextera impiorum & qualis iuſtorum.

Iniqua dextera ſymbolum impiorum.

9. *In pſalterio decachordo pſallam tibi.*] Spiritualiter hîc corpus noſtrum appellat *pſalterium decachordum* ob inſignem partium varietatem, quibus Deus omnium fictor aſſiduiſſimè celebretur. Vnde S. Chryſoſtomus hunc locum illuſtrans ait veteres quidem inſtrumentis vſos ad iucundam ſymphoniam, quâ Dei laudes reſonarent, nunc autem pro inſtrumentis nos corpore vti poſſe. Sic cùm oculi, aures, manus & reliqui actus corporis Dei legi obediunt, & pulcherrimis honeſtiſſimiſque in rebus occupantur, fiunt, inquit, pſalterium, & cithara, & canticum nouum concinunt non tam voce quàm rebus ipſis. Alio quodam loco in Pſalmum 150. idem aureus Scriptor eamdem ob cauſam hominem vocat κιθάραν ἔμμελῆ, *citharam numeroſam,* canoram, harmonicam, modulatam. Cum Cleanthe nos ſimili modo *plectrum* appellare poſſemus: qui Sophus nominabat Solem πλῆκτρον, vt & alij quidam cælum & ſidera, quòd ordine ſapienti & pleno venuſtatis & concinnitate planè mirabili cierentur, vt prodit Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum.

Corpus noſtrum eſt ſpiritale pſalterium decachordum.

12. *Quorum filij ſicut nouella plantationes in iuuentute ſua.*] Qui ſcilicet fœcunditatem ſpondent, & nomen dant familiæ, augentque illam opimâ fertilitate, lateque virentes ramos ſuos ſpargunt, nouâque ſobole domum ditant, parentemque recreant, vt ſolent nouellæ oliuarum dominos ac ſpectatores ſuos diuite ramorum fructuumque opimitate beare. Vide quæ ſuperiùs annotauimus in Pſal. 127. verſ. 4. ad illa verba, *Filij tui ſicut nouella oliuarum.* quæ huic etiam loco lucem adferunt.

Diuitum ſæculi felicitas in quo ſita.

IBIDEM. *Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ vt ſimilitudo templi.*] Ornamenta enim propriè filiarum ſunt; & cùm filios viroſque forma magis neglecta deceat, quæ virum ſuum ſapit

Filiarum compoſitio & ornamenta ſunt propria.

Digitized by Google

> ANNOTATIONES CORDERII.
> Iudith 10, 3.
> Isaiæ 3, 18.

sapit & loquitur, tum compositio omnis feminas decet, feminas testatur. Ita Iudith cùm induit se vestimentis iucunditatis suæ discriminat crines, imponit mitram capiti, assumit dextrariola, lilia, inaures, annulos, & vngit se myro optimo. Et apud Isaiam legis in filiabus Sion ornamenta calceamentorum, lunulas, torques, monilia, armillas, mitras, discriminalia, periscelidas, murænulas, olfactoriola, inaures, annulos, à fronte pendentes gemmas, palliola, specula, acus, vittas, theristra; quibus in scelerum pœnam minatur se illas Dominus spoliaturum. Benè ergo dixit Propheta filias circumornatas in similitudinem templi. Nihil enim inexornatum relinquere solent ornamentorum indigæ. Non ornarent, si sat illis ornamentorum largita natura foret. Quærunt proinde quibus carent; & ab alijs mutuantur quibus domi destituuntur. Atque hæc omnia (inquit Scribanius cap. 15. Exercit.) placendi studio faciunt, virorum naufragia meditantes, in quos solos carbasa sua explicant, ventos euocant: sed & retia tendunt incautis, & solùm columbis. Fuge quisquis salutem amas: memento Adami, Dauidis, Salomonis, Samsonis, & tot orbe toto millium, quæ solâ muliebri formâ facta sunt omnium sæculorum & Regnorum fabula. Sequitur:

> *Sæculi diuitum vana felicitas cum summis miserijs commutanda.*
> Lucæ 12, 17.

13. *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.*] Hoc est tertium genus felicitatis filiorum alienorum, promptuaria ita plena variarum frugum allatarúmque rerum ad huius vitæ vsum, vt necesse sit ex vno in aliud exonerare copiam earum. Qualis felicitas describitur in Euangelio, cùm dicitur diuitem quemdam cogitasse intra se: *Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi*, &c. Id verò potissimùm contingit, quando superuenientibus nouis frugibus adhuc supersunt veteres, quæ in aliud promptuarium refundendæ sunt, vt detur locus nouis. Magna plerumque homines istiusmodi promittunt sibi, & annos multos, cùm sæpè dies vna, adeoque vix hora vna media sit inter summas opes & inopiam summam; inter omnium laudes & contemptum omnium; inter clientium mutuo se interimentium turbam & solitudinem; inter magnum nomen & nullum; inter felicem & infelicem; inter purpuram & cinerem; inter capitis coronam & securim; inter Regnum & aliena genua. Et quò mihi promptuaria plena, si misera egestas animam premat? quò mihi plenitudo hæc, quò horrea & nemora, quò horti & mensæ, quò deliciæ & musica, quò opes & honores, Epulonis ignibus commutandi? quo eructatio promptuariorum flammis expianda? quò torcularia & diuites cellæ, quibus vna in numquam morituris ignibus negatur gutta? Quis hos beatos dicat? Et tamen, ô insani filij hominum, vti sequitur,

> *Dei seruitus omnibus rebus pretiosior est.*

15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.*] Homines nempe huius sæculi, à suis prauis affectibus decepti, beatos putant, quos filiorum & famulorum turba circumdat, quos auri & argenti & vestium pretiosissimarum decor exornat, quos omnium rerum abundantia clarificat: beatum dixerunt illi populum cui hæc sunt: sed illos Spiritus sanctus redarguit dicens: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*: ille, inquam, populus qui Deum fidei integritate & bonorum omnium sanctitate colit, & abiectis ac contemptis his quæ transeunt, in bona perpetua atque cælestia mentis oculos intendit: ille populus, quem Deus immensâ lætitiâ & animi tranquillitate replet, & ad summam dignitatem effert. Nam, vt disertissimus Philo Hebræus libro de Cherubim ait, nihil purificatam mentem maiori afficit lætitiâ, quàm quòd Dominum habet, quem agnoscit Regem regum omnium. Nam seruire Deo maxima est gloriatio non modò libertate maior, sed etiam diuitijs, & principatu, omnibusque rebus, quas mortales mirantur, pretiosior.

IN PSALMVM CXLIV. ARGVMENTVM.

1. Laudatio ipsi Dauid.

α΄. Αἴνεσις τῷ Δαβίδ.

Scopum Psalmi ipsamet inscriptio declarat. Adhortatur enim vt Deum laudemus, potentiæ & magnificentiæ eius memores ac grati. Est etiam gratiarum actionis ex persona redeuntium: habet etiam de vocatione & cognitione Gentium.

Δηλοῖ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ τὸν σκοπόν. ὑμνεῖν γὰρ παρακελεύεται τὸν Θεόν, τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μεμνημένους καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ εὐγνωμονοῦντας. Ἔστι καὶ εὐχαριστήριος ἐκ τῶν ἐπανελθόντων· ἔχει καὶ περὶ κλήσεως καὶ ἐπιγνώσεως τῶν ἐθνῶν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

> * Abest in Vulgata.
> * nomini tuo

EXALTABO te Deus meus, Rex * meus: & benedicam * nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Quandoquidem, inquit, mihi magna bene-

ΥΨΩΣΩ σε ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου· καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ἐπειδή, φησι, μεγάλα μοι παρέχεις κατορθώ-

Digitized by Google

τὰ κατορθώματα, ἀκολούθως κἀγὼ πᾶν εἴ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν ὀφείλω λέγειν περὶ σοῦ δέσποτα.

β'. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε· καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ποιήσω δὲ τοῦτό, φησιν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ διὰ πάσης μου τῆς ζωῆς.

γ'. Μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα· καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.

Ἕξουσι δὲ, φησιν, οἱ παρ' ἐμοῦ ὕμνοι τοιαύτας ἐμφάσεις, ὡς ὅτι μέγας ὑπάρχεις καὶ ἐπαίνων πλήρης, οὐκ ἔχων τὸν ἴσον ἐν μεγαλειότητι.

δ'. Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου· καὶ τὴν δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσιν.

Τοὺς δὲ τοιούτους ὕμνους, φησὶ, οὐχὶ μόνον ἡ ἡμετέρα γενεὰ παρέξει σοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μεθ' ἡμᾶς ὅσοι τῆς σῆς μέλλουσιν ἀπολαύειν φιλανθρωπίας διὰ τὴν ἐπάνοδον.

ε'. Τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου λαλοῦσι· καὶ τὰ θαυμάσιά σου διηγήσονται.

Ἴδιον τῶν μεγάλα εὐεργετηθέντων τὸ κατὰ περιουσίαν λέξεως ποιεῖσθαι τοὺς ὕμνους. διὰ τοῦτο πανταχοῦ οὐχ ἁπλᾶς τίθησι τὰς λέξεις, ἀλλὰ συμπλέκει αὐτὰς, διὰ τούτου ὑψηλοτέρας αὐτὰς ποιῶν ὡς οἷόν τε καὶ μείζονας. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου, λέγει τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης· καὶ προστίθησι τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου· τῇ περιουσίᾳ τῆς λέξεως, καθὼς εἴρηται, μεγαλοφυέστερον ὡς οἷόν τε τὸν ὕμνον ἀποτελῶν.

ϛ'. Καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσιν·

Πάλιν ὁμοίως κἀνταῦθα ἀντὶ τοῦ τὴν δύναμίν σου ἐροῦσιν, προστέθεικε τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου.

Καὶ τὴν μεγαλωσύνην σου διηγήσονται.

Τὸ αὐτὸ λέγει.

ζ'. Μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρη-

ficia præstitisti, consequenter etiam ego quidquid magnum & altum est de te Domine dicere debeo.

> PARAPHRASIS ANONYMI.

2. Per singulos dies benedicam * te: & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

> * Vulgata tibi:

Hoc autem, inquit, faciam non semel, sed per omnem vitam meam.

3. Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

Porrò, inquit, hymni mei tales vires habebunt, quia nimirum magnus es & plenus laudibus, non habens parem in magnificentia.

4. Generatio & generatio laudabit opera tua: & * virtutem tuam annuntiabunt.

> * Vulgata potentiam tuam pronuntiabũt.

Tales autem hymnos, inquit, non tantùm nostra generatio exhibebit tibi, sed etiam omnes posteri nostri, qui per reditum clementiâ tuâ fruentur.

5. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.

Proprium est eorum qui magna beneficia receperunt vt amplissimis verbis hymnos faciant. Idcircò vbique non simplices ponit dictiones, sed illas contexit, per hoc quoad fieri potest sublimiores eas reddens & maiores. Nam pro eo quod diceret magnificentiam tuam, ait magnificentiam gloriæ; & addit gloriæ sanctitatis tuæ; dictionis abundantiâ, vti dictum est, ampliorem quantum fieri potest hymnum perficiens.

> David exquisitis verbis Deum laudat.

6. Et virtutem terribilium tuorum dicent:

Rursus similiter etiam hîc pro virtutem tuam dicent, adiecit virtutem terribilium tuorum.

Et magnitudinem tuam narrabunt.

Idem dicit.

7. Memoriam abundantiæ sua-

PARAPHRASIS ANONYMI.

uitatis tuæ eructabunt: & iustitiâ tuâ exultabunt.

Rursus pro eo quod diceret memoriam suauitatis tuæ, adiunxit memoriam abundantiæ suauitatis tuæ. Et pulchrè dixit *Eructabunt*, ac si mens diuinis repleta suauitatibus earumdem quodammodò mentiones eructaret.

8. Miserator & misericors Dominus: * longanimis, & multum misericors.

* Vulgata patiens

Ostendit, inquit, in nobis quomodo abundent apud ipsum miserationes, & misericordiæ, & longanimitates.

9. Suauis est Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

Et nihil mirum est, inquit, si erga nos miserationes exhibuerit, cùm nullum opus eius expers sit suauitatis ipsius.

Omnes creatura Deo laudem debent.

10. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua:

Etenim, inquit, etiam omne opus eius ipsi beneficio est obstrictum.

Et sancti tui benedicant tibi.

Ceterùm, inquit, cùm omnia opera id agant, excellenter id ipsum facere debent qui illi addicti sunt, quandoquidem etiam ampliori eius curâ fruantur.

11. Gloriam Regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.

Nam hi sancti tui, inquit, experti sunt, quanta sit gloria tua in Regno per quod tantis malis liberati sunt.

12. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ Regni tui.

Hi enim, inquit, sancti etiam sequentibus generationibus notum facient, & quodammodò prædicabunt, quãta sit virtus Regni tui.

13. Regnũ tuum Regnum omniũ sæculorum: & dominatio tua in omni generatione & * generatione.

* Vulgata generationem.

στότητός σου ἐξερεύξονται· καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται.

Πάλιν ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν μνήμην τῆς χρηστότητός σου, προσέθηκε μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου. καὶ καλῶς εἶπεν ἐξερεύξονται, ὡς τῆς διανοίας ἐκ τοῦ πεπληρῶσθαι τῶν τοῦ θεοῦ χρηστῶν οἷον ἐρευγομένης τὰς μνήμας.

η΄. Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος· μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος.

Ἔδειξε, φησιν, ἐν ἡμῖν ὡς πλεονάζουσι παρ᾽ αὐτῷ οἰκτιρμοὶ, καὶ ἐλεημοσύναι, καὶ μακροθυμίαι.

θ΄. Χρηστὸς κύριος τοῖς σύμπασι· καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Καὶ οὐδὲν, φησι, θαυμαστὸν, εἰ περὶ ἡμᾶς τοὺς οἰκτιρμοὺς ἐπεδείξατο, ὅπου γε οὐδὲ ἓν αὐτοῦ ἔργον ἀμοιρεῖ τῆς αὐτοῦ χρηστότητος.

ι΄. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντα τὰ ἔργα σου·

Τοιγαροῦν, φησι, καὶ πᾶν αὐτοῦ ἔργον χρεωστεῖ αὐτῷ τὴν εὐεργεσίαν.

Καὶ οἱ ὅσιοί σου εὐλογησάτωσάν σε.

Πάντων δὲ, φησι, τῶν ἔργων τοῦτο ποιούντων, ἐξαιρέτως ὀφείλουσι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν οἱ αὐτῷ ἀνακείμενοι, ὅσῳ καὶ πλείονος ἀπολαύουσι κηδεμονίας.

ια΄. Δόξαν τῆς βασιλείας σου ἐροῦσι· καὶ τὴν δυναστείαν σου λαλήσουσι.

Οὗτοι γάρ, φησιν, οἱ ὅσιοί σου πεπείρανται, ὅση σου ἐστὶ δόξα ἐν τῇ βασιλείᾳ δι᾽ ἧς τῶν τοσούτων ἠλευθερώθησαν κακῶν.

ιβ΄. Τοῦ γνωρίσαι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων τὴν δυναστείαν σου, καὶ τὴν δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς βασιλείας σου.

Οὗτοι γάρ, φησιν, οἱ ὅσιοι καὶ ταῖς ἑφεξῆς γενεαῖς γνωριοῦσι, καὶ τρόπον τινὰ κηρύξουσι, ὅση τῆς σῆς βασιλείας ἡ δύναμις.

ιγ΄. Ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων· καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.

Οὗτοί,

Οὗτοί, φησι, δι' ὧν εὐηργετήθησαν παιδεύουσι πάντας ἀνθρώπους ὅτι τοῦ παντὸς εἶ δεσπότης, καὶ βασιλεὺς, καὶ θεὸς· ἅτε τὸ πᾶν ἐργασάμενος ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τοῦ παντὸς προνοεῖν ἐπειδὴ ἐγένετο.

Πιστὸς κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ.

Πιστὸς ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἀληθὴς καὶ ὅσιος, ἀντὶ τοῦ ἀψευδής. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τοῦτο γνωριοῦσι τοῖς ἐφεξῆς οἱ ὅσιοί σου. λέγει δὲ αὐτοὺς τοὺς ἐπανελθόντας ἀπὸ βαβυλῶνος ἐπείπερ ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ ψευδὴς, οὓς γὰρ ἐπηγγείλω, φησὶν, ἐπαναγαγεῖν, ἐπανήγαγες οὐδὲν ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου τῆς αἰχμαλωσίας ἐμποδισθείς.

ιδ΄. Ὑποστηρίζει κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας· καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατερραγμένους.

Καὶ τοῦτό, φησι, μηνύουσιν, ὅτι ὁ τοῖς ἄγαν ταλαιπωρήσασι βοηθῶν οὐκ ἔστιν ἄλλος εἰ μὴ αὐτός. οὐδὲ γὰρ ἄλλῳ δυνατὸν ἦν ἐκ τοσαύτης ἐξελέσθαι ταλαιπωρίας εἰ μὴ σοὶ μόνῳ.

ιε΄. Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι κύριε· καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.

Καὶ ὅτι αὐτὸς εἶ, φησιν, ὁ τὴν διαμονὴν τοῦ εἶναι τοῖς πᾶσι χαριζόμενος, ἀπὸ τοῦ τὴν χρείαν ἑκάστῳ χορηγεῖν τὴν ἁρμόζουσαν.

ις΄. Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.

Καὶ τρόπον τινὰ ὡς ἐν τῇ χειρὶ κατέχων τὰ ἀγαθὰ ἀνοίγεις ταύτην· καὶ τοσοῦτον πλοῦτον ἔχεις, ὥστε ἕκαστον τὴν οἰκείαν ἀναλέξασθαι χρείαν. εὐδοκίας γὰρ ἐνταῦθα λέγει ἀντὶ τοῦ χρηστότητος καὶ ἐπιμελείας.

ιζ΄. Δίκαιος κύριος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ.

Πᾶσα γὰρ, φησι, δικαιοσύνη καὶ ὁσιότης μετὰ σοῦ ἐστι. δικαιοσύνην δὲ καλεῖ τὴν διακριτικὴν δύναμιν· ὁσιότητα δὲ τὴν καθήκουσαν ἐπιμέλειαν.

ιη΄. Ἐγγὺς κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν· πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ.

Ἀλλὰ περὶ πάντας, φησὶν, ἐκτείνων τὴν

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hi, inquit, propter ea beneficia quæ acceperunt docent omnes homines te vniuersi esse Dominum, & Regem, & Deum: vtpote qui omnia ex nihilo produxeris, & postquam facta sunt eorumdem curam geras.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Fidelis hoc loco idem est quod verus & sanctus, id est sincerus. Vult igitur dicere, sanctos tuos hoc quoque posteris significaturos. Intelligit autem illos qui ex Babylone redierunt. Quoniam, inquit, verax es, & non mentiris, eos quos te reducturum promiseras reduxisti, nihil à longo captiuitatis interuallo impeditus.

14. * Suffulcit Dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes elisos.

* *Vulgata* Alleuat

Omnia à Deo sustentantur.

Atque hoc, inquit, insinuant, nullum alium esse præter te qui valdè miseris succurrat. Neque enim alius ex tanta miseria eruere poterat nisi tu solus.

15. Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno.

Et quia tu ipse, inquit, es qui concedis omnibus vt esse perseuerent, dum vnicuique suppeditas id quod eius congruit necessitati.

16. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal bendictione.

Et quodammodò ac si in manu bona contineres eam aperis; tantasque habes diuitias, vt quilibet inde sibi necessaria depromat. *Benedictione* enim hoc loco dicit pro benignitate & cura.

17. Iustus Dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Omnis enim, inquit, iustitia sanctitasque tecum est. Iustitiam autem vocat potentiam iudicandi; sanctitatem verò conuenientem curam.

18. Propè est Dominus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Deus singulariter adest sibi deuotis.

Ceterùm, inquit, cùm in omnes proui-

 dentiam

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

dentiam & curam tuam extendas, amplius aliquid præbes ijs qui deuoti sunt, & ope curâque tuâ illis propinquior es. Et pulchrè dixit *in veritate.* Nam eorum qui piè viuunt alij quidem ex sola consuetudine id faciunt, alij verò etiam affectu & animo maiori.

πρόνοιαν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, πλέον τι παρέχεις τοῖς ἀνακειμένοις, καὶ ἐγγύτερος εἶ περὶ αὐτοὺς τῇ βοηθείᾳ καὶ τῇ φροντίδι. καὶ καλῶς εἶπεν ἐν ἀληθείᾳ. τῶν γὰρ εὐσεβούντων οἱ μὲν συνηθείᾳ τοῦτο ποιοῦσι μόνῃ, οἱ δὲ καὶ διαθέσει καὶ γνώμῃ πλείονι.

19. Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos.

ιθ'. Θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει· καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται· καὶ σώσει αὐτούς.

Hic, inquit, Deus noster ipse est, qui etiam timentium eum voluntates explet, præsertim cùm desiderant diuina ipsisque conducentia.

Οὗτός, φησιν, ὁ θεὸς ἡμῶν αὐτός ἐστιν, ὁ καὶ τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὰ θελήματα ἐκπληρῶν, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ τὰ θεῖα καὶ αὐτοῖς συμφέροντα.

20. Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.

κ'. Φυλάσσει κύριος πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολοθρεύσει.

Vis autem iudicandi in ipso tanta est, vt nemo sanctorum eius prouidentiæ expers maneat; neque vllus eorum qui pœnas debeat supplicium eius effugiat.

Ἡ δ' ἐλεγκτικὴ δὲ δύναμις παρ' αὐτῷ τοσαύτη, ὥστε μηδὲ τῶν ὁσίων αὐτοῦ τινὰ προνοίας μένειν ἐκτός· μηδὲ τῶν ὀφειλόντων δοῦναι δίκην ἐκφεύγειν τὴν τιμωρίαν.

21. Laudationem Domini loquetur os meum:

κα'. Αἴνεσιν κυρίου λαλήσει τὸ στόμα μου·

Idcircò, inquit, non cessat os meum ipsum assiduè celebrare.

Διὰ τοῦτό, φησιν, οὐ παύεταί μου τὸ στόμα ὑμνοῦν αὐτὸν διηνεκῶς.

* Vulgata nomini sancto

Et benedicat omnis caro * nomen sanctum eius

Καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ

Quin & omnem, inquit, hominem adhortor vt idem ipsum faciat. Omnes enim prout cuique conducit prouidentiâ ipsius fruuntur, & non ad tempus vnum alterúmve, sed perpetuò, quamdiu ipso volente existunt. Vnde cùm dixisset, *Et benedicat omnis caro nomen sanctum eius*, subiunxit:

Ἀλλὰ καὶ παντί, φησιν, ἀνθρώπῳ παρακελεύομαι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. πάντες γὰρ ὡς ἂν ἑκάστῳ συμφέρει ἀπολαύουσι τῆς αὐτοῦ προνοίας, καὶ οὐ πρὸς καιρὸν ἕνα ἢ δεύτερον, ἀλλὰ διηνεκῶς, ἄχρις ἂν ὦσιν αὐτοῦ βουλομένου. ὅθεν εἰπών, καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, ἐπήγαγεν·

In sæculum, & in sæculum sæculi.

Εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Dauidi summum studium exaltandi Deum.

1. EXALTABO TE DEVS MEVS.] Cùm, inquit, magna mihi præstiteris, debeo consequenter quidquid magnum & excelsum est de te dicere, vtpote qui naturâ & minimè ascitâ habes celsitudinem. Dum autem hi qui id nesciunt per hunc hymnum illud edocentur, diligenter hunc Psalmum attendamus. Benedictioné autem significat non quæ solis verbis, sed quæ rebus ipsis exhibetur. Sicut in Oratione illud *sanctificetur*

Math. 6

α'. ΥΨΩΣΩ ΣΕ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] Ἐπεί, φησι, μεγάλα μοι παρέσχες, ὀφείλω ἀκολούθως πᾶν εἴ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν λαλεῖν περὶ σοῦ, φύσει μὲν ἔχοντος τὸ ὕψος καὶ οὐκ ἐπείσακτον. Διδασκομένων δὲ τοῦτο τῶν οὐκ εἰδότων διὰ τοῦ ὕμνου, μετ' ἀκριβείας προσέχωμεν τῷ ψαλμῷ. εὐλογίαν δὲ οὐ τὴν διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων σημαίνει. ὡς καὶ ἐν τῇ εὐχῇ τὸ ἁγιασθήτω ἀντὶ

ἀντὶ τοῦ δοξασθήτω. διὰ δὲ τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς ἐνδείκνυται τὰ προοίμια. ἀντὶ δὲ τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕτερος διηνεκῶς εἶπε. τοῦτο γὰρ μάλιστα ψυχῆς εὐλαβοῦς, τὸ τῶν βιωτικῶν ἀπαλλαγεῖσαν ὕμνοις ἀνακεῖσθαι· εἰ γὰρ ἡ κτίσις τοῦτο ποιεῖ, καὶ οἱ μὲν οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν θεοῦ· ἡ δὲ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα· ποίας ἔσται ὁ λογικὸς ἄνθρωπος, συγγνώμης ἄξιος, ὅταν τούτου μὲν μὴ ποιῆται λόγον, βιωτικοῖς δὲ κύμασι καὶ κλυδωνίῳ περιπείρηται. δηλῶν δὲ τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας φύσεως ἐπήγαγε Μέγας κύριος. ἐπεὶ γὰρ εἶπεν ὅτι αἰνέσω, ὑψώσω, δείκνυσιν ὅτι οὐ χρείαν ἔχει τῶν παρ' ἡμῶν αἴνων, οὐδὲ προστίθεταί τι τῇ αὐτοῦ δόξῃ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν εὐφημίας. τί δέ ἐστιν αἰνετός; εὐφημιῶν ἄξιος, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σφόδρα. πόσον αἰνετὸς, πόσον δυνατὸς, οὐ δυνατὸν παραστῆσαι τῷ λόγῳ· διὸ ἐπήγαγε, Καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας· ἕτερος δὲ, Οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις. ἀνέφικτόν, φησι, τοῦτο ὑπὲρ κατάληψιν.

δ'. Γενεα και γενεα επαινεσει τα εργα σου.] Παντί, φησι, συμπαρεκτείνεται τῷ αἰῶνι, ὥστε ἑκάστην γενεὰν θεωρεῖν αὐτοῦ τὰ δημιουργήματα, τήν τε οὖσαν τήν τε μέλλουσαν. τοῦτο δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν αἰνίττεται. ἥτε γὰρ κτίσις παντὶ συνεκτείνεται χρόνῳ, καὶ χωρὶς τούτων ἄλλα καθ' ἑκάστην γενεὰν γίνεται θαύματα, οἷα πεποίηται καὶ ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ. τὴν δὲ δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι, δηλαδὴ διὰ τῶν εὐεργεσιῶν καὶ διὰ τῶν κολάσεων. Ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης σου ἕτερος, τὴν ὡραιότητα τῶν ἐπαίνων σου καὶ τοὺς λόγους τῶν παραδόξων σου διηγήσονται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε δύναμιν, δείκνυσι τὴν μεθ' ὑπερβολῆς δύναμιν· ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τὰ τυχόντα εἰργάζετο, ἀλλὰ παραδοξοποιοῦσα διετέλει ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐργαζομένη τὴν ἀνθρωπίνην, ὡς καὶ θαύματος καὶ δόξης εἶναι πλήρη τὰ γινόμενα. Ἐννόησον γοῦν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ ἐν Παλαιστίνῃ, τὰ μετὰ ταῦτα τὰ ἐπὶ Βαβυλῶνος καὶ τῶν ἄλλων. διὸ καὶ προστίθησι, καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι. πρὸς γὰρ ἑκάτερα ἀπηρτισμένη ἡ ἰσχὺς καὶ πρὸς εὐεργεσίαν καὶ τιμωρίαν· ὃ μάλιστα προνοίας ἐστὶ, καὶ αὐτὸ ἐπιστρέφειν δύναται τοὺς ῥαθύμους, καὶ τοῦ βαθέως ἀφυπνίζειν ὕπνου διὰ τῶν φοβερῶν.

idem est quod honoretur. Ceterùm per illud *in sæculum* etiam futuræ vitæ primordia declarantur. Pro *per singulos dies* alius *perpetuò*, dixit. Nam hoc est in primis pij animi, à rebus sæcularibus liberatum se hymnis dedicare: si enim creatura hoc facit, & *cæli* quidem *enarrant gloriam Dei*; *dies* verò *diei eructat verbum*; quali venia dignus erit homo, qui compos est rationis, quando huius quidem rei nullam habet rationem, sed fluctibus sæcularibus æstuque transfigitur. Ceterùm diuinæ naturæ magnitudinem declarans, subiunxit *Magnus Dominus*. Cùm enim dixisset Laudabo, exaltabo, ostendit eum non egere nostris laudibus, nec eius gloriæ quidquam accedere ex nostra benedictione. Quid autem est *laudabilis*? encomijs dignus, idque non simplici ratione, sed valdè. Quàm sit laudabilis, quàm sit potens, verbis exprimi non potest: quapropter subiunxit, *Et magnitudinis eius non est finis:* alius autem, *non est inuentio.* Hæc, inquit, magnitudo incomprehensibilis est supra omnem comprehensionem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Psal. 18,1.

4. Generatio et generatio laudabit opera tua.] Omni, inquit, sæculo coëxtenditur, ita vt quælibet generatio eius opera contempletur, tam quæ existit quàm quæ futura est. Hoc autem Gentium vocationem insinuat. Creatura enim omni tempori coëxtenditur. Et præter hæc etiam alia per singulas generationes fiunt miracula, qualia nimirum in aduentu facta sunt. *Potentiam* verò *tuam pronuntiabunt*, scilicet per beneficia & per supplicia. Ceterùm pro *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ* alius, *Pulchritudinem laudum tuarum & verba mirabilium tuorum narrabunt*. Postquam enim dixit potentiam, ostendit etiam illam potentiam esse eximiam; quia non leuiter ac temerè neque qualiacumq; produxit, sed prodigiosa perfecit supra naturam humanam operans, ita vt ea quæ fiunt miraculo gloriâq; plena sint. Considera igitur quæ in Ægypto, quæ in Palæstina, quæ posteà in Babylone & alibi facta sunt. Quamobrem etiam adiungit, *Et virtutem terribilium tuorum dicent.* Ad vtraque enim perfecta est vis eius tam ad benefaciendum quàm ad puniendum: quod maximæ est prouidentiæ, & hoc ipsum valet ad ignauos per hæc terribilia conuertendos, & è profundo somno excitandos.

Laus Dei omni sæculo coëxtenditur.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Postquam autem illa enumerasset, recenset etiam quæ sunt suauia. *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ:* alius, *bonitatis tuæ. Et misericordias tuas laudabunt.* Per hæc omnia enim vult ostendere diuitias diuinæ benignitatis: sed cùm eas humanâ voce attingere non valeret, singula dictionis abundantiâ contexit, vt magis magnificum quò ad posset hymnum perficeret. Pulchrè autẽ & illud *Eructabunt*, ac si mens Dei suauitatibus repleta earumdem quodammodò memoriam gratam eructaret.

8. MISERATOR ET MISERICORS DOMINVS.] Neque enim potuisset conseruari, nisi magna fuisset eius clementia: non solùm enim miseretur eorum qui peccant, sed etiam longanimiter agit, vt veniant ad pœnitentiam: quapropter non est solummodò misericors, sed etiam multùm misericors. Hæc autem multitudo non potest mensurâ comprehendi. Per illud igitur quod sequitur hoc aliquo tenus ostendit dicens: *Suauis Dominus vniuersis.* Quid est *vniuersis*? etiam peccatoribus, & ijs qui viuunt scelerate. Nam non soli Abelo suauis, sed etiam Caino: omnia enim ex clementia facit. Et quocumque quis respexerit, multam videbit benignitatem. Quod etiam Propheta considerans dixit: *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.* Hoc est, Gratias tibi agant & quibus sermonis decus datum est, & quæ vocem non habent: singula enim idcircò facta sunt: sed illa quidem per suam substantiam, homo autem per vitæ suæ institutionem & actionem. Quamobrem subiunxit, *Et sancti tui:* sanctos vocans illos qui Dei iussa implent. Quid porrò est, *Gloriam Regni tui dicent?* Quòd nullâ re indigeas, quòd sis benignus, quòd prouidus, quòd subditis minimè egeas. *Et potentiam tuam loquentur:* id est, vires insuperabiles, inexpugnabiles. Non quòd tibi opus sit his laudibus, sed vt alios quoque doceant, & laudum faciant participes. Quam ob causam subiunxit, *Vt notam faciant filijs hominum.* Magna est enim potentia, magna gloria, magnum decus, & quòd omnem superet orationem.

Deus ergà omnes misericors est.

13. REGNVM TVVM REGNVM OMNIVM SÆCVLORVM.] Non præsentium, inquit, solùm, sed eorum etiam qui veniunt Rex es, vtpote principio fineque carens, & numquam desinens: & dominatio tua similiter per omnia

Deus omnium sæculorum Rex omnia sustentat.

Ἀπαριθμησάμενος δὲ ἐκεῖνα, λέγει καὶ τὰ χρηστά. μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου· ἄλλος, τῆς ἀγαθωσύνης σου. καὶ τὰς ἐλεημοσύνας σου εὐφημήσουσι. διὰ πάντων γὰρ δεῖξαι βούλεται τὸν πλοῦτον τῆς θείας χρηστότητος· ἀλλ' οὐκ ἐφικνούμενος ἀνθρωπίνῃ γλώσσῃ συμπλέκει, ἕκαστα τῇ περιουσίᾳ τῆς λέξεως, μεγαλοφυέστερον ὡς οἷόν τε τὸν ὕμνον ἀποτελῶν. καλῶς δὲ καὶ τὸ ἐξερεύξονται, ὡς τῆς διανοίας ἐν τοῦ πεπληρῶσθαι τῶν τοῦ θεοῦ χρηστῶν οἷον ἐρευγομένης τὰς μνήμας.

η΄. ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗΜΩΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] Οὐδὲ γὰρ ἦν σωθῆναι, μὴ πολλῆς οὔσης αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας· οὐ γὰρ ἐλεεῖ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ μακροθυμεῖ, τοῦ εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν· διὸ οὐχ ἁπλῶς ἐλεήμων, ἀλλὰ καὶ πολυέλεος. τὸ δὲ πολὺ τοῦτο μετρηθῆναι οὐκ ἔνι. διὰ γοῦν τῶν ἑξῆς τοῦτο πως ἐνδείξατο εἰπών· Χρηστὸς κύριος τοῖς σύμπασι. τί ἐστι τοῖς σύμπασι; καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ τοῖς ἐν παρανομίᾳ ζῶσι. Οὐ γὰρ τῷ Ἄβελ μόνον χρηστὸς, ἀλλὰ καὶ τῷ Κάϊν· πάντα γὰρ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐργάζεται. καὶ οὗ ἄν τις ἴδοι, πολλὴν ὄψεται τὴν χρηστότητα. ὅπερ καὶ ὁ προφήτης συνιδὼν ἔλεγεν· Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντα τὰ ἔργα σου. τουτέστιν, εὐχαριστησάτωσάν σοι καὶ τὰ λόγῳ τετιμημένα, καὶ τὰ φωνὴν οὐκ ἔχοντα· διὰ τοῦτο γὰρ ἕκαστον γέγονεν· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν διὰ τῆς οὐσίας, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ διὰ τῆς διαγωγῆς καὶ τῆς πράξεως. διὸ ἐπήγαγεν, Καὶ οἱ ὅσιοί σου. ὁσίους τοὺς ἁγίους καλῶν τοὺς τὰ θεῖα πληροῦντας προστάγματα. τί δέ ἐστι, Δόξαν τῆς βασιλείας σου ἐροῦσι; τὸ ἀνενδεὲς, τὸ φιλάνθρωπον, τὸ κηδεμονικὸν, τὸ μὴ δεόμενον τῶν ἀρχομένων. Καὶ τὴν δυναστείαν σου λαλήσουσι· τουτέστι, τὴν δύναμιν τὴν ἄμαχον, τὴν ἀχείρωτον. οὐκ ἐπειδή σοι χρεία τούτων τῶν ὕμνων· ἀλλ' ὥστε καὶ ἑτέρους διδάξαι, καὶ ποιῆσαι τῆς εὐφημίας κοινωνούς. διὸ ἐπήγαγε, τοῦ γνωρίσαι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ ἰσχὺς, πολλὴ ἡ δόξα, πολλὴ ἡ μεγαλοπρέπεια, καὶ ὑπερβαίνουσα λόγον.

ιγ΄. Η ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΣΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΑΙΩΝΩΝ.] Οὐ τῶν παρόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐρχομένων, φησὶν, εἶ βασιλεὺς, ἅτε ἄναρχος καὶ ἄπειρος, καὶ ἀτελεύτητος· καὶ ἡ δεσποτεία σου ὡσαύτως πανταχοῦ τῶν

Digitized by Google

τῶν αἰώνων ἐκτεταμένη. εἶτα εἰπὼν τῆς βασιλείας τὸ ἀπελεύτητον, τὸ βέβαιον, λέγει καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ τὸ στερρόν. Πιστὸς κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. τὸ γὰρ πιστὸς, τουτέστιν ἀληθὴς, καὶ πάντως ἔσαι τὰ εἰρημένα παρ᾽ αὐτοῦ. καὶ ὅσιος δὲ, ἀντὶ τοῦ ἄληπτος, ὀρθὸς, καθαρὸς, ἄμωμος, μηδενὶ παρέχων λαβήν. εἶτα εἰπὼν περὶ τῆς βασιλείας ὅτι ἀπέραντος, περὶ τῶν λόγων, ὅτι ἀληθεῖς, περὶ τῶν πράξεων, ὅτι ἄληπτοι· λέγει πάλιν περὶ τῆς φιλανθρωπίας· Ὑποστηρίζει κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας. ὃ καὶ αὐτὸ μεγίστη δόξα τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ μὴ μόνον διακρατεῖν ἑστῶτας, ἀλλὰ καὶ μέλλοντας καταπίπτειν μὴ ἐᾶν τοῦτο παθεῖν· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐ τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα, ἀλλὰ πάντας· πάντων γάρ ἐστι δεσπότης, καὶ οὔτε κειμένους παρατρέχει· οὔτε σαλευομένους περιορᾷ. εἰ δέ τινες οὐκ ἀνέστησαν, οὐ παρὰ τὸν βουλόμενον ἀνορθῶσαι, ἀλλὰ παρ᾽ ἐκείνους τοὺς μὴ θέλοντας ἀναστῆναι, ὡς καὶ ὁ Ἰούδας. εἶτα καὶ ἕτερον λέγει εὐεργεσίας εἶδος.

ιέ. ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΠΑΝΤΩΝ ΕΙΣ ΣΕ ΕΛΠΙΖΟΥΣΙ.] Εἶδες πῶς ἔδειξεν ὅτι χρηστὸς τοῖς σύμπασι; Καὶ γὰρ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πάντας. τοῦτο κἀνταῦθα σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. οὐ γὰρ ὑετοὶ καὶ γῆ, καὶ ἀὴρ, ἀλλὰ τὸ ἐπίταγμα αὐτοῦ τοὺς καρποὺς εἴωθε τελεσφορεῖν. τί ἐστιν ἐν εὐκαιρίᾳ; ὅτι καιροῖς πάντα διώρισται, καὶ τροπαῖς διαφόροις ἐξάγεται, καὶ παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν διεῖλε τὴν τράπεζαν. ἐν εὐκαιρίᾳ οὖν, ἀντὶ τοῦ εὐκαίρως χρήζουσι καὶ δεομένοις τὴν τροφὴν χορηγεῖς. ἀλλὰ καὶ ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου. χεῖρα τὴν ἐνέργειαν λέγει καὶ τὴν χορηγητικὴν δύναμιν, διὰ πάντων τὸ εὔκολον δεικνύς. τρόπον γάρ τινα, φησὶν, ὡς ἐν τῇ χειρὶ κατέχων τὰ ἀγαθὰ ἀνοίγεις αὐτήν. τοσοῦτον πλοῦτον ἐκχεῖς, ὥστε ἕκαστον τὴν οἰκείαν ἀναλέξασθαι χρείαν. πῶς δὲ τὰ ζῶα πρὸς σὲ ἐλπίζουσιν; οὐκ ἐκ διαθέσεως τοῦτο, ἀλλὰ τοῦ πράγματος λέγει τὴν φύσιν, ἐπεὶ οὐδὲ νεοσσοὶ τῶν κοράκων ἐπικαλοῦνται (ἄλογα γὰρ) ἀλλὰ τὸ γινόμενον λέγει· ὅτι ὡς ἐπικαλουμένοις οὕτω χορηγεῖς. ἐκ γὰρ τῆς χειρός σου, ἐκ τῆς κηδεμονίας σου, πάντα πᾶσιν ἐπιρρεῖ. εὐδοκίας δὲ λέγει ἀντὶ τοῦ εὐαρεστήσεως. ὅτι ἕκαστον ζῶον πληροῖ τοῦ θελήματος αὐτοῦ τοῦ ἀρέσκοντος αὐτῷ. οὐ γὰρ

sæcula extensa est. Deinde postquam dixit Regnum esse infinitum, stabile, firmum, dicit etiam quàm sint eius verba firma. *Fidelis Dominus in omnibus verbis eius.* Nam illud *fidelis*, id est verus, & omnino erunt quæ ab eo dicta sunt. Sed & *sanctus*, id est inculpatus, rectus, purus, mundus, qui nullam vlli præbet ansam reprehensionis. Deinde postquam de Regno dixit id esse infinitum, de verbis, ea esse vera, de factis, ea non posse reprehendi; dicit rursus de clementia: *Suffulcit Dominus omnes qui corruunt.* Quod ipsum quoque maxima gloria est Regni eius, quòd non stantes solùm contineat, sed etiam eos qui essent casuri non permittat cadere: & quod est magis admirabile, quòd non huic aut illi, sed omnibus id faciat: est enim omnium Dominus, & nec eos qui iacent prætercurrit; nec eos qui labant despicit. Si autem aliqui non surgant, hoc non stat per eum qui vult erigere, sed per ipsos qui nolunt surgere, vti & Iudas. Deinde dicit quoque aliud genus beneficij.

15. OCVLI OMNIVM IN TE SPERANT.] Vidisti quomodo ostenderit eum esse bonum omnibus? Nam & solem suum oriri facit super omnes. Hoc etiam hîc significat. *Tu das escam illorum in tempore opportuno.* Neque enim imbres, & terra, & aër, sed eius iussio solet fructus producere. Quid est *in tempore opportuno*? Quòd omnia sint certis definita temporibus, & diuersis vicissitudinibus omnia producantur, & per totum annum mensam instruat atque distinguat. In tempore igitur opportuno, id est opportunè indigentibus, & penuriâ laborantibus cibum suppeditas. Quin etiam *aperis tu manum tuam.* Manum dicit operationem, & suppeditatricem facultatem, per hæc omnia facilitatem ostendens. Quodammodò enim, inquit, manum aperis, ac si bona in ea contineres. tantas opes effundis vt singula inde sibi necessaria colligant. Quomodo autem bruta in te sperant? Non de affectu istud, sed de re ipsius natura dicit, quandoquidem neque pulli coruorum Deum inuocent (siquidem carent ratione) sed quid accidat recenset; quod nimirum ita ipsis necessaria suppedites ac si te inuocarent. Ex manu enim tua & ex prouidenti cura omnibus omnia affluunt. *Benedictione* autem dicit pro beneplacito. Quoniam vnumquodque animal implet voluntate ipsi placente. Non enim

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Matt. 5, 45.

Deus omnia suppeditat opportunè.

quale-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

qualecunque dat alimentum, sed prout est vnicuique vtile, pro cuiusque desiderio, sicut cuique suaue est, tam hominibus quàm brutis. Neque das solùm, sed etiam imples, ita vt nihil desit. Vel *benedictione* dicit pro bona tua voluntate.

17. IVSTVS DOMINVS IN OMNIBVS VIIS.] *Vias* hîc dicit eius dispensationes & prouidentiam, per quam omnia effinxit; *sanctitatem* verò quâ procedit prouidendo, iustificando, iudicando, benefaciendo. Deinde postquam communia dixit, quæ etiam infidelibus brutisque concessa sunt, vtpote alimenta & imbres, dicit etiam quæ priuatim & eminenter fidelibus data sunt: vt quòd ipsis per auxilium curamque propinquus sit: id est, quòd eos defendat, eorum curam gerat, & multo ampliùs eis prouideat, ipsisque beneuolus ac benignus existat. Porrò illud *prope* non locale spatium, sed per propinquitatem, affectum beneuolentiamque declarauit. Omnibus enim adest per prouidentiam, sed per affectum ijs qui cum scientia ipsum inuocant: hoc enim ait in veritate: quorum voluntas quandoquidem cum diuina voluntate consentiat, necessariò etiam implet eorum voluntates, quando petunt diuina ipsisque conducentia. Rursus verò & aliud genus prouidentiæ dicit, scilicet conseruare, munire, custodire qui diligunt ipsum; eos verò qui laborant morbo immedicabili (hos enim peccatores dicit) permittere vt malitiæ suæ præmia percipiant. Proprium enim est iusti vnicuique id quod illi congruat distribuere. Postquam autem species eius prouidentiæ quoad poterat dixisset, laude rursus concludit orationem, & vniuersum orbem terræ vocat ad laudis communionem dicens: *Laudationem Domini loquetur os meum*, &c. Non eos solùm vocat qui beneficio afficiuntur, sed eos etiam qui puniuntur. Nam hoc quoque est eius prouidentiæ, quòd non homines solùm, sed etiam bruta & elementa omnia bonitatis eius plena sint. Non ad tempus autem, inquit, hoc faciant, sed perpetuò, quamdiu ipso volente fuerint.

Deus peculiariter prouidet suis amicis.

ἁπλῶς δίδωσι τροφὴν ἀλλὰ κατὰ τὸ χρήσιμον ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστου, ὡς ἑκάστῳ ἡδὺ, καὶ ἀνθρώποις καὶ ἀλόγοις. καὶ οὐ δίδως μόνον, ἀλλὰ καὶ πληροῖς, ὡς μηδὲν εἶναι ἐνδεὲς, ἢ εὐδοκίας ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ σου θελήματος.

ιζʹ. ΔΙΚΑΙΟΣ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΟΔΟΙΣ.] Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς οἰκονομίας φησὶ καὶ τὴν προνοίαν, δι' ἧς ἅπαντα διετύπωσε· τὴν ὁσιότητα δὲ ᾗ ἐπιπορεύεται προνοῶν, δικαιῶν, κρίνων, εὐεργετῶν. εἶτα εἰπὼν τὰ κοινὰ, καὶ τοῖς ἀπίστοις διδόμενα καὶ τοῖς ζώοις, τὴν τροφὴν, τοὺς ὑετοὺς, λέγει καὶ τὰ ἐξαιρέτως καὶ ἐξαιρέτως τοῖς πιστοῖς παρεχόμενα· τὸ ἐγγὺς αὐτοῦ εἶναι τῇ περὶ αὐτοὺς βοηθείᾳ καὶ τῇ φροντίδι· τουτέστιν, ἀντέχεσθαι, κήδεσθαι, προνοεῖν πολὺ μειζόνως ἐκείνων, εὔνουν αὐτοῖς εἶναι καὶ εὐμενῆ. τὸ δὲ ἐγγὺς οὐ τοπικὸν σημαίνει διάστημα, ἀλλὰ τὴν σχέσιν, τὴν κατάθεσιν ἐδήλωσε διὰ τῆς ἐγγύτητος. πᾶσι μὲν γὰρ ἐγγὺς κατὰ τὴν πρόνοιαν, κατὰ σχέσιν δὲ τοῖς ἐπιστήμῃ καλοῦσι· τοῦτο γὰρ τὸ ἐν ἀληθείᾳ· ὧν ἐπεὶ συμβαίνει τὸ θέλημα τῷ θείῳ θελήματι, ἀναγκαίως αὐτοῦ πληροῖ τὰ θελήματα, ὅταν αἰτῶσι θεῖα κἀκείνοις συμφέροντα. πάλιν δὲ καὶ ἕτερον εἶδος λέγει προνοίας, τὸ τηρεῖν, τὸ ἀσφαλίζεσθαι, τὸ φυλάσσειν τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· τοὺς δὲ ἀνίατα νοσοῦντας τοὺς οὐ βουλομένους σωθῆναι (τούτους γὰρ λέγει ἁμαρτωλοὺς) τὰ τῆς κακίας ἐπίχειρα δέχεσθαι συγχωρεῖν. ἴδιον γὰρ δικαίου τὸ προσφορον ἀπονέμειν ἑκάστῳ. ἐπεὶ δὲ εἶπε τῆς προνοίας αὐτοῦ τὰ εἴδη ὅσα δυνατὸν, πάλιν εἰς αἶνον καταλείει τὸν λόγον, καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν εἰς κοινωνίαν τῆς εὐφημίας παραλαμβάνει λέγων· Αἴνεσιν κυρίου λαλήσει τὸ στόμα μου, καὶ ἑξῆς. οὐχὶ τοὺς εὐεργετουμένους μόνον καλεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς κολαζομένους. καὶ γὰρ κἀκεῖνο κηδεμονίας, ὅτι οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλογα καὶ στοιχεῖα πάντα πεπλήσθαι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. οὐ προσκαίρως δὲ τοῦτο, φησι, ποιείτωσαν, ἀλλὰ διηνεκῶς, ἄχρις ἂν ὦσιν αὐτοῦ βουλομένου.

CATE-

CATENA PATRVM.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μετὰ ἀκριβείας τούτῳ μάλιστα προσέχωμεν τῷ ψαλμῷ· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τὰ ῥήματα ἔχων ἐκεῖνα, ἅπερ οἱ μεμυημένοι συνεχῶς ὑποψάλλουσι λέγοντες· οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. ὁ γὰρ γενόμενος υἱός, καὶ τραπέζης ἀπολαύων πνευματικῆς, δοξάζειν δίκαιος ἂν εἴη τὸν πατέρα. Υἱὸς γάρ, φησι, δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ φοβηθήσεται. γέγονας υἱός, καὶ τραπέζης ἀπολαύεις πνευματικῆς, σιτούμενος τὰς σάρκας καὶ τὸ αἷμα τὸ ἀναγεννῆσάν σε. ἀπόδιδου τοίνυν τῆς εὐεργεσίας τὴν ἀμοιβήν, καὶ δόξασον τὸν τοιαῦτα παρεσχηκότα· καὶ ἀναγινώσκων τὰ ῥήματα, ῥύθμιζέ σου τὴν γνῶσιν πρὸς τὰ λεγόμενα.

α΄. ΥΨΩΣΩ ΣΕ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ, Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΟΥ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα λέγων, πολλὴν ἐπιδείκνυσο τὴν οἰκείωσιν, ἵνα καὶ περὶ σοῦ λέγῃ ὁ Θεὸς ὡς καὶ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἂν γὰρ σὺ λέγῃς, ὁ Θεός μου, καὶ ὁ βασιλεύς μου, καὶ μὴ λέγῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγάπην παρέχῃς τοιαύτην, καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ ἐρεῖ περὶ σοῦ· ὁ δοῦλός μου καὶ ὁ θεράπων μου εἶ σύ. ὃ περὶ τοῦ Μωϋσέως εἴρηται.

β΄. ΚΑΘ ΕΚΑΣΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΕΥΛΟΓΗΣΩ ΣΕ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ἐν περιστάσεσι καὶ πειρασμοῖς ὢν εὐλογήσω σέ, φησι, κύριε· τουτέστι διηνεκῶς. Καὶ γὰρ πολλῶν ἐσμὲν ὀφειλέται αὐτῷ, ὅτι οὐκ ὄντας ἐποίησεν, ὅτι τοιούτους εἰργάσατο, ὅτι γενομένους διακρατεῖ, ὅτι καθ' ἑκάστην προνοεῖ τὴν ἡμέραν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, καὶ λάθρα καὶ φανερῶς, καὶ οὐκ εἰδότων. οὐ διὰ ταῦτα δὲ μόνον αἶνον ἄδειν διαπαντὸς προσήκει, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀκήρατον οὐσίαν· καὶ γὰρ διὰ ταύτην ὀφείλεται παρ' ἡμῶν αὐτῷ αἶνος καὶ εὐλογία, καὶ διηνεκὴς εὐχαριστία, καὶ λατρεία, καὶ διακονία συνεχής. τοῦτο γοῦν αὐτὸ δηλῶν ὁ προφήτης ἐπήγαγεν·

γ΄. ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΟΣ ΚΑΙ ΑΙΝΕΤΟΣ ΣΦΟΔΡΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπεὶ οὖν μέγαν ἔχεις δεσπότην, διὰ τοῦτο καὶ σὺ ὑψηλὸς γενοῦ, καὶ τῶν βιωτικῶν ἀπαλλάγηθι φροντίδων.

CHRYSOSTOMI. Hunc Psalmum quàm diligētissimè attendamus: hic est enim qui habet hæc verba, quæ mysterijs initiati assiduè concinunt dicentes: *Oculi omnium in te sperant, & tu das cibum illorum in tempore opportuno.* Qui enim filius factus est, & mensâ spiritali fruitur, meritò patrem gloriâ & honore affecerit. *Filius* enim, inquit, *glorificat patrem, & seruus Dominum suum timebit.* Factus es filius, & mensâ spiritali frueris, comedens carnem & sanguinem eius qui te regenerauit. Refer igitur gratiam pro tanto beneficio, & eum qui hæc præbuit gloriâ & honore affice: & verba legens, compone mentem ad ea quæ dicuntur.

Malach. 1, 6.

1. EXALTABO TE DEVS MEVS, REX MEVS.] CHRYSOSTOMI. Cùm hæc dicis, ostende magnam familiaritatem & coniunctionem, vt de te etiam dicat Deus sicut & de Abraham & Isaac & Iacob: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Nam si tu dixeris, *Deus meus, & Rex meus*, nec voce tantùm dixeris, sed etiam charitatem talem exhibueris, ipse quoque hæc de te dicet: Seruus meus & famulus meus es tu. quod etiam de Moyse dictum est.

Exodi 3.

2. PER SINGVLOS DIES BENEDICAM TE.] ORIGENIS. Etiam cùm in periculis & tentationibus fuero benedicam te, inquit, Domine; id est perpetuò. Etenim multorum ei debitores sumus, quòd nondum existentes fecerit, quòd tales effecerit, quòd factos contineat, quòd per singulos dies nobis prouideat tam publicè quàm priuatim, tam clàm quàm palàm, etiam cùm hoc nescimus. Non propterea autem tantùm conuenit vt perpetuò laudem eius concinamus, sed etiam propter magnitudinem gloriæ ipsius, propter essentiam corruptionis expertem: etenim propterea debetur ei à nobis laus & benedictio, & perpetua gratiarum actio, & cultus, & ministerium assiduum. Hoc ipsum ergo Propheta significans subiunxit:

Multis nominibus obstricti sumus Deo, eique laudem debemus.

3. MAGNVS DOMINVS ET LAVDABILIS NIMIS.] ANONYMI. Cùm igitur magnum habeas Dominum, idcircò & tu altus esto, & à curis sæcularibus te expedias.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Quod facere consueuit hic quoque facit. Quando enim admiratus est eius magnitudinem, & gloriam, venit etiam ad operum demonstrationem. Hoc ipsum hic quoque facit dicens: *Generatio & generatio laudabit opera tua:* ostendens magnitudinem eius ex operibus. Nam non vno tantùm tempore huic sæculo coëxtenditur cælum, terra, mare, lacus, aër, fontes, flumina, semina, plantæ, herbæ, & quæ ex eis capiuntur beneficia, naturæ cursus, qui numquam interrumpitur, pluuiæ, & temporum vicissitudines constanti & certo ordine perpetuò procedentes, nox, dies, Sol, Luna, astra, alia omnia, & quæ præter hæc quotidie fiunt & priuatim & communiter ad corrigendum & beneficio afficiendum vniuersum genus hominum, quæ assiduè Iudæis eueniebant miracula, signa, prouidentia in frugum prouentibus, prouidentia in victorijs aduersus hostes, prouidentia quæ est in alijs omnibus. Qualia fuerunt in aduentu Christi, qualia tempore Apostolorum, qualia tempore persecutionum, infinita miracula contigerunt, etiam in nostra hac generatione. Nullum est enim tempus, quod etiam præter hæc communia non ferat signum eius prouidentiæ & per beneficia, & per supplicia. Non cessat enim omni ratione Deus omni tempore naturæ nostræ prospicere.

Dei benedictio ad omnia diffunditur.

Maximè relucet in miraculis.

ORIGENIS. Siquidem magnitudo Dei in Christo & in creaturis esse conspicitur, & magnitudinis eius non est finis. Numquid hinc etiam ex infinito in infinitum Dei in ea quæ ab ipso facta sunt prouidentia ostenditur? Non solùm enim, inquit, nos Israëlitæ per hancce generationem te benefactorem celebrabimus, verùm etiam alia generatio, scilicet Ecclesia ex Gentibus, operum tuorum magnificentiam prædicabit. Mirabilia autem dicit esse miracula quæ in beneficium quorumdam fiunt.

Magnitudo Dei lucet in Christo & creaturis.

6. ET VIRTVTEM TERRIBILIVM TVORVM DICENT.] CHRYSOSTOMI. Ad vtraque enim potentia eius perfecta est, ad benefaciendum scilicet & ad puniendum; atque omnia quæ enumerata sunt vtrumque horum habuerunt. Hoc potest videri non solùm in ijs quæ tunc euenerunt, sed etiam in creaturis, & vtriusque beneficij multa esse instrumenta, vtpote rerum quidem terribilium tonitrua fulguraque

Potentia Dei miserendo & puniendo manifestatur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅπερ ἔθος αὐτῷ ποιεῖν τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐργάζεται. ὅταν αὐτοῦ θαυμάσῃ τὴν μεγαλωσύνην, τὴν δόξαν, ἔρχεται καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἔργων ἀπόδειξιν. ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ λέγων· Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου· δεικνὺς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ τὴν μεγαλωσύνην. οὐδὲ γὰρ ἐν ἑνὶ χρόνῳ μόνον παρεκτείνεται τῷ αἰῶνι τούτῳ οὐρανός, γῆ, θάλαττα, λίμναι, ἀήρ, πηγαί, ποταμοί, σπέρματα, φυτά, βοτάναι, καὶ ἡ ἐκ τούτων εὐεργεσία, φύσεως δρόμος, μήποτε διακοπτόμενος, ὑετοί, καὶ τροπαὶ διηνεκῶς χορεύουσαι, νὺξ, ἡμέρα, ἥλιος, σελήνη, τὰ ἄστρα, τὰ ἄλλα πάντα, καὶ τούτων χωρὶς, ἄλλα καθ' ἑκάστην γενεὰν γίνεται καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πρὸς διόρθωσιν πρὸς εὐεργεσίαν τοῦ κοινοῦ τῶν πάντων ἀνθρώπων γένους, οἷα ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων συνεχῶς γέγονε θαύματα, σημεῖα, πρόνοια ἡ ἐν εὐετηρίᾳ, ἡ ἐν ταῖς νίκαις τῶν πολέμων, ἡ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν. οἷα ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων, ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν διωγμῶν, μυρία θαύματα γέγονε, καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας. Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι χρόνος οὐδείς, καὶ τούτων ἐκτὸς τῶν κοινῶν ὁ μὴ φέρων τῆς αὐτοῦ προνοίας σημεῖον καὶ διὰ τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ διὰ τῶν κολάσεων. οὐ γὰρ διαλιμπάνει παντὶ τρόπῳ τὰ ὑπὲρ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας οἰκονομῶν ὁ θεὸς διὰ παντὸς τοῦ χρόνου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἴπερ ἡ μεγαλωσύνη τοῦ θεοῦ ἐν τῷ Χριστῷ καὶ ἐν τοῖς κτίσμασιν οὖσα θεωρεῖται, καὶ οὐκ ἔστι πέρας τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. μήποτε ἡ ἐξ ἀπείρου ἐπ' ἄπειρον καὶ ἐντεῦθεν παρίσταται τοῦ θεοῦ εἰς τὰ ὄντα ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα πρόνοια; οὐ γὰρ μόνον, φησὶν, ἡμεῖς οἱ ἐξ Ἰσραὴλ κατὰ τήνδε τὴν γενεάν σε τὸν εὐεργέτην ὑμνήσομεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα γενεά, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, τῶν ἔργων σου τὴν μεγαλουργίαν κηρύξει. Θαυμάσια δὲ λέγει τὰ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τινῶν γινόμενα θαύματα.

ϛ'. ΚΑΙ ΤΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ ΤΩΝ ΦΟΒΕΡΩΝ ΣΟΥ ΕΡΟΥΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πρὸς γὰρ ἑκάτερα ἀπηρτισμένη ἡ ἰσχὺς, πρὸς εὐεργεσίαν καὶ πρὸς τιμωρίαν· καὶ τὰ ἀπαριθμηθέντα ἅπαντα ἑκάτερον τούτων εἶχε. τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῶν τότε συμβάντων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεώς ἐστιν ἰδεῖν, καὶ ἑκατέρας τῆς εὐεργεσίας πολλὰ τὰ ὄργανα, τῶν μὲν φοβερῶν βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ

καὶ

καὶ σκνῖπας, πρηστῆρας, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ ἐν τοῖς ἑρπετοῖς δὲ δράκοντας, σκορπίους, ὄφεις, καὶ ἐν τοῖς πετεινοῖς ἀκρίδας, ἐρυσίβην, καὶ ἐν τοῖς εὐτελέσι κυνόμυιαν, κάμπην, ἅπερ μάλιστα καὶ αὐτὰ προνοίας, ὅτι ἐπιστρέφοντα τοὺς ἀνθρώπους, ἀπαλλάττοντα ῥαθυμίας, ἀφυπνίζοντα τοῦ βαθέος ὕπνου, ἀπὸ τοῦ κάρου πρὸς νῆψιν ἄγοντα. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις ἡ δύναμις αὐτοῦ ἀπηρτισμένη ἦν. διόπερ εἰπὼν, τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι, καὶ τὴν μεγαλωσύνην σου διηγήσονται, ἐπήγαγε, μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐξερεύξονται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύναμιν τῶν φοβερῶν φησι τὰς ἐπὶ τιμωρίᾳ ἑτέρων δειχθείσας μεγαλουργίας. οἷον διὰ τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως τῇ Αἰγύπτῳ παντοδαπὰς ἐπήγαγε μάστιγας, ἐκεῖνα νοητέον δύναμιν φοβερῶν. μνήμην δὲ τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητος λέγει, ὡς ὅταν ἐν τῇ ἐρήμῳ μάννα ἐκόμισε τῷ λαῷ, καὶ ὀρτυγομήτραν ἐπέδωσε, καὶ τὴν ἄνυδρον ἐπέκλυσε. ταῦτα εἰς θαυμάτων ὕμνον τὰς τῶν εὐγνωμόνων γλώττας ἐκίνησε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ ἀπηριθμησάμεθα τὰ δεινά· οὕτω καὶ τὰ ἐναντία τούτων ἀναγκαῖον εἰπεῖν, οἷον τροπὰς ἡμερινὰς, λειμῶνας, παραδείσους, ἄνθη ποικίλα, ὕδωρ ποταμῶν γλυκὺ, καὶ τὸ ἐκ τῶν ὑετῶν χρησιμώτατον, τῆς γῆς τὰς ὠδῖνας, τοὺς ποικίλους καρποὺς, τὰ δένδρα τὰ διάφορα, τοὺς προσηνεῖς ἀνέμους, καὶ τὰ μυρία καλὰ ἐν τῇ κτίσει, ἐν τοῖς ζώοις, ἐν φυτοῖς, ἐν μετάλλοις, καὶ θαύματος γέμοντα. καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς ἔργοις ἴδοι τις ἂν οὐ κολάζοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐεργετοῦντα πολλῷ μᾶλλον ἢ κολάζοντα· τὰ μὲν γὰρ φόβου ἕνεκεν ποιεῖ· εἰ δέ ποτε καὶ πεῖραν ἐπάγοι, διὰ τὴν πολλὴν ἀναισθησίαν τῶν οὐ διορθουμένων τῷ φόβῳ. τούτοις δὲ ἐμφιλοτιμεῖται, καὶ μέχρι τῆς πείρας αὐτὰ προσάγει οὐκ εἰς ἀξίους μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀναξίους. ποικίλλων τοίνυν ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ποτὲ μὲν ταῦτα ποτὲ δὲ ἐκεῖνα ἐργάζεται· πλεονάκις δὲ ταῦτα μᾶλλον ἢ ἐκεῖνα, ἐπειδὴ ταῦτα βούλεται μόνα. διὰ δὴ τοῦτο καὶ γέενναν ἠπείλησεν, οὐχ ἵνα ἐπαγάγῃ, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ· καὶ τὴν μὲν τῷ διαβόλῳ παρεσκεύασε (Πορεύεσθε γάρ, φησιν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ) τὴν δὲ βασιλείαν ἀνθρώ-

& fulmina, igneos turbines, & his similia. Porrò in reptilibus dracones, scorpiones, serpentes, & in volucribus locustas, rubiginem, & in ijs quæ sunt abiecta & vilia cynomyiam, erucam, quæ ipsa quoque sunt maximæ prouidentiæ, & quæ homines conuertant, à socordia liberent, à profundo somno excitent, à veterno ad vigilantiam traducant. Non solùm autem in his, sed etiam in contrarijs est virtus eius perfecta. Quapropter cùm dixisset, *Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnificentiam tuam narrabunt*, subiunxit, *memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt*.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. *Virtutem terribilium* dicit magnificentias in aliorum supplicio demonstratas. Velut per diuinum Moysem Ægypto omnis generis flagella inflixit, illa scilicet intelligenda sunt virtus terribilium. *Memoriam* verò *abundantiæ dulcedinis* dicit, vt quando in solitudine mannam populo suppeditauit, & coturnices illigauit, & terram aridam inundauit. Hæc in miraculorum laudem gratorum linguas commouerunt.

CHRYSOSTOMI. Quemadmodum mala enumerauimus; ita etiam necesse est vt dicamus eorum contraria, v.g. diurnas temporum vicissitudines, prata, hortos, flores varios, aquam dulcem fluuiorum, commoda quæ capiuntur è pluuijs, terræ partus, varios fructus, diuersas arbores, suaues ventos, & innumera quæ in creaturis pulchra sunt, in animalibus, in plantis, in metallis, & plena sunt admirationis. Quin etiam in ipsis operibus videri possunt non solùm ea quæ puniant, sed longè etiam ampliora quæ beneficio afficiant quàm puniant: siquidem illa tantùm terroris gratiâ facit: & si ea aliquando reuerà intentauerit, id facit propter eos qui sunt adeò sensus expertes, vt metu non corrigantur. In his autem est munificus & splendidus, hisque reapse afficit non solùm dignos, sed etiam indignos. Varians ergo nostram salutem, aliquando quidem hæc aliquando verò illa facit: & hæc quidem sæpiùs quàm illa; quoniam hæc sola vult. Propterea nempe gehennam minatus est, non vt eam infligeret, sed ne infligeret: & illam quidem parauit diabolo (*Ite* enim, inquit, *in ignem qui paratus est diabolo & angelis eius*) Regnum autem hominibus:

Multa sunt benignitatis Dei argumenta.

Matth. 25. 41.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

minibus: ostendens se nolle hominem proijcere in gehennam.

8. MISERATOR ET MISERICORS DOMINVS.] ANONYMI. Vides Prophetam immorari his melioribus,& prolixiori vti oratione: nouit enim Dei opes in his maximè consistere. Neque enim licuisset conseruari, nisi magna fuisset eius clementia: & ideò ipse dicebat: *Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & in peccatis tuis te defendi.* Vide quomodo ostendat ineffabilem suam clementiam: non solùm enim miseretur eorum qui peccant, sed etiam aliud ostendit non paruum genus clementiæ, nempe longanimitatem, vt veniant ad pœnitentiam, & cum eius clementia à suo quoque conseruentur studio & diligentia,& ex suis factis fiduciam habeant.

Isaiæ 43.

9. SVAVIS EST DOMINVS VNIVERSIS.] CHRYSOSTOMI. Non solùm enim iusti, & ij qui se rectè gerunt, aut qui ducuntur pœnitentiâ, sed etiam omnes per ea quæ patiuntur, eius misericordiam prædicant & bonitatem. Et si quis me roget, Cuinam fuit bonus? dicam, Non Abelo soli, sed etiam Caino: non soli Noë & eius liberis, sed ijs etiam quos illa inundatio obruit. Omnia enim ex clementia operatur. Et vt scias, quomodo sit in omnes bonus. Quantæ benignitatis erat, dic mihi, illum fratricidam, & qui cædem istiusmodi fecerat, & qui Dei leges conculcauerat, tradere supplicio, quod admonitio est potiùs quàm pœna? vt & per longitudinem temporis illum expiaret à peccato quod commiserat, & alios doceret & castigaret per ea quæ ille patiebatur. Quin & in alijs omnibus si quis diligenter considerarit, id ipsum videbit. Illud enim *vniuersis* non in hoc solùm cernitur, sed etiam in omnibus quæ videntur, in animalibus, in brutis. Quin etiam si quis ad ipsos Angelos ascenderit & Archangelos, videbit plurimùm benignitatis, & multam misericordiam. Singulis enim in operibus multa relucet humanitas: quod ipse quoque animaduertens subiunxit,

Deus non solis iustis misericors & suauis, sed etiam improbis.

ET MISERATIONES EIVS SVPER OMNIA OPERA EIVS.] ORIGENIS. Si miserationes Dei super omnia opera eius,

ποις· δεικνὺς ὅτι οὐ βούλεται ἄνθρωπον εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν.

η'. ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗΜΩΝ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁρᾷς καὶ τὸν προφήτην τούτοις ἐνδιατρίβοντα τοῖς χρηστοτέροις, καὶ δαψιλευόμενον τῷ λόγῳ· καὶ γὰρ οἶδε σαφῶς ἐν τούτοις ὄντα μάλιστα τοῦ Θεοῦ τὸν πλοῦτον. οὐδὲ γὰρ ἦν σωθῆναι, μὴ πολλῆς οὔσης αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας· διὸ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου προέστην σου. Ὅρα πῶς δείκνυσιν ἄφατον αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· οὐ γὰρ ἐλεεῖ μόνον ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ ἕτερον εἶδος τῆς φιλανθρωπίας οὐ μικρὸν ἐπιδείκνυται, τὸ μακρόθυμον, ὥστε αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν, καὶ μετὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀπὸ τῆς οἰκείας σωθῆναι σπουδῆς, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων παῤῥησίαν ἔχειν.

θ'. ΧΡΗΣΤΟΣ ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΙΣ ΣΥΜΠΑΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον οἱ δίκαιοι, οὐδὲ οἱ κατορθοῦντες, οὐδὲ οἱ μετανοοῦντες, ἀλλὰ καὶ πάντες δι' ὧν πάσχουσι, ἀνακηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν ἔλεον καὶ τὴν χρηστότητα. κἄν τίς με ἐρῆται, τίνι χρηστὸς ἐγένετο; ἐρῶ, οὐχὶ τῷ Ἄβελ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ Κάϊν· οὐχὶ τῷ Νῶε μόνον καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καταποντισθεῖσι. πάντα γὰρ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐργάζεται. καὶ ἵνα μάθῃς, πῶς πᾶσιν ἐστὶ χρηστός. πόσης χρηστότητος ἦν, εἰπέ μοι, τὸ τὸν ἀδελφοκτόνον ἐκεῖνον, καὶ τοιαύτην τολμήσαντα σφαγὴν, καὶ τῆς φύσεως καὶ τοῦ Θεοῦ καταπατήσαντα νόμους, παραδοῦναι τιμωρίᾳ, νουθεσίᾳ μᾶλλον ἢ κολάσει οὔσῃ; ὥστε καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἐκκαθαίρειν διὰ τοῦ μήκους τοῦ χρόνου τὴν χρόνον τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐγγινομένης, καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύειν δι' ὧν ἔπασχεν ἐκεῖνος. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ πάντων τὸ αὐτὸ ἄν τις ἀκριβῶς κατανοῶν ἴδοι. τὸ σύμπασιν γὰρ οὐκ ἐπὶ τούτου μόνον ἐστὶν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ὁρωμένων ἁπάντων, ἐπὶ τῶν ζώων, ἐπὶ τῶν ἀλόγων. κἂν εἰς αὐτοὺς δὲ ἄν τις ἀναβῇ τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀρχαγγέλους, πολλὴν ὄψεται τὴν χρηστότητα πολλοὺς οἰκτιρμούς. ἕκαστον γὰρ ἔργον πολλῆς ἀπολαύει φιλανθρωπίας· ὅπερ δὴ καὶ αὐτὸς συνιδὼν ἔλεγε,

ΚΑΙ ΟΙ ΟΙΚΤΙΡΜΟΙ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΡΓΑ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰ οἱ οἰκτιρμοὶ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ,

τοῦ, πῶς εἰσί τινες ἐφ' οὓς οὐ φθάνουσι; ἄρα καὶ ἐπ' αὐτοὺς οἱ οἰκτιρμοὶ τοῦ Θεοῦ· εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ μὲν τὰ ἔργα αὐτοῦ φθάνουσιν οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ πάντως.

ι. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστιν, εὐχαριστησάτωσάν σοι, ἀναπεμπέτωσαν ὕμνους, οἵτε λόγῳ τετιμημένοι, τά τε φωνὴν οὐκ ἔχοντα. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀφώνων ἕκαστον οὕτως γέγονεν, ὥστε εὐλογίαν ἀναπέμπειν καὶ διὰ τῆς οἰκείας φύσεως, κἂν ἄφωνον ᾖ, καὶ διὰ τῶν ὁρώντων καὶ ἀπολαυόντων ἀνθρώπων· ἐκεῖνα μὲν διὰ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτῶν, ἄνθρωποι δὲ καὶ διὰ τῆς διαγωγῆς, καὶ διὰ τῆς πράξεως. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· οἱ ὅσιοί σου εὐλογησάτωσάν σοι. ὁσίους ἐνταῦθα τοὺς ἁγίους καλεῖ τοὺς τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα πληροῦντας, τοὺς ἀβάτους ἁμαρτήμασι καὶ πονηρίᾳ.

ιε. ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΠΑΝΤΩΝ ΕΙΣ ΣΕ ΕΛΠΙΖΟΥΣΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πῶς δέ φησιν, ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι; καίτοι πολλοί εἰσιν αὐτόματα τὰ ὄντα λέγοντες, οἱ ἐν ἀσεβείᾳ ζῶντες. πῶς οὖν φησι πρὸς σὲ ἐλπίζουσι; τοῦ πράγματος λέγει τὴν φύσιν· ὡς ὅταν λέγῃ, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν· καὶ μὴν ἄλογα τὰ ζῷα ἐστί· καὶ πάλιν· σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς. καίτοι καὶ οὗτοι τούτων ἀλογώτεροι, καίτοι οὐκ αὐτοὶ ζητοῦσιν. ἀλλὰ κἀνταῦθα λέγει τοῦ πράγματος τὴν φύσιν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐκείνων προαιρέσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν γινομένων φύσεως τοῦτο ῥητέον.

ιϛ΄. ΑΝΟΙΓΕΙΣ ΣΥ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΣΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἅμα τε γὰρ βούλει, καὶ ἀπολαύει τῶν παρὰ σοῦ χορηγουμένων ἕκαστον ἀγαθῶν. Καθάπερ γὰρ ἡμῖν ῥᾴδιον τοὺς συνηγμένους ἐκτεῖναι δακτύλους, καὶ ἁπλῶσαι τὴν χεῖρα· οὕτως σοι εὔκολον ἐν ἀκαρεῖ παρασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν φοράν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὴν χεῖρα τὴν ἐνέργειαν λέγει καὶ τὴν χορηγητικὴν δύναμιν· διὰ πάντων σε παιδεύων, εἰδέναι ὡς οὐκ ἐν τοῖς στοιχείοις, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ τῶν καρπῶν αἱ γοναί. ἢ καὶ τὸ εὔκολον δεικνὺς εἶπεν, ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου. ἐπειδὴ γὰρ τὸν μάλιστα αἴτιον τῶν πάντων. ἀφέντες προσεκύνουν ἀέρα καὶ ἥλιον, καὶ ταῦτα ἐνόμιζον εἶναι τὰ παρέχοντα τοὺς καρποὺς, ἀνάγων

quomodo sunt aliqui ad quos non perueniunt? vtique etiam super ipsos sunt miserationes Dei: nisi fortè ad opera quidem eius pertingunt miserationes ipsius, ad opera autem manuum eius non item.

CATENA PATRVM.

10. CONFITEANTVR TIBI DOMINE.] ANONYMI. Hoc est, Gratias tibi agant, laudes emittant, & quibus sermo concessus est, & quæ vocem non habent. Etenim vnumquodque eorum quæ voce carent ita factum est, vt per suam naturam, quamuis muta sint, emittant benedictionem, & per homines qui ea vident & ijs fruuntur: illa quidem per suam substantiam, homines autem per vitæ suæ institutionem, & per actionem. Et ideò subiunxit: *Sancti tui benedicant tibi.* Sanctos hîc vocat qui Dei iussa implent, ad quos peccatis & sceleribus nullus patet aditus.

Omnia opera Dei ipsum benedicunt prout possunt.

15. OCVLI OMNIVM IN TE SPERANT.] CHRYSOSTOMI. Quomodo autem ait, quòd oculi omnium in te sperent? Atqui multi dicunt ea quæ sunt esse casu, vt ij qui sunt impij. Quomodo ergò dicit, *in te sperant?* Nimirum dicit rei ipsius naturam: vt quando ait, *Et pullis coruorum inuocantibus ipsum:* etiamsi sint animantia rationis expertia. Et rursus: *Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.* Atqui etiam hi sunt illis magis à ratione alieni, nec ipsi quærunt. Sed hîc quoque rei naturam dicit. Non enim ex illorum animi instituto, sed ex eorum quæ fiunt natura hoc dicendum est.

Psal. 146, 9.

Psal. 103.

16. APERIS TV MANVM TVAM.] ORIGENIS. Simul enim & vis, & vnumquodque consequitur tua bona à te subministrata. Sicut enim nobis facilè est contractos digitos extendere, & aperire manum; sic tibi facile est puncto temporis bonorum affluentiam præbere.

Deus omnibus liberaliter prospicit.

CHRYSOSTOMI. Manum dicit operationem & suppeditatricem facultatem: per omnia te docens, vt scias non in elementis, sed in Dei prouidentia sitas esse fructuum generationes. Vel etiam ostendens facilitatem dixit, *Aperis tu manum tuam.* Cùm enim principali causâ relictâ adorarent aërem & Solem, & existimarent esse illa quæ fructus præberent, adducens eos

ad

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ad ſupernum principium, & eorum auctorem ac Dominum, hæc frequenter inculcat, oſtendens ex illius manu, id eſt ex illius cura & prouidentia, omnia bona profluere. Benedictione autem implere hîc dicit, quia implet vnumquodque animal voluntate illi placente. Non enim qualicumque modo dat alimentum, ſed prout eſt vnicuique vtile, pro cuiuſque deſiderio, & brutis & hominibus, vt eſt vnicuique gratum: nec das ſolùm, inquit, ſed etiam imples, ita vt nihil deſit. Propterea dicit, *Imples omne animal benedictione.*

17. IVSTVS DOMINVS IN OMNIBVS VIIS SVIS.] ANONYMI. Vias hîc dicit eius diſpenſationes, prouidentiam, curationem, per quam omnia finxit atque conſtituit. Omnia enim, inquit, opera eius miraculis plena ſunt, quæ nullam vlli præbent anſam reprehendendi, etſi nonnulli furore rabieque agitentur. Opera ergo eius talia ſunt naturâ, vt fulgeant, vt reſplendeant, vt eius qui fecit gubernationem, prouidentiam, clementiam, iuſtitiam, ſanctitatem annuntient.

Omnia Deum annuntiant eiuſq; prouidentiam.

18. PROPE EST DOMINVS INVOCANTIBVS EVM.] ORIGENIS. Ecce etiam aliam prouidentiæ partem & caput bonorum. Cùm enim dixiſſet communia quę etiam infidelibus conceſſa ſunt, vtpote alimenta, pluuias, dicit etiam quæ priuatim fidelibus data ſunt: quænam autem ea ſunt? Propè eos eſſe; hoc eſt defendere, curam gerere, ampliùs eis prouidere.

19. VOLVNTATEM TIMENTIVM SE FACIET.] CHRYSOSTOMI. Atqui volebat Paulus angelum ſatanæ à ſe recedere; hoc eſt tentationes, afflictiones, inſidias, & non fecit; imò verò fecit. Poſtquam enim cognouit ſe petere minimè conducibilia, iterùm hoc ipſum volebat; quapropter dicebat, *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus.* Si autem priùs volebat contraria, propter inſcitiam volebat. Poſtquam autem Deum hoc velle didicit, etiam ipſe deinceps libenter acquieſcit.

2\. Cor. 12, 7.

Quomodo Deus faciat voluntatem timentium ſe.

Ibid. 10.

20. CVSTODIT DOMINVS OMNES DILIGENTES SE.] ANONYMI. Hæc quoque eſt non parua pars prouidentiæ, conſeruare, munire ac protegere, ſuam præbere prouidentiam. Peccatores autem dicit eos qui laborant morbo

αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἄνω, καὶ τὸν τούτων κύριον καὶ δεσπότην, συνεχῶς ταῦτα ἐπιλέγει, δεικνὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐκείνου χειρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς ἐκείνου κηδεμονίας, πάντα ἐπιῤῥεῖ τὰ ἀγαθά. εὐδοκίας δὲ ἐνταῦθα ἐμπιπλᾷν φησι, διότι πληροῖ ἕκαστον ζῷον τοῦ θελήματος αὐτοῦ τοῦ ἀρέσκοντος αὐτῷ. οὐ γὰρ ἁπλῶς δίδωσι τροφὴν, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἑκάστῳ, κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστῳ, καὶ ἀλόγοις καὶ ἀνθρώποις, ὡς ἑκάστῳ ἡδύ· καὶ οὐ δίδως μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ πληροῖς, ὡς μηδὲν εἶναι ἐνδέον. διό φησιν, ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῷον εὐδοκίας.

ιζʹ. ΔΙΚΑΙΟΣ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΠΑΣΑΙΣ ΤΑΙΣ ΟΔΟΙΣ ΑΥΤΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς οἰκονομίας φησὶ, τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν, δι' ἧς πάντα διετύπωσε. πάντα γάρ, φησι, τὰ ἔργα αὐτοῦ θαυμάτων γέμοντα, οὐδεμίαν οὐδενὶ λαβὴν παρέχοντα, κἂν τινες μαίνωνται καὶ λυσσῶσι. τὰ τοίνυν ἔργα φύσει τοιαῦτα, ὡς ἀπολάμπειν, ὡς ἀποστίλβειν, ὡς ἀνακηρύττειν τοῦ πεποιηκότος τὴν δημιουργίαν, τὴν πρόνοιαν, τὴν φιλανθρωπίαν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν ὁσιότητα.

ιηʹ. ΕΓΓΥΣ ΚΥΡΙΟΣ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΕΠΙΚΑΛΟΥΜΕΝΟΙΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἰδοὺ καὶ ἕτερον προνοίας μέρος καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν. εἰπὼν γὰρ τὰ κοινὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις διδόμενα, τὴν τροφὴν, τοὺς ὑετοὺς, λέγει καὶ τὰ ἰδιαζόντως τοῖς πιστοῖς παρεχόμενα· τίνα δὲ ταῦτά ἐστι; τὸ ἐγγὺς αὐτῶν εἶναι· τουτέστιν ἀντέχεσθαι, κήδεσθαι, προνοεῖν πολὺ μειζόνως ἐκείνων.

ιθʹ. ΘΕΛΗΜΑ ΤΩΝ ΦΟΒΟΥΜΕΝΩΝ ΑΥΤΟΝ ΠΟΙΗΣΕΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ μὴν ὁ Παῦλος ἐβούλετο τὸν ἄγγελον τοῦ σατανᾶ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτοῦ· τουτέστι τοὺς πειρασμοὺς, τὰς θλίψεις, τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ οὐκ ἐποίησε. Καὶ μὴν ἐποίησεν· ἐπειδὴ γὰρ ἔγνω ὅτι τὰ μὴ συμφέροντα ᾔτει, τοῦτο πάλιν ἠθέλησε· διὸ ἔλεγεν, εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς. εἰ δὲ τὰ ἐναντία πρότερον ἐβούλετο, δι' ἄγνοιαν ἐβούλετο. ἐπειδὴ δὲ ἔμαθεν ὅτι τοῦτο ὁ θεὸς βούλεται, καὶ αὐτὸς λοιπὸν εὐδοκεῖ.

κʹ. ΦΥΛΑΣΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΓΑΠΩΝΤΑΣ ΑΥΤΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ τοῦτο μέρος προνοίας οὐ μικρὸν, τὸ τηρεῖν, τὸ ἀσφαλίζεσθαι, τὸ τὴν παρ' αὐτοῦ πρόνοιαν παρέχειν. ἁμαρτωλοὺς δέ φησι τοὺς ἀνίατα

νοσοῦ-

Digitized by Google

νοσοῦντας, τοὺς οὐ βουλομένους διασωθῆναι. εἰ δὲ καί τινας τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ἀφίησιν εἰς κολάσεις ἐκδοθῆναι, καὶ τοῦτο φυλάσσοντός ἐστιν. ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ γέγονε καὶ ἐπὶ ἄλλων μυρίων· εἰ γὰρ καὶ τὰ σώματα αὐτῶν διεξέλυσαν, ἀλλ' ὅμως τῇ ψυχῇ λαμπρότεροι γεγόνασιν, ἀποληψόμενοι σώματα ἄφθαρτα. εἰπὼν δὲ τῆς προνοίας τὰ εἴδη ὅσον δυνατὸν ἦν αὐτῷ εἰπεῖν, εἰς αἶνον κατακλείει τὸν λόγον, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν εἰς κοινωνίαν τῆς εὐφημίας καλεῖ λέγων·

κα'. ΑΙΝΕΣΙΝ ΚΥΡΙΟΥ ΛΑΛΗΣΕΙ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πᾶσα σὰρξ εὐλογοῦσα τὸ ὄνομα κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἔσαι δηλονότι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος ὀψομένη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

immedicabili, eos qui nolunt seruari. Quòd si etiam aliquos eorum qui ipsum diligunt sinit affici supplicijs, hæc quoque sunt partes custodientis. Quod in Abele quoque accidit & in alijs innumeris: etsi enim eorum corpora interierint, animo tamen clariores euaserunt, recepturi etiam corpora corruptionis expertia. Cùm dixisset autem species eius prouidentiæ quantum ab eo dici poterant, laude concludit orationem, & vniuersum orbem terræ vocat ad laudis communionem dicens:

ANNOTATIONES CORDERII. Gen. 4. 1. Cor. 15.

21. LAVDATIONEM DOMINI LOQVETVR OS MEVM.] ORIGENIS. Omnis caro quæ benedicit nomen Domini in sæculum, & in sæculum sæculi, erit vtique in sæculum, & in sæculum sæculi visura salutare Dei.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

PSALMVS hic inscribitur Hebraicè תְּהִלָּה *Thehillah*, Græcè Αἶνος, Latinè *Laudatio ipsi David*. Vnde pater ipsius Psalmi argumentum: à laude enim incipit, desinit in laudem; & totus è magnificentissima Numinis prædicatione contexitur. Quare adorandi Numinis interminatam præstantiam confessus, effundit se deuotè, & sublimiter eiusdem perfectiones quasdam extollit; magnitudinem immensam, infinitam potentiam, magnificam gloriam, sanctitatem gloriosam; opera mirabilia, terribilia eiusdem, suauitatem, bonitatem inæstimabilem, longanimitatem, misericordiam super omnia opera eius, magnificentiam & æternitatem Regni eius, dominationis perpetuam stabilitatem, veritatem in promissis, sanctitatem in omnibus operibus, miserationem in lapsis erigendis, & donandis gratiâ & iustitiâ peccatoribus, liberalem omnium viuentium educationem, facilitatem in piorum precibus atque votis exaudiendis, iustorum beneuolentissimam deductionem ad salutem, impiorum damnationem. Hæc Propheta sanctus hîc breui stylo prosequitur; sed longâ & frequenti meditatione apud se ruminabat.

3. *Magnus Dominus & laudabilis nimis.*] Græcè est, Καὶ αἰνετὸς σφόδρα: quod S. Augustinus vertit, *Et laudabilis valdè*. Qui etiam clarissimus Ecclesiæ Doctor eâ tantâ & inexplicabili magnitudine obstupefactus exclamat: *Quantam conceptionem conclusit in vno valdè!* Ea certè tanta est, vt nullius creaturæ mens dicti illius amplitudinem consequi possit. Eleganter ad hunc locum S. Hilarius: *Hæc*, inquit, *Dei prima & præcipua laudatio est, quòd in se nihil mediocre, nihil circumscriptum, nihil emensum, & magnitudinis suæ habeat & laudis: virtus eius opinione non clauditur, locis non continetur, nominibus non enuntiatur, temporibus non subditur: arctus ad id sensus noster est, ingenium hebes, sermo mutus.* Hoc tamen non impedit, quò minùs illum laude & præconio celebremus, quantum hæc nostra imbecillitas patitur. Etsi enim sit ita magnus vniuersi Pater, vt cogitationem omnem exuperet; in eo tamen ad captum nostrum quatuor quasi partes magnitudinis considerari possunt, vt notat Bellarminus, scilicet longitudo, latitudo, sublimitas & profundum; in quibus comprehendendis sanctorum animorum studium B. Paulo teste occupatur: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo*, &c. Itaque Regius Cantor cùm prædicat Dei magnitudinem, si lubet de diuina *essentia* id capere, ea *latitudinem* habet, quòd sit immensa; *longitudinem*, quia æterna; *sublimitatem*, quia altissima; *profunditatem*, quia incomprehensibilis: quæ omnia infinita sunt. Si loquamur de *regia potestate* & magnifica eius gloria, quam hîc quoque laudibus in cælum vehit; Rex magnus est Deus latitudine imperij & amplissimi dominatus, qui vniuersitatem complectitur à primo Angelo vsque ad vilissimam creaturam: omnia enim seruiunt ei, & in ditione illius cuncta sunt posita. *Longitudo* est ipsa continuatio in omnem æternitatem, quòd Regni eius non est finis. *Sublimitas* est summa & absolutissima potestas, adeò vt nemo resistat ei. Habet denique *profunditatem*, quòd pertingat vsque ad mentium & cordium penetralia, & intimas cogitationes & affectiones animorum, sic vt nihil tectum & absconditum esse queat oculis prouidentiæ, nihil tam munitum, quò virga Regni huius & sceptri potentia non penetret. Similia dici possunt de reliquis, ob quæ Deus est laudabilis nimis: in quibus contemplandis Hymnopœus diuinus multum atque diu exercitatus erumpit in laudem, eamque magnificam, & quantam vis animi complecti potuit. Ceterùm quâ ratione Deus in Scriptura magnus prædicetur, vide superiùs ad Psal. 47. vers. 2. annotatum.

Deus quàm magnus & laudabilis sit.

Quid in Deo sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Ephes. 3, 19.

5. *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur.*] S. Hilarius & Romanum Psalterium legunt,

ANNOTATIONES CORDERII.

legunt, *Magnificentiam maieſtatis tuæ & ſanctitatem tuam loquentur*: apud S. Chryſoſtomum alius habet, Ὡραιότητα τῆς ἐπαίνου σου καὶ τοὺς λόγους τῶν παραδόξων σου διηγήσονται, *Decorem laudis tuæ & verba mirabilium tuorum narrabunt*: alius, Τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τοῦ ἐπαίνου σου, *Magnificentiam gloriæ laudis tuæ*. Tribuit hîc ſanctitati Dei gloriam, vel potiùs magnificentiam gloriæ, hoc eſt pulchritudinem glorioſam, ſplendorem eximium, candorem lucis æternæ, quæ ab immenſa puritate ſcintillat. Sic D. Petrus cùm de Chriſti transfiguratione loquitur, ob mirabilem illum ſplendorem cum mirabili maieſtate coniunctum nominauit *magnificam gloriam*. Nihil reperit in humanis Propheta, quod Numinis ſanctitatem velut tenuibus lineamentis adumbrare poſſet quàm ſplendorem, quem nomine δόξης, id eſt *gloriæ*, intelligit. Nihil luce & ſplendore iucundius, nihil purius, nihil quodammodò ſanctius, pollui nequit & contaminari. Siue per ſanctitatem intelligamus harmonicum veluti morum concentum, & virtutum omnium pompam mirabiliùs compoſitam & illuſtrem; illa in Deo habet magnificentiam gloriæ, & copulata eſt cum potentia glorioſa: quod rarò in hominum genere contingit. Vix enim reperias qui ſimul ſint magnificè glorioſi & potentes atque ſancti; quòd fucatus ſplendor dignitatum & honorum mentem cæcet, & tenebras vt plurimùm inducat, quibus ſanctimoniæ lux ſplendorque minuitur. In Deo verò eſt potentia ſanctiſſima, & ſanctitas potentiſſima atque magnifica, vitaque infinita, glorioſa, & hominum generi adoranda: eamque ob cauſam Vranij cantores, myriades illæ beatarum Mentium, Triſagion illi ſuum in omnem æternitatem concinent. Quarum rerum non inſcius Dauid, rapit omnes & inuitat ſecum ad laudandum id ſublime decus bonumque Dei: *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur*. O vtilem & præſtantem occupationem! ob quam vberes è cælo gratiæ in nos defluunt. Nam ex illa mirabilium cognitione, quæ in Deo celebramus, in luce tantæ maieſtatis, bonitatis, miſericordiæ, ſanctimoniæ & aliarum inſignium perfectionum oritur in animo ſanctus timor, deuotiſſima reuerentia, pudor, veneratio, ſpeſque & amor incenduntur. Itaque S. Chryſoſtomus hunc Pſalmum diligentiſſimè attendendum plurimique faciendum eſſe monebat: quemque etiam Caſſiodorus grandi enthuſiaſmo vocat *Catarractas diuini eloquij, fontes verborum cæleſtium, vbera beata præconij*; item, *enthecam rerum cæleſtium*. Quare non immeritò Creſollius noſter Anthologiæ ſuæ cap. 4. ſect. 6. Pſalmum hunc veluti exactiſſimum pulcherrimumque Dei laudandi & eximiè prædicandi exemplum proponit.

In Deo ſanctitas cum ſplendore gloriæ & potentia magnificentia coniuncta eſt.

Deus & ſuauis & terribilis.

6. *Virtutem terribilium tuorum dicent.*] Vbi diuinè S. Hilarius ait nos conſtitui *mediâ admiratione inter ſanctitatem atque terrorem, dum & terror ſuauis & terribilis ſuauitas admirabilem facit & terrorem ſuauem, & terribilem ſuauitatem*. S. Auguſtinus vertit *Virtutem metuendorum Dei*; & locum illuſtrans, *Ille*, inquit, *amabilis eſt & terribilis: non enim blanditur, & non minatur*, &c.

Memoria Dei ſuauis eſt eructatio.

7. *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.*] Vbi præclarè S. Auguſtinus: *O epulas*, inquit, *felices! Quid manducabant qui ſic eructabant? Quid eſt memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ? Quia nos oblitus non es, cùm nos obliti te fuerimus. Hæc memoria eius ſuper nos, quia non nos oblitus eſt, prædicanda & enarranda eſt; & quia valde dulcis, manducanda & eructanda eſt.* Si igitur ructus (vt ipſa naturalis ſcientia docet) ex repletione procedit, qui abundantiam ſuauitatis eructant, ſine dubio cæleſti dulcedine ac ſuauitate repleti ſunt. Et ſi odorem portat ructus (vt annotauit S. Bernardus Ser. 67. in Cant.) quandoq; bonum, quandoque malum, pro vaſorum, ex quibus aſcendit, contrarijs qualitatibus, manifeſtum eſt; quoniam illi optima vaſa ſunt, & cæleſtium intellectuum atque affectuum donis imbuta, qui tam ſuaueolentem fructuoſæ prædicationis odorem eructant.

Poſt communionem ſuauiſſimè eructamus laudes Dei.

Ibidem. *Et iuſtitiâ tuâ exultabunt.*] Id eſt, Suauiter canent tuas laudes. Quid hoc? ſanè qui cibo diſtenditur, qui nimio potu ſe ingurgitauit, vix poteſt vocem edere, quantò minùs ſuaue canere poterit? Certè nihil eſt quod magis cantilenam impediat, quàm incoctus & indigeſtus cibus, qui ſtomachum & vias vocis opplet, & vocem eripit. Quid ergo eſt quod ait Dauid eiuſmodi homines tum demum ſuauiter cantaturos, dum multo cibo potuque replentur? Richardus Victorinus lib. 2. de Spiritu ſancto ad Euchariſtiam retulit. Scilicet tunc homo ſpiritualiter canit, ſuauiter, & ex arte, cùm Euchariſtiam hauſit: tunc enim *memoriam abundantiæ ſuauitatis eructat*: tunc multa diuina patitur & mentis alienationem: tunc ſuauiter diuina contemplatur. *O quàm intima exultatio* (ſunt verba Richardi) *quæ hanc ſuauitatem comitatur! Memoriam, inquit, abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt. Ad hanc vtique laudationem, ad eiuſmodi exultationem, huiuſmodi intimæ ſuauitatis conuiuas Propheta inuitabat, cùm dicebat: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Vbi ſe ad cantandum Propheta excitat; neque ſatis illi eſt, ſi verbo & linguâ laudes Deo referat, ſed inſuper omnia membra corporis reſonare iubet. & cauſam ſubdit: *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* q. d. Quia Euchariſtico pane me ſatiaſti, tam vocalem me reddidiſti, vt non modò labijs & ore inſtar aliorum hominum tibi laudes decantem, ſed & omnibus membris pro lingua vtar. Tantum enim bonum eſt hoc Sacramentum, vt pro eo non ſatis ſit gratias referre linguâ & ore, ſed omnia inſuper corporis membra quaſi in linguas verti ad dignas Deo gratias referendas debeant.

Pſal. 102, 1.

Deus ter miſericors.

8. *Miſerator & miſericors Dominus, patiens, & multum miſericors.*] Vbi Deus ter miſericors dicitur: Primò vt fons omnis miſericordiæ & affectus miſerendi in Angelis & hominibus: Secundò, quia, quantum in ipſo eſt, totum genus humanum, quod exciderat à ſalute æterna in æternam miſeriam, paratus eſt ab iſta miſeria liberare & transferre ad æternam felicitatem: ad quod etiam ſufficientiſſimum pretium obtulit, & inſuper re ipsâ innumerabiles ab æterna miſeria liberat, & ad fruitionem boni infiniti ac æterni traducit. Tertiò, quia non facili modo id præſtitit, ſicut creauit mundum, & beauit naturam Angelicam, ſed immenſis laboribus,

Digitized by Google

ribus, doloribus, & expensis seipsum humiliando & demittendo ad naturæ humanæ vilitatem & infirmitatem, ad paupertatem & mendicitatem, ad tot miserias & afflictiones, ad labores, ærumnas & contumelias grauissimas, ad alapas, flagella & sputa, ad crucem & mortem acerbissimam; denique seipsum relinquendo sub specie panis & vini in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Hæc omnia ex infinita sua misericordia præstitit, vt nos ab infinito malo eriperet, & ad infinitum bonum transferret. Quod in spiritu futurum præuidens Dauid, meritò Deum ter misericordem nuncupauit; atque id ipsum exaggerans subdit:

9. *Miserationes eius super omnia opera eius.*] Sicut enim oleum omnes liquores, sic opera omnia diuina illæ supereminent. Vbi succurrit apud Genebrardum Rabbi Salomonis pulchra & acuta notatio, qui aiebat maiorem esse proprietatem bonitatis Dei quàm vltionis & seueritatis, proportione vnius ad quingenta; quòd miserationem extendat in millia, per iustitiam autem visitet peccata in quartam generationem. Quod mirabiliùs in hunc modum expressit D. Iacobus: *Superexaltat misericordia iudicium.* Quid sit superexaltare iudicium Græca vox liquidiùs ostendit, quâ vsus Apostolus, qui Græcè scribebat: ait igitur Κατακαυχᾶται, *Exultat & gloriatur aduersus iudicium & seueritatem.* Vbi misericordia quasi victrix & triumphans ante currum suum ducit Astræam vinculis adamantinis colligatam, abiectam & decolorem, fractâ lance, gladioque retuso & rubiginante. Hinc quasi Trophæuchus Imperator nomen adoptauit Deus, vt *Pater misericordiarum* diceretur. Pictis huiusmodi emblematis, &, vt verbo vtar magni Dionysij, ἱεροπλασίαις, *sacris fictionibus*, diuinæ Litteræ nos erudiunt ad diuinos mores imitandos, & præsertim misericordiam; quam parens omnium Deus in hoc mundi cursu tam charam habet tamque pretiosam. Hinc sancti Patres in diuinis meditandis exercitati, interomnia mirabilia Dei, in quibus natura omnis obstupescit, in apice diuinarum laudum, vt S. Hilarij verbis vtar, misericordiam collocant. Qui etiam grauissimus Doctor nullum finem mirandi facit, quonam modo suauitatem miserationis suæ Deus cum rigore iustitiæ ita sapienter & beneuolè temperauerit, vt omne punctum laudis & honoris ferre bonitas & misericordia videatur: *Hoc* (inquit ad hunc locum) *in Deo præcipuum, hoc in potente laudandum, non cælum fecisse, quia potens est; non terram fundasse, quia virtus est; non annum astris temperasse, quia sapiens est; non hominem animasse, quia vita est; non mare in accessus & recessus mouisse, quia spiritus est; sed misericordem esse qui iustus est; sed miserantem esse qui Rex est; sed dissimulantem esse qui Deus est.* Reliquus piorum Patrum chorus idem sentit, & cum magno chorodidascalo id prædicat: *Miserationes eius super omnia opera eius.* Ait esse super omnia opera Dei, quòd præcipua sit, quòd excellat, quòd inter alia Numinis attributa mirificum splendorem vibret, quòd supereminеat omnibus, & quodammodò vna dominetur misericordia: regit item omnia, vestitque omnia, quin & fecit oculos in iustitiam quoque ipsam intuentes. Nullum est enim opus Dei quod non ambiat includatque misericordia: etiam cùm punit, cùm affligit, prima illa obijcitur vt electrinum operum amiculum aureo colore luminosum, quo mirificè recreamur. Rationem superiori versu quamdam pius Cantor attulit, quòd sit *miserator & misericors Dominus:* non solùm misericors, verùm etiam miserator, hoc est paterno affectu in misericordiam exuberans. Idem enim significat vox Hebræa רחום *rachum*, vt notauit ibidem Bellarminus.

Misericordia velut oleum super omnia Dei opera eminet.

Iac. 2.

2. Cor. 1, 3.

ANNOTATIONES CORDERII.

13. *Regnum tuum Regnum omnium sæculorum.*] Quia Regnum Dei omnibus sæculis stabit & florebit, nec vllam vmquam patietur cladem, imminutionem aut aduersitatem; sed in omnem æternitatem erit firmissimum & semper triumphans, in summo gaudio & summa affluentia bonorum omnium; cùm reliqua omnia Regna breuì finem accipiant vnà cum Regibus & opibus suis. Hinc meritò Apostolus ad Timotheum ait: *Regi sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.*

Deus Rex sæculorum.

1. Tim. 1.

IBIDEM. *Fidelis Dominus*, &c.] Versus iste in Hebræo non est. Deest enim apud Hebræos versus litteræ *Nun*; qui tamen videtur fuisse in libris quibus Septuaginta vsi sunt, nisi ipsi pro perfectione Alphabeti illum addiderint. *Fidelitas* autem in Deo idem est quod veritas in seruandis promissis: quæ sicut in hominibus & Angelis virtus est inclinans ad seruanda promissa intuitu obligationis quam promissio inducit; ita in Deo est ipsa essentia aut voluntas considerata, vt suo modo ad hoc inclinat. Vnde sicut Deus est sua essentia, suus amor, sua cognitio; ita quoque est sua fidelitas & infinita propensio ad præstandum quidquid promisit.

Quid sit fidelitas in Deo.

16. *Aperis tu manum tuam*, &c.] Apertio manus in Scripturis Dei munificentiam & liberalitatem designat. Ita cùm Salomon ait in Ecclesiaste bona omnia quibus homines perfruuntur *de manu Dei* esse, Nicephorus & Euthymius χεῖρα, hoc est *manum*, interpretantur χορηγὸν δύναμιν, *largitricem potentiam*, exuberantis beneficentiæ fontem. Itaque Deus Rex liberalitatis aperit manum suam vt cornu copiæ, vt refertam penum, & continuò in nos bona sua profundit. *Et imples omne animal benedictione.* Vbi benedictio significat plenam & redundantem affluentiam benignitatis, quo modo sæpè in arcano sermone poni solet. Vt cùm ait Moyses ad Nephthali, *Abundantiâ perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini:* plenus videlicet abundantissimâ largitate multiplicium bonorum, quæ Dominus ex apothecis magnis & opulentis effundet. Sed eruditi quidam pro *benedictione* ex Hebræo ponunt *voluntatem*, vel *complacentiam*, vel, vt Chaldæus, *desiderium:* quæ omnia eodem pænè recidunt. sic enim vertunt: *Saturans omne viuens ad voluntatem*, vel *ad desiderium*. Nihil optare quisquam potest, nullius rei teneri desiderio, quæ non à Deo munificentissimè & liberalissimè donetur. Vel vt reddit Caietanus, *Saturans omne viuum complacentiâ:* nimirum implens omne genus animantis, vt ipse exponit, *qualibet re delectante ipsum*. Vt significetur suauissima Dei prouidentia

Apertio manus munificentia symbolum.

Eccl. c. 2, 24.

Deus implet omne animal benedictione.

Deut. 33, 23.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

dentia cum ingenti liberalitate coniuncta, quæ non modò necessaria vtiliaque suppeditet, verùm etiam quæ oblectent, atque animum incredibili lætitiâ compleant. Hæc est *plena manus* cuius fit mentio in Leuitico, quâ summam Dei liberalitatem significari erga homines Origenes prodidit Hom. 4. in Leuit. Vide quæ superiùs annotauimus ad Psal. 103. vers. 29.

Leuit. 2. 2.

IN PSALMVM CXLV. ARGVMENTVM.

1. Alleluia, Aggæi & Zachariæ.

In nonnullis additur Aggæi & Zachariæ; sed veteres hoc non agnoscunt. Ceterùm hic etiam laudare iubet Deum vniuersorum. Laus enim est Alleluia.

α΄. Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Ἔν τισι πρόσκειται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· ἀλλ' οἱ ἀρχαῖοι τοῦτο οὐκ ἴσασιν. ὑμνεῖν δὲ καὶ ἐνταῦθα παρακελεύεται τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Αἶνος γὰρ τὸ ἀλληλούϊα.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. LAVDA anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu * sum.

* Vulgata fuero.

Laudem & Psalmum idem dicit. Seipsum autem adhortatur ad hoc faciendum, docens etiam omnes vt sibi ipsis hoc præcipiant.

β΄. ΑΙΝΕΙ ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· αἰνέσω κύριον ἐν ζωῇ μου· ψαλῶ τῷ θεῷ μου ἕως ὑπάρχω.

Αἶνον καὶ ψαλμὸν τὸ αὐτὸ λέγει. ἐγκελεύεται δὲ ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖν, διδάσκων καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἑαυτοῖς ἐγκελεύεσθαι.

3. Nolite confidere in Principibus, in filijs hominum * quibus non est salus.

* Vulgata addit in

Hæc dicit ad eos qui redire desiderabant, non autem ad eos qui id non desiderabant: neque enim omnes è Babylonia redierunt, sed qui feruentes apparebant in religione; velutiTribus Iuda, & quidam alij qui illos sequebantur, qui & Iudæi vocabantur ex principe tribu. Cùm igitur nonnulli in Babylone remansissent, diuitias Babyloniorum & eorumdem felicitatem admirantes, sic dixit, non confidendum esse in Principibus, eò quòd & ipsi mortales sint & mutabiles. Quòd autem de Principum mortalitate verba faciat, id quod sequitur reddet magis manifestum. sic enim subdit:

Cur non fidendum in Principibus.

γ΄. Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία.

Πρὸς τοὺς μὲν ἐλομένους ἐπανελθεῖν λέγει ταῦτα, οὐδὲ γὰρ πρὸς τοὺς μὴ ἐλομένους· οὐδὲ γὰρ ἐπανῆλθον πάντες ἀπὸ Βαβυλῶνος, ἀλλ' ὅσοι ζηλωταὶ ὤφθησαν τῆς εὐσεβείας· οἷον ἡ τοῦ Ἰούδα φυλή, καὶ τινὲς ἄλλοι ὅσοι ἠκολούθησαν αὐτοῖς, οἳ καὶ Ἰουδαῖοι ἐκλήθησαν ἐκ τῆς ἐπικρατησάσης φυλῆς. ἐπειδὴ οὖν τινες ἀπέμειναν ἐν Βαβυλῶνι, τὸν πλοῦτον θαυμάσαντες Βαβυλωνίων καὶ τὴν ἐκείνων εὐπραγίαν, οὕτως εἶπε, μὴ χρῆναι πεποιθέναι ἐπ' ἄρχοντας, διὰ τὸ εἶναι κἀκείνους θνητοὺς καὶ τρεπτούς. ὅτι δὲ περὶ τῆς θνητότητος λέγει τῶν τότε κρατούντων, τὸ ἑξῆς σαφέστερον αὐτὸ ποιήσει. ἐπιφέρει γὰρ οὕτως·

4. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam:

Demus enim, inquit, Babylonios esse Principes vniuersæ terræ, & toti mundo imperare, postquam anima eorum ablata fuerit, minimè reuertentur in terram à

δ΄. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ·

Δεδόσθω γάρ, φησιν, ὅτι καὶ ἄρχοντές εἰσι Βαβυλώνιοι πάσης τῆς γῆς, καὶ βασιλεύουσι παντὸς τοῦ κόσμου, ἐπειδὰν ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἀφαιρεθῇ, οὐκ ἐπιστρέφουσιν εἰς τὴν γῆν

ἐξ

Digitized by Google

ἐξ ἧς ἐλήφθησαν, καὶ γίνονται κόνις καθάπερ καὶ οἱ τυχόντες τῶν ἀνθρώπων.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ.

Τότε γάρ, φησιν, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου πάντων ἐλέγχονται οἱ διαλογισμοί. πολλοὶ γὰρ πολλάκις ἀπειλήσαντες πλεῖστα, καὶ ἐλπίσαντες τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἐξελθούσης αὐτῶν τῆς ψυχῆς ἐματαιώθησαν αὐτοί τε καὶ οἱ αὐτῶν διαλογισμοί.

έ. Μακάριος οὗ ὁ θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτοῦ·

Ὥστε, φησίν, οὐ χρὴ πεποιθέναι ἐπὶ Βαβυλωνίους, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τῷ θεῷ, ὃς τὰ πάντα εἰργάσατο, καὶ τοῦ παντὸς προνοεῖ. ἐπιφέρει γάρ·

ϛ'. Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

Τοῦτο μόνον; ἀλλ' οὐδὲν παρέχει. ἐπάγει οὖν·

ζ. Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα, ποιοῦντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις·

Τοσαύτη παρ' αὐτῷ πρόνοιά, φησιν, ὅτι οὐ μόνον συγκροτεῖ τὰ ὄντα, ἀλλὰ καὶ δικάζει ταῖς γενεαῖς, καταδικάζων μὲν τοὺς ἀδικοῦντας, σώζων δὲ τοὺς ταλαιπωρηθέντας.

Διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσιν.

Καὶ οὐδέν, φησι, θαυμαστόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντων τῶν ζώων προνοῶν, καὶ ἀναπληρῶν ἐν ἑκάστῳ τὸ ἐνδέον, ἀπὸ τοῦ χορηγεῖν τροφήν, δι' ἧς ζῶσιν οἱ μεταλαμβάνοντες.

ή. Κύριος λύει πεπεδημένους·

Αὐτός, φησιν, ὁ τοῦ παντὸς προνοῶν, καὶ τὴν χρείαν ἑκάστῳ χορηγῶν, αὐτὸς καὶ τοὺς ταπεινωθέντας ἐν αἰχμαλωσίᾳ πολλάκις λύει, ὥσπερ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῖν πεποίηκε.

Κύριος σοφοῖ τυφλούς.

Ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ συμφορῶν οἷον τυφλώττοντας, καὶ τούτοις πολλῆς χρηστότητος αἴτιος γίνεται ὥσπερ ἡμῖν.

Κύριος ἐπανορθοῖ κατερραγμένους·

qua sublati sunt, & fiunt puluis sicut & ceteri hominum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Tunc enim, inquit, in tempore mortis omnium cogitationes coarguuntur. Plurimi enim frequenter qui plurima minati fuerant, & supra hominem sperauerant, postquam egressa est anima eorum euanuerunt tam ipsi quàm ipsorum cogitationes.

5. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius:

Sperandum in Deo solo, & cur.

Itaque, inquit, non est confidendum in Babylonijs, sed potiùs in Deo, quia omnia fecit, & vniuerso prouidet. subiungit enim:

6. Qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Hocce tantum? sed nihil præbet. subiungit igitur:

7. Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus:

Tanta penes ipsum prouidentia est, inquit, vt non solùm adornet ea quæ sunt, sed etiam iudicet generationes, condemnans quidem eos qui iniuriam inferunt, seruans verò illos qui miserijs opprimuntur.

Dat escam esurientibus.

Et nihil hoc, inquit, mirum: ipse enim est qui omnibus animalibus prospicit, & in vnoquoque defectum instaurat, dum suppeditat alimentum, cuius sumptione vitam sustentant.

8. Dominus soluit compeditos:

Ille, inquit, qui vniuerso prospicit, & cuilibet necessaria præbet, ipse etiam in captiuitate humiliatos sæpenumerò soluit, sicut etiamnum in nobis fecit.

Dominus * sapientes facit cæcos.

* *Vulgata illuminat*

Quin etiam eis qui in ærumnis versantur veluti cæcutientes, multæ quoque benignitatis causa existit sicut & nobis.

Dominus erigit elisos:

Sicut,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Sicut, inquit, etiam nos erexit cùm cecidissemus.

Dominus diligit iustos.

Iustos appellat eos qui ipsi deuoti sunt. Ait autem, quòd etiam illis maiorem præ ceteris hominibus exhibeat dilectionem.

9. Dominus custodit aduenas,

Ipse, inquit, etiamnum nos reuertentes, & quasi aduenas existentes, propter reditus nouitatem, custodit & adornat.

Pupillum & viduam suscipiet:

Ipse, inquit, est qui nos etiam quasi pupillos & solitarios quasi viduas suscipit, & in nouam restituit felicitatem.

Et * viam peccatorum disperdet.

* Vulgata vias

Hic, inquit, qui præuaricatores delet: dicit autem Babylonios, & subaudit omnes iniquos.

10. Regnabit Dominus in * sæculum

* Vulgata sæcula

Hic, inquit, in posterum pacatum in nobis Regnum habebit, non permittens nos ampliùs illud ipsum sustinere.

Deus tuus Sion, in generationem & generationem.

Permanet igitur, cùm sit Deus Sion, non ampliùs permittens vt subditi euertantur.

Καθὼς, φησὶν, ἡμᾶς ἀνώρθωσεν ἐκπεπτωκότας.

Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους.

Δικαίους καλεῖ τοὺς αὐτῷ ἀνακειμένους. λέγει δὲ, ὅτι καὶ ἀγάπησιν τούτοις πλείονα παρέχει παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους.

θ'. Κύριος φυλάσσει τοὺς προσηλύτους,

Αὐτὸς, φησὶ, καὶ νῦν ἡμᾶς ἐπανελθόντας, καὶ οἷον προσηλύτους ὄντας, διὰ τὸ τῆς ἐπανόδου νεαρὸν, φυλάσσει καὶ συγκροτεῖ.

Ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται·

Αὐτὸς, φησὶν, ἡμᾶς καὶ οἷον ὀρφανωθέντας καὶ μονωθέντας κατὰ τὰς χήρας ἀναλαβὼν, καὶ εἰς νεαρὰν εὐπραγίαν καθιστῶν.

Καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ.

Οὗτός, φησὶν, ἐστὶν ὁ καὶ τοὺς παρανομοῦντας ἐξαφανίζων· λέγει δὲ Βαβυλωνίους, καὶ κατὰ κοινοῦ πάντας τοὺς παρανόμους.

ι'. Βασιλεύσει κύριος εἰς τὸν αἰῶνα,

Οὗτός, φησι, τοῦ λοιποῦ ἀσάλευτον ἕξει τὴν βασιλείαν ἐφ' ἡμῖν, μὴ συγχωρῶν ἡμᾶς ἔτι τὸ αὐτὸ ὑπομεῖναι.

Ὁ θεός σου Σιὼν, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Διαμένει τοιγαροῦν, θεὸς ὢν τῆς Σιὼν, οὐκέτι συγχωρῶν τοὺς βασιλευομένους περιτραπῆναι.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2 LAVDA ANIMA MEA DOMINVM.] Laudem autem dicit eam quæ fit operibus; dum nempe spiritus animæ laudem præcipit, vel anima sibi ipsi. quò spectat illud, *Laudabo Dominum in vita mea*. Cùm autem immortalis sit anima, numquam cessabit. Non enim temporarium est istud *donec*, sed infinitum. Deinde cùm vellet iterùm se ad laudandum applicare, in clementiæ ipsius narrationes incidit, desiderio incalescens, & vniuersum orbem percurrens, atque omnes ad chorum suum adducens. Ceterùm hæc bona admonitio est, ne in Principibus confidamus. Audiant hanc admonitionem qui humanis illis caducis inhiant

Cur non sit fidendum in Principibus.

β'. ΑΙΝΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Αἶνον δὲ λέγει τὸν διὰ τῶν ἔργων· ἤτοι τοῦ πνεύματος τῇ ψυχῇ αἰνεῖν ἐγκελευομένου, ἢ αὐτῆς ἑαυτῇ. πρὸς ὃ τὸ, Αἰνέσω κύριον ἐν ζωῇ μου. εἰ δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, οὐδέποτε παύσεται. οὐ γὰρ χρονικὸν τὸ ἕως, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον. εἶτα βουλόμενος πάλιν προσλαβεῖν τῆς εὐφημίας, εἰς τὰ διηγήματα αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας ἐμπίπτει, θερμαινόμενος τῷ πόθῳ, καὶ περιτρέχων τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ πάντας συνάγων εἰς τὸν οἰκεῖον χορόν. Ἀγαθὴ δὲ παραίνεσις, τὸ μὴ πεποιθέναι ἐπ' ἄρχουσιν. ἀκουέτωσαν τῆς παραινέσεως οἱ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνας κεχηνότες προστασίας τὰς ἐπικη-

ἐπικήρευς. τί δέ ἐστιν, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία; τουτέστιν, οὐδὲ τῆς ἰδίας εἰσὶ κύριοι σωτηρίας, οὐδὲ ἑαυτῶν προστῆναι δύνανται· εἰ γὰρ ἐπέλθοι ἡ τελευτὴ, κείσονται λίθων ἀφωνότεροι. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἑξῆς. ὁ τοίνυν ἑαυτοῦ προστῆναι μὴ δυνάμενος, πῶς ἑτέρους ἐξαρπάσει; ἐπιστρέψουσι γὰρ καὶ αὐτοί, φησιν, εἰς τὴν γῆν, καὶ γίνονται κόνις καθὰ καὶ οἱ τυχόντες τῶν ἀνθρώπων. βλέπε οὖν τὴν φύσιν, καὶ μὴ θάῤῥει τῇ ἐξουσίᾳ. πνεῦμα δὲ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν καλεῖ, ἧς ἐξιούσης καὶ ἀπιούσης πρὸς τὴν οἰκείαν συγγένειαν τὸ σῶμα χωρεῖ, ὅθεν καὶ γέγονε. τούτων δὲ διαλυθέντων καὶ οἱ διαλογισμοὶ εἰς μάτην οἰχήσονται. συλλογίζεται οὖν ὡς· ἑαυτὸν μὴ σώζων ἐπιστάντος θανάτου, τίνα σώσει ἕτερον οἰχομένων, καὶ εἰς οὐδὲν γεγονότων ἃ ἐφαντάζετο; ἐπεὶ οὖν ἀπήγαγε τῆς ἐλπίδος ἐκείνης ὡς σαθρᾶς ὡς ἀνονήτου, δείκνυσι λιμένα ἀσφαλῆ καὶ πύργον ἀχείρωτον λέγων.

ε. Μακαριος ου ο θεος Ιακωβ βοηθος.] Ὅταν μακαρισμὸν εἴπῃ, πάντα λέγει τὰ ἀγαθά. οὐχ ἁπλῶς δὲ ἐμνήσθη τοῦ Ἰακώβ, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν ὅσης προμηθείας ἐκεῖνος ἐλπίσας ἀπέλαυσε. Μακαρίσας δὲ τὸν ἐλπίζοντα ἐπ' αὐτὸν, λέγει λοιπὸν καὶ τοῦ βοηθοῦ τὴν δύναμιν. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεός· ὁ μὲν ἀπολλύμενος, ὁ δὲ μένων· οὐκ αὐτὸς δὲ μένων μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ· διὸ ἐπήγαγε, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. εἰ δὲ τὰ ἔργα διαρκῆ, πολλῷ μᾶλλον αὐτός. τί οὖν, εἰ διαρκὴς καὶ δυνατὸς, οὐ βούλεται δέ; ἔστι γὰρ ταῦτα λέγειν τοὺς ἀνοήτους· διὸ ἐπήγαγε·

ζ'. Τον φυλασσοντα αληθειαν εις τον αιωνα.] Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτό ἐστι· τοῦτο αὐτοῦ ἔργον, τοῦτο συνήθες, τὸ μὴ παρορᾶν ἀδικουμένους, τὸ μὴ παρατρέχειν· τὸ χεῖρα ὀρέγειν τοῖς ἐπιβουλευομένοις, καὶ τοῦτο εἰς τὸ διηνεκές. παρέχει τε πᾶσι τὴν κατάλληλον τροφὴν, λύει πεπεδημένους, ὥσπερ καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ἢ τοὺς πεπεδημένους τῇ ἁμαρτίᾳ. Εἶδες πῶς ἔργον αὐτοῦ λιμὸν διορθοῦσθαι, δεσμῶν ἐλευθεροῦν, ποικίλας λύειν συμφοράς; τὸ μεῖζον, φωτίζειν τυφλοὺς, πεπτωκότας ἀνιστᾶν, τοὺς ἐν ἀρετῇ λάμποντας ἀγαπᾶν, τοὺς ἀπροστατεύτους, τοὺς ὀρφανοὺς καὶ χηρείᾳ πιεζομένους ἀνακτᾶσθαι.

præfecturis. Quid est autem, *Quibus non est salus*? Hoc est, Ne propria quidem salus in eorum est potestate, nec se possunt defendere: si enim mors aduenerit, iacebunt magis muti quàm lapides. Hoc enim declarat illud, *Exilit spiritus eius*, &c. Qui igitur seipsum non potest defendere, quomodo alios eripiet? Nam & ipsi, inquit, in terram suam reuertuntur, & fiunt puluis sicut quilibet hominum. Inspice igitur naturam, & ne confidas potentiæ. Ceterùm *spiritum* hoc in loco animam vocat, quâ egrediente ac transmigrante ad propriam cognationem corpus reuertitur; vnde etiam nata est. His autem dissolutis cogitationes quoque in vanum abibunt. Sic igitur argumentatur: q. d. Qui instante morte seipsum non seruat, quem alium seruabit ex ijs qui decesserunt, cùm etiam in nihilum redacta sint quæ fuerat imaginatus. Cùm igitur à spe illa tamquam caduca & inutili abduxisset, ostendit portum securum & arcem inexpugnabilem dicens:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

5. Beatvs cvivs Devs Iacob adivtor.] Quando dicit beatitudinem, dicit omnia bona. Non temerè autem fecit mentionem Dei Iacob, sed vt sciamus quantam opem ipse sperando consecutus fuerit. Postquam autem beatum dixisset eum qui sperat in ipsum, dicit deinceps potentiam adiutoris. Ille siquidem homo, hîc verò Deus est: ille perit, hic permanet: neque solus tantùm manet, sed & opera eius: quamobrem subiunxit, *Qui fecit cælum & terram*. Quòd si eius opera perennent, multò magis ipse. Quid tum, si perennis sit & potens, non velit autem? Contingit enim insipientes hæc dicere. quapropter subiunxit:

Beatus qui Deo fidit.

7. Qvi cvstodit veritatem in sæcvlvm.] Quod autem dicit est eiusmodi: Hoc est eius munus, hoc est ei familiare, vt non despiciat eos quibus fit iniuria, nec eos prætereat; vt manum porrigat ijs qui expositi sunt insidijs, idque in perpetuum. Omnibus quoque conuenientem cibum præbet, 'soluit compeditos, sicut etiam nos qui in captiuitate versamur, vel qui peccatis implicati sunt. Vidisti quomodo munus eius sit famem corrigere, à vinculis eximere, varias ærumnas dissoluere? quod maius est, cæcos illuminare, lapsos erigere, virtute conspicuos diligere, præsidio destitutos, pupillos & viduitate oppressos restituere.

Cùm

CATENA PATRVM.

Cùm igitur tanta possit, cur non perituro fragilique demisso ad fortem confugis? Considera verò etiam extremum quàm accuratè dixerit. Non dixit, Peccatores disperdet, sed, Viam ipsorum, hoc est eorum actionem. Non enim naturam auersatur, sed vitium odio habet.

10. REGNABIT DOMINVS IN SÆCVLVM.] Quin igitur Rex sit, isque perpetuus, non est dubitandum: etsi enim non statim & è vestigio dederit remunerationem, in maioribus eam dabit. Ne ergo conturbemur in tentationibus, sed solutionis tempus ipsi committamus.

ὅταν οὖν τοσαῦτα δύναται, τίνος χάριν οὐκ ἀφεὶς τὸν ἀπολλύμενον τὸν ἐπίκηρον ἐπὶ τὸν ἰσχυρὸν καταφεύγεις; Σκόπει δὲ καὶ τὸ ἔσχατον πῶς μετ' ἀκριβείας εἴρηκεν. οὐκ εἶπεν, ἁμαρτωλοὺς ἀφανιεῖ, ἀλλὰ τὴν ὁδὸν αὐτῶν, τουτέστι τὴν πρᾶξιν αὐτῶν. οὐ γὰρ τὴν φύσιν ἀποστρέφεται, ἀλλὰ τὴν κακίαν μισεῖ.

ι. ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] Εἰ τοίνυν καὶ βασιλεύς ἐστι, καὶ αἰώνιος, οὐκ ἔστιν ὑποπτεῦσαι· κἂν γὰρ μὴ παραυτίκα δῷ τὴν ἀντίδοσιν καὶ παρὰ πόδας, ἐπὶ μείζοσι δώσει. μὴ τοίνυν ἐν πειρασμοῖς θορυβώμεθα, ἀλλὰ τὸν τῆς λύσεως καιρὸν ἐκείνῳ παραχωρῶμεν.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. In nonnullis exemplaribus additum est Aggæi & Zachariæ. Hoc autem nec apud Hebræum, nec apud alios Interpretes, nec apud Septuaginta inueni in sextuplici. Atqui præsens Psalmus vt Deum vniuersorum laudibus prosequamur adhortatur. Nam *Alleluia* Laudate Dominum interpretatur.

2. LAVDA ANIMA MEA DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Vbi desierat inde rursus incipit, nempe à laudatione & celebratione. Hoc enim non parum expurgat animum. Laudem autem hîc dicit (vti assiduè dicebam) eam quæ fit per opera. Quemadmodum autem in præcedenti Psalmo dixerat *per singulos dies*; ita & hîc ait, *Psallam ei quamdiu fuero*.

3. NOLITE CONFIDERE IN PRINCIPIBVS.] ANONYMI. Hîc docet ab omnibus recedere, & ad Deum confugere. Quid est, *Quibus non est salus?* Id est, Nec propriam salutem defendere valent.

4. IN ILLA DIE PERIBVNT.] ORIGENIS. Nam animâ separatâ, & corpore in puluerem dissoluto, inanis ostensa cogitationum imaginatio. Hoc etiam per parabolam nos Christus edocuit, introducens diuitem, cuius ager vberes fructus protulerat. Ceterùm ex alijs etiam hominibus alij quidem Principatus & dominia, alij verò agrorum possessiones & ædificia cogitant, alij autem victorias in bellis somniant, alij verò hostibus interitum struunt; sed

Mors dissipat spem hominum.

Lucæ 12.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις πρόσκειται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. τοῦτο δὲ οὔτε παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς, οὔτε παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα εὗρον ἐν τῷ ἑξαπλῷ. ὑμνεῖν μέντοι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς παρακελεύεται τὸν τῶν ὅλων θεόν. τὸ γὰρ ἀλληλούϊα αἰνεῖτε τὸν κύριον ἑρμηνεύεται.

β'. ΑΙΝΕΙ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔνθα κατέλυσεν ἐντεῦθεν ἄρχεται πάλιν, ἀπὸ αἴνου καὶ εὐφημίας. οὐ γὰρ μικρῶς ἐκκαθαίρει ψυχὴν τὸ τοιοῦτον. αἶνον δὲ ἐνταῦθα λέγει (ὃ συνεχῶς εἶπον) τὸν διὰ τῶν ἔργων. ὥσπερ δὲ ἐν προτέρῳ ἔλεγε καθ' ἑκάστην ἡμέραν· οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησι, ψαλῶ αὐτῷ ἕως ὑπάρχω.

γ'. ΜΗ ΠΕΠΟΙΘΑΤΕ ΕΠ ΑΡΧΟΝΤΑΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐνταῦθα διδάσκει πάντων ἀφίστασθαι, καὶ πρὸς τὸν θεὸν καταφεύγειν. τί δέ ἐστιν, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία; τουτέστιν, οὐδὲ τῆς ἰδίας σωτηρίας προστῆναι δύνανται.

δ'. ΕΝ ΕΚΕΙΝΗ ΤΗ ΗΜΕΡΑ ΑΠΟΛΟΥΝΤΑΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῆς γὰρ ψυχῆς ἀποζευχθείσης, καὶ τοῦ σώματος διαλυθέντος εἰς χόνιν, ἐδείχθη ματαία τῶν λογισμῶν ἡ φαντασία. τοῦτο καὶ διὰ παραβολῆς ἡμᾶς ὁ κύριος ἐδίδαξεν, εἰσάγων τὸν πλούσιον, οὗ ηὐφόρησεν ἡ χώρα. καὶ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀρχὰς καὶ δυναστείας, οἱ δὲ κτήσεις ἀγρῶν καὶ οἰκοδομίας φαντάζονται, οἱ δὲ τὰς ἐν πολέμοις ὀνειροπολοῦσι νίκας, ἄλλοι δὲ τοῖς ἐχθροῖς τεκταίνουσιν ὄλεθρον· ἀλλ'

ἐπειδὴ

Digitized by Google

ἐπιὼν ἐξαπιναίως ὁ θάνατος ἀτέλεστον τὴν λογισμῶν τὴν φαντασίαν ἐᾷ. οὕτως δείξας τῆς ἐπ' ἀνθρώποις ἐλπίδος τὸ μάταιον, τῆς εἰς τὸν θεὸν πεποιθήσεως τὸ ὀνησιφόρον ὑποδείκνυσιν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἕτεροι δέ φησιν, αἱ προθέσεις αὐτοῦ. Ὁ τοίνυν ἑαυτοῦ προστῆναι μὴ δυνάμενος, πῶς ἑτέρους ἐξαρπάσεται; οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπισφαλὲς καὶ σαθρὸν ὡς ἡ τοιαύτη ἐλπίς. καὶ δείκνυσι τὴν πραγμάτων ἡ φύσις· ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα σκιᾶς ἀνδρανέστερα. μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι ἄρχων ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ ἄρχων ἐστί, διὰ τοῦτο οὐ χρὴ θαῤῥεῖν. ἀκροσφαλεῖς γὰρ αἱ τοιαῦται δυναστεῖαι. κἂν μὴ μεταπέσῃ πρὸς ὀργήν, ἐστὶν ὀξυῤῥεπής, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ πρὸς ἀγνωμοσύνην ἀποκέχρηται. κἂν εὐγνώμων δὲ φανῇ, εὐκολωτέρας ἔχει τῶν ἰδιωτευόντων τὰς μεταπτώσεις, ὅσῳ καὶ μείζοσι καὶ πλείοσιν ἐπιβουλαῖς ὑπόκειται. τί γὰρ βούλονται οἱ σωματοφύλακες; τί δὲ αἱ πολλαὶ φυλακαί; ἀλλ' ὅμως ὁ προφήτης πάντα παραδραμών, ἐπειδὴ πολλοὶ διέφυγον, τὸ ἀναμφισβήτητον τίθησι τὸ τῆς τελευτῆς. κἂν γὰρ ἅπαντά σοι κατὰ ῥοῦν φέρηται, κἂν εὔνους ᾖ, κἂν χάριν εἰδώς, κἂν μέλλῃ ἀποδιδόναι, ἐν μέσαις ὑποσχέσεσι καταλύσας τὸν βίον ἀφῆκέ σε ἐν ἐλπίσι κεναῖς. καὶ τί λέγω περὶ τῆς ἐπαγγελίας, φησίν, ὅτι διαχεῖται καὶ ἀπόλλυται, ὅταν ὁ ταύτης κύριος ὢν μηδὲ αὐτὸς μένῃ; ἐπιστρέψει γάρ, φησιν, εἰς χοῦν αὐτοῦ. εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀπώλετο, πολλῷ μᾶλλον καὶ ταῦτα. διὸ καὶ ἐπήγαγεν, ὅτι μόνον οὐχ ἥξει τὰ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οἰχήσεται. ἐν ἐκείνῃ γάρ, φησι, τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπεὶ ἀπήγαγες τῆς ἐλπίδος σαθρᾶς καὶ ματαίας, οὕτως δεῖξον λιμένα ἀσφαλῆ καὶ πύργον ἀχείρωτον καὶ πάνυ μένον.

ε. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΟΥ Ο ΘΕΟΣ ΙΑΚΩΒ ΒΟΗΘΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες περιουσίαν συμβουλῆς καὶ παραινέσεως. ὅταν γὰρ μακαρισμὸν εἴπῃ, πάντα λέγει τὰ ἀγαθά, καὶ δείκνυσι τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐλπίδος. καὶ μακαρίσας τὸν τοιοῦτον τὸν ἐλπίζοντα ἐπ' αὐτόν, λέγει λοιπὸν τοῦ βοηθοῦ τὴν δύναμιν, δεικνὺς ὅτι ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεός· ὁ μὲν ἀπολλύμενος, ὁ δὲ μένων· οὐκ αὐτὸς δὲ μένων μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. διὸ καὶ ἐπήγαγε, Τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν

CATENA PATRVM.

mors derepentè adueniens cogitationes eorum relinquit imperfectas. Sic cùm spei in hominibus collocatæ vanitatem ostendisset, vtilitatem spei in Deo fixæ demonstrat.

Nulla spes fallacior quàm in Principibus.

CHRYSOSTOMI. Alius autem ait, *Proposita eius.* Qui igitur seipsum non potest defendere, quomodo alios eripiet? nihil enim tam fallax & imbecillum quàm istiusmodi spes. Id etiam ostendit ipsa rerum natura; nempe res tales esse vmbrâ imbecilliores. Nam ne mihi dixeris, Quoniam Princeps est. Quia enim Princeps est, idcircò non est ei fidendum. Sunt enim valdè lubrici tales Principatus. Etsi nullus ei casus accidat, est ad iram procliuis, & potestate ad ingratitudinem abutitur. Etsi gratus apparuerit, eò facilior esse poterit eius casus quàm priuatorum, quò est pluribus & maioribus insidijs obnoxius. Quid enim sibi volunt corporis custodes? quid verò multa præsidia? His tamen omnibus prætermissis, quoniam multi euaserunt, id ponit Propheta de quo dubitari non potest, nempe mortem. Etsi enim omnia tibi ex voto profluxerint, etsi sit beneuolus, gratoque ac memori animo, & sit gratiam relaturus, in medijs promissis vitâ finitâ te in vana spe dimisit. Quamquam, inquit, quid dico eorum promissa euanescere & interire, cùm ne ipse quidem eorum dominus & auctor maneat? *Reuertetur* enim, inquit, *in terram suam.* Si ille autem perijt, multò magis hæc quoque. Et ideò subiunxit, non solùm promissa non esse effectum sortitura, sed eum etiam qui promittit periturum. *In illa* enim, inquit, *die peribunt omnes cogitationes eius.* Sed quoniam à spe caduca & vana abduxisti, ostende portum tutum & arcem inexpugnabilem & omnino permanentem.

Bonum est Deo fidere.

5. BEATVS CVIVS DEVS IACOB ADIVTOR.] CHRYSOSTOMI. Vidisti copiam consilij & adhortationis. Cùm enim dixerit beatitudinem, dicit omnia bona, & ostendit spei securitatem. Et postquam beatum dixit istiusmodi qui sperat in eum, dicit deinceps potentiam adiutoris, ostendens illum quidem esse hominem, hunc verò Deum; illum quidem interire, hunc verò permanere; non eum autem solùm, sed etiam eius opera. & ideò subiunxit,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.

8. DOMINVS SOLVIT COMPEDITOS.] ANONYMI. Vidisti quomodo ostenderit eius prouidentiam esse per omnia extensam, & eius esse munus expedire à calamitatibus, fami remedium adferre, à vinculis liberare. Sed hæc quidem possunt etiam aliqua ex parte homines; quæ autem deinceps sequuntur non itidem. Quod enim in natura mutilum & mancum est corrigit: eos qui ceciderunt erigit, inquit: eos qui virtute clari sunt laudat: eos qui orbitate & viduitate opprimuntur recreat. Quia enim dixerat *Diligit iustos*; ostendit eum multis quoque opem tulisse propter solam calamitatem. Quos enim nutrit, nutrit eò quòd esuriant: quod quidem non est virtutis: & eos qui vincti sunt absoluit propter vincula: sed neque hoc est virtutis, sed calamitatis. Quin etiam illuminat cæcos propter cæcitatem. Neque verò præclari facinoris hoc est, sed id ipsum quoque calamitatis: similiter etiam elisum esse, & aduenam, & pupillum, & viduam. Quod si eos adiuuat qui sunt in calamitatibus, multò magis eos qui student virtuti. Cùm ergo & possit, & velit, & apud Deum omnia sint perennia & perpetua, & virtutem suscipiat, & misereatur propter calamitates; cur non dimittens eum qui perit, eum qui est imbecillis, qui est interitui obnoxius, confugis ad eum qui est fortis & inexpugnabilis? qui non exprobrat calamitates, sed eis affert remedium, qui omnia quæ vult potest. Considera autem extremum quàm accuratè dixerit. Non dixit, Disperdet peccatores, sed viam ipsorum, hoc est eorum actionem. Non enim naturam auersatur, sed vitium odio habet.

Isaiæ 61.

ORIGENIS. Illos nempe vocat cæcos, qui neque sua proba facinora, neque aliorum defectus considerant.

10. REGNABIT DOMINVS IN SÆCVLVM.] CHRYSOSTOMI. Si igitur regnet perpetuò, etiam perpetuò manet: sed etsi temporariam non dederit remunerationem, eam seruat ad maiora. Ne ergo percellamur & conturbemur in tentationibus, si non è vestigio sequatur solutio, sed Domino permittamus tempus redemptionis. Neque si quid boni feceri-

γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

η΄. ΚΥΡΙΟΣ ΛΥΕΙ ΠΕΠΕΔΗΜΕΝΟΥΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἶδες πῶς διὰ πάντων δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν τεταμένην, καὶ ὅτι τοῦτο ἔργον αὐτοῦ λύειν ποικίλας συμφορὰς, λιμὸν διορθοῦσθαι, δεσμοὺς ἐλευθεροῦν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ μέρους καὶ ἄνθρωποι δύνανται· τὰ δὲ ἑξῆς οὐκέτι. τὸ γὰρ τῆς φύσεως αὐτῆς τὴν πήρωσιν διορθοῦται· τοὺς προπεπτωκότας ἀνιστᾷ φησι· τοὺς ἐν ἀρετῇ λάμποντας ἐπαινεῖ· τοὺς ἀπορστατοῦντας σώζει· τοὺς ὑπὸ ὀρφανίας καὶ χηρείας πολεμουμένους ἀνακτᾶται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀγαπᾷ δικαίους· δείκνυσιν ὅτι πολλοῖς καὶ ἀπὸ συμφορᾶς μόνης ἐβοήθησεν. καὶ γὰρ οὓς διατρέφει, διὰ τὸ πεινᾷν τρέφει· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀρετῆς· καὶ τοὺς πεπεδημένους διὰ τὰ δέσμα λύει· οὐδὲ αὐτὸ δὲ ἀρετῆς, ἀλλὰ συμφορᾶς. καὶ τοὺς τυφλοὺς δὲ διὰ τὴν πήρωσιν φωτίζει. οὐδὲ τοῦτο δὲ κατορθώματος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ συμφορᾶς· ὁμοίως καὶ τὸ κατερράχθαι, καὶ τὸ προσήλυτον εἶναι, καὶ ὀρφανὸν, καὶ χήραν. εἰ δὲ τοὺς ἐν συμφοραῖς, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἀρετῆς ἐπιμελουμένους. ὅταν οὖν καὶ βούληται, καὶ δύναται, καὶ διαρκῆ τυγχάνῃ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ πάντα, καὶ ἀρετὴν ἀποδέχηται, καὶ συμφορὰς ἐλεῇ· τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀφεὶς τὸν ἀπολλύμενον, τὸν ἀσθενῆ τὸν ἐπίκηρον, ἐπὶ τὸν ἰσχυρὸν, ἐπὶ τὸν ἄμαχον καταφεύγεις; τὸν οὐκ ὀνειδίζοντα τὰς συμφορὰς, ἀλλὰ διορθούμενον, τὸν πάντα ὅσα βούλεται δυνάμενον. σκόπει δὲ καὶ τὸ ἔσχατον πῶς μετ᾽ ἀκριβείας εἴρηκεν. Οὐκ εἶπεν, ἁμαρτωλοὺς ἀφανιεῖ, ἀλλὰ τὴν ὁδὸν αὐτῶν, τουτέστι τὴν πρᾶξιν αὐτῶν. οὐ γὰρ τὴν φύσιν ἀποστρέφεται, ἀλλὰ τὴν κακίαν μισεῖ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐκείνους δηλαδὴ λέγει τυφλοὺς, τοὺς μήτε τὰ ἑαυτῶν κατορθώματα, μήτε τῶν ἄλλων τὰ ἐλαττώματα καταβλέποντας.

ι΄. ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ τοίνυν βασιλεύσει διαπαντὸς, καὶ μένει διαπαντός· ἀλλὰ κἂν μὴ πρόσκαιρον δῷ τὴν ἀντίληψιν, ἐπὶ μείζοσιν αὐτὴν φυλάττει. μὴ τοίνυν μήτε ἐν πειρασμοῖς θορυβώμεθα καὶ ταραττώμεθα, ἂν μὴ παρὰ πόδας ἡ λύσις γένηται, ἀλλ᾽ αὐτῷ παραχωρῶμεν τὸν καιρὸν τῆς χρείας τῆς λυτρώσεως. μήτε ἂν ἀγαθόν τι κατορθώ-

Digitized by Google

ϖροθώσωμεν ἀπαιτοῦμεν τὰς ἀμοιβάς, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἀναμένωμεν τὸ αὐτοῦ βούλημα. μετὰ γὰρ πλείονος δίδωσι τὰς ἀμοιβὰς ὅταν ἀναβάλληται.

mus statim petamus remunerationem, sed hîc rursus etiam præstolemur eius voluntatem. Quando enim differt, vberiùs ac plenùs remuneratur.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

PSALMVS hic inscribitur *Alleluia, Aggai & Zacharia.* Vbi notat Scholion, Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις πρόσκειται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· τοῦτο δὲ οὔτε παρὰ τῷ Ἑβραίῳ οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς, οὔτε παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα εὗρον ἐν τῷ ἑξαπλῷ, *In quibusdam exemplaribus additum est* Aggæi & Zachariæ: *id verò neque apud Hebræum neque apud alios Interpretes inueni, neque apud Septuaginta in Hexaplo.* S. Hilarius docet illa duo nomina addita esse ab Interpretibus, quia duo illi Prophetæ prædixerunt renouationem Hierusalem; & captiuos consolabantur & hortabantur ad reditum in patriam, & ad ipsam ciuitatem instaurandam. Monet autem non Principibus, neque hominibus, sed soli Deo fidendum esse.

In Principibus non est salus.

3. *Nolite confidere in Principibus.*] In Hebræo est נְדִיבִים *nedibim:* quo vocabulo non quicumque Principes, sed ἐθελονταί, seu *benefici,* significantur, vt in Euangelio Dominus meminit. *Lucæ 22.* Genebrardus quoque notat *voluntarios* vocari. Quod si igitur in ijs qui Principes sunt, & quidem voluntarij ad alios iuuandos fidendum non sit, quantò minùs in alijs? Et causam subiungit, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία, *quibus non est salus;* vel actiuè, vt alius apud S. Chrysostomum legit, τῷ οὐκ ἔχοντι σῶσαι, *et qui non potest saluare.* Sed maiorem vim habebit, si in illos ipsos actio redeat, vt benè notat Agellius. q. d. Qui se ipsi eripere de malis, qui sibi salutem præstare non possunt, quomodo ab ijs non stultum sit sperare salutem, quæ à Deo solo speranda est, vt alibi habetur, *Domini est salus?* *Psal. 3.* In hanc sententiam S. Chrysostomus hunc locum exponit, Οὐδὲ τῆς ἰδίας, φησί, σωτηρίας εἰσὶ κύριοι. Ne suam quidem ipsi salutem in potestate habent, quantò minùs alienam? Septuaginta autem hoc loco *Principes* appellant ἄρχοντας: quo nomine significantur omnes dignitate & auctoritate præcellentes, vt sunt Reges, Duces, Præfecti, Magistratus, quique ius in alios obtinent. Ad huiusmodi homines qui inferioris sunt notæ facillimè adhærescunt, eos verentur, eos colunt, ob potentiam, decus, opes, & gratiam, ac iuuandi potestatem: & Dei obliti & amabilissimæ prouidentiæ, quæ numquam indormit rebus fidelium atque iustorum, in eos spem animi sui omnem transferunt: illos demereri omni genere officiorum conantur, ijsdem seruiunt, & insidiosè adulantur, neque timent eorumdem causâ diuinam legem impiè & indignè violare.

Multi vt Principibus placeant Deum offendunt.

Vana spes hominum.

Sed *nolite,* inquit Dauid, *confidere in Principibus, in filijs hominum,* Hebraicè בְּנֵי אָדָם *benen Adam;* id est in filijs Adam obliuiosis, superbis, nihil curantibus, qui vobis etiam miseris & inanibus illudant, vos abijciant, fallant fidem, spem frustrentur; vt non sine causa etiam Michæas id in oraculis quoque suis posuerit: *Non credere amico, non confidere in Duce.* *Mich. 7, 5.*

Sed demus magnos illos viros & sublimes dignitate interdum ad clientes beneuolentiæ suæ oculos adijcere, præstare ijsdem opem & auxilium, tueri afflictos, mœrentesque recreare: quamdiu tandem id futurum est? Sunt enim *filij hominum,* hoc est mortales, eodem è luto compositi, ruinosi. Abit in fumum lux illa omnis radiantis auctoritatis; pompa illa fulgens opibus atque potentiâ vt puerilis bulla crepat & difflatur, &, secundùm propheticum dictum, omnium propè eorum hominum memoria cum sonitu perit. Quam videtur afferre causam cur neget in illis confidendum. subdit enim:

Humanus fauor citò perit.

4. *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.*] Propriam illius terram appellat, non oppida, non vrbes, non Regna, quibus viuens imperabat; sed tumulum, puluerem, ac cineres, in quos moriens dissoluetur. Hæc enim est propria Regum possessio; illa prior aliena.

Non Regna aliena, sed tumulus propria Regum possessio.

Laudabilis fuit illa veterum Imperatorum consuetudo, de qua agitur in Vita S. Ioannis cognomento Eleëmosynarij; quæ inter Vitas Patrum à D. Hieronymo alijsque auctoribus scriptas circumfertur: nam cùm qui ad Imperatoriam dignitatem euectus primùm coronabatur, statim illi proponebantur quatuor vel quinque marmorum ac diuersicolorum lapidum genera, vt eligeret ex quibus vellet sibi sepulchrum fabricari: ne scilicet solio & coronâ superbus vrnam ac tumulum, in quem tandem etiam Reges includuntur, obliuisceretur. Quem morem refert etiam Lyranus in morali expositione illorum verborum, *Homo in cinerem reuertetur.* *Iob 34, 15.* Ceterùm Ioannes ille Eleëmosynarius, vt citato loco refertur, imitatus illum morem, cùm primùm Alexandrinus Patriarcha declaratus est, statim præcepit sibi sepulchrum effici, sed non perfici: vt in maximis totius anni celebritatibus publicè admoneretur imperfectum esse eius sepulchrum; quare citò perfici imperaret. Quem ritum optimus Pontifex instituit, vt etiam in magno apparatu recordaretur se aliquando moriturum, & anniuersariæ celebritatis gaudia mortis recordatione vel penitus restingueret, vel magna ex parte temperaret.

Gaudia mortis recordatione temperanda.

Quilibet enim etiam Principum in sui dissolutione occidet, & spiritus quidem eorum in locum suum, corpus verò in terram abibit. Puluis & vmbra omnes, longa omnibus nox dormienda. Quid inde sequitur? *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum:* Potentibus nempe illis atque Dynastis, in quibus rerum suarum præsidium collocauerant, morte sublatis, & humi, vt solet, putrefactis, eodem ipso in tumulo spes inanes consepeliuntur. Tum pereunt cogitationes eorum, illa vota, proposita, consilia, toties iterata & reciprocantia, illæ diurnæ & nocturnæ meditationes, quæ miserum caput animumque rodebant, de concilianda gratia & fauore,

Mors dissipat omnes spes humanas.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

uore, de fructu beneuolentiæ, deque aliis similibus, quæ clarissimorum hominum operâ se consequi posse confidebant, subitò vno momento diffluunt & dissipantur.

In solo Deo spes solida.

5. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius.*] Cùm in superioribus docuisset vanum esse sperare in Principibus & filiis hominum, in sequentibus Versibus vsque ad finem ostenditur beatus, qui in solo Deo vero spem suam collocat: ipse enim potentissimus, fidelissimus, benignissimus, ac clementissimus, maximè prouidus, liberalis, iustus, &c. Quare tutissimè ac securissimè quis illi confidit. Vide quæ ad Psalmum 9. annotauimus: vbi dicitur, *Tibi derelictus est pauper.*

Veritas Dei thesaurum ditat.

7. *Custodit veritatem in sæculum.*] Quam scilicet veluti pretiosissimam in thesauro suo Deus reponit, vti obseruat ad hunc locum Hieronymus his verbis: *Pulchrè dixit, Custodit illam, & habet in thesauro suo*, &c. vt raram atque inuentu difficilem margaritam. Vnde Ioannes Electæ scribens: *Inueni*, inquit, *de filiis tuis ambulantes in veritate*. Quasi rarum quid & exquisitum, vt explicat S. Thomas: ditat enim & ornat, præsertim Sacerdotem; cui vt ait Pelusiota lib. 3. Epist. 10. *veritatem ornamenti loco esse conuenit: quæ etiam* (vt loquitur S. Thomas) *despectos claros facit*. Tantum in veritate pretii & auctoritatis, vt vel dæmon mendacii pater à veritate nonnumquam conciliate sibi velit auctoritatem. Ea de causa S. Paulus tacere iussit, atque exire spiritum illum Pythonem, qui in puella clamabat: *Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui nuntiant vobis viam salutis. Dæmones siquidem* (inquit Chrysostomus Orat. 3. aduersus Iudæos) *vt possent in posterum mentiri confidentius, propterea vera quoque nonnulla commiscebant: hanc ob causam & Paulus potissimum afficiebatur molestiâ, festinabatque illis occludere os, quod sibi auctoritatem vsurparent nequaquam ipsis congruentem.*

(Ioan. Epist. 2, 4. — *Sacerdotem ornat.* — *Despectos clarificat.* — Act. 16, 17.)

Dominus soluit compedes vitiorum.

8. *Dominus soluit compeditos.*] A compedibus scilicet concupiscentiæ malæ ac vitiorum, quibus peccatores constringuntur. Est enim peccati sæuus & acerbissimus dominatus, quo miserrimè mens opprimitur, atque animus ad indignissimam contumeliam & vexationem deiicitur, vt nec diurnæ neque nocturnæ quietis locus esse videatur: hinc in arcanis symbolis diuinarum Litterarum tribuitur illi sceptrum & vincula & catenæ, quibus cor in durissimam & calamitosissimam seruitutem rapiatur, in eaque dometur. Illud est onus graue, & massa plumbi, & fasciculi deprimentes, & imagines aliæ claræ & exquisitæ, quibus sceleris vim, potentiam, immanitatem in suis oraculis pingunt & insinuant Prophetæ, ita vt ab illo liberari non humanæ potentiæ facinus, sed Domini & clarissimi hominum liberatoris decus esse videatur: quod se facturum magnificentissimis verbis apud Ieremiam pollicebatur: *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius disrumpam.* (Ier. 30, 8.)

IN PSALMVM CXLVI. ARGVMENTVM.

1. Alleluia, * Aggæi & Zachariæ.

*Vulgata omittit.

α'. Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Hic etiam est ex persona redeuntium ex Babylone, gratiarum actionem continens & adhortationem, vt id ipsum omnes faciant.

Ἐκ προσώπου καὶ οὗτος τῶν ἐπανελθόντων ἐκ Βαβυλῶνος, εὐχαριστίαν περιέχων καὶ προτροπὴν, τοῦτο αὐτὸ πάντας ποιεῖν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

LAVDATE Dominum quoniã bonus est psalmus: Deo nostro * iucũda sit laudatio.

*Vulgata sit iucunda decoraque

Vult dicere Deum grato animo delectari. Eos igitur qui pro acceptis bonis illi psalmos & hymnos concinunt tamquam gratos in bono confirmat.

ΑΙΝΕΙΤΕ τὸν κύριον ὅτι ἀγαθὸς ψαλμός· τῷ θεῷ ἡμῶν ἡδυνθείη αἴνεσις.

Βούλεται εἰπεῖν ὅτι ἥδεται ὁ θεὸς εὐχαρίστῳ γνώμῃ. τοὺς οὖν ψάλλοντας καὶ ὑμνοῦντας αὐτὸν ἐφ' οἷς ἔτυχον ἀγαθοῖς ὡς εὐγνώμονας ἐν τῷ καλῷ βεβαιοῖ.

2. Ædificans Ierusalem Dominus,

Ipse rursus Hierosolymam collapsam instaurauit.

β'. Οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ κύριος,

Αὐτὸς πάλιν ἀνεκτήσατο τὴν Ἱερουσαλὴμ καταπεσοῦσαν.

Dispersiones Israëlis congregabit.

Israëlem etiam, inquit, in multis lo-

Τὰς διασπορὰς Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει.

Καὶ διεσπαρμένον, φησὶ, τὸν Ἰσραὴλ ἐν πολλοῖς

Digitized by Google

πολλοῖς τόποις ἐπισυνήγαγε, καὶ ἀνεκαλέσατο.

γʹ. Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν· καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.

Αὐτός ἐστι, φησὶν, ὁ καὶ κακωμένους ἡμᾶς οἷον ἰατρὸς ἐπιδήσας, καὶ θεραπεύσας ἡμῶν τὰ τραύματα.

δʹ. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων· καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

Ἀπὸ ἰδικοῦ ἐπὶ τὸ κοινὸν ἐξῆλθεν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τοῦ καθ' ἕκαστον προνοεῖ· ὁπότε οὕτως ἀκριβῆ τῶν ἁπάντων ἔχει τὴν γνῶσιν, ὡς εἴ τις ὀλίγους κεκτημένος ἐξ ὀνόματος ἕκαστον καλοίη. ἃ γοῦν ἡμῖν ἐστι παντελῶς ἀδύνατα, παρ' αὐτῷ δυνατὰ ὑπάρχει· τότε γὰρ τῶν ἀστέρων πλῆθος τὸ ἀναρίθμητον ἠρίθμηται παρ' αὐτῷ, καὶ οὕτως ἀκριβῶς, ὥστε τρόπον τινὰ καὶ ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς καλεῖν, τοὺς δὲ ὑπακούειν. ἀπὸ δὲ τῶν ἀστέρων καὶ τὰ λοιπὰ πάντα λέγει.

εʹ. Μέγας ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ· καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

Καὶ τί γάρ, φησιν, ἀδύνατον παρ' αὐτῷ; ὅγε καὶ δυνάμει πάντας ὑπερβάλλει, καὶ σοφίᾳ πάντας ὑπερνικᾷ.

ϛʹ. Ἀναλαμβάνων πρᾳεῖς ὁ κύριος· ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς.

Πάλιν τὸ ἰδικὸν αὐτῶν λέγει. αὐτός, φησι, ταπεινωθέντας ἡμᾶς ἀνεκτήσατο· Βαβυλωνίους δὲ ἐταπείνωσε. πρᾳεῖς γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ τοὺς ταπεινωθέντας· ἁμαρτωλοὺς δὲ τοὺς ὑπερηφάνους Βαβυλωνίους.

ζʹ. Ἐξάρξατε τῷ κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει·

Ἀντὶ τοῦ· χοροὺς οὖν συστήσατε, καὶ ἐξ ἀρχῆς πάντα καταλέγοντες τὰ εὐεργετήματα αὐτοῦ, ἐν ἀγαλλιάσει ποιεῖσθε τοὺς ὕμνους. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ψάλατε τῷ θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ.

Ποιεῖτε δέ, φησι, τοῦτο καὶ μετ' ὀργάνου.

cis dispersum congregauit, & reuocauit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Ipse est, inquit, qui etiam nos malè affectos tamquam Medicus alligat, & curat vulnera nostra.

4. Qui numerat * multitudines stellarum: & omnibus eis nomina vocat.

* *Vulgata* multitudinem

A re priuata ad rem communem transit. Vult enim dicere, nil esse mirum si singulis prouideat; quandoquidem tam exactam omnium habeat cognitionem, ac si quis paucos aliquos sibi subditos habens singulos de nomine vocet. Quæ igitur à nobis fieri penitus non possunt, ipsi facilia existunt: nam & stellarum innumerabilis multitudo apud ipsum est annumerata, idque tam exactè, vt quodammodò ex nomine illas vocet, illæ verò obediant. Ex astris autem quoque cetera intelligit.

Deus exactam omnium rationem habet.

5. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & * intelligentiæ eius non est numerus.

* *Vulgata* sapientiæ

Ecquid enim, inquit, ipsi impossibile sit? vtpote qui & virtute omnes excedat, & omnes superet sapientiâ.

6. Suscipiens mansuetos Dominus; humilians autem peccatores vsque ad terram.

Rursus dicit id quod ipsis est particulare. Ipse, inquit, humiliatos nos recreauit; Babylonios verò humiliauit. *Mites* enim hoc loco vocat humiliatos; *peccatores* verò superbos Babylonios.

7. * Incipite Domino in confessione:

* *Vulgata* Præcinite

Id est: Choros igitur constituite, & ab exordio cuncta eius beneficia recensentes, hymnos facite in exultatione. vnde subiungit:

Psallite Deo nostro in cithara.

Hoc autem, inquit, facite etiam cum instrumento.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

8. Qui operit cælum nubibus:

Rursus à particulari ad generale transit. Vult enim dicere: Nihil igitur mirum est si erga nos talis apparuerit is qui multa prodigiosa operatur in vniuersa creatura.

* Vulgata Et

* Qui parat terræ pluuiam.

Notandum quòd hîc etiam de prouidentia loquens, vicissitudines illas intelligat quæ in rebus accidunt: nam ex aëre fiunt nubes, & ex nubibus pluuia defertur. Hoc autem est quod indicat, ipsum nempe nos cùm humiles essemus ad prosperitatem & diuitias transtulisse. Pergit igitur ea quæ ad creaturas spectant enarrare, vt ex exemplis amplificet ea quæ ad ipsos pertinent.

* Vulgata producit

Qui * exoriri facit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.

Prouidentia Dei etiam ad bestias & herbas extendit se.

Tanta autem, inquit, est eius prouidentia, vt non solùm hominibus prospiciat, sed etiam pecoribus. Ita nimirum nec ipsa herba quæ sponte exoritur inutilis existit: nutrit enim iumenta, quibus homines imbecillitatis suæ defectum supplent.

9. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

Iumenta vocat cicura animalia. Ait autem ipsum non solùm cicura nutrire, verùm etiam agrestia, & quæ nobis inutilia putantur. Et pulchrè dixit de coruis inuocantibus eum. Pullos enim, vt aiunt, corui immaniter de nido deturbant: illi verò cùm paternâ curâ exciderint, vociferantur quodammodò inuocantes eum qui fecit eos.

10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Rursus insinuat Babylonios. Hic, inquit, non attendit equorum multitudinem Babylonicorum, neque bellicam fortitudinem; sed quid?

11. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordiâ eius.

η'. Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις·

Πάλιν ἀπὸ τοῦ ἰδικοῦ ἐπὶ τὸ καθολικὸν ἐξῆλθε. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ περὶ ἡμᾶς τοιοῦτος ὤφθη ὅσγε πολλὰ παράδοξα ἐργάζεται ἐπὶ πάσῃ τῇ κτίσει.

Τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν.

Ἐπισημαντέον ὅτι καὶ περὶ τῆς προνοίας λέγων ἐνταῦθα, τὰς τροπὰς λέγει τὰς ἐκ τῶν ὄντων γινομένας· ἀπὸ γὰρ ἀέρος γίνεται νεφέλη, καὶ ἀπὸ νεφῶν καταφέρεται ὑετός. ὃ δὴ αἰνίττεται τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμᾶς ταπεινοὺς ὄντας μετέβαλεν εἰς εὐπραγίαν καὶ εἰς πλοῦτον. ἐπιμένει οὖν τὰ τῆς κτίσεως διηγούμενος, ἵν' ἐκ τῶν ὑποδειγμάτων αὐξήσῃ τὰ κατ' αὐτούς.

Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.

Τοσαύτη δέ, φησιν, ἐστὶν αὐτοῦ ἡ πρόνοια, ὅτι οὐ μόνον ἀνθρώπων προνοεῖ, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν. οὕτω γοῦν ἡ ἀνατέλλουσα χλόη αὐτόματος οὐδὲ αὕτη ἄχρηστος· τρέφει γὰρ τὰ ὑποζύγια, δι' ὧν ἄνθρωποι τὸ ἔνδειον τῆς ἀσθενείας αὐτῶν ἀναπληροῦσιν.

θ'. Διδόντι τοῖς κτήνεσι τὴν τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.

Κτήνη τὰ ἥμερα λέγει ζῶα. λέγει δὲ ὅτι οὐ μόνον τὰ ἥμερα τρέφει, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄγρια, καὶ τὰ ἡμῖν νομιζόμενα ἄχρηστα. καὶ καλῶς εἶπε περὶ τῶν κοράκων τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. τοὺς γὰρ νεοττούς, ὥς φασιν, οἱ κόρακες ἀγνωμόνως τῆς καλιᾶς ἀποθοῦνται· ἐκεῖνα δὲ ἐκπίπτοντα τῆς πατρικῆς ἐπιμελείας, βοᾷ τρόπον τινὰ τὸν ποιήσαντα αὐτὰ ἐπικαλούμενα.

ι'. Οὐκ ἐν δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει· οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ.

Πάλιν αἰνίττεται Βαβυλωνίους. οὗτος, φησιν, οὐ τῷ πλήθει τῶν ἵππων προσέχει τῶν Βαβυλωνίων, οὐδὲ τῇ ἀνδρείᾳ τῇ πολεμικῇ· ἀλλὰ τί;

ια'. Εὐδοκεῖ κύριος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Ἡ εὐδοκη-

Digitized by Google

Ηὐδόκησε δέ, φησιν, ἐφ' ἡμᾶς· ἐπειδὴ πᾶσαν ἡμῶν τὴν ἐλπίδα οὐκ ἀπεστήσαμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν φόβον αὐτοῦ πάντων προετιμήσαμεν. διὰ τοῦτο ἡμεῖς μὲν ἐν ἀγαθοῖς οἱ πρότερον ὄντες ἐν ἀνελπιστίᾳ, ἐκεῖνοι δὲ ἐν ταπεινώτητι πολλῇ, οἱ ἀνδρείᾳ καὶ ἵππῳ πεποιθότες.

Beneplacuit autem, inquit, Deo ſuper nos; quandoquidem omnem ſpem noſtram ab eo minimè remouimus, ſed timorem eius rebus omnibus prætulimus. Quapropter nos quidem qui priùs eramus deſperati in bonis iam verſamur, illi verò in multa humilitate, qui in fortitudine & equitatu confidebant.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΟΤΙ ΑΓΑΘΟΣ ΨΑΛΜΟΣ.] Ὀνήσιμος γὰρ ἡ ὑμνῳδία, καὶ προξενος ἀγαθῶν. οὐ τοσοῦτον δὲ ὁ ὕμνος ἀρέσκει (ἀνενδεὴς γὰρ ὁ θεὸς) ὅσον ὁ τῶν ὑμνούντων σκοπός. Ἕτερός φησιν ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ᾠδὴ τῷ θεῷ. ἡδυνθείη δέ, ἀντὶ τοῦ, εὐπρόσδεκτος γένοιτο, φησιν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ψάλλειν, πρὸς τὸ ἡδυνθῆναι τῷ θεῷ τὴν αἴνεσιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ βίου τῷ ᾄδοντι καὶ προσοχῆς. Ἀντὶ δὲ τοῦ οἰκοδομῶν οἰκοδομήσει φησί· καὶ ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς διασπορὰς τοὺς ἐξωσμένους φησίν· οὐ γὰρ ἀθρόον ἀνεκτήσαντο πάντες, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον κατὰ μικρὸν συνήγοντο. εἶτα συνάπτων τοῖς σωματικοῖς τὰ πνευματικὰ ἐπάγει·

γ'. Ο ΙΩΜΕΝΟΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝΤΕΤΡΙΜΜΕΝΟΥΣ.] Ἀντὶ δὲ τὰ συντρίμματα ἕτερος κατεαγμένα αὐτῶν. Αὐτός ἐστι, φησίν, ὁ καὶ τοὺς κακουμένους οἷον ἰατρὸς ἐπιδεσμεύων, καὶ θεραπεύων τὰ τραύματα, εἴτε ψυχῆς, εἴτε σώματος. ἐπεὶ γὰρ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου παρρησίαν οὐκ εἶχε, προβάλλεται πάλιν τὴν συμφορὰν καὶ τὸ τοῦ θεοῦ συνήθες, ἔργον αὐτοῦ τοὺς τεταπεινωμένους παρακαλεῖν, καὶ ἴδιον αὐτοῦ τοῦτο. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ· τὸ δὲ ἑξῆς περὶ τῆς δυνάμεως.

δ'. Ο ΑΡΙΘΜΩΝ ΠΛΗΘΗ ΑΣΤΡΩΝ.] Τουτέστιν, ὁ εἰδώς. ἐπειδὴ γὰρ περὶ πλήθους τῶν διεσπαρμένων ὁ λόγος, εἰκότως ἐπήγαγε τὸ ὑπόδειγμα, δεικνὺς ὅτι καὶ τοὺς διεσπαρμένους δυνήσεται συναγαγεῖν, καὶ οὓς ἐπηγγείλατο κατὰ τὸ πλῆθος ἐκείνων ἄστρων μετὰ ἀκριβείας συνάξει. Παιδεύει δὲ διὰ τούτων μόνῳ τῷ θεῷ γινώσκεσθαι τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων τὸ πλῆθος. καὶ οὕτως ἐξηκρίβωται πάντα αὐτῷ, ὡς εἴ τις ὀλίγους κεκτημένος ἐκ τοῦ ὀνόματος πάντας καλοίη· οὕτω καὶ οὗτος τρόπον τινὰ ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς καλεῖ. ἢ ὀνόματα καλεῖ τὰς διαφορὰς αὐτῶν καὶ τὴν πρὸς

1. LAVDATE DOMINVM QVONIAM BONVS EST PSALMVS.] Vtilis enim eſt hymnorum cantilena, & bonorum eſt cauſa. Non tantum autem hymnus Deo placet (quoniam eo non indiget) quantum laudantium propoſitum. Alius ait *Alleluia, quoniam bonum eſt canticum Deo. Iucunda* verò *ſit*, id eſt, accepta fiat, inquit. Non ſatis enim eſt canere, vt ſit Deo iucunda laudatio, ſed opus eſt & vitâ & attentione canentis. Ceterùm pro *Aedificans* ait *Aedificabit*; pro *diſperſiones* verò *expulſos*: quoniam non omnes ſimul derepentè reſtituti ſunt, ſed poſt reuerſionem paulatim coacti ſunt. Deinde corporalibus ſpiritalia coaptans ſubiungit:

3. QVI SANAT CONTRITOS.] Ceterùm pro *contritiones* alius *confracta ipſorum*. Ipſe eſt, inquit, qui etiam ægrè habentes veluti Medicus alligat, & curat vulnera eorum, ſiue animæ, ſiue corporis. Cùm enim non haberet in vita ſua fiduciam, adducit rurſus calamitatem & Dei conſuetudinem, cuius nempe munus, & quidem proprium eſt, vt eos qui humiliati & afflicti ſunt conſoletur. Hæc ergo dixit de eius benignitate: quod autem ſequitur de potentia eſt.

4. QVI NVMERAT MVLTITVDINES STELLARVM.] Hoc eſt, qui nouit. Cùm enim de diſperſa multitudine ſermo eſſet, iure merito hoc exemplum adduxit, oſtendens ſe poſſe quoque diſperſos congregare, & quos promiſerat ſe quaſi ſtellas multiplicaturum pleniſſimè reducere. Per hæc autem docet ſoli Deo notam eſſe ſtellarum cæli multitudinem. Et tam accuratè ipſi omnia perſpecta ſunt, ac ſi quis paucos aliquos ſibi ſubditos habens omnes de nomine compellet: ſic etiam ipſe quodammodò nominatim eos vocat. Vel nomina appellat aſtrorum differentias & mutuam ad inuicem

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quinam hymni Deo placeant.

Deus diſtinctè nouit omnia.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

inuicem habitudinem: nam animâ nomineque carent: Gentiles autem ex confictis fabulis nomina ipsis imposuerunt. Alius verò hoc de Israëlitis dicit, scilicet ex eis neminem periturum; sed quemadmodum qui nominatim aliquos vocant, ita etiam ipsum omnes perfectè reducturum.

5. MAGNVS DOMINVS NOSTER.] Ecquid, inquit, ipsi impossibile sit, qui & virtute omnes superat, & vincit sapientiâ, & cuius immensa sunt omnia, magnitudo incomprehensibilis, intelligentia innumerabilis. Scientia eius confortata est, & quis poterit ad eam? Cùm sit ergo & potens, & sapiens, & clemens, ne nimis curiosè inquiras, Quomodo hæc erunt? Ne autem dicerent aliqui insipientes, Quid ad nos si perfectè norit astra omnia? dicit etiam curam quam gerit hominum.

Deus infinitus per omnia.

Psal. 35,6.

6. SVSCIPIENS MANSVETOS DOMINVS.] Et non dixit *Adiuuans*, sed quod est multò maius, *Suscipiens*, tamquam de amantissimo patre loquens: id est, Recreans, ferens, baiulans. Symmachus autem *Reficiens*. Vidisti rursus perfectam in vtroque eius potentiam? nempe in extollendis humilibus, & in deprimendis arrogantibus. Non simplici autem modo humiliat, sed vsque ad terram, id est summoperè. Postquam autem præclara eius facta recensuit, rursus eos ad hymnum vocat dicens:

7. INCIPITE DOMINO IN CONFESSIONE.] Id est, In gratiarum actione cum magno studio & diligentia choros constituite, & ab exordio recensete omnia studia eius, & in exultatione hymnos facite. Symmachus autem: *Recitate Domino confessionem, modulemini Deo nostro per lyram*, siue per corpus mortificatum.

8. QVI OPERIT CÆLVM.] Rursus à particulari ad vniuersale transijt. Ne quis enim imprudens dicat: Quid ad me cælestia? subiunxit id quod ad vsum humanum spectat. Propter te enim, inquit, cooperit cælum nubibus, vt tibi pluuiam paret. Quin & pluuia propter te est, vt tibi fœnum producat. Vide autem sapientiam. Si enim omnibus, inquit, ista præbeat, quantò magis vobis, qui populus eius nuncupamini. Pergit autem ea quæ ad creaturas

ἀλλήλα χέσιν· ἄψυχα γὰρ καὶ ἀκατανόμαστα· ἕλληνες δὲ ἀπὸ μύθων πλασθέντων ἐνίοις αὐτῶν ὀνόματα ἔθεσαν. Ἄλλος δὲ περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν φησὶ τοῦτο, τουτέστιν ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν ἀπολεῖται· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ κατ᾽ ὄνομα καλοῦντες, οὕτως καὶ αὐτὸς μετὰ ἀκριβείας πάντας συνάξει.

ε΄. ΜΕΓΑΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ.] Καὶ τί, φησιν, ἀδύνατον αὐτῷ, ὅς γε καὶ δυνάμει πάντας ὑπερβάλλει, καὶ συνέσει νικᾷ, καὶ ἀμέτρητα πάντα ἡ μεγαλωσύνη ἀκατάληπτος, ἡ σύνεσις ἀναρίθμητος. ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἐκραταιώθη, καὶ τίς δυνήσεται πρὸς αὐτήν; ὅταν τοίνυν καὶ δυνατός ἐστι, καὶ συνετὸς, καὶ φιλάνθρωπος, μὴ περιεργάζου, πῶς ἔσται ταῦτα; Ἵνα δὲ μὴ λέγωσί τινες τῶν ἀνοήτων, τί πρὸς ἡμᾶς εἰ τὰ ἄστρα οἶδε πάντα μετ᾽ ἀκριβείας; λέγει καὶ τὴν ἐπ᾽ ἀνθρώπων κηδεμονίαν.

ϛ΄. ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΩΝ ΠΡΑΕΙΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] Καὶ οὐκ εἶπε βοηθῶν, ἀλλ᾽ ὃ πολλῷ μεῖζον, ἀναλαμβάνων, ὡς περὶ πατρὸς φιλοστόργου διαλεγόμενος· ἀντὶ τοῦ, ἀνακτώμενος, φέρων, διαβαστάζων. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀνακτώμενος. εἶδες πάλιν ἐφ᾽ ἑκάτερα τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀπηρτισμένην; ἐπί τε τοῦ αἴρειν τοὺς ταπεινοὺς, καὶ τοὺς ἀπονενοημένους ταπεινοῦν. οὐχ ἁπλῶς δὲ ταπεινοῖ, ἀλλ᾽ ἕως γῆς, ἀντὶ τοῦ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. εἰπὼν δὲ αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, πάλιν ἐπὶ τὸν ὕμνον αὐτοὺς καλεῖ λέγων·

ζ΄. ΕΞΑΡΞΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΙ.] Τουτέστιν, ἐν εὐχαριστίᾳ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς χοροὺς συστήσατε, καὶ εἴπατε ἐξ ἀρχῆς πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, καὶ ἐν ἀγαλλιάσει ποιεῖσθε τοὺς ὕμνους. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Καταλέξατε τῷ κυρίῳ ἐξομολόγησιν, μελῳδήσατε τῷ θεῷ ἡμῶν διὰ λύρας, ἤτοι διὰ τοῦ νεκρωθέντος σώματος.

η΄. ΤΩ ΠΕΡΙΒΑΛΛΟΝΤΙ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ.] Πάλιν ἀπὸ τοῦ ἰδικοῦ ἐπὶ τὸ καθόλου ἐξῆλθεν. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ ἀνόητος· τί πρὸς ἐμὲ τὰ οὐράνια; ἐπήγαγε τὴν χρείαν τὴν ἀνθρωπίνην. διὰ σὲ γάρ, φησι, περιβάλλει τὸν οὐρανὸν νεφέλαις, ἵνα σοι παρασκευάσῃ ὑετόν. καὶ ὑετὸς διὰ σέ, ἵνα ἐκβάλῃ χόρτον. καὶ ὅρα σοφίαν. εἰ γὰρ τοῖς καθόλου ταῦτα χορηγεῖ, φησι, πόσῳ μᾶλλον ὑμῖν, οἳ λαὸς αὐτοῦ χρηματίζεσθε. ἐπιμένει δὲ τὰ τῆς

κτίσεως

κτίσεως διηγέμϑμος, ἵν᾽ ἐκ τῆς κοινῆς αὐξήσῃ τὰ κατ᾽ αὐτούς. εἶτα ἐπειδὴ ἀσθενεῖς ἦσαν, καὶ ὅπλων ἔρημοι, καὶ γυμνοὶ, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν θορυβῶνται ἐπάγει·

ι. ΟΥΚ ΕΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ ΘΕΛΗΣΕΙ.] Ἓν τοίνυν, φησὶν, ἐστὶ τὸ ζητούμϑμον, τὸ ἐλπίζειν, τὸ ὑπομένειν τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀγχάλλειν. ἢ ἀπὸ μέρους ὅλον τὸν πλοῦτον δηλοῖ. ὡς καὶ διὰ τὸ οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις πᾶσαν τὴν σωματικὴν ῥώμην. οὐ χαίρει, φησὶν, ὁ θεὸς ῥώμῃ σώματος, οὐδὲ ἱππικῇ τέχνῃ καὶ ταχυτῆτι ποδῶν, ἀλλ᾽ ἀγαθαῖς πράξεσιν· ὧν δημιουργὸς ἡ εὐλάβεια. δύναται δὲ ἡ μὲν σωματικὴ ἰσχὺς καὶ ἱππικὴ εἰς βαβυλῶνα λαμβάνεσθαι, ἐν οἷς οὐκ εὐδόκησε κύριος, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῖς μεμενηκόσιν ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, οὓς ἀποκατέστησε τῇ Ἱερουσαλήμ.

ſpectant recenſere, vt ex his communibus augeret ea quæ ad ipſos pertinent. Deinde quoniam erant imbecilli, & inermes, & nudi, ne ex eo conturbarentur ſubiungit:

CATENA PATRVM.

10. NON IN FORTITVDINE EQVI VOLVNTATEM HABEBIT.] Vnum igitur, inquit, eſt quod quæritur, vt ſperemus, & expectemus miſericordiam eius, & non angamur animo. Vel ex parte vniuerſas diuitias ſignificat. Sicut etiam per illud *neque in tibijs* omne robur corporis. Non gaudet, inquit, Deus robore corporis, neque equeſtri arte & pedum celeritate, ſed probis actionibus: quarum auctor eſt religio. Ceterùm poſſet quidem corporis & equeſtris fortitudo ad Babylonem referri, in quibus Dominus ſibi non complacuit, ſed in ijs qui permanſerunt in timore eius, quos Hieroſolymæ reſtituit.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα γενομένην τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομίαν. οὐ γὰρ ὡς Ἰουδαῖοι προσδοκῶσιν αὖθις ἡ Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθήσεται· ἀλλὰ τὴν ἤδη γεγενημένην ὑπὸ Ζοροβάβελ οἰκοδομίαν ὁ προφητικὸς προθεσπίζει λόγος.

α. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΟΤΙ ΑΓΑΘΟΣ ΨΑΛΜΟΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀνωτέρω μὲν φησιν, Αἰνεῖτε, ὅτι μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα· ἐνταῦθα δέ φησιν, ὅτι αὐτὸ τὸ αἰνεῖν καλὸν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν αἴτιον. ψαλμὸς γάρ, φησιν, ἀπανίστησι τὴν διάνοιαν τῆς γῆς, πτεροῖ τὴν ψυχὴν, κούφας καὶ μετεωρίους ποιεῖται. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ἄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ κυρίῳ.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Τῷ θεῷ ἡμῶν ἡδυνθείη αἴνεσις· ἕτερος, εὐπρεπὴς αἴνεσις· ἄλλος, Ἀλληλούϊα ᾠδὴ τῷ θεῷ. καλὸν ἡ αἴνεσις, εἰ εὐπρόσδεκτος γένοιτο τῷ θεῷ, φησιν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ψάλλειν πρὸς τὸ ἡδυνθῆναι τῷ θεῷ τὴν αἴνεσιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῦ βίου καὶ τῆς προσοχῆς καὶ τῆς ἀκριβείας τοῦ ᾄδοντος. δοκεῖ δέ μοι οὗτος ὁ ψαλμὸς εἶναι τῆς ἐπανόδου· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ κύριος τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Εἰ γὰρ καὶ Κῦρος αὐτοὺς ἀφῆκεν, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ἐκεί-

ORIGENIS. Etiam hic Pſalmus prædicit reditum è Babylone, & Hieroſolymæ inſtaurationem poſteà factam. Non enim vt Iudæi expectant rurſus Hieroſolyma inſtaurabitur; ſed diuinum oraculum illam ædificationem, quæ à Zorobabele facta eſt, vaticinatur.

1. LAVDATE DOMINVM QVONIAM BONVS EST PSALMVS.] CHRYSOSTOMI. Superiùs quidem ait, Laudate, quoniam *magnus Dominus & laudabilis nimis:* hîc autem ait, quòd ipſum etiam laudare bonum ſit, & innumerabilium bonorum cauſa. Pſalmus enim, inquit, mentem à terra erigit, animumque alatum facit, leues & ſublimes reddit. Et ideò Paulus dixit: *Canentes & pſallentes in cordibus veſtris Domino.*

Pſal. 144.

Pſalmodia mentem erigit.

1. Cor. 14.

ANONYMI. *Deo noſtro iucunda ſit laudatio:* alius, *Decora laudatio:* alius, *Alleluia canticum Deo.* Bona eſt, inquit, laudatio, ſi accepta ſit Deo. Non enim ſatis eſt pſallere vt Deo iucunda ſit laudatio, ſed opus eſt vitâ & attentione ac diligentiâ canentis. Mihi autem videtur hîc Pſalmus eſſe reuerſionis; & ideò ſubiungit dicens: *Aedificans Hieruſalem Dominus diſperſiones Iſraëlis congregabit.* Etſi enim eos dimiſerit Cyrus, non tamen ex il-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

lius sententia, sed ex Dei fauore totum hoc profectum est. Alius autem pro *Aedificans* dixit *Aedificabit*, *dispersiones* verò *expulsos*. Non enim omnes simul reduxit, sed post reuersionem paulatim congregati sunt.

Humiles consolari proprium est Dei.

3. QVI SANAT CONTRITOS CORDE.] CHRYSOSTOMI. Cùm non haberet in vita sua fiduciam, proponit iterùm calamitatem & Dei consuetudinem: est enim eius munus, & hoc est eius proprium, eos qui humiliati sunt consolari: vt quando ait, Qui scrutatur corda & renes: qui viuificat mortuos: qui vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, dicens hoc esse proprium eius munus: ita hîc etiam, *Qui sanat contritos corde*. Etsi ergo, inquit, indigni simus; quoniam tamen opus eius sumus, actionem suam & partes suas non relinquet, à sua consuetudine non recedet. Quando igitur volueris consequi consolationem, redde teipsum humilem, cor animumque tuum contere. Hoc ergo dixit de eius voluntate, de benignitate, deque clementia, quod autem sequitur de potentia.

Rom. 4.

4. QVI NVMERAT MVLTITVDINES STELLARVM.] ORIGENIS. Numerum hîc scientiam appellauit, astrorum verò nomina astrorum differentias, & horum positionem, & ordinem, & ad inuicem habitum.

ANONYMI. Quandoquidem illi sermo erat de dispersa multitudine, & quæ tunc nusquam apparebat, iure hoc exemplum in medium adduxit, ostendens eum posse vel dispersos cogere: contritos enim solet erigere & consolari: & innumerabilem astrorum multitudinem apprimè nouit: ergo nos quoque, quos pollicitus est eis futuros æquales, plenissimè reducet.

ET OMNIBVS EIS NOMINA VOCAT.] ANONYMI. Alius ait, *Omnes eos nominatim vocabit*: alius, *Omnibus nomina vocans*. Existimo hoc dictum esse de Israëlitis. quod etiam alibi Isaias ait: Omnes eos nominatim vocabit. Id est: Nullus eorum peribit. Sed quemadmodum illi qui nominatim quosdam vocant: ita & ipse omnes perfectè reducet. Deinde quoniam rem dixerat maximam, quòd tot ho-

Deus suos nominatim nouit & seruat.

της γνώμης, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ ῥοπῆς τὸ πᾶν ἐγένετο. Ἕτερος δὲ ἀντὶ τοῦ οἰκοδομῶν οἰκοδομήσει φησί, τὰς δὲ διασπορὰς τοὺς ἐξωσμένους. Οὐ γὰρ ἀθρόον ἀνεκτήσατο πάντας, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον κατὰ μικρὸν συνήγοντο.

γʹ. Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.] Χρυσοστόμου. Ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ βίου παῤῥησίαν οὐκ εἶχον, προβάλλεται πάλιν τὴν συμφορὰν καὶ τὸ τοῦ θεοῦ σύνηθες· ἔργον γὰρ αὐτοῦ τοῦτο, τοὺς τεταπεινωμένους παρακαλεῖν, καὶ ἴδιον αὐτοῦ τοῦτο· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς· ὁ ζωοποιῶν τοὺς νεκρούς· ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, τὸ ἴδιον αὐτοῦ λέγων ἔργον· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. ὥστε κἂν ἀνάξιοι ὦμεν, φησίν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἔργον αὐτοῦ ἐσμέν, τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, τὸ εἰωθὸς αὐτοῦ οὐκ ἀφήσει. ὅταν τοίνυν βουληθῇς παρακλήσεως ἀπολαῦσαι, ταπείνωσον ἑαυτόν, σύντριψόν σου τὴν καρδίαν, τὴν διάνοιαν. τοῦτο μὲν οὖν περὶ τῆς βουλήσεως αὐτοῦ, περὶ τῆς χρηστότητος, περὶ τῆς φιλανθρωπίας, τὸ δὲ ἑξῆς περὶ τῆς δυνάμεως.

δʹ. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων.] Ὠριγένους. Ἀριθμὸν ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν ἐκάλεσεν, ἀστέρων δὲ ὀνόματα τὰς τῶν ἀστέρων διαφοράς, καὶ τὴν τούτων θέσιν τε, καὶ τάξιν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν.

Ἀνωνύμου. Ἐπειδὴ περὶ πλήθους ἦν διεσπαρμένου ὁ λόγος, καὶ οὐδαμοῦ φαινομένου τέως, εἰκότως τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα εἰς μέσον ἤγαγεν, δεικνὺς ὅτι καὶ τοὺς διεσπαρμένους δύναται συναγαγεῖν· τοὺς τε γὰρ συντετριμμένους ἔθος αὐτῷ διορθοῦν καὶ παραμυθεῖσθαι· τά τε ἄπειρα πλήθη τῶν ἀστέρων μετὰ ἀκριβείας ἐπίσταται· οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, οἷς ἐπηγγείλατο κατὰ τὸ πλῆθος ἐκείνων ἔσεσθαι, μετὰ ἀκριβείας συνάξει.

Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.] Ἀνωνύμου. Ἕτερος, φησί, πάσιν αὐτοῖς ὀνόμασι καλέσει· ἄλλος, Τοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλῶν. ἡγοῦμαι τοῦτο περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰρῆσθαι. ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν Ἠσαΐας· Πάντας αὐτοὺς κατ᾽ ὄνομα καλέσει. τουτέστιν· ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν ἀπολεῖται. ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ κατ᾽ ὄνομα καλοῦντες· οὕτως καὶ αὐτὸς μετὰ ἀκριβείας πάντας συνάξει. Εἶτα ἐπειδὴ πρᾶγμα εἶπε μέγιστον, ὅτι τοσαύτας μυριά-

Digitized by Google

μυριάδας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διεσπαρείσας ἐπισυνάξει, περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ λοιπὸν διαλέγεται, τοὺς σφόδρα θορυβουμένους τῶν Ἰουδαίων εἰς πίστιν ἄγων.

Χρυσοστόμου. Μὴ ζήτει τοίνυν πῶς καὶ τίνι τρόπῳ· καὶ γὰρ ἡ μεγαλοσύνη αὐτοῦ ἀκατάληπτος, καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας· καὶ ἡ σύνεσις ὁμοίως· τῆς γὰρ συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ θαυμαστὴ ἐκραταιώθη, καὶ οὐ μὴ δύναμαι πρὸς αὐτήν, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ ἀνεξερεύνητα. ὅταν τοίνυν καὶ μέγας, καὶ δυνατός, ἢ καὶ συνετός, καὶ φιλάνθρωπος, μὴ περιεργάζου πῶς ταῦτα ἔσται.

ϛʹ. Ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς.] Ὠριγένους. Ζητητέον πόθεν ταπεινοῖ τοὺς ἁμαρτωλούς. διδάσκει δὲ τὸ ὅπου εἰπὼν ἕως γῆς. καὶ μήποτε ταπεινοῖ, ποιῶν εἶναι ἐν τῷ γηΐνῳ τῆς ταπεινώσεως σώματι. ἀναλαμβάνει μὲν οὖν πρᾳεῖς, οὓς πρότερον ἐταπείνωσε· ταπεινοῖ δὲ ἕως γῆς ἁμαρτωλούς, πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὄντας ἐν ὕψει.

ζʹ. Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει.] Ἀνωνύμου. Ἄλλος, καταλαλάξατε. καὶ ἀντὶ τοῦ ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ, ἄλλος διὰ λύρας.

ηʹ. Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανόν.] Ὠριγένους. Περιβάλλεται καὶ καλύπτεται ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ θειότερα νεφέλαις, ἐφ' ἃς φθάνει ἡ ἀλήθεια.

Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον.] Χρυσοστόμου. Ὅρα πάλιν τὴν περιουσίαν τῆς προνοίας, ὅταν μὴ μόνον ἐν ἀροσίμῃ γῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι δαψιλῆ παρέχει τὴν τράπεζαν, τὴν διατροφὴν τῶν κτηνῶν, τῶν πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀνθρώπων γεγενημένων. διὸ καὶ ἐπάγει· διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν. εἶτα πάλιν ἑτέραν λέγει φιλοτιμίαν, ὅταν μὴ μόνον τοῖς ὑπηρετουμένοις κτήνεσι τοῖς ἀνθρώποις παρέχῃ τροφήν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἀλόγοις. καὶ τοῖς νεοσσοῖς γάρ, φησι, τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. εἰ δὲ ἐν τοῖς ἀλόγοις, καὶ ἀλόγοις ἀγρίοις, καὶ οὐδὲ παρέχουσιν ἀνθρώποις διακονίαν, τοσαύτη πρόνοια, πολλῷ μᾶλλον ἀνθρώποις, καὶ ἀνθρώποις ὑμνοῦσιν, οὓς καὶ λαὸν περιούσιον καὶ μερίδα αὐτοῦ ἐκάλεσεν; εἶτα ἐπειδὴ ἀσθενεῖς ἦσαν καὶ ὅπλων ἔρημοι, ἵνα μηδὲ ἐντεῦθεν θορυ-

minum millia per vniuersum orbem terræ dispersa sit congregaturus, deinceps differit de eius potentia, Iudæos qui valdè conturbabantur vt crederent inducens.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Ne quære ergo quomodo & quanam ratione: est enim eius magnitudo incomprehensa, *& magnitudinis eius non est finis:* similiter & sapientia: nam *sapientiæ eius non est numerus*. Quin & scientia eius admirabilis confortata est, & non potero ad eam, & iudicia eius inscrutabilia. Cùm sit igitur & magnus, & potens, & sapiens, & clemens, ne nimis curiosè inquiras quomodo hæc erunt.

Psal. 35,6.

6. HVMILIANS AVTEM PECCATORES VSQVE AD TERRAM.] ORIGENIS. Quærendum quomodo humiliet peccatores. Hoc autem docet cùm ait *vsque ad terram*. Et numquid humiliat, cùm esse faciat in terreno corpore humiliationis. Suscipit igitur mansuetos, quos priùs humiliauerat: humiliat autem vsque ad terram peccatores, qui ante peccatum in excelso erant.

7. INCIPITE DOMINO IN CONFESSIONE.] ANONYMI. Alius, *Adiubilate*. Et pro *Psallite Deo nostro in cithara*, alius *per lyram*.

8. QVI OPERIT CÆLVM.] ORIGENIS. Cælum & res diuiniores nubibus cooperiuntur & absconduntur, ad quas veritas pertingit.

QVI EXORIRI FACIT IN MONTIBVS FOENVM.] CHRYSOSTOMI. Vide rursus prouidentiæ abundantiam, quando non solùm in terra culta, sed etiam in montibus lautam dat mensam, nempe alimentum iumentorum, quæ ad hominibus seruiendum facta sunt. Et ideò subiungit: *Qui dat iumentis escam ipsorum*. Deinde rursus aliam dicit munificentiam, vt qui non solùm iumentis quæ seruiunt hominibus det escam, sed etiam alijs brutis. Nam & pullis, inquit, coruorum, inuocantibus eum. Si autem brutis, & quidem brutis agrestibus, quæ hominibus minimè inseruiunt, tanta adhibeatur prouidentia, quantò magis hominibus, & quidem hominibus qui eum hymnis prosequuntur, quos etiam populum peculiarem & sui portionem appellauit? Deinde quoniam erant imbecilli & inermes, ne idcircò contur-

Prouidentia Dei ad minima pertingit.

Digitized by Google

Annotationes Corderii.

barentur, vide quomodo hinc quoque eorum corrigat imbecillitatem dicens:

II. BENEPLACITVM EST DOMINO SVPER TIMENTES EVM.] ANONYMI. Alius verò ait, *Qui expectant misericordiam eius.* Si eius, inquit, metum & perfectam in ipsum spem habueritis, beneuolentiam eius attrahetis, quam cùm attraxeritis, potentiores eritis ijs qui equos & arma habent. Rectè autem dixit *in misericordia eius.* Neque enim habebant in factis suis fiduciam. Sed tamen, inquit, etsi vos facta destituerint, speretis autem in eius misericordia, prouidentiæ auxilijque eius compotes eritis.

βάλονται, ὅρα πῶς καὶ ἐντεῦθεν αὐτῶν διορθοῦται τὴν ἀσθένειαν λέγων·

ιά. ΕΥΔΟΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος δέ φησι, Τοῖς ἀναμένουσι τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ἂν αὐτοῦ ἔχητε, φησί, τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν μετ' ἀκριβείας, ἐπισπάσεσθε αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν, ἐπισπασάμενοι δέ, ἵππων καὶ ὅπλων καὶ πάντων ἔσεσθε δυνατώτεροι. καὶ καλῶς εἶπεν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. οὐ γὰρ εἶχον τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων παῤῥησίαν. ἀλλ' ὅμως, φησί, κἂν ἀπὸ τῶν ἔργων ἦτε προδεδομένοι, ἐλπίζητε δὲ ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, τεύξεσθε προνοίας καὶ βοηθείας.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus in titulo & argumento conuenit cum præcedenti.

Psalmi nobis vtiles, & Deo grati sunt.

1. *Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus.*] Inuitat omnes ad laudandum pro viribus Deum; quoniam id & nobis vtilissimum, & illi gratissimum accidit. Dignitas autem sacræ illius functionis tanta est, vt in ea instituenda summi Numinis admirandam & singularem prouidentiam viri sapientes incredibili quadam prædicatione commendent. Animaduertit enim S. Basilius Præfatione in Psalmos, Deum inexplicabili sapientiâ rebus sacris atque diuinis, vnde mens erudiri potest, μελῳδίας τερπνὸν, concinnam numerorum modulationem adhibuisse, & dulcem cantum, vt auribus melico illo sono delinitis oraculorum cælestium vtilitatem sineremus placidè in animos nostros influere: atque in hoc fuisse diuinitus excogitatos Psalmorum concentus, vt omnes dum eos concinunt ac modulantur, re ipsâ animas erudiant suas. Quod idem pari animorum consensione alij sancti Patres commemorant: ac in primis S. Dionysius Areopagita, qui primitias Ecclesiæ vidit, grauiter pronuntiat lib. de Eccles. Hierarchia cap. 3. *Psalmorum modulationem esse συνουσίαν, instar essentiæ omnibus ferè hierarchicis mysterijs*; hoc est, vt ego interpretor, ita propriam sacratum esse functionum quæ publica in luce fiunt, & à Liturgis obeuntur, vt absque illa vix consistere atque intelligi possit religio: vbi etiam ἱερωτάτας ᾠδὰς, *sacrosanctas odas* appellat. Quod quasi interpretans aut illustrans S. Hilarius in Psal. 64. *Dignas Deo cantiones* vocat, quibus vota Ecclesiasticæ religionis explicantur. Alij quoque summi viri hoc pietatis ornamentum & inuentum salutare præconio suo cohonestant. S. Cyrillus in Ionæ cap. 2. Psalmos nuncupat εὐοσμότατα θυμιάματα, καὶ χαριστηρίους, καὶ πνευματικὰς θυσίας, *fragrantissimum thymiama, & spiritualia sacrificia, gratijs agendis opportuna.* Philo quoque lib. de Plant. Noë illos omni victimæ & cimelijs opulentis longè anteponens: *Præstat*, inquit, *Deum colere non victimis & donarijs, quibus ne totus quidem mundus suffecerit, sed laudibus hymnisque.* Quare nobilissima hæc videtur & perennis dos religionis, quam nullus dies eripiet. De Psalmorum porrò vtilitate vide plura Tomo primo in Prooemio vberiùs explicata: quò etiam faciunt quæ superiùs ad Psal. 134. vers. 3. annotauimus. Præcipuum autem eorum fructum ego pono cum diuinis Patribus *in deuotione*: quâ voce non tantùm intelligo dulcem animi sensum intimâ suauitate colliquescentis, verùm etiam pietatem, compunctionem, ardorem quemdam animi celsi & inuicti Deo seruire cupientis. Itaque Clemens Alexandrinus eleganter omnino asseruit, Psalmorum cantum esse veluti quemdam rhythmum ἐμβατήριον, ad pugnam videlicet ineundam accommodatum. Et consimili elegantia Iustinus Martyr ait eumdem Psalmorum cantum efficere γενναίους ἀγωνιστὰς, *strenuos ac magnanimos bellatores*; & ea causâ nominari à D. Paulo μάχαιραν τοῦ πνεύματος, *gladium spiritus.* In hoc prompto & viuido ardore mentis, & incensi animi proposito ad illa omnia repudianda quæ inimica sunt Deo & saluti, vitiumque oppugnandum, à sapientibus magna quædam vis deuotionis gratiaque reponitur, quæ per psalmodiam mirificè excitatur: quam Vates hîc in psallente potissimùm requirit cùm ait:

Quid requiratur, vt laudatio decora sit & iucunda Deo.

IBIDEM. *Deo nostro iucunda sit laudatio.*] Vulgatus vertit, *Sit iucunda decoraque laudatio.* Id est, Efficite vt laudatio, quam offertis Deo dum psallitis, sit illi iucunda & grata, vt reuerâ erit, si sit etiam decora, id est, qualis decet eius Maiestatem, pulchra, ornata, virtutum omnium choro stipata. Ita Bellarminus. Neque enim quælibet contentio vocis in laude ponenda est, & Deo grata, cùm sciamus cymbalum tinniens pro re nihili sumi ab Apostolo. Itaque S. Nilus de Orat. cap. 82. requirit χάρισμα ψαλμῳδίας, *psalmodia diuinum donum*: & cap. 77. hoc magnæ mentis dat monitum, *Cane prudenter*: vt de rei magnitudine cogitantes eum modum in psallendo adhibeamus, qui sit futurus parenti omnium Deo gratissimus. In primis igitur qui pangit Deo laudes, à vitio purus neque Numini odiosis maculosi animi sordibus esse debet. *Non enim est speciosa laus in ore peccatoris*, ait Sapiens.

Eccli. 15. 9.

Digitized by Google

Sapiens. Cui consonat illud S. Augustini in Psal. 102. *Quid prodest quia hymnum cantat lingua tua, si sacrilegium exhalat vita tua?* Deinde non est dubium quin in psalmodia pietas & deuotio, reuerentis animi modestia, Numinis timor atque amor desideretur. Quò spectat Decretum illud Patrum qui sextæ Synodo interfuerunt: *Qui canunt*, μετὰ πολλῆς προσοχῆς ϗ κατανύξεως, *multa cum attentione & compunctione canant*. Denique notandum generatim, plus affectui in religiosam pietatem intento quàm voci tribuendum esse, & habendam rationem audientium, vt ille modus in psallendo seruetur, qui sit commodus ad augendam amplificandamque omnium deuotionem. Quare Isidorus de Offic. Eccles. lib. 2. cap. 12. ait, *Psalmistam voce & arte præclarum illustremque esse oportere*; qui ad dulcedinis oblectamentum audientium animum excitare possit.

Deus ipse est ædificator Hierosolymæ.

2. *Ædificans Hierusalem Dominus dispersiones Israëlis congregabit.*] Etsi terrenam Hierusalem ipse Dominus principaliter ædificauerit, & Israëlitas etiam dispersos & extorres ab exilio in patriam reuocauerit collegeritque; multò tamen suauiùs ac veriùs hunc locum cum Agellio interpretari possumus de ædificatione spiritali Hierusalem, quam Christus ædificauit iacto tantæ molis fundamento supra firmam petram, & angulari lapide imposito; ad quem & circumcisionis & Gentium paries concurreret; mortuus *non tantùm pro gente; sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum*. Itaque *dispersiones*, id est, exules è suis sedibus ac patriâ extorres reducet: quomodo Symmachus transtulit ἐξωσμένους, *expulsos*. Ceterùm si nomine Hierosolymæ non solùm illam cælestem in supernis regnantem aut istam terrestrem in infimis bellantem, sed quamlibet iustam animam velimus accipere, quid erit tempore ædificationis eius dispersiones ipsius à Domino congregari, nisi ad profectum virtutum instrumento orationis augendum, vires omnes mentis ad attendendum & excitandum affectum cogi? Cùm ergo attentio sit opus Dei, quo animam in vnum colligit, & factâ stabilitate in ea rebus cælestibus attendere facit; æquum est vt spem consequendi eam non in nostris viribus aut conatibus, sed in diuina gratia & in oratione ponamus; & inter alia, quæ initio orationis facimus, vnum sit, attentionem postulare, & gratiam ad cohibendas euagationes deposcere. Huius postulationis atque conatus minimè contemnendus colligitur fructus. Nam benignus Dominus, qui perfectorum animas zelat, & nimio quodam amore prosequitur, huius sollicitudinis præsidio ita purificat, ita pacificat, vt plusquam credi potest liberet ab infestatione vanitatis, & in puris cogitationibus ac sanctis desiderijs confirmet. Vt enim per Prophetam Michæam ait, *Congregatione congregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Israël; pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum*. O Iacob (dicit Dominus virum perfectum consolans!) ô Israël! ô fortis bellator! ô strenue luctator! qui me vicisti non viribus, sed gemitibus, sed desiderijs, sed precibus, & amplam benedictionem, hoc est perfectam charitatem abundantiâ suspiriorum & lacrymarum

Ioan. 11, 52.

Quomodo spiritaliter Deus congreget dispersiones Israël.

Michæ 2.

impetrasti: ecce ego in vnum colligam cogitationes tuas & desideria tua, iuxta quod hîc prophetatum est, *Dispersiones Israëlis congregabit*. Ecce ego in vnum conferam reliquias tuas, id est discursus mentis tuæ, quasi greges ouium, quæ à bono pastore mouentur, vt diem festum agant tibi, & in eorum possessione læteris. Non erunt paucæ istæ bonæ cogitationes tuæ, nec earum penuriâ contristatus ad vanas & inutiles cogitationes declinabis; sed ita copiosæ, vt quasi pecora in medio caularum præ multitudine tumultuentur, & non confusam aut perturbatam, sed placidam & iucundam harmoniam efficiant. His verbis magnificis Dominus cogitationum munditiam perfectis promittit, quam & beneficio charitatis perfectæ tempore opportuno præstat. Nam charitas hæc, cùm plenum mentis dominatum acceperit, ita eam absorbet, vt Deum, & quæ ad ipsum pertinent, tantummodò cogitare faciat, & nihil vanum, nihil otiosum, nihil ab æterna salute alienum cogitare permittat.

ANNOTATIONES CORDERII.

4. *Qui numerat multitudinem stellarum*, &c.] Pulchrè S. Augustinus illa mysticè exponit his verbis: *Sunt stellæ quædam lumina in Ecclesia consolantia noctem nostram omnes: de quibus dicit Apostolus: In quibus apparetis tamquam luminaria in mundo; in ista scilicet natione tortuosa & peruersa, in quibus apparent tamquam luminaria in mundo verbum vitæ habentes. Ipsas stellas numerat Deus omnes secum regnaturos, omnes secum aggregandos corpori vnigeniti sui: qui indignus est nec numeratur. Animaduertat quisque, vtrùm luceat in tenebris, vtrùm iniquitate tenebrosâ sæculi non seducatur: si non fuerit seductus, nec victus, tamquam stella erit, quam iam numerat Deus.* In eo autem quod dicitur Deus multitudinem stellarum numerasse, & singulis vocare nomina, significatur Deum cognoscere & definitum atque descriptum in suæ prædestinationis libro tenere electorum suorum numerum, & singulos eorum sibi esse optimè cognitos; iuxta illud Apostoli, *Cognouit Dominus qui sunt eius*. Quòd si quis roget cui proposito versus ille deseruiat, maximè si ad litteram de stellis corporalibus exponatur (vt fit in Paraphrasi & Commentario) dicimus, quoniam in præcedentibus dixerat dispersiones Israëlis congregandas in ædificationem Hierusalem, & sanandos infirmos, curandosque vulneribus saucios, ne cui ista magnum aliquid & quasi impossibile Deo videantur, sic dispersa posse colligere ex omnibus Gentibus, adducit exemplum de stellis corporalibus; quæ cùm plurimæ sint, & per firmamenti immensam latitudinem ab inuicem quàm maximo spatio distantes, sic tamen singulæ subsunt exactissimæ diuinæ cognitioni. Si verò mysticè exponas, continuatio manifesta est ex sequenti versu; vbi sapientiæ Dei magnitudinem deprædicat dicens:

Sancti vt stellæ lucent, & numerantur à Deo.

2. Tim. 2.

5. *Et sapientiæ eius non est numerus.*] Id est, Comprehendi non potest ab vlla mente creata: vel sic, vt significetur non esse numerum earum rerum quas Deus per sapientiam suam cognoscit. Nota autem Deum à S. Dionysio cap. 7. de Diuinis nominibus, & à S. Thoma in prima parte Quæst. 14. tripliciter dici sapientem & sapientiam: Primò *caussaliter*, vt est caussa omnis cognitionis tam paruæ quàm magnæ in Beatis, in

Quàm incomprehensibilis & excellens sit Dei sapientia.

Nomen sapientiæ Deo tripliciter competit.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

in Angelis, in hominibus, in animalibus: quoniam etiam causa est illius tenuis cognitionis omnisque industriæ quæ est in illis.

Secundò *formaliter* dicitur sapiens, non vt sapientiâ præditus & imbutus, sicut mentes Angelicæ, sed vt ipsa sapientia per se subsistens, in qua omnis plenitudo sapientiæ eminenter continetur. Per hanc quasi in primo signo rationis cum infinita claritate comprehendit essentiam, & processiones personarum, & ipsas diuinas personas. Deinde in secundo signo ex omni æternitate in omnem æternitatem extendit se actu & cum infinita claritate ad omnia possibilia, idque ex vi cognitionis essentiæ suæ. In tertio signo extendit se ad omnia quæ qualibet vis creata vel creabilis potest facere. In quarto signo extendit se ad omnia quæ essent euentura positâ qualibet hypothesi, quæ dicuntur futura conditionata, & sunt infinities infinita. Nam circa quamlibet rem liberi arbitrij possunt circumstantiæ rerum infinities variari, & ipsa infinitis modis potest excitari. In quinto signo videt omnia futura absolutè in omnem æternitatem cum omnibus circumstantijs.

Tertiò *excellenter* sapiens dicitur ob singularissimum & eminentissimum modum nulli creaturæ communicabilem. Cùm enim duo ad sapientiam requirantur, nempe lux intelligentiæ & obiectum quod intelligitur, ipse vtrumque in se habet in gradu eminentissimo, & cum perfectione infinita: nam ipsemet est infinita intelligentiæ lux per se subsistens, & ipsemet ex se est omne obiectum intelligibile, vel illud in ipso eminenter continetur: itaque nemini debet lucem intelligentiæ, nemini obiectum intelligibile. Ex quibus patet quàm incomprehensibilis & excellens sit Dei sapientia.

Deus susceptor mansuetorum & defensor.

6. *Suscipiens mansuetos Dominus.*] Non dixit, ait Chrysostomus, Opem ferens mansuetis, sed quod est longè maius, *Suscipiens*. Quid est autem Suscipiens? Recreans, fouens, baiulans. Vbi Deum pingit πατέρα φιλόστοργον, amantem humanissimumque parentem, qui inexplicabili prouidentiâ & charitate filiolos suos tractet, eisdemque blandiatur. Non est autem verendum, ne qui in diuino sinu sunt aliquid mali patiantur, cùm ad illos aduersæ fortunæ mucro non nisi per Dei latus & dulcissimam charitatem penetrare possit: in illius tutela sunt, ille protector eorum est, siue, vt Septuaginta Interpretes loqui solent, ὑπερασπιστής, potens armiger, fidusque satelles, qui latum & fulgurantem clypeum suum obtendit, ne quis nocere possit. Clamat sonorus Isaias clarè: *Arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Causas aget mitium, eosque defendet: si quis illudat, si calumnietur, si velit opprimere, arguet sceleratum, & maleficij conuincet, pœnasque imponet flagitiosâ voluntate conatuque dignissimas.

Isaiæ 11,4.

Piæ lacrymæ sunt donum Dei.

8. *Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.*] Mysticè hæc pij fletus excellentem rationem declarant, & simul ostendunt pias lacrymas donum esse diuinum, & hunc fontem sacrum è cælo peti oportere. Deus enim verè est, *qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam*; illam videlicet animorum fœcundam, quam misericors Pater coronat anno benignitatis suæ. Nam nisi Auster ille diuinus flauerit, homo non fleuerit, sed consenescet *in terra deserta, inuia & inaquosa*; in terra squalida, nimiùm arente, siticulosa, inamœna, sine succo deuotionis, sine fructu eximiarum virtutum, & vberrima illa pinguedine, quam populo suo peculiari Deus olim pollicebatur.

Psal. 62,3.

9. *Et pullis coruorum inuocantibus eum.*] Ponit hoc exemplum ad exactam Dei prouidentiam & liberalitatem declarandam. A varijs autem diuersimodè exponitur. Aliqui enim referunt pullos coruorum tamquam degeneres & parentum dissimiles, tantisper deseri, & absque pabulo relinqui, donec plumis succrescentibus & paternum colorem referentibus, parentum ad se reuocent naturale studium: interim verò vel rore cæli, vel vermiculis in nido enascentibus pasci, vel certè absque omni cibo diuinâ bonitate tantisper sustentari. Hæc autem pullos coruorum pascendi ratio in exemplum adferri solet, ad ostendendum quomodo Deus semper adsit rebus desperatis, & ijs qui relicti sunt ab hominibus, præsertim si in solo Deo spem suam collocauerint. Quod etiam alio loco considerans Psalmista dicebat, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Nam si ita coruorum pullis succurrit derelictis, quantò magis filijs hominum, cùm in similem venerint derelictionem. Vnde in Euangelio iubemur volatilia Dei respicere, & ex ijs prouidentiam Dei addiscere. De hoc autem pastu coruorum Iob ait: *Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes eò quòd non habeant cibos?* In his tamen verbis nihil de illa pullorum derelictione indicatur; sed tantùm dicitur, clamantibus pullis Deum prouidere cibum parentibus, quem videlicet adferant suis pullis præ fame clamantibus. Vnde & præsens Psalmi locus eodem modo exponi potest. Illa enim coruorum inuocatio nihil aliud est quàm clamor, quem cùm præ cibi defectu è nido emittunt, quasi Deum nutritorem inuocant. vnde ex Hebræo S. Hieronymus *filijs corui clamantibus* vertit.

Quomodo coruorum pulli sustententur.

Psal. 26.

Matth. 6.

Iob 38,41.

Deus humiles eligit ad magna operanda.

10. *Non in fortitudine equi, &c.*] Ac si dicat: Non fortes eligit Deus & armis instructos, vt hostes suos deijciat & perimat, sed humiles, & sibi ipsis non fidentes vocat; vt quisque opus magnum videns, non brachium hominis, sed Dei potentiam ibi operatam esse animaduertat. Mirabilis profectò est hæc potentia humilitatis ad difficilia aggredienda & magna patranda: quia virtus illa quæ primo aspectu videbatur à magnis & arduis retrahere, ad res arduas & difficiles aggrediendas inuitat.

Timor Dei & spes coniungi debent.

11. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, &c.*] Notandum hîc in Hebræo nullam esse interpositam coniunctionem, vt ijdem intelligantur timentes Deum & qui sperant super misericordia eius. Vnde innuitur, nec posse vnum ab alio separari, nec filialem timorem à spe diuidi. Confirmatur hæc veritas ab Hugone ad hunc locum dicente: *Timorem spei coniunxit, quia non valet timor sine spe veniæ, nec spes sine præcedenti timore: aliter enim præsumptio esset.*

IN

Digitized by Google

IN PSALMVM CXLVII. ARGVMENTVM.

Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Alleluia, * Aggæi & Zachariæ.

* Abest à Vulgata.

Εὐχαριστήριος καὶ οὗτος ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου, καὶ ἀπὸ τῶν μερικῶν εἰς τὰ καθόλου εἰσβάλλων, καὶ πείθων πάντας, ὡς τούτοις εὐεργετήσας ἁπάντων ἐστὶ σωτήρ.

Hic quoque est gratiarum actionis pro reditu, & à particularibus ad ea quæ vniuersalia sunt introducit, omnibusque persuadet, eum qui illis beneficia præstitit esse omnium saluatorem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. ΕΠΑΙΝΕΙ Ἱερουσαλὴμ τὸν κύριον· αἴνει τὸν θεόν σου Σιών.

Δῆλον ὅτι ἀπὸ τῆς πόλεως τοὺς ἐνοικοῦντας σημαίνει, ὡς καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγων· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ αὐτὴ ἡ πόλις καὶ οἱ τοῖχοι θρηνοῦνται, ἀλλ' οἱ ἐνοικοῦντες. ὁμοίως ὁ προφήτης ὡς πρὸς αὐτὴν διαλέγεται τὴν πόλιν, τὸ ὅμοιον φυλάττων σχῆμα. ἐπιφέρει γάρ·

β. Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου·

Ἀντὶ τοῦ· ἐπειδὴ πολλήν σοι παρέχει τοῦ λοιποῦ τὴν ἀσφάλειαν, ὥστε μὴ αὖθις ὑπὸ πολεμίων ἀνδραποδισθῆναι.

Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί.

Ἀντὶ τοῦ· ὅτι καὶ πολλοὺς ποιήσει λοιπὸν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν σοὶ ὁ θεός. οὐ μόνον γάρ σοι ἀσφάλειαν, φησι, παρέχει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας πληθυνεῖ, καὶ ἐπάγει τὴν αἰτίαν·

γ. Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην· καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιμπλῶν σε.

Οὕτω γὰρ εἰώθασιν οἱ δῆμοι αὔξεσθαι, ὅταν εἰρηνεύῃ πόλις, καὶ εὐθηνῆται. στέαρ γὰρ πυροῦ ἐνταῦθα τὸν σῖτον λέγει. ἀπὸ δὲ τοῦ σίτου πάντας τοὺς καρποὺς λέγει τοὺς ἐπιτηδείους ἀνθρώποις.

δ. Ὁ ἀποστέλλων τὰ λόγια αὐτοῦ τῇ γῇ· ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ.

Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπὸ τῶν μερικῶν ἐπὶ τὰ καθόλου ἐξέρχεται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι παρέχει σοι τῇ πόλει καὶ ἀσφάλειαν καὶ εὐ-

1. LAVDA Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Clarum est quòd per ciuitatem eius incolas significet, sicut etiam Dominus in Euangelio dicens: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas.* Non enim illic ipsa ciuitas & muri eius deflentur, sed inhabitantes. Similiter hic Propheta quasi ad ipsam ciuitatem verba facit, similem loquendi formam seruans. subdit enim:

Matth. 23, 37.

2. Quoniam confortauit * vectes portarum tuarum:

* Vulgata seras

Id est: Quoniam tibi in posterum multam dedit securitatem, ne iterùm ab hostibus in captiuitatem redigereris.

Benedixit * filios tuos in te.

* Vulgata filijs tuis

Id est: Deus etiam in te incolas tuos multiplicabit. Non solùm enim, inquit, securitatem tibi præstat, sed etiam inhabitantes multiplicat, & causam subdit:

3. Qui * ponit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

* Vulgata posuit

Sic enim solent populi amplificari, quando nimirum ciuitas in pace degit, & prosperatur. Adipem enim frumenti hoc loco vocat ipsum frumentum. A frumento autem omnes fructus intelligit qui hominibus vtiles sunt.

In pace florent omnia.

4. Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Hinc deinceps à particularibus ad generalia digreditur. Postquam enim dixerat eum ciuitati tuæ securitatem & abundantiam præbere,

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

præbere, necessariò subiungit illum eumdem esse qui vniuersæ terræ imperat; & verbum seu præceptum eius velociter terram peruadere, eamque præparare ad proferendos fructus ijs quibus ipse mandauerit. Deinde ait:

5. Qui dat niuem sicut lanam:

Deo facile est rem quamlibet mutare in aliam.

Rursus etiam hîc dicit vnius rei in alteram conuersionem, non ipsam rei de nihilo productionem. Significat nempe, Deum quoque ipsos in captiuitate existentes ad prosperitatem traduxisse. Quemadmodum, inquit, etiam ex aëre præexistente vertit & facit aliquando quidem niuem, aliquando verò pluuiam, aliquando verò ventos, aliquando verò aliquid aliud, prout illi visũ fuerit. vnde etiam id quod sequitur est eiusmodi. subdit enim:

Nebulam sicut cinerem spargit.

Rursus nebula ex ipsa terra exhalatur, & fit ex aliquo quod existit: & cùm nebula pulueri non absimilis videatur, & vt simul productionis eius facilitatem declaret, ita intulit: Quod sicut homini facile est cinerem spargere, ita Deo facile sit è terra nebulam attrahere & expandere.

6. Mittit crystallum suam sicut buccellas:

Atque hoc iterùm fit ex aliquo. Pluuia enim congelata in crystallum conuertitur. Et rursus huiusce rei facilitatem insinuans subiunxit, *sicut buccellas.* Sicut enim nobis facile est buccellam dirumpere; ita quoque Deo facile est aquam in niuem commutare. Et subdit:

Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Ceterùm, inquit, aërem quoque temperatum cùm voluerit tam frigidum reddit, vt neque respirandi locus sit: aliquando verò iterùm reddit ipsum temperatum.

7. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea:

Id est: Ea quæ fecerat, glaciem inquam & niuem, iubet rursus liquescere: quomodo & quanam ratione subiungit.

Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

θηνείαν, ἐπιφέρει ἀναγκαίως ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάσῃ τῇ γῇ προστάττων· καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ἤτοι τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ διὰ τάχους ἐπὶ τὴν γῆν χωρεῖ, καὶ παρασκευάζει τὴν γῆν δοῦναι τοὺς καρποὺς οἷς ἂν αὐτὸς προστάξειεν. εἶτα λέγει·

έ. Διδόντος χιόνα ὡσεὶ ἔριον·

Πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τροπὴν λέγει, οὐ τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν. αἰνίττεται γὰρ, ὅτι καὶ αὐτοὺς ὄντας ἐν αἰχμαλωσίᾳ μετέβαλεν ὁ Θεὸς εἰς εὐπραγίαν. Ὥσπερ, φησὶ, καὶ ἐκ τοῦ ὄντος ἀέρος τρέπει καὶ ποιεῖ ποτὲ μὲν χιόνα, ποτὲ δὲ ὑετὸν, ποτὲ δὲ ἀνέμους, ποτὲ δὲ ἄλλο τι, πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ. ὅθεν καὶ τὸ ἑξῆς τοιοῦτόν ἐστιν. ἐπάγει γάρ·

Ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος.

Πάλιν ὁμίχλη ἐξ αὐτῆς τῆς γῆς ἀναδίδοται, καὶ ἐκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ ὂν γίνεται· καὶ ἐπειδὴ κονιορτῷ ἔοικεν ἡ ὁμίχλη, καὶ ἅμα τὸ εὔκολον τοῦ γινομένου σημαίνων, οὕτως ἐπήνεγκεν· ὅτι ὥσπερ ἀνθρώπῳ εὔκολόν ἐστι πάσσαι σποδὸν, οὕτως τῷ Θεῷ εὔκολόν ἐστιν ἐκ τῆς γῆς ὁμίχλην ἀνελκύσαι καὶ ἐξαπλῶσαι.

ϛ'. Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς·

Καὶ τοῦτο πάλιν ἐκ τοῦ ὄντος γίνεται. ψυχθεὶς γὰρ ὁ ὑετὸς εἰς κρύσταλλον μεταβάλλεται. καὶ πάλιν τὸ εὔκολον τοῦ γινομένου μηνύων ἐπήγαγεν, ὡσεὶ ψωμούς. ὡς γὰρ ἡμῖν εὔκολόν ἐστι τὸν ψωμὸν διαθρύπτειν· οὕτως εὔκολον τῷ Θεῷ τὸ ὕδωρ καὶ εἰς χιόνα μεταβάλλειν. καὶ ἐπάγει·

Κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται;

Τὸν δὲ ἀέρα, φησὶ, τὸν εὔκρατον ὅτε βούλεται ποιεῖ ψυχρὸν οὕτως, ὡς μηδὲ τῷ παρακύψαι τὴν χώραν εἶναι· ποτὲ δὲ πάλιν αὐτὸν εἰς εὐκρασίαν φέρει.

ζ. Ἀποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά·

Τουτέστιν· ἃ δὲ ἐποίησε, κρύσταλλόν φημι καὶ χιόνα, πάλιν προστάττει καὶ ἐκτήκει αὐτά· πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐπιφέρει.

Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα.

Ἄνεμον

Digitized by Google

Ἄνεμον γάρ, φησιν, ἐπιφέρει τῇ χιόνι νότον, ἢ ἄλλόν τινα καύσωνα, καὶ λύεται ταῦτα πάντα τὰ κρυσταλλώδη, καὶ γίνεται ὕδωρ. τὸ γὰρ πνεῦμα αὐτοῦ ἐνταῦθα τὸν ἄνεμον αὐτοῦ λέγει.

Ventum enim, inquit, immittit niui, scilicet Austrum, vel aliquem alium calorem, atque omnia alia ista quæ congelata fuerant resoluuntur, & fit aqua. Nam spiritum eius hoc loco vocat ventum eius.

PARAPHRASIS ANONYMI.

η΄. Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ,

Οὗτός, φησιν, ὁ τὰ καθόλου ἐργαζόμενος, αὐτὸς δέδωκε καὶ τῷ Ἰσραὴλ πρόσταγμα ὥστε ἐπανελθεῖν. πάλιν γὰρ τὸ λόγιον αὐτοῦ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ λέγει.

8. Qui annuntiat verbum suum Iacob,

Iste, inquit, qui hæc generalia præstat, idem quoque dedit mandatum Israëli vt reuerteretur. Rursus enim verbum eius præceptum eius vocat.

Dei Israëli præ ceteris beneficia.

Δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ.

Οὕτως, φησί, πεποίηκεν, ἀπολαῦσαι τὸν Ἰσραὴλ τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης καὶ τῆς κρίσεως, δι' ἧς κατέκρινε Βαβυλωνίους, καὶ ἀπέδωκεν Ἰσραηλίταις τὰ οἰκεῖα.

* Iustificationes & iudicia sua Israël.

** Vulgata Iustitias*

Hoc modo, inquit, effecit, vt Israël iustitiæ iudicijque particeps existeret, dum Babylonios condemnauit, Israëli verò propria sua restituit.

θ΄. Οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει· καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς.

Οὐκ ἔστι, φησίν, εὑρεῖν τοιαῦτα εὐεργετήματα ἐν ἄλλῳ ἔθνει. τῆς μὲν γὰρ κοινῆς φησιν ἐκείνης προνοίας καὶ εὐεργεσίας ἀπολαύει ὁ Ἰσραὴλ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη· ἐξαίρετον δὲ πρόνοιαν καὶ εὐεργεσίαν δηλονότι πάντα ὀνομάζει τὰ περὶ τὸν Ἰσραὴλ ὑπάρξαντα, οἷον οὐ μόνον τὴν νῦν ἐπάνοδον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐεργεσίαν· λέγω δὴ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον, τὴν διὰ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης πάροδον, τὴν ἐν ἐρήμῳ τροφήν, τὴν τοῦ νόμου δόσιν, τὴν τῆς ἱερωσύνης διάταξιν, καὶ εἴ τι ἄλλο κατ' ἐξαίρετον ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἀγαθόν.

9. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Non licet, inquit, in alia natione talia beneficia reperire. Siquidem Israël non communi cum ceteris Gentibus prouidentiâ beneficentiâque fruitur; sed ea omnia quæ scilicet Israëli acciderunt singularem quamdam & eximiam nuncupat prouidentiam beneficentiamque, non solùm reditum modernum, verùm etiam illa beneficia quæ à principio accepit; dico egressum ex Ægypto, transitum per mare Rubrum, cibum in deserto, legis donationem, ordinem sacerdotalem, & si quod aliud eximium ipsis bonum concessum fuit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α΄. ΕΠΑΙΝΕΙ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Οὐ πρὸς τὴν πόλιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας ἀποτείνει τὸν λόγον· καὶ παραινεῖ κἀνταῦθα τὰς ὑπὲρ τῶν εὐεργεσιῶν ἀναφέρειν εὐχαριστίας τῷ Θεῷ, καὶ μήτε ἀσφαλείᾳ περιβόλων, μήτε οἰκοδομαῖς θαῤῥεῖν, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ προνοίᾳ. Τί δέ ἐστι μόχλους σου ἐνίσχυσεν; ἐν ἀσφαλείᾳ, φησί, κατέστησεν, ἀχείρωτον ἐποίησεν.

1. LAVDA HIERVSALEM DOMINVM.] Non ad ciuitatem, sed ad eos qui in illa habitant dirigit orationem; atque hîc etiam hortatur vt gratiarum actiones Deo pro beneficijs offerant, & neque in tutelâ mœniorum, neque in ædificijs, sed in Dei prouidentia fiduciam habeant. Quid autem est *seras tuas confortauit*? In tuto, inquit, te collocauit, fecit inexpugnabilem.

Excitat Ierosolymitanos ad laudem Dei & gratiarum actionem.

β΄. ΕΥΛΟΓΗΣΕ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ ΣΟΥ ΕΝ ΣΟΙ.] Τουτέστιν· εἰς πλῆθος ἐπιδοῦναι πεποίηκε. καὶ τὸ ἐν σοὶ δὲ ἑτέρα εὐεργεσία.

2. BENEDIXIT FILIOS TVOS IN TE.] Id est: Fecit crescere in magnam multitudinem. Quin & illud *in te* est alterum beneficium.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Non enim errantes & dispersos, sed in te congregatos fecit crescere. Ecce & aliud augmentum.

3. QVI PONIT FINES TVOS PACEM.] Quasi dicat, Te ab inimicis liberauit. Fieri enim potest vt & in tuto sint, & multi sint, tamen bello vexentur: sed ab his quoque insidijs liberauit non solam ciuitatem, sed & fines eius. Deinde etiam aliud narrat beneficium, nempe magnam anni fertilitatem & vberem terræ fructuum prouentum: hîc etiam ipsos docens non terræ nec aëris naturæ, sed eius prouidentiæ omnia adscribere. Et non dixit *frumentum*, sed *adipem frumenti*, magnam ostendens prosperitatem. Adeps enim frumenti id quod in fructu pinguissimum est declarat, scilicet optimum frumentum. Vberrima enim sunt dona Dei. Et non simpliciter daturum dixit, sed copiosè. Non enim dixit *qui dat*, sed qui *satiat te*. Per frumentum autem omnes fructus intelligit.

4. QVI EMITTIT ELOQVIVM SVVM TERRÆ.] Quoniam etiam vniuersi terrarum orbis curam gerit. *Eloquium* autem hîc vocat iussum, operationem quâ prouidet. Deinde facilitatem demonstrans, cursus & celeritatis mentionem fecit. Quod autem dicit est eiusmodi: Quodcumque iusserit fit cum maxima celeritate. Quid autem imperat? Ea quæ vitam nostram continent. Iussum enim eius dum terram permeat præparat eam vt fructus donet. Alij autem hoc loco sermonem Euangelicum dixerunt, qui velociter fluens vniuersum orbem impleuit. Secundùm sequelam verò mandatum eius percurrit disponendo ea quæ ad aëris temporumque vicissitudinem pertinent; quare subiunxit:

Deus solo imperio cuncta producit.

5. QVI DAT NIVEM SICVT LANAM.] Ceterùm pro *nebula* alius *rorem concretum*, & pro *frigoris eius* dicit *æstus eius*. Hoc loco exponit inexpugnabilem eius potentiam, quòd producat naturas eas quæ non sunt, & eas quæ factæ sunt trãsmutet, & ad id quod vult transformet. Ipsi enim cedunt & obediunt vniuersa. Non ergo quia quotidie accidit, paruum esse miraculum existimes; sed considera quantum sit, modò quidem niuem, modò verò aquam videri, & breui momento temporis tantas fieri mutationes. Ne quis autem naturæ hæc tribueret, & elementorum operationi,

Οὐ γὰρ πεπλανημένους καὶ διεσπαρμένους, ἀλλὰ συναχθέντας ἐν σοὶ ἐπιδοῦναι πεποίηκεν. ἰδοὺ καὶ ἄλλην προσθήκην.

γ'. Ο ΤΙΘΕΙΣ ΤΑ ΟΡΙΑ ΣΟΥ ΕΙΡΗΝΗΝ.] Οἷον, ἀπαλλάξας σε πολεμίων. ἔστι γὰρ καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, καὶ πλῆθος εἶναι, ἀλλὰ πολεμεῖσθαι. ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ ταύτης ἀπήλλαξε τῆς ἐπιβουλῆς οὐ τὴν πόλιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐσχατιὰς αὐτῆς. εἶτα καὶ ἄλλην λέγει εὐεργεσίαν, εὐετηρίαν καὶ εὐθηνίαν τῶν ἀπὸ γῆς καρπῶν. καὶ ἐνταῦθα παιδεύων αὐτοὺς μὴ τῇ γῇ μηδὲ τῇ τῶν ἀέρων φύσει, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ προνοίᾳ τὸ πᾶν λογίζεσθαι. καὶ οὐκ εἶπε πυρὸν, ἀλλὰ στέαρ πυροῦ, πολλὴν ἐνδεικνύμενος τὴν εὐημερίαν. στέαρ γὰρ πυροῦ τὸ λιπαρώτερον τοῦ καρποῦ δηλοῖ, τὸν κάλλιστον πυρόν. εὐθαλῆ γὰρ τοῦ Θεοῦ δῶρα. καὶ οὐχ' ἁπλῶς δώσειν εἶπεν, ἀλλὰ μετὰ δαψιλείας. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ διδοὺς, ἀλλ' ἐμπιπλῶν σε. ἀπὸ δὲ τοῦ σίτου πάντας τοὺς καρποὺς λέγει.

δ'. Ο ΑΠΟΣΤΕΛΛΩΝ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΓΗ.] Ὅτι καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κήδεται. Λόγιον δὲ ἐνταῦθα τὸ πρόσταγμά φησι, τὴν ἐνέργειαν τὴν προνοητικήν. εἶτα τὴν εὐκολίαν παριστὰς, δρόμου καὶ τάχους ἐμνημόνευσεν. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ὅπερ ἂν ἐπιτάξῃ μετὰ πολλῆς γίνεται ταχύτητος. τί δὲ ἐπιτάττει; τὰ συνέχοντα τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν. τὸ γὰρ πρόσταγμα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν χωροῦν παρασκευάζει διδόναι τοὺς καρπούς. Ἄλλοι δὲ λόγον ἐνταῦθα τὸν εὐαγγελικὸν εἶπον, ὃς ὀξὺ ῥυεὶς τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσε. Κατὰ δὲ ἀκολουθίαν τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ διατρέχει τὰ περὶ τῶν ἀέρων οἰκονομοῦν τὰ τῶν τρόπων· διὸ ἐπήγαγε·

ε'. ΔΙΔΟΝΤΟΣ ΧΙΟΝΑ ΩΣΕΙ ΕΡΙΟΝ.] Ἀντὶ δὲ τοῦ ὁμίχλην ἕτερος δρόσον πεπηγμένην, καὶ ἀντὶ ψύχους αὐτοῦ λέγει καύματος αὐτοῦ. ἐνταῦθα τὸ ἄμαχον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παρίστησιν, ὅτι οὐκ οὔσας παράγει τὰς οὐσίας, καὶ γενομένας μετατίθησι, καὶ πρὸς ὃ βούλεται μεταρυθμίζει. αὐτῷ γὰρ εἴκει πάντα καὶ παραχωρεῖ. Μὴ γοῦν ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην γίνεται, μικρὸν νομίσῃς τὸ θαῦμα· ἀλλ' ἐννόησον ἡλίκον ἐστὶ, νῦν μὲν χιόνα φαίνεσθαι, νῦν δὲ ὕδωρ, καὶ ἐν βραχεῖ τοσαύτας γίνεσθαι μεταβολάς. ἵνα δὲ μή τις τῇ φύσει ταῦτα λογίσηται, καὶ τῇ τῶν στοιχείων ἐνεργείᾳ, ἀλλ'

εἰδῇ

εἰδῇ τίς ἐστιν ὁ ἐπιτάττων, ἐπὶ τὸ πρόσταγμα ἀνάγει τὸν λόγον, καί φησιν·

ζ'. ΑΠΟΣΤΕΛΕΙ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΞΕΙ ΑΥΤΑ.] Τουτέστι τὸ πρόσταγμα. οὐ γὰρ τῶν ἀνέμων ἡ φύσις τοῦτο προηγουμένως ἐργάζεται, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀνέμους ποιήσας θεός. τί δὲ βούλεται αὐτῷ τὰ παραδείγματα, ὡσεὶ ἔριον, ὡσεὶ ψωμοὺς, ὡσεὶ σποδόν; ἐμοὶ δοκεῖ τὸ ἕτοιμον καὶ τὴν εὐκολίαν τῶν γινομένων δηλοῦν. ἐκ γὰρ τῆς μιᾶς τῶν ὑδάτων οὐσίας γίνεται μὲν ἀντίτυπος κρύσταλλος, γίνεται δὲ χιὼν κούφη καὶ μαλακὴ, καὶ ἐρίου κάταγμα μεμιμημένη· γίνεται δὲ καὶ κόνις ὑγρά. (τοιαύτη γὰρ ἡ ὁμίχλη.) πάλιν δὲ κατὰ δοκοῦν τὸ παγὲν ὕδωρ χειμαρρωδῶς καταφέρεται τοῦ προστάγματος ἀποτήκοντος. νεύματι γὰρ αὐτοῦ νότος πνεύσας (ὃν πνεῦμα αὐτοῦ καλεῖ) λύει τὰ κρυσταλλώδη, καὶ ποιεῖ αὐτὰ ὕδωρ. ἐξήγαγε δὲ ἐπὶ τὰ στοιχεῖα τὸν λόγον, πείθων τὸν παχὺν Ἰουδαῖον ἀπὸ τῶν καθ' ἑκάστην γινομένων ἐννοεῖν τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν· ἵνα γνώσωσιν ὅτι καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ῥᾴδιον αὐτῷ διαθεῖναι ὡς ἂν ἐθέλοι.

η'. Ο ΑΠΑΓΓΕΛΛΩΝ ΤΟ ΛΟΓΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΤΩ ΙΑΚΩΒ.] Ἕτερος ἀκριβασμοὺς, ἄλλος πρόσταγμα. Ἀντὶ δὲ τοῦ οὐκ ἐποίησεν οὕτως ἄλλος, Οὐκ ἐποίησεν ὅμοια. Πάλιν ἀπὸ τῶν καθολικῶν ἐπὶ τὰ μερικὰ μετάγει τὸν λόγον, καὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐξαίρετα, βουλόμενος ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς πρὸς πλείονα σπουδήν. ἐνταῦθα μέντοι τὰ περὶ τῆς νομοθεσίας ἀναπλοῖ· ὃ μεῖζόν ἐστιν εἰς εὐεργεσίαν, ὅτι κακίας ἀπάγει, καὶ χειραγωγεῖ πρὸς ἀρετήν. ἔσχατον γὰρ αὐτὸ θεὶς ὡς κεφάλαιον καὶ σύνδεσμον ἀγαθῶν ἐπήγαγεν· Οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει. Οὐκ ἔστι, φησὶ, τοιαῦτα εὐεργετήματα ἐν ἄλλῳ ἔθνει εὑρεῖν. πάντων μὲν γὰρ κοινῇ προνοεῖται, ἐξαιρέτως δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὡς καὶ νόμον αὐτοῖς δοῦναι καὶ κρίματα, ἤτοι πλάκας νομοθεσίας.

sed sciret quisnam sit qui imperat, ad iussum eius totam refert rationem, & ait:

7. EMITTET VERBVM SVVM, ET LIQVEFACIET EA.] Hoc est *mandatum*. Non enim natura ventorum hoc principaliter operatur, sed Deus qui fecit ventos. Quid autem sibi volunt hæc exempla, *sicut lanam, sicut buccellas, sicut cinerem*? Mihi videtur rerum quæ fiunt promptitudinem & facilitatem declarare. Ex vna namque aquarum substantia fit & spissa duraque glacies, & tenera mollisque nix, quæ & lanæ fragmen imitatur: fit item humidus puluis. (talis enim est nebula.) Rursus autem cùm vult conglaciata aqua torrentis instar defertur iussu eius liquefacta. Auster enim (quem spiritum eius vocat) nutu eius spirans conglaciata resoluit, & aquam facit. Ad elementa autem orationem traduxerat, vt crassum Iudæum ex ijs quæ quotidie accidunt induceret ad virtutem Dei considerandam: vt cognoscât ipsi quoque facile esse prout voluerit res eorum dirigere.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

8. QVI ANNVNTIAT VERBVM SVVM IACOB.] Alius, *perfectiones*, alius *iussum*. Ceterùm pro *Non fecit taliter* alius, *Non fecit similia*. Rursus à generalibus ad particularia, & quæ erant Iudæorum præcipua, traducit orationem, volens eos ad maius studium excitare. Hîc nempe exponit ea quæ ad legislationem pertinent: quod beneficium maius efficit, quoniam à vitio abducit, & ad virtutem manuducit. Hoc enim extremum ponens tamquam caput & complexum bonorum subiunxit: *Non fecit taliter omni nationi*. Non possunt, inquit, talia beneficia in alia natione reperiri. Nam omnibus in communi quidem prospicit, sed eximio quodam modo Israëlitis, vt & legem & iudicia ipsis dederit, scilicet tabulas legislationis.

Deus Israëlem peculiari curâ fouit.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑμνεῖν καὶ ἐνταῦθα παρακελεύεται ὁ προφητικὸς λόγος. προλέγει δὲ καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον γεγενημένην οἰκοδομήν· πρὸς δὲ ταύτῃ καὶ τὰ τῶν Ἀποστόλων προθεσπίζει κηρύγματα, πᾶσαν ὅτι τάχιστα διαδραμόντα τὴν οἰκουμένην.

ORIGENIS. Etiam hoc loco propheticus sermo iubet vt hymnum recitemus. Ceterùm prædicit etiam ædificationem quæ post reditum facta est: præter hanc autem Apostolorum præconia etiam vaticinatur, quæ totum terrarum orbem quàm celerrimè percurrerunt.

CATENA PATRVM.

Gal. 4, 26.

1. LAVDA HIERVSALEM DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Nouerat Paulus supernam Hierusalem, de qua dicit: *Quæ autem sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra.* Sion quoque nouit Ecclesiam. *Sed accessistis*, inquit, *ad Sion montem & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis.* Hæc igitur etiam de hac dici possunt: siquidem hanc Hierusalem validiùs muniuit non vectibus & ostijs, sed cruce illam muniens, & propriæ virtutis renuntiatione, per quam vndique eius mœnia erexit dicens: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* In principio nempe omnes Reges, & populi, & ciuitates, & dæmonum phalanges, & ipsius diaboli tyrannis, & innumeræ res aliæ aduersus Ecclesiam insurrexerunt: atqui illa quidem omnia subacta sunt, & interierunt; hæc verò amplificata in magnam altitudinem euecta est, ac cælos ipsos transscendit.

Hebr. 12, 22.

Sion & Hierusalem sunt typus Ecclesiæ.

Matth. 16, 18.

ORIGENIS. Vectes, vti arbitror, portarum Hierusalem qui à Domino continentur sunt rationes quæ contemplatam & comprehensam potenter exhibent veritatem.

2. BENEDIXIT FILIOS TVOS IN TE.] CHRYSOSTOMI. Quemadmodum etiam ab initio dixit, *Crescite, & multiplicamini*; & per vniuersam terram hic sermo currit; ita etiam posteà *Euntes*, inquit, *docete omnes Gentes.* & ipsi orbis terrarum fines in breui temporis momento hoc iussum perceperunt. Sed ab initio quidem ex vno nati sunt multi lege naturæ, multitudine crescente; atque ideò negotium tardiùs procedebat: posteà verò non ampliùs lege naturæ sed gratiâ multitudo crescebat. Quamobrem statim vno die tria millia, deinde quinque millia, deinde decem millia, denique orbis vniuersus, cùm per pulchram hanc regenerationem nati essent, aucti sunt & multiplicati.

Gen. 1, 28.

Matth. 28, 19.

3. QVI PONIT FINES TVOS PACEM.] ORIGENIS. Omnes fines Hierusalem sunt pax: verùm extra fines eius non est pax. Quare is qui non est in pace est extra fines Hierusalem.

Fines Hierusalem sunt pax.

CHRYSOSTOMI. Hoc maximè propriè de Ecclesia dici possit: atque hoc pro-

α'. ΕΠΑΙΝΕΙ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οἶδεν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἄνω ὁ Παῦλος, περὶ ἧς λέγει· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. καὶ Σιὼν οἶδε τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ προσεληλύθατέ, φησι, Σιὼν ὄρει καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων, ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. δυνατὸν οὖν καὶ περὶ ταύτης λέγεσθαι ταῦτα· καὶ γὰρ ταύτην τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀσφαλέστερον ἐτείχισεν οὐ μοχλοῖς καὶ θύραις, ἀλλὰ τῷ σταυρῷ περιφράξας, καὶ τῇ ἀποφάσει τῆς οἰκείας δυνάμεως, δι' ἧς ἀνέστησεν αὐτῆς πανταχοῦ τὸν περίβολον εἰπών· ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἐν γοῦν προοιμίοις βασιλεῖς πάντες, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις, καὶ τῶν δαιμόνων αἱ φάλαγγες, καὶ αὐτὴ τοῦ διαβόλου ἡ τυραννὶς, καὶ μυρία πράγματα ἐπέθετο τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ πάντα μὲν ἐκεῖνα ἐνέδο, καὶ ἀπόλωλεν, αὕτη δὲ αὐξομένη πρὸς ὕψος ἤρθη μέγα, καὶ αὐτοὺς ὑπερέβη τοὺς οὐρανούς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μοχλοὶ, οἶμαι, τῶν πυλῶν εἰσιν Ἱερουσαλὴμ συνεχόμενοι ὑπὸ κυρίου τὰ ὑπὲρ τῆς θεωρουμένης ἀληθείας καὶ καταλαμβανομένης λογικὰ δυνατῶς αὐτὴν παριστάντα.

β'. ΕΥΛΟΓΗΣΕ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ ΣΟΥ ΕΝ ΣΟΙ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς εἶπεν, Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε· καὶ διὰ τῆς γῆς ἁπάσης ὁ λόγος διέδραμεν· οὕτως καὶ μετὰ ταῦτα πορευθέντες, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. καὶ αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ κατέλαβε τὸ ἐπίταγμα. ἀλλὰ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐξ ἑνὸς ἐγένοντο πολλοὶ νόμῳ φύσεως, τοῦ πλήθους αὐξανομένου· διὸ καὶ σχολαιότερον τὸ πρᾶγμα προῄει· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι νόμῳ φύσεως ἀλλὰ χάριτι τὸ πλῆθος ἐπεδίδου. διόπερ εὐθέως ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τρισχίλιοι, εἶτα πεντάκις χίλιοι, εἶτα μύριοι, εἶτα πᾶσα ἡ οἰκουμένη, διὰ τῆς καλῆς ταύτης ἀναγεννήσεως τεχθέντες, ηὐξήθησαν καὶ ἐπληθύνθησαν.

γ'. Ο ΤΙΘΕΙΣ ΤΑ ΟΡΙΑ ΣΟΥ ΕΙΡΗΝΗΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ ὅρια τῆς Ἱερουσαλὴμ εἰρήνη ἐστὶ πάντα· ἔξω δὲ τῶν ὁρίων αὐτῆς οὐκ ἔστιν εἰρήνη. διὸ ὁ μὴ ἐν εἰρήνῃ ἔξω ἐστὶ τῶν ὁρίων Ἱερουσαλήμ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο μάλιστα περὶ τῆς Ἐκκλησίας εἴποι κυρίως· καὶ τὸ δὴ θαυμα-

Digitized by Google

θαυμαστότερον, ὅτι πολεμουμένη εἰρήνης ἀπήλαυε, καὶ πάντων ἐπιβουλευόντων τῇ ἀδείᾳ ἐνετρύφα. διὸ καὶ ἔλεγεν· εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

Και στεαρ πυρου εμπιπλων σε.] Ωριγενους. Ὅμοιον ἐν ὀγδοηκοστῷ ψαλμῷ· καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ. ὁ κόκκος τοῦ σίτου ὁ σωτήρ ἐστι· διὸ καὶ πυρός ἐστιν οὗ ἐμπίμπλησιν ὁ Θεὸς τὴν Ἱερουσαλήμ.

Χρυσοστομου. Καὶ τὸ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε, καὶ εἰς τὴν πνευματικὴν τροφὴν δυνατὸν ἐκλαβεῖν· ὅτι ἄρτον ἡμῖν δέδωκε τὸν τῆς ζωῆς.

δ'. Ο αποστελλων το λογιον αυτου τη γη.] Ωριγενους. Γῆν ἐνταῦθα ἀλληγορῶν τάχα μὲν καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι τὸν θησαυρὸν περιφέροντας, ἄμεινον δὲ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκδέχεσθαι τὸν ἐν τῇ σαρκὶ, ἣν χωρῆσαι ἠθέλησε τὸν τοσοῦτον κύριον.

Χρυσοστομου. Ποῖος λόγος, εἰπέ μοι; ὁ διὰ τῶν Ἀποστόλων. ἐπειδὴ δὲ προφήτης ἦν, καὶ εἰκὸς αὐτὸν, τὰ μέλλοντα προαναφωνοῦντα καὶ αἰνιττόμενον, κατ᾽ ἀναγωγὴν ταῦτα λέγειν. ἀκολούθως οὖν τῷ περὶ τῶν στοιχείων ἐνδιατρίβει λόγῳ. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· μέλλει πᾶσα ἡ γῆ τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ κατηχεῖσθαι, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, καὶ ἐν βραχεῖ καιρῷ. εἶτα ἵνα μή τις Ἰουδαῖος ἀμφιβάλλῃ, εἰ ἔθνος ἓν τοσαύτης ἀπήλαυσεν εὐημερίας καὶ οὐ γέγονεν εὐδόκιμον, πῶς τοὺς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντας ἐν βραχεῖ καιρῷ δυνατὸν μεταρρυθμισθῆναι, ἐπήγαγε τὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων, τὴν χιόνα, τὴν ὁμίχλην, τὸν κρύσταλλον, ἅπερ μάλιστα ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γίνεται. μὴ τοίνυν ἀπιστήσῃς, εἰ καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν μέλλοι μεταβάλλεσθαι εὐκόλως. ἀλλὰ πολλοὶ οἱ ἀνθιστάμενοι. ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἐκστήσονται, καὶ παραχωρήσουσιν. εἰ γὰρ ψύχος ὀλίγον, σφοδρότερον γινόμενον, οὐδεὶς ἐνεγκεῖν δύναται, ἀλλ᾽ εἴκουσιν αὐτῷ καὶ παραχωροῦσι, πολλῷ μᾶλλον τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐπιτάγματι αὐτοῦ πάντα ἐκστήσονται τὰ ἐναντιούμενα. καὶ γὰρ τὰς οὐσίας ἱκανὸς μεταθεῖναι, καὶ μὴ οὔσας παραγαγεῖν, καὶ εἰς τοσαύτην αὐξῆσαι σφοδρότητα ὡς πᾶσι καὶ ἀνύποιστα ταῦτα γίνεσθαι.

Ανωνυμου. Ἐνταῦθα καὶ τὸν Ἰακὼβ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὸν πνευματικὸν εἰπὼν καὶ

fectò magis mirum, quòd bellis impetita pace frueretur, & omnibus ipsi insidias struentibus ad saturitatem deliciaretur. Quapropter etiam dixit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Ioan. 14, 27.

Et adipe frumenti satiat te.] Origenis. Simile est Psalmo octogesimo: *Et cibauit illos de adipe frumenti.* Granum frumenti Saluator est: quapropter etiam frumentum est quo Deus satiat Hierusalem.

Chrysostomi. Illud, *Et adipe frumenti satiat te*, ad spiritalem quoque cibum referri potest; quoniam panem vitæ nobis largitus est.

4. Qvi emittit eloqvivm svvm terræ.] Origenis. Hoc loco terram allegoricè sumendo fortè quidem etiam nos qui in luteis vasis thesaurum circumferimus, sed meliùs Dei Filium in carne, quam capere voluit tantum Dominum, intelligere liceat.

Verbum Dei efficit omnia celerrimè.

Chrysostomi. Quale verbum, dic mihi? vtique quod per Apostolos fit. Cùm autem Vates esset, etiam par est ipsum, dum futura prænuntiat & significat, secundùm anagogen hæc dicere. Consequenter igitur immoratur sermoni de elementis. Quod autem dicit est eiusmodi: Futurum est vt terra Verbo Dei, idque cum magna celeritate, & breuissimo tempore, instituatur. Deinde ne quispiam Iudæus dubitaret, si gens vna felicitate tantâ perfruita non sit approbata, quomodo fieri posset vt qui vniuersum terrarum orbem inhabitant breuissimo temporis spatio reformarentur, subiunxit exempla ab elementis, nempe niuem, nebulam, crystallum, quæ vt plurimum in vnico temporis momento fiunt. Ne igitur diffidas, quin etiam ipsorum animos facili negotio immutaturus sit. At multi reluctantur. Verùm etiam ipsi extra se rapientur, & locum dabunt. Nam si modicum frigus, si vehementiùs intendatur, nemo ferre valet, sed illi cedunt & succumbunt, multò magis verbo & imperio ipsius omnia cedent etiam contraria. Etenim substantijs ipsis transmutandis, & è nihilo producendis, atque tam vehementer intendendis sufficit vt intolerabiles existant.

Anonymi. Hic etiam minimè aberrauerit qui Iacob & Israël spiritalem dixerit,

 quod

ANNOTATIONES CORDERII. Gal. 6, 16.

quod & Paulus agnouit dicens: *Pax vobis, & super Israël Dei.*

τὸν Ἰσραήλ, ὃ καὶ Παῦλος οἶδε λέγων· εἰρήνη ὑμῖν, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.

9. NON FECIT TALITER OMNI NATIONI.] ANONYMI. Sed fortassis nonnemo dixerit: Si ceteris non manifestauerit, quomodo illos punit? vtique ex lege naturæ. Insita est enim omnibus boni malique notitia. Quid autem est, *Non fecit taliter omni nationi?* Quoniam nempe legem scriptam nulli aliorum dedit, sed singulariter Iudæis. Atqui ceteri conscientiæ tribunal irrefragabile habuerunt.

θ'. ΟΥΚ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΟΥΤΩΣ ΠΑΝΤΙ ΕΘΝΕΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις· ἂν καὶ μὴ δηλώσας τοῖς λοιποῖς, πῶς κολάζει; ἀπὸ τοῦ τῆς φύσεως νόμου. ἔγκειται γὰρ πᾶσι γνῶσις τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος. τί δέ ἐστιν, οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει; ὅτι γραπτὸν νόμον οὐδενὶ τῶν ἄλλων δέδωκεν, ἀλλὰ κατ' ἐξαίρετον Ἰουδαίοις. οἱ μέντοι λοιποὶ τὸ τοῦ συνειδότος εἶχον κριτήριον ἀπαραλόγιστον.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus eiusdem tituli & argumenti est cum duobus præcedentibus: apud Hebræos autem nullo titulo notatur, eò quòd eum præcedenti continuetur. Hortatur autem vrbem Hierusalem vt sua decora ad Dei auctoris laudem referat, quòd multitudine ciuium abundet, quòd pace fruatur, quòd illo pluuias dante fructuum ferax sit; postremò, quod summum & singulare præ ceteris decus est, illius disciplinis ac legibus exculta fuerit. Quæ omnia terrenæ quidem Hierusalem conueniunt, sed magis perfectæ Ecclesiæ Christianæ: perfectissimè autem quadrant in Hierusalem cælestem, de quâ S. Hilarius & Augustinus hunc Psalmum exponunt.

Hierosolymæ prærogatiua multa.

2. *Quoniam confortauit seras portarum*, &c.] Hîc assignat rationes laudis, quæ Deo ab Ecclesia in hoc cantico decantandæ ac recolendæ sint: quarum prima est, quòd diuinis vndique fulta præsidijs, quantumuis Hæreticorum ac Gentilium machinis oppugnetur, immobilis & impenetrabilis perseueret. Secunda, quòd ciues firmissimo pacis & concordiæ muro ita muniuerit, vt nullatenus vinci aut turbari possint. vnde subdit:

Ob quas rationes Ecclesia Deum laudare debet.

3. *Qui posuit fines tuos pacem.*] Quid enim iam timendum restat illi ciuitati; cui pro finibus & pro mœnibus ipsa est pax securissima & inexpugnabilis tributa? Cui addit tertiam rationem, quòd spiritali alimoniâ eamdem abundantissimè & delicatissimè pascat: *Et adipe frumenti satiat te.* Quasi diceret: Priùs te germanâ charitate roborat; deinde pane Eucharistico recreat. Neque enim hic panis dignè exhibetur, nisi ei qui illâ charitate fruitur & solidatur. Vnde illa in primæua Ecclesia religio, vt communicaturi mutuâ se pace impertirent: ad quam alludens D. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesf. Hierarchia cap. 3. part. 3. §. 8. ait: Οὐ γὰρ ἔνεστι πρὸς τὸ ἓν συνάγεσθαι, καὶ τῆς τοῦ ἑνὸς μετέχειν εἰρηναίας ἑνώσεως, τοὺς πρὸς ἑαυτοὺς διῃρημένους: *Non enim possunt ad vnum colligi* (hoc est ad Sacramentum Eucharistiæ, quod propter charitatis vnionem *vnum* antonomasticè appellatur) *& vnius participes esse pacificæ vnionis qui inter sese dissident.* Eòdem respiciens Tertullianus lib. de Oratione cap. 14. *Quale*, inquit, *sacrificium est, à quo sine pace receditur?* & pari ratione dicere posset, ad quod sine pace acceditur. Qui enim sine charitate ad charitatis mensam accedit, Deum non placat, sed irritat. Hinc D. Hieronymus in Epist. 62. ad Theophilum: *Ignoramus*, inquit, *sine pace communionem.* Probat ex Euangelio: *Vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Et statim: *Si munera*, inquit, *nostra absque pace offerre non possumus, quantò magis Christi corpus accipere?* Sed & D. Cyrillus Hierosolymitanus in quinta Catechesi mystagogica mysticam illius consuetudinis intelligentiam apertiùs exponit; & ad eam refert solemnem illam salutationem, quâ Principes Apostolorum vtebantur: *Salutate inuicem in osculo sancto*, seu, vt ipse legit, *in osculo dilectionis*; vt fraternâ inter se dilectione copulati ad diuinæ charitatis epulas conuenirent. Pax itaque inter bona illius ciuitatis meritò recensetur. *Tantum est enim pacis bonum* (inquit S. Augustinus lib. 19. de Ciuit. cap. 11.) *vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil possit melius inueniri.* Ad hanc igitur plenissimam & suis numeris absolutam pacem boni suspirant, hanc perenni voto cupiunt, atque in communi miseriarum concursu & fortunæ varietate illius spe & recordatione subleuantur. Veteres quidem Christiani, quorum animus in cælo magis quàm in terris fuit, numquam huius pacis fieri mentionem audiebant, quin exclamarent & singulari lætitiâ delibuti recrearentur. Quod ex eodem D. Augustino intelligi potest, qui in quadam sua concione ad populum, cùm de cælesti Hierusalem placidissimè apud Deum & gloriosissimè triumphante loqueretur, & illud è Vate Regio addidisset, *Qui posuit fines tuos pacem*, omnes continuò læto plausu & clamore personuerunt pacis nomine exhilarati, & incensi magnâ illius perfruendæ cupiditate. Clarissimum tanti Patris locum lubet huc adducere, tametsi longiorem, quò & tanti viri sensus & maiorum mos pietasque illustretur. sic igitur pro concione dixit: ita etiam monumentis suis prodidit ad hunc locum, *Qui posuit fines tuos pacem: Quomodo exultatis omnes? Hanc amate fratres mei. Multùm delectamur, quando clamat de cordibus vestris pacis dilectio. Quomodo nos delectauit? Nihil dixeram, nihil exposueram, versum pronuntiaui, & exclamastis.*

Communicaturi olim mutuâ se pace impertiebant.

Pacificum sacrificium pacem requirit sacrificantis. Matth. 5, 23.

Rom. 16, 16. 1. Pet. 5, 14.

Maximum pacis bonum.

Quantum ad solum pacis nomen gaudium ostenderent veteres Christiani.

Digitized by Google

clamastis. Quid de vobis clamauit? Dilectio pacis. Quid ostendit oculis vestris? vnde clamatis, si non amatis? Vnde amatis, si non videtis? Inuisibilis est pax. Quis est oculus, quo visa est vt amaretur? neque enim acclamaretur, nisi amaretur. Hac sunt spectacula qua exhibet Deus rerum inuisibilium. Quantâ pulchritudine intellectus pacis corda vestra percussit? Quid iam ergo loquar de pace aut de laude pacis? Preuenit omnia verba mea vester affectus. Non implebo; non possum; infirmus sum. Differamus omnes laudes pacis ad illam patriam pacis: ibi eam pleniùs laudabimus, vbi eam pleniùs habebimus. Inchoatam in vobis si sic amamus, perfectam quomodo laudabimus? Ecce hoc dico, ô filij dilecti, ô filij Regni, ô ciues Hierusalem, quoniam in Hierusalem visio pacis est, & omnes qui habent & amant pacem benedicuntur in ea, &c.

Quomodo Deus mysticè niuem conuertat in lanam.

5. *Qui dat niuem sicut lanam*, &c.] Hæc est quarta ratio ob quam Deum dicat laudibus prosequendum, quòd non solùm victum sed etiam vestitum nouo & inusitato modo nobis administret. Quid enim mirabilius, quàm ex ipsa niue, ex qua frigus vehementius oritur, & quæ, si corpus attingat, statim rigescit, vestem ad frigus arcendum texere, quæ instar tenuissimæ lanæ corpus foueat & calefaciat? Hoc verò miraculum præstat Deus, cùm ex peccatore scelerum frigore gelato Prædicatorem feruentissimum facit, quique in posterum non solùm igne charitatis ardentissimè erga Deum flagrat; sed etiam eodem igne alios frigidos calefacit, imò ardere facit. *Quid est*, inquit S. Augustinus, *ex niue vestem laneam efficere, quàm de istis adhuc incredulis & frigidis spiritu vestem charitatis & pœnitentia alijs efficere?*

Obduratos peccatores vertit Deus aliquando in eximios Prædicatores.

6. *Mittit crystallum suam sicut buccellas.*] S. Hilarius & Cassiodorus vertunt, *sicut frusta panis*. Quid item mirabilius, quàm ex crystallo durissima, quæ vix ferro secari potest, panem suauissimum alijs conficere? *Quid est crystallus*, inquit S. Augustinus, *nisi nix multorum annorum tempore obdurata?* Quid item peccator longo annorum numero peccatis adhærens & obdurescens quàm quædam crystallus. Et tamen ex hac crystallo facit Deus panem, quo alij ad vitam alantur. *Fuerunt*, inquit idem S. Augustinus, *aliqui nimis duri, non iam niui sed crystallo comparandi: & tamen ipsi prædestinati sunt & vocati: & quidam eorum ita, vt pascerent alios, & essent vtiles alijs. Occurrit vnicuique ex his quos nouit, quàm fortè duri & pertinaces, & obnitentes aduersus veritatem fuerint; & tamen modò prædicant veritatem: & facti sunt frusta panis. Quid imus per multos? Notissimum illum Paulum Apostolum intueamur: crystallus erat durus, obnitens veritati. Non ergo desperes nix, non desperes crystallus. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Clamauit de cælo feruidus, Saule, Saule, quid me persequeris? vnâ illâ voce tanta durities illa crystalli resoluta est. Flabit spiritus eius, & fluent aqua. Flat ergo Auster, soluitur rigor, & currit in Deum feruor charitatis.* Ita S. Augustinus. Optimè etiam, vt opinor, panis ille crystallinus prophetico stylo celebratus Eucharistiæ Sacramentum intelligi possit, quòd nimirum lutea caro nostra in crystallinam puritatem per Eucharistiæ buccellam sacram immutetur. *Buccellæ* panes sunt, quomodo in Codice Theodosiano nominantur *panes gradiles*, qui populo Romano iter facienti distribuebantur. Buccellæ verè crystallinæ sunt sacrosanctæ hostiæ, quæ populo Christiano in viaticum & animæ sustentationem in Ecclesia distribuuntur. Verè panis splendidus, cælestis, luminosus, qui pulchritudine suâ atque luce tum delectat mirabiliter animum, tum bonorum omnium quæ in cælo sunt amplitudinem & cimælia æternitatis refert & confert. In diuino hoc pane lux immensa est: & Solis splendor in purissimam Christi carnem & crystallum incidens vim candoris sui mirabiliùs explicat, vnde castimoniæ splendor in eos defluit qui piè & deuotè communicant. Quod egregiè animaduertit Irenæus lib. 4. cap. 37. dicens: *In carne Christi occurrit paterna lux, & à carne eius rutila venit in nos, & sic homo deuenit in incorruptelam.*

Eucharistia panis verè crystallinus & cælestis.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Flabit spiritus eius, & fluent aqua.*] S. Athanasius de Spiritu sancto exponit, quo nimirum in animam illabente, piarum illicò lacrymarum fluenta decurrant. Nonnulli hîc spiritum interpretantur non Deum, sed immissum à Deo ventum. *Flabit spiritus*, nimirum *Auster calidus*, inquit Glossa: qui ventus suo calore & temperie verna resoluit, quæ oppositus Aquilo durat & constringit: quam ob causam à nobili & deuota sponsa in Epithalamio expetitur: *Veni Auster, persla hortum meum, & fluent aromata.* Mysticum est, quod pro lacrymis dixit aromata, vt earum præstantiam innueret, quæ in odorem suauitatis à Deo excipiantur, & vt pretiosissimæ res quædam in phialis aureis conseruentur. Fluunt igitur cùm miris Auster Numinis dono animum emollierit: non fluent autem, si contrarius horridusque Aquilo mentem obdurauerit. Sunt enim quidam sicci & inertes, qui nullum sensum pietatis, aut certè perexiguum habent, nec tam nubes sunt diuinæ atque roriferæ, quàm nebulones & nebulæ. Nebula, inquit Aristoteles lib. 1. Meteor. cap. 9. est nubis superfluitas, & νεφέλη ἄγονος, *nubes infœcunda* & sterilis; è qua non pluuia, sed potiùs serenitas progignitur. Ita fit sæpè in hominibus ex rigore mentis atque duritie, quam illabens Numinis sancti radius & clementior aura nôn emollit; vnde velut in Aquilone sæuiùs dominante pruina potiùs quàm ros mellifluus exoritur. Ros, vt idem Philosophus docuit, fit Austro flante, non Boreâ, temporibus remissione temperatis, non hibernis: algentes Aquilones humorem extinguunt, aut dissipant. Agnoscamus igitur hoc diuinum bonum, & deuotè cum heroina illa dicamus: Veni Auster, persla hortum meum regiâ manu consitum, & capacem fructuum, vt fluant aquæ, & cum ijs aromata, deuotionis pignora, animi ornamenta.

Spiritu sancto afflante pia lacryma fluunt.

Cant. 4, 16.

Nebula quid.

9. *Non fecit taliter omni nationi*, &c.] Hoc de lege scripta Regius Vates pronuntiat. Aliarum enim Gentium cordibus Deus legem naturalem insculpsit, sed legem scriptam digito Dei in tabulis exaratam soli populo Israëlitarum concessit. Item alias nationes communibus cibis è terra aut mari nascentibus pauit; sed solam Israëliticam gentem ex Ægypto in

terram

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

terram illis promissam per desertum transeuntem pane insueto, & è regione aëris descendente ministerio Angelorum enutriuit. Multò perfectiùs hoc Ecclesiæ congruit, cui præ ceteris Gentibus falsorum adhuc deorum cultui deditis, aut hæresi infectis, veri Dei cultum & legem Euangelicam concessit, & sacrosanctis reficit Sacramentis.

IN PSALMVM CXLVIII. ARGVMENTVM.

* Abest à Vulgata.

1. Alleluia, * Aggæi & Zachariæ.

ά. Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Docet in hoc Psalmo vniuersam creaturam vnum aliquod corpus existere, atque omnia Dominum laudare debere. Ex laudatione autem ostenditur ipsum esse eorum conditorem.

Διδάσκει ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις ἓν σῶμα ὑπάρχει, καὶ ὅτι πάντα ὑμνεῖν ὀφείλει τὸν δεσπότην. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὑμνεῖν ἐνδείκνυται ὅτι ποιητὴς αὐτῶν ὑπάρχει.

PARAPHRASIS ANONYMI.

LAVDATE Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

ΑΙΝΕΙΤΕ τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις.

2. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes Virtutes eius.

β'. Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ.

Ad laudationem Dei omnes inuisibiles Virtutes inuitat.

Εἰς τὴν αἴνεσιν τοῦ θεοῦ πάσας τὰς ἀοράτους δυνάμεις καλεῖ.

3. Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

γ'. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς.

Cùm inuisibiles Virtutes dixisset, transijt etiam consequenter ad ea quæ videntur. subdit enim hoc modo:

Εἰπὼν τὰς ἀοράτους δυνάμεις, μετέβη καὶ ἐπὶ τὰ ὁρώμενα κατ' ἀκολουθίαν. ἐπιφέρει γὰρ οὕτως·

4. Laudate eum cæli cælorum: & * aqua quæ super cælos *

* Vulgata aquæ omnes

δ'. Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν

Hic quoque mentionem facit corporis naturâ quidem aspectabilis, sed quod per accidens non conspicitur. Deinde communiter

Ἐνταῦθα μέμνηται καὶ σώματος φύσει μὲν ὁρατοῦ, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ μὴ ὁρωμένου. εἶτα κοινῶς

5. Laudent nomen Domini.

έ. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου.

Id est: Tam incorporeæ naturæ quàm corpora omnia, tam ea quæ videntur quàm quæ non videntur, laudent nomen Domini. & causam subiungit:

Ἀντὶ τοῦ· καὶ αἱ ἀσώματοι φύσεις καὶ τὰ σώματα πάντα, τά τε ὁρώμενα τά τε μὴ ὁρώμενα, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου. καὶ ἐπάγει τὴν αἰτίαν·

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.

Illud *dixit* & *mandauit* idem significat, sicut etiam illud *facta sunt* & illud *creata sunt*.

Τὸ εἶπε καὶ τὸ ἐνετείλατο τὸ αὐτὸ λέγει· καθάπερ καὶ τὸ ἐγενήθησαν καὶ τὸ ἐκτίσθησαν.

ς'. Ἔστη-

Digitized by Google

ϛ'. Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·

Ἐνταῦθα καὶ τὴν πρόνοιαν αἰνίττεται. οὐ γὰρ διέμενε τὰ γεγονότα, μὴ παρ' αὐτοῦ κρατούμενα εἰς τὸ εἶναι τοῦ πεποιηκότος. ὅθεν ἐπιφέρει·

Πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται.

Δέδωκε γάρ, φησι, τῇ κτίσει πρόσταγμα ἀπαράβατον, ὥστε εἶναι διηνεκῶς τὰ ὄντα, ἕως ἂν αὐτῷ δοκεῖ τῷ πεποιηκότι. εἰπὼν ἄχρι τούτου τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τόποις, μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν γῆν, καί φησι·

ζ'. Αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς δράκοντες, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι·

Τὰ ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι λέγει. εἶτα καὶ τὸν ἀέρα σημαίνει ἀπὸ τῶν περὶ τὸν ἀέρα γινομένων. ἐπιφέρει γάρ·

η'. Πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος· τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ·

Ἀντὶ τοῦ· ὑπακούοντα τῷ προστάγματι αὐτοῦ. εἰπὼν δὲ τὸν ἀέρα, καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα, ἐπάγει·

θ'. Τὰ ὄρη, καὶ πάντες οἱ βουνοί· ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι·

Ἀντὶ τοῦ· ὑμνεῖτε αὐτὸν πάντα τάτε ἥμερα τάτε ἄγρια ξύλα. οὕτω δὲ ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν τετραπόδων ποιεῖ. ἐπιφέρει γάρ·

ι'. Τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη· ἑρπετὰ, καὶ πετεινὰ πτερωτά·

Ἀντὶ τοῦ· ὑμνεῖτε δὲ αὐτὸν καὶ πάντα τὰ ζῶα τάτε ἥμερα τάτε ἄγρια, τάτε ἐπὶ γῆς ἕρποντα, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ ἀέρι νηχόμενα.

ια'. Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοί· ἄρχοντες, καὶ πάντες κριταὶ γῆς·

Ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους μετέισι, καὶ ὀνομάζει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων πρῶτον, εἶτα ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν· ἐπιφέρει γάρ·

ιβ'. Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου·

6. Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Hîc etiam prouidentiam insinuat. Non enim iam facta permansissent, nisi ab ipso qui ea vt essent fecerat continerentur. vnde subdit:

Præceptum posuit, & non præteribit.

Dedit enim, inquit, creaturæ præceptum inuiolabile, vt ea quæ sunt perpetuò sint, quamdiu conditori ipsi placuerit. Cùm hactenus dixisset ea quæ in locis sublimioribus existunt, transit etiam ad terram, & ait:

7. Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi:

Dicit ea quæ in terra & quæ in aquis sunt. Deinde etiam aërem significat ex ijs quæ in aëre fiunt. subdit enim:

8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus * tempestatis: quæ faciunt verbum eius:

* Vulgata procellarum:

Id est: Quæ obediunt præcepto eius. Cùm autem aërem dixisset, & quæ in aëre existunt, subiungit:

9. Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri:

Id est: Laudate ipsum omnia tam cicura quàm agrestia ligna. Similiter etiam facit in quadrupedibus, subdit enim:

10. Bestiæ, & * omnia pecora: reptilia, & volatilia pennata:

* Vulgata vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ:

Id est: Laudate verò ipsum etiam omnia animalia tam cicura quàm agrestia, tam quæ in terra repunt, quàm omnia quæ in aëre natant.

11. Reges terræ, & omnes populi: Principes, & omnes iudices terræ:

A brutis animantibus ad homines transijt, & nominat illos primùm ex dignitatibus, deinde ab ætatibus; nam subiungit:

12. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini:

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Deinde etiam causam subiungens ait:

13. Quia exaltatum est nomen eius solius.

Neque enim, inquit, est alius Deus qui naturâ suâ excelsus sit, nisi ipse qui est omnium conditor.

14. Confessio eius super cælum & terram:

Talem, inquit, decet gratiarum actio præ omnibus supercælestibus, & præ terrestribus, vtpote creatori & opifici vniuersorum.

Et * exaltabit cornu populi sui.

* Vulgata exaltauit

Hic est, inquit, Deus conditor vniuersi, qui proprio suo populo prospicit, eique potentiam largitur. Cornu enim potentiam nominat.

Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israël, populo appropinquanti sibi.

Quibus, inquit, etiam conuenit hymnus eximius. Si enim, inquit, ipsi sint populus eius, vtique singulari eius prouidentiâ fruuntur: quapropter etiam præ ceteris debent ipsi hymnum singularem. Hi autem, inquit, sunt qui Israëli congruunt, qui & Deo præ ceteris Gentibus propinquiores existunt.

Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγων λέγει·

ιγ΄. Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου.

Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλος, φησὶ, θεὸς ὁ κατὰ φύσιν ὕψος ἔχων, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ τῶν πάντων ποιητής.

ιδ΄. Ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ·

Τῷ τοιούτῳ, φησὶν, εὐχαριστία πρέπει παρά τε τῶν ἐπουρανίων ἁπάντων, παρά τε τῶν ἐπιγείων, ὡς ποιητῇ καὶ δημιουργῷ τῶν ἁπάντων.

Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ.

Οὗτός ἐστι, φησὶν, ὁ θεὸς ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς, ὃς προνοεῖ τοῦ ἰδίου λαοῦ, καὶ δύναμιν χαρίζεται αὐτῷ. κέρας γὰρ δηλονότι τὴν δύναμιν ὀνομάζει.

Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ.

Οἷς, φησι, καὶ προσήκει ὁ ὕμνος ὁ ἐξαίρετος. εἰ γὰρ αὐτοί, φησιν, ὁ λαὸς αὐτοῦ, ἐξαιρέτως παρ᾽ αὐτοῦ τυγχάνουσι προνοίας· δηλονότι καὶ χρεωστοῦσιν αὐτῷ παρὰ πάντας ἐξαίρετον ὕμνον. εἰσὶ δέ, φησιν, οὗτοι οἱ τῷ Ἰσραὴλ προσήκοντες, οἱ καὶ πλησιέστεροί εἰσι τῷ θεῷ παρὰ πάντα τὰ λοιπὰ ἔθνη.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Cur Moyses nullam rerum inuisibilium mentionem fecerit.

1. LAVDATE DOMINVM DE CÆLIS.] Beatus Moyses inuisibilium virtutum mentionem nullam fecit: neque enim volebat tunc homines docere aliam aliquam esse virtutem inuisibilem præter vnam, propter auditorum ad idololatriam procliuitatem & facilitatem: sed cùm dixisset factum esse cælum, vtique consignificauit etiam illa quæ in cælis sunt. Beatus verò Dauid tamquam iam cum perfectioribus agens, & qui ex alijs virtutes quasdam inuisibiles existere didicerant, iubet vt hæ quoque Dominum laudent, ostendens, quòd licet sint virtutes inuisibiles, Dominum tamen laudare debeant: nam vt supernè admirabiles existant, ab omnium tamen Domino productę sunt. Hîc autem illud etiam notandum, quòd cùm omnium inuisibilium virtutum memi-

α΄. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] Μωσῆς ὁ μακάριος τῶν ἀοράτων δυνάμεων οὐκ ἐμνημόνευσεν· οὐδὲ γὰρ ἠβουλήθη τότε παιδεῦσαι τοὺς ἀνθρώπους εἶναι δύναμιν ἄλλην ἀόρατον παρὰ τὴν μίαν, διὰ τὸ τῶν ἀκουόντων πρὸς εἰδωλολατρείαν ἐπιῤῥεπὲς καὶ εὔκολον· ἀλλ᾽ εἰπὼν γενέσθαι οὐρανὸς συνεσήμανε, δηλονότι τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁ δὲ Μακάριος Δαβὶδ ὡς ἤδη τελειοτέροις παραδιδοὺς, καὶ μεμαθηκόσιν ἐξ ἄλλων εἶναι δυνάμεις ἀοράτους, ἐγκελεύεται καὶ ταύταις ὑμνεῖν τὸν δεσπότην, δεικνὺς, ὡς εἰ καὶ ἀόρατοι δυνάμεις ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ χρεωστοῦσιν ὑμνεῖν τὸν δεσπότην· ὡς γὰρ ἄνω ὦσι θαυμασταί, γεγόνασιν ὅμως παρὰ τοῦ πάντων κυρίου. ἐνταῦθα δὲ κἀκεῖνο ἐπισημαντέον, ὅτι πασῶν τῶν ἀοράτων δυνάμεων μνημονεύσας,

Digitized by Google

σας, καὶ παρακελευσάμενος δεῖν ὑμνεῖν τὸν δεσπότην, οὐδὲ πνεύματος ἁγίου ἐμνημόνευσεν οὐδὲ υἱοῦ. καίτοιγε εἰ κτίσματα ὑπῆρχον, οὐκ ἠλευθέρου αὐτοὺς τοῦ ὑμνεῖν τὸν πεποιηκότα· ἀλλ' εὔδηλον ὅτι τῶν ὑμνουμένων εἰσὶ καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα ὡς καὶ πατὴρ, καὶ οὐχὶ τῶν ὑμνούντων. εἰς δύο γὰρ διῃρημένων τῶν ὄντων, εἴς τε τὴν ἄκτιστον φύσιν καὶ εἰς τὴν κτιστὴν, ὁ μὴ μετὰ τῆς κτιστῆς φύσεως μνημονεύσας υἱοῦ καὶ πνεύματος, δῆλον ὅτι τῇ ἀκτίστῳ οὐσίᾳ συντάττει τούτους, ὡς ἀκτίστους καὶ αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα νοουμένους. Ἐπεὶ δὲ δύο οὐρανοὺς παρέδωκε Μωϋσῆς, τόντε ἀνωτάτω καὶ τὸ στερέωμα· διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἐν τούτῳ καὶ τοὺς ἐν ἐκείνῳ διάγοντας πρὸς ὕμνον ἐκκαλεῖται τοῦ ποιητοῦ. καὶ τὰ ἐναπολειφθέντα ἐκεῖσε ὕδατα ἃ καὶ αὐτὰ ὑμνεῖ ὡς ποιήματα τὴν τοῦ πεποιηκότος σοφίαν. ἔθει δὲ ἑβραϊκῷ οὐρανοὺς εἶπεν ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ. ἀντὶ δὲ τοῦ Ἄγγελοι αὐτοῦ ἕτερος, πᾶσαι αἱ στρατιαὶ αὐτοῦ, τὰ Χερουβὶμ λέγει, τὰ Σεραφὶμ, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας. τοῦτο σφόδρα ἐκκαιομένης ψυχῆς τὸ πάντας διεγείρειν πρὸς εὐφημίαν τοῦ ποθουμένου. εἶτα εἰπὼν τὰς ἀοράτους δυνάμεις κατέβη, καὶ ἐπὶ τὰ ὁρώμενα λέγων·

γʹ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη.] Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὀλίγα, περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων εἰπὼν, ταχέως ἐκεῖθεν ἀπεπήδησε, καὶ ἐν τοῖς ὁρωμένοις περιάγει τὸν λόγον, καὶ μηκύνει καθ' ἕκαστον ἐπεξιών; ὅτι ταῦτα τοῖς τότε ἀκούουσι σαφέστερα ἦν, ἅτε ὁρώμενα καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενα. ἴσως δ' ἂν εἴποι τις· πῶς ταῦτα αἰνεῖ, γλῶτταν μὴ ἔχοντα; τῷ κάλλει, τῇ θέσει, τῷ μεγέθει, τῇ χρήσει, τῇ διακονίᾳ, τῇ διαμονῇ. ἕκαστον γὰρ τῶν γινομένων ἄξιον τῆς τοῦ πεποιηκότος σοφίας. ἰδίως δὲ τοῦ φωτὸς ἐμνημόνευσεν, οὐχ' ὡς καθ' ἑαυτὸ ὑφεστῶτος, ἀλλ' ὡς ἐν τοῖς φωστῆρσι διανεμηθέντος. εἰπὼν δὲ τὰ κτίσματα, καὶ τῇ ὄψει τῶν θεωμένων καταλιπὼν τὸ κάλλος αὐτῶν καταμανθάνειν, καὶ τὴν χρείαν, αὐτὸς ἄλλην αἰτίαν τίθησι τῆς ὑμνήσεως λέγων·

εʹ. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν.] Ὅτι μὲν γὰρ καλὰ, φησι, καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως δείκνυται· ὅτι δὲ καὶ δημιουργὸν ἔχει, καὶ οὐκ αὐτομάτως παρήχθη, ἱκανὸν μὲν καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἁρμονίας αὐτῶν κατιδεῖν·

nisset, & Dominum laudandum esse monuisset, nullum sancti Spiritus neque Filij mentionem fecerit. Atqui si creaturæ fuissent, à laudando creatore illos minimè exemisset: sed clarum est Filium & Spiritum sanctum æquè ac Patrem laudari, & non laudare. Rebus enim existentibus in duo diuisis, scilicet in naturam increatam & creatam, is qui Filium & Spiritum sanctum naturæ creatæ minimè accenset, manifestum est quòd eos naturæ increatæ accenseat, vtpote increatos etiam ipsos, & in diuinitatis dignitate intellectos. Ceterùm cùm Moyses duos cælos assignarit, nempe supremum & firmamentum; idcircò etiam hic tam eos qui in hoc quàm in illo degunt ad conditoris laudem excitat. Quin & ipsæ quoque aquæ quæ in illis continentur tamquam creaturæ conditoris sui sapientiam deprædicant. More autem Hebraico cælos dixit pro cælo. Ceterùm loco *Angeli eius* alius ait, *Omnes exercitus eius*, scilicet Cherubim, Seraphim, Dominationes, Principatus, Potestates. Hoc valdè inflammati animi est omnes ad dilecti laudem excitare. Deinde cùm inuisibiles virtutes commemorasset, descendit etiam ad ea quæ videntur dicens:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Dauid omnes ad Dei laudem excitat.

3. Lavdate evm Sol et Lvna.] Sed quænam causa est, quòd cùm de inuisibilibus virtutibus pauca dixerit, inde celeriter resilierit, & ad res visibiles orationem deduxerit, eamque prolixiùs extenderit singula persequẽdo? Quia nimirum ea erant manifestiora ijs qui tunc audiebant, vtpote visibilia & ob oculos posita. Fortassis autem quis dixerit: Quomodo hæc laudant, cùm linguam non habeant? vtique pulchritudine, positione, magnitudine, vtilitate, ministerio, perseuerantiâ. Vnumquodque enim eorum quæ facta sunt dignum est sapientiâ Conditoris. Singulariter autem luminis meminit, non quasi per se existentis, sed tamquam quod luminaribus attributum sit. Postquam autem creaturas recensuit, & ipso intuentium visu pulchritudinem & vtilitatem earum discendam reliquit, ipse aliam quoque laudandi causam ponit dicens:

Quomodo muta creatura Deum laudent.

5. Qvia ipse dixit, et facta svnt.] Quòd enim, inquit, pulchra quidem sint vel ipse visus indicat: quòd verò etiam habeant opificem, & non casu temerè producta sint, hoc etiam ab ipsa eorũ congruentia perspicere licet:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ

si quis autem dubitet, à me discat. Atque illud quidem verbum *dixit* ostendit facilitatem; illud verò *statuit*, quòd ea etiam postquam facta sunt contineat. Porrò *dixit* & *mandauit* idem significant, sicut etiam illud *facta sunt* & *creata sunt*. Cùm autem *praeceptum* dixit, etiam potestatem declarauit, humanis dictionibus eius operationem indicans. Præceptum, inquit, dedit, vt illa essent quamdiu ipse vellet. Cùm autem superna recensuisset, descendit etiam ad terram, & ait:

Cur scorpionum & vilium rerum faciat mentionem.

7. LAVDATE DOMINVM DE TERRA.] Quoniam nonnulli dicunt ea quidem quæ in cælo sunt esse digna Dei opificio, quæ verò in terra sunt reprehendunt, scorpiones & viperas & arbores infrugiferas intelligentes. Vide quomodo sermonem instituat: ijs enim quæ in confesso sunt prætermissis, ouibus [inquam] & bobus, quarum vsus est maximus, in illis quæ videntur esse inutilia versat orationem, dracones in medium adducens, & partem maris innauigabilem, & quæ videntur afferre molestiam, vt ignem, grãdinem, arbores infrugiferas, montes, &c. Quanam igitur de causa id facit? Ex redundanti nempe copia ostendens Dei prouidentiam. Si enim quæ videntur esse inutilia adeò sint bona & vtilia, vt ipsa quoque laudem Deo offerant propter suum opificium, cogita qualia sint alia. Dracones hîc vocat cete. Et quomodo hæc laudant? Quando nimirum videris eorum magnitudinem, corporis compositionem, quomodo non admiraberis opificem eius, & quòd pars maris innauigabilis ipsis attributa sit, quam non transiliunt, cùm bruta sint agrestia? Quid porrò abyssi magnitudo, quantam habet profunditatem? Atqui cùm tantam habeat aquarum molem, non erumpit ex proprijs terminis, sed in tanta cõfusione pulchrum ordinem seruat. Deinde dicit etiam illa quæ ex aëre proueniunt, ignem, grandinem, atque hæc, inquit, etiam eum laudent, quòd cùm non essent facta sint, quòd iam facta permaneant, & ministrorum munere fungantur, licet sint expertia rationis, & præcepta eius in opus adducant, & cùm naturâ suâ contraria sint, vnum sæpè opus vtraque perficiant.

9. MONTES, ET OMNES COLLES.] Vide quomodo inutilioribus libentiùs immoretur. Quæ enim sunt frugifera ex seipsis apertam ostendunt vtilitatem, vt plani campi & mansueta animalia: feræ autem & ser-

εἰ δέ τις ἀμφιβάλλοι, παρ' ἐμοῦ μανθανέτω. καὶ τὸ μὲν εἶπε τὴν εὐκολίαν δηλοῖ· τὸ δὲ ἔστησεν, αὐτὰ ὅτι καὶ γενόμενα διακρατεῖ. τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνει τὸ εἶπε καὶ ἐνετείλατο, ὥσπερ καὶ τὸ ἐγενήθησαν καὶ ἐκτίσθησαν. πρόσταγμα δὲ εἰπὼν, τὴν ἐξουσίαν παρεδήλωσε, ταῖς ἀνθρωπίναις λέξεσι τὴν ἐνέργειαν σημαίνων. δέδωκε, φησι, πρόσταγμα, εἶναι αὐτὰ ἕως αὐτῷ δοκεῖ. εἰπὼν δὲ περὶ τῶν ἄνω, κάτεισιν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ φησίν·

ζ'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚ ΤΗΣ ΓΗΣ.] Ἐπεί τινες τὰ μὲν κατ' οὐρανὸν τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἄξια εἶναί φασι, τῶν δὲ ἐπὶ γῆς ἐπιλαμβάνονται, σκορπίους λέγοντες καὶ ἔχεις καὶ δένδρα ἄκαρπα. ὅρα πῶς μεταχειρίζει τὸν λόγον· ἀφεὶς γὰρ τὰ ὡμολογημένα, πρόβατα, βόας, ὧν ἡ χρεία μεγίστη, ἐν τοῖς δοκοῦσιν ἀχρήστοις εἶναι περιάγει τὸν λόγον, δράκοντας εἰς μέσον ἄγων, καὶ τὸ ἄπλωτον πέλαγος, καὶ τὰ δοκοῦντα λυπεῖν, οἷον τὸ πῦρ, τὴν χάλαζαν, τὰ ἄκαρπα τῶν δένδρων, τὰ ὄρη, καὶ τὰ λοιπά, διὰ τί οὖν τοῦτο ποιεῖ; ἐκ περιουσίας τοῦ θεοῦ δεικνὺς τὴν πρόνοιαν. εἰ γὰρ τὰ δοκοῦντα ἄχρηστα οὕτως ἐστὶ καλὰ καὶ χρειώδη, ὡς καὶ αὐτὰ ὑμνεῖν τὸν θεὸν διὰ τῆς οἰκείας δημιουργίας, ἐννόησον οἷα τὰ ἄλλα. δράκοντας ἐνταῦθα τὰ κήτη καλεῖ. καὶ πῶς ταῦτα αἰνεῖ; ὅταν ἴδῃς τὸ μέγεθος, τὴν σύμπηξιν τοῦ σώματος, πῶς οὐ θαυμάσεις τὸν δημιουργήσαντα, καὶ ὅτι χωρίον αὐτοῖς ἀπεκλήρωσεν ἄπλωτον, ὃ οὐχ ὑπερβαίνει, ἄλογα ὄντα ἄγρια; τί δὲ τῆς ἀβύσσου τὸ μέγεθος, ὅσον ἔχει τὸ βάθος; καίτοι τοσοῦτον ὄγκον ἔχουσα ὑδάτων, οὐκ ἐκρήγνυται τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλ' ἐν τοσαύτῃ ἀταξίᾳ διατηρεῖ εὐταξίαν. εἶτα λέγει καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀέρων συμβαίνοντα, πῦρ, χάλαζα, καὶ ταῦτα, φησιν, αἰνείτω, ὅτι οὐκ ὄντα γέγονεν, ὅτι γενόμενα μένει καὶ διακόνων τάξιν ἀποπληροῖ, καίτοι ἄλογα ὄντα, καὶ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ εἰς ἔργον ἄγει, καὶ ἐναντία ὄντα τῇ φύσει, ἓν πολλάκις ἔργον ἑκάτερα ἤνυσεν.

θ'. ΤΑ ΟΡΗ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΒΟΥΝΟΙ.] Ὅρα πῶς τοῖς ἀχρηστοτέροις ἐμφιλοχωρεῖ. τὰ μὲν γὰρ καρποφόρα αὐτόθεν ἔχει δήλην τὴν χρείαν, ὡς τὰ ὕπτια πεδία καὶ τὰ ἥμερα ζῶα· τὰ δὲ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ

καὶ

Digitized by Google

καὶ τὰ ὄρη ποίαν ἡμῖν χρείαν ἀποτελεῖ; πολλὴν μὲν οὖν καὶ σφόδρα ἀναγκαίαν. καὶ γὰρ πρὸς οἰκοδομίας ὄρη καὶ βουνοὶ καὶ ξύλα ἄκαρπα συντελεῖ. ἀλλὰ καὶ οἱ ὄφεις καὶ σκορπίοι καὶ δράκοντες φόβον ἐπιτειχίζει, καὶ σωφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἐναγώνιον ποιεῖ, καὶ ἀναμιμνήσκει σε τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ προπάτορος ἁμαρτίας, καὶ δείκνυσιν ὅσων κακῶν αἰτία ἡ παρακοή. ὅταν οὖν ἴδῃς ὄφιν, ἀναμιμνήσκου τῶν διηγημάτων, καὶ οὐ μικράν σοι παρέξει φιλοσοφίας ὑπόθεσιν. καὶ ἕτερον δέ ἐστιν ἐν τούτοις θαυμάσαι, ὅτι οὐκ ἐπιτρέχει ταῖς οἰκίαις, ἀλλὰ καὶ στέργει τὴν ἔρημον, καὶ ὅταν σὺ καθεύδῃς ἐκεῖνα ἐξέρχεται τῶν φωλεῶν. πρὸς τούτοις,

ια'. ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΚΡΙΤΑΙ ΓΗΣ.] Ἕτερον εἶδος προνοίας κινεῖ, τὸ τῶν ἀρχόντων· δεικνὺς ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον ἐστὶ, τὸ εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους τόδε τὸ πᾶν διατάξαι· ἂν γὰρ τοῦτο ἀνέλῃς, τὸ πᾶν οἰχήσεται. Ἀλλὰ τὸ μὲν τυπῶσαι τὰς ἀρχὰς τοῦ Θεοῦ γέγονε· τὸ δὲ καὶ πονηροὺς ἐπὶ τοῦτο ἄγεσθαι τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ πονηρίας. λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ ὑπὲρ τοῦ βασιλέας εἶναι καὶ δικαστὰς, δεῖ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς εὐταξίας ἐπιμελουμένῳ. καὶ ἄρχων οὖν ὢν, εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἔλαβες ἀφορμὴν τοσαύτης ἐπιμελείας. καὶ ἀρχόμενος ὢν, εὐχαρίστει, ὅτι ἔχεις τὸν ἐπιμελούμενον. εἰπὼν δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων, ἐπιφέρει καὶ ἀπὸ ἡλικιῶν.

ιβ'. ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ ΚΑΙ ΠΑΡΘΕΝΟΙ.] Κἂν εἰς γῆρας, φησὶν, ἔλθῃς, κἂν νέος ᾖς, εὐχαρίστει, κἂν τοῦ λαοῦ, κἂν γυνὴ, κἂν ἀνήρ. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει· ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἄλλος· ὅτι ὑπερέχον. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλος, φησὶ, Θεὸς ὁ κατὰ φύσιν ὕψος ἔχων, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ πάντων ποιητής.

ιδ'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙ ΓΗΣ.] Ἄλλος ὁ ὕμνος. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ἐδείξαμεν καὶ ἀπὸ τῶν ὁρωμένων αὐτῶν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν καὶ τὴν δόξαν· δεῖ δὲ αὐτὸν αἰνεῖν οὐ διὰ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρίς· καὶ γὰρ καὶ πρὸ τούτων καὶ τούτων ἄνευ συγκεκλήρωται αὐτῷ τὸ ὕψος καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ παρὰ πάντων εὐχαριστία. καὶ καλῶς εἶπεν αὐτοῦ μόνου, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν. εἶτα ἀνάγων ἐπὶ μεῖζον τὸν ἀκροατὴν, πάλιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπὶ τὸν

pentes & montes qualem nobis vſum adferunt? multum certè & valdè neceſſarium. Nam & ad ædificia montes & colles & ligna infrugifera conducunt. Quin etiam ſerpentes & ſcorpiones & dracones metum afferunt, & vt modeſtè te geras efficiunt, & ad certamen inſtruunt, & peccatum primi parentis in paradiſo admiſſum tibi in memoriam redigunt, & oſtendunt quantorum malorum cauſa ſit inobedientia. Quando ergo videris ſerpentem, in mentem reuoca quæ in ſacris narrantur hiſtorijs, & non paruum tibi præbebunt philoſophiæ argumentum. Quin & aliud in his admirandum, quòd non ad domos accurrant, ſed ament ſolitudinem, & quando tu dormis illa de luſtris ſuis egrediantur. Ad hæc,

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

11. PRINCIPES ET OMNES IVDICES TERRÆ.] Mouet aliud genus prouidentiæ, nempe de Principibus; oſtendens hoc fuiſſe opus Dei prouidentiæ, quòd in Principes & ſubditos vniuerſum diſtribuerit: ſi enim hoc ſuſtuleris, vniuerſum interibit. Sed Principatus quidem conſtituere fuit opus Dei; quòd autem improbi ad eos prouehantur eſt hominum improbitatis. Dicit igitur agendas eſſe Deo gratias, quòd ſint Reges & Iudices, tamquam recti ordinis curam gerenti. Si ergo ſis Princeps, Deo gratias age, quòd tantæ curæ gerendæ nactus ſis occaſionem: Si ſubditus ſis, gratias age, quòd habeas qui tui curam gerat. Ceterùm cùm dignitates recenſuiſſet, ſubiungit etiam ætates.

Omnis gradus debet laudem Deo.

12. IVVENES ET VIRGINES.] Seu ad ſenectutem perueneris, inquit, ſeu ſis iuuenis, gratias age, ſiue de plebe ſis, ſeu vir, ſeu mulier. Deinde etiam cauſam ſubdit; *Quia exaltatum eſt nomen eius:* alius; *Quia ſupereminet.* Non enim eſt alius, inquit, Deus qui naturalem habeat celſitudinem, niſi ipſe omnium Creator.

Item omnis ætas & ſexus.

14. CONFESSIO EIVS SVPER TERRAM.] Alius *Hymnus*. Quod autem dicit eſt eiuſmodi. q. d. Oſtendimus etiam ex ijs ipſis quæ videntur eius prouidentiam & gloriam: oportet autem ipſum laudare non propter hæc ſolùm, ſed etiam abſque his: etenim & ante hæc & ſine his obtigit ei altitudo & gloria, & ab omnibus gratiarum actio. Et pulchrè dixit *eius ſolius*, ad diſtinctionem eorum qui non ſunt dij. Deinde euehens ad id quod maius eſt auditorem, à terra rurſus eum

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ad cælum transfert. Quemadmodum enim in principio è cælo in terram descendit, ita rursus ipsum euehit super omnia quæ videntur dicens: *Confessio eius super cælum & terram*. Etenim supernæ Virtutes, inquit, non cessant eum celebrare. Attamen talis ac tantus Deus nos quoque dignatus est suum populum nuncupare, nec solùm nominare, sed etiam in altum erigere & glorificare. *Exaltabit* enim, inquit, *cornu populi sui*. q. d. Inexpugnabilem ipsum ostendet ac gloriosum, cultu eorum minimè indigens; sed bonitatem suam ostendens claros & illustres reddidit per vniuersum orbem terræ. Ne autem eos segniores redderet dicendo populum suum, atque hoc nomine freti ea quæ ad curam animæ pertinent negligerent; postquam dixit *Hymnus omnibus*, non id absolutè dixit, sed *sanctis eius:* & postquam dixit *filijs Israël*, adiecit *populo appropinquanti sibi*. Id est: Si sitis sancti, magnam gloriam consequemini. Verùm cum religione modò simul transijt superbia ad Gentes, illis & gloriâ & fide spoliatis.

οὐρανὸν αὐτὸν μετατίθησιν. ὡς γὰρ ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν κατέβη, οὕτως ἐπὶ τὰ ὁρώμενα πάντα πάλιν ἀνάγει αὐτὸν λέγων· ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. καὶ γὰρ αἱ ἄνω δυνάμεις, φησὶν, οὐ παύονται ὑμνοῦσαι. ἀλλ' ὅμως ὁ τηλικοῦτος θεὸς κατηξίωσε λαὸν αὐτοῦ ὑμᾶς ὀνομάσαι, καὶ οὐκ ὀνομάσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὕψος ἆραι καὶ δοξάσαι. ὑψώσει γάρ, φησι, κέρας λαοῦ αὐτοῦ. οἷον· ἄμαχον αὐτὸν δείξει καὶ ἔνδοξον, οὐ τῆς παρ' αὐτῶν δεόμενος θεραπείας· ἀλλ' ἀγαθότητα ἐνδεικνύμενος, περιφανεῖς καὶ ἀοιδίμους πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐποίησεν. ἵνα δὲ μὴ ῥαθυμοτέρους ποιήσῃ τῷ λέγειν καὶ λαὸς αὐτοῦ, καὶ τούτῳ θαρροῦντες τῆς κατὰ ψυχὴν ἀμελῶσιν· εἰπὼν ὕμνος πᾶσιν, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ· καὶ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, προσέθηκε λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ, τουτέστιν· ἐὰν ἦτε ὅσιοι, πολλῆς ἀπολαύσετε δόξης. ἀλλὰ μετὰ τῆς εὐσεβείας νῦν μετέβη καὶ ἡ ὑπερηφάνεια εἰς τὰ ἔθνη, ἐκείνων γυμνωθέντων καὶ δόξης καὶ πίστεως.

CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Duplicem admonitionem hic Vates fecit, vt ad maiorem alacritatem animos accenderet. Ceterùm hic est alius hymnus, omnem creaturam tam intelligibilem quàm sensibilem, tam rationalem quàm irrationalem, tam animatam quàm inanimam in vnum concentum laudationis excitans.

Sancti inuitant omnes creaturas ad laudem Dei.

1. LAVDATE DOMINVM DE CÆLIS.] CHRYSOSTOMI. Est hoc sanctis in more positum propter pium & gratum suum animum, vt cùm Deo sint acturi gratias accersant multos laudationis socios, & hortentur vt hoc pulchrum munus secum obeant. Hoc etiam fecerunt tres pueri, qui quando erant in fornace, omnem creaturam ad laudibus celebrandum id quod acceperant beneficium inuitantes. Hoc etiam ipse facit vtrumque mundum vocans, supernum & infernum, sensilem & intellectilem. Quin & aliud quidpiam ex his confirmat: quale porrò istud? ne quis eorum qui minùs sunt rationis compotes existimet esse duos opifices. Cùm enim diuersæ sint creaturæ, & inter se substantijs

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διπλῆν ἐποιήσατο τὴν παρακέλευσιν ὁ προφήτης, εἰς πλείονα προθυμίαν τὰς ψυχὰς παραθήγων. ὕμνος δὲ καὶ οὗτος ἕτερος, τὴν κτίσιν ἅπασαν νοητήν τε καὶ αἰσθητὴν, λογικήν τε καὶ ἄλογον, ἔμψυχόν τε καὶ ἄψυχον εἰς μίαν συμφωνίαν τῆς ὑμνῳδίας ἐγείρων.

ά. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔθος τοῦτο τοῖς ἁγίοις διὰ πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ἐπειδὰν μέλλωσιν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ πολλοὺς καλεῖν κοινωνοὺς τῆς εὐφημίας, καὶ παρακαλεῖν συνεφάψασθαι τῆς καλῆς ταύτης λειτουργίας αὐτοῖς. τοῦτο καὶ οἱ παῖδες οἱ τρεῖς πεποιήκασι, τὴν κτίσιν ἅπασαν ἡνίκα ἦσαν ἐν τῇ καμίνῳ πρὸς τὴν εὐφημίαν τῆς ὑπὲρ αὐτῶν εὐεργεσίας καλέσαντες. τοῦτο καὶ αὐτὸς ποιεῖ ἑκάτερον τὸν κόσμον καλῶν, τὸν ἄνω, τὸν κάτω, τὸν αἰσθητὸν, τὸν νοητόν. καὶ ἕτερον δέ τι πάλιν ἐκ τούτων κατασκευάζει· ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ μηδένα τῶν ἀλογωτέρων νομίσαι δύο δημιουργοὺς εἶναι. ἐπειδὴ γὰρ αἱ κτίσεις διάφοροι, καὶ διεστήκασιν ἀλλήλων ταῖς οὐσίαις·

Digitized by Google

οὐσίαις· ἡ μὲν γάρ ἐστιν αἰσθητὴ, ἡ δὲ νοητὴ, ἡ μὲν ὁρατὴ, ἡ δὲ ἀόρατος· ἵνα μή τις ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν ἔργων διαφόρους δημιουργοὺς ἐπεισαγάγῃ, ἵνα τὸν χορὸν ἵστησι, ἐξ ἁπάντων μίαν ἀγαγὼν αὐτῷ τὴν μελῳδίαν, καὶ τὸν αὐτὸν λέγων δεῖν ὑπό τε τῆς ἄνω ὑπό τε τῆς κάτω κτίσεως ἀνυμνεῖσθαι θεὸν, δηλοῖ καὶ ἐντεῦθεν ὅτι εἷς ἑκατέρας ὁ δημιουργός. καὶ πρότερον ἄνωθεν ἀπάρχεται εἰπὼν, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ· ἕτερος δέ φησι, πᾶσαι αἱ στρατιαὶ αὐτοῦ, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφὶμ, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας. τοῦτο σφόδρα ἐκκαιομένης ψυχῆς, τοῦτο φίλτρου πεπυρωμένου, τὸ πάντας διεγείρειν πρὸς τὴν εὐφημίαν τοῦ ποθουμένου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὕτως καὶ ὁ Μωσῆς ἀρχόμενος τῆς δημιουργίας, καὶ μηδὲν περὶ τῶν ἄνω διαλεχθεὶς, ἀπὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιεῖται τὴν ἀρχὴν, καὶ διαβαίνει λοιπὸν διὰ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ βοτανῶν καὶ τῶν ἑξῆς, καὶ εἰς τὸν ἄνθρωπον καταλύει τὸν λόγον. οὐρανοὺς δὲ οὐρανῶν λέγων ἐνταῦθα, οὐ πλῆθος ἐνδείκνυται, ἀλλ' οὐρανὸν οὐρανοῦ τὸν αὐτὸν λέγει· τῇ γὰρ Ἑβραίων φωνῇ τὸν οὐρανὸν ἔθος οὐρανοὺς καλεῖν.

δ'. ΚΑΙ ΤΟ ΥΔΩΡ ΤΟ ΥΠΕΡΑΝΩ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἤκουες γὰρ καὶ Μωσέως λέγοντος, ὅτι τῶν ὑδάτων τὰ μὲν εἴασε κάτω, τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν νώτων τῶν οὐρανῶν ἀφῆκε μένειν. καὶ πῶς ταῦτα αἰνεῖν εἴποι τις ἄν; ὅτι διάφοροι δοξολογίας καὶ αἴνων τρόποι· εἷς μὲν ὁ διὰ ῥημάτων, ἕτερος δὲ ὁ διὰ ὄψεως· καὶ τρίτος δὲ μετὰ τούτους ὁ διὰ βίου καὶ ἔργων. καὶ γὰρ ἀνθρώπων οὐ φθεγγομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ σιγώντων, δόξα ἀναφέρεται τῷ θεῷ. ὥσπερ καὶ ὁ Χριστός φησι· λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτο λέγει, ὅτι ἕκαστον τῶν γενομένων ἄξιον τῆς τοῦ πεποιηκότος σοφίας, καὶ πολλοῦ γέμει τοῦ θαύματος. ὅπερ συντόμως ὁ Μωϋσῆς ἐν προοιμίοις ἔλεγε· Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ἃ ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. οὕτως καλὰ, ὡς δοξάζειν τὸν πεποιηκότα, καὶ τὸν θεατὴν ἄγειν εἰς εὐφημίαν τοῦ τεχνιτευσαμένου. αἶνον οὖν τοῦτό φησι τὸ κάλλος τῶν γε-

differant; siquidem alia est sensilis, alia verò intellectilis, alia visibilis, alia inuisibilis; ne quis ex substantiarum atque operum differentia diuersos induceret opifices, vnum constituit chorum, vnum ex omnibus ei canticum offerens, & eumdem Deum dicens tam à superna quam ab inferna creatura laudandum esse, hinc quoque ostendens esse vnum vtriusque conditorem. A supernis autem priùs exorditur dicens, *Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius:* alius autem ait, *omnes exercitus eius*, scilicet Cherubim, Seraphim, Dominationes, Principatus, Potestates. Hoc est animi valdè incensi, hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandum eum qui amatur.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Sic etiam Moyses de opificio seu creatione incipiens, cùm de supernis nihil dixisset, à cælo & terra ducit exordium, & per Solem & Lunam & herbas & cetera transiens, in homine concludit sermonem. Cælos autem cælorum hîc dicens, non ostendit multitudinem, sed idem dicit etiam cælum cæli: nam Hebræorum linguâ cælum solet cæli dici.

4. ET AQVA QVÆ SVPER CÆLOS.] CHRYSOSTOMI. Audisti nimirum Moysem etiam dicentem, ex aquis quidem alias eum reliquisse inferiùs, alias verò effecisse sublimes super cæli terga manere. At quomodo, dixerit aliquis, ea poterunt laudare? quoniam sunt diuersi glorificationis aut laudum modi: vnus quidem per verba, alius verò per visum: quibus etiam accedit tertius qui est per vitam & opera. Nam hominibus non solùm loquentibus, sed etiam tacentibus, gloria Deo offertur. Quemadmodum Christus quoque dicit: *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.*

Multiplex modus Deum laudandi.

Matth. 5.

EIVSDEM. Hoc dicit, vnumquodque eorum quæ facta sunt dignum esse sapientiâ effectoris, & esse plenum magno miraculo. Quod quidem Moyses breuiter dixit: *Et vidit Deus quæcumque fecit, & ecce bona valdè.* adeò bona, vt glorificarent factorem suum, & spectatorem ad fabricatorem suum celebrandum adducerent. Hanc ergo laudem dicit pulchritudinem eorum quæ facta sunt,

Gen. 1.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

sunt, quæ auctori laudem parit. Cùm autem hic Propheta creaturas dixisset, & ex rerum visibilium aspectu eorumdem pulchritudinem & magnitudinem & vtilitatem discendam reliquisset, aliam assignat rationem dicens:

5. QVIA IPSE DIXIT, ET FACTA SVNT.] CHRYSOSTOMI. Quòd enim pulchra & admirabilia sint etiam ipse visus declarat; quòd autem facta quoque sint, & opificem habeant, neque fortuito casu extiterint, neque increata sint, satis quidem vel ex ipsa eorum congruentia conspici potest: sed si quis dubitauerit, à me discat quòd habeant opificem & effectorem, & prouisorem ac curatorem. Duo enim hîc ponit, vel potiùs tria; atque adeò si quis rectè perpendat, etiam quatuor: quòd nempe id quod est fecerit, & è nihilo fecerit, idque facili negotio; item à se facta moderetur. Siquidem illud *ipse dixit* facilitatem ostendit: quòd autem iam facta etiam regat, *Statuit ea*, inquit, *in sæculum: præceptum posuit, & non præteribit*. Vide quomodo hîc quoque rursus ostenderit potestatem & auctoritatem, non solùm quòd statuerit, sed etiam quòd præceptum dixerit, humanis dictionibus eius operationem indicans. Quemadmodum enim tibi dicere, & præcipere est facile, ita Deo facere, & facta regere ac continere: imò verò non ita, sed multò facilius. Neq; enim verbis explicari potest summa facilitas cum qua ista fecit.

Deus omnia facilè fecit.

ANONYMI. Dedit enim, inquit, creaturæ præceptum inuiolabile, vt nimirum ea quæ sunt perpetuò maneant quamdiu placuerit ipsi conditori.

7. LAVDATE DOMINVM DE TERRA.] ANONYMI. Cùm hactenus dixisset de ijs quæ in sublimioribus locis existunt, transit etiam ad terram. Dracones autem perspicuum est quòd cete dicat grandia, & vt in Psalmo centesimo tertio habetur: *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Et simul cùm Moyses quidem aquarum productionem insinuet, non autem eam apertè dixerit; hic igitur tamquam rem à Moyse relictam, vel saltem non clarè dictam, repetijt, & subiunxit ipsum quoque abyssos fecisse, & omnia quæ in aquis sunt: quoniam hæc quoque conuenientem Domino hymnum offerre debent. Deinde dicit etiam aërem ab ijs quæ in aëre fiunt. subdit enim:

Dauid Moysis scripturam supplet.

γομένων τέχνον ὑμνολογίαν τῷ πεποιηκότι. εἰπὼν δὲ ὁ προφήτης τὰ κτίσματα, καὶ τῇ ὄψει τῶν θεωμένων καταλιπὼν τὸ κάλλος αὐτῶν καταμανθάνειν καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν χρείαν, ἑτέραν τίθησιν αἰτίαν λέγων·

έ. ΟΤΙ ΑΥΤΟΣ ΕΙΠΕ, ΚΑΙ ΕΓΕΝΗΘΗΣΑΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅτι γὰρ καλὰ καὶ θαυμάσια καὶ αὐτὴ ἡ ὄψις δηλοῖ· ὅτι δὲ καὶ γενόμενα, καὶ δημιουργὸν ἔχει, καὶ οὐκ αὐτόματα, οὐδὲ ἀγένητα, ἱκανὸν μὲν καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἁρμονίας αὐτῆς κατιδεῖν· εἰ δέ τις ἀμφιβάλλοι, παρ' ἐμοῦ μανθανέτω ὅτι καὶ δημιουργὸν ἔχει καὶ ποιητὴν, καὶ προνοητὴν καὶ κηδεμόνα. δύο γὰρ ἐνταῦθα τίθησι, μᾶλλον δὲ τρία· εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι, καὶ τέσσαρα· ὅτι τε ἐποίησε, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, καὶ μετ' εὐκολίας ἐποίησε, καὶ γενόμενα κρατεῖ. τὸ μὲν γὰρ αὐτὸς εἶπε τὴν εὐκολίαν δηλοῖ· ὅτι καὶ γενόμενα κρατεῖ, ἔστησεν αὐτά, φησιν, εἰς τὸν αἰῶνα· πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. ὅρα καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν αὐθεντείαν πῶς παρεδήλωσεν, οὐ τῷ στῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν πρόσταγμα, ταῖς ἀνθρωπίναις λέξεσι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ παραδηλῶν. ὥσπερ γάρ σοι τὸ εἰπεῖν εὔκολον καὶ τὸ προστάξαι ῥᾴδιον, οὕτω θεῷ τὸ ποιῆσαι, καὶ γενόμενα διακρατῆσαι· μᾶλλον δὲ οὐχ' οὕτως, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον. οὐδὲ γὰρ δυνατὸν παραστῆσαι τῆς εὐκολίας τὴν ὑπερβολὴν μεθ' ἧς ταῦτα ἐποίησε.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δέδωκε γάρ, φησι, τῇ κτίσει πρόσταγμα ἀπαράβατον, ὥστε εἶναι διηνεκῶς τὰ ὄντα ἕως ἂν αὐτῷ δοκῇ τῷ πεποιηκότι.

ζ'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰπὼν ἄχρι τούτου τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τόποις, μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν γῆν. Δράκοντας δὲ εὔδηλον ὅτι τὰ κήτη λέγει τὰ μεγάλα, καὶ ὡς ἐν τῷ ργ' ψαλμῷ· Δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. καὶ ἅμα ὅτι καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ποίησιν Μωσῆς μὲν ᾐνείξατο γεγονέναι, οὐ μὴν σαφῶς εἶπεν· οὗτος οὖν πάλιν εἶπεν ὡς παραλελειμμένον Μωσεῖ τὸ πρᾶγμα, ἢ καὶ μὴ φανερῶς εἰρημένον, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ τὰς ἀβύσσους αὐτὸς ἐποίησε, καὶ πάντα τὰ ἐν τοῖς ὕδασιν· ὅτι καὶ ταῦτα ὀφείλει τὸν πρέποντα ὕμνον ἀποδιδόναι τῷ δεσπότῃ. εἶτα λέγει καὶ τὸν ἀέρα ἀπὸ τῶν περὶ τὸν ἀέρα γινομένων. ἐπιφέρει γάρ·

ή. ΠΥΡ,

η'. ΠΥΡ, ΧΑΛΑΖΑ, ΧΙΩΝ, ΚΡΥΣΤΑΛΛΟΣ.]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ταῦτα ἐξ ὑδάτων ἔχει τὴν ἀφορμήν. ἐν ἀέρι δὲ γίνεται καὶ χάλαζα, καὶ χιών, καὶ κρύσταλλος, καὶ τὰ σφοδρὰ πνεύματα· (ταῦτα γὰρ καταιγίδας ἐκάλεσε.) καὶ τὸ πῦρ δὲ ὡσαύτως οὐ μόνον ἐν γῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀέρι φαινόμενόν ἐστιν ἰδεῖν. καὶ γὰρ ἀστραπαὶ καὶ κεραυνοὶ καὶ πρηστῆρες ἐξ ἀέρος ἐπιφέρονται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀέρος καὶ πῦρ γίνεται, καὶ χάλαζα, καὶ χιών, καὶ τὰ λοιπά. δείκνυσιν οὖν ὅτι ὁ τρέπειν εἰς ἃ βούλεται τὸν ἀέρα δυνάμενος, οὗτος δῆλον ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν πεποίηκε, καὶ ἅμα ὅτι καὶ τοῦτο παραλέλοιπε Μωσῆς· συνεσήμανε μὲν γὰρ αὐτὸν τῷ παντὶ ὡς περιεχόμενον· οὐ μὴν σαφῶς εἶπεν ὅτι καὶ ὁ ἀὴρ ἐγένετο. ἐπάγει· τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, ὑπακούοντα τῷ προστάγματι αὐτοῦ. λόγον γὰρ αὐτοῦ ἐνταῦθα τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ καλεῖ. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι καὶ ὑμεῖς αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος ὑμνεῖτε αὐτόν, δι' ὧν ἐκπληροῦται αὐτοῦ τὸ πρόσταγμα, τῇ ταχείᾳ μεταβολῇ τὴν δύναμιν τοῦ προστάττοντος ἑρμηνεύουσαι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ταῦτα διακόνων, φησί, τάξιν ἐπέχει καὶ ἀναπληροῖ, καίτοι ἄλογα ὄντα· καὶ τὸ πρόσταγμα αὐτοῦ εἰς ἔργον ἐξάγει, καὶ ἐναντία ὄντα τῇ φύσει· ἑκάτερα πολλάκις τὸ αὐτὸ ἐπίταγμα ἤνυσε, κολάζοντα τινὰς ἁμαρτήσαντας. τοῦτο οὖν, φησίν, εὐχαριστίας ἄξιον, καὶ πολλῆς μὲν οὖν. τὸν γὰρ Θεὸν ὁμοίως ἀνυμνεῖν χρή, καὶ κολάζοντα, καὶ ἀνιέντα κολάσεως. ἀμφότερα γὰρ κηδεμονίας, ἀμφότερα ἀγαθότητος. Ἄνθρωποι γὰρ τὸ μὲν ἀγαθότητι ποιοῦσι, τὸ δὲ πονηρίᾳ καὶ θυμῷ· ὁ δὲ Θεὸς ἀμφότερα φιλανθρώπως. ὁμοίως τοίνυν αὐτὸν ἀνυμνεῖν δεῖ, καὶ ὅτι ἔθετο ἐν παραδείσῳ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὅτι ἐξέβαλε· καὶ χάριν εἰδέναι οὐχ ὑπὲρ τῆς βασιλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ γεέννης· καὶ γὰρ καὶ ταύτην ἐποίησέ τε, καὶ ἠπείλησεν, ὥστε κακίας ἀπαλλάξαι. ὥσπερ οὖν ἰατρὸν οὐ τρέφοντα, ἀλλὰ καὶ ἄγχοντα λιμῷ· οὐκ εἰς ἀγορὰν μόνον ἐξάγοντα, ἀλλὰ καὶ ἐν οἴκοις πού κατακλείοντα· οὐκ ἀλείφοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τέμνοντα καὶ καίοντα θαυμάζομεν· (εἰ γὰρ καὶ ἐναντία τὰ γινόμενα, ἀλλὰ πρὸς ἓν ὁρᾷ τέλος·) οὕτως καὶ τὸν Θεόν, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ὑπὲρ ἁπάντων ὑμνεῖν χρή. οὐ τιμωρεῖται δὲ μόνον χάλαζα καὶ πῦρ, ἀλλὰ καὶ τιμωρίας ἀπήλλαξεν. ἢ οὐκ

8. IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES.] ORIGENIS. Etiam hæc ex aquis caussam habent. Sanè in aëre & grando & nix & glacies fit, & vehementes venti: (hos autem procellas nuncupauit.) Quin & ignis similiter non solùm in terra, sed etiam in aëre cerni potest. Etenim & fulgura & fulmina & accensi turbines ex aëre deferuntur.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Nam ex aëre quoque ignis fit, & grando, & nix, & reliqua. Ostendit igitur eum qui aërem in quæcumque voluerit conuertere potest, hunc vtique eumdem etiam ab initio fecisse, & simul indicat Moysem hoc omisisse: siquidem illum consignificauit tamquam hoc vniuerso contentum; non tamen clarè dixit aërem factum esse. subdit: *Quæ faciunt verbum eius.* id est, Quæ obediunt præcepto eius. Verbum enim eius hoc loco mandatum eius vocat. Vult igitur dicere, Vos etiam aëris mutationes laudate eum, per quas mandatum eius expletur, celeri mutatione mandantis vim explicantes.

CHRYSOSTOMI. Etiam hæc, inquit, funguntur munere ministrorum, licet sint expertia rationis; & præceptum eius in opus educunt, etiam quæ naturæ contraria sunt: vtraque sæpè vnum idemque mandatum perfecit, peccatores aliquos puniens. Hoc ergo, inquit, meretur gratiarum actionem, eamque certè maximam. Deus enim æquè est laudandus, & cùm punit, & cùm à supplicio eximit. Vtraque enim sunt curationis, vtraque sunt bonitatis. Homines enim hoc quidem faciunt propter bonitatem, illud verò per iram & improbitatem: Deus autem vtraque clementer facit. Oportet igitur eum æquè laudare, & quòd posuerit Adam in paradiso, & quòd eum expulerit; & agere gratias non solùm pro Regno, sed etiam pro gehenna: eam enim & fecit, & minatus est, vt à vitio liberaret. Quemadmodum ergo Medicum non solùm nutrientem, sed etiam fame excruciantem; non solùm in forum educentem, sed etiam domi alicubi includentem; non solùm vngentem, sed etiam vrentem & secantem admiramur: (etsi enim sint contraria quæ fiunt, vnum tamen finem respiciunt:) ita etiam Deum, & quidem multò magis, pro omnibus laudare oportet. Ceterùm grando & ignis non solùm puniunt, sed etiam à supplicio liberarunt. An nescis quanta mira-

Deus æquè laudandus puniens quàm liberans.

Medicus etiam cùm vrit laudandus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

miracula in Ægypto per hæc elementa facta sint & in Iudæis, & in hac nostra generatione? Tanta est autem potentia iubentis, vt quæ per Angelos illos spiritales & magnas virtutes faciebat, ea etiam sæpè per elementa ista fecerit. Et cur hoc facit? vt quando hæc Angelus quoque fecerit, nemo insipientior id illi attribuat, sed ei qui imperauit.

II. REGES TERRÆ ET OMNES POPVLI.] ANONYMI. Rursum aliud mouet genus prouidentiæ, nempe de Principibus. Quod & Paulus ait, ostendens hoc esse opus diuinæ prouidentiæ, quòd in Principes & subditos distributum sit hoc vniuersum: *Dei enim*, inquit, *minister est in bonum.* Nam si hoc sustuleris, vniuersum interit. Si enim Principibus, & quidem multis inter eos corruptis existentibus, tanta fit ex ijs vtilitas; cogita, si ij qui gerunt Principatus eosdem rectè gererent, quàm benè cum genere humano ageretur. Ceterùm Magistratus quidem constituere fuit opus Dei: quod autem improbi ad eos promoueantur, & eis non vt decet vtantur, est hominum improbitatis. Dicit igitur oportere magnas Deo gratias agere, quòd sint & Reges & Iudices. Si ergo sis Princeps, benigno & clementi Deo gratias age, quòd tantam acceperis occasionem à Deo tantæ curæ & industriæ exercendæ. Si subditus sis, rursus Deo gratias age, quòd habeas qui tui curam gerat: seu ad senectutem perueneris, seu sis iuuenis, Deo gratias age. Hoc enim hic Psalmus per hæc omnia maximè probat, Deum nempe ab omnibus pro omnibus laudandum esse: *Quia exaltatum est nomen eius solius.* Illud autem, *Iuuenes & virgines*, alius ait, *Electi*. Illud autem, *Senes cum iunioribus*, alius ait, *Cum pueris laudent nomen Domini.*

Rom. 13, 4.

οἶδα ἐν Αἰγύπτῳ ὅσα διὰ τούτων ἐθαυματουργήθη τῶν στοιχείων καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας; καὶ τοσαύτη ἡ τοῦ κελεύοντος δύναμις, ὅτι ἅπερ δι᾽ ἀγγέλων ἐποίει τῶν νοερῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων δυνάμεων, ταῦτα πολλάκις καὶ διὰ τῶν στοιχείων τούτων ἐποίησε. καὶ διὰ τοῦτο ποιεῖ; ἵνα ὅταν ἄγγελος ταῦτα ἐργάζηται, μηδεὶς τῶν ἀνοητέρων ἐκείνῳ λογίζηται, ἀλλὰ τῷ ἐπιτάξαντι.

ιά. ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΤΗΣ ΓΗΣ ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΛΑΟΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάλιν ἕτερον κινεῖ προνοίας εἶδος τὸ τῶν ἀρχόντων. ὃ καὶ Παῦλός φησι, δεικνὺς ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον ἐστὶ, τὸ εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους τόδε τὸ πᾶν διατάξαι· Θεοῦ γάρ, φησι, διάκονός ἐστιν εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἂν γὰρ τοῦτο ἀνέλῃς, τὸ πᾶν οἴχεται. εἰ γὰρ ὄντων ἀρχόντων, καὶ πολλῶν ἐν αὐτοῖς διεφθαρμένων, τοσαύτη τοῦ πράγματός ἐστιν ἡ χρεία· ἐννόησον, εἰ καὶ καλῶς μετεχείριζον οἱ τὰς ἀρχὰς μεταχειριζόμενοι, πόσης ἂν τὸ γένος ἀπήλαυεν εὐημερίας. ἀλλὰ τὸ μὲν τυπῶσαι τὰς ἀρχὰς τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἔργον· τὸ δὲ πονηροὺς ἐπὶ τοῦτο ἄγεσθαι, καὶ μὴ εἰς δέον αὐταῖς κεχρῆσθαι, τῆς τῶν ἀνθρώπων πονηρίας. λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ ὑπὲρ τοῦ βασιλέας εἶναι, καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαστὰς εἶναι, δεῖ μεγάλας ἀναφέρειν εὐχαριστίας τῷ Θεῷ. καὶ ἄρχων τοίνυν ἧς, εὐχαρίστει τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ὅτι ἔλαβες ἀφορμὴν τοσαύτην παρὰ τοῦ Θεοῦ τοσαύτης ἐπιμελείας. κἂν ἀρχόμενος ἧς, πάλιν εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἔχεις τὸν ἐπιμελούμενον· κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃς, κἂν νέος ἧς, εὐχαρίστει τῷ Θεῷ. τοῦτο γὰρ διὰ πάντων ὁ ψαλμὸς οὗτος κατασκευάζει, ὅτι δεῖ ὑπὲρ ἁπάντων καὶ πάντας αἰνεῖν αὐτόν· ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. τὸ δὲ, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, ἄλλος φησὶν, ἐκλεκτοί. τὸ δὲ, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, ἄλλος φησὶ, μετὰ παίδων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα κυρίου.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc & sequentibus duobus Psalmis inuitat omnes creaturas ad laudandum Deum, easque quasi ad chorum vocat, à cælestibus & supremis ordiendo, & sic ad inferiora descendendo.

1. *Laudate Dominum de cælis.*] Quod ita accipiendum ac si dicat: Vos qui estis de cælis, id est ciues cælestes.

IBIDEM. *Laudate eum in excelsis.*] Id est, Qui estis in altis, qui in supremis moramini. Similiter inferiùs vers. 7. cùm dicitur, *Laudate Dominum de terra*. Sensus est: Laudate Dominum vos creaturæ terrestres, siue quæ estis de terra. Hunc sensum manifestè indicat Chaldaica Paraphrasis, quæ hoc loco sic habet: *Laudate Deum creatura sancta de cælis: laudate eum Angeli excelsi.* Posset tamen etiam aliter nostra lectio exponi. q.d. Laudate Dominum de cælis, ac de ijs quæ considerantur & geruntur in ijs. Omnino tamen prior expositio cum Titelmanno,

Digitized by Google

no, Bellarmino & alijs præferenda videtur: cui & sequentia magis consonant.

Angeli sunt symphoniaci & laudatores Dei.

2. *Laudate eum omnes Angeli eius.*] Hoc est enim perenne opus Angelorum atque proprium, Deum cantu & symphoniâ celebrare. Quare S. Athanasius quæst. 30. ad Antiochum definit Angelum ζῶον ὑμνολογικόν, hymnisonum, diuinæ laudis buccinatorem spiritum. S. Bernardus quoque Serm. 7. in Cant. beatos spiritus vocat *cæli cantores*; aitque illos solitos dignanter admisceri psallentibus Regij Vatis claro testimonio, *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus*. Vbi Dauid dicit olympicos illos, symphoniacos Dei non modò se vltrò adiungere piè canentibus hominibus, sed eosdem etiam præuenire, & intimo animi motu & exemplo suo ad præstabile hoc opus studiumque incendere. Quod Nicephorus lib. 13. cap. 8. & Historia Tripartita S. Ignatio Martyri euenisse monumentis suis prodiderunt: nam in cælestium rerum contemplationem solito ardentiùs aliquando intentus, sibi videre visus est beatarum Mentium choros, & partitam hinc inde symphoniam, quâ singulari modestiâ & religione alternis & respondentibus sibi inuicem carminibus sanctissimam Triadem hymnis & laudibus vehebant. Quo viso diuino eruditus atque Angelorum magisterio, cantum illum amœbeum, &, vt Ecclesiæ Tractatores nominant, Antiphonas, in Diœcesi Antiochena in æternum tempus retineri excolique voluit.

Psal. 67, 26.

IBIDEM. *Laudate eum omnes Virtutes eius.*] Symmachus, Πᾶσαι αἱ στρατιαὶ αὐτοῦ, *Omnes exercitus eius*: quomodo S. Hieronymus quoque ex Hebræo vertit. Hebræi nomine Virtutum intelligunt stellas illas quæ simplici corpore constant, & ad cælestem & octauam sphæram fixæ simul cum ea mouentur; sed repugnat illis Psalmus 102. vbi post recensitos Angelos subiungitur vtrisque nomen ministrorum: *Benedicite Domino omnes Virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius*. Vbi patet Virtutes illas intelligentes esse, non corpora aliqua inanimata.

3. *Laudate eum Sol & Luna.*] Ab Angelis, inquit Bellarminus, qui mente & intelligentiâ præditi Deum propriè laudant, descendit ad corpora cælestia, quæ non laudant mente vel intelligentiâ, quâ carent; sed laudant magnitudine, velocitate, efficacitate, splendore & pulchritudine admirabili; quomodo omne opus egregium opificem suum laudare dicitur. Incipit autem ab ijs quæ maximè conspicua sunt, & in oculos incurrunt; vt sunt Sol & Luna. Pulchrè S. Hieronymus in hæc verba: *Quod maius in lumine est priùs laudat.*

IBIDEM. *Laudate eum omnes stellæ & lumen.*] Pro quo Symmachus reddit, Ὑμνεῖτε αὐτὸν πάντες ἀστέρες φωτός, *Hymnis celebrate eum omnes stellæ luminis*. S. Hieronymus quoque ex Hebræo stellas luminis vertit.

4. *Laudate eum cæli cælorum.*] Id est cæli præstantissimi, nempe cælum animarum & empyreum, clarissimum, immobile, Beatorum locus, alios omnes cælos tegens atque in se concludens; vt sit veluti cælorum tectum. Ita Genebrardus.

Deus solo verbo creauit omnia.

5. *Ipse dixit, & facta sunt, &c.*] Mundum enim ex nihilo infinitè infra se solo verbo potentissimè condidit, & conditum eodem influxu immutabiliter continuato in eodem spatio immobiliter conseruat, & continet in sua natura ac statu in omnem æternitatem: cuius influxus in res omnes adeò potens est, vt nihil possit perire, nisi ipse suum influxum subtraxerit: quod numquam facit, nisi alia aliqua causa id postulauerit: vt cùm ratione peccati subtrahit influxum quo conseruabat donum gratiæ habitualis: vel ad præsentiam contrarij (vt hoc in statu mutabili possit esse actio & passio) subtrahit influxum, quo conseruabatur contrarium: vel pereuntibus per mutuam actionem dispositionibus necessarijs subtrahit influxum quo conseruabatur anima plantæ vel animalis, &c. Multa sunt in hoc opere admiratione digna. Primò, quòd decretum, cuius vi conditus est mundus, infinito tempore antecesserit executionem, nec nisi post infinita sæcula secuta sit mundi creatio. Secundò, quòd sicut Deus mundum in hoc temporis momento & in hoc spatio condidit, ita potuisset in quouis alio temporis infiniti puncto & spatij immensi internallo ipsum condere. Tertiò, quòd in Deo per tantam molitionem nulla facta sit mutatio. Quartò, quòd res tam multæ & variæ, tam firmæ & solidæ, tam magnæ & validæ repentè ex nihilo extiterint. Vbi etiam aduertendum, creationem mundi dupliciter spectari posse: Primò, vt est quidam ascensus vel eductio rei à non esse ad esse, quasi anteà lateret in suo nihilo, & inde extraheretur omnipotentiâ conditoris ad esse. Secundò, vt est quidam descensus vel emanatio rei ex omnipotentia conditoris (vbi anteà eminenter tamquam in radice & in idea continebatur) in suum esse formale & actuale: sicut lumen dicitur emanare à Sole, calor ab igne, species visibiles ab obiectis, imago ab arte artificis, &c. Omitto alia multa quæ accuratè consideranti possunt facilè occurrere.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quomodo Deus cælum & terram, &c. statuerit in æternum.

6. *Statuit ea in æternum.*] Alius apud S. Chrysostomum reddit, Ἔστησεν αὐτὰ διαμένειν αἰωνίως, *Statuit ea ad permanendum perpetuò*; quia scilicet assiduo & substantifico influxu in illa influit, vt eorum essentia conseruetur: sine quo influxu statim extinguerentur, euanescerent, & in suum nihilum relaberentur, quantumuis per se magna, firma & solida videantur. Singulæ enim res creatæ, etiam Angeli & cæli, nihil sunt aliud quàm terminus operationis & influxus diuini non extrinsecus, sed intrinsecus: sicut lumen diffusum per mundum est terminus illuminationis seu operationis Solis. Vnde nullam habent soliditatem nisi ab influxu diuino, qui pendet à libera voluntate Dei, quâ velit vel non velit eum influxum continuare. Hinc fit, vt nulla res, in quam Deus statuit suum influxum continuare, possit perire, aut vi vllâ interimi. Porrò hic influxus nihil est aliud quàm quædam continuatio creationis, vel operatio creationi æquiualens. Vnde vt SS. Patres, Chrysostomus Hom. 2. in Epist. ad Hebræos, & Ambrosius ibidem in Commentario, alijque affirmant, non minoris virtutis est mundum conseruare ne in nihilum relabatur, quàm eumdem ex nihilo producere. *Statuit ergo ea in æternum*: quia statuit Deus mundum, Angelos & homines in æternum conseruare, influxum suum substantificum immutabiliter continuando.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Reges ad Deum laudandum bestijs postponuntur.

11. *Reges terræ & omnes populi.*] Sed quorsum Reges & Principes post creaturas ratione carentes ad laudandum Deum inuitat? Ne scilicet superbiant homines, cùm vel ij qui ceteris præeunt bestijs postponantur. Vnde S. Hieronymus ad hunc locum: *Post dracones,* inquit, *post serpentes, post ignem, post grandinem, post bestias & vniuersa pecora, ô homo, qui tibi grandis videris, de te dicitur, & non de simplici homine, sed de his hominibus, qui inter homines maiores sunt,* &c. Seu quia creaturæ irrationales Deum faciliùs & libentiùs laudant & audiunt quàm homines. Vnde Isaias vaticinatus contra Iudæam & Hierusalem, ijs omissis conuertit orationem ad cælum & terram: *Audite cæli, & auribus percipe terra; quoniam Deus locutus est.* In quem locum Chrysostomus: *Omissis,* inquit, *Iudæâ ac Hierusalem verbum conseris cum cælo, & ad terram deflexo sermone homines posthabuisti, differens cum elementis nullâ præditâ ratione; quandoquidem homines brutis ipsis ratione vacantibus minùs vtebantur ductu rationis.* Quàm tamen propriæ sint Regum ac Principum diuinæ laudes præ ceteris ostendit ipse Dauid, cùm regiæ dignitatis oblitus, imò numquam minùs oblitus, subsilijt ante Arcam: *Docens* (inquit Ambrosius Apologiâ 1. cap. 6.) *contuitum regalis potentiæ non habendum, vbi religioni exhibetur obsequium.*

Bestiæ Deū faciliùs audiunt ac laudant quàm homines. Isaiæ 1,2.

Propria Regum Dei laudes. 2. Reg. 6, 14.

14. *Confessio eius super cælum,* &c.] Alius apud S. Chrysostomum legit, Καὶ ὁ ὕμνος αὐτοῦ, *Et hymnus eius:* in Hebræo est הודו *Hodo:* quod S. Hieronymus vertit, *Et gloria eius in cælo & in terra.* vt sit idem quod in Cantico Seraphim apud Isaiam dicitur: *Plena est omnis terra gloria eius.* Lectio autem nostra sic intelligi potest ac si dicat: Laus eius decantari debet super cælum & terram, hoc est in cælo & in terra. Græca autem habent, Ἐπὶ τῆς γῆς καὶ οὐρανοῦ: quòd potius est *in terra & in cælo,* quàm *super cælum & terram:* vt *super* excessum significet, quemadmodum in Oratione dicitur: *Fiat voluntas tua* ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *sicut in cælo & in terra.*

Isaiæ 6, 3. Matth. 6.

IBIDEM. *Exaltabit cornu populi sui.*] Græcè ὑψώσει: Latini legunt in præterito *Exaltauit:* sed Hebræi quoque futurum habent. q. d. Populo Hebræorum vires addet & splendorem. Populum autem Hebræorum peculiariter suum vocat Deus: nam hunc peculiariter elegit.

IBIDEM. *Hymnus omnibus sanctis eius.*] Non enim eâ ratione erga vnum aliquem populum Deus afficitur, vt etiam alios non amet; aut ita personas suscipiat, vt eorum actus non expendat. Sed quicumque pietatem fuerit sectatus, quicumque virtutem coluerit, is Deo charus erit. Ita Chrysostomus hunc locum exponit.

IN PSALMVM CXLIX. ARGVMENTVM.

1. Alleluia.

α΄. Ἀλληλούϊα.

Etiam hic continet gratiarum actionem post reditum.

Καὶ οὗτος εὐχαριστίαν ἔχει τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον.

PARAPHRASIS ANONYMI.

CANTATE Domino canticum nouum:

Pro nouis enim, inquit, quæ nobis acciderunt noua cantica. Deo offerenda sunt.

ᾌΣΑΤΕ κυρίῳ ᾆσμα καινόν·

Ἐπὶ καινοῖς γάρ, φησι, τοῖς γεγονόσι περὶ ἡμᾶς ᾄσματα καινὰ δεῖ τῷ Θεῷ.

Laus eius in Ecclesia sanctorum.

Maximè verò, inquit, sanctis, id est Deo deuotis (intelligit autem Israëlitas) conueniens est hymnus. vnde subdit:

Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων.

Μάλιστα γάρ, φησι, τοῖς ὁσίοις, τουτέστι τοῖς ἀνακειμένοις Θεῷ (λέγει δὲ Ἰσραηλίταις) πρέπει ὁ ὕμνος. ὅθεν ἐπιφέρει·

2. Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & filij Sion exultent in Rege suo.

Qui enim, inquit, reditum & omnia istiusmodi beneficia consecuti sunt, plus omnibus laudare Deum debent non solùm tamquam

β΄. Εὐφρανθήτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ υἱοὶ Σιὼν ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν.

Οἱ γὰρ ἀπολαύσαντές, φησι, τῆς ἐπανόδου καὶ πάσης τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας δίκαιοι εἰσὶ, πλέον ἁπάντων δεῖ ὑμνεῖν οὐ μόνον ὡς

λυτρω-

Digitized by Google

λυτρωσάμενον τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ καὶ ὡς δημιουργὸν καὶ ὡς βασιλέα ἐξαίρετον.

γ΄. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ·

Ποιεῖσθαι δὲ ὀφείλουσι τοὺς ὕμνους καὶ μετ' ὀργάνων. ἐπιφέρει γάρ·

Ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ.

Εἶτα καὶ τὰς αἰτίας ἐπάγει·

δ΄. Ὅτι εὐδοκεῖ κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ· καὶ ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ.

Ἐπειδή, φησιν, ηὐδόκησε τοὺς ἄγαν ταπεινωθέντας εἰς ἄκραν καταστῆσαι σωτηρίαν. πραεῖς γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ τοὺς ἄγαν ταπεινωθέντας.

ε΄. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ· ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν.

Παρέσχε δὲ αὐτοῖς, φησι, τοιούτοις ὁ θεός, τὸ σεμνύνεσθαι ἐν τῇ δόξῃ, καὶ τὸ εὐφραίνεσθαι ἐν τῇ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα αὐτῶν ἀναπαύσει. κοίτας γὰρ αὐτῶν ἐνταῦθα τὰς ἀναπαύσεις αὐτῶν καλεῖ, αἷς ἐκέχρηντο λοιπὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγέντες.

ϛ΄. Αἱ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν·

Ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ βάθει λέγει τῆς καρδίας.

Καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν·

Παρέσχε δὲ αὐτοῖς δύναμιν, φησιν, εἰς τὸ ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθρούς· ὀφειλέται οὖν αὐτῷ εἰσιν, οὐ μόνον ἐφ' οἷς ἐπανήγαγεν αὐτούς· ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς εἰς τὰ μετὰ ταῦτα δύναμιν ἐχαρίσατο μεγίστην, ὥστε τοὺς περιοίκους ἅπαντας τοὺς ἐχθραίνοντας ἀμύνεσθαι. ἐπιφέρει γάρ·

ζ΄. Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς·

Ὥστε, φησί, δύνασθαι πᾶσαν αὐτῶν ἐκδικῆσαι τὴν προλαβοῦσαν ὕβριν.

η΄. Τοῦ δῆσαι βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς.

Ὥστε, φησί, καὶ χειροπέδαις αὐτοὺς ἄγειν αἰχμαλώτους τοὺς ποτὲ μεγαλοφρονοῦντας κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν.

liberatorem de captiuitate, verùm etiam tamquam conditorem & Regem eximium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Laudent nomen eius in choro:

Debent autem hymnos etiam cum instrumentis instituere. subdit enim:

In tympano & psalterio psallant ei.

Deinde etiam caussas subiungit:

4. Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in * salute.

* Vulgata salutem.

Quoniam, inquit, placuit tibi valdè humiliatos in summam salutem restituere. Mansuetos enim hoc loco vocat valdè humiliatos.

5. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Concessit autem ipsis, inquit, istiusmodi Deus, vt in gloria celebrentur, & postliminiò in quiete sua lætentur. Cubilia enim ipsorum vocat hoc loco quietem eorum, quâ deinceps fruebantur à captiuitate exempti.

6. Exaltationes Dei in gutture eorum:

Nempe in profundo cordis intelligit.

Et gladij ancipites in manibus eorum:

Præbuit autem, inquit, ipsis potentiam ad vlciscendos inimicos: sunt igitur ipsi obstricti, non solùm quia reduxit eos; sed etiam quia postmodum maximam ipsis potentiam largitus est, vt omnes vicinos hostes vlciscerentur. subdit enim:

7. Ad faciendam vindictã in nationibus, increpationes in populis:

Vt, inquit, possent omnem iniuriam priùs acceptam vlcisci.

8. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt, inquit, etiam ipsos captiuos ducant in manicis ferreis qui olim contra Israëlitas insolenter se erigebant.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

9. Vt faciant in eis iudicium conscriptum:

Vt, inquit, istiusmodi vindicta postmodum etiam litteris mandetur. Tanta enim, inquit, erit vltio, vt futurum sit vt posteras etiam generationes minimè lateat, sed quasi in columna quapiam describenda sit ob vindictæ vehementiam.

• Gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Sic enim, inquit, solet Deus glorificare eos qui ipsi deuoti sunt.

θ'. Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρίμα ἔγγραπτον·

Ὥστε, φησὶ, τὴν ἐκδικίαν ταύτην ἀναγραπτὸν γενέσθαι καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα. τοσαύτη γάρ, φησιν, ἔσται ἡ ἐκδικία, ὥστε μηδὲ τὰς μετὰ ταῦτα γενεὰς λαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἐν στήλῃ τινὶ ἐγγεγράφθαι τῇ ἐπιτάσει τῆς τιμωρίας.

Δόξα αὕτη ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.

Οὕτω γάρ, φησιν, εἴωθεν ὁ θεὸς δοξάζειν τοὺς αὐτῷ ἀνακειμένους.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quid sit canticum nouum.

1. CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM.] Secundùm historiam quidem canticum nouum dictum est illud quod pro victoria & trophæis canebant, splendidum scilicet & illustre. q. d. Pro nouis facinoribus illustribus nouis etiam opus est canticis. Secundùm anagogen verò hoc dicit de nouo Testamento. Tunc enim facta sunt noua omnia, Testamentum nouum, creatura noua, homo nouus, vita noua, & cetera. *Laus eius in Ecclesia sanctorum.* Ante verba enim opus est vitâ & laudis operibus bonis.

Quid ad laudandum Deum requiratur.

2. LÆTETVR ISRAEL IN EO QVI FECIT EVM.] Ante singularia beneficia ponit generale. Age, inquit, gratias, quòd cùm non esses te produxerit, & sibi familiarem fecerit: age autem gratias cum iucunditate, cum lætitia, ardentique & incitato animo. Requirit enim affectionem eius qui gratias agit, vt ardeat desiderio amoris, & Deo qui laudatur totus omnino deuotus sit. Per familiaritatem enim, vt dictum, significat eum esse electum eius populum. Quamobrem subiunxit *in Rege suo.* Non solùm enim Rex erat ratione creationis, sed etiam ratione coniunctionis. Idcircò autem etiam *in choro,* vt omnes simul concordibus animis laudes offerant, vndique ad dilectionem & concordiam inuncti. Propterea quoque Oratio nostra, vt quæ ab omnibus in communi offerri debeat, pluraliter sic habet: *Pater noster qui es in cælis.* Item: *Et dimitte nobis debita nostra,* & quæ sequuntur. *In tympano* autem *& psalterio,* quia nimirum olim ita canebant: quod ipsis propter crassitiem eo-

Matth. 6.

α'. ᾌΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ᾎΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] Κατὰ μὲν ἱστορίαν ᾆσμα καινὸν εἴρηται ὃ ἐπὶ νίκῃ καὶ τροπαίοις ᾖδον, λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον. οἷον· ἐπὶ καινοῖς κατορθώμασι καινῶν δεῖ καὶ ᾀσμάτων. κατὰ δὲ ἀναγωγὴν περὶ τῆς καινῆς διαθήκης φησί. τότε γὰρ πάντα γέγονε καινά, διαθήκη καινή, κτίσις καινή, ἄνθρωπος καινός, ζωὴ καινή, καὶ τἄλλα. ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. πρὸ γὰρ τῶν ῥημάτων δεῖ τῆς διὰ τοῦ βίου καὶ ἔργων ἀγαθῶν αἰνέσεως.

β'. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΩ ΠΟΙΗΣΑΝΤΙ ΑΥΤΟΝ.] Καὶ πρὸ τῶν ἰδικῶν εὐεργεσιῶν λέγει τὴν καθολικήν. Εὐχαρίστει, φησὶν, ὅτι οὐκ ὄντα σε παρήγαγε, καὶ ᾠκειώσατο· εὐχαρίστει δὲ μετ' ἡδονῆς, μετ' εὐφροσύνης διαθερμαινόμενος τὴν διάνοιαν. τὴν διάθεσιν γὰρ ἐπιζητεῖ τοῦ εὐχαριστοῦντος, ἵνα ἐκκαίηται τῷ φίλτρῳ, ἵνα ὅλος ἀνάκειται τῷ ὑμνουμένῳ θεῷ. τὴν γὰρ οἰκείωσιν, ὡς εἴρηται, αἰνίττεται τὸ ἐξαίρετον αὐτοῦ εἶναι λαόν. διὸ ἐπήγαγεν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. οὐ γὰρ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον ἦν βασιλεύς, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς οἰκειώσεως. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐν χορῷ, ἵνα κοινῇ πάντες καὶ ὁμοθυμαδὸν ἀναφέρωσι τὰς εὐφημίας, πανταχόθεν εἰς ἀγάπην ἀλειφόμενοι καὶ ὁμόνοιαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡ προσευχὴ ἡμῶν, ὡς ἀπὸ κοινοῦ ὀφειλομένη προσφέρεσθαι, ἔχει πληθυντικῶς τό· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ τό· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, καὶ ἑξῆς. ἐν τυμπάνῳ δὲ καὶ ψαλτηρίῳ, ὅτι τὸ παλαιὸν οὕτως ᾖδον· συγχωρηθὲν αὐτοῖς διὰ τὴν

Digitized by Google

τὴν παχύτητα. ὁ δὲ τὴν ἀναγωγὴν φιλῶν εἴποι ἄν, ὅτι τὸ μὲν τύμπανον τὴν τῆς σαρκὸς ἐπιζητεῖ νέκρωσιν, τὸ δὲ ψαλτήριον, τὸ πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν. ἄνωθεν γὰρ τοῦτο κινεῖται τὸ ὄργανον. οὐκ οὖν χαλκῷ ἠχοῦντι καὶ ὀργάνοις θελκτικοῖς τὰς θείας ἐπιτρέπει ᾠδὰς, ἀλλὰ τύμπανον τὴν ἑαυτῶν σάρκα ἀποτελεῖν παρεγγυᾷ νεκρὰν τοῖς γηΐνοις ὑπάρχουσαν μέλεσι. χορὸς δὲ τὴν σύμφωνον τῆς ἐκκλησίας ἁρμονίαν ἐπιζητεῖ, καὶ χορδὰς τὰς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις δηλοῖ ὑφ' ὧν τὸ τῆς γλώττης ἀνακρούεται πλῆκτρον. καὶ ὄργανον ὁ πᾶς γίνεται ἄνθρωπος θεῷ εὐάρεστος καὶ ἀνθρώποις εὐάρμοστος. εἶτα καὶ τὰς αἰτίας ἐπάγει·

δʹ. Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ.] Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς εὐημερίας, ὅταν ὁ θεὸς ἵλεως ᾖ καὶ εὐδοκῇ ἐν τοῖς πραέσι. ὅρα πάλιν πῶς καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τίθησι καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων. τὸ μὲν γὰρ ὑψῶσαι αὐτοῦ ἐστι, τὸ δὲ εἶναι πρᾶον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. Οὐ γὰρ γίνεται τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ, ἐὰν μὴ τὰ παρ' ἡμῶν προηγῆται. καὶ ὅρα τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος. Οὐκ εἶπε, σώσει αὐτοὺς, ἀλλ', ὑψώσει ἐν σωτηρίᾳ. τουτέστι, περιβλέπτους αὐτοὺς ποιήσει καὶ περιφανεῖς, μετὰ τῆς σωτηρίας καὶ δόξαν αὐτοῖς παρέχων. τοῦτο γοῦν ἐπεξιὼν φησιν·

εʹ. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ.] Ὥσπερ ἐκεῖ πραεῖς ἐπιζητεῖ, οὕτω κἀνταῦθα ὁσίους. τὸ δὲ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν πολλὴν δείκνυσι τὴν ἄδειαν, πολλὴν τὴν ἄνεσιν, πολλὴν τὴν εὐφροσύνην, ὥστε εἰδέναι αὐτοὺς ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, οὐδὲ οἰκείοις ὅπλοις, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ τὸ πᾶν γέγονε, καὶ ὅτι ταύτην ἐπισπάσασθαι δεῖ διὰ ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος. κοίτας γὰρ τὰς ἀναπαύσεις καλεῖ, αἷς ἐκέχρηντο τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγέντες. ἀναπαύσεως γὰρ ἡ κλίνη σημαντική. Ἄλλος τὸν θάνατον τῶν ὁσίων ἠνίξατο διὰ τῶν κοιτῶν· κοίμησιν γὰρ εἴωθε καλεῖν αὐτὸν ἡ γραφή.

ϛʹ. Αἱ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν· καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.] Ὁ Ἀκύλας ἐπιδεικτικώτερον· Μάχαιρα στομάτων ἐν χειρὶ αὐτῶν. Καὶ ἀλλαχοῦ γάρ· υἱοὶ ἀνθρώπων οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλα καὶ βέλη. ἐνταῦθα δὲ τὸν μετὰ χορείας πόλεμον δηλοῖ· ὅτι ᾄδοντες καὶ ὑμνοῦντες οὕτω περιέ-

rum permittebatur. Qui verò anagogen amat dicere possit, tympanum quidem requirere carnis nostrę mortificationem, psalterium verò, vt in cælum suspiciatur. Hoc enim instrumentum à superiori parte mouetur. Non igitur ære sonoro & instrumentis lasciuis diuinas odas cani iubet, sed vt corpus nostrum tympanum efficiamus mortificantes membra nostra quę sunt super terram. Chorus autem exigit concordem Ecclesiæ concentum, & per chordas significat nostros sensus quibus linguæ plectrum pulsatur. Et sic totus homo beneplacens Deo & hominibus consentiens organum efficitur. Deinde etiam causas subiungit:

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

Tympanum & psalterium quid mysticè.

Coloss. 3, 5.

4. QVIA BENEPLACITVM EST DOMINO IN POPVLO SVO.] Quid cum hac possit felicitate conferri, quando Deus fuerit clemens & propitius, & beneplacuerit sibi in mansuetis. Vide quomodo rursus ponat & quæ Dei sunt & quæ hominum. Exaltare enim ipsius est, mansuetum verò esse hominum est. Quę enim à Deo proficiscuntur non fiunt, nisi præcesserint ea quæ sunt partium nostrarum. Considera autem doni magnitudinem. Non dixit, *Saluabit eos*, sed, *Exaltabit in salute*. hoc est, Spectabiles illos reddet & illustres, cum salute etiam gloriam ijs præbens. Hoc itaque explanans ait:

5. EXVLTABVNT SANCTI IN GLORIA.] Quemadmodum illic requirit mansuetos, ita hîc etiam sanctos. Illud autem *Letabuntur in cubilibus suis* magnam ostendit securitatem, magnam quietem, magnam lætitiam, vt sciant non suis armis, nec suis viribus, sed Dei auxilio id totum factum esse, & oportere illud attrahere per humilitatem & mansuetudinem. Cubilia enim vocat quietem, quâ perfruebantur à captiuitate iam liberati. Cubile enim quietem designat. Alius per cubilia mortem sanctorum significauit: hanc enim Scriptura solet vocare dormitionem.

Magna est sanctorum securitas.

6. EXALTATIONES DEI IN GVTTVRE EORVM: ET GLADII ANCIPITES IN MANIBVS EORVM.] Aquila artificiosiùs ait: *Gladius orium in manu eorum*. Etenim alibi dicitur: *Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ*. Hîc autem significat bellum cum chorea gerendum; & canentes ac laudantes ita victuros.

Psal. 56, 5.

Sancti etiam cantantes pugnant.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ros. *Exaltationes* enim hoc loco dicit hymnologias & psalmodias. Hoc etiam in Macchabæis accidit: nam quando cum hostibus confligebant, Psalmum centesimum trigesimum quintum concinebant, vti ex libro eorum discere licet. Quapropter alius illud *Exaltationes* ait *Hymnologia:* vel ac si dicat in profundo cordis. Quid porrò est *Ad faciendam vindictam?* vt nimirum vlciscerentur omnem iniuriam quam priùs acceperant. *Increpationes* verò: quia qui vincebant hostes populis probrum ingerebant. Id est, Manifestum reddebant quomodo vindex Deus seruis quidem suis robur addat, hostes verò tamquam aduersarios suos perdat. Vel pollicetur se increpaturum exprobrantes, & rebus ipsis ostensurum quod non Dei imbecillitas, sed ipsorum peccata dederint eis victoriam. Cùm itaque satis pœnarum dedissent, solùm annuit benignus ac clemens Deus, & res eorum in admirabilem venere mutationem. Vide autem victoriam.

Sanctorum victoria & gloria qualis.

8. AD ALLIGANDOS REGES EORVM.] Vidisti fortitudinis abundantiam? Non solùm enim hostes expulerunt, sed ijs etiam captis reuersi sunt, Dei potentiam ostendentes. Quid autem est *iudicium conscriptum?* Apertum, manifestum, quod est in confesso, ita vt hæc vltio posteritati litteris mandetur, & non possit dari obliuioni. Talis, inquit, erit victoria, tale trophæum, vt omnibus sit manifestum, æquè apertum ac si esset in columna inscriptum, & numquam delendum. *Gloria hac* non vicisse, sed ita vicisse per Dei opem. Assiduè autem sanctorum mentionem facit, ad virtutis curam habendam eos excitans. Gloria autem non est sola victoria, sed etiam hymni. q.d. Qui hos hymnos canunt magnã sibi ipsis gloriam afferent. Liceat hæc quoque anagogicè dicere. *Ad faciendam vindictam in nationibus.* Nationes autem dicit eas quæ in gentilismo remanent, neque Christum suscipiunt; de quibus vltio sumetur vti Saluator ait: Inimicos meos qui me super ipsos regnare nolunt occidite in conspectu meo. *Increpationes in populis*, ijs scilicet qui per cognitionem facti sunt familiares, quos etiam vlciscetur tamquam inimicos. Ceterùm increpabit Dominus peccata diiudicans. Reges autem Gentium alligentur, nempe ipsorum infidelium, non eorum qui pietatem colunt.

σονται. ὑψώσεις γὰρ ἐνταῦθα τὰς ὑμνολογίας τὰς ψαλμῳδίας λέγει. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων γέγονε· συμβαλόντων γὰρ τοῖς πολεμίοις, τὸν ρλέ ψαλμὸν ᾖδον, ὡς ἔστιν ἐκ τῆς βίβλου αὐτῶν μαθεῖν. ἄλλος δὲ ἑτέρως τὸ ὑψώσεις φησὶν αἱ ὑμνολογίαι· ἢ ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας. Τί δέ ἐστι τοῦ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν; ὥστε πᾶσαν ἐκδικεῖν τὴν προλαβοῦσαν ὕβριν. ἐλεγμοὺς δέ· νικῶντες γὰρ τοὺς πολεμίους ἔλεγχον παρεῖχον τοῖς λαοῖς. τουτέστι, φανερὸν ἐποίουν ὡς ὁ ἐκδικητὴς Θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ μὲν θεράπουσι δίδωσι τὸ κράτος, τοὺς δὲ πολεμίους ὡς ἀντικειμένους ἀπόλλυσιν. ἢ ἐλέγξαι τοὺς ὀνειδίζοντας ἐπαγγέλλεται, καὶ δεῖξαι διὰ τῶν ἔργων ὅτι οὐχ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀσθένεια, ἀλλ' αἱ αὐτῶν ἁμαρτίαι ἔδωκαν ἐκείνοις κρατῆσαι. ὅτι γοῦν δίκην ἔδοσαν ἱκανὴν, ἔνευσε μόνον ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, καὶ τὰ πράγματα εἰς θαυμαστὴν ἦλθε μεταβολήν. Καὶ ὅρα τὴν νίκην.

η'. ΤΟΥ ΔΗΣΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΑΥΤΩΝ.] Εἶδες περιουσίαν ἰσχύος; οὐ γὰρ ἀπήλασαν τοὺς πολεμίους μόνον, ἀλλὰ καὶ δεσμώτας λαβόντες ἐπανῆλθον, ἐπιδεικνύμενοι τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν. τί δέ ἐστι κρῖμα ἔγγραπτον; φανερὸν, ὡμολογημένον, ὥστε τὴν ἐκδικίαν ταύτην ἀνάγραπτον γενέσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα, οὐ δυναμένην παραδοθῆναι λήθῃ. Τοιαύτη, φησὶν, ἔσται ἡ νίκη, τοιοῦτον τὸ τρόπαιον, ὡς ἅπασιν εἶναι δῆλον, οὕτω σαφὲς καθάπερ ἐν στήλῃ γεγραμμένον, καὶ μηδέποτε ἐξαλειφόμενον. δόξα αὕτη οὐ τὸ νικῆσαι, ἀλλὰ τὸ οὕτως νικῆσαι διὰ τῆς θείας συμμαχίας. συνεχῶς δὲ μέμνηται τῶν ὁσίων, διεγείρων αὐτοὺς εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. οὐ μόνη δὲ ἡ νίκη δόξα, ἀλλὰ καὶ οἱ ὕμνοι. οἷον· ὅτι ὑμνοῦντες μεγάλην ἑαυτοῖς περιθήσουσι δόξαν. ἔξεστι δὲ ταῦτα καὶ ἀναγωγικῶς εἰπεῖν. τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. ἔθνη δὲ τὰ τῷ ἑλληνισμῷ ἐναπομείναντα λέγει, καὶ Χριστὸν μὴ δεξάμενα, παρ' ὧν ἔσται ἡ ἐκδίκησις ὡς λέγει ὁ σωτήρ· τοὺς ἐχθρούς μου τοὺς μὴ θέλοντας βασιλεῦσαί με ἐπ' αὐτοὺς σφάξατε ἔμπροσθέν μου. ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς, τοῖς οἰκειωθεῖσι εἰς γνῶσιν, οὓς οὐκ ἐκδικήσει ὡς ἐχθρούς. ἀλλ' ἐλέγξει ὁ δεσπότης ἁμαρτήματα ἀνακρίνων. Βασιλεῖς δὲ ἐθνῶν δεθήσονται, αὐτῶν τῶν ἀπίστων, οὐ τῶν ἐν εὐσεβείᾳ.

διὰ τί δὲ ἐν πέδαις καὶ χειροπέδαις; ὥστε πέδαις τοὺς πόδας ἀσφαλισθῆναι, χειροπέδαις τὰς χεῖρας. δήσαντες γὰρ αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, φησὶ τὸ Εὐαγγέλιον, βάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Κρῖμα δὲ ἔγγραπτον τὸ γεγραμμένον φησὶ τὸ· καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες. τί δὲ ἔσται τούτων γινομένων; Δόξα, φησὶν, αὕτη ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ· ὡς ὁ Ἀπόστολος λέγει κρίνειν τὸν κόσμον. ἀρκεῖ γάρ, φησι, τοῖς ἁγίοις εἰς δόξαν, κρῖναι τοὺς κρίνοντας.

Cur autem in compedibus & manicis? vt nimirum compedibus pedes, manicis verò manus muniantur. *Ligatis* enim, inquit Euangelium, *manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Iudicium* autem *conscriptum* ait illud quod scriptum est: *Sedebitis super sedes duodecim iudicantes.* Quid porrò erit cùm hæc facta fuerint? *Gloria*, inquit, *hæc est omnibus sanctis eius:* quos Apostolus ait mundum iudicaturos. Sufficit enim, inquit, sanctis ad gloriam, quòd iudicantes iudicent.

CATENA PATRVM. Matth. 22, 13. Matth. 19, 28.

CATENA PATRVM.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτον προσφέρειν τὸν ὕμνον παρακελεύονται οἱ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὰ πολλὰ ἔθνη ἐκεῖνα διὰ τῆς θείας νενικηκότες ῥοπῆς. ἔχει δὲ πρόρρησιν καὶ τῶν ὑπὸ τῶν Μακκαβαίων κατορθωμάτων.

ORIGENIS. Illi qui post reditum multas illas Gentes per auxilium diuinum vicerant hunc hymnum afferre iubentur. Ceterùm habet etiam prædictionem eorum quæ à Macchabæis præclarè gesta fuerunt.

α. ᾌΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ᾎΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδεὶς μὴ ἐκδυσάμενος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ ᾄσεται τὸ καινὸν ᾆσμα· δεῖ δὲ καὶ ἐνδύσασθαι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ἵνα τις ᾄσῃ τὸ καινὸν ᾆσμα. ἔτι δὲ χρὴ τὸν μὲν ἔξω καὶ παλαιὸν ἄνθρωπον διαφθείρεσθαι, ἅτε ὄντα ἀπὸ χοῦ· τὸν δὲ ἔσω ἀνακαινοῦσθαι ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, ἀπὸ τῆς καινῆς διαθήκης γινόμενον ἄξιον καινοῦ οὐρανοῦ καὶ καινῆς γῆς, καὶ οὕτως ἄγοντα ἑορτὴν τὰ ἐγκαίνια, ἥτις χειμῶνος ὥρᾳ τῶν πειρασμῶν ἄγεται ὑπὸ τοῦ λέγοντος· ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι· καὶ καυχωμένου ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ λέγοντος· ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι.

1. CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM.] ANONYMI. Nemo qui nondum exuit *veterem hominem cum actibus suis* canet canticum nouum: quin etiam oportet induere *nouum eum qui renouatur in agnitionem, secundùm imaginem eius qui creauit illum*, vt quis canat canticum nouum. Adhuc autem oportet quidem eum qui foris est & veterem hominem corrumpi, vtpote de puluere existentem, eum verò qui intus est renouari de die in diem, vt per nouum Testamentum dignus fiat nouo cælo & terrâ nouâ, atque ita celebret festum encæniorum, quod hiemis tempore tentationum agitur ab eo qui dicit; *In tribulatione dilatasti mihi*; & gloriatur in tribulationibus; & ait: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.*

Coloss. 3, 9. Quis canat canticum nouum. 2. Cor. 4, 16. Ioan. 10, 22. Psal. 4, 2. 2. Cor. 4, 8.

Η ΑΙΝΕΣΙΣ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΟΣΙΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ· ὅπως οὐδὲ ἐν ἐκκλησίᾳ πονηρευομένων, ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων· καὶ ἐν ταύτῃ μᾶλλον ἢ ἐν ἑνὶ ἢ ἐν ὀλίγοις.

LAVS EIVS IN ECCLESIA SANCTORVM.] ORIGENIS. Quemadmodum *non est speciosa laus in ore peccatoris*; ita nec in Ecclesia malignantium, sed in Ecclesia sanctorum: idque in hac potiùs quàm vel in vno aliquo aut in paucis.

Eccli. 15, 9.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πῶς πρὸ τῶν ῥημάτων τὴν διὰ τοῦ βίου καὶ τῶν ἔργων εὐχαριστίαν ἐπιζητεῖ, καὶ τούτους εἰς τὸν χορὸν ἄγει τῶν ὑμνούντων; Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ διὰ ῥημάτων εὐχαριστεῖν μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἡ διὰ τῆς πράξεως ἀρετὴ συμβαίνῃ. καὶ ἕτερον δὲ

CHRYSOSTOMI. Vides quomodo ante verba requirat gratiarum actionem quæ fit per vitam & bona opera, & tales deducat in chorum laudantium? Non sufficit enim verbis solùm gratias agere, nisi etiam factorum virtus concurrat. Aliud quoque hîc

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

hîc docet, oportere nimirum ſimul & cum omni concentu laudes offerre. Eccleſia enim eſt nomen conuentus & congregationis.

2. LÆTETVR ISRAEL IN EO QVI FECIT EVM.] ORIGENIS. Cùm de illo quidem quod eſt ſecundùm imaginem dictum ſit illud *fecit*, de eo verò quod eſt de puluere dictum ſit *formauit*, & ſancta lætitia conſiſtat in eo quod eſt ſecundùm imaginem; idcircò Iſraël iubetur lætari in eo qui fecit eum. Filijs autem Sion imperat Chriſtus, id eſt ſapientia, verbum, veritas, in quo exultent.

Gen. 1.

3. LAVDENT NOMEN EIVS IN CHORO.] CHRYSOSTOMI. Vides rurſus etiam hunc reſplendere concentum? Ideò enim inſtituti ſunt chori, vt omnes ſimul concordibus animis laudes offerant. Hoc nempe Paulus quoque ſignificat dicens: *Non deſerentes collectionem noſtram.* Hoc item ſignificat precatio Dominica, quæ ſimul in communi ab omnibus offertur: *Pater noſter*, &c.

Heb. 10, 25.

Matth. 6.

ORIGENIS. Cùm multi in eadem mente & eadem ſententia vnanimiter vno animo & vno corde laudant nomen & proprietatem Regis, tunc laudant nomen eius in choro cum concentu.

IN TYMPANO ET PSALTERIO.] CHRYSOSTOMI. Nonnulli quidem horum etiam inſtrumentorum rationem anagogicè ſumentes dicunt, tympanum quidem requirere carnis noſtræ mortificationem, pſalterium verò vt in cælum aſpiciatur: hoc enim inſtrumentum à ſuperna parte mouetur, non ab inferna, vt cithara. Ego autem illud dixerim, quod per hæc inſtrumenta olim ſic ducebantur propter ingenij eorum hebetudinem, & quòd recèns auulſi erant à ſimulacris. Quemadmodum ergo conceſſit ſacrificia, ita etiam hæc permiſit, ad imbecillitatem eorum ſe accommodans. Ab eis ergo hîc exigit vt canant cum gaudio. Hoc enim ſibi vult illud, *Laudent nomen eius in choro.* Deinde eos rurſus ad maiorem animi alacritatem excitat, dicens eius qui canitur erga eos beneuolentiam.

Quid tympanum & pſalterium myſticè.

ORIGENIS. Qui quidem mortificant membra ſua quæ ſunt ſuper terram, eaq; in lignum agunt, vt ſimul cum Chriſto crucifigant principatus ac poteſtates, hi in tympano pſallunt

τι καὶ ἐνταῦθα παιδεύει, ὅτι ὁμοῦ καὶ μετὰ συμφωνίας ἁπάσης δεῖ τὰς εὐφημίας ἀναφέρειν. τοῦ συστήματος γὰρ καὶ συνόδου τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄνομα.

β΄. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ ΙΣΡΑΗΛ ΕΠΙ ΤΩ ΠΟΙΗΣΑΝΤΙ ΑΥΤΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ περὶ μὲν τοῦ κατ᾽ εἰκόνα τὸ ἐποίησεν εἴρηται, περὶ δὲ τοῦ ἀπὸ τοῦ χοῦ τὸ ἔπλασε, καὶ ἡ ἁγία εὐφροσύνη ἐν τῷ κατ᾽ εἰκόνα ἐστὶ· διὰ τοῦτο Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν προστάσσεται εὐφρανθῆναι. υἱοῖς δὲ Σιὼν βασιλεύει Χριστὸς, τουτέστι σοφία, λόγος, ἀλήθεια, ἐφ᾽ ᾧ ἀγαλλιάσθωσαν.

γ΄. ΑΙΝΕΣΑΤΩΣΑΝ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΧΟΡΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πάλιν καὶ ταύτην τὴν συμφωνίαν διαλάμπουσαν; διὰ γὰρ τοῦτο χοροὶ, ἵνα κοινῇ πάντες καὶ ὁμοθυμαδὸν ἀναφέρωσι τὰς εὐφημίας. τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος δηλοῖ λέγων· Μὴ ἐγκαταλιμπάνοντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ εὐχὴ ἡ κυριακὴ τοῦτο αἰνίττεται, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων ἀναφερομένη· Πάτερ ἡμῶν, καὶ ἑξῆς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐὰν οἱ πολλοὶ ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ ὁμοθυμαδὸν μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ καρδίᾳ αἰνῶσι τὸ ὄνομα καὶ τὴν ἰδιότητα τοῦ βασιλέως, αἰνοῦσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ μετὰ συμφωνίας.

ΕΝ ΤΥΜΠΑΝΩ ΚΑΙ ΨΑΛΤΗΡΙΩ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τινὲς μὲν καὶ τούτων τῶν ὀργάνων τὸν λόγον κατ᾽ ἀναγωγὴν μεταχειρίζοντες φασὶν, ὅτι τὸ μὲν τύμπανον τὴν νέκρωσιν τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐπιζητεῖ, τὸ δὲ ψαλτήριον τὸ πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν· καὶ γὰρ ἄνωθεν τὸ ὄργανον κινεῖται, οὐ κάτωθεν, ὥσπερ ἡ κιθάρα. ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο εἴποιμι, ὅτι τὸ παλαιὸν οὕτως ἤγοντο διὰ τῶν ὀργάνων τούτων, διὰ τὴν παχύτητα αὐτῶν τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἄρτι ἀπὸ εἰδώλων ἀπεσπάσθαι. ὥσπερ οὖν τὰς θυσίας συνεχώρησεν, οὕτω καὶ ταῦτα ἐπέτρεψε, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ. ἀπαιτεῖ τοίνυν ἐνταῦθα μεθ᾽ ἡδονῆς ᾄδειν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ. εἶτα πάλιν εἰς πλείονα προθυμίαν αὐτοὺς ἐμβάλλει, λέγων καὶ τοῦ ὑμνουμένου τὴν εὔνοιαν τὴν περὶ αὐτούς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ μὲν νεκρώσαντες τὰ ἐπὶ γῆς μέλη, καὶ ἀναγαγόντες ἐπὶ τὸ ξύλον, τῷ Χριστῷ συσταυρῶσαι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐν τυμπάνῳ ψάλλουσι τῷ Θεῷ·

Digitized by Google

θεῷ· οἱ δὲ ὁλόκληροι καὶ ἁρμόνιοι τῷ πνεύματι, ἐν ψαλτηρίῳ.

δ'. ΟΤΙ ΕΥΔΟΚΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΛΑΩ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐδοκεῖ κύριος ἐν τῇ ἰδίᾳ μερίδι, ἥτις ἐστὶν ὁ λαὸς αὐτοῦ, οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὸς ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου λαῷ. Καὶ ὑψώσει πρᾳεῖς εἰς γῆν ἣν κληρονομοῦσιν οἱ πρᾳεῖς, οὐ τὴν κάτω, ἀλλὰ ταύτην ἐφ' ἧς ἐστιν ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. ὑψώσει γὰρ θεὸς πρᾳεῖς ἐν σωτηρίᾳ· καὶ καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ. ἐν ποίᾳ δόξῃ; εὐλόγως περὶ ἧς φησιν· ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω. ἢ τοιαύτῃ ὁποίαν εἶχε Μωσῆς, ὅτε δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ προσώπου αὐτοῦ· καὶ περὶ ἧς φησιν ὁ Παῦλος· Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν, οἷς ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· οἳ καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦσιν, οὐ κώμοις καὶ μέθαις, οὐ κοίταις καὶ ἀσελγείαις.

ϛ'. ΑΙ ΥΨΩΣΕΙΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΕΝ ΤΩ ΛΑΡΥΓΓΙ ΑΥΤΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὧν οὐ τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ, τούτων ὑψώσεις θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν· καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν τῶν ἑτοίμως ἐχόντων ἐκδικεῖν πᾶσαν παρακοὴν, καὶ καθαιρούντων πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ῥομφαία δίστομός ἐν χερσὶν ἐστιν ὁ λόγος ἐστομωμένος, κατὰ μὲν τὸ ἕτερον ὑπὲρ ἀληθείας, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον κατὰ τοῦ ψεύδους.

ζ'. ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ ΕΚΔΙΚΗΣΙΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐκδίκησιν μὲν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐν τοῖς ἑτεροδόξοις, ἐλεγμοὺς δὲ ἐν τοῖς λαοῖς, τοῖς ἁμαρτάνουσι, κατὰ τὸν βίον νομιζομένοις εἶναι ἐκκλησιαστικοῖς.

η'. ΤΟΥ ΔΗΣΑΙ ΤΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΑΥΤΩΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ συμβιβάζων διδασκάλους ἑτεροδόξων, καὶ τοὺς ἐν ἐκείνοις δοκοῦντας διὰ νομιζομένην ἱκανότητα ἐνδόξους, δεῖται βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, ἵνα μὴ προβαίνωσι τῷ λόγῳ αὐτῶν, καὶ τὰς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς, ἵνα μηκέτι κρατῶσι τὸν πάλαι διὰ τὸ εὐεξαπάτητον κρατούμενον.

θ'. ΤΟΥ ΠΟΙΗΣΑΙ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΚΡΙ-

Deo: qui verò toti sunt spiritui consentientes, in psalterio.

CATENA PATRVM.

4. QVIA BENEPLACITVM EST DOMINO IN POPVLO SVO.] ORIGENIS. Complacet sibi Dominus in parte sua, quæ est populus eius, non in alio populo alicuius Principis sæculi huius. Et exaltabit mansuetos in terra quam mites hereditate accipiunt, non hanc inferiorem, sed illam vbi est superna Hierusalem. Exaltabit enim Deus mansuetos in salute: & exultabunt sancti in gloria. In quali gloria? vtique de qua dicit: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Vel in tali qualem Moyses habuit, quando glorificata fuit facies vultus eius; & de qua Paulus ait: *Nos verò omnes reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem.*

Deus complacet sibi in sanctis.

1. Cor. 10, 17.

Exodi 34.

2. Cor. 3, 18.

EIVSDEM. *Latabuntur in cubilibus suis,* quibus *nox præcessit, dies autem appropinquauit:* qui etiam tamquam in die honestè ambulant, *non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs.*

Rom. 13, 12.

Ibid. 13.

6. EXALTATIONES DEI IN GVTTVRE EORVM.] ORIGENIS. Quorum guttur non est sepulchrum patens, horum exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum qui prompti sunt ad vlciscendam omnem inobedientiam, & destruunt *omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.*

2. Cor. 10, 5.

ANONYMI. Gladius anceps in manibus est verbum acutum, secundùm alium quidem pro veritate, secundùm alium verò contra mendacium.

7. AD FACIENDAM VINDICTAM.] ORIGENIS. *Vindictam* quidem *in nationibus*, scilicet in heterodoxis, *increpationes* verò *in populis*, scilicet peccatoribus, qui secundum vitam putantur Ecclesiastici.

8. AD ALLIGANDOS REGES EORVM.] ORIGENIS. Qui conciliat Doctores heterodoxorum, & eos qui ob existimatam sufficientiam inter illos nobiles existunt, is alligat Reges eorum in compedibus, ne sermone ipsorum proficiant, & nobiles eorum in manicis ferreis, ne ampliùs detineant eum qui olim ob deceptionis facilitatem fuerat superatus.

9. VT FACIANT IN EIS IVDI-

ANNOTATIONES CORDERII.

CIVM CONSCRIPTVM.] ORIGENIS. Faciunt sancti iudicium conscriptum, & scripturâ illâ quæ in spiritu est dignum, in prædictis Regibus & nobilibus: & omnia prædicta gloria sunt omnibus sanctis Dei, ita vt is qui hæc non habet non sit sanctus Dei.

ΜΑ ΕΓΓΡΑΠΤΟΝ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ποιοῦσιν οἱ ὅσιοι κρῖμα ἔγγραφον, καὶ γραφῆς τῆς ἐν πνεύματι ἄξιον, ἐν τοῖς προειρημένοις βασιλεῦσι καὶ ἐνδόξοις· καὶ πάντα τὰ προειρημένα δόξα ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις τοῦ θεοῦ, ὡς τὸν μὴ ἔχοντα ταῦτα μὴ εἶναι ὅσιον θεοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

CVM superiori Psalmo omnem creaturam inuitasset ad auctorem suum pro creationis beneficio laudibus celebrandum; hîc inuitat Ecclesiam ad Deum pro particularibus beneficijs nouo cantico collaudandum. Descendit ergo à thesi ad hypothesin. q.d. Ecclesia præcipuè celebret Deum, & hymnos de eo instituat.

1. *Cantate Domino canticum nouum.*] Id est recens & insolitum, noui argumenti vel materiæ, ob nouum beneficium aduentus Christi: vel noui artificij & operis, rarum, exquisitum, præstans, singulare. Ita Genebrardus exponit. Vtrumque Nicetas in quadragesimam tertiam Orationem Nazianzeni tradit his verbis: *Est autem canticum nouum, si historiam spectes, praclarus ille & insignis cantus, qui ob prosperum quemdam successum ac victoriam canitur; si autem allegoricum sensum quaras, noui Testamenti cantio. Tum enim noua omnia facta sunt, & creatura noua, & nouus homo, & vita noua, & noua mandata, & noua gratia, & noua pollicitationes, & noua sacramenta, & noua precepta. Atque eo nomine nouum Testamentum dicitur non solùm à tempore, sed etiam a natura earum rerum qua in eo contigerunt; quandoquidem omnia innouata sunt, & inprimis homo, propter quem omnia extiterunt.* Plura de Cantico nouo vide superiùs ad Psal. 32. vers. 3. & Psal. 39. vers. 4. annotata.

Canticum nouum est nouum Testamentum.

IBIDEM. *Laus eius in Ecclesia sanctorum.*] Hoc est in choro atque cœtu sacrorum hominum, qui maximè vnam illam ob causam in adytis templisque venerandis tabernaculum vitæ suæ collocant. Illi sancti sunt, qui Numini voti & consecrati pollicentur sanctimoniam, qui quotidie in Sanctum sanctorum ingrediuntur, & ex consortio diuinæ mentis sanctitatem hauriunt. Laus igitur Dei *in Ecclesia sanctorum* excellentiæ priuilegio ob sublimem statum, ob munus sanctitatis & beatis Angelis honorandam consecrationem. Sancti enim excellenter gratiarum dona suscipiunt, deuotionem persentiunt, gratulationem persoluunt. Laus quidem ab omni genere creaturæ Deo soluitur ministerio dissimili, muto rerum, vano sæpè hominum: ad Mystas verò Liturgosque pios, diuinis cærimonijs & religionibus inauguratos, pertinet pulcherrimis & sanctissimis illud modis agere. Ita Cresollius noster in Anthologia cap. 4. sect. 6. vbi de Dei laude tractat.

A sacris hominibus laus Deo grata persoluitur.

3. *Laudent nomen eius in choro.*] At cur non potiùs hortatur, vt singuli seorsum intrent in cubiculum suum, & clauso ostio suo orent Patrem suum in abscondito? Credo hîc non prohiberi à Propheta solitudinem corporum quæ à Christo Domino commendatur, sed inculcari societatem animorum, quæ ad orationem præcipuè conducit. Vnde D. Chrysostomus ad hunc locum: *Ideò*, inquit, *instituti sunt chori, vt omnes simul concordibus animis laudes offerant.* Cui concinit D. Ambrosius præfatione in Psalmos; vbi docet musicos choros institui in Ecclesia, non tam vt voces in harmoniam quàm vt mentes in concordiam conspirent: *Psalmus*, inquit, *dissidentes copulat, discordes sociat, offensos reconciliat. Quis enim non remittat ei, cum quo vnam ad Deum vocem emiserit? Magnum planè vnitatis vinculum, in vnum chorum totius numerum plebis coire. Dispares cithara nerui sunt, sed vna symphonia.* Vnde Christus Dominus ab eo qui laudum harmoniam offert priùs animorum concordiam requirit: *Si offers*, inquit, *munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.* Quem locum Tertullianus lib. de Oratione cap. 10. expendens: *Quid est*, inquit, *ad pacem Dei accedere sine pace? Ad remissionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit Patrem iratus in fratrem? nam & Ioseph dimittens fratres suos ad perducendum patrem, Et ne, inquit, irascamini in via.* Quasi diceret: Si Iosephus patrem ad se euocaturus priùs fratres inter se pacificauit, veritus, ne prudens pater inter discordes fratres venire recusaret: quo pacto Christus Dominus se flecti & placari à discordibus fratribus patietur?

Matth. 6, 6.

Animorum societas ad orationem conducit.

Matth. 5, 24.

Gen. 45, 24.

IBIDEM. *In tympano & psalterio psallant ei.*] S. Chrysostomus ait hoc loco *tympanum* significare νέκρωσιν σαρκός, *mortificationem carnis.* Est autem (vt ait Isidorus lib. 3. Etymologiarum) instrumentum illud sonorum, pellis extenta, quæ bacillis feritur; idemque vult appellari *symphoniam*, quæ hinc inde musicâ manu pulsa è concordia grauis & acuti suauissimum concentum efficiat. Sed harmonia longè dulcior est futura, si cum tympano iungatur psalterium. Psalterium enim est musicum instrumentum, quod, vt ait Chrysostomus, à superiori parte sonos edit, vt ab inferiore cithara: vt intelligamus in eo genere mortificationis nec laudem hominum nec vile quidpiam & abiectum intueri nos oportere, sed mentem in cælum tollendam, Deumque spectandum. Ait igitur membra omnia debere gratam efficere musicam & cælo dignam symphoniam, quâ rerum omnium architectus & molitor Deus laudetur: tunc autem fieri hominem citharam mirificam, & audiri melodiam ταναρμόνιον, *musicâ numerosâ perfectam*, cùm partes omnes in bonum consenserint. Quam D. Paulus vt Melochorus intelligens

Tympanum quid sit, & cuius rei symbolum.

Psalterium quid sit.

Digitized by Google

Rom 6.

ligens & peritus commendat, cùm iubet *vt exhibeamus membra nostra arma iustitiæ Deo.* Quòd si Iustitia chorum omnium virtutum complectitur, qualis tandem concentus exaudietur è membris virtute sonantibus & Deo sacris?

Deus mansuetos ad singularem gloriam exaltat.

4. *Exaltabit mansuetos in salutem.*] Pace nimirum partâ, vitijs superatis, triumphatis hostibus, pulsis ablatisque remotis beatæ vitæ consequi hoc videtur, vt agonotheta potentissimus Rexque sæculorum de præmio cogitet ijsque munerandis, qui mansuetudinis suæ laudem atque memoriam inter homines reliquerint. Causam ibidem reddit pius Vates, *Quia beneplacitum est Domino in populo suo.* Quæ ratio est maximè congruens diuinæ magnificentiæ & bonitati. Æquum enim est, vt eos, quos tam charos habuit in vita, & in quibus benè sibi placuit ob virtutem propè omnium pulcherrimam, defunctos huius vitæ laboribus beet & coronet. Ob illius amorem mites singulari animi demissione sæpè se abiecerunt: illos ergo in sublime attollet, atque ad felicissimum & propè dicam inuidendum gloriæ gradum euehet. *Exaltabit,* inquit, *mansuetos in salutem:* S. Hieronymus vertit, *Exaltabit mansuetos in* IESV. hoc est, vt ego quidem sentio, Eleuabit vsque ad thronum honoratum IESV, vt participes sint magnificæ illius gloriæ, qui propriæ virtutis imitatione simillimi illi fuerunt: nam cùm omnes inuitauerit, vt ab ipso discerent mites esse, & tanti fecerit hanc virtutem, vt perfectionis auream basim, aut gemmeum colophonem; probabilissimum est etiam fore vt illos, qui eâ virtute præstiterint, inter beatos singularibus ornamentis condecoret proprioque insigni, ob quod sint beatis Angelis hominibusque mirabiles: quemadmodum è diuinis Oraculis intelligimus castas Virgines ob niueum & illibatum animi pudorem & castimoniam corporis & sequi Agnum quocumque ierit gloriosissimo comitatu, & canere canticum quod nullus alius potest.

Spiritalis animæ somnus.

5. *Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.*] Hoc de spiritali contemplationis somno exponit Aluarez noster Tom. 3. lib. 5. part. 3. cap. 7. Est enim hic somnus, inquit, veluti quædam imago gloriæ, in quo anima purissimâ voluptate perfruitur, & tamquam in mollissimo cubili soporatur: neque ibi segnis fit, sed magis diligens & solicita, vt discedente somno munditiæ propriæ & diuinis laudibus curiosiùs insistat: & si quid amputandum superest gladio spiritali mortificat. vnde subdit: *Et gladij ancipites in manibus eorum.*

6. *Exaltationes Dei in gutture eorum,* &c.] Græcè *αἱ ὑψώσεις*: Latini *Exultationes* vertunt. Ostendit quomodo canentes & laudantes vincant. Quasi nulla possent aptiora & efficaciora præsidia comparari ad victoriam de hostibus reportandam quàm Sanctorum orationes; ita vt illæ quidem Deo cantilenæ in ore hostibus gladij ancipites in manibus videantur. Sic cùm Amalec Israëlitas oppugnaret, nec eum Iosue fortiter dimicando propulsare posset, Moyses non ad repellendum hostem, sed ad precandum Deum promptus accurrit; atque ita factum, vt suis precibus facilè obtineret quod Iosue suis viribus non præstabat. Hinc etiam Sacerdos Eliachim Israëlitas ab Assyrijs grauiter oppressos non ad pugnas, sed ad preces hortabatur, testatus, sicut olim contra Amalecitas, ita nunc contra Assyrios plus orando quàm pugnando profectutos: *Scitote,* inquit, *quoniam exaudiet Dominus preces vestras.* & statim celebri confirmans exemplo: *Memores,* inquit, *estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.* Vbi totam illam victoriam attribuit non Iosue, quamuis fortissimè prælianti, sed vni Moysi sanctis precibus insistenti.

ANNOTATIONES CORDERII.

Nulla validiora præsidia quàm Sanctorum preces.

Exodi 17, 11.

Iudith 4, 12.

Timoris Dei compedes validissimè constringunt.

8. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus,* &c.] Per has compedes & manicas ferreas exponit S. Augustinus Dei timorem: qui optimè per vincula pedum & manuum significatur. Sicut enim ille qui pedes & manus habet ferreis alligaturis constrictos nullâ ratione se mouere potest; ita etiam qui Dei timorem imbibit omnino fixus est in virtute. Neque ex quacumque materia vincula habere dixit, sed ex ferro, vt eorum vim significaret. Tandem notat verba illa *Reges eorum.* Difficiliùs enim ad pietatem mouentur qui in præfecturis sunt constituti, quàm illi qui eis parent. Ergo ea est vis timoris, quæ ex recordatione extremi iudicij increscit, vt non modò gregariorum hominum corda mollire possit, verùm etiam & Principum virorum mentes ad virtutem pertrahere. S. Augustini verba sunt ista: *Reges & nobiles, quibus non facilè dicitur, Quid fecisti? Nam pauper homo etsi non timeat Deum, quia nullarum virium, nullarum facultatum, ne cùm se mouerit in supplicium rapiatur, cessat timore hominis, etsi non Dei. Potentes autem, nobiles, Reges, si Deum non timeant, quem timebunt? Sed prædicatur illis; & percutiuntur frameâ bis acutâ: dicitur illis, quia est qui ponat alios ad dexteram, alios ad sinistram,* &c.

IN PSALMVM CL. ARGVMENTVM.

α. Ἀλληλούϊα.

Παρακέλευσίς ἐστι καὶ αὕτη τοῖς Ἰσραηλίταις αἰνεῖν τὸν δεσπότην πάντως εἴτε ὀργάνοις εἴτε λογισμοῖς πάσῃ δυνάμει, πάσῃ τέχνῃ· προλέγει δὲ καὶ τὴν ἐσομένην πᾶσιν ἀνθρώποις θεογνωσίαν.

1. Alleluia.

Hic etiam hortatur Israëlitas vt laudent omnino Dominum tam in instrumentis quàm in cogitationibus omni virtute, omni artificio: ceterùm prædicit etiam Dei cognitionem quæ omnibus hominibus futura est.

Digitized by Google

PARA-PHRASIS ANONY-MI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata Dominum

LAVDATE * Deum in sanctis eius:

Id est: Laudare oportet Deum, maximè pro sanctis eius.

Laudate eum in firmamento virtutis eius.

Oportet, inquit, ipsum celebrari pro omni beneficio quod ex propria potentia in ipsos operatus est.

* Vulgata virtutibus

2. Laudate eum in * potentatibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.

Et quantum, inquit, fieri potest humanâ virtute Deus celebretur, vtpote qui conditor & benefactor existit.

3. Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Omnibus instrumentis laudandus Deus.

Fiant autem, inquit, hymni in omnis generis instrumentis, primùm in tubis, deinde in psalterio. Psalterium autem est genus citharæ decachordum. Deinde subiungit:

4. Laudate eum in tympano & choro:

Etenim hæc etiam comprehendit ad laudes amplificandas.

Laudate eum in chordis & organo.

Citharas iterùm omnigenas dicit. Sunt enim multa genera cithararum.

5. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis:

Etenim his cymbalis vtebantur, si quando concentum fieri oportebat plurimorum instrumentorum, & psalteriorum, & cymbalorum, & ipsarummet vocum humanarum. Deinde vbi quoad licuerat omne genus instrumenti & psalterij recensuisset subdit:

6. Omnis spiritus laudet Dominum.

Omnem spiritum hoc loco vocat musicorum instrumétorum directionem. Cùm enim

ΑΙΝΕΙΤΕ τὸν θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ·

Ἀντὶ τοῦ· ὑμνεῖσθαι χρὴ τὸν θεὸν, μάλιστα παρὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ.

Χρὴ δὲ, φησιν, ἐπὶ πάσῃ εὐεργεσίᾳ ὑμνεῖσθαι αὐτὸν ἣν ἐκ δυναστείας οἰκείας εἰς αὐτοὺς εἰργάσατο.

β'. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ.

Καὶ ὅσον ἐγχωρεῖ, φησιν, ἀνθρωπίνῃ δυνάμει ὑμνείσθω ὁ θεὸς, ἅτε ποιητὴς καὶ εὐεργέτης ὑπάρχων.

γ'. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ.

Γινέσθωσαν δὲ, φησιν, οἱ ὕμνοι ἐν παντοίοις ὀργάνοις, πρῶτον ἐν σάλπιγξιν, εἶτα ἐν ψαλτηρίῳ. εἶδος δὲ ἐστι τὸ ψαλτήριον κιθάρας δεκάχορδον. εἶτα ἐπάγει·

δ'. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ·

Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα παραλαμβάνεται εἰς ἐπίτασιν τῶν ὕμνων.

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ.

Κιθάρας πάλιν λέγει παντοίας. πολλὰ γὰρ εἴδη κιθαρῶν.

ε'. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ·

Καὶ τούτοις γὰρ ἐχρῶντο τοῖς κυμβάλοις, εἴ ποτε συμφωνίαν γενέσθαι ἔχρην πολλῶν ὀργάνων τε, καὶ ψαλτηρίων, καὶ κυμβάλων, καὶ αὐτῶν τῶν φωνῶν τῶν ἀνθρωπίνων. εἶτα καταλέξας ὡς ἐγχωρεῖ πᾶν εἶδος ὀργάνου καὶ ψαλτηρίου ἐπιφέρει·

ς'. Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον.

Πᾶσαν πνοὴν ἐνταῦθα καλεῖ τὴν τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἐπιτήδευσιν. ἐπεὶ γὰρ κατὰ

μέρος

Digitized by Google

μέρος ἄνω κατέλεξε τὰ ὄργανα, ἐνταῦθα πάντα ὁμοῦ ἐπήνεγκεν εἰπών· πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον.

superiùs sigillatim instrumenta recensuerit, hic omnia simul subiunxit dicens: *Omnis spiritus laudet Dominum.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΑΥΤΟΥ.] Ἄλλος, ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· ἄλλος, ἐν τῷ ἡγιασμένῳ αὐτοῦ. ἢ περὶ τοῦ λαοῦ ἐνταῦθά φησιν, ἢ περὶ βίου ἁγίου καὶ ἀνδρῶν ἁγίων. ὅρα πῶς κατέκλεισε τὸ βιβλίον εἰς εὐχαριστίαν. τοῦτο γὰρ καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος εἶναι δεῖ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ῥημάτων ἡμῶν. ἢ τὸ ἐν τοῖς ἁγίοις, ἀντὶ διὰ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ. εὐχαριστεῖτε οὖν, ὅτι τοιαύτην πολιτείαν εἰς τὸν βίον εἰσήγαγεν· ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησεν. ἱκανὴ γὰρ ἀφορμὴ εἰς ὑμνῳδίαν καὶ αὕτη. διὸ πρότερον ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ εἰπὼν, ἐπήγαγεν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ μᾶλλον θεῷ περισπούδαστον ἢ ἐκεῖνο. καὶ γὰρ ὁ οὐρανὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον γέγονεν. Ἄλλος ἐν στερεώματι κράτους αὐτοῦ. οὐ γὰρ παύεται συνεχῶς κοινωνοὺς λαμβάνων τὰς ἄνω δυνάμεις τῆς εὐφημίας. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν στερεώματι τῷ ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ. μόνος γὰρ στερρὸν καὶ ἀνώλεθρον ἔχει τὸ κράτος. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς δυναστείαις ἄλλος διὰ τῶν δυναστειῶν. τί δέ ἐστιν ὃ λέγει; Αἰνεῖτε αὐτὸν διὰ τὰς δυναστείας αὐτοῦ, διὰ τὰ θαύματα αὐτοῦ, διὰ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. πῶς δὲ δυνατὸν κατὰ τὸ πλῆθος αἰνεῖν τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ; οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἀντίρροπον τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν αἶνον· ἀλλ' ὅσον, φησὶ, σοὶ δυνατὸν ἐκτεῖναι ἐννοεῖν τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, οἷον ὡς ἐγχωρεῖ σοι ὕμνον ἀνάφερε, οἷον εἰκὸς τοιούτῳ μεγάλῳ θεῷ. εἶδες ἐκκαιομένην διάνοιαν φιλονεικοῦσαν, ὑπερβῆναι τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ ἀναπτῆναι πρὸς οὐρανόν;

γ'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΗΧΩ ΣΑΛΠΙΓΓΟΣ.] Ἄλλος, διὰ ἤχου κερατίνης. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ ἄλλος, ἐν νάβλῃ καὶ λύρᾳ. Ἀντὶ ἐν κυμβάλοις εὐήχοις ἄλλος, ἐν κυμβάλοις σημασίας. Ἀντὶ πᾶσα πνοὴ ἄλλος, πᾶσα ἀναπνοή. παρακινεῖ τὰ ὄργανα, καὶ διὰ πάντων τὴν μελῳδίαν ἀναφέρεσθαι τῷ θεῷ παρακελεύεται, διαθερμαίνων τὴν διάνοιαν αὐτῶν καὶ ἀνεγείρων.

1. LAVDATE DEVM IN SANCTIS EIVS.] Alius, *In sancto suo:* alius, *In sanctificato suo.* Vel hic de populo agit, vel de vita sancta & viris sanctis. Vide quomodo librum concluserit gratiarum actione. Hoc enim & principium & finem esse oportet tam rerum quàm verborum nostrorum. Vel illud *in sanctis*, id est per sanctos suos. Gratias igitur agite, quòd talem viuendi formam in vitam introduxerit; quòd homines Angelos fecerit. Hæc enim quoque sufficiens causa est ad hymnum concinendum. Quapropter cùm priùs dixisset *in sanctis eius*, subiunxit *in firmamento virtutis eius.* Hoc est enim Deo magis curæ quàm illud. Cælum enim propter hominem factum est. Alius *in firmamento potentiæ eius.* Non cessat enim assiduè supernas quoque potestates assumere socias laudationis. Symmachus verò, *in firmamento inexpugnabili eius.* Solus enim firmitatem & incorruptibilem habet potestatem. Ceterùm pro *in potentatibus* alius *per potentias.* Quid autem est quod dicit? Laudate eum propter vires eius, propter miracula eius, propter fortitudinem eius. Quomodo autem fieri potest vt laudet eum secundùm multitudinem magnitudinis eius? Non hoc dicit, quòd laudem afferre possis quæ magnitudini eius respondeat; sed quantam, inquit, potes animo comprehendere multitudinem eius magnitudinis, tantam & talem offer quantum tibi conceditur, qualem par est offerre tam magno Deo. Vidisti mentem inflammatam, quæ contendit propriam superare imbecillitatem, & ad ipsum cælum euolare?

Deus laudatur in sanctis.

3. LAVDATE EVM IN SONO TVBÆ.] Alius, *Per sonum cornu.* Ceterùm pro *in psalterio & cithara* alius, *in nablo & lyra.* Pro *in cymbalis benesonantibus* alius, *in cymbalis significationis.* Pro *omnis spiritus* alius, *omnis respiratio.* Mouet omnia instrumenta, & iubet per omnia offerri Deo modulationem, eorum animum accendens & excitans. Cete-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Omnibus membris laudandus Deus.

Rom. 12.

Ceterùm ſicut Iudæis per omnia inſtrumenta, ita nobis præcipit per omnia membra laudare Deum, per oculos, per linguam, per aures, per manus. Quod etiam Paulus, *Exhibete*, inquit, *corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam*. Laudat enim oculus quando non videt impudica; & lingua quando pſallit; & auris quando non ſuſcipit improbas cantilenas; & mens quando dolos non ſtruit; & pedes quando non currunt ad vitium; & manus quando non ad rapinam, ſed ad eleëmoſynam extenduntur. Tunc enim fit homo cithara numeroſa. Ceterùm ipſis inſtrumenta iſta permiſſa fuerant, vt in concordia & charitate illos contemperarent per talem delectationem. Cùm enim Deus ignauiam eorum corrigere vellet, hanc ſcientiam ipſis tradidit: non quòd Deus eorum ſono delectaretur, ſed vt eorum quæ fiebant propoſitum admitteretur.

6. OMNIS SPIRITVS LAVDET DOMINVM.] Poſtquam enim vocauit eos qui ſunt in cælo, poſtquam populum excitauit, poſtquam omnia inſtrumenta commouit, ad omnem deinceps naturam excurrit, omnem ætatem vocans ad modulationem, ex hoc loco noui Teſtamenti iam ſemina præmittens, & eos qui vbique terrarum extenſi ſunt inuitans. Deum igitur perpetuò laudemus, nec vmquam deficiamus. Hoc noſtrum ſacrificium eſt, & miniſterium ipſis Angelis conueniens, ſemper gratias agere & gloriam Deo afferre. Alius omnem ſpiritum dicit qui ex inſtrumentis exiſtit. Cùm enim inſtrumenta ſigillatim enumeraſſet, hîc omnia ſimul induxit. Alius: Quando, inquit, Deus omnia in omnibus exiſtet, tunc quoque implebitur hæc ſententia.

Ἀλλ' ὥσπερ Ἰουδαίοις διὰ πάντων ὀργάνων, οὕτως ἡμῖν παρακελεύεται διὰ πάντων μελῶν ἀνυμνεῖν τὸν Θεὸν, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ γλώττης, δι' ἀκοῆς, καὶ χειρῶν. ὁ δὲ Παῦλος, Παραστήσατέ, φησι, τὰ μέλη ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν. αἰνεῖ γὰρ καὶ ὀφθαλμὸς ὅταν μὴ ἀκόλαστα βλέπῃ· καὶ γλῶττα ὅταν ψάλλῃ· καὶ ἀκοὴ ὅταν μὴ δέχηται πονηρὰ ᾄσματα· καὶ διάνοια ὅταν μὴ δόλους ῥάπτῃ· καὶ πόδες ὅταν μὴ ἐπὶ πονηρίαν τρέχωσι· καὶ χεῖρες ὅταν μὴ ἁρπαγὴν, ἀλλ' ἐλεημοσύνην ἐπιδιδῶσι. τότε γὰρ γίνεται κιθάρα ἐμμελὴς ὁ ἄνθρωπος. κἀκείνοις δὲ τὰ ὄργανα συνεχωρήθη, διὰ τὸ κιρνᾷν αὐτοὺς εἰς συμφωνίαν καὶ ἀγάπην διὰ τῆς ἡδονῆς. τὸ γὰρ βάναυσον αὐτῶν σωφρονιζόμενος ὁ Θεὸς, ταύτην ἐμεθόδευσε τὴν σοφίαν· οὐχ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐτέρπετο τῇ τούτων ἠχῇ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν γινομένων τὸν σκοπὸν ἀπεδέχετο.

ϛʹ. ΠΑΣΑ ΠΝΟΗ ΑΙΝΕΣΑΤΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] Ἐπειδὴ γὰρ ἐκάλεσε τοὺς ἐξ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ διήγειρε τὸν δῆμον, ἐπειδὴ ἅπαντα τὰ ὄργανα ἐκίνησεν, ἐκτρέχει λοιπὸν καὶ εἰς τὴν φύσιν ἅπασαν, πᾶσαν ἡλικίαν εἰς τὴν μελῳδίαν καλῶν, προκαταβαλλόμενος ἐντεῦθεν τῆς νέας διαθήκης τὰ σπέρματα, καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς ἐκτεταμένους καλῶν. Αἰνῶμεν τοίνυν συνεχῶς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ διαλίπωμεν. αὕτη ἡμῶν θυσία, καὶ λειτουργία τοῖς ἀγγέλοις ἐοικυῖα, εὐχαριστεῖν ἀεὶ καὶ δοξολογεῖν. Ἄλλος πᾶσαν πνοὴν τὴν ἐξ ὀργάνων φησί. καταλέξας γὰρ κατὰ μέρος τὰ ὄργανα, ἐνταῦθα πάντα ὁμοῦ ἐπήνεγκεν. Ἕτερος· Ὅτε, φησὶν, ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσι γενήσεται, πληρωθήσεται καὶ ἡ λέξις αὕτη.

CATENA PATRVM.

Pſal. 136, 5.

Laus Dei ſancta eſt.

Matth. 7, 6.

1. LAVDATE DEVM IN SANCTIS EIVS.] ORIGENIS. Nemo ſancta egreſſus laudet Deum. *Quomodo* enim *cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Aliena autem terra eſt ea quæ non ſancta. Vel quia non ſunt danda ſancta canibus, neque mittendæ margaritæ ante porcos. Laus autem Domini ſancta eſt & margarita. In ſanctis laudandus eſt Deus, & non in canibus, neque in porcis.

αʹ. ΑΙΝΕΙΤΕ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μηδεὶς ἐξελθὼν τὰ ἅγια αἰνείτω τὸν Θεόν. πῶς γὰρ ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; ἀλλοτρία δὲ γῆ τὰ μὴ ἅγια. ἢ ἐπεὶ οὐ δοτέον τὰ ἅγια τοῖς κυσὶν, οὐδὲ βλητέον τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. ἡ δὲ αἴνεσις κυρίου ἁγία καὶ μαργαρίτης. ἐν ἁγίοις αἰνετέον τὸν Θεὸν, καὶ οὔτε ἐν κυσὶν, οὔτε ἐν χοίροις.

ΑΝΩ-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὕτως καὶ τῆς εὐχῆς ἡμῶν τὸ προοίμιον ἐντεῦθεν ἔχει τὴν ἀρχήν. τὸ γὰρ λέγειν Πάτερ ἡμῶν εὐχαριστούντων ἐστὶ ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις δωρεαῖς, καὶ πάσας αὐτὰς διὰ τοῦ ὀνόματος δεικνυόντων. ὁ γὰρ εἰπὼν πατέρα τὴν υἱοθεσίαν ὡμολόγησεν· ὁ δὲ τὴν υἱοθεσίαν ὁμολογήσας, τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἁγιασμόν, τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, τοῦ πνεύματος τὴν χορηγίαν ἀνεκήρυξε. δεῖ γὰρ ταῦτα πάντα προϋπάρξαι, ὥστε τῆς υἱοθεσίας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, καὶ καλέσαι πατέρα. Ἐμοὶ δὲ καὶ ἕτερον δοκεῖ αἰνίττεσθαι λέγων ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, τουτέστι διὰ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ· ὅτι τοιαύτην πολιτείαν εἰς τὸν βίον εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε. διὸ πρότερον εἰπὼν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, τότε ἐπήγαγεν·

ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΣΤΕΡΕΩΜΑΤΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον τῷ θεῷ περισπούδαστον ἢ ἐκεῖνο. καὶ γὰρ οὐρανὸς δι' ἄνθρωπον γέγονεν, οὐκ ἄνθρωπος διὰ τὸν οὐρανόν. Ἕτερος δέ φησιν, ἐν στερεώματι τῷ ἀκαρτερήτῳ· ἄλλος, ἐν τῷ στερεώματι τοῦ κράτους αὐτοῦ. καὶ ἕτερον δὲ αἰνίττεται πάλιν, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ ψαλμῷ· ὡς γὰρ ἐκεῖ εἶπεν, Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι αὐτοῦ. οὐ γὰρ παύεται συνεχῶς κοινωνοὺς λαμβάνων τῆς εὐφημίας τὰς ἄνω δυνάμεις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅπου στερέωμα πίστεως καὶ οἰκοδομῆς ὁμοίας τῇ ἐπὶ πέτραν ὑπὸ ἀνδρὸς φρονίμου οἰκοδομηθείσῃ, καὶ Χριστὸς ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις, ἐκεῖ ὡς ἐν στερεώματι δυνάμεως θεοῦ αἰνείσθω ὁ θεός. καὶ ἔστω ταῦτα ἐν τῷ λέγοντι καὶ ἐν τῷ ἀκούοντι.

β'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΙΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὡς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλογεῖ ἡ ψυχὴ τοῦ δικαίου τὸν θεόν· οὕτως καὶ αἰνετέον αὐτὸν καὶ ἐφ' αἷς ἔστησε καὶ ἔταξε δυναστείαις, ἃς νοήσωσιν, ἵνα καὶ μετέχωσιν αὐτῶν ὁ λέγων καὶ ἀκούων. ἄρρητα γὰρ τὰ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ διηνεκῶς κατορθούμενα.

ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΩΣΥΝΗΣ ΑΥΤΟΥ.] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Νοηθείσης ἑκάστης μεγαλωσύνης τοῦ θεοῦ, καὶ ἕκαστον τῶν κτισμάτων νοηθήσεται, καὶ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης, ἧς ἑκάστης οὐκ ἔστι πέρας.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Ita etiam precationis nostræ procemium hinc capit initium. Dicere enim *Pater noster* est eorum qui agunt gratias pro donis quæ acceperunt, & ea omnia per hoc nomen ostendunt. Qui enim dixit Patrem confessus est filiorum adoptionem: qui autem confessus est adoptionem, iustitiam, sanctificationem, redemptionem, peccatorum remissionem, Spiritus sancti suppeditationem prædicauit. Oportet enim hæc omnia priùs extitisse, vt nos filiorum adoptione fruamur, & qui Patrem vocemus digni habeamur. Mihi autem videtur aliud quoque innuere dicens *in sanctis eius*, id est per sanctos eius: quòd nimirum talem viuendi normam in vitam introduxerit, & homines Angelos effecerit. Et ideò cùm priùs dixisset *in sanctis eius*, tunc subiunxit:

Matth. 6, 9.

LAVDATE EVM IN FIRMAMENTO VIRTVTIS.] CHRYSOSTOMI. Hoc est enim Deo magis curæ quàm illud. Cælum enim propter hominem, non propter cælum homo factus est. Alius autem pro *firmamento* dixit, *in eo quod deleri non potest:* alius, *in firmamento potentiæ eius.* Porrò aliud hîc rursus significatur, sicut in priori Psalmo: quemadmodum enim illic dixit, *Laudate eum Angeli eius*; ita etiam hîc dicit, *Laudate eum in firmamento eius.* Non cessat enim assiduè supernas quoque virtutes assumere socias laudationis.

ORIGENIS. Vbi est firmamentum fidei & ædificationis similis illi quæ à viro prudenti supra petram ædificata est, etiam Christus Dei virtus illic, tamquam in firmamento virtutis Dei laudetur Deus. Atque hæc sint tam in loquente quàm in audiente.

2. LAVDATE EVM IN POTENTATIBVS.] ORIGENIS. Quemadmodum in omni loco dominationis eius anima iusti Deum benedicit: ita quoque ipse laudandus est in ijs potentatibus quos ipse constituit & ordinauit, quos intelligant, vt eorum participes sint tam qui dicit quàm qui audit. Arcana enim sunt quæ assiduè per sanctos eius præclarè geruntur.

Psal. 102. 22.

LAVDATE EVM SECVNDVM MVLTITVDINEM MAGNITVDINIS EIVS.] EIVSDEM. Intellectâ qualibet Dei magnitudine, singulæ quoque creaturæ cognoscentur, nec non multitudo magnitudinis, cuius vniuscuiusque non est finis.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

3. LAVDATE EVM IN SONO TVBÆ.] ORIGENIS. Secundùm ſpiritalem de tubarum ſtructura ſermonem qui in Numeris habetur, tuba conſtruenda eſt, vt in ſono eius Deum laudemus. Tales autem, vti arbitror, tubæ ſignificantur etiam in iſto: *Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.* item in iſto: *In voce Archangeli & in tuba Dei deſcendet de cælo.* Ceterùm eſt etiam feſtum Neomeniæ ſeptimi menſis memoriale tubarum; iuxta quod dicitur, *Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.*

1. Cor. 15, 52.

1 Theſſ. 4, 16.

Pſal. 80, 4.

CLEMENTIS ALEXAND. Diuinum autem miniſterium ſeparans pſallit ſpiritus, *Laudate eum in ſono tubæ.* In ſono enim tubæ ſuſcitabit mortuos. *Laudate eum in pſalterio*; quoniam lingua eſt pſalterium Domini. *Et in cithara laudate eum.* Per citharam os intelligatur, quod ſpiritu tamquam plectro pulſatur. *In tympano & choro laudate eum.* Dicit Eccleſiam, quæ reſurrectionem carnis meditari ſolet in pelle reſonante. *In chordis & organo laudate eum.* Organum dicit corpus noſtrum, & chordas eius neruos, per quos numeroſè & concinnè intenditur, & ſpiritu pulſatum voces edit humanas.

ORIGENIS. Chordæ plures concinnè compoſitæ, & ex arte muſicâ ſingulæ ſuis locis conſtitutæ, ſunt multa mandata & dogmata de rebus pluribus, quæ nullam habent inter ſe diſſonantiam. Inſtrumentum autem hæc omnia complectens eſt anima eius qui in Chriſto ſapiens eſt.

5. LAVDATE EVM IN CYMBALIS BENESONANTIBVS.] ORIGENIS. Qui quidem linguis hominum loquitur aut Angelorum, charitatem verò non habet, is nequaquam eſt cymbalum beneſonans.

1. Cor. 13, 1.

6. OMNIS SPIRITVS LAVDET DOMINVM.] CHRYSOSTOMI. Poſtquam vocauit eos qui ſunt in cælo, poſtquam populum excitauit, poſtquam omnia inſtrumenta mouit, in omnem naturam excurrit, omnem ætatem inuitans ad modulationem, ſenes, iuuenes, viros, mulieres, & omnes qui orbem terræ habitant: atque ex hinc iam noui Teſtamenti ſemina præmit-

γ'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΗΧΩ ΣΑΛΠΙΓΓΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Κατὰ τὸν πνευματικὸν περὶ σαλπίγγων κατασκευῆς ἐν ἀριθμοῖς λόγον, κατασκευαστέον σάλπιγγα, ἵνα ἐν ἤχῳ αὐτῆς αἰνέσωμεν τὸν Θεόν. τοιαῦται δὲ, οἶμαι, σάλπιγγες δηλοῦνται καὶ ἐν τῷ· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι. καὶ ἐν τῷ· Ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι τοῦ Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἑορτὴ νεομηνίας ἑβδόμου μηνὸς μνημόσυνον σαλπίγγων· καθ' ὃ λέγεται, Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ἡμῶν.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔ. Τὴν λειτουργίαν δὲ τὴν θείαν διαχωρίζων ψάλλει τὸ πνεῦμα, Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος. Καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος ἀναστήσει τοὺς νεκρούς. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ· ὅτι ἡ γλῶττα τὸ ψαλτήριον κυρίου. Καὶ ἐν κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν. κιθάρα νοείσθω τὸ στόμα, οἱονεὶ πλήκτρῳ κρουόμενον τῷ πνεύματι. Ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ αἰνεῖτε αὐτόν. τὴν Ἐκκλησίαν λέγει, τὴν μελετήσασαν τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν ἐν ἠχοῦντι τῷ δέρματι. Ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ αἰνεῖτε αὐτόν. Ὄργανον τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον, καὶ χορδὰς τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι' ὧν ἐναρμόνιον εἴληφε τὴν τάσιν, καὶ κρουόμενον τῷ πνεύματι τοὺς φθόγγους ἀποδίδωσι τοὺς ἀνθρωπίνους.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Χορδαὶ πλείους ἁρμονίως συντεθειμέναι, καὶ μουσικῶς ἑκάστη ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ τεταγμένη, αἱ πολλαί εἰσιν ἐντολαὶ καὶ τὰ περὶ πλειόνων δόγματα, οὐδεμίαν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα διαφωνίαν. ὄργανον δὲ τούτων πάντων περιεκτικὸν ἡ τοῦ σοφοῦ ἐν Χριστῷ ψυχή.

ε'. ΑΙΝΕΙΤΕ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΚΥΜΒΑΛΟΙΣ ΕΥΗΧΟΙΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ μὲν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων ἢ τῶν ἀγγέλων λαλῶν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχων, οὐκ ἔστιν εὔηχον κύμβαλον.

ς'. ΠΑΣΑ ΠΝΟΗ ΑΙΝΕΣΑΤΩ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ.] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἐκάλεσε τοὺς ἐξ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ διήγειρε τὸν δῆμον, ἐπειδὴ τὰ ὄργανα πάντα ἐκίνησεν, εἰς τὴν φύσιν πᾶσαν ἐκτρέχει, πᾶσαν ἡλικίαν εἰς τὴν μελῳδίαν καλῶν, πρεσβύτας, νέους, ἄνδρας, γυναῖκας, καὶ ἅπαντας τοὺς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντας· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη προκαταβαλλόμενος τῆς καινῆς διαθήκης τὰ σπέρματα

Digitized by Google

μένοις τοῖς πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκτεταμένοις. Αἰνῶμεν τοίνυν τὸν Θεὸν διηνεκῶς, μὴ διαλίπωμεν ὑπὲρ ἁπάντων εὐχαριστοῦντες καὶ διὰ τῶν ῥημάτων καὶ διὰ τῶν πραγμάτων. αὕτη γὰρ ἡμῶν θυσία καὶ προσφορά· αὕτη λειτουργία ἀρίστη, καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς πολιτείαις ἐοικυῖα. καὶ εἰ διαμένωμεν αὐτὸν ἀνυμνοῦντες, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀπροσκόπως ἀνύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tens ijs qui vbique terrarum propagati sunt. Deum itaque perpetuò laudemus, neque intermittamus pro omnibus Deo gratias agere tam verbis quàm factis. Hoc est enim nouum sacrificium, & oblatio: hoc est optimum ministerium, quod decet angelicam vitæ institutionem. Et si Deum ita laudare perseueremus,& præsentem vitam absque vlla offensione peragemus, & bona futura consequemur. Hæc nobis omnibus concedantur per gratiam & miserationes Domini nostri Iesu Christi, cum quo Patri cum sancto Spiritu gloria, honor & potentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

HVIVS postremi Psalmi titulus & argumentum idem est cum duobus præcedentibus: inuitat autem populum ad laudes Dei cum omnibus musicis instrumentis celebrandum.

1. *Laudate Dominum in sanctis eius.*] Aquila, ἐν ἡγιασμένῳ αὐτοῦ, *in sanctificato eius*: Symmachus, ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, *in sancto eius.*

IBIDEM. *Laudate eum in firmamento virtutis eius.*] Symmachus, Ὑμνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι τῷ ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ, *Hymnis celebrate eum in firmamento inexpugnabili eius*: addit Scholion ex Aquila κράτους αὐτοῦ, *potentia eius.*

Instrumenta musica in Dei cultum conuenienter adhiberi.

3. *Laudate eum in sono tubæ*, &c.] Hinc manifestè conuincitur in Ecclesijs ac locis sacris posse organa & musica instrumenta ad Dei numen venerandum adhiberi, vti suo exemplo, & eo quidem luculentissimo atque Regio, Dauid ostendit ipsius Dei inflammatione commotus, spiritu doctus, cælestique afflatu suauissimè affectus: qui cùm eo in genere præiuisset nablia tangens, citharâ ludens, & decachordo psalterio exultans, omnes deinde ad similem erga Deum religionem hoc Psalmo inuitauit.

Primis Ecclesiæ temporibus cur non adhiberentur.

Primis quidem Christianæ Ecclesiæ temporibus nulla huiusmodi in pijs locis & diuinis mysterijs obeundis instrumenta fuerunt; tum quòd multæ & continuæ Gentilium vexationes non permitterent illâ vti magnificâ & lætissimâ celebritate; tum quòd esset plurimorum opinio, illos sonos puerorum esse tantùm atque simplicium, neque satis in religionis grauitatem conuenire. Quod video fuisse animaduersum à Iustino Martyre quæst. 107. ad Orthodoxos, qui eâ causâ dicit in Ecclesijs solùm cantum retentum, nullum autem fuisse vsum τῶν ἀψύχων ὀργάνων, *inanimatorum instrumentorum*.

De organorum vsu & instituto.

Sed cùm fuit liberior pietas, licuitque ad externum cærimoniarum cultum magnificentiam adiungere, tum Antistites moderatoresque sacrorum non incommodum esse putauerunt, si ad populi commouendam augendamque deuotionem illi quoque instrumentorum soni adhiberentur: & cùm magna sit eorum varietas, ex omnibus ascita libentiùs, & celebria fuere maximè, quæ vocamus organa: quæ iure Tertullianus lib. de Anima cap. 14. *portentosissimam Archimedis munificentiam* appellat: vbi tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum: in ijs videbatur illa esse opportunitas, quòd vnus tantùm modulantibus digitis, & per regulas leuissimè currentibus, perfectum efficiat concentum harmoniamque numerosam, & tam altam quidem atque resonantem, vt symphoniam canentium hominum exuperet. quæ vix in vllo alio instrumento reperias. Verùm ille organorum vsus nec omnium temporum fuit, nec locorum. Nam Ecclesia Lugdunensis, quæ retinentissima est antiquitatis, & semper constantiæ laude pietatisque floruit, repudiauit organa, neque in hunc diem asciuit. Æuo etiam D. Thomæ Theologiæ principis nulla fuisse communiter in templis organa in doctissimis suis monumentis ipse declarat 2. 2. quæst. 91. art. 2. Quin etiam in Capella Summi Pontificis è veteri consuetudine nulla sunt organa. quod notauit Caietanus ad locum D. Thomæ iam citatum. Qui mos quàm antiquus sit mihi non liquet: hoc certè constat, perennem & perpetuum non fuisse. Nam Vitalianus Summus Pontifex, qui sæculo sexto fuit, hoc est ante mille annos, in Romana Ecclesia ad cantum & symphoniam etiam organa adhibuit, vt Platina in Vita eius historiæ mandauit. De Damaso quoque Romano Pontifice longè antiquiori sunt qui idem existiment. Eorumdem certè vsum & accommodatum ad decorem domus Dei, & affectus pios exsuscitandos, in Ecclesijs orbis terrarum Oecumenica Concilia & clarissimorum Patrum iudicia comprobauerunt, & nouissimè Tridentina Synodus Sess. 22. instrumentorum vsum ad diuinarum rerum celebrationem admittit, modò impurum nihil & lasciuum in eorum cantu misceatur. Eò nos vocat diuina beneficentia, quâ propè quotidianâ obruimur; eò ducit ratio, & grati animi lex, vt parenti omnium rerum principique Deo non humanam tantùm vocem, sed rerum quoque omnium sonum consecremus: vti pluribus ostendit Cresollius noster

ANNOTATIONES CORDERII. *Omnibus membris corporis nostri laudandus Deus.*

noster Mystagogi lib.3.cap.17.sect.3.4.5.

Mysticè Dauid docet membra omnia debere gratam efficere musicam & cælo dignam symphoniam, quâ rerum omnium architectus & molitor Deus laudetur. Quod animaduersum est à S. Chrysostomo in huius Psalmi expositione: vbi notat Psaltem Regium excitare suos Hebræos, vt omni genere musicorum instrumentorum Deum prædicent in psalterio & tuba, in organo & tympano, in lyra, in cymbalis benesonantibus: quibus omnibus ad concentum harmonicum instructis, & artificiosissimè temperatis, Deo modulationem efficiant: Christianos autem inuitari, vt per omnia membra Deum laudent, sic vt ex oculis, manibus, auribus ceterisque religiosè moderatis symphonia quædam exoriatur dulcissima, quæ vel beatas quoque mentes delectet, & iucundissimè afficiat: tunc fieri hominem citharam mirificam, & audiri melodiam *πεπερασμένον*, musicâ numerosâ perfectam, cùm partes omnes in bonum consenserint. Quam D. Paulus vt Mesochorus intelligens & peritus commendat, cum iubet vt *exhibeamus membra nostra arma iustitiæ Deo.* Quòd si iustitia chorum omnium virtutum complectitur, qualis tandem concentus exaudietur è membris virtute sonantibus & Deo sacris? Dauidis mentem pari modo Clemens Alexandrinus lib.2. Pædag. cap.4. exposuit, cùm beatissimo illo præconio mundum incenderet, *Laudate eum in chordis & organo:* ait enim *organum* ibi dici *σῶμα τὸ ἡμέτερον, corpus nostrum,* & chordas eius neruos, per quos numerosè & concinnè intenditur: quod pietate & religione pulsatum diuinissimum edit concentum, ad supremi Numinis decus & maiestatem prædicandam.

Rom. 6.

Quomodo omnis spiritus atque flatus Deũ laudare debeat.

6. *Omnis spiritus laudet Dominum.*] Quid per spiritum intelligat Græcus textus docet, in quo est *πᾶσα πνοὴ*, hoc est *omnis spiratio, omnis flatus.* Ne putemus inuitari ab illo tantùm cælestes spiritus, qui inauditâ carminis suauitate atque symphoniâ Trisagion illi decantant; nec homines tantùm, qui diuino animati spiritu ratione modulantur; non brutas modò animantes, quæ spiritu quoque vitæ præditæ sunt, quæ dissonis in natura sonis communem Dominum concelebrant; verùm ad eam laudem & prædicationem opificis omnium Dei adhibendam esse monet *πᾶσαν πνοὴν, omnem spiritum atque flatum,* siue ipsum ora mittant, tibiæ ducant, inflent cornua, pneustica exhibeant, organa vel hydraulica, omnem denique sonum in aëre, in hac animabili natura seu neruorum intentu, seu fidium pulsu, seu bombo tympanorum artificiosè discriminatum, laudi Numinis seruire oportere. Cumque ad eamdem laudem pius Vates omnes inuitet populos per oras omnes terrarum fusos & dissipatos, clarum est, omne genus instrumenti, omnes artificij modulos promi in eam rem voluisse, & cinyras Iudæorum, & sistra Ægyptiorum, & Mygdonios cados, & Phrygum tibias, & crotala Gadium, & cymbala Barbarorum. Et cùm homines tanto Numini laudando impares sint, aduocandus est etiam mentium cælestium chorus, excitandæ procreatæ res omnes, vt votorum consociatione atque vocum existat vniuersitatis concentus, quo ter sanctum Numen collaudetur.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM GRÆCORVM IN CANTICA SCRIPTVRÆ

INTERPRETE BALTHASARE CORDERIO Soc^tis IESV Doctore Theologo.

CANTICVM MOYSIS IN EXODO.

α'. ΑΣΩΜΕΝ τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὠδή ἐστιν, ὅσα θεωρίας ἔχεται ψιλῆς καὶ θεολογίας. Ὠδή ἐστι φωνὴ ἐμμελῶς ἀποδιδομένη ἢ ἐναρμόνιος χωρὶς ἐπηχήσεως ὀργάνου. Ταύτην πρώτην ᾖσαν τὴν ᾠδὴν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ἀβρόχῳ ποδὶ τὴν ἐρυθρὰν διαπεράσαντες θάλασσαν, καὶ αὐτοῖς ἅρμασι καὶ ἵπποις τοὺς διώκοντας Αἰγυπτίους καταποντιζομένους καὶ ὑποβρυχίους γεγονότας θεασάμενοι· οὐκ ἄμπωτίν τινα καὶ παλίρροιαν περὶ τὸν τόπον γινομένην παρατηρησάμενοι (ὥς φασιν οἱ τοῖς εἰδώλοις προσεστηκότες, καὶ τῇ διανοίᾳ ἐμματαιάζοντες· ταύτην γὰρ μάλιστα, εἰ ἦν ἀληθῶς, πρό γε τούτων ᾔδεισαν ἂν αἰγύπτιοι, ὡς μᾶλλον γειτνιάζοντες καὶ προσοικοῦντες τοῖς τόποις·) ἀλλὰ τὴν ἄμαχον τοῦ θεοῦ δύναμιν ἀγωνιζομένην καὶ ὑπερασπίζουσαν αὐτῶν θεασάμενοι. Κέχρηται δὲ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν χορὸς ἡγεμόνι τῷ Μωϋσῇ· ὁ δὲ τῶν γυναικῶν, τῇ τούτου ἀδελφῇ Μαριὰμ ἀνακρουομένῃ τὸ τύμπανον, ὅπερ ἐστὶ νεκρωσάσῃ τὰ μέλη τὰ ἑαυτῆς δι' ἐγκρατείας. ζώου γὰρ νεκροῦ δέρμα τὸ τύμπανον. τὸν αὐτὸν δὴ ὕμνον ἀμφότεροι ᾄδουσιν οἱ χοροὶ ἀντίφωνοι ἀναπέμποντες ἁρμονίαν καὶ ἐξυμνοῦντες· ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ὠδή ἐστιν ἡ ἐν δόγμασιν ὀρθοῖς θεολογία, ἣν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ τοῦ τελείου ψυχὴ μεμελέτηκεν ἀναπέμπειν θεῷ.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἢ οὐ πᾶσαν αἰσθητὴν

I. CANTEMVS Domino: gloriosè enim * honorificatus est.

Exodi 15. 1.
* Vulgata magnificatus

BASILII. Canticum est, quodcumque contemplatione simplici theologicâque comprehenditur. Canticum est vox concinnè tradita siue modulata sine sono instrumenti. Hoc primum cecinerunt Canticum filij Israël, cùm sicco pede Rubrum mare transiuissent, & Ægyptios insequentes vnà cum curribus & equis vndis obrutos & submersos conspexissent: non quòd maris contractionem quamdam ac refluxum isto loco fieri obseruassent (vti tradunt hi qui idolis addicti sunt, & in cogitatione sua euanescunt: hunc enim, si id verum fuisset, præ his Ægyptij potissimum cognouissent, vtpote magis propinqui & versati in locis istis:) sed quòd inexpugnabilem Dei potentiam pro ipsis certare & ipsos defendere vidissent. Ceterùm virorum quidem chorus Duce vsus est Moyse; at feminarum, sorore eius Mariâ tympanum pulsante, id est membra sua per continentiam mortificante. Tympanum enim pellis est emortui animalis. Eumdem sanè hymnum vterque canit chorus alternatim modulantes ac succinentes: *Cantemus Domino: gloriosè enim honorificatus est.*

Canticum quid sit.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Canticum est Theologia rectis dogmatibus constans, quam ipsamet anima perfecti viri per seipsam meditata est offerre Deo.

BASILII. An non omnem sensilem

CATENA PATRVM. *Potentia & gloria Dei signum euidens.*

& exilem gloriam transscendit is qui creaturam vniuersam pro se armatam habet suisque nutibus obtemperantem, & in fugam vertentem eos qui creatori suo resistere ac molestiam facessere conantur? non vtique naturali quodam impetu, sed contra naturam coactam creatoris explere voluntatem, qui omni humanâ laude potior populum suum per maris medium ire fecit, & pelagus tamquam continentem traijcere, impium verò & iniquum populum Ægyptiorum eamdem post ipsos viam tenere, & insontes atque hospites occidere conantem absque labore in fugam vertit, & confertim omnes è medio sustulit.

CYRILLI. Vtiliter enim hoc miraculum edidit vniuersorum Deus: etenim cùm plurima eaque admiranda ipsis in Ægypto signa ostendisset, hoc etiam clementer adiecit, vt hi qui sub tutela eius erant ipsummet mare pertransire possent, vt & piam deinceps & firmam mentem in seipsis haberent, & iam crederent ipsum non ex falsis Deis esse quempiam, aut humanæ artis adinuentionem; sed cùm vniuersorum esset Dominus, ipsum creaturæ suis pedibus subiectæ imperare, & quodcumque voluerit facilè perficere.

* *Vulgata* deiecit

Equum & ascensorem * proiecit in mare.

Olim Deus Pharaonem nunc diabolum demergit.

BASILII. Tunc quidem Pharaonem & omnem eius exercitum fluctibus absorpsit, nunc verò per aduentum magni Dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi spiritalem Pharaonem, & prauam eius potentiam, passiones ignominiæ conscendentem, in Iordanis fluenta demersit, & verum Israëlem è seruitute eius liberum abire fecit, ne ampliùs ipsum timeremus, freti illo qui dicit: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatum & populum copiosiorem, non timebis, quia Dominus Deus tecum est.* (Deut. 20, 1.)

* *Vulgata* Fortitudo mea & laus mea Dominus, &

2. * Adiutor & protector factus est mihi in salutem.

BASILII. Illis enim iniuriâ affectis opem tulit, & instar aquilæ pullos suos protexit, ac congregauit, non in interitum vt Ægyptios conturbans, & adducens

καὶ μικροπρεπῆ ὑπεραίρει δόξαν ὁ τὴν κτίσιν ἅπασαν σύνοπλον ἔχων καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν εἴκουσαν, καὶ τροπουμένην τοὺς ἀνθεστηκότας καὶ λυπεῖν ἐπιχειρουμένους τὸν ἑαυτῆς ποιητήν; οὐ φυσικῇ τινι πάντως ὁρμῇ, ἀλλὰ καὶ παρὰ φύσιν βιαζομένην τοῦ δημιουργοῦ ἐκπληρῶσαι τὴν βούλησιν, ὡς κρείττων ἁπάσης ἀνθρωπίνης δοξολογίας ὁ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν διὰ μέσης ἰέναι παρασκευάσας θαλάσσης, καὶ ὡς δι' ἠπείρου διαπεράσαι τὸ πέλαγος, τὸν δὲ ἄδικον καὶ ἀσεβῆ τῶν αἰγυπτίων λαὸν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις κατόπιν βαδίζειν ὁδὸν, ἐπειγόμενον καὶ φονῶντα κατὰ τῶν ἀναιτίων καὶ ξένων ἀμογητὶ τρεψάμενος, καὶ ἀθρόως ἅπαντας ἀνελών.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τεθαυματούργηκε γὰρ χρησίμως ὁ τῶν ὅλων Θεός· καίτοι γὰρ πλεῖστά τε ὅσα λίαν ἀξιοθαύμαστα παραδείξας αὐτοῖς τὰ ἐν Αἰγύπτῳ σημεῖα, προστίθησι φιλοτίμως, τὸ καὶ αὐτῆς διαπερᾶν θαλάττης δύνασθαι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότας, ἵν' εὖ βεβηκότα λοιπὸν καὶ ἐρηρεισμένον ἐν αὐτοῖς ἔχοιεν νοῦν, καὶ δὴ πιστεύοιεν ὡς οὐ καθ' ἕνα τῶν ψευδωνύμων ἐστὶ θεῶν, ἤγουν ἀνθρωπίνης εὕρημα τέχνης· ἀλλ' ὅτι τῶν ὅλων ὑπάρχων κύριος, ὡς ὑπὸ πόδας κελεύει κειμένῃ τῇ κτίσει, καὶ ὅπερ ἂν ἕλοιτο κατορθοῦν εὐκόλως διαπεραίνεται.

Ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τότε μὲν τὸν Φαραὼ καὶ ἅπαν αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον καταποντίσας, νυνὶ δὲ διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸν νοητὸν Φαραὼ, καὶ τὴν πονηρὰν αὐτοῦ δύναμιν τοῖς τῆς ἀτιμίας ἐπιβαίνουσαν πάθεσιν, ἐν τοῖς Ἰορδάνου ῥείθροις καταβαπτίσας, καὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἐλεύθερον τῆς αὐτοῦ δουλείας ἐκδῦναι παρασκευάσας, ὡς μηκέτι αὐτὸν ἡμᾶς φοβεῖσθαι, πειθομένους τῷ λέγοντι· Ἐὰν ἐξέλθῃς εἰς πόλεμον πρὸς τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ἴδῃς ἵππον καὶ λαὸν πλείονα, οὐ φοβηθήσῃ, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ.

β΄. Βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐπήμυνε γὰρ αὐτοῖς ἀδικουμένοις, καὶ δίκην ἀετοῦ ταῖς πτέρυξιν ὡς νεοσσοὺς ἐσκέπασε, καὶ συνήγαγεν, οὐκ εἰς ἀπώλειαν ὡς Αἰγυπτίους συνταράξας, καὶ ἀγαγὼν αὐτοὺς

Digitized by Google

αὐτοὺς μετὰ βίας, καὶ ἐπικαλύψας τῷ ὕδατι, ἀλλ᾽ ἐν στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης εἰς σωτηρίαν· τεῖχος γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων.

ipsos cum violentia, & operiens aquâ, sed in columna ignis & nubis in salutem: nam murus erat eis aqua à dextris & à sinistris.

CATENA PATRVM.

Οὗτός μου Θεὸς, καὶ δοξάσω αὐτόν· Θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν.

Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Βασιλείου. Τῇ δεικτικῇ ἀντωνυμίᾳ τὸ ἀκοινώνητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς μὴ ὄντας ἐνδειξάμενος. Οὗτός μου Θεὸς οὐχ οἱ ψευδώνυμοι, οὐχ οἱ πάλαι ὑφ᾽ ὑμῶν λατρευόμενοι ἐν Αἰγύπτῳ, τοῦτον καὶ δοξάζω κύριον τὸν Θεόν μου, προσκυνήσω, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσω. εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν Αἰγύπτῳ πλανηθέντες ἐθυόμεθα δαιμονίοις καὶ οὐ Θεῷ, ἀλλὰ νῦν φαμὲν ὡς τὸν Θεὸν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ σεβασθησόμεθα καὶ ὑψώσομεν, μηδὲν χαμαίζηλον ἢ ταπεινὸν περὶ αὐτοῦ φανταζόμενοι, ἀλλὰ γινώσκοντες ἀληθινὸν, οὐ κτίσμα ἢ ποίημα, ἀλλὰ πάσης κτίσεως ποιητὴν, καὶ ὑπεράνω πάσης τῆς ὁρωμένης καὶ οὐχ ὁρωμένης κτίσεως, οὐ πρόσφατον, ἀλλ᾽ ἀΐδιον. τοῦτον γὰρ αὐτὸν ὄντα ἠπίστατο καὶ Ἰακὼβ ὁ ἡμέτερος Πατριάρχης ἀμεταθέτως, μηδέποτε ἄλλοτε ἄλλας ἐσχηκὼς περὶ αὐτοῦ δόξας. διὸ καὶ αὐτὸν φαμὲν, ὡς αὐτὸν τοῦτον τὸν ῥυσάμενον ἡμᾶς, καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν γεγονότα Θεὸν, δοξάζομεν τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ διηγούμενοι, καὶ ἀναγγέλλοντες τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ περιχαρείας διαφόρως ταυτολογοῦντες· ποτὲ μὲν, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν, λέγοντες· ποτὲ δὲ, ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν.

Basilii. Demonstratiuo pronomine eius incommunicabilitatem cum ijs qui non sunt ostendens. Hic Deus meus non falsinomij, non qui olim à nobis in Ægypto colebantur, hunc glorificabo Dominum Deum meum, hunc adorabo, & illi soli seruiam. Etsi enim etiam nos in Ægypto errantes dæmonibus & non Deo immolabamus, verumtamen nunc recipimus nos Deum patris nostri Iacob colituros & exaltaturos, nil humile & abiectum de ipso imaginantes, sed agnoscentes verum, non opus vel figmentum, sed vniuersæ creaturæ opificem, & supra omnem tam visibilem quàm inuisibilem conditurum, neque recentem, sed sempiternum. Hunc enim ipsum esse Iacob quoque Patriarcha noster constanter credidit, nec vmquam de ipso alias alio tempore opiniones habuit. Idcircò dicimus etiam ipsum, vtpote eumdem qui nos liberauit, & patris nostri Deus extitit, nos glorificare beneficia eius enarrando, & opera ipsius annuntiando, & præ lætitia diuersimodè eadem repetendo; modò quidem dicentes, *Equum & ascensorem deiecit in mare*; modò verò, *Currus Pharaonis & potentiam eius proiecit in mare.*

γʹ. Κύριος συντρίβων πολέμους, κύριος ὄνομα αὐτῷ·

δʹ. Ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν·

3. Dominus * conterens bella, Dominus nomen est illi:

4. Currus Pharaonis & * potentiam eius proiecit in mare:

* Vulgata quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius: * exercitum

Γρηγ. Νυσσης. Δύναμις τοῦ νοητοῦ Φαραὼ τῶν ἀτόπων ἐπιτηδευμάτων καὶ ἀτιμίας παθῶν ὁ σύλλογος, ἅπερ ζωγρῶν διεγείρει πολέμους τοῖς φοβουμένοις τὸν κύριον. ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιούτους πολεμίους συντρίβει ὁ κύριος, ποιῶν ἡμᾶς ἐπιβαίνειν ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Greg. Nysseni. Potentia spiritalis Pharaonis est absurdorum studiorum & ignominiæ passionum cœtus, quibus in vnum coactis mouet bella timentibus Dominum. Verumtamen istiusmodi hostes contriuit Dominus, qui facit nos ascendere super aspidem & basiliscum, & super omnem potentiam inimici.

Ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

* Electos ascensores Tristatas submersit in Mari rubro.

* Vulgata Electi Principes eius submersi sunt

5. * Pon-

CATENA PATRVM.

* Vulgata Abyssi operuerunt

5. * Ponto operuit eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

IOANNIS. In vsum bellorum magnos currus faciebant, qui etiam tres viros caperent, vt vnus quidem auriga esset, duo verò alij certarent. Vel dixit illos qui tres equos ascendebant. Nam antiqui in bellum profecti in curru tribus equis vehebantur. Ait enim omnem equum & Tristatas seu Principes in ipsis, vel fortes, qui etiam tribus resistere poterant. Vel Tristatas vocat eos qui in acie terni stabant in phalange: hoc nimirum modo acie phalangis in morem constitutâ, vt primo cadente vel defatigato Tristates in locum eius succederet. Vel Tristaten dicit tertium, hoc est eum qui loco tertio stat dum Rex sedet, vel tertiam sedem habet: qualis erat Dauid apud Saülem. Hoc autem reperies in libro primo Regum.

Tristates qui & quales.

GREG. NYSSENI. Electos verò vocat, vt qui alijs tales esse videbantur, & breui voluptate stultos alliciebant, vt ipsis adhærerent; quin etiam ab ipso satana tales existimatos; quandoquidem etiam alibi Scriptura dicat cibos eius electos esse.

BASILII. Lapidibus enim magis insensibiles erant & grauiores, eò quòd nil leue vel sublime haberent, aut quod aërem permeare posset: nam sicut onus graue grauati sunt, idque non in superficie maris, sed in profundo aquæ ipsius. Quoniam qui sunt istiusmodi, iam in profundum malorum peruenerunt Deum contemnentes. Verùm non huiusmodi sunt sancti: vt nubes enim volant, inquit Isaias, & vt aquilæ feruntur super aërem.

Praui sunt lapidibus grauiores.

6. Dextera tua Domine * glorificata est in fortitudine: * dextera tua manus Domine cõfregit inimicos.

* Vulgata magnificata

* dextera tua Domine percussit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ * contriuisti aduersarios.

* deposuisti aduersarios tuos.

BASILII. Dexteram & brachium & manum Scriptura sæpè Filium vocare solet, quin & potentiam. Christus enim Dei virtus ac Dei sapientia est: ipsa igitur etiam glorificata est, cùm sit inexpugnabilis Patris potentia, tunc quidem Pharaonem, modò verò satanam & omnem vim eius conterens.

Christus Dei dextera, brachiũ & virtus.

έ. Πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτοὺς, κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Εἰς τὰς τῶν πολέμων χρείας ἅρματα ἐποίουν μεγάλα, ὥστε καὶ τρεῖς χωρεῖν, ἵνα ὁ μὲν εἰς ἡνιοχῇ, οἱ δὲ δύο πολεμῶσιν. ἢ τοὺς ἐπὶ τριῶν εἶπεν ἵππων ἐπιβεβηκότας. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐν πολέμῳ ἐξιόντες ἁρματηλάται ἐπὶ τριῶν ἵππων ἐπωχοῦντο. φησὶ γὰρ καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον καὶ τριστάτας ἐπ' αὐτὸν, ἢ τοὺς ἰσχυροὺς, τοὺς καὶ πρὸς τρεῖς δυναμένους ἀντιστῆναι. ἢ τριστάτας τοὺς ἐν τῇ παρατάξει τρεῖς ἱσταμένους ἐν τῇ φάλαγγι· τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς παρεμβολῆς ἱσταμένης φαλαγγοειδῶς, τοῦ γὰρ πρώτου πίπτοντος ἢ ἀποκάμνοντος ὁ τριστάτης ὑπεισήρχετο τὸν ἐκείνου τόπον. ἢ τριστάτην λέγει τὸν τριαστὸν, τουτέστι τὸν ἐν τῷ καθέζεσθαι τὸν βασιλέα τρίτον ἱστάμενον, ἤτοι τὴν τρίτην ἔχοντα καθέδραν· οἷος ἦν ὁ Δαβὶδ παρὰ τῷ Σαοὺλ. τοῦτο δὲ εὑρήσεις ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν.

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣΗΣ. Ἐπιλέκτους δέ φησιν, ὡς τοῖς ἄλλοις εἶναι τοιούτους δοκοῦντας, καὶ τῇ προσκαίρῳ ἡδονῇ τοὺς ἀνοήτους, αὐτοῖς ἀντέχεσθαι δελεάζοντας· καὶ αὐτῷ δὲ τῷ σατανᾷ νομιζομένους τοιούτους· ἐπεὶ καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτὰ εἰρῆσθαί φησιν ἡ θεία γραφή.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Λίθων γὰρ ἦσαν ἀναισθητότεροι καὶ βαρύτεροι, μηδὲν κοῦφον ἢ μετάρσιον ἔχοντες, ἢ ἀεροπορεῖν δυνάμενον· ὡσεὶ φορτίον γὰρ βαρὺ ἐβαρύνθησαν, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἐπιπολαιοτέροις τῆς θαλάσσης, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ βάθει τοῦ ὕδατος αὐτῆς. ἐπεὶ οἱ τοιοῦτοι, εἰς βάθος κακῶν ἐληλύθασι καταφρονήσαντες τοῦ θεοῦ. ἀλλ' οὐ τοιοῦτοι οἱ ἅγιοι· ὡς νεφέλαι γὰρ πέτονται ἤ, φησιν Ἡσαΐας, καὶ ὡς ἀετοὶ ὑπερίπτανται τοῦ ἀέρος.

ϛ΄. Ἡ δεξιά σου κύριε δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιά σου χεὶρ κύριε ἔθραυσεν ἐχθρούς.

ζ΄. Καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Δεξιὰν καὶ βραχίονα καὶ χεῖρα καλεῖν τὸν υἱὸν οἶδε πολλάκις ἡ θεία γραφὴ, ἀλλὰ καὶ δύναμιν. Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· αὕτη οὖν καὶ δεδόξασται, ἀήττητος οὖσα δύναμις τοῦ πατρὸς συντρίψασα, τότε μὲν τὸν Φαραὼ, νυνὶ δὲ καὶ τὸν σατανᾶν καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

ΣΕΒΗ-

Digitized by Google

ΣΕΒΗΡΟΥ. Χριστὸς δὲ ἐστιν ἡ τοῦ ὑψίστου πάντα ἰσχύουσα δεξιά, ἡ τῶν ἐξαισίων θαυμάτων ἐργάτις.

SEVERI. Christus autem est Altissimi dextera quæ cuncta potest; quæ prodigiosa patrat miracula.

CATENA PATRVM.

Ἀπέστειλας τὴν ὀργήν σου· κατέφαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ καλάμην.

Misisti iram tuam: * deuorauit eos sicut stipulam.

* *Vulgata addit* quæ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὅτι ἀπαθὴς ὁ Θεὸς εἴρηται πολλάκις. ὀργὴν δὲ καλεῖ Θεοῦ ἡ θεία γραφὴ τὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων καὶ τοῦ κολάζεσθαι ἀξίων τιμωρητικὴν κίνησιν, ἢ καὶ τοὺς ταύτῃ ἐξυπηρετουμένους ἀγγέλους. ἀπέστειλε γὰρ εἰς αὐτοὺς ὀργὴν καὶ θυμόν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. ὀργὴ δὲ καὶ θυμὸς πῶς ἂν ἀποσταλείη· εἴγε ἀληθῶς τὴν ὀργὴν νοήσομεν καὶ τὸν θυμόν, ζέσιν οὖσαν τοῦ περικαρδίου αἵματος. ἀλλ' οὔτε σῶμα τὸ θεῖον, οὔτε ἐμπαθές. ὀργὴν δὲ ἀποστελλομένην ὑποληπτέον τὴν τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπαγομένην τιμωρίαν· ἥτις καὶ κατέφαγεν αὐτούς, τουτέστιν, ἀνάλωσεν ὡς καλάμην ὑπὸ πυρός.

BASILII. Deum passionis expertem esse sæpè dictum est. Iram autem Dei vocat Scriptura diuina motum ad puniendos peccatores qui pœnâ digni sunt, vel etiam Angelos huic rei subseruientes. *Misit* enim *in eos iram & indignationem, immissionem per angelos malos.* Ira enim & indignatio quonam modo mitti possint: si quidem propriè ac verè iram & indignationem intellexerimus, quæ sunt feruor sanguinis circa cor. Sed diuinum Numen neque corpus est, neque passionibus obnoxium existit. Iram igitur immissam intelligere oportet pœnam quæ peccatoribus infligitur; quæ ipsos etiam deuorauit, id est, consumpsit sicut stipulam ignis.

Ira & indignatio quid in Deo.

Psal. 77, 49.

η'. Καὶ διὰ πνεύματος τοῦ θυμοῦ σου διέστη τὸ ὕδωρ.

8. Et * per spiritum indignationis tuæ diuisa est aqua.

* *Vulgata* in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πνεῦμα θυμοῦ τὸν ἄγγελον τὸν ἐξυπηρετούμενον τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ φασίν, ἢ καὶ τὸν νότον, ὃς καὶ διεσώρευσε τὸ ὕδωρ, ἤγουν διέστησε, καὶ πήξας τὴν ῥυτὴν φύσιν ὡς τεῖχος ἐποίησεν. ἀλλὰ θεασάμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνόμισε καὶ αὐτῷ τρίβον παρασκευάσθαι, καὶ ἐπιδιώκειν δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

EIVSDEM. Spiritum indignationis vocat Angelum istiusmodi supplicio subseruientem, vel etiam Austrum, qui & aquas agglomerauit, siue stare fecit, & fluxam naturam stabiliens quasi murum firmauit. Ceterùm cùm Ægyptius hoc vidisset, eamdem sibi quoque semitam præparatam esse censuit, seque filios Israël insequi posse.

Ἐπάγη ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, ἐπάγη καὶ τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάττης.

* Compactæ sunt tamquam murus aquæ, compactæ sunt vndæ in medio mari.

* *Vulgata* Stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi

θ'. Εἶπεν ὁ ἐχθρός, διώξας καταλήψομαι, μεριῶ σκῦλα, ἐμπλήσω ψυχήν μου· ἀνελῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, κυριεύσει ἡ χείρ μου.

9. Dixit inimicus, * Persequens comprehendam, diuidam spolia, * implebo animam meam: interficiam gladio meo, dominabitur manus mea.

* Persequar &

* implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἰδὼν ταῦτα ὁ ἐχθρὸς εἶπε· Νικήσω τοὺς φεύγοντας, καὶ λείαν οὐκ ὀλίγην ποιήσω, τοὺς μὲν ἀνελών, τοὺς δὲ καὶ ζωγρῶν, καὶ ὑποχειρίους δὲ ἐργαζόμενος.

BASILII. Cùm hæc vidisset inimicus dixit: Vincam fugientes, & prædam non paruam faciam, hos quidem occidens, hos verò viuos capiens, & in potestatem redigens.

ι'. Ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου, ἐκάλυψεν αὐτοὺς θάλασσα· ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ.

10. * Misisti spiritum tuum, cooperuit eos mare: * demersi sunt quasi plumbum in * aqua vehementi.

* *Vulgata* Flauit spiritus tuus, & operuit * submersi * aquis vehementibus.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐπήγαγε γάρ, φησί, ὁ κύριος τὴν θάλασσαν ἐν ἀνέμῳ νότῳ

BASILII. Induxit enim, inquit, Dominus mare in vento Austro vehe-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

menti. Spiritum autem Dei censemus Austrum, vt opus creatoris & figmentum opificis.

* Vulgata tui in fortibus
* tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

11. Quis similis * tibi in dijs Domine? quis similis * tibi, glorificatus in sanctis, mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia?

Basilii. Illud *Quis* hoc loco ponitur pro *Nemo*. Neq; enim in auxilijs, Aquila exposuit, neque in sanctitate æquiparari quis poterit, vel etiam aliqua in re assimilari: quoniam neque illa quæ incomparabilia sunt comparari possunt, neque conditura cum conditore, neque cum eo qui est illa quæ non sunt, & in lucem producta sunt. Omnia enim in omnibus incomparabilibus excellentijs transscendisti.

* Vulgata addit &
* In Catena Caraffæ hæc habentur NYSSENI nomine.

12. Extendisti manum tuam, * deuorauit eos terra.

* Anonymi. Quæ olim contracta erat ob tolerantiam, & benignitatem, & longanimitatem, extensa est contra Ægyptios: cùm enim hanc contemnerent, nec emendari vellent, thesaurizauerunt sibi ipsis iram in die iræ. Ceterùm ait terram eos absorbuisse factâ voragine, postquam à mari fuissent deuorati, & à filijs Israël expoliati. Primùm, cùm vellet Deus persuadere filijs Israël ipsos penitus deletos esse, in aspectum adduxit cadauera; & ne imaginatione quadam hæc gesta putarent fecit illa spoliari: deinde rursus effecit vt in illorum oculis eadem cadauera euanescerent à terra absumpta, vti sæpiùs accidit ijs qui iustè puniti sunt à Deo.

* Vulgata Dux fuisti in misericordia tua populo

13. * Deduxisti iustitiâ populum tuum hunc quem redemisti:

Greg. Nysseni. Nam iustitia est quàm verissimè, saluare hospites insidijs impetitos, liberos in seruitutem redactos, conuertere errantes, pios è tentationibus liberare.

* Vulgata Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum

* Aduocasti fortitudine tuâ ad diuersorium sanctum tuum.

Greg. Nysseni. Hoc est portasti. Sic enim Symmachus interpretatur: Adhortatus es custodiens ipsos in omnibus, & hostes vlciscens, & vberem ipsis bonorum salutem largiens, donec

βιαίου. πνεῦμα δὲ θεοῦ νοήσομεν τὸν Νότον, ὡς ποίημα ποιητοῦ καὶ κτίσμα δημιουργοῦ.

ιά. Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα;

Βασιλείου. Τὸ τίς ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ οὐδείς. οὔτε γὰρ ἐν συμμαχίαις, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν, οὔτε ἐν ἁγιασμῷ ἐξισωθῆναί τις δυνήσεται, ἢ κατά τι γοῦν ὁμοιωθῆναι· οὐδὲ γὰρ συγκρίνεται τὰ ἀσύγκριτα, οὐδὲ τῷ ποιητῇ τὰ ποιήματα, οὐδὲ τῷ ὄντι τὰ μὴ ὄντα, καὶ εἰς γένεσιν παραχθέντα. πάντα γὰρ καὶ ἐν πᾶσιν ὑπεραίρεις ταῖς ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς.

ιβ΄. Ἐξέτεινας τὴν δεξιάν σου· κατέπιεν αὐτοὺς γῆ.

Ἀνωνύμου. Ἡ γὰρ πάλαι συσταλομένη διὰ τὴν ἀνοχὴν, καὶ χρηστότητα, καὶ μακροθυμίαν, ἐξετάθη κατὰ τῶν Αἰγυπτίων· ταύτης γὰρ καταφρονήσαντες, καὶ βελτιωθῆναι μὴ βουληθέντες, ἐθησαύρισαν ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. καταπεπωκέναι δὲ αὐτοὺς τὴν γῆν φησι χάσματος γεγενημένου, μετὰ τὸ ἐκβρασθῆναι αὐτοὺς ἀπὸ θαλάσσης, καὶ σκυλευθῆναι ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. πρότερον, τοῦ θεοῦ πεῖσαι βουληθέντος τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ὡς ἄρδην ἀπώλοντο, ὑπ' ὄψιν ἀγαγόντος τὰ σώματα· καὶ ὡς οὐ φαντασίᾳ τινὶ τὰ γινόμενα σκυλεῦσαι παρεσκεύασεν· εἶθ' οὕτως πάλιν παρεσκεύασε, καὶ κατέστησεν ἀφανῆ ἐν ταῖς ἐκείνων ὄψεσι καταποθέντα ὑπὸ τῆς γῆς, ὅπερ γίνεται πολλάκις ὑπὸ τῶν ἐν δίκῃ κολαζομένων ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

ιγ΄. Ὡδήγησας τῇ δικαιοσύνῃ σου τὸν λαόν σου τοῦτον ὃν ἐλυτρώσω·

Γρηγ. Νυσσης. Δικαιοσύνη γὰρ ὡς ἀληθῶς, τὸ διασῶσαι ξένους ἐπιβουλευομένους, ἐλευθέρους καταδουλουμένους, ἐπιστρέψαι πεπλανημένους, εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμῶν ῥύσασθαι.

Παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου.

Γρηγ. Νυσσης. Τουτέστι ἐβάστασας. οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἑρμηνεύει· προετρέψω φρουρῶν αὐτοὺς ἐν ἅπασι, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀμυνόμενος, καὶ ἄφθονον αὐτοῖς τὴν τῶν ἀγαθῶν σωτηρίαν διαρρύμενος, ἕως οὗ

εἰς

Digitized by Google

εἰς αὐτὴν τὴν ἐπηγγείλω ἀποκατέστησας γῆν. κατάλυμα δὲ ἅγιον καὶ ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐργασία, εἰς ἣν αὐτοὺς παρεκάλεσε συγκαθεσάμενος αὐτῶν τὴν νηπιότητα, καὶ τροποφορῶν αὐτοὺς ὡς πατὴρ καὶ διδάσκαλος.

ιδ΄. Ἤκουσαν ἔθνη, καὶ ὠργίσθησαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἤγουν ἐκλονήθησαν καὶ ἐταράχθησαν. καὶ τούτοις Ῥαὰβ ἡ πόρνη μαρτυρεῖ τὸν κλόνον αὐτῶν τοῖς κατασκόποις δηλώσασα· καὶ ἀλλόφυλοι τὴν κιβωτὸν θεασάμενοι, καὶ τὸ οὐαὶ ἡμῖν ἐπιφωνοῦντες, ὡς ἐν ταῖς βασιλείαις ἀναγέγραπται.

Ὠδῖνες ἔλαβον κατοικοῦντας Φυλιστιείμ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀδελφὰ γὰρ ἤλπιζον πείσεσθαι τοῖς Αἰγυπτίοις οἱ ἀλλόφυλοι καὶ οἱ Παλαιστίνης οἰκήτορες.

ιέ. Τότε ἔσπευσαν ἡγεμόνες Ἐδώμ, καὶ ἄρχοντες Μωαβιτῶν, ἔλαβεν αὐτοὺς τρόμος· ἐτάκησαν πάντες οἱ κατοικοῦντες Χαναάν.

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣΗΣ. Ἐδὼμ καὶ Σηεὶρ ὁ Ἠσαῦ ὠνομάζετο, ὁ τοῦ Ἰακὼβ ὁμογάστριος ἀδελφός· ἐξ οὗ καὶ Ἰδουμαῖοι κατάγονται· Μωαβῖται δὲ ἀπὸ Μωὰβ τοῦ υἱοῦ Λώτ· τούτων οἱ ἡγεμόνες τὴν ὑπερασπίζουσαν τοῦ Ἰσραὴλ ἄμαχον χεῖρα μαθόντες, συνεχέθησαν φόβῳ, καὶ τρόμῳ πολιορκηθέντες δεινῶς κατεξύχοντο τὴν ψυχήν. τὸ δὲ ἔσπευσαν ἐθορυβήθησαν ἐκδεδώκασιν ἕτεροι. περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἀδιαφοροῦσα ἡ θεία γραφή, πῆ μὲν ἀπαγγέλλει ὡς ἤδη γεγενημένα τὰ πράγματα, τῇ προῤῥήσει τῶν μελλόντων θαῤῥοῦσα, καὶ τὴν ἔκβασιν πάντη τε καὶ πάντως ἀκολουθῆσαι πιστεύουσα· πῆ δὲ ὡς μήπω γεγενημένα ἐσόμενα δὲ διηγεῖται.

ιϛ΄. Ἐπιπέσοι ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος μεγέθει βραχίονός σου· ἀπολιθωθήτωσαν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ λαός σου κύριε, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ λαός σου ὃν ἐκτήσω.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅπερ ἐστὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς σῆς δυνάμεως ἀκίνητοι διαμενάτωσαν ὑπὸ τοῦ δέους ἐκνευρισθέντες. ταῦτα αὐτοῖς

in ipſam terram quam promiſiſti reſtituiſti. Diuerſorium verò ſanctum eſt pia cogitatio & probarum actionum operatio, ad quam ipſos adhortatus eſt corrigens eorum ſtultitiam, & optimis moribus eos imbuens vt pater & præceptor.

CATENA PATRVM.

14. * Audierunt Gentes, & iratæ ſunt.

* Vulgata Aſcenderunt populi, & irati

EIVSDEM. Scilicet motæ ſunt, & turbatæ ſunt. Et hæc Raab meretrix teſtatur, eorum perturbationem ſpeculatoribus annuntians: & alienigenæ arcam conſpicientes, & væ nobis exclamantes, vt in Regum libris ſcriptum eſt.

Dolores * apprehenderunt habitatores Philiſthijm.

* Vulgata obtinuerunt

EIVSDEM. Siquidem alienigenæ & Palæſtinæ incolæ ſe Ægyptijs ſimilia paſſuros exiſtimabant.

15. Tunc * feſtinauerunt Duces Edom, & principes Moabitarum, apprehendit illos tremor: tabuerunt omnes inhabitãtes Chanaan.

* Vulgata conturbati ſunt Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores

GREG. NYSSENI. Edom & Seir Eſau nominabatur, qui Iacobi vterinus frater fuit; ex quo Idumæi deſcendunt: Moabitæ verò à Moab filio Lot: horum Duces cum inexpugnabilem manum pro Iſraële pugnare animaduerterent, timore correpti ſunt, & graui terrore obſeſſi animo torquebantur. Ceterùm illud *feſtinauerunt* alij expoſuerunt *turbati ſunt*. Verùm diuina Scriptura indifferenter ſe habens circa tempora, partim quidem tamquam iam factas res annuntiat, futurorum prædictione freta, & de euentu omnino ſecura; partim verò tamquam nondum facta futura narrat.

16. Irruat ſuper eos * timor & tremor magnitudine brachij tui: fiant * tamquam lapis, donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti.

* Vulgata formido & pauor. in
* immobiles quaſi

EIVSDEM. Hoc eſt exceſſu potentiæ tuæ immobiles permaneant à timore eneruati. Hæc ipſis vt eueniant ro-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

gamus, non quòd fratres oderimus, ſed ne dum tranſimus mali quidpiam ab Ægyptiorum manu recipiamus; cùm vocemur populus tuus, & facti ſimus poſſeſſio ſaluatoris.

** Vulgata Introduces eos, & plantabis * firmiſſimo*

17. * Introducens planta eos in monte hereditatis tuæ, * in præparato habitaculo tuo quod operatus es Domine.

GREG. NYSSENI. Rogamus vt etiam introducas nos, & quieſcere facias in terra quam patribus noſtris promiſiſti, & in habitaculo ac ſanctuario quod prouidentiâ tuâ præparatum eſt; quod & domum orationis fore ſtatuiſti & præparaſti parti tuæ & funiculo hereditatis tuæ: ipſe enim es Rex in ſæculum & vltra ſæculum.

** Vulgata addit tuum * firmauerunt*

Sanctuarium * Domine, quod * parauerunt manus tuæ.

** regnabit in æternum*

18. Dominus * regnans ſæculum & in ſæculum & vltra.

EIVSDEM. Quæ porrò manus ſunt? Dominus qui regnat in ſæculum & in ſæculum & vltra; per quem & omnia fecit Pater, & euertit principatus & poteſtates, & contriuit capita draconum in aqua, & liberauit proprium populum ab oppreſſione illorum, & reliqua.

** Vulgata Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit * aquas * eius.*

19. * Quoniam ingreſſus eſt equitatus Pharaonis cum curribus & aſcenſoribus in mare: & induxit ſuper eos Dominus * aquam maris: filij autem Iſraël ambulauerunt per ſiccum in medio * maris.

GREG. NYSSENI. Hæc autem dicimus fiduciam accipientes ex his quæ iam pridem erga nos oſtendiſti, cùm hoſtes quidem in fugam egeris, & totum pelagus in ipſos exundaueris, & Iſraëlem deduxeris tamquam in continenti per medium aquæ tuo præcepto diffiſſæ. Vel his quoque ſpiritaliter attendes ſecundùm legem ſpiritalẽ ſublimior ſermone factus. Principes namque ac Duces Edom & reliquorum impiorũ alienigenarum Gentium ſatanam intelliges, & prauas poteſtates quæ ſub ipſo ſunt,

συμβῆναι παρακαλοῦμεν, οὐ μισάδελφοι ὄντες, ἀλλ' ἵνα μήτε κακὸν λάβωμεν διαπορθοῦντες ἐκ χειρὸς τῶν Αἰγυπτίων, καὶ λαός σου χρηματίσαντες, καὶ γενόμενοι κτῆμα τοῦ διασώσαντος.

ιζ΄. Εἰσαγαγὼν καταφύτευσον αὐτοὺς εἰς ὄρος κληρονομίας σου, εἰς ἕτοιμον κατοικητήριόν σου ὃ κατειργάσω κύριε.

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣΗΣ. Δεόμεθα ὅπως καὶ εἰσαγάγῃς ἡμᾶς, καὶ καταπαύσῃς εἰς τὴν γῆν ἣν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐπηγγείλω, καὶ εἰς τὸ κατεργασθὲν τῇ σῇ προγνώσει κατοικητήριον καὶ ἁγίασμα· ὃ οἶκον προσευχῆς προορίσας ἔσεσθαι, καὶ ἡτοίμασας τῇ σῇ μερίδι καὶ τῷ σχοινίσματι τῆς κληρονομίας σου· αὐτὸς γὰρ εἶ ὁ βασιλεύων εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τοῦ αἰῶνος ἐπέκεινα.

Ἁγίασμα κύριε, ὃ ἡτοίμασαν αἱ χεῖρές σου.

ιη΄. Κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τίνες δὲ αἱ χεῖρες; ὁ κύριος ὁ βασιλεύων εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι· δι' οὗ καὶ πάντα πεποίηκεν ὁ Πατήρ, καὶ κατέλυσε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ συνέτριψε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ ἠλευθέρωσε τὸν ἴδιον λαὸν ἀπὸ τῆς καταδυναστείας αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιθ΄. Ὅτι εἰσῆλθεν ἵππος Φαραὼ σὺν ἅρμασι καὶ ἀναβάταις εἰς θάλασσαν, καὶ ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης. οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπορεύθησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης.

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣΗΣ. Ταῦτα δὲ φαμὲν θαρροῦντες ἐξ ὧν ἤδη εἰς ἡμᾶς ἐπεδείξω, τοὺς μὲν ἐχθροὺς τρεψάμενος, καὶ ἐπικλύσας αὐτοῖς ἅπαν τὸ πέλαγος, τὸν δὲ Ἰσραὴλ διαγαγὼν ὡς ἐν ἠπείρῳ σχισθέντος τῷ σῷ προστάγματι διὰ μέσου τοῦ ὕδατος. τούτοις ἢ καὶ νοητῶς ἐπιβαλεῖς κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον τοῦ ῥητοῦ γινόμενος ὑψηλότερος. ἄρχοντας γὰρ καὶ ἡγεμόνας Ἐδὼμ καὶ τῶν λοιπῶν ἀσεβῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὸν σατανᾶν νοήσεις, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν πονηρὰς δυνάμεις,

οἵτινες

Digitized by Google

οἵτινες καὶ ἐκλονήθησαν τὴν ἄμαχον τοῦ Θεοῦ χεῖρα ἐξαναστᾶσαν κατ' αὐτῶν ὡς ἀσεβῶν θεασάμεναι, καὶ βοῶντες, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; καὶ τῷ φθόνῳ δὲ συσχεθέντες ἐτάκησαν ὁρῶντες ὠδίνουσαν τὴν Σιὼν καὶ τίκτουσαν ἐν ἡμέρᾳ ἔθνος τοσοῦτον, καὶ λαὸν κτιζόμενον, καὶ αἰνοῦντα τὸν κύριον.

quæ etiam turbatæ sunt videntes inexpugnabilem Dei manum in impios irruentem, & clamantes, *Quid nobis & tibi Iesu Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos?* Quin & inuidiâ rupti contabuerunt cernentes Sionem parturientem & parientem in vno die Gentem hanc, & populum genitum, & laudantem Dominum.

ANNOTATIO NES CORDERII. Matth. 8, 29.

ANNOTATIONES CORDERII.

Canticum Moysi est Epinicium de Pharaone subuerso.

HOC Canticum, quod omnium Canticorum primum est, velut Epinicium & Eucharisticum cecinit Moyses & filij Israël post transitum Maris rubri, Pharaone vnà cum exercitu suo demerso, tam illustrem victoriam Deo acceptam referentes, eiusque magnificentiam & potentiam celebrantes. *Moris enim Sanctorum est* (inquit Origenes) *vbi aduersarius vincitur, tamquam qui sciant non sua virtute, sed Dei gratiâ factam victoriam, hymnum Deo gratulationis offerre.* Ita fecit Debora cæso Sisara, & Iudith trucidato Holoferne, & toto ferè Psalterio Dauid: vti & pro alijs alij sancti beneficijs à Deo acceptis in similes hymnos ac laudes proruperunt, vt Anna nato Samuele; Zacharias nato S. Ioanne; B. Virgo concepto Iesu Christo; Simeon eodem viso, &c. Tradit Philo Moysem singulos huius Cantici versus dictasse ac præcinuisse populo ipsi succinente, vt fit in choris & tripudijs. Apud Augustinum verò Auctor de Mirabilibus S. Scripturæ lib. 1. cap. 21. *Carmen*, inquit, *hoc vniuersi pariter decantabant. Vbi enormi satis admiratione accidit dignum miraculum, vt cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirati flamine, vno quasi ex ore, nullâ præmonitione edocti, easdem concinentes litteras decantarent in vnum. Vbi non consuetudine humani ingenij, sed diuino Spiritu cantorum pectora & ora inspirata sunt.* Secundùm Allegoriam, inquit Cornelius noster, Christiani maximè beati, qui per Baptismum & Sanguinem Christi vicerunt peccatum & diabolum, ac penetrarunt in terram promissam, in cælis cantant hoc Canticum; de quo S. Ioannes ait in Apocalypsi, *Vidi tamquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, & cantantes Canticum Moysi serui Dei, & Canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens*, &c.

Solent Sancti de beneficijs acceptis hymnos componere. Iud. 5, 1. Iudith 16, 2. 1. Reg. 2. Luc. 1. Luc. 2.

Quàm admirabile sit hoc Canticum.

Allegoria. Apoc. 15, 2.

1. *Gloriosè enim glorificatus est.*] Græcè, Ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται: Vulgata vertit, *Gloriosè enim magnificatus est:* in Hebræo est emphasis in eiusdem vocis geminatione כִּי גָאֹה גָּאָה *Ki gao gaa: Quia magnificando magnificatus est.* hoc est, Supra modum magnificatus est; quoniam magna eius gloria, maiestas & virtus in populi sui liberatione & hostium strage eluxit. *Quasi non sufficeret* (inquit Origenes) *dicere Magnificatus est, addit Gloriosè magnificatus est. Etenim aliud est magnificari, aliud gloriosè magnificari. Nam Dominus meus Iesus Christus cùm carnem ex Virgine Maria pro salute nostra suscepit magnificatus est quidem; quia venit quærere quod perierat; non tamen gloriosè magnificatus est. dicitur enim de ipso: Quia vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Magnificatus etiam est cùm ad crucem venit, & pertulit mortem. Vnde & dicit: Pater meus hora est, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Erat enim ei gloria etiam ipsa passio crucis: verùm gloria hæc non erat gloriosa, sed humilis. Verùm quia hæc oportebat pati Christum, & sic introire in gloriam suam, quando surrexit, tunc gloriosè magnificatus est: similiter cùm venerit in maiestate sua, in gloria Patris & sanctorum Angelorum iudicare terram; quando & verum Pharaonem, id est diabolum, interficiet spiritu oris sui, tunc non solùm magnificabitur Dominus, sed & gloriosè magnificabitur.*

Quid sit gloriosè magnificari.

Isa. 53. *Christus in passione quidem magnificatus sed in resurrectione gloriosè magnificatus est.*

IBIDEM. *Equum & ascensorem proiecit in mare.*] Tropologicè (inquit Cornelius noster) equus est homo carnalis, superbus, iniustus; adscensor est dæmon. *Si ergo* (inquit S. Hieronymus in Psal. 75.) *te impius persequitur, scito quia equus es; sed eques est diabolus: iste currit, hic lanceâ suâ percutit: iste ducitur calcaribus, & inuitus insanit, hic agit & stimulat.* Ab hac igitur dura & tyrannica diaboli seruitute eripit Deus animam potenti virtute, cùm admirabili vocatione eam ad se conuertit, & in Mari rubro, id est in Sacramento Baptismi aut Pœnitentiæ, Sanguine Christi rubricato Pharaonem & equitatum seu exercitum eius demergit, totasque curruum subuertit; id est, diaboli potentiam confringit, cuncta peccata suffocat, prauas animæ propensiones eneruat & mortificat, vt ipsa in libertatem filiorum Dei transeat. Quantò autem gloriosior sit hic triumphus spiritualis altero corporali, sic explicat D. Bernardus Serm. 39. in Cantica dicens: *An non tibi multò fortius longeque gloriosius esse videtur, diabolum prosternere quàm Pharaonem, atque aëreas debellare potestates, quàm currus Pharaonis subuertere? Ibi pugnatum est aduersus carnem & sanguinem, hic aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contrà spiritualia nequitiæ in cælestibus. Ibi subuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia & sæcularia desideria quæ militant aduersus animam. Illi in fluctibus, isti in fletibus. Marini illi, amari isti. Puto & nunc clamitare dæmonia, si fortè contingat incidere in talem animam, Fugiamus Israëlem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos.*

Equus est homo carnalis, sessor est diabolus.

Gloriosior est de diabolo quàm de Pharaone triumphus.

Ephes. 6, 12.

ANNOTATIONES CORDERII.

Passiones sunt velut equi ferocientes.

nos. Similia vide apud Nyssenum in Vita Moysis circa medium, & apud Origenem ad hunc locum. Eleganter quoque Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum locum hunc interpretatur de illo qui habenas laxat cupiditatibus suis, quique in mare proijcitur, hoc est, inquit, in tumultus mundi & perturbationes. Quin & Plato in Phædone imitatus cælestem Moysis sapientiam, & currus & aurigam & equos aureo suo calamo delineauit: qui cùm dixit & aurigam & equum deficientem cadere, partem expertem rationis intelligit, vt vult Clemens eodem illo suo stromate. Quâ ratione quoque fictis fabulis claros viros excogitauisse refert, ob incontinentiam motusque effrænatos dominantis animo cupiditatis Phaëthontem è curru excidisse. Illustrauit hoc inuentum, & peregregiè quidem, S. Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. vbi animum esse currum ait, equos illius bonos esse virtutes, malos perturbationes. Animæ pacificæ Christianis virtutibus ornatæ sunt equi subiecti fidei iugo, adstricti vinculis charitatis, iustitiæ frenis, retinaculis sobrietatis, &c. Hîc Pater Deus præsul est, Christus agitator. de quo Habacuc: *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio*. Atque hi equi boni (vt idem S. Doctor ait) volant, & à terris ad superiora tollunt animum, & ad locum palmæ traducunt; mali autem & strigosi equi inter se dissidentes se collidunt, & in diuersa præcipitia feruntur. Vtinam verò in nobis efficiat Deus quod inexplicabili bonitate se perfecturum pollicetur: *Auferam equos tuos de medio tui, & dispergam quadrigas tuas*. Vbi S. Hieronymus sic diuinum illud emblema exponit: *O Israël interficiam equos tuos de medio tui, id est de principali cordis tui lasciuientes impetus, & equorum more ruptis vinculis proruentes; & currus tuos, quibus tibi in vitijs placebas, & peccata peccatis consocians, quasi triumphans in quadrigis ferebaris*. Hæc ille.

Virtutibus refrenantur.

Habac. 3.

Mich. 6, 10.

2. *Adiutor & protector factus est mihi in salutem.*] Græcè, Βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς: pro quo Vulgata habet, *Fortitudo mea, & laus mea Dominus*. Quod non eodem modo accipiendum monet Bonfrerius. Sed *fortitudo*; quia is auxilium nobis contra hostes exhibet, & eius quasi virtute pugnamus, hostesque debellamus: *laus* autem; quia obiectum & materia laudis nostræ.

3. *Dominus conterens bella, Dominus nomen illi.*] Chaldæus, *Dominus est victor bellorum: Adonai est nomen eius*: Hebraicè est nomen tetragrammaton *Iehoua*, vel potiùs *Iehoua vir belli* (id est maximè bellicosus) *Iehoua nomen eius*. Alludit, inquit Cornelius ad radicem הוּה *houa*, quæ contritionem & confractionem significat. q. d. Verè Deus est *Iehoua*, id est contritor Pharaonis & Ægyptiorum: Vulgata vertit, *Dominus quasi vir pugnator; Omnipotens nomen eius*. Vbi cum Lipomanno acutè obseruat Bonfrerius noster voculam *quasi* à Latino Interprete prudenter additam, quia apud nos minùs benè sonaret, si Deus diceretur absolutè vir pugnator, vel bellicosus: quæ durities orationis multum mitigatur per particulam similitudinis. *Sicut enim vir pugnator* (inquit Rupertus) *pro modo vel qualitate hostis sui semetipsum aptat, & armis induit; sic Dominus secundùm naturam hostis sui nouis & mirabilibus modis bellum ordinare voluit. Erat autem hostis eius non caro & sanguis, sed principatus quidam & potestas aërea, rector mundi huius, tenebrarum harum, spiritualis nequitia in cælestibus. Non ergo materiali gladio super femur suum semetipsum potentissimus accinxit, non loricam vel galeam ferro textam induit, sed contra huiusmodi potestatem vel principatum superbiæ humilitatem & obedientiam, contra spiritualia nequitiæ charitatis fortitudinem induit, & præcinxit se. Ita quasi vir pugnator currum Pharaonis aërei, quo super altitudinem nubium equitare se credidit, vt esset Altissimo similis, & exercitum eius tam vitiorum quam dæmonum, quos præposuerat in templis, proiecit in mare. Moriendo quippe accepit potestatem in cælo & in terra, & omnia traxit ad se.*

Quibus armis Christus hostes suos debellauerit.

4. *Electos ascensores Tristatas.*] Pro quo Vulgata habet, *Electi Principes eius*. Vocem Græcam Τριστάτας exponens S. Hieronymus in Ezechielis cap. 23. *Pro hoc*, inquit, *Latina simplicitas Ternostatores transtulit. Sunt autem Tristatæ apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem. de quibus scriptum est: Verumtamen ad tres primos non peruenit. Quos nos Magistratus vtriusque militiæ & præfectos annonarij tituli nominamus*. Hesychius & Etymologus *Tristatam* volunt esse satellitem Regium; sic dictum, quia tria vibret hastilia: Vatablus, Oleaster, Forsterus, Arias Montanus & alij *Triarios* vertunt; etsi & hi censeri possint velle eos non sine præfectura fuisse: nam & Oleaster vult eos tertiam populi partem gubernasse, & ob id *Tristatas* vel *Triarios* dictos.

Tristata qui.

1. Paral. 11. & 2. Reg. 23, 19.

Tropologicè Origenes: *Sunt*, inquit, *& alij* Triastæ seu Ternostatores, *qui mihi videntur pro eo sic appellari, quòd triplex est hominibus peccandi via. Aut enim in facto, aut in dicto, aut in cogitatione peccatur. Et ideò* Ternostatores *dicuntur, qui tres istas in nobis peccandi obsideant vias, & speculentur semper, atque in insidijs agant: vt aut ille ex misero homine sermonem malum eliciat, aut iniquum opus extorqueat, aut cogitationem pessimam rapiat.*

7. *Misisti iram tuam: deuorauit eos sicut stipulam.*] Hîc (inquit Bonfrerius noster) ira diuina fingitur à Moyse quasi ignis quidam omnia in quæ inciderit, perinde atque stipulam, hoc est facillimè & nullo negotio consumens & deuorans: & videtur alludere ad ignes & fulgura ex ignis columna in Ægyptios eiaculata. de quibus Exod. 24. vers. 14. mentio est. Porrò iram diuinam ad modum ignis accipi & fingi nihil mirum, cùm ira etiam humana sit & dicatur ignis metaphoricus. Hinc dicimus quempiam irâ accendi, inflammari, exardescere. Est autem ira ignis metaphoricus, siue secundùm se & formaliter capiatur pro animi affectione, vel appetitus sensitiui motu; siue in ordine ad effectum sumatur, seu quatenus vim habet immutandi corpus. vnde ab Aristotele lib. de Anima ita definitur ira: *Ira est accensio sanguinis circa cor*. Hinc Claudianus ad quartum Consulatum Honorij:

Ira omnis, multoq; magis diuina, ignis est, & ignis symbolo aptè declaratur.

Iram sanguineus Regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis. ———

Quin etiam in corpore humor biliosus, qui si tamen in copia sit, disponit ad iram, & inflammat iecur & sanguinem, igneæ naturæ est, ignisque

Leo iracunda & ignea natura.

ighiſque qualitates habet, calorem & ſiccitatem. Hinc etiam leo, qui maximè iracundum eſt animal, ignis qualitates habet: eſt enim calidæ & ſiccæ ſupra modum naturæ; quo fit vt & continuis febribus agitari leo dicatur, & ipſius oſſa, ſi inter ſe collidantur, crebras ignis ſcintillas effundant. Quocircà ſancti Patres iram *ignem* appellant. D. Clemens Ἀναγνώσεων lib. 6. *Puto quod ſatis dignas habeatis iracundia cauſas, ex quibus iuſtiſſimus ignis ille coaleſcat*. Chryſoſtomus Hom. ſuper Matth. 18. *Ira debet vinci patientiâ: ignis enim eſt. Verùm ignis non extinguitur igne, ſed aquâ.* Ob eam cauſam etiam eadem quæ igni iræ tribuuntur. Eccleſiaſtici 28. *Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundùm enim ligna ſilua ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis ſic iracundia illius erit: & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem: & lis feſtinans effundit ſanguinem: & lingua teſtificans adducit mortem. Si ſufflaueris in ſcintillam quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam extinguetur. Vtraque ex ore proficiſcuntur.* Hinc etiam de ira nata adagia: *Ignem igni ne addas: Ignis igne non extinguitur.* de ijs videlicet, qui irriſionibus, dicterijs, verborum aculeis exortam iram magis inflammant. Ex eodem fonte profectum illud Pythagoræ ſymbolum, Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, *Ignem gladio ne fodito.* Quod Hieronymus, Cyrillus, Plutarchus, Laërtius, Athenæus ita explicant, iratum & furentem hominem non eſſe verbis magis exaſperandum. *Et verò* (inquit Athenæus) *ignis ira eſt, gladius lis eſt & contentio: flamma quò magis exagitatur, hoc magis inualeſcit.* Alij verò explicant potentiorum iram non eſſe commouendam. Multoque aptiùs ad diuinam iram non permouendam accommodari poſſet, cuius ira, vtpote efficaciſſima, & ignis virtutis infinitæ, omnia quæcumque corripuerit conſumit & deuorat; vt proptereà Deus *ignis conſumens & deuorans* dictus ſit. Ecce quid homo, quid omnes creaturæ ſunt reſpectu Dei, modica videlicet ſtipula immenſo & efficaciſſimo igni comparata; & tamen audet homo, huius ſtipulæ minima portio, Dei iram laceſſere, & eum ad certamen prouocare. Ita pulchrè Bonfrerius noſter ad hunc locum.

Ira & ignis augentur irritatione.

Deut. 4, 24. Ibid. 9, 3.

8. *Diuiſa eſt aqua.*] Ita etiam S. Auguſtinus lib. 55. Quæſt. Græcè Διέστη: pro quo Aquila Symmachus & Theodotion Ἐσωρεύθη, *Coacernata eſt*: Vulgata, *Congregata ſunt aqua.* Vtrumque autem factum ex ſequentibus patet. Ἐπάγη ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, *Compacta ſunt tamquam murus aqua:* pro quo Vulgata legit, *Stetit vnda fluens.*

10. *Miſiſti ſpiritum tuum, cooperuit eos mare.*] Vulgata, *Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare.* Myſticè hoc de Spiritu ſancto & ſacro Baptiſmate exponit Rupertus dicens: *Hoc tenet Catholica fides, quia mare Chriſti nobis ingreſſis aſpirat ſpiritus Domini, ſpiritus gratia & remiſſionis, deponens, iuxta Prophetam, omnes iniquitates noſtras, & proijciens in profundum maris omnia peccata noſtra. Quod enim primum in ſemetipſo caput noſtrum fecit in præſentia ſua mortis, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti,* &c. *& expolians principatus & poteſtates, hoc idem in Baptiſmo fecit in membris ſuis: vbi eſt ſimilitudo mortis eiuſdem cui complantamur, vt ait Apoſtolus. Rectè igitur & veraciter cantabis quicumque de hoc mari aſcendiſti in Chriſto renatus; Quia operuit eos mare,* &c.

Baptiſmus mare ſpirituale.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Demerſi ſunt quaſi plumbum.*] Per plumbum myſticè peccati grauitas deſignatur, vti pulchrè Origenes: *Peccatores, inquit, graues ſunt: ſancti autem, quia leues, ambulant ſuper aquas. Dominus & Saluator noſter ſuper aquas ambulauit: ipſe eſt enim qui verè peccatum neſcit: ambulauit & diſcipulus eius Petrus, licet paululùm trepidauerit: non enim tantus erat ac talis, qui nihil omnino de ſpecie plumbi, id eſt peccati, in ſe haberet admixtum; habuit, licet parum; propter quod dicit ad eum Dominus: Modicæ fidei quare dubitaſti? Idcircò igitur qui ſaluus fit, per ignem ſaluus fit; vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat & reſoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum; quia aurum terra illius bonum eſſe dicitur, quam habituri ſunt ſancti: & ſicut fornax probat aurum, ſic homines iuſtos tentatio. Veniendum ergo omnibus eſt ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium. Sedet enim Dominus & conflat, & purgat filios Iuda. Et cùm illuc venitur, ſi quis multa opera bona & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tamquam plumbum igni reſoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum: & ſi quis illuc plus plumbi detulerit plus exuritur, vt ampliùs decoquatur; vt etſi parum aliquid ſit, purgatum tamen reſideat. Quòd ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt: Demergetur ſicut plumbum in profundum in aqua validiſſima.*

Peccatores ſunt plumbei & graues, ſancti verò leues.

11. *Quis ſimilis tui in dijs Domine?*] Vulgata legit *in fortibus*. Vtraque lectio optima: nam vox אֵלִים *elim* ſignificat *fortes* & *deos*: ſiquidem אֵל *el* Dei nomen à fortitudine ſumptum eſt. Hoc autem non eo dictum monet Origenes, *quòd ſimulacris Gentium comparet Deum, nec dæmonibus, qui ſibi falsò deorum nomen adſciſcunt; ſed Deos illos dicit, qui per gratiam & participationem Dij appellantur. de quibus alibi: Ego dixi Dij eſtis. & iterùm: Deus ſtetit in congregatione Deorum. Nam hi quamuis capaces ſint Dei, & hoc nomine donari per gratiam videantur; nullus tamen Deo ſimilis inuenitur vel in potentia, vel in natura. Et licet Ioannes Apoſtolus dicat, Scimus quoniam cùm apparuerit ſimiles ei erimus; ſimilitudo tamen hæc non ad naturam, ſed ad gratiam reuocatur. v.g. Pictura ſimilis eſt illi cuius imago eſt, ſcilicet quantum ad gratiam pertinet viſus; quantum verò ad ſubſtantiam longè diſſimilis. Nullus ergo in dijs ſimilis Domino: nullus enim inuiſibilis, nullus immutabilis, nullus ſine initio, nullus creator omnium, niſi Pater cum Filio & Spiritu ſancto.*

Pſal. 81, 6. Ibid. 1.

Nullus Deo ſimilis.

1. Ioan. 3, 2.

IBIDEM. *Glorificatus in ſanctis.*] Græcè, Δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις: pro quo Vulgata vertit, *Magnificus in ſanctitate.* id eſt, Inter ſanctos ſanctiſſimus, ceteris ſanctis in ſanctitate antecellens.

IBIDEM. *Mirabilis in maieſtatibus.*] Quod Græcè eſt θαυμαστὸς ἐν δόξαις: Complutenſes, Θαυμαστῶς, ἐνδόξως ποιῶν τέρατα, *Mirabiliter, glorioſe*

ANNOTATIONES CORDERII. Deus laudandus cum timore.

riosè faciens prodigia: Symmachus, Οὔτε ἐν δυναστείᾳ, οὔτε ἐν ἁγιασμῷ ἐξισωθῆναι, *Neque in potentatu, neque in sanctificatione aquari:* Vulgata, *Terribilis atque laudabilis:* in Hebræo habetur נוֹרָא תְהִלֹּת *Nora tehillot*, id est *Terribilis laudibus*; vel vt Caietanus vertit, *Formidatus laudum*. q. d. Laudes tuæ formidini sunt non solùm hominibus, sed etiam Angelis; eò quòd excedant vires laudantium. Vel quia à laudantibus es metuendus: non enim tibi placet laudari sine timore. Vel quia tu solus per sola laudabilia opera metuendus es.

Ægyptij aquis obruti quâ ratione dicantur à terra deuorati.

12. *Deuorauit eos terra.*] Varij hîc variè laborant, vt explicent quomodo Ægyptij aquâ obruti & submersi dicantur à terra deuorati. Glossa interlinearis, *Terra*, inquit, *id est aqua terræ cognata, & vbique terrâ contenta.* S. Augustinus Quæst. 54. *Terra pro aqua nimirum est posita. Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi terræ nomine censetur: secundùm id quòd sæpè dicitur, Deus qui fecit cælum & terram; & in Psalmo commemoratis cælestibus, Laudate, inquit, Dominum de terra. & ea persequitur in laude quæ etiam ad aquas pertinebant.* Euthymius: *Vel dicitur Deuorauit eos terra; quia postquam submersi sunt emissi sunt in terram, vt Israëlitæ eos viderent, & certiores fierent de miraculo, atque vt eos expoliarent; deinde facto terræ hiatu ad diuina iræ demonstrationem absorpti sunt.* Ita ferè etiam Vatablus & Oleaster. Sic vt aliquid noui hîc indicetur, quod hactenus non fuerat significatum, Dionysius. Carthusianus vult particulam similitudinis subintelligi; videlicet, quòd à fluctibus eo modo absorpti essent, quasi dehiscente terrâ deuorati essent. Lyranus, Abulensis, Caietanus, Emmanuel Sa, per terram maris fundum intelligunt, in quo Ægyptiorum cadauera obruta & absorpta iacuerint. Non enim emergunt cadauera donec fel crepuerit. Quæ videtur probabilior sententia. Ad litteram quoque (vt acutè notat Bonfrerius noster) sic exponi posset, vt magna eorum pars in littus maris eiecta postmodum arenis, quas continuò mare eijcit, fuerit cooperta & obruta. Tropologicè Origenes: *Sed & impios*, inquit, *etiam hodie deuorat terra. An non tibi videtur terra deuorare illum, qui semper de terra cogitat, qui semper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, de terra litigat, terram desiderat, & omnem spem suam ponit in terra? Qui ad cælum non respicit, qui futura non cogitat, iudicium Dei non metuit, nec promissa eius desiderat; talem cùm videris, dicito; Quia deuorauit eum terra*; & mox deuorabit eum infernus.

Gen. 1. Psal. 148.

Peccatores deuorat terra.

17. *Introducens planta eos in monte hereditatis tuæ.*] Vulgata hæc effert in futuro, *Introduces eos, & plantabis in monte.* Plantatio hæc ad stabilem habitationem refertur. Per montem autem *Moria* intelligitur, vbi posteà templum extructum fuit. Tropologicè Origenes: *Non vult*, inquit, *nos Deus in Ægypto plantare, nec in deiectis & humilibus locis, sed in monte hereditatis suæ vult plantare quos plantat. Audi quomodo plantat:* Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti Gentes, & plantasti eam, &c. operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. *Non plantas in vallibus, sed in montibus excelsis & sublimibus locis. Quos enim educit de Ægypto, quos de sæculo adducit ad fidem* (dic tu ad religionem) *non vult illos iterùm in humilibus collocare, sed conuersationem eorum vult esse sublimem. Vult nos in montibus habitare; sed in ipsis nihilominùs montibus non vult nos super terram repere, nec vltrà vult vineam suam humi deiectos habere fructus, sed vult palmites eius sursum duci, in alto collocari, traduces fieri, & traduces non in quibuscumque humilibus arboribus, sed in excelsis & in altissimis cedris Dei. Cedros Dei ego Prophetas & Apostolos puto; quibus nos si adiungamur, vitis, quam de Ægypto transtulit Deus, & per ramos eorum nostri palmites diffundantur, & ipsis innixi traduces quadam efficiamur charitatis ad inuicem vinculis connexi, fructum sine dubio plurimum afferemus.*

Deus in festis in montibus plantat.

Psal. 79.9.

CANTICVM MOYSIS IN DEVTER.

*Deut. 32. 1. * Vulgata Audite cæli quæ loquor: * oris mei.*

1. *ATTENDE cælum & loquar: & audiat terra verba * ex ore meo.

ANONYMI. Ad doctrinam eorum quæ à Domino dicuntur continentes totius mundi partes conuocat, scilicet cælum ipsum, quod diuinas virtutes continet, & terram, quæ hominum habitaculum est: & cælum quidem attendere, terram verò audire iubet: quoniam & oculi auditu præstant, & omnes spiritales potentiæ sunt quasi vnus oculus, cùm sint perspicaces, & nobis perfectiùs intelligibilia visibiliaque comprehendant; vel quoniam

α. ΠΡΟΣΕΧΕ οὐρανὲ καὶ λαλήσω· καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Συγκαλεῖ ἐπὶ μάθησιν τῶν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐκλελεγμένων τὰ συνεκτικὰ μέρη τοῦ παντὸς κόσμου, οὐρανὸν αὐτόν, τὸν τὰς θείας δυνάμεις ἀπειληφότα, καὶ γῆν, τὸ τῶν θνητῶν οἰκητήριον· καὶ οὐρανῷ μὲν προσέχειν, γῇ δὲ ἀκούειν παρακελεύεται· ἐπειδήπερ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀκοῆς τιμιώτεροι, καὶ ὡς εἰς ὀφθαλμὸς αἱ νοεραὶ ἅπασαι τυγχάνουσι δυνάμεις, διορατικαὶ οὖσαι, καὶ ἀκριβέστερον ἤπερ ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεναι τῶν νοητῶν τε καὶ ὁρωμένων· ἢ ἐπειδὴ

τὰ

Digitized by Google

τὰ θεσπιζόμενα μακροῖς ὕστερον χρόνοις δι' ἔργων ἤμελλε χωρεῖν, τῆς θνητῆς φύσεως ὀλιγοχρονίου τυγχανούσης τὰς θείας καὶ ἀθανάτους δυνάμεις, καὶ τὰ διαιωνίζοντα τοῦ κόσμου μέρη, ὥσπερ εἰς μαρτυρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων, καὶ ἀποβησομένων μακροῖς ὕστερον χρόνοις πραγμάτων ἀνακαλεῖται, τοῦ μηδενὸς ἀνθρώπων διαρκεῖν τὴν ζωὴν ἐπὶ τὴν τῶν θεσπιζομένων ἔκβασιν.

β'. Προσδοκάσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ καταβήτω ὡς δρόσος τὰ ῥήματα,

Κυριλλου. Βούλεται εἰπεῖν διὰ τοῦ, προσδοκάσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου· ποιήσατε δοχεῖα ἐν ἑαυτοῖς πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ὑποδοχήν. οὕτω γὰρ οἱ ἔμπειροι τῶν γηπόνων μελλόντων ὑετῶν καταρρεῖν, ἀροῦσι τὴν γῆν καὶ φιαλοῦσιν ἐπιμελῶς τὰ περίδενδρα, πρὸς τὸ μηδὲν διαπτεῦσαι τοῦ ὕδατος· οὕτω καὶ ὑμᾶς βούλομαί, φησι, μηδὲν τῶν λεγομένων διαλαθεῖν. Ὥσπερ δὲ ἡ δρόσος καταπιαίνει τὰ ἐν ἀγρῷ· οὕτω καὶ ὁ θεῖος λόγος κατευφραίνει καρδίαν.

Ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν,

Ανωνυμου. Ἡ ἄγρωστις καὶ ὁ χόρτος βοτάναι εἰσὶν ἄκαρποι, καί, ὥς φησιν ὁ σωτήρ, εἰς κλίβανον βαλλόμεναι· ἄνεισι δὲ μάλιστα εἰς κεχερσωμένα καὶ ἀγεώργητα χωρία. εἰδὼς οὖν ὁ Μωϋσῆς τῶν ἀκροωμένων τὸ ἄκαρπον καὶ ἀγεώργητόν φησιν, ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον· ἀντὶ τοῦ, εἰς ὦτα μὴ ἀκουόντων, καὶ μηδένα ἐκ τῆς ἀκροάσεως ποιούντων καρπόν.

Καὶ ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον.

Ανωνυμου. Ὁ χόρτος ἐπιπόλαιον μὲν ἔχει τὴν ῥίζαν· θάλλει δὲ καὶ εἰς βλάστησιν ἑτοίμως ἐπιδίδωσιν, ὑπὸ τῶν νιφετῶν πιαινόμενος. οὐκ ἔσονται τοίνυν δυσαυξεῖς ἐν ὑμῖν οἱ ἡμέτεροι λόγοι, ἀλλ' ὡς ὁ χόρτος ῥαδίως μὲν ἀνθήσουσιν ἐν ὑμῖν· ὡς ἄγρωστις δὲ ῥιζώσουσι.

γ'. Ὅτι ὄνομα κυρίου ἐκάλεσα· δότε μεγαλωσύνην τῷ θεῷ ἡμῶν.

Ανωνυμου. Μηδὲν περὶ αὐτοῦ ταπεινὸν ἢ χαμαίζηλον φανταζόμενοι. ἔφη δὲ καί, μεγαλύνατε τὸν κύριον σὺν ἐμοί. εἰ γὰρ ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα αὐτοῦ, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸς ὁ τούτων ποιητής;

illa quæ prædicuntur longis post temporibus in opus exitura sunt, cùm mortalis natura breuissimi sit temporis, inuocat diuinas & immortales virtutes, & perennes orbis partes, tamquam in testimonium eorum quæ ab se dicuntur, & multis pôst sæculis accident, nullâ hominum vitâ vsque ad euentum eorum quæ prædicuntur perdurante.

CATENA PATRVM.

2. * Expectetur vt pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea,

* Vulgata Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum,

Cyrilli. Per illud, *Expectetur vt pluuia eloquium meum*, vult dicere: Facite receptacula in vobis ipsis ad ea quæ dicuntur excipienda. Sic enim prudentes agricolæ pluuijs imminentibus terram arant, & studiosè circum arboreta sulcos ducunt, ne quid aquæ elabatur: ira nec vos, inquit, latere volo quidquam eorum quæ dicuntur. Quemadmodum autem ros impinguat ea quæ in agro sunt; sic etiam diuinum verbum cor lætificat.

Quasi imber super herbam,

Anonymi. Gramen & fœnum steriles herbæ sunt, &, vt ait Saluator, in clibanum mittuntur; exurgunt autem maximè in desertis & incultis locis. Cùm itaque Moyses sterilem & incultam audientium mentem haberet exploratam ait, *Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramen*; id est, in auribus audientium, & nullum fructum ex auditione capientium.

Et quasi * stilla super gramen.

* Vulgata stillæ super gramina.

Anonymi. Gramen habet radicem in superficie; virescit tamen & germen facilè emittit, cùm à stillis impinguatur. Non difficulter itaque in vobis sermones nostri excrescant, sed instar graminis facilè quidem in vobis efflorescent; at instar herbæ radices agent.

3. Quia nomen Domini * inuocaui: date magnificentiam Deo nostro.

* Vulgata inuocabo:

Anonymi. Nihil de ipso abiectum vel humile sentientes. Quin'imò dixit, Magnificate Dominum mecum. Si enim eius opera magnificata sint, quantò magis ipse eorum conditor?

4. * Deus

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

* Vulgata Dei perfecta sunt opera,

4. * Deus veracia, opera eius, & omnes viæ eius iudicia.

Anonymi. Id est, Immaculatæ & irreprehensibiles & inculpatæ sunt rationes prouidentiæ eius; tametsi mentis nostræ captum effugiant.

* Vulgata absque vlla iniquitate,

Deus fidelis, & * non est iniquitas in eo,

Rom. 2, 11.

Anonymi. Hoc est, Non mentietur iudicia faciens. *Non enim est acceptio personarum apud Deum*; neque iniustas profert sententias: est enim iudex incorruptus, & pro merito vnicuique tribuit.

* Vulgata rectus.

Iustus & * sanctus Dominus.

Anonymi. Non per participationem, vt creaturæ, ita vt in ipso magis aut minùs locum habeat; sed ipse est iustitiæ definitio & lex & virtutum apex.

* Vulgata ei, & non filij eius in sordibus.

5. Peccauerunt * non ei filij vituperabiles.

Anonymi. Diaboli filij & serpentis spiritalis; vtpote ab ipso geniti ad similitudinem eius obliqui sunt & tortuosi, viam rectam minimè incedentes, sed obliquè se circumuoluentes.

* Vulgata reddis Domino,

6. Generatio praua atque peruersa, hæccine * Domino redditis,

Anonymi. Ei scilicet qui ex nihilo vos vt essetis produxit, qui elegit vos præ omnibus in populum hereditarium, qui redemit vos ex oppressione Pharaonis, qui per mare vos eduxit, & peregrinam atque inuiam vobis viam dedit, & insequentes vos Ægyptios vndis obruit, & reliqua miracula edidit.

* Vulgata popule stulte & insipiens?

* Sic populus stultus & non sapiens?

Isaiæ 1, 3.

Anonymi. Nihil ad intelligentiam benefactoris vos adducit, sed omni irrationalitate deteriores estis; neque castigati ad Dominum conuertimini, qui tamquam filios flagellat; neque ob multitudinem beneficiorum agnoscitis Dominum. *Atqui cognouit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui; tu autem ô Israël non cognouisti neque intellexisti redemptorem.*

* Vulgata Numquid non ipse est pater tuus qui

* Nónne hic ipse pater tuus

δ΄. Θεὸς ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις.

Ἀνωνύμου. Αἰτὶ τοῦ, ἄμωμοι καὶ ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι τῆς αὐτοῦ προνοίας οἱ λόγοι· εἰ καὶ τὸν ἡμέτερον διαφεύγουσι νοῦν.

Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία αὐτῷ,

Ἀνωνύμου. Τουτέστιν, οὐ διαψεύσεται τὰς κρίσεις ποιούμενος. οὐδὲ γάρ ἐστι προσωποληψία παρ' αὐτῷ· οὐδὲ ἀδίκους ποιεῖται τὰς ψήφους· ἔστι γὰρ ἀδέκαστος, καὶ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀποδιδούς.

Δίκαιος καὶ ὅσιος ὁ κύριος.

Ἀνωνύμου. Οὐ κατὰ μετοχὴν, ὡς τὰ κτίσματα, ὡς εἶναι παρ' αὐτῷ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ τῆς δικαιοσύνης ὅρος τε καὶ νόμος καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ ἀκρότατον.

ε΄. Ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητά.

Ἀνωνύμου. Οἱ τοῦ διαβόλου υἱοὶ καὶ τοῦ νοητοῦ ὄφεως· ἅτε δὴ ὑπ' αὐτοῦ γεννηθέντες τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιώσει σκολιοί εἰσι καὶ διεστραμμένοι, τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν οὐ βαδίζοντες, ἀλλὰ πλαγίως περιστρεφόμενοι.

ϛ΄. Γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη, ταῦτα κυρίῳ ἀνταποδίδοτε,

Ἀνωνύμου. Δηλαδὴ τῷ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ὑμᾶς παραγαγόντι, τῷ ἐκλεξαμένῳ ὑμᾶς παρὰ πάντας εἰς λαὸν περιούσιον, τῷ λυτρωσαμένῳ ὑμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας τοῦ Φαραὼ, τῷ διὰ θαλάσσης ὑμᾶς ἀγαγόντι, καὶ ξένην ὑμῖν ὁδὸν καὶ ἄβατον δεδωκότι, καὶ μετ' ὑμᾶς τοὺς διώκοντας Αἰγυπτίους ὑποβρυχίους ποιήσαντι, καὶ τὰ ἑξῆς θαυμάσια ἐνδειξαμένῳ.

Οὕτως λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφός;

Ἀνωνύμου. Οὐδὲν ὑμᾶς εἰς συναίσθησιν ἄγει τοῦ εὐεργέτου, ἀλλὰ πάσης ἀλογίας γεγόνατε χείρους· καὶ οὔτε παιδευθέντες ἐπεστρέψατε πρὸς κύριον, τὸν ὡς υἱοὺς μαστιγώσαντα· οὐδὲ τῷ πλήθει τῶν εὐεργεσιῶν ἐπεγνώκατε τὸν δεσπότην. καίτοι ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου· σὺ δὲ ὦ Ἰσραὴλ οὐκ ἔγνως οὐδὲ συνῆκας τὸν λυτρωτήν.

Οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό

τήσατό σε, καὶ ἐποίησε, καὶ ἔπλασέ σε;

Τουτέστι, κτησάμενός σε δοῦλον, ἅτε δὴ τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν καταπολεμήσας, καὶ τρεψάμενος, οὐχ ὡς δοῦλον ἐκτήσατο, ἀλλ' υἱότητα ἐχαρίσατο, καὶ πατὴρ ἐχρημάτισε, μεταποιήσας σε, καὶ ἀνακαινίσας ὡς υἱοθεσίαν, ὡς καὶ πρωτότοκον ἀποκαλεῖν.

ζ. Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος, σύνετε δὴ ἔτη γενεᾶς γενεῶν·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀναδραμόντες, φησί, τῇ μνήμῃ ἐπὶ τὰς ἐξ αἰῶνος ἡμέρας, σκοπήσατε καθ' ἑαυτοὺς λαβόντες εἰς ἔννοιαν, πάσας τὰς γενεὰς ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, εἰ γέγονεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τιμῆς ἠξιώθη τοιαύτης, καὶ υἱὸς Θεοῦ ἐχρημάτισε, καὶ λαὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ;

Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ νέοι ἐστὲ χθιζοί τε καὶ πρώιζοι, καὶ ἀγνοεῖν ὑποπλάττεσθε· ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι. Πατὴρ δὲ ὑμῶν ἐγὼ Μωϋσῆς ὡς ἄρχων νομίζομαι, δύναμαι ὑμῖν τὰ ἀληθῆ ἀπαγγέλλειν· προφητείας ἠξιώθην μεσίτης ὑμῶν γέγονα καὶ Θεοῦ, εἰπὼν πῶς ἐξ ἀρχῆς συνέστη τὸ δὲ πᾶν, καὶ εἴ τι γέγονε φθάσας διηγησάμην.

η. Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ ἀρχὴ τοῦ μερισμοῦ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ διασπορᾷ τῶν υἱῶν Ἀδὰμ γενομένη κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ πρόφασιν ἐσχηκέναι δοκεῖ τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ πύργου οἰκοδομῇ τῶν διαλέκτων σύγχυσιν· ὅτι καὶ οὐ μακρὰν ὁ κατάλογος ἀναγέγραπται τῶν υἱῶν καὶ ἐγγόνων τοῦ Νῶε, περιέχων τοὺς λόγους τῶν ἐθνῶν ὄντων τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. Ἀλλὰ καὶ υἱοὶ Ἰακὼβ καὶ υἱοὶ υἱῶν, οἱ συνάγονται εἰς τὸν ἑβδομήκοντα ἀριθμόν, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον, καθὰ ἐν Δευτερονομίῳ γέγραπται· ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες ὑμῶν εἰς Αἴγυπτον. οὕτω

possedit te, & fecit, & creauit te?

CATENA PATRVM.

Hoc est, Cùm te seruum possedisset, vtpote qui vestros inimicos expugnauit, & in fugam vertit, non tamquam seruum possedit, & filiationẽ tibi largitus est, & Pater nuncupatus fuit, cùm immutauerit te, & renouauerit in adoptionem, vt etiam primogenitum te vocaret.

7. * Mementote dierum sæculi, intelligite annos generationis generationum:

* Vulgata Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas:

ANONYMI. Recurrite, inquit, memoriâ ad dies sæculi, perpendite per vosmetipsos, omnes ætates in mentem resumentes ex quo fuerunt homines, vtrùm sic factum sit omni genti, & tali honore affecta sit, vt & filius Dei vocaretur, & populus eius, & oues pascuæ eius?

Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, * seniores tuos, & dicent tibi.

* Vulgata maiores

ANONYMI. Si iuuenes estis heri & nudiustertius creati, & ignorare vos simulatis; *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; seniores tuos, & dicent tibi.* Pater autem vester ego Moyses vt Princeps censeor, possum vobis vera annuntiare; quippe prophetiâ dignatus mediator factus sum inter vos & Deum, narrans quomodo à principio vniuersitatem constituit, & si quid factum est antè prædixi,

8. Quando diuidebat Altissimus Gentes, quando * disseminauit filios Adam, constituit terminos * Gentium secundùm numerum Angelorum Dei.

* Vulgata separabat

* populorum iuxta numerum filiorum Israël.

ANONYMI. Principium distributionis Gentium in dispersione filiorum Adam facta secundùm numerum Angelorum Dei occasionem videtur habuisse à confusione linguarum in turris ædificatione: quia non longè pòst catalogus quoque conscriptus est filiorum ac posterorum Noë, qui continet rationes Gentium quæ erant septuaginta numero. Quin etiam filij Iacob & filij filiorum eius, qui rediguntur ad numerum septuaginta, in Ægyptum descenderunt, sicut in Deuteronomio scriptum est: *In septuaginta animabus descenderunt patres vestri in Aegyptum.* Sic

Deut. 10. 22.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

autem & ceteri reddiderunt Interpretes secundùm numerum filiorum Israël.

Severi. Istud, *Quando diuidebat Altissimus Gentes, quando disseminauit filios Adam, constituit terminos Gentium secundùm numerum Angelorum Dei*, hunc habet sensum: Quòd nimirum omnibus Gentibus diuisis Angelos secundùm eumdem numerum præfecerit, attribuens aliquem vnicuique ad custodiam; etenim esse ipsos spiritus administratorios, in ministerium missos propter eos qui hereditatem capient salutis, alibi à Scripturis diuinitus afflatis audimus. Quin etiam cuilibet Angelum ad custodiam datum fuisse Euangeliorum vox testatur, Domino de pueris dicente: *Ne contemnatis vnum de pusillis istis: dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.* Faciem autem hoc loco summam inspectionem & curam vocat, & non corporalem characterem & figuram; vti etiam psallens Propheta dicit, *Illumina faciem tuam super seruum tuum.* Si autem singulis Angelum, vt diximus, præfecit Deus, quomodo non magis & Gentibus, & populis, & ciuitatibus? Quod igitur Moyses ait hoc est: Cùm Altissimus Gentes diuisisset, & terminos fixisset, vnicuique termino Angelum attribuit mensurâ & numero: non enim myriadibus Angelorum, qui innumerabiles existunt, Gentium terminos numero coæquauit, sed terminos secundùm numerum præfectorum Angelorum distribuit. Secundùm hanc igitur prouidentiam, quæ omnium hominum vitam & statum continet, eiusdem quodammodò conditionis factæ sunt omnes Gentes, quòd habeant ad custodiam suam Angelos cuilibet proportionaliter fauentes. Postmodum verò cùm Gentem Israëliticam per cognitionem tibi familiarem reddidisset, partem propriam & funiculum & hereditatem ipsam nuncupauit. Hoc vtique apertè per ea quæ Moyses dixit ostenditur; additque Israëlitas, præter honorem qui ipsis cum alijs Gentibus erat communis, hunc insuper ex Dei notitia fructum percepisse, quòd, vti dixi, præter Angelorum custodiam, etiam pars & hereditas Domini appellati sint. Siquidem id quod commune dicitur id erat omnium; quod verò proprium hoc præmium virtutis erat. Vnde etiam Angelus Daneli vaticinans dixit, *Michaël Princeps vester:* tam-

Hebr. 1.

Matth. 18, 10.

Psal. 118.

Dan. 10.

δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασιν ἑρμηνευταὶ κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν Ἰσραήλ.

Σεβηρου. Τὸ, ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, ταύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν· ὡς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διαμερισθεῖσιν ἰσαρίθμους ἀγγέλους ἐπέστησεν, ἑκάστῳ πρὸς φυλακὴν ἀποκληρώσας ἕνα τινά· καὶ γὰρ εἶναι αὐτοὺς πνεύματα λειτουργικὰ, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, πάλιν παρὰ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ἀκούομεν. ἐπεὶ καὶ ἑκάστῳ πρὸς φυλακὴν δεδόσθαι ἄγγελον ἡ τῶν Εὐαγγελίων πιστοῦται φωνὴ, τοῦ κυρίου περὶ τῶν παιδίων λέγοντος· Μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ Ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. πρόσωπον δὲ ἐνταῦθα τὴν ἄκραν ἐπισκοπὴν καὶ τὴν κηδεμονίαν καλεῖ, καὶ οὐ δήπου σωματικὸν χαρακτῆρα καὶ τύπον· καθὰ καὶ ὁ ψάλλων προφήτης φησὶν, Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. εἰ δὲ τοῖς καθ' ἕκαστον ἄγγελον, ὡς ἔφαμεν, ἐπέστησεν ὁ Θεὸς, πῶς οὐχὶ μᾶλλον καὶ ἔθνεσι, καὶ δήμοις, καὶ πόλεσιν; ὃ τοίνυν φησὶ Μωσῆς τοῦτό ἐστιν· ὅτι διαμερίσας ὁ ὕψιστος τὰ ἔθνη, καὶ ὅρια πηξάμενος, ἑκάστῳ τῶν ὁρίων μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ ἀγγέλους ἐπιδιένειμεν· οὐ γὰρ δὴ ταῖς μυριάσι τῶν ἀγγέλων ταῖς ἀναριθμήτοις ἰσάριθμα πεποίηκε τὰ ὅρια τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἐπιστάντων ἀγγέλων τὰ ὅρια συνδιένειμεν. κατὰ ταύτην γοῦν τὴν πρόνοιαν, τὴν τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν συνέχουσαν ἅπαν τῶν ἀνθρώπων, ὁμότιμά πως ὑπῆρχε πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς φυλακὴν ἔχοντα τοὺς ἀναλόγως ἀρκοῦντας ἀγγέλους ἑκάστῳ. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ ἐξ Ἰσραὴλ ἔθνος διὰ τῆς ἐπιγνώσεως οἰκειωσάμενος, μερίδα οἰκείαν καὶ σχοίνισμα καὶ κλῆρον τοῦτο ὠνόμασε. τοῦτο γοῦν ἐναργῶς δι' ὧν εἶπεν ὁ Μωϋσῆς ἐνδείκνυται· καὶ παρίστησιν ὡς πάντων τῶν ἐθνῶν τὴν ὁμοτιμίαν ὑπεραναβάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐκαρπώσαντο διὰ τῆς ἐπιγνώσεως, ὡς ἔφην, τὸ πρὸς τῇ φυλακῇ τῶν ἀγγέλων, καὶ μερὶς κυρίου καὶ κληρονομία προσαγορεύεσθαι. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν ἦν ἁπάντων· τὸ δὲ ἰδιάζον ἆθλον διὰ τὴν ἀρετήν. ὅθεν καὶ ὁ τῷ Δανιὴλ χρηματίζων ἄγγελος ἔλεγε, Μιχαὴλ ὁ ἄρχων ὑμῶν· ὡς

αὐτοῦ

αὐτοῦ πεπιστευμένου, τοῦ δὲ Ἰσραὴλ ἔθνος τὴν φυλακὴν αὐχοῦντος, τὸ καὶ ἐν κλήρῳ καὶ μερίδι τετάχθαι θεοῦ, δι' ὧν ἐπέγνω θεόν.

θ'. Καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ·

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣΗΣ. Οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι οἱ μὲν Ἰουδαῖοι αὐτοῦ, οἱ δὲ ἄλλοι ἄνθρωποι οὐκέτι, ἀλλ' ἔρημοι τῆς προνοίας εἰσὶν αὐτοῦ, καὶ τῆς δημιουργίας ἀπεστέρηνται· ἀλλὰ κοινὸς ἁπάντων ἐστί. κέχρηται δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ, δεικνὺς τὸν πόθον τὸν περὶ αὐτούς· ἐπειδὴ ὁπωσοῦν τῶν ἄλλων ἐδόκουν εἶναι ἀμείνους.

Σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σχοίνῳ γὰρ ἐποίουν τὰς διαμετρήσεις αὐτοῦ τῆς γῆς. οὕτω διεμετρήθη καὶ διεμερίσθη ἡ γῆ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Ἀπὸ οὖν τοῖς συνηθείας εἴρηται νῦν τὸ σχοίνισμα.

ι'. Αὐτάρκησεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν δίψει καύματος, ἐν ἀνύδρῳ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ εἶχε ποταμὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ, οὐδὲ τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς, οὐδὲ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς· ὅθεν ἐν δίψει ἦν συγκαιομένη ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

Ἐκύκλωσεν αὐτὸν, καὶ ἐπαίδευσεν αὐτόν· καὶ διεφύλαξεν αὐτὸν ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐδοκίμασε γὰρ τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ πολλῶν ἐπείρασε θλίψεων· πρῶτον μὲν, τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀπὸ τῆς Συρίας εἰς τὴν Χαναὰν μεταστήσας, καὶ πάλιν εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐξ Αἰγύπτου πάλιν εἰς Χαναὰν, καὶ μυρίοις πειρασμοῖς περιέβαλε, παιδεῦσαι αὐτοὺς βουλόμενος· τὸν δὲ Ἰακὼβ καὶ εἰς Μεσοποταμίαν ἀπήγαγε, καὶ δουλεῦσαι πεποίηκεν· ὅπως διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος κατεργάσωνται τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν.

ια'. Ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν ἑαυτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νεοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπόθησεν,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὡς λέγειν τὸν Ἰακὼβ πῆ μὲν, ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου· πῆ δὲ ἂν, εἰ μὴ ὁ θεὸς τοῦ

quam ipſo gloriante, quòd Iſraëliticam Gentem in cuſtodiam ſuam haberet, quæ nimirum etiam in hereditate ac parte Domini cenſebatur, eò quòd Deum cognouiſſet.

CATENA PATRVM.

9. * Et factus eſt pars Domini populus eius Iacob:

* Vulgata Pars autem

* GREG. NYSSENI. Non hoc dicit, Iudæos quidem Dei eſſe, alios verò homines non, ſed eius prouidentiâ deſtitutos eſſe, & gubernatione priuatos: verùm communis omnium eſt. Vſus eſt autem hoc ſermone, vt affectum erga illos ſuum declararet; quoniam vtcumque alijs videbantur meliores.

* Caraffæ Catena hęc tribuit CHRYSOSTOMO.

Funiculus hereditatis eius * Iſraël.

* Abeſt à Vulgata.

ANONYMI. Nam fune menſuram terræ capiebant. Ita dimenſa & diuiſa eſt terra filijs Iſraël. A conſuetudine igitur dictus eſt funiculus.

10. * Neceſſaria tribuit ei in deſerto, in ſiti æſtus, in terra inaquoſa.

* Vulgata Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis.

ANONYMI. Non enim habebat fluuium lætificantem ciuitatem Dei, neque fontem vitæ, neque torrentem voluptatis: vnde in ſiti erat à diabolo accenſa.

Circumduxit eum, & * erudiuit eum: & cuſtodiuit * eum ſicut pupillam oculi.

* Vulgata docuit: * quaſi pupillam oculi ſui.

ANONYMI. Probauit enim patres noſtros, & per ignem ac per multas afflictiones examinauit: primùm quidem, cùm patres eorum ex Aſſyria in Chanaan tranſtulit, & rurſus in Ægyptum, & ex Ægypto iterùm in Chanaan, & innumeris tentationibus cinxit, erudire ipſos volens: ceterùm Iacob in Meſopotamiam duxit, & vt ſeruiret fecit: vt per patientiam & in Deo ſpem acquirerent ſibi ſalutem.

11. Sicut aquila * ad protegendum nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos deſiderauit,

* Vulgata prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans.

ANONYMI. Vt diceret Iacob partim quidem, *Angelus qui eruit me de omnibus malis meis*; partim verò, *Niſi Deus patris*

Gen. 48, 16.
Gen. 31, 42.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

*patris mei Abraham & timor Isaac adfuisset mihi, modò forsitan * vacuum me dimisisses.*

* Vulgata nudum

* Expandens alas suas suscepit eos, & assumpsit eos super scapulas suas.

* Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

ANONYMI. Ostendit per hæc multam curam erga ipsos habitam, & voluisse ipsos in altitudinem contemplationis spiritus euehere, & ad summum virtutis fastigium subleuare. Dicunt enim aquilas magno erga pullos suos amore ferri, & eos alis suscipere, & sensim in altum attollere. Meritò igitur Moyses aquilæ similitudine vsus est dicens Deum vt aquilam proprios filios Israëlitas in humeros suscipere, & in altum subleuare, atque cælorum ciues efficere, præsidium & auxilium eis suppeditando.

12. Dominus solus * duxit eos: non erat cum eis Deus alienus.

* Vulgata Dux eius fuit: & non erat cum eo

ANONYMI. Quemadmodum enim diuus Paulus ait: *Quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conuentio Christi ad Belial?*

2. Cor. 6, 14.

13. * Ascendere fecit eos super fortitudinem terræ:

* Vulgata Constituit eum super excelsam terram:

ANONYMI. Hoc est, Sublimiores ipsos terrestribus fecit. Vt enim Aquila ait, Super summitatem terræ constituit eos, nihil humile vel abiectum ipsos cogitare volens.

* Cibauit eos fructibus agrorum.

* Vulgata Vt comederet fructus:

ANONYMI. Scilicet spiritalibus fragrantijs refertorum, & à Domino benedictorum, & spiritale manna colentium, vel etiam producentium.

* Suxerunt mel de petra,

* Vulgata Vt sugeret

ANONYMI. Hæc autem species philosophicæ ac sobriæ vitæ, & rebus necessarijs contentæ; proprium quidem locum habet solitudinem, & in hac vt plurimum versatur: vbique autem comitatur eos qui illam expetunt: siquidem in moribus & non in loco philosophia sita est: quam nulla res arctare potest.

ALTERIVS. In solitudine quidem dulcissimam aquam ex lapide ipsis eduxit; quæ ipsis sitientibus mellis dulcedinem imitari visa est: quoniam multo labore & itine-

πατρός μου Ἀβραὰμ ἦν μοι καὶ ὁ φόβος Ἰσαὰκ, νῦν ἂν με κενὸν ἐξαπέστειλε.

Διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἀνέβαλεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δείκνυσι διὰ τούτων τὴν πολλὴν περὶ αὐτοὺς γενομένην κηδεμονίαν, καὶ ὡς ἀναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς ὕψος ἠβουλήθη πνευματικῆς θεωρίας, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς. φασὶ γὰρ τοὺς ἀετοὺς πολλὴν ἔχειν περὶ τὰ ἴδια τέκνα φιλοστοργίαν, καὶ ἀναλαμβάνειν αὐτὰ ταῖς πτέρυξι, καὶ κατὰ βραχὺ εἰς ὕψος ἀνάγειν. εἰκότως οὖν Μωϋσῆς ἐχρήσατο τῇ τοῦ ἀετοῦ παραβολῇ, εἰρηκὼς τὸν θεὸν ὡς ἀετὸν τὰ ἴδια τέκνα τοὺς Ἰσραηλίτας αἴρειν ἐπ' ὤμων, καὶ εἰς ὕψος μετεωρίζειν, καὶ οὐρανοῦ πολίτας ποιεῖν, σκέπην τε αὐτοῖς καὶ ἀντίληψιν παρεχόμενον.

ιβ'. Κύριος μόνος ἦγεν αὐτοὺς· καὶ οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν θεὸς ἀλλότριος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καθὰ γάρ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ποία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;

ιγ'. Ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἰσχὺν τῆς γῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστιν, ὑψηλοτέρους αὐτοὺς τῶν γηΐνων πεποίηκεν. ὡς γὰρ Ἀκύλας φησὶν, ἐπὶ τὸ ὕψωμα τῆς γῆς αὐτοὺς ἀνεβίβασε, μηδὲν ταπεινὸν ἢ χαμαίζηλον αὐτοὺς ἐνθυμεῖσθαι βουλόμενος.

Ἐψώμισεν αὐτοὺς γενήματα ἀγρῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῶν πνευματικῶν τῆς εὐωδίας πεπληρωμένων, καὶ ηὐλογημένων ὑπὸ κυρίου, καὶ τὸ νοητὸν μάννα γεωργούντων, ἢ καὶ φερόντων.

Ἐθήλασεν μέλι ἐκ πέτρας,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τῆς φιλοσόφου καὶ ἀπερίττου, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις μεμετρημένης ζωῆς ἰδιαίτατον μὲν ἔχει τόπον τὴν ἐρημίαν, καὶ ταύτῃ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμφιλοχωρεῖ· συμβαδίζει δὲ πανταχοῦ τοῖς βουλομένοις· εἴπερ ἐν τρόπῳ καὶ μὴ ἐν τόπῳ τὸ φιλοσοφεῖν· ὅπερ οὐδὲν ἂν τῶν πάντων συνοχωρήσειεν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἐν μὲν τῇ ἐρήμῳ τὸ ἥδιστον αὐτοῖς ἐκ τῆς πέτρας ἐξήγαγεν ὕδωρ· ὃ διψῶσιν αὐτοῖς μέλιτος ἐνομίσθη μιμεῖσθαι γλυκύτητα· ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν κατειργασμένοι

μένοι καμάτῳ καὶ τῇ ὁδοιπορείᾳ, καὶ σφοδρῶς κατεχόμενοι τῷ δίψει, ψυχροῖς τοῖς νάμασι προσέπιπτον. τὴν μὲν οὖν ἡδονὴν τῶν ναμάτων ἐκείνων παραστῆσαι βουλόμενος, μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν· οὐχ ὡς τῆς φύσεως εἰς μέλι μεταβληθείσης, ἀλλ' ὡς τῆς ἡδονῆς τοῦ νάματος ἁμιλλωμένης ἐκείνῃ τῇ γλυκύτητι. ἐν δὲ τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς ἀφθόνως ἐδωρήσατο καρπούς. ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν παρεδήλωσεν.

Καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φωτιζόμενοι τὰς ψυχὰς, ἐλεούμενοί τε δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ τῇ δαδουχίᾳ τοῦ πνεύματος λαμπρότεροι γινόμενοι καὶ ἐπίδοξοι, καὶ ὁδηγούμενοι πρὸς εὐσέβειαν· κατὰ τὸ εἰρημένον, τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ.

ιδ'. Βούτυρον βοῶν καὶ γάλα προβάτων,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νηπίοις πρέπουσα καὶ αὕτη ἡ τροφή· καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. βόας δέ φησι· περὶ ὧν ὁ αὐτὸς Παῦλος· Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς λέγει καὶ τὰ ἑξῆς. πρόβατα δὲ τούτους ὁμοίως καλεῖ κύριος ἐν εὐαγγελίοις λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. τούτων ἐθήλαζον τὸ γάλα οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. ἢ οὐκ ἦν Μωϋσῆς βοῦς ἀλοῶν καὶ ἀροτριῶν τὰς ψυχὰς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, Ἀαρών τε, καὶ Ἐλεάζαρ, καὶ Φινεὲς, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων οἱ ἑβδομήκοντα; καὶ πρόβατον δὲ ἦν Μωϋσῆς, πραῢς ὑπάρχων παρὰ πάντας ἀνθρώπους.

Μετὰ στέατος ἀρνῶν καὶ κριῶν υἱῶν ταύρων, καὶ τράγων,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦ νόμου διαγορεύοντος ἐν τῷ Λευιτικῷ, μὴ δεῖν ἐσθίειν στέαρ, ἀλλ' εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναφέρεσθαι τῷ κυρίῳ· πῶς ἐνταῦθά φησιν ἐκπεπλῆσθαι τῶν στεάτων αὐτοὺς, εἰπάτωσαν ἡμῖν οἱ τῷ ῥητῷ παρεστάμενοι; πρόδηλον οὖν ὅτι τῆς τῶν ἁγίων εὐεξίας ἐνεπλήσθησαν, ἀπολαύσαντες πνευματικῶς τῆς αὐτῶν ἐνθέου διδασκαλίας. οἱ γὰρ αὐτοὶ ἦσαν καὶ ἄρνες διὰ τὴν ἐν Χριστῷ νηπιότητα, καὶ κριοὶ, καὶ τράγοι τῆς ποίμνης ἡγούμενοι, καὶ υἱοὶ ταύρων, δαμάλεις ὄντες, καὶ θεῷ ὑπέχοντες τὸν αὐχένα.

re fatigati, ac vehementi siti correpti, in frigidos aquæ riuos inciderunt. Voluptatem igitur istorum riuorum ob oculos ponere volens, mel aquam vocauit: non quasi eius natura in mel mutata foret, sed quòd illius riui voluptas mellis dulcedinem æquipararet. In terra verò promissionis copiosos terræ fructus largitus est. A parte enim totum designauit.

CATENA PATRVM.

* Et oleum ex dura petra.

* Vulgata Oleumque de saxo durissimo.

ANONYMI. Secundùm animas illustrati, & gratis misericordiam eius gratiâ consecuti, & spiritus irradiatione illustriores & gloriosiores redditi, & ad pietatem adducti; iuxta quod dictum est, *Vt exhilaret faciem in oleo.*

Psal. 103.

14. Butyrum * boum, & lac ouium,

* Vulgata de armento, & lac de ouibus,

ANONYMI. Hic cibus infantibus congruit; iuxta quod Apostolus ait, *Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi.* Boues autem dicit: de quibus idem Paulus ait: *Numquid de bobus cura est Deo?* Vel propter nos dicit etiam ea quæ sequuntur. Oues verò similiter hos vocat Dominus in Euangelijs dicens: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Horum lac filij Israël suxerunt. Numquid Moyses etiam erat bos triturans & arans animas filiorum Israël, & Aaron, & Eleazar, & Phinees, & Iesus filius Naue, & septuaginta seniores? Quin & ouis erat etiam Moyses, cùm mansuetus esset præ cunctis hominibus.

1. Cor. 3, 2.

Ibidem cap. 9.

Matth. 10.

Cum adipe agnorum & arietum filiorum * taurorum, & hircorum,

* Vulgata Basan, & hircos,

ANONYMI. Cùm Lex in Leuitico promulget, non comedendum esse adipem, sed in odorem suauitatis Domino esse offerendum; dicant modò nobis qui litteræ adhærent, quâ ratione dicat hîc ipsos adipe repletos fuisse? Patet igitur bonâ sanctorum habitudine plenos extitisse, cùm diuinâ ipsorum doctrinâ spiritaliter fruerentur. Iidem enim erant & agni per infantiam in Christo, & arietes, & hirci gregem ducentes, & filij taurorum, cùm iuuenci essent, & Deo ceruices submitterent.

* Cum

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

* Vulgata Cum medulla tritici, * biberet meracissimum.

* Cum adipe renum tritici, & sanguinem vuæ * bibit vinum.

ANONYMI. Non solùm, inquit, Christo perfruiti sunt & spiritali petrâ, & præceptoribus qui ipsos ducebant; sed etiam mysticâ benedictione digni sunt habiti, tamquàm in figura illam participantes. Nam adeps renum tritici spiritalis panis est qui confirmat cor hominis; & sanguis vuæ est vinum lætitiam concilians ex vera vite expressum.

* Vulgata Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit:

15. * Et comedit Iacob, & saturatus est, & recalcitrauit dilectus:

Prou. 27, 7. * Vulgata calcabit fauum. Prou. 25, 16.

ANONYMI. Dictum est à Salomone, *Anima saturata* * *fauis illudit*. & rursus admonet: *Mel inueniens comede quod sufficit, ne fortè repletus euomas*. Non enim obediuerunt, vt ea quæ dicta sunt continerent atque concoquerent, vt inde fructum percipere possent: sed eorum cor incrassatum & impinguatum est, corpore iam succi pleno & carne grauato: & recalcitrarunt veluti porci, pulchras margaritas conculcantes, & tamquam equi frenum abijcientes, & auertentes pedibus eos qui cohibere volunt.

* Vulgata Incrassatus, impinguatus, dilatatus,

* Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus est,

ANONYMI. Cùm enim delicijs supernorum bonorum abundaret, ab amore diuino resilijt.

* Vulgata Dereliquit Deum factorem suum, * salutari

* Et dereliquit Deum qui fecit eum, & recessit à Deo * saluatore suo.

ANONYMI. Cùm enim seipsos procul ab illo elongassent traditi sunt perditioni, neque illum vt opificem agnoscentes, neque vt saluatorem ac redemptorem venerantes.

* Vulgata Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

16. * Irritauerunt me in alienis, in abominationibus eorum exacerbauerunt me.

17. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non * nouerunt patres eorum.

* coluerũt

ANONYMI. Omnia in quantum facta sunt subdita sunt & propria Dei; sed suâ pessimâ

Μετὰ στέατος νεφρῶν πυροῦ, καὶ αἷμα σταφυλῆς ἔπιον οἶνον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μόνον, φησὶ, τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀπήλαυον καὶ πνευματικῆς πέτρας, καὶ τῶν ὁδηγούντων αὐτοὺς διδασκάλων· ἀλλὰ καὶ τῆς μυστικῆς ἠξιώθησαν εὐλογίας, ὡς ἐν τύπῳ μεταλαμβάνοντες. στέαρ γὰρ νεφρῶν πυροῦ ἄρτος ἐστὶν ὁ πνευματικὸς ὁ στηρίζων καρδίαν ἀνθρώπου· καὶ αἷμα σταφυλῆς ὁ οἶνος ὁ εὐφροσύνης ποιητικὸς, ὁ ἐκ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου γενόμενος.

ιε. Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἴρηται παρὰ Σολομῶντι, ψυχὴ ἐμπεπλησμένη κηρίοις ἐμπαίζει. καὶ πάλιν παρεγγυᾷ· Μέλι εὑρὼν φάγε τὸ ἱκανὸν, μήποτε πλησθεὶς ἐξεμέσῃς. οὐδὲ γὰρ ἤκουσαν, ὥστε κατασχεῖν καὶ πέψαι τὰ εἰρημένα, ἵνα καὶ καρποφορῆσαι δυνηθῶσιν· ἀλλ' ἐπαχύνθη αὐτῶν ἡ καρδία καὶ ἐλιπάνθη, εὐεκτοῦντος τοῦ σώματος καὶ πολυσαρκίᾳ βαρυνομένου· καὶ ἀπελάκτισαν ὡς χοῖροι, τοὺς καλοὺς καταπατήσαντες μαργαρίτας, καὶ ὡς ἵπποι τὸν χαλινὸν ἀποῤῥίψαντες, καὶ τοὺς ἐπέχειν βουλομένους ἀποστρέφοντες τοῖς ποσίν.

Ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐντρυφήσας γὰρ τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, ἀπεπήδησε τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης.

Καὶ ἐγκατέλιπε θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἀπέστη ἀπὸ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μακρύναντες γὰρ ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ παρεδόθησαν τῇ ἀπωλείᾳ, μήτε ὡς ποιητὴν ἐπιγνόντες, μήτε ὡς σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν αἰδεσθέντες.

ις'. Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με.

ιζ. Ἔθυσαν δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ, θεοῖς οἷς οὐκ ᾔδεισαν· καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκασιν, οἷς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάντα καθὰ ποιήματα δοῦλα καὶ οἰκεῖα θεοῦ· κατὰ δὲ τὴν χειρίστην

προαί-

προαίρεσιν καὶ πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀλλοτριοῦνται Θεοῦ, οἱ ὡς κτίσματα μὴ ὑποκείμενοι· οὕτως ὁ διάβολος καὶ τῶν δαιμόνων τὸ ἀκάθαρτον στῖφος ἠλλοτριώθη Θεοῦ, καὶ ἄνθρωποι δὲ οἱ τούτοις ἑπόμενοι. ἐγκαταλιπόντες τοίνυν τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς καὶ τὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν, καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸν, καὶ προστεθέντες τοῖς ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσασιν ἀπὸ Θεοῦ, παρώξυναν αὐτὸν εἰς δικαίαν ὀργὴν, ἣν οὐχ ἀκουστέον παθητικῶς (ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον) ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν ἀνθρωπίνως λεγομένην πρὸς τιμωρίαν τῶν ἁμαρτανόντων. βδέλυγμα δὲ καλεῖ τὰ τῶν εἰδώλων σεβάσματα. καὶ διδάσκων τίνες οἱ ἀλλότριοι ἐπάγει, ἔθυσαν δαιμονίοις, καὶ οὐ Θεῷ, ἀντὶ τοῦ ποιητοῦ τοῖς κτίσμασι προσκυνοῦντες, ἀντὶ τοῦ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν δοτῆρος, τοὺς πονηροὺς καὶ τῶν ψυχῶν λυμεῶνας τε, καὶ φθορεῖς τοὺς ψευδωνύμους αἱρησάμενοι, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ σέβας εἰς αὐτοὺς μεταθέντες, τοὺς χθὲς καὶ πρώην σχεδιασθέντας θεοὺς, καὶ ἀγνώστους τοῖς πατράσιν αὐτῶν. ἕνα γὰρ ἐγίνωσκον κύριον καὶ Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

ιή. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε.

Α ν ω ν υ μ ο υ. Ἐλεγκτικὸς ὁ λόγος, ἐκ προσώπου Μωϋσέως λεγόμενος, ὀνειδίζοντος αὐτοῖς τὴν ἀποστασίαν, καὶ ὅτι οὔτε ὡς ποιητὴν ἐτίμησαν, οὔτε ὡς εὐεργέτην καὶ τροφέα ἠμείψαντο. οὐ μόνον γάρ σε εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι αὐτός σοι δίδωσι, τὰς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς τὰ ζωαρκῆ χορηγῶν.

ιθ΄. Καὶ εἶδε κύριος, καὶ ἐζήλωσε·

Ι ω α ν ν ο υ. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς λέγεται ζηλοῦν, οὐχ ἵνα πάθος ὑποπτεύσῃ τις (καὶ γὰρ ἀπαθὲς τὸ Θεῖον) ἀλλὰ τὸ σφοδρὸν ἵνα δηλωθῇ τῆς ἀγάπης. ζηλοῖ δὲ ὁ Θεὸς οὐχ ἵνα αὐτός τι κερδάνῃ, ἀλλ' ἵνα τοὺς ζηλοτυπουμένους διασώσῃ. Εἰ δὲ ζηλωτὴν Θεὸν εἶναι λέγει τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, σκανδαλιζέσθω δὲ μηδείς. οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς ἡ θεία τέ ἐστι καὶ ἀπόρρητος φύσις· ἀνῴκισται δὲ τοσοῦτον καὶ ὑφηρεῖται νοητῶς, ὡς καὶ ἀσυγκρίτους εἶναι τὰς διαφοράς. αἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων διαθέσεις ἐμπαθῶς ἐν ἡμῖν. νοσεῖ γὰρ ἡ φύσις τὸ ἀναλκὲς, καὶ τὸ λίαν ἑτοι-

electione ac studiorum prauitate alienantur à Deo, qui tamquam creaturæ ipsi non subijciuntur: ita diabolus & immundum dæmoniorum agmen à Deo defecit, itidem & homines qui illos sequuntur. Cùm itaque deserant fontem vitæ & vniuersi creatorem, bonorumque omnium largitorem, & adhæreant illis qui se à Deo segregarunt, concitauerunt eum ad iustam iram, quæ non passionatè accipienda est (quoniam diuinum numen expers est passionum) sed secundùm dispensationem quâ dicitur punire peccatores. Abominationem autem vocat cultum idolorum. Et docens qui sint illi alieni subiungit, *Immolauerunt dæmonijs, & non Deo*, pro creatore creaturas adorantes, pro eo qui nobis bona omnia largitur, prauos atque animarum euersores, ac corruptores falsi nominis deos eligentes, & Dei cultum ad ipsos transferentes, qui heri & nudiustertius tumultuariè effecti sunt, & ignoti erant patribus eorum. Hi enim vnum agnoscebant Deum, qui cælum terramque condidit.

CATENA PATRVM.

18. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es * Dei nutrientis te.

* *Vulgata* Domini creatoris tui.

A n o n y m i. Increpatorius est hic sermo, ex persona Moysis prolatus, qui ipsis defectionem exprobrabat, quòd neque vt creatorem honorassent, neque vt benefactori & altori gratias retulissent. Non solùm enim vt esses te produxit, verùm etiam vt benè tibi sit largitur, vitæ primordia & quæ ad vitam spectant suppeditans.

19.* Et vidit Dominus, & zelauit:

* *Vulgata* Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est:

Ioannis. Etenim Deus zelare dicitur, non vt quis passionem suspicetur (Deus enim impassibilis est) sed vt dilectionis vehementia declaretur. Zelat autem Deus non, vt ipse quidpiam lucretur, sed vt eos conseruet propter quos zelo commouetur. Si verò Scriptura zelotem eum nominet, nemo offendatur. Non enim diuina & ineffabilis natura similis nostræ est: sed tam excelsa est & spiritaliter eminet, vt incomparabiles intercedant differentiæ. Siquidem cuiuslibet rei affectiones in nobis sunt cum aliqua passione. Natura enim nostra laborat imbecillitate, & valdè magnâ

ad delinquendum procliuitate. In nostrûm autem omnium Deo significantur istiusmodi vocibus ac verbis nostro more acceptis; sed numquam tamen sic intelliguntur;(quia Deus passionum expers est.) Dicitur autem zelare, eò quòd velit neminè eorum qui semel eius gloriam agnouerunt ignominiæ motibus cócuti.

* *Vulgata* Quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.

* Et exacerbatus est propter iram filiorum suorum & filiarum.

ANONYMI. Cùm vidisset (non oculis corporeis: siquidem incorporeum & infiguratum est numen diuinum) & sciret omnia priusquam fiant, zelauit & surrexit ad vindictam filiorum suorum & filiarum. Ira enim accipienda est pro motu ad puniendum.

* *Vulgata* ait: Abscondam * considerabo nouissima eorum.

20. Et * dixit: Auertam faciem meam ab eis, & * ostendam quid erit ipsis in nouissimis.

ANONYMI. Sic intelligendum est: Mali & peruersi sunt vsque in hodiernum diem, qui talia committunt. Deteriores verò sunt, qui contra Dominum nostrum Iesum Christum insolenter insaniuerunt. quibus etiam dicet: *Cùm manus extenderitis ad me, auertam oculos meos à vobis: manus enim vestra sanguine plena sunt.* (Isaiæ 1, 15.)

* *Vulgata* Generatio enim * & infideles filij.

* Quoniam generatio peruersa est,* filij quibus non est fides in eis.

ANONYMI. His iisdem vocibus etiam Saluator in Euangelijs vsus est cùm dixit ad eos: *Generatio incredula & peruersa, quousque vobiscum ero? vsquequò patiar vos?* (Matth. 17, 16.) Nihil enim aliud est quod dicitur, quàm quod faciem meam ab eis auertam. Generatio enim infidelis est fidem non habens, & à veritate auersa. Nos autem simul cum Psalmista clamemus: *Ne auertas faciem tuam à me,* & reliqua. (Psal. 78.)

* *Vulgata* me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: * in eo qui non est populus, &

21. Ipsi * ad zelum prouocauerunt me in non Deo, exacerbauerunt me in idolis suis: & ego prouocabo eos * ad zelum in non gente, in gente stulta irritabo illos.

ANONYMI. Hac sententiâ vsus est beatus Paulus ad Romanos scribens. Stultos autem nos vocauit, ostendens nostram ante fidem stultitiam. Hoc enim etiam ipse diuinus Apostolus dicebat: *Eramus* (Tit. 3, 3.)

μον εἰς τὸ πλημμελές. ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν ἡμῶν Θεῷ σημαίνονται τὰ τοιάδε φωναῖς καὶ λόγοις τοῖς καθ' ἡμᾶς· νοοῦνταί γε μὴν οὐχ οὕτως πόθεν· (ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον.) ζηλοῦν δὲ λέγεται, διὰ τὸ θέλειν οὐδένα τῶν ἅπαξ ἐγνωκότων τὴν δόξαν αὐτοῦ ταῖς εἰς τὰ αἴσχιω καταστρέφεσθαι ῥοπαῖς.

Παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Θεασάμενος (οὐ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς· ἀσώματον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον) καὶ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ἐζήλωσε καὶ διηγέρθη πρὸς τιμωρίαν τῶν υἱῶν αὐτῶν καὶ τῶν θυγατέρων. ὀργὴν γὰρ τὴν εἰς τιμωρίαν κίνησιν οἰητέον.

κ'. Καὶ εἶπεν· ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νοητέον καὶ οὕτως· πονηροὶ καὶ διεστραμμένοι μέχρι τοῦ νῦν, τὰ τοιαῦτα διαπραξάμενοι. πονηρότεροι δὲ, καὶ οἱ κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσχέτως λυττήσαντες, οἷς καὶ ἐρεῖ· ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

Ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστὶν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταύταις ταῖς λέξεσι καὶ ὁ σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις ἐχρήσατο εἰπὼν πρὸς αὐτούς· Γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε μεθ' ὑμῶν ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ἢ ὅτι ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν. γενεὰ γάρ ἐστιν ἄπιστος μὴ ἔχουσα πίστιν, καὶ ἐξεστραμμένη ἀπὸ τῆς ἀληθείας. ἡμεῖς δὲ σὺν τῷ ψαλμῳδῷ βοήσωμεν· Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

κα'. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταύτῃ τῇ ῥήσει ἐχρήσατο Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων ὁ μακάριος Παῦλος. ἀσυνέτους δὲ ἡμᾶς προσηγόρευσε, τὴν πρὸ τῆς πίστεως ἡμῶν ἀφροσύνην ἐπιδεικνύς. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη·

ἦμεν

Digitized by Google

ἦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ποτὲ ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους. Ταῦτα διαφερόντως ἠνίασεν Ἰουδαίους· οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτοὺς ἀλγύνει ἡ δουλεία καὶ ἡ διασπορά, καὶ ἡ τοῦ ναοῦ ἐρήμωσις, ὡς ἡ τῶν ἐθνῶν εὐσέβειά τε καὶ περιφάνεια· παροξύνει γὰρ αὐτούς, καὶ εἰς ζῆλον ἄγει.

enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Hæc præcipuè Iudæos pupugerunt: non enim ipsos dolore sic afficit seruitus & dispersio, & templi desolatio, vt Gentium religio & splendor: pungit enim ipsos, & ad inuidiam prouocat.

CATENA PATRVM.

κβʹ. Ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καυθήσεται ἕως ᾅδου κατωτάτου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν δικαίαν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐμφαίνει κίνησιν, οὐ μέχρι παιδείας ὕστερον ἐπαγομένην, ἀλλ' ἕως τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν ἀπάγουσαν εἰς ἀπώλειαν· καθάπερ ἤδη προεῖπεν, ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον τοὺς ἀσεβεῖς, τιμωρούμενος τοὺς ἀνθεσταμένους· ὅταν ἐκ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας ἐπιστρέψαι μὴ βουληθῶσι. τὴν οὖν Ἰουδαίων τελευταίαν ἐνταῦθα προθεσπίζει ἀπώλειαν, ἣν καὶ ὑπέστησαν ὑπὸ Ῥωμαίων μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν παροινίαν, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν.

22. * Quoniam ignis * accensus est ex furore meo,* ardebit vsque ad * infernum deorsum:

* *Abest à Vulgata.* * succensus est in * *addit* & * inferni nouissima:

ANONYMI. Iustum contra peccatores motum ostendit, qui non perducat ipsos vsque ad correctionem, sed ad extremum vsque interitum qui ducit ad portas inferi; quemadmodum superiùs dixit, Deus noster ignis consumens impios, puniens refractarios: quotiescumque ex tolerantia & longanimitate Dei noluerint resipiscere. Hoc igitur loco Iudæorum extremam perniciem vaticinatur, quam à Romanis perpessi sunt postquam in Christum debacchati sunt, & postquam Gentes vocatæ fuerunt.

Καταφάγεται γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλὰ καὶ τροπικῶς λεγόμενον πῦρ ἅπαν τὸ γεῶδες γίνεται φρόνημα, καὶ κατεσθίει τοὺς προσεστηκότας τῇ γῇ, καὶ τὰ γεννήματα δὲ τῆς γῆς, πορνείαν, μοιχείαν, εἰδωλολατρείαν, καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα γὰρ τῆς ἐν ἡμῖν γῆς τὰ γεννήματα. ἔστι καὶ τὸ πῦρ τὸ αἰσθητὸν λαβεῖν· καὶ γὰρ τὴν αἰσθητὴν γῆν τῶν Ἰουδαίων διώσουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ πυρίκαυστον ἀπολέσουσι, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ. καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων τροπικῶς λεγομένων, ὀρῶν τῶν ἐπαιρομένων κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ φλέξει τοὺς θεμελίους, καὶ καταργήσει τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν πονηρὰς δυνάμεις. καὶ ἁπλῶς τῶν αἰσθητῶν ὀρέων τοὺς θεμελίους καταφλέξει ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ἡνίκα διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ἀνάγκην, εἰς φρούρια καταφύγωσιν οἱ Ἰουδαῖοι ὑψηλότατά τε καὶ ὀχυρώτατα· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα κατήγαγον οἱ πολέμιοι, ὥς φησιν Ἰώσηππος, τὴν ἐσχάτην αὐτῶν διηγούμενος ἐρημίαν.

* Deuorabit terram & genimina eius, comburet fundamenta montium.

* *Vulgata* Deuorabitque terram cum germine suo, & montiū fundamenta comburet.

ANONYMI. Quin & ignis per figuram acceptus est omnis terrena sapientia, & deuorat eos qui terræ affixi sunt, nec non genimina terræ, scortationem, adulterium, idolorum cultum, & reliqua. Hæc enim in nobis terræ sunt genimina. Liceat etiam ignem hunc sensibilem intelligere: siquidem hostes Iudæorum regionem diripient, & igni vastatam perdent, & omnia quæ in ipsa sunt. Et cùm fundamenta montium per figuram dici possint, montium eorum qui contra cognitionem Dei eriguntur hæc fundamenta comburet, & principem huius sæculi ac prauas quæ sub ipso sunt potestates delebit. Atque simpliciter sensibilium montiūm fundamenta comburet ira Dei, quando ob belli necessitatem Iudæi ad arces editissimas & munitissimas confugerint: attamen etiam illas expugnarunt inimici, vti Iosephus testatur, dum extremam eorum desolationem narrat.

κγʹ. Συνάξω εἰς αὐτοὺς κακά, καὶ

23. Congregabo * in eos mala, &

* *Vulgata* super

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

sagittas meas * consumam in eis.

* Vulgata complebo

ANONYMI. Quod ipsi agunt dum insanabiles permanent, Dei tolerantiam & longanimitatem contemnunt, & sibi ipsis iram thesaurizant in die iræ. Sagittæ autem Domini sunt quæ ad conuersionem & correctionem emittuntur; sicut Iob dicit, *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt; quarum indignatio ebibit* meum sanguinem. Nam caro & sanguis Regnum Dei non possidebunt.*

Iob 6, 4.

* Vulgata spiritum meum

1. Cor. 15, 50.

24. * Liquescentes fame & comestione auium:

* Vulgata Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo:

ANONYMI. Fame sensibili contabuerunt quando obsidebantur, & præcedente belli necessitate, tam tempore Nabuchodonosor quàm tempore vltimæ obsidionis, quam perpessi sunt post furorem quo in Saluatorem nostrum & Deum Iesum Christum vsi sunt: tunc nimirum fame consumpti sunt. Ceterùm etiam spiritali fami expositi sunt, cùm non ampliùs sit apud eos verbum Dei vel Propheta qui ipsis dicat, *Hæc dicit Dominus*. Morsu autem auium consumpti sunt. Nam inter huiusmodi aues versantes verosimile est vix posse resistere earum morsibus.

* Et opisthotonus insanabilis.

* Abest à Vulgata.

ANONYMI. Opisthotonus insanabilis est spasmus musculorum qui sunt in dorso totum corpus retrotrahens, & tamquam arcum intentum contorquens. Istiusmodi autem sunt animi passiones, quæ à Deo auersionem inducunt, dum nullam ipsis spem salutis ostendunt. Nam famem quidem intelligimus, in quantum non est apud ipsos verbum Dei; morsum verò auium inanes sermones & frustrà per aërem volitantes, & segniter dissolutos. Non cessant enim in his frustrà meditari, vti Dauid ait: *Meditati sunt inania*, retrocedentes sine reuersione.

Psal. 2.

Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram, *

* Vulgata addit atque serpentiũ.

ANONYMI. *Mittam* pro *misi*: quando serpentes ipsis immisit, qui interfecerunt eos in solitudine. Per feras intelligendi sunt hostes qui ferarum instar ipsos deuorabant, & tantum non dentibus absumebant, cùm essent praui, & nihil humanitatis erga ipsos ostenderent: qui cùm Dei præ-

τὰ βέλη μου συντελέσω εἰς αὐτούς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἀνιάτως διαμένοντες, τῆς ἀνοχῆς τοῦ Θεοῦ καὶ μακροθυμίας καταφρονοῦντες, καὶ θησαυρίζοντες ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Βέλη δὲ κυρίου τὰ πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ παιδείαν ἐπαγόμενα· καθὼς Ἰὼβ λέγει, βέλη γὰρ κυρίου ἐν τῷ σώματί μου ἐστίν· ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα. αἷμα γὰρ καὶ σὰρξ βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

κδ΄. Τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρώσει ὀρνέων·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Λιμῷ ἐτάκησαν αἰσθητῷ πολιορκούμενοι, καὶ προηγησαμένης τῆς πολέμου ἐνδείας, ἐπί τε τοῦ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐπὶ τῆς τελευταίας πολιορκίας, ἣν ὑπέμειναν μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ παροινίαν, ἐτάκησαν τῷ λιμῷ. ἀλλὰ καὶ τῷ νοητῷ λιμῷ παρεδόθησαν, οὐκέτι γὰρ παρ' αὐτοῖς λόγος Θεοῦ ἢ προφήτης αὐτοῖς λέγων, τάδε λέγει κύριος. βρώσει δὲ ὀρνέων ἐξετάκησαν. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις εἰκὸς ἀγρεύοντας ὄρνεις μόλις ἐπαρκεῖν ταῖς τούτων τροφαῖς.

Καὶ ὀπισθότονος ἀνίατος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ ὀπισθότονος σπασμός τῶν ἐν βραχίονι μυῶν ὅλον εἰς τοὐπίσω ἕλκων τὸ σῶμα, καὶ ὡς ἐντεταμένον τόξον ἀπεργαζόμενος. ἔστι δὲ ταῦτα καὶ πάθη ψυχῆς, τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποστροφὴν ἐνδεικνύμενα, μηδεμίαν εἰς αὐτοὺς ἀποφαίνοντα σωτηρίας ἐλπίδα. λιμὸν μὲν γὰρ νοήσομεν, καθ' ὃν οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς λόγος Θεοῦ· βρῶσιν δὲ ὀρνέων τοὺς κενοὺς λόγους καὶ μάτην εἰς ἀέρα διϊπταμένους, καὶ ἀργῶς διαλυομένους. οὐ παύονται γὰρ ἐν τούτοις μελετῶντες ματαίως, ὥς φησι Δαβίδ· ἐμελέτησαν κενά, εἰς τοὐπίσω χωροῦντες ἀμετάστρεπτοι.

Ὀδόντας θηρίων ἐπαποστελῶ εἰς αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ γῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ ἀποστελῶ ἀντὶ τοῦ ἀπέστειλα· ἡνίκα ὄφεις αὐτοῖς ἀπέστειλε, θανατοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ. θηρία τοὺς πολεμίους νοητέον δίκην θηρίων αὐτοὺς κατεσθίοντας, καὶ μονονουχὶ τοῖς ὀδοῦσι καταναλίσκοντας, πονηρούς τε ὄντας, καὶ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἥμερον ἐπιδεικνυμένους· οἱ τὴν τοῦ Θεοῦ παρου-

σίαν

σίαν ἐγκαταλεῖψαι, τοῖς ἑαυτῶν γὰρ παραδιδόμενοι πάθεσιν, ὑπὸ τῶν θηρίων τῶν νοητῶν κατησθίοντο.

κέ. Ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος·

Ἀνωνύμου. Τὰ ἐν τῇ πολιορκίᾳ συμβαίνοντα κατὰ μέρος ἐκτραγῳδεῖ· ἅπερ καὶ διὰ τοῦ Ἱερεμίου καὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὁ θεῖος διηγήσατο λόγος. οἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν ὑπὸ πολεμίων, οἱ δὲ ἔσω καὶ λιμῷ διεφθείροντο. θεοῦ δὲ μάχαιρα τὰς πονηρὰς πράξεις τιμωρουμένη, τῷ φόβῳ συστέλλει καὶ τοὺς τίκτοντας αὐτοὺς λογισμοὺς, ὥστε μηκέτι τοιαῦτα τεκεῖν. τομώτερος γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων.

Νεανίσκος σὺν παρθένῳ θηλάζων, μετὰ καθεστηκότος πρεσβύτου.

Ἀνωνύμου. Ἄρδην αὐτοῖς ἐγένετο ἡ ἀπώλεια· ἐπειδήπερ καὶ ὁμοθυμαδὸν τὴν ἁμαρτίαν εἰργάζοντο. ἢ οὐχ ὁρᾷς, φησὶν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ, τί οὗτοι ποιοῦσιν ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλήμ; καὶ ψυχὰς δὲ τὰς διαφόρους ἡλικίας νοήσομεν.

κς'. Εἶπον, διασπερῶ αὐτοὺς, παύσω δὴ ἐξ ἀνθρώπων τὸ μνημόσυνον αὐτῶν·

κζ. Εἰ μὴ δι' ὀργὴν ἐχθρῶν· ἵνα μὴ μακροχρονήσωσι, καὶ ἵνα μὴ συνεπιθῶνται οἱ ὑπεναντίοι· μὴ εἴπωσιν· ἡ χεὶρ ἡμῶν ἡ ὑψηλὴ, καὶ οὐχὶ κύριος, ἐποίησε ταῦτα πάντα.

Ἀνωνύμου. Διασπαρέντες γὰρ ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἕως ἄκρου αὐτοῦ, ἐκ βίβλου ζώντων ἐξηλείφθησαν, μηκέτι θεοῦ λαὸς χρηματίζοντες· οὐκ ἀπώλοντο δὲ ῥᾳδίως, διὰ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. ἔμελλον γὰρ δυσσεβείᾳ μεγαλαυχεῖν, τὴν ἐκείνων ἀπώλειαν τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς ἐπιγράφοντες, οὐ ταῖς τῶν ἀπολωλότων ἁμαρτίαις.

κή. Ὅτι ἔθνος ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστι· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἐπιστήμη.

Ἀνωνύμου. Μετὰ βουλῆς δεῖ πάντα ποιεῖν. ἡ γὰρ βουλὴ θεία τις δύναμις ἐπι-

fentiam dereliquissent, & suis affectibus dediti essent, à feris spiritalibus deuorati sunt. [CATENA PATRVM.]

25. * Deforis sine liberis faciet eos gladius, & ex penetralibus pauor: [* Vulgata Foris vastabit eos gladius, & intus pauor,]

ANONYMI. Ea quæ in obsidione acciderunt sigillatim tragicè deplorat: quæ etiam per Ieremiam & Ezechielem diuinus sermo narrauit. Nam hi quidem foris ab inimicis, alij verò intus etiam fame necati sunt. Dei autem gladius dum prauos actus vlciscitur, timore quoque deprimit cogitationes quæ hos pariunt, ne ampliùs talia pariant. Acutior enim est sermo Dei, & discretor cogitationum. [Heb. 4, 12.]

* Adolescens cum virgine, lactens cum constituto sene. [* Vulgata Iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.]

ANONYMI. Penitus ipsi perierunt; quoniam & vno omnium consensu peccatum commiserant. *Nónne vides*, inquiebat vniuersorum Deus Prophetæ Ieremiæ, *quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda & in plateis Hierusalem?* Ceterùm per animas intelligimus quoque diuersas ætates. [Ier. 7, 17.]

26. Dixi, * Disperdam eos, & cessare faciam ex hominibus * memoriale eorum; [* Vulgata Vbinam sunt? * memoriā]

27. * Nisi propter iram inimicorum *; vt non permaneant, & non simul insurgant aduersarij: ne dicant: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. [* Sed] [* distuli; ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent:]

ANONYMI. Dispersi enim à summo cælo & vsque ad summum eius, è libro viuentium obliterati sunt, cùm non ampliùs vocentur Dei populus: ceterùm non penitus interierunt, propter eos qui ex Gentibus sunt. Erant enim præ impietate gloriaturi, interitum ipsorum dijs suis adscribentes, & non peccatis eorum qui perierunt.

28. * Quoniam gens est quæ perdidit consilium: & non est in eis scientia. [* Vulgata Gens absque consilio est, & sine prudentia.]

ANONYMI. Omnia cum consilio agenda sunt. Siquidem consilium est diuina quædam

 virtus

CATENA PATRVM.

virtus cœlestis. Superasti enim manum dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me, inquit Propheta.

* Vulgata Vnnam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

29. * Non sapuerunt intelligere: hæc omnia suscipiant in sequens tempus.

ANONYMI. Quoniam, inquit, non cognouerunt neque intellexerunt ea quæ dicta sunt, in diebus nouissimis cognoscent ipsa. Quando enim aduentus Vnigeniti in carne tempus aduenerit, tunc Gentium vocatio erit eorum reiectio, eò quòd noluerint spiritus consilium admittere, neque scientiam eius intelligere.

* Vulgata persequatur * fugent * Nonne ideò quia Deus suus * conclusit * est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.

30. Quomodo * persequetur vnus mille, & duo * fugabunt decem millia? * Nisi quòd Deus vendidit eos, & Dominus * tradidit illos?

31. Non enim * sunt dij eorum sicut Deus noster: inimici autem nostri amentes.

ANONYMI. Hoc est: Haud captu faciles fuissent hostibus, nec à quocumque deterriti, vt vnus hostium mille insequeretur, & duo innumerabilem multitudinem, nisi res in contrarium versæ essent, &, quod ipsi olim gesserunt, facilè hostes expugnantes, dum Deum propitium haberent. Hæc vtique non sustinuissent, nisi eius ope orbati essent, venditi propter peccata.

* Vulgata De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: * & botri amarissimi.

32. * Etenim ex vite Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum ex Gomorrha: vua eorum vua fellis, * botrus amaritudinis eis.

ANONYMI. Alibi etiam beatus Ieremias ad Synagogam Iudæorum tamquam ex persona Dei dixit: *Ego plantaui te vitem * fructiferam; quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena?* Nam cùm Sodomitarum opera imitentur, & Gomorrhæ ciuium studia amplectantur, genus inde deducere dicuntur. Non secùs ac qui Abrahæ opera æmulantur atque consectantur, filij Abraham non immeritò nuncupantur; ita etiam qui Sodomita-

Ier. 2, 21.

* Vulgata electam;

ςάτιός ἐστιν. ἐκράτησας γὰρ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, φησὶν ὁ προφήτης.

κθ΄. Οὐκ ἐφρόνησαν συνιέναι· ταῦτα πάντα καταδεξάσθωσαν εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδήπερ, φησὶν, οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν τὰ εἰρημένα, ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις γνώσονται αὐτά. ἡνίκα γὰρ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς ἐλεύσεται ὁ καιρὸς, καὶ τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις γενήσεται αὐτῶν ἡ ἀποβολὴ, διὰ τὸ μὴ βουληθῆναι αὐτοὺς δέξασθαι τοῦ πνεύματος τὴν βουλὴν, μηδὲ συνιέναι τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ.

λ΄. Πῶς διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μετακινήσουσι μυριάδας; Εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἀπέδοτο αὐτοὺς, καὶ ὁ κύριος παρέδωκεν αὐτούς;

λα΄. Οὐ γάρ εἰσιν ὡς ὁ Θεοὶ αὐτῶν ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν· οἱ δὲ ἐχθροὶ ἡμῶν ἀνόητοι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστιν· οὐκ ἂν εὐάλωτοι ἐγένοντο τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος πτοούμενοι, ὡς ἕνα τῶν πολεμίων διώκειν χιλίους, καὶ δύο ἀναρίθμητον πλῆθος, εἰ μὴ εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς ἐστράφη τὰ πράγματα, καὶ, ὅπερ αὐτοὶ πάλαι διεπράττοντο, ῥαδίως καταγωνιζόμενοι τοὺς ἐχθροὺς, τὸν Θεὸν εὐμενῆ κεκτημένοι, ταῦτα οὐκ ἂν ὑπέμενον, εἰ μὴ γυμνοὶ τῆς αὐτοῦ ἐπικουρίας ἐτύγχανον, πραθέντες ταῖς ἁμαρτίαις.

λβ΄. Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας. ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔφη που καὶ ὁ Μακάριος Ἱερεμίας πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ἐγὼ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον· πῶς ἐστράφη εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; ζηλώσαντες γὰρ Σοδομιτῶν τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν Γομόρρας πολιτῶν ἀσπασάμενοι, τὸ γένος ἐκεῖθεν λέγονται κατάγειν. ὥσπερ οἱ τὰ ἔργα ζηλοῦντες τοῦ Ἀβραὰμ καὶ μεταδιώκοντες, υἱοὶ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἀπεικότως ἀναγορεύονται· οὕτω καὶ οἱ τὰ Σοδομιτῶν ἐπιτη-

Digitized by Google

ἐπιτηδεύματα φιλοτιμούμενοι πάνδεινα ἀπόγονοι τοῦ ἀποστάτου δείκνυνται διαβόλου.

λγ'. Θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν ζέσιν τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν οἶνον δρακόντων φήσας, καὶ τῆς παρακοῆς τὴν τυραννικὴν καὶ ὑπερηφανικὴν καταφρόνησιν καλέσας οἶνον ἀσπίδων. τοῦτο γὰρ, ὥς φασι, τὸ θηρίον παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς ἐμφράττει τὰ ὦτα πρὸς ἐπάσματα, ὑπερηφανίᾳ τυραννοῦν τοὺς ἐπᾴδοντας.

λδ'. Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα πάντα συνῆκται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου;

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἑρμηνεύων ἐξέδωκε· Μὴ οὐχὶ τοῦτο ἀπόκειται παρ' ἐμοί; τουτέστι τὸ θηριῶδες αὐτῶν καὶ μιαιφόνον, καὶ οἷς μέλλουσιν ἐγχειρεῖν λυττῶντες κατὰ τοῦ σωτῆρος αὐτῶν· ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἀναβάλλομαι, καὶ δίδωμι χώραν τῷ αὐτεξουσίῳ, ἀναμένων τὴν πρᾶξιν.

λέ. Ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω, ἐν καιρῷ ὅταν σφαλῇ ὁ πους αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τότε γὰρ αὐτοὺς, φησιν, εἰσπράξομαι δίκην, καὶ τελείως αὐτοὺς ἐποίσω τὸν ὄλεθρον, ὅταν ὀρθῶς μὴ θέλωσι βαίνειν, ἀλλὰ τῆς εὐθείας παρεκτραπῶσιν ὁδοῦ, καὶ ἕτοιμοι γίνωνται τοῦ ἐκχέαι αἷμα.

Ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα ἀπωλείας αὐτῶν, καὶ πάρεστιν ἕτοιμα ὑμῖν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῷ προφητικῷ πνεύματι τὰ πολλοῖς ὕστερον ἐσόμενα χρόνοις ὡς παρόντα καὶ ἐγγίζοντα θεωρεῖ, ἐγγὺς λέγων τῆς ἀπωλείας αὐτῶν τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἑτοιμοτάτην γενήσεσθαι.

λς'. Ὅτι κρινεῖ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καταψηφιεῖται γάρ, φησι, τοῦ ἰδίου λαοῦ, καὶ κατακρινεῖ αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύουσι παρακληθήσεται. δούλους γὰρ αὐτοῦ ἐκείνους φησίν. ἢ καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας ἐλεήσει, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ.

rum nefaria facinora sectantur ex diabolo apostata videntur oriundi.

CATENA PATRVM.

33. * Furor draconum vinum eorum, & * furor aspidum insanabilis.

* Vulgata Fel
* venenum aspidum insanabile.

ANONYMI. Æstum carnalium voluptatum vinum draconum dixit, & inobedientiæ tyrannicum ac superbum despectum vinum aspidum nuncupauit. Ista enim fera, vt aiunt, præ omnibus alijs feris terræ aures obstruit ad incantationes, superbiâ quadam incantantes despiciens.

34. Nónne * ecce hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

* Abest à Vulgata.

ANONYMI. Symmachus manifestiùs explanans reddidit: *Nónne hoc repositum est apud me?* nimirum eorum feritas & homicidium, & quæ aggressuri sunt rabie perciti aduersus Saluatorem suum. Verumtamen, inquit, procrastino & locum do libertati, actum expectans.

35. * In die vltionis retribuam in tempore, * quando labetur pes eorum.

* Vulgata Mea est vltio, & ego
* vt labatur

ANONYMI. Tunc enim, inquit, ab ipsis pœnam exigam, & tandem ipsis adferam interitum, cùm rectè nolint incedere, sed à recta via declinent, & prompti sint ad effundendum sanguinem.

* Quoniam propè est dies perditionis eis, & adsunt parata vobis.

* Vulgata Iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

ANONYMI. Prophetico spiritu quæ multis pòst temporibus futura sunt tamquam præsentia & propinqua contemplatur, dicens propè esse diem perditionis eorum, & vocationem Gentium paratissimam fore.

36. * Quoniam iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis * consolabitur:

* Abest à Vulgata.
* miserebitur:

ANONYMI. Nam proprium, inquit, populum iudicabit, & condemnabit eos, & in his qui ex Gentibus crediderint consolabitur. Seruos enim eius dicit illos. Vel etiam Israëlitas miserabitur, & non in finem repellet populum suum.

* Vidit

CATENA PATRVM.

* Vulgata Videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

* Vidit enim dissolutos eos & deficientes in obductione & remissos.

ANONYMI. Obductio est tempus vltionis; quemadmodum per quemdam Prophetam ait, Quid facies in die obductionis? Vidit igitur ipsos secundùm illud tempus pœnas pendere, & nullum robur habere. non enim dicere poterant: *Omnia possum in eo qui me confortat* Christo: & in Deo meo faciam virtutem. Ceterùm debilitatem animæ secuta est extinctio virtutis.

Philip. 4, 13.

Εἶδε γὰρ αὐτοὺς παραλελυμένους καὶ ἐκλελοιπότας ἐν ἐπαγωγῇ καὶ παρειμένους.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπαγωγή ἐστι τῆς ἐκδικήσεως ὁ καιρός· καθά φησι δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν, τί ποιήσεις ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς; ἐθεάσατο τοίνυν αὐτοὺς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ δίκας εἰσπραττομένους, καὶ μηδεμίαν ἔχοντας ἰσχύν. Οὐ γὰρ λέγειν ἠδύναντο· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ· καὶ ἐν τῷ θεῷ μου ποιήσομαι δύναμιν. ἐπηκολούθησε δὲ τῇ τῆς ψυχῆς παρέσει ἡ τῆς δυνάμεως νέκρωσις.

* Vulgata dicet: * habebant fiduciam?

37. Et * dixit Dominus: Vbi sunt dij eorum, in quibus * fidebant in eis?

λζ. Καὶ εἶπε κύριος· ποῦ εἰσὶν οἱ θεοὶ αὐτῶν, ἐφ' οἷς ἐπεποίθησαν ἐπ' αὐτοῖς;

* De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminũ, surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

38. * Quorum adipem sacrificiorum eorum comedebatis, & bibebatis vinum libaminum eorum, exurgant & auxilientur vobis, & fiant vobis protectores.

ANONYMI. Hæc etiam ceteri Prophetæ, & præsertim Ieremias in eorum impietatis reprehensionem exprobrando protulit. ait enim: *Quamobrem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt ex eis: clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Hierusalem, & clamabunt ad deos quibus ipsi * adolent eis, & non saluabunt eos in tempore malorum eorum*, & reliqua.

Ier. 11, 11.

* Vulgata libant

λή. Ὧν τὸ στέαρ τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἠσθίετε, καὶ ἐπίνετε τὸν οἶνον τῶν σπονδῶν αὐτῶν, ἀναστήτωσαν καὶ βοηθησάτωσαν ὑμῖν, καὶ γενηθήτωσαν ὑμῖν σκεπασταί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταῦτα καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, καὶ μάλιστα Ἱερεμίας εἰς ἔλεγχον τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ὀνειδίζων προσέφερεν. ἔφη γάρ· Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπ' αὐτοὺς κακά, ἐξ ὧν οὐ δυνήσονται ἐξελθεῖν ἐξ αὐτῶν· κεκράξονται πρός με, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν. καὶ πορεύσονται πόλεις Ἰούδα καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ, καὶ κεκράξονται πρὸς τοὺς θεοὺς οἷς αὐτοὶ θυμιῶσιν αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ σώσουσιν αὐτοὺς ἐν καιρῷ κακῶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

* Vulgata Videte quòd ego sim solus, & non sit alius

39. * Videte, videte, quia ego sum, & non est Deus præter me:

ANONYMI. Hoc est, Tua defectio erudiet te, & prauitas tua redarguet te. Et quoniam cùm feliciter ageres non cognouisti benefactorem & bonorum largitorem, castigatus disce eum qui inexorabiles plagas vobis infligit, è quibus eorum qui vobis dij visi sunt nemo vos liberauit.

λθ. Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν ἐμοῦ·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστι, Παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε. καὶ ἐπειδήπερ εὖ πράττων οὐκ ἔγνως τὸν εὐεργέτην καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν χορηγόν, τιμωρούμενος μάνθανε τὸν ἀπαραιτήτως ὑμῖν ἐπάγοντα τὰς πληγάς, ἐξ ὧν ὑμᾶς οὐδεὶς ἐρρύσατο τῶν δοξάντων ὑμῖν εἶναι θεῶν.

* Vulgata addit ego

Ego occidam, & * viuere faciam: percutiam, & ego sanabo:

SEVERI. Omnia enim, inquit, ad vestram salutem refero; & propterea pœnas in hac vita à peccatoribus exigo, vt per pœnitentiam ipsis vitam largiar, quæ est agnitio pietatis.

Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι·

ΣΕΒΗΡΟΥ. Πάντα γάρ, φησιν, εἰς σωτηρίαν ὑμῶν πραγματεύομαι· καὶ διὰ τοῦτο εἰσπράττομαι δίκας ἐνταῦθα τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἵνα διὰ τῆς μετανοίας αὐτοῖς χαρίσωμαι τὴν ζωήν, ἥτις ἐστὶ τῆς εὐσεβείας ἡ γνῶσις.

Τοὺς

Digitized by Google

τοὺς θανατουμένους τῇ ἀσεβείᾳ, πρὸς μηκέτι κακὸν ποιεῖν, τοὺς αὐτοὺς λέγομεν ζωοποιεῖσθαι διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς ἀγαθουργίας. Τοιοῦτος γὰρ ὁ ἀγαθὸς θεὸς ἀποκτείνων ἵνα ζωοποιήσῃ, καὶ πατάσσων ἵνα ἰάσηται· αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησι, τὰς ἐπενεχθείσας ἐπανορθούμενος συμφορὰς, καὶ τῆς ψυχῆς τὰς νόσους ἰώμενος, μηδενὸς τὸ παράπαν ῥύσασθαι δυναμένου τοὺς ὑπ' ἐμοῦ τιμωρίας εἰσπραττομένους.

Καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου.

Σεβηρου. Τίς γὰρ καὶ ἰσχύσει ἄκοντος αὐτοῦ τῆς αὐτοῦ χειρὸς τὸν ἅπαξ περιπεπτωκότα ἀπαγαγεῖν;

μ'. Ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, καὶ ἐρῶ, ζῶ ἐγὼ εἰς τὸν αἰῶνα.

Κυριλλου. Χεὶρ καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς ὁ υἱὸς, ἐν ᾧ ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν καὶ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. δεξιὰ καὶ χεὶρ τοῦ Πατρὸς ὁ υἱὸς, ὥς φησιν ὁ Δαβίδ· Δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν. καὶ πάλιν· Ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. τὸ δὲ, ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, ὅμοιόν ἐστι τῷ λεγομένῳ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβίδ· ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. ἔδει γὰρ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ὑψωθῆναι, δεξιὰν ὄντα τοῦ πατρός. Δείκνυσι δὲ αὐτὸν καθὸ ἦν δεξιὰ θεὸν ἐκ θεοῦ μόνου, καὶ ὁμοούσιον, καὶ μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἐξουσίας καὶ κυριότητος. τὸ γὰρ, ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου, τοῦτο ἐμφαίνει. ἐπεὶ γὰρ οὐκ εἶχε κατὰ μείζονος ὀμόσαι, ἤ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ. χαρακτὴρ ἐστὶ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, καὶ υἱὸς, καὶ εἰκὼν ἀπαράλλακτος, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν πατέρα. ἀποδείκνυσι δὲ αὐτὸν καὶ συναΐδιον, καὶ ζῶντα εἰς τὸν αἰῶνα μετὰ ἧς ὑψοῖ δεξιᾶς. ταῦτα δὲ γενήσεταί, φησιν, ὅταν ὑμᾶς τιμωρήσωμαι τὴν ἐμὴν περιυβρίσαντας δεξιὰν, ἵνα γνῶτε ὡς ἑκουσίως βουλήσει ἐμῇ ἐταπείνωσα αὐτὴν δι' ὑμᾶς τοὺς ἀποστραφέντας, καὶ μὴ δεξαμένους αὐτήν.

μα'. Ὅτι παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μάχαιράν μου, καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου· καὶ ἀν-

Eos qui ob impietatem mortui sunt, vt ne amplius malum committant, eosdem dicimus viuificari per rectam fidem & per bonas actiones. Talis enim est bonus Deus dum occidit vt viuificet, & percutit vt sanet: siquidem ipse dolere facit, & rursum recreat, calamitates inflictas corrigens, & animæ morbos sanans, cùm nullus penitus à me eos qui pœnas luunt liberare possit.

CATENA PATRVM.

Et non est qui * eruat de manibus meis.

* *Vulgata* de manu mea possit eruere.

SEVERI. Quis enim inuito ipsi possit eum qui semel in manus eius incidit eripere?

40. * Quoniam leuabo in cælum manum meam, & iurabo dexteram meam, & dicam, Viuo ego in æternum.

* *Vulgata* Leuabo ad cælum manú meam,

CYRILLI. Manus & dextera Patris est Filius, per quem cælum firmauit & terram fundauit. Dextera & manus Patris Filius est, vt Dauid ait: *Dextera Domini fecit virtutem.* & rursus: *Me autem suscepit dextera tua.* Porrò istud, *Leuabo in cælum manum meam*, simile est isti quod à beato Dauid dictum est: *Exaltetur dextera tua.* Oportebat enim secundùm humanitatem Filium hominis extolli, cùm sit dextera Patris. Ostendit autem ipsum in quantum erat dextera esse Deum ex solo Deo, & consubstantialem, & vnius virtutis, ac potestatis ac dominationis. Hoc enim declarat istud, *Iurabo dexteram meam.* Cùm enim non haberet maiorem per quem iuraret, vt ait Apostolus, iurauit per semetipsum. Siquidem character est substantiæ Patris, & Filius, & imago immutabilis, totum in semetipso ostendens Patrem. Ceterùm demonstrat etiam ipsum esse coæternum, & viuentem in sæculum cum dextera quam extollit. Hæc verò, inquit, fient, quando vos puniam qui meam dexteram vituperastis, vt cognoscatis ipsam se libentissimè ex voluntate mea humiliasse propter vos qui auersi estis, & minimè ipsam recepistis.

Psal. 117. Psal. 62. Psal. 88.

41. * Quia exacuam vt fulgur gladium meum, & * arripiet iudicium manus mea: * & red-

* *Vulgata* Si acuero * arripuerit * reddam vltionem hostibus meis,

CATENA PATRVM.

dam vindictam inimicis, & his qui oderunt me retribuam.

ἀποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσί με ἀνταποδώσω.

ANONYMI. Gladium vocat vlciscendi potentiam: quandoquidem gladius est bellicum instrumentum & ad hostes vlciscendos accommodatum. Ceterùm Dei gladius inuisibilis ac spiritalis existit. Ait enim Propheta: *Inebriatus est gladius Domini in cælo.* Hunc dicitur acuere vt fulgur, splendorem eius ostendens, & quòd omnibus manifestus sit. Tunc etiam arripiet iudicium manus mea. Si quidem omne iudicium tradidit Filio, vt omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem: & potestatem dedit ei faciendi iudicium. Quale autem sit illud iudicium ipsomet in Euangelio declarat: *De iudicio autem; quia princeps huius mundi iudicatus est.* Nam cùm inuisibiles potestates & horum præsidem diabolum profligasset, liberos nos dimisit.

Isaiæ 34, 5.

Ioan. 16, 11.

ANONYMOY. Μάχαιράν φησι τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν· πολεμικὸν γὰρ καὶ ἐκδικητικὸν σκεῦος ἡ μάχαιρα ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ μάχαιρα ἀόρατός ἐστι καὶ πνευματική. φησὶ γὰρ ὁ Προφήτης· ἐμεθύσθη ἡ μάχαιρα κυρίου ἐν οὐρανῷ. ταύτην φησὶ παροξύνειν ὡς ἀστραπὴν, τὸ λαμπρὸν αὐτῆς καὶ ἐπιφανὲς ἐνδεικνύμενος, καὶ πᾶσι κατάδηλον. τότε καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου. ἅπασαν γὰρ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν. ποίου δὲ κρίματος αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις φησί· περὶ δὲ κρίσεως· ὅτι ἄρχων τοῦ κόσμου κέκριται. καταγωνίσας γὰρ τὰς ἀοράτους δυνάμεις καὶ τὸν τούτων προστάτην διάβολον, ἀνῆκεν ἡμᾶς ἐλευθέρους.

* Vulgata omittit.
* deuorabit

42. Inebriabo sagittas meas * à sanguine, & gladius meus * comedet carnes,

μβ΄. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ᾽ αἵματος, καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα,

ANONYMI. Nam cùm Iudæos puniuisset qui in eum debacchati fuerant, ipsosque Cæsari tradidisset, quem Regem inscripserunt, impleuit sagittas sanguine eorum qui extremam captiuitatem perpessi sunt. Sensibilis quoque gladius esse possint enses Romanorum, qui ac si animati fuissent carnes deuorabant, obuios quosque perimendo. Spiritalis verò gladius est verbum Dei. siquidem de hoc Apostolus ait: *Et gladium spiritus: quod est verbum Dei.* Hic gladius in nobis passiones absumpsit, atque ea quæ carnis sunt opera deuorauit. *Non enim permanebit spiritus meus* in ipsis, inquit bat Deus, quia carnes sunt; id est, carnalem sensum habent: neque quidquam aliud sunt quàm caro, quam Verbum adueniens absumpsit spiritales nos efficiens.

Ephes. 6, 17.

Gen. 6, 3.

ANONYMOY. Τιμωρησάμενος γὰρ τοὺς Ἰουδαίους ἐμπαροινήσαντας αὐτῷ, καὶ ἐκδοὺς αὐτοὺς Καίσαρι, ὃν ἐπιγράψαντο βασιλέα, ἐνέπλησεν αὐτοῦ τὰ βέλη τοῦ αἵματος τῶν ἐσχάτην ὑπομεινάντων ἅλωσιν. καὶ εἴη ἂν αἰσθητὴ μάχαιρα τῶν Ῥωμαίων τὰ ξίφη, ἅπερ καὶ ὡς ἔμψυχα τὰ κρέα κατήσθιον, διαπαρδίττα τοὺς προστυγχάνοντας. νοητὴ δὲ μάχαιρα ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. ἔφη γὰρ ὁ Ἀπόστολος· καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ. αὕτη τὰ ἐν ἡμῖν πάθη κατανάλωσε, καὶ κατέφαγεν ἔργα σαρκὸς ὄντα. οὐ μὴ γὰρ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν αὐτοῖς, εἶπεν ὁ θεὸς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· τουτέστι, σαρκικὸν φρόνημα ἔχειν· καὶ οὐδὲν ἕτερον εἶναι ἢ κρέα, ἅπερ ἐπιδημήσας ὁ λόγος ἐδαπάνησε πνευματικοὺς ἡμᾶς ἀπεργασάμενος.

* Vulgata cruore
* addit de
* nudati inimicorum capitis.

De * sanguine occisorum & * captiuitate * à capite Principum Gentium.

Ἀφ᾽ αἵματος τραυματιῶν καὶ αἰχμαλωσίας ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν.

ANONYMI. Admiscet quoque gladium spiritalem ac sensibilem; hunc quidem dicens plenum esse sanguinis eorum qui in acie occubuerunt, & in seruitutem redacti sunt; illum verò, spiritalem dico, inebriatum esse à capite Principum Gentium. Propterea

ANONYMOY. Μίγνυσι τήν τε νοητὴν καὶ τὴν αἰσθητὴν μάχαιραν· τὴν μὲν φάσκων πεπληρῶσθαι ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν πεσόντων ἐν πολέμῳ, καὶ παραδοθέντων αἰχμαλωσίᾳ· τὴν δὲ, νοητήν φημι, μεμεθύσθαι ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν. διὰ τοῦτο ἔφα-

σκεν

Digitized by Google

σκεν Ἡσαΐας· ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ἐπάξει ὁ θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, τὴν μεγάλην καὶ ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν. διὸ παραγενόμενος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τομώτερος ὢν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, τὰς ἀοράτους κατεπολέμησε δυνάμεις, ἐν τῷ σταυρῷ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον προσηλώσας, καὶ καθελὼν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, καὶ θριαμβεύσας ἐν παῤῥησίᾳ, καὶ λαβὼν αἰχμαλώτους ἡμᾶς ἔδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις.

Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ.

Ἀνωνύμου. Εὐφροσύνης γὰρ ἀληθῶς ὑπόθεσις καὶ θυμηδίας ἁπάσης, τὸ ἐκποδὼν γενέσθαι τὰς ἀποστατικὰς δυνάμεις, καὶ τὸν μισόκαλον καταργηθῆναι διάβολον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐλευθερωθῆναι τῆς πάλαι κρατούσης κατ' αὐτῶν τυραννίδος, καὶ ὁδὸν γενέσθαι καθαρὰν πάσης ἁμαρτίας ἀνῃρημένης τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐπὶ τούτοις χαίρουσιν ἄγγελοι, καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις, ὁρῶσαι τὴν πάλαι ἔχθραν διαλυθεῖσαν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐπὶ γῆς βραβευθεῖσαν, καὶ τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους πολίτας οὐρανῶν γενομένους, καὶ τὴν γῆν συναφθεῖσαν τῷ οὐρανῷ. καὶ προσκυνοῦσι ἅπαντες τὴν ἀήττητον δύναμιν, ὅσοι κατελογίσθησαν ἐν τέκνοις θεοῦ. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν χαρὰ ἐν οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσίᾳ τε καὶ σωτηρίᾳ.

μγ'. Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ·

Ἀνωνύμου. Εἰ γὰρ καὶ διὰ τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ παραγεγενῆσθαί φησιν· ἀλλ' αὐτὸς πάλιν ἐν Εὐαγγελίοις ἐρεῖ· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν. ἔφη δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. Ἀκύλας δὲ ἀντὶ τοῦ εὐφράνθητέ φησιν, ἑνοποιήσατε ἔθνη λαὸν αὐτοῦ.

Τοῦ ἄλλου. Εἴρηταί που πρὸς Ἑ-

dixit Isaias: *In nouissimo die inducet Deus gladium sanctum, magnum & fortem super draconem serpentem*. Idcircò cùm Dei verbum aduenisset, quod est acutius omni gladio ancipiti, virtutes inuisibiles prostrauit, cruci id quod aduersus nos erat chirographum affigens; ac tollens omnem principatum ac potestatem, & triumphans confidenter, atque accipiens nos captiuos dedit dona in hominibus.

CATENA PATRVM. Isaiæ 27, 1. Coloss. 2, 14.

* Lætamini cæli simul cum eo, & adorent eum omnes Angeli Dei.

* *Hæc non habentur in Vulgata.*

Anonymi. Nam verè materia lætitiæ atque omnis voluptatis est, captiuas esse apostaticas potestates, & osorem boni diabolum esse eneruatum, nec non homines ab antiqua tyrannide qua premebantur liberos euasisse, atque omni peccato sublato viam puram factam esse accedentibus ad eum per Dominum nostrum Iesum Christum. Propter hæc gaudent Angeli & omnes cælorum Virtutes, videntes antiquam inimicitiam dissolutam, & pacem his qui in terra sunt propositam, & terrenos homines cæli ciues factos esse; & terram cum cælo coniunctam. Et adorant omnes inexpugnabilem potentiam, quotquot inter filios Dei numerati sunt. Si enim secundùm Saluatoris vocem gaudium fit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quantò magis super tanto ac tali hominum beneficio ac salute.

Lucæ 15.

43. * Lætamini Gentes cum populo eius, & confortentur in eo omnes filij Dei:

* *Vulgata* Laudate Gentes populum eius:

Anonymi. Etsi enim *propter oues quæ perierunt domus Israël* se aduenisse dicat; verumtamen rursus ipse in Euangelijs ait: *Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.* Dixit quoque diuinus Apostolus: *Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconcilians ambos in vno spiritu ad Patrem.* Ceterùm Aquila pro *Lætamini* ait, *Vnum efficite Gentes populum eius.*

Matth. 10, 6. Ioan. 10, 16. Ephes. 2, 15.

Alterivs. Dictum aliquando ad He-

CATENA PATRVM.

Hebr. 1, 14.

bræos scribente D. Paulo: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?* Dixit quoque diuinus Dauid:

Psal. 33, 8.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Roborate igitur eos qui ad auctorem suum accedunt, & tamquam conseruos honorate, gaudentes etiam de vno peccatore pœnitentiam agente, nedum ob tot tantaque bona. Alia autem lectio sic habet: *Fortes faciant ipsos omnes filij Dei.* Filios autem Dei intelliges sanctos Apostolos & magistros Ecclesiæ qui post ipsos fuerunt, qui iubentur fortem facere populum suis admonitionibus & sacræ Scripturæ interpretationibus.

βραίους γράφοντες τοῦ θεσπεσίου Παύλου· οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ἔφη δὲ καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ· Παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. ἐνισχύσατε τοίνυν τοὺς προσιόντας τῷ ἑαυτῶν ποιητῇ, καὶ ὡς ὁμοδούλους τιμήσατε, χαίροντες καὶ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, μή τι γε δὴ ἐπὶ τοσούτοις ἀγαθοῖς καὶ τοιούτοις. καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ ἔχει· ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ. υἱοὺς δὲ θεοῦ τοὺς ἁγίους νοήσεις Ἀποστόλους καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους, οἵτινες παρακελεύονται ἐνισχύειν τὸν λαὸν ταῖς παραινέσεσι καὶ ταῖς θείαις γραφαῖς ἑρμηνεύοντες.

* Vulgata Quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ

* Quoniam sanguinem filiorum suorum vindicabit, & vlciscetur, & retribuet vltionem inimicis: & ijs qui oderunt retribuet, & expurgabit Dominus terram populi sui.

Ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς· καὶ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Matth. 23, 32.

ANONYMI. Dixit in Euangelijs Dominus Iudæis loquens: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum, serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideò ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.* Vindicatus est igitur sanguis, & ipsa metropolis ipsorum euersa fuit, templum verò solo æquatum est, & ipsi captiui facti sunt & errones, & reddidit ipsis pro merito, exigens ab eis pœnas eorum quæ deliquerant.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔφη ἐν Εὐαγγελίοις ὁ κύριος τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενος· Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν, ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ εἰς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ὅπως ἂν ἔλθοι ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἐπὶ τὴν γῆν, ἀπὸ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην. ἐκδεδίκηται τοίνυν τὸ αἷμα, καὶ αὐτὴ μὲν ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀνάστατος γέγονε, καθῄρηται δὲ καὶ ὁ ναὸς, καὶ αὐτοὶ αἰχμάλωτοι καὶ ἀλῆται γεγόνασι, καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν, εἰσπραξάμενος αὐτοὺς δίκας ὧν ἐπλημμέλησαν.

ANNOTATIONES CORDERII.

IN hoc Cantico Moyses Dei in Israëlitas beneficia egregiè extollit; contrà verò inuehitur in miram Israëlitarum erga Deum ingratitudinem, & beneficiorum obliuionem, quam deinde grauis vindicta sit exceptura.

2. *Expectetur vt pluuia eloquium meum.*] Pluuiam symbolum esse eruditionis atque facundiæ tum sacri tum profani auctores voluerunt. Græci proinde cùm arcanis fabularum inuolucris sapientiam suam obtegerent aiebant, eo die, quo Minerua doctrinarum præses in lucem edita

Pluuia est symbolum eruditionis & facundiæ.

edita fuit, auream è cælo pluuiam cecidisse. Ægyptij verò cum eamdem eruditionem atque Pithus suauitatem hieroglyphicis suis notis adumbrare vellent, οὐρανὸν δρόσον βάλλοντα, cælum, aut splendidam nubem dulcissimo rore stillantem pingebant, vt Horus Apollo testatur. Itaque Moysem, censent aliqui, cùm abditis Ægyptiorum disciplinis eximiè foret instructus, illis fortè è fontibus haustum carmen hoc prorulisse: *Expectetur vt pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros verba mea*: vel, vt Vulgata legit, *Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum*. Vbi duobus clarissimis symbolis magnæ copiæ in dicendo suæ dulcedinem & doctrinæ præstantiam illuminat. Quam ob causam Paraphrastes Chaldæus ita vertit, *Suauis sit sicut pluuia doctrina mea*. Sed necesse non est ad Ægyptiorum abditos fontes recurrere, cùm eiusdem rei documenta in diuinis Oraculis habeamus. Nam orando sublimis Isaias Verbum Dei vocat imbrem de cælo venientem & inebriantem terram. Atque vt linguæ sanctæ maiestatem, & diuinitatem propè dicam, in significando videamus, eadem vox apud Hebræos & *docere* & *pluere* significat. Ita in Oseæ Prophetia de Christo: *Qui docebit vos iustitiam*. Isidorus Clarius & Forsterus ex Hebræo vertunt: *Donec pluat iustitiam vobis*. Et Ioël cùm eumdem Seruatorem *Doctorem iustitiæ* nominauisset continuò subdit: *Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum*. Vbi in fonte est dictio מורה *moreh*: quæ & *doctorem* & *pluuiam* sonat: vnde Hebræi montis Moriæ nomen deducunt, & מורה יה *moreh Iah doctrinam Domini* interpretantur, vt animaduertunt eruditi. Hinc sacri Doctores ac verbi Dei concionatores *mystica nubes* nuncupantur; quæ pluuiâ salutari stillantes, sapientiâ, quæ de cælo est, Christianorum animos probè cultos atque subactos dulci quodam illapsu perfundunt: quare Zacharias eosdem appellat *nubes sanctas*. Cuius nominis duas omnino causas vir sanctissimus idemque eruditissimus Cyrillus Alexandrinus ibidem profert: Vel quòd, inquit, Sanctorum mens in sublime feratur, & terrena cogitata humiliaque repudiet, cælestia verò persequatur: vel quòd τοῖς νοητοῖς ὑετοῖς [illegible] ἀρδεύειν εἰώθασι, *pluuijs spiritalibus alios irrigare soleant*. Quam etiam causam vidit Magnus Dionysius in beatis Mentibus: de quarum Hierarchia mirabiliùs disputans, cap. 15. ait Angelos appellari *nubes*, non modo quòd pleni sint lumine, quod terris communicant; verùm etiam, ὅτι τὸ γόνιμον αὐτοῖς καὶ ζωοποιὸν, &c. *quòd insit illis fœcunda vis quædam viuificandi, & augendi, & perficiendi, per modum spiritalis partionis imbris, quo sinum excipientem, ταλίοις ὑετοῖς, pinguibus fœcundisque pluuijs ad vitales parturitiones excitet*. Quare beati prorsus dicendi sunt concionatores illi sacri, qui, vt verbo S. Dionysij vtar, ὀμβροτοκίᾳ, *fœcunda & generante pluuiâ*, ad spiritalem virtutum partum auditorum animos disponunt, in quo cælestibus illis mentibus pares propè videantur.

Ad talem igitur spiritualem ὀμβροτοκίαν respiciens Moyses: *Concrescat*, inquit, *in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina*. Sed cùm illicò grauissimas pœnas populo Israëlitico comminetur; quid similitudinis quæso est inter minas & stillas, inter terrores & rores? Plurimum quidem dicet aliquis cum Lyrano & alijs. Quia sicut matutini rores è cælo distillantes agros fœcundant; ita cælestes minæ in animos influentes eos corripiunt & emendant. Sed appositè ad rem præsentem dicet alius cum Procopio: Quia sicut roris stillæ molliter fluunt in agros; ita Dei minæ leniter illabuntur in animos. Verùm si peccatores blandis minarum roribus infusi non molliantur, mirum est quantis à Deo terroribus flagellati exagitentur: nam cùm sensit per illas placidas minas, tamquam stillas, apud peccatores non proficere; statim in acres iras, tamquam in scintillas, excanduit & exarsit. Vnde inferiùs versu 22. ait: *Ignis succensus est in furore meo*, &c. vt si blandis præmonitionibus non mollescant, duris comminationibus liquentur.

Isaiæ 55.

Oseę 10.

Ioël. 2, 23.

Sacri Doctores sunt mystica nubes.

Zach. 2.

Dei minæ initio stillæ, si non emendemur scintillæ fiunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

5. *Peccauerunt non ei filij vituperabiles.*] Aquila, διέφθειραν αὐτῷ οὐχ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, *Corruperunt se ei non filij eius*: Symmachus, διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ υἱοὶ τὸ σύνολον, *Corruperunt se erga eum non filij omnino*: Vulgata, *Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus*. Locus hic magnam difficultatem mouit S. Augustino quæst. 55. in Deuteronomium, vbi de hoc loco quærit, cur dicantur peccasse *non ei*: & respondet dupliciter. Primò: *Quoniam*, inquit, *qui peccat, non peccat ei: id est, Non Deo nocet, sed sibi*. Et rectè quidem ad mores. Nam peccatum non offensi Numinis, sed offendentis hominis est detrimentum. Secundò; quia Iudæi sic peccabant, *vt nec pœnitentiam agere vellent, & ad Deum redire vt sanarentur*. iuxta illud: *Quoniam caro sunt, & spiritus ambulans, & non reuertens*. Quare sicut morbus, cuius nullam æger vult suscipere medicinam, Medico non redundat in gloriam; ita peccatum, cuius pœnitentiam nullam agit peccator, diuinam in gloriam non refertur. Vnde non peccat Domino, qui peccati sui pœnitentiam non agit. Ita D. Augustinus subtiliter magis quàm solidè philosophatur; cùm multi in Scriptura dicantur peccare Domino, qui pœnitentiam non egerunt: vt videre est Exod. 32, 33. Deuteron. 9, 16. Ezech. 14, 13. & passim alibi. Melius ergo sic accipiatur, vt minimè dicantur hi non peccare Deo, sed non esse filij Deo, id est ipsius Dei; quia nimirum propter sordes, peccata & idololatriam à filiorum Dei numero reiecti sunt. Quomodo Cornelius, Bonfrerius & alij exponunt.

Peccatum non Deo nocet, sed peccatori.

Psal. 77, 39.

6. *Nonne hic ipse pater tuus possedit te*, &c.] Vbi Glossa ordinaria: *Præposterus*, inquit, *ordo. Primò enim creauit Deus disponendo vt esses; secundò fecit formando; tertiò dominando possedit*. Sed priùs ponit possessionem quam de te habet. Vnde Interlinearis: *Qui possidet*, inquit, *per fidem expulsis erroribus, vindicauit sibi & posteà ius ad possessionem, pater tuus ait, ac si non esset reliquorum*. Quod Dei singularem in populum amorem indicat. Vnde pulchrè S. Ambrosius lib. de Fuga sæculi: *Si parentes*, inquit, *quia nos genuerunt amamus; quantò magis diligere debemus creatorem, parentem factoremque nostrum?*

7. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi*, &c.] Superiùs autem Deut. 6, 7. eidem populo Israëlitico præceperat Deus, vt filios suos doceret: *Erunt*, inquit, *verba hæc in corde tuo*,

 &

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

& narrabis ea filijs tuis. Vnde aliqui existimant hæc duo præcepta ad diuersas personas spectare: vnum quidem ad patres, alterum verò ad filios. Sed cùm Moyses vtrobique totum populum sine discrimine alloquatur, ad easdem personas mihi videtur vtrumque præceptum pertinere. Quid ergo? Qui priùs Magistri & Doctores facti fuerant, posteà discipuli & auditores efficiuntur? Ita planè. Ne quis in docendi munere constitutus se ab interrogandi onere exemptum arbitretur. Nam vt benè D. Ambrosius lib. 1. Offic. *Quantumlibet*, inquit, *quisque profecerit; nemo est qui doceri non egeat dum viuit.*

Deus eosdem constituis Doctores & discipulos.

8. *Constituit terminos Gentium secundùm numerum Angelorum Dei.*] Hoc in Catena superiùs & passim à Patribus exponitur de Angelis custodibus ac Præsidibus à Deo singulis Gentibus, atque adeò etiam hominibus ad tutelam præfectis. Ac benè quidem secundùm hanc lectionem Septuaginta. sed ab Interpretibus, Cornelio, Bonfrerio alijsque probatur magis lectio Vulgatæ, quæ sic habet: *Quando diuidebat Altissimus Gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël.* Quorum verborum sensum ita tradit Bonfrerius. q. d. Quando Deus Gentes in varias orbis regiones diuidebat in Babylonica ista post diluuium confusione, hominumque diuersas familias iuxta linguarum varietatem ab inuicem separabat, iam tum, etiamsi Israëliticus populus non existeret, de eo Deum cogitasse, & commodam ei habitationem præparasse, certos videlicet terminos & terræ fines, qui à Chananæis habitari cœperunt (quos *populos* hîc appellat) constituendo destinandoque, qui postmodum capere possent omnes Israëlitas, cùm eò habitatum se contulissent. Hoc enim significat illud *iuxta numerum filiorum Israël*: licet alij posteriora illa aliò detorqueant, videlicet, quòd tot fuerint populi in ista linguarum confusione, scilicet septuaginta, quot Israëlis filij in descensu in Ægyptum: qui itidem septuaginta fuere. Verùm hoc longè petitum. Nam & illud incertum, fuerintne septuaginta vel septuaginta duæ linguæ, vel homines diuersi in Babylonica illa confusione, inter quos diuisa sit terra: id enim non rectè colligitur ex Genesis cap. 10. sed potiùs contrarium (vt ibidem Bonfrerius & Cornelius ostendunt) neque causa esse potuit, cur Deus tot Israëlitas esse faceret in isto in Ægyptum descensu, quot anteà homines in Babylonica ista confusione extitissent. Ita Bonfrerius noster.

In Gentium distributione & lingua dimissione Deus peculiarem Israëlitarum rationem habuit.

Anagogicè Rupertus: *Constituit*, inquit, *Deus vt duret genus humanum donec impleatur terminus & numerus electorum.*

9. *Et factus est pars Domini populus eius*, &c.] Hoc est: Populum Israëliticum non alijs Regibus, sed sibi vni gubernandum reseruauit; vti ex alijs quoque Scripturæ locis patet. Nam Deus ad populum illum in Exodo ait: *Mea est omnis terra: & vos eritis mihi in Regnum sacerdotale.* quasi diceret: Quamuis ego totam terram meâ teneam ditione; tamen peculiari ratione me vobis Regem exhibebo. Idem colligitur ex illis verbis quæ immediatè antecedunt: *Eritis mihi in peculium de cunctis populis:* Oleaster ex Hebræo legit, *Eritis mihi thesaurus dilectus præ omnibus populis:* at verò Lyranus, *Eritis mihi amicabilitas de cunctis populis:* id est, inquit, *excellenter dilecti:* & notat significari per abstractum, vt excellentior amor ostendatur. Simul est illud Ecclesiastici: *In vnamquamque gentem præposuit rectorem, & pars Dei Israel facta est manifesta.* Nam regimen illius populi, inquit ibi Lyranus, attribuebatur à principio ipsi Deo modo speciali. Nec solùm erat Israël peculiaris Dei populus, sed vt talis palàm agnoscebatur. Hoc potest etiam illustrari ex Iosepho lib. 2. contra Appionem, vbi cùm varias regiminum species descripsisset, *Monarchiam* per vnum, *Aristocratiam* per optimos, *Democratiam* per multitudinem; tandem addit, composito seu innouato vocabulo, *Theocratiam* per Deum: & hanc tribuit populo Israëlitico, qui à Deo immediatè regeretur. *Noster*, inquit, *Legislator in nullam harum administrationum intendens Theocratiam instituit, vni in primis Deo imperio atque potestate assignatâ.* Quod in sensu Septuaginta Interpretum, & S. Dionysij aliorumque Patrum, hunc Cantici locum de Angelorum in Gentes præfectura exponentium, minimè ita intelligendum est, quasi Deus ceteras Gentes Angelis regendas dederit, solo Israële sibi, id est suæ prouidentiæ & gubernationi, retento, vt videlicet ipse Israëlem sine Angelis, Angeli autem reliquas Gentes regerent: (quia & Israëli Michaël præfectus legitur, & Deus omnes Gentes in Scripturis possidere & gubernare memoratur:) sed ita intelligendum est, quòd cùm Deus omnibus Gentibus Angelos dederit, vt eorum ductibus ad veritatis lumen peruenirent, solus Israël ad verum Deum conuersus sit. Vide quæ hac de re habet S. Dionysius Areopagita de Cælesti Hierarchia cap. 9. & ibidem nostras Annotationes & Scholia S. Maximi atque Pachymeræ paraphrasin, vbi hæc luculenter exponuntur.

Deus peculiarem se Iudæorum Regem præstabat.

Exodi 19, 5.

Eccli. 17, 14.

10. *Necessaria tribuit ei in deserto*, &c.] Græcè est, αὐτάρκησεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Quæ lectio videbatur Bonfrerio primùm suspecta de mendo, maximè propter syntaxin illam & vocem αὐταρκεῖν actiuè vsurpatam, vt proinde cum Eugubino, qui eamdem versionem carpit, crederet initio legendum fuisse εὕρησεν αὐτὸν, *inuenit eum*; quomodo S. Hieronymus ex Hebræo vertit, & Vulgata habet: à quâ non dissidet Aquilæ & Theodotionis versio, εὗρεν αὐτόν. Verùm re meliùs consideratâ animaduertit etiam Chaldæum Paraphrastem cum versione Septuaginta conspirare; siquidem סַפֵּק צָרְכֵיהוֹן *Sippek tharechechon* ad verbum est, *Suppeditauit necessaria eorum.* Addit etiam vocem Hebræam מצא in *Cal* significare non tantùm *inuenire*, sed etiam neutraliter *sufficere*; in *Hiphil* verò actiuè *sufficere* seu *suppeditare*; vt omnino sit verosimile Septuaginta & Chaldæum legisse יַמְצִאֵהוּ *Iamtsechu*, pro eo quod S. Hieronymus legit & modò legitur יִמְצָאֵהוּ *Iimtsachu*. Ita Bonfrerius noster.

Moraliter hîc locus pulchrè adumbrat nobis, quales ex nobis simus, & qualis habitatio nostra fuerit *in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis*, antequam nos sibi Deus adiungeret. Quod per Ezechielem quoque Deus manifestat dicens: *Eras nuda & confusione plena, & transiui per*

A quàm misero statu in gratiam à Deo vocati simus.

Ezech. 16.

Digitized by Google

per te, & vidi te, &c. Quales item nos faciat Deus, nempe ex seruis liberos, ex abiectis nobiles, ex nudis vestitos, ex pollutis mundos. Vbi simul nota, quomodo post electionem & vocationem Deus nos priùs circumducat, id est hinc inde transferat, & tribulationibus probet, sed hoc in vtilitatem nostram euidentem. vnde sequitur: *Et circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Vnde patet quanta sit sollicitudo, cura, prouidentia & custodia Dei erga suos, scilicet quanta est hominis circa rem charissimam, tenerrimam & pretiosissimam, nempe pupillam oculi sui.

11. *Sicut aquila ad protegendum nidum suum, & super pullos suos desiderauit.*] Græcè est, Ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπόθησεν: quod Vulgata vertit, *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos & super eos volitans.* quod exponit Cornelius noster.

Ala prouidentia Dei aquila comparata.

q. d. Deum vt aquilam, Israëlem quasi pullum suum, per varia signa in Ægypto ad inde exeundum & euolandum prouocasse; eumque iam exire parantem velut in expansis prouidentiæ suæ alis assumpsisse, protexisse & subuexisse tum per se, tum per Angelum viæ ducem, tum per columnam ignis & nubis. Notat ibidem aquilam esse symbolum Dei. Primò, quia ipsa est regina auium. Secundò, quia est fœcunda, & longæua. Tertiò, quia est simulacrum Solis: ipsum enim fixis & irretortis oculis aspicit. Quartò, quia aliæ aues, cùm sursum ascendunt, obliquo tramite; sola aquila rectò in altum euolat: quare à Poëtis vocatur auis Iouis. Quintò, propriè ob singularem aquilæ in pullos suos amorem. de quo ita scribit S. Hieronymus in Isa. cap. 65. *Inter ceteras animantes omnes aquilarum quidem maximus in pullos est amor, qua in excelsis & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet. Amethystum quoque inter pullos eius lapidem reperiri scribunt, quo omnia venena superentur. Si hoc verum est, rectè affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni studio protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus diabolus obrepat nouellis fœtibus; vt ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduersariorum insidia frangantur.*

12. *Dominus solus duxit eos.*] Ac si diceret: Quidni omnia prospera, ac suauitate & felicitate plena ei obuenirent, qui vno Domino ductori nitebatur? nec dijs alienis caducis atque fallacibus veluti ruinosis parietibus & fundamentis adhærebat: quod quidem & ipsemet pseudopropheta Balaam palàm fateri compulsus est dicens, *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israël, Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ Regis cum illo:* vt dicere videatur, Vt Deo innititur, ita omnia vincit: vt idola & simulacra despicit, ita firmus & inconcussus victoriæ signa secum semper defert. subijcit: *Deus eduxit illum de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis.* Vbi dum Procopius, Rupertus & alij rhinocerotis imaginem Deo ob maximam & insuperabilem fortitudinem accommodant, Theodoretus quæst. 44. ad ipsummet populum referendam sic existimat: *Quidam ergo voluerunt huic assimilare Dominum Deum: ego verò arbitror hoc de populo dictum esse. Nempe quemadmodum monoceros vnicum habet cornu; sic populus verè pius vnicum Deum adorat. Idcircò B. Dauid dixit, In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Sic ille. Quod Patrum dissidium facilè componas, si dixeris, hominem Deo armatum, Deo adsimilem, siue Deum robore & fortitudine quodammodò esse; atque idcircò eamdem fortissimi animalis imaginem Deo & homini æquè conuenire.

Omne bonum ab vnius veri Dei cultu.

Num. 23. 21.

ANNOTATIONES CORDERII.

Psal. 43, 6.

13. *Ascendere fecit eos super fortitudinem terræ.*] Ita etiam ad verbum Chaldæus Paraphrastes vertit. Per fortitudinem autem terræ intelligitur terra fortis & potens ad fructus progignendos. Aquila reddit, Ἐπὶ τὸ ὕψωμα τῆς γῆς, *Super celsitudinem terræ:* Vulgata, *Constituit eum super excelsam terram.* Glossa ordinaria Palæstinam intelligit, quæ montosa est, cùm Ægyptus plana & depressa sit; aitque per eam significari Ecclesiam, quæ virtute & scientiâ sublimis est: in quâ comeditur fructus agrorum, id est abundantia rerum omnium: quam etiam designant verba sequentia: *Suxerunt mel de petra oleumque de saxo durissimo.* Quæ ad litteram significant montes terræ promissæ seu Palæstinæ tam fertiles esse, vt in ijs copiosè mellificent apes, oleumque in ijs copioso prouentu proueniat.

Terra promissa fertilitas.

Ecclesia celsitudo.

Allegoricè S. Gregorius Hom. 26. in Euangelia: *Hoc*, inquit, *iuxta historiam factum numquam legitur; sed de Petra, id est Christo, mel suxerunt, qui eius facta, id est miracula, viderunt; oleum verò de firma petra; (sic enim legunt aliqui;) quia post resurrectionem eius Spiritus sancti vnctionem meruerunt. Petra mel dedit, quando adhuc mortalis miraculorum dulcedinem ostendit. Firma petra oleum fudit; quia post resurrectionem impassibilis, per afflationem Spiritus sancti donum sanctæ vnctionis donauit.*

Allegoria mellis & olei.

Tropologicè, inquit Cornelius, hæc aliqui adaptant Religioni & Religiosis: hos enim constituit Deus super excelsam terram, puta Religionis statum, vt fructus cælestes carpant, vt diuinæ consolationis melle pascantur, oleoque cælesti perungantur. Religio enim est terra excelsa fluens lacte & melle: est *mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo:* est *hortus conclusus*, in quo Religiosi velut arbores plantantur, quæ Deo iucundissimos proferunt fructus: est *fons signatus*, mundi sitim extinguens: est *turris eburnea*, castitatis ebore vndique septa: est *turris Dauid, ex qua mille pendent clypei, omnis armatura fortium.*

Psal. 67.

Cant. 4.

Ibidem.

15. *Et recalcitrauit dilectus.*] Ac si optima fortuna, ad quam accesserat, eum in feritatem detruderet belluinam; vsque adeò, vt non iam armis, vt homo, sed calcibus, vt bellua contra Deum decertaret. Idcircò Oseas, *Sicut vacca*, inquit, *lasciuiens declinauit Israël.* Vt enim vaccæ propter pastus abundantiam licentiùs aberrare consueuerunt; ita & homines propter rerum affluentiam effrænatiùs peccare. Quod exprimens Chaldæus Paraphrastes transtulit: *Sicut bos qui saginatur & recalcitrat, sic rebellat propter multitudinem bonorum Israël.* Misera hominum conditio, qui à Deo liberaliter excepti deberent ipsi Deo officiosiùs deseruire: secùs agunt, & ex diuina liberalitate ad suam impie-

Israëlita rebus prosperis efferati sunt.

Oseæ 4, 16.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

Prosperitas stultorum perditio.

Prou. 1, 32.

impietatem prolabuntur. Quid non dico iniquius, sed stultius? Benè Salomon: *Prosperitas*, inquit, *stultorum perdet eos*. Stultorum, inquit, non sapientium. Hi enim ex sua prosperitate ad maiores virtutes proficiunt, gratum Deo animum exhibendo: illi è diuerso ad maiora scelera effrænantur, acceptam à Deo gloriam sibi ipsis arrogando. Hinc omnes ferè ad idololatriam proni, ad iniustitiam rapidi, ad omne genus impietatis temerarij ac præcipites proruerunt. Quis enim eos tam læuus oculus fascinauit, quos Deus anteà sicut pupillam oculi sui custodiuit? Quis tam sæuus turbo à diuinis legibus auulsit, quos Deus transtulit de Ægypto, & in loco vberi plantauit? Quis tam vorax lupus abegit, quos Deus velut ouem in beata pascua deduxit? Quis tam malignus de cælo afflatus corripuit, quos spiritus Dei bonus deduxit in terram rectam, & propter nomen suum viuificauit? Nimia profectò felicitas dementauit eos, dum de prosperis rerum successibus inaniter gloriantes, debitam Deo reuerentiam & obedientiam denegarunt.

Deut. 32, 10. — Psal. 79, 9. — Psal. 79, 2. — Psal. 142, 10.

Ingluuies & pinguedo virtuti & prudentia inimica.

IBIDEM. *Impinguatus est, incrassatus est*, &c.] Ex intemperantia nimirum in cibo & potione, quibus animi generosi vis & nobiles functiones impediuntur. Prudenter enim dixit Theopompus apud Athenæum lib. 4. κρεωφαγίαν, hoc est *vsum carnium vberrimum*, λογισμὸν ἐξαιρεῖν, *rationem consiliumque exhaurire*, imminuere prudentiæ lumen atque obruere. Causam attulit D. Basilius in cap. 2. Isaiæ, dicens è copioso & opimiori alimento αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις, id est *fuliginosas quasdam exhalationes*, densæ nubis instar egeri & attolli, quæ intercipiunt illustrationem cælestis doctrinæ, natam inferi mentibus nostris infusione Spiritus sancti. Hoc confirmat S. Leo Serm. 8. de ieiunio decimi mensis, asserens *potus satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem mentis hebetari*. Quamobrem Cassianus de spiritu Gastrimargiæ scribens, dicere non dubitauit, in ijs hominibus qui in epulas immoderatè sunt effusi, & cupidiùs helluantur, *mentem cum carne impinguari*: hoc est, fieri quodammodò carneam atque pulpam; vt quemadmodum suibus, ita pro sale data illis anima videatur, ne putrescant. Quod vetustissimis temporibus in athletis fuit animaduersum, qui saginâ quotidianâ alebantur ad populi voluptatem: & opimi veluti boues hoc agebant vnum, vt crassum & robustum haberent corpus, & palæstræ laboribus sufficerent, in quibus excellere pulchrum & gloriosum putabant. Nam de anima, deque ingenio & dignis homine cogitationibus, quibus humana mens in ingenuis pascitur, & humanissimæ gustum lætitiæ percipit, non curabant magis, quàm si animus iam fato mortuus, & imo in ventre consepultus foret. Itaque bardi stupidique fuerunt, suâ fæce & aruinâ lutulenti, & pecudibus propiores, qui in humana effigie propè mente & ratione destituerentur. De ijs loquens S. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, ait eorum animas *nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil caleste, sed semper de carnibus, de ructu & ventris ingluuie cogitare*. Quæ doctissimi sanctissimique viri commentatio nobile illud Cassiani effatum de carnea mente valdè illustrat.

17. *Noui recentesque venerunt.*] Id est, Dij nouiter humanâ adinuentione introducti sunt. Vide quæ Tomo 2. superiùs annotauimus ad Psalmi octogesimi versum decimum: *Non erit in te Deus recens*.

22. *Ignis succensus est in furore meo*, &c.] Ad litteram quidem hæc est suppliciorum atrocium, temporalium tamen periphrasis hyperbolica, vti Bonfrerius & Cornelius exponunt.

Ignis inferni quantus.

Matth. 25, 41.

Allegoricè verò: Procopius, Rupertus, Rabanus, & S. Gregorius, per ignem hunc accipiunt ignem inferni & damnatorum. Vbi cum Cornelio nota primò hunc ignem dici iam *succensum*: tum quia iam extat ab origine mundi; tum quia in Dei præscientia & prædestinatione præparatus est, vt suo tempore exurat peccatores & reprobos. Secundò dici succensum *in furore*; quia illius auctor est furor Domini, id est voluntas & firmum propositum puniendi impios modo horribili & inaudito, qualem suggerere solet furor. Tertiò, quòd ignis hic *ardebit vsque ad inferni nouissima*, id est in omnem æternitatem. Quartò, quòd *deuorabit terram*, id est, omnia quæ supra terram sunt in cineres rediget. Quintò, quoniam quoque *montium fundamenta comburet*. Omnia enim metalla montium visceribus contenta consumet, ac mixta omnia in sua primordia & principia simplicia rediget.

2. Pet. 3, 10.

29. *Non sapuerunt intelligere: hæc suscipiant in sequens tempus.*] Aquila, Ὄφελον ἐσοφίσθησαν ἐπίστασθαι αὐτὴν, συνετίσθησαν εἰς ἐσχάτην αὐτῶν, *Vtinam sapuissent scire eam, intelligerent in nouissimo suo*: Vulgata, *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent*: vbi Glossa Interlinearis addit, *Vtinam saperent per se, & intelligerent per Doctores, ac nouissima prouiderent tormenta vel præmia. In his verbis* (inquit S. Bernardus) *tria quidem nobis video commendari, sapientiam, intelligentiam, prouidentiam: arbitror sanè eas tribus conuenire temporibus, vt æternitatis quædam imago formetur in nobis præsentia moderantibus per sapientiam; præterita per intelligentiam diiudicantibus; nouissima prouidentibus ad cautelam. Hæc namque spiritualis exercitij summa, vt sapienter disponamus præsentia nostra; recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita; futura quoque sollicitè prouideamus.*

Summa exercitij spiritualis.

30. *Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia.*] Vbi nota, si vnus mille tantùm persequebatur, seruatâ benè proportione fore vt duo fugarent duo millia; & nihilominùs duo fugabant decem millia: quia vbi charitas incipiebat, quæ illo binario significatur, ibi virtus ad expugnandos hostes decuplo maior augebatur. Pulchrè ad hoc propositum Radulphus: *Virtus*, inquit, *mirabilis & prorsus stupenda, vt vnus contra mille, & duo præualeant contra decem millia. Quis tamen ignorat quantam stragem inimicorum efficiat, cum egregius miles summi Regis, timor videlicet Domini, sub Ducis sui protectione contra vitiorum exercitum dimicat? Quid cùm ei Dei miles præcipuus, & princeps militiæ Dei, scilicet amor adiungitur?*

Vbi charitas ibi virtus decuplo maior.

31. *Non enim est Deus noster vt dij eorum*, &c.] Quasi diceret: In eo verus Deus à falsis dijs distinguitur; quòd his testimonium perhibetur tantùm ab amicis, illi autem etiam ab inimicis.

Quæ sit distinctio veri à falsis dijs.

Digitized by Google

inimicis. Falsorum deorum potentiam domestici tantùm, & eorum non tam cultores quàm adulatores & fautores commendant: veri autem Numinis maiestatem & potestatem etiam externi & aduersarij, persecutores veritatis, vi coacti admirantur, & confitentur. Quo testimonio fides egregiè firmatur. Nam, vt hîc Interlinearis annotat, *firmum testimonium ab hoste.*

Peccatum cum felle draconum comparatur.

33. *Furor draconum vinum eorum.*] Pro quo Vulgata *Fel draconum* reddit, flagitium & scelus sic appellans: idque perquam peritè, & maximè appositè ad rem explicandam. Nam in quouis animante fel amaritudinem tantam habet, vt à canibus non attingatur, vt auctor est Plinius lib. 11. cap. 37. qui etiam in felle nigro insaniæ homini causam esse putat. In dracone verò non modò fel amarum est, verùm etiam cum veneno pestilenti coniunctum, vt vim peccati videamus, & expertem esse voluptatis, & insaniæ mortisque opificem.

Peccatum aspidi assimilatur.

IBIDEM. *Furor aspidum insanabilis.*] Græcè, θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος: pro quo Vulgata legit, *Venenum aspidum insanabile:* Chaldæus vertit, *Caput aspidum crudelium.* vt cùm de aspide sermo est, venenum & caput idem esse videatur. Mens igitur diuini Spiritus in hoc oraculo est, peccati horrorem in omnium animis imprimere, quod in morem aspidis dentes nudet, linguam vibret, noxium virus & mortem immittat promptâ & inuictâ contagione. Vnde δῆγμα ἀσπίδος, *morsus aspidis*, de immedicabili vulnere atque odioso malo dicitur, cui vix vlla medicina fieri possit; quòd intra quatuor horas hominem exanimet. Quam ob causam Nicander, peracutus naturæ speculator, aspidem σμερδαλέην, *crudelem*, ἰοχέαιραν, *veneno gaudentem* vocat. Accedit & illud in morsu aspidis, quòd sint adeò tenuia eius vestigia in corpore, vt vix appareant: tam subtilis tamque potens est veneni vis ad facilè penetrandum seque insinuandum in interiora. Quod excellenti quadam ratione peccati vim naturamque declarat: sæpè enim necdum opinantibus nobis, & nihil minus sentientibus, subit cor ipsum, vitæ arcem, & tenui morsu magnum inuehit malum & deplorandum. Neque tantum morsu & dente nocere aspis consueuit, verùm etiam afflatu & teterrimi humoris iniectione. Vnde certæ aspides nominatæ sunt πτυάδες, quasi dicas *sputantes*, quòd venenum in oculos hominum expuant, è quo cæcitas miserrima oriatur. Certè illas sputo suo τυφλοῦν, *excæcare lumina occurrentium*, Porphyrius auctor est. Hinc etiam somnus infelix consequitur, veternumque detestandum cum ferreo sopore coniunctum; vt doctè mihi Lucanus aspidem videatur appellare *somniferam*; quemadmodum ἀπὸ τοῦ ὕπνου, *a somno, ὑπναλαὶ* dicuntur, vt somnium inferentes. Sed hæc duo, somnum & cæcitatem, non vlla magis in corporibus aspis quàm peccatum in animis facit.

Qualis sit aspidum natura.

ANNOTATIONES CORDERII.

Deo soli competit vltio.

35. *In die vltionis retribuam.*] In Hebræo est, *Mihi vltio & retributio in tempore:* Vulgata reddit, *Mea est vltio, & ego retribuam in tempore.* Hoc est, Meum est, qui iustus sum, hæc vlcisci; & ego, cùm tempus aduenerit, pro his factis supplicia rependam. Quomodo autem soli Deo competat vltio vide superiùs quæ dicta sunt Tomo 2. ad Psal. 93. vers. 1. *Deus vltionum Dominus*, &c.

Deus propensâ voluntate miseretur, inuitus punit.

36. *Et in seruis suis consolabitur.*] Ita etiam habet S. Augustinus: Græcè est παρακληθήσεται. Hoc est: De peccatoribus vindictam sumet; sed tantâ tristitiâ affectus, vt statim seruis suis tamquam consolatoribus vtatur. Vulgata vertit: *Et in seruis suis miserebitur.* Hoc est: Ita iudicabit & puniet, vt tandem etiam misericordiâ moueatur, nec ad extremum puniat: & licet noxios puniat, innoxiorum tamen (quos hîc *seruos suos* nominat) rationem habeat, ne eodem tandem cum impijs interitu inuoluantur. Vel per seruos Dei vult intelligere eos, qui licet anteà peccassent, iam tamen per pœnitentiam resipuerant. Oleaster ex Hebræo vertit, *Super seruos suos pœnitebit eum.* Quasi Deus vbi vltionem infert ita doleat, vt statim eam non illatam vellet, sed potiùs reuocatam. Vnde idem Oleaster: *Mira*, inquit, *Dei nostri dignatio, vt eum malorum pœniteat, quæ tam iusto nobis iudicio infligit. Quem, quæso, non pœniteat peccatorum suorum, postquam videt Deum pœnitere pœnarum?*

39. *Ego occidam, & ego viuere faciam*, &c.] Pulchrè ad hoc S. Gregorius lib. 6. Moralium cap. 14. *Occidit, vt viuificet, percutit, vt sanet: exteriora verberat, vt interiora transfigat: quia mentis nostræ duritiam suo percutit desiderio, & percutiendo sanat; quia terroris iaculo transfixos ad sensum rectitudinis nos reuocat. Corda enim nostra malè sana sunt, cùm nullo Dei amore sauciantur, cùm peregrinationis ærumnam non sentiunt, & infirmanti proximo nullo affectu compatiuntur: sed amoris sui spiculis insensibiles Deus percutit, & sensibiles per amorem charitatis facit.*

CANTICVM ANNÆ MATRIS SAM.

α΄. Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ, ὑψώθη κέρας μου ἐν θεῷ μου·

ANONYMOY. Δηλαδὴ τῇ πίστει, ἡνίκα αἰτεῖ δοθῆναι αὐτῇ τέκνον δωρεάν. Εἰ δὲ μεγαλαυχεῖ ἐπιτυχοῦσα τοῦ σκοποῦ, ὅτι ἔτεκεν υἱόν· ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ὑπάρχει ἡ ἀξιάγαστος τῆς Ἄννης ὑμνῳδία· οὐ γὰρ μόνον

1.* CONFIRMATVM est cor meũ in Domino,* exaltatũ est cornu meũ in Deo meo:

*1. Reg. 2. 1. * Vulgata Exultauit addit &*

ANONYMI. Nimirum fide, quando petijt dono dari sibi filium. Etsi glorietur scopum assecuta, quia peperit filium; attamen etiam diuinæ gratiæ est hoc admirabile Canticum Annæ: non solùm enim lauda-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

laudauit largitorem ob ea quæ acceperat, verùm etiam vaticinationi hymnum admiſcuit, & filij ſui gratiæ particeps extitit. Enixa enim Prophetam, etiam ipſa poſt partum vaticinatur, nimirum diaboli euerſionem, & Domini noſtri Ieſu Chriſti in cælos aſcenſionem, & Spiritus ſancti in Apoſtolos deſcenſum, quin etiam glorioſum Chriſti in nouiſſimis temporibus aduentum, & prauorum bonorumque operum remunerationem, atque inſuper Regnum ex genere. Fortitudinem enim, inquit, dabit Regibus noſtris, qui à Dauid vſque ad captiuitatem permanſerunt. Prętereà verò docet minimè fidendum diuitijs, neque ſapientiæ, neque Principatui, ſed illi ſoli qui vitam largiri poſſit. Illa autem clauſula, *Sterilis peperit ſeptem*, prædicit Eccleſiæ fœcunditatem. Numerus enim ſeptenarius deſignat multitudinem. Nam omne tempus in ſeptem dies reſoluitur. Quæ verò multos habebat filios infirmata eſt. Siquidem Iudæa quæ multos liberos habebat, & plurimos prophetas ac ſanctos genuerat, modò ſterilitate laborat.

ἐφ' οἷς ἐλάμβανεν ἀνύμνησε τὸν δοτῆρα, ἀλλὰ καὶ τῇ προφητείᾳ τὸν ὕμνον ἐκέρασε, καὶ τῆς τοῦ παιδὸς μετείληφε χάριτος. κυήσασα γὰρ προφήτην, προφητεύει μετὰ τὸν τόκον, διαβόλου γὰρ κατάλυσιν, καὶ ἀνάληψιν εἰς οὐρανοὺς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν διὰ τοῦ πνεύματος πρὸς τοὺς Ἀποστόλους ἐπιφοίτησιν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ ἀνταπόδοσιν αἰσχρῶν καὶ ἀγαθῶν πραγμάτων, ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐκ τοῦ γένους βασιλείαν. ἰσχὺν γάρ, φησι, δώσει τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, οἳ ἀπὸ Δαβὶδ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσαν. πρὸς δὲ τούτοις ἐδίδαξε μὴ πλούτῳ θαῤῥεῖν, μὴ σοφίᾳ, μὴ δυναστείᾳ, ἀλλὰ μόνῳ τῷ δυναμένῳ ζωὴν χορηγεῖν. τὸ δὲ, στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, τῆς Ἐκκλησίας προκηρύττει πολυγονίαν. ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς τοῦ πλήθους δηλωτικός. ἐν ἑπτὰ γὰρ ἡμέραις ἅπας ὁ χρόνος ἀναλύεται. ἡ δὲ πολλὴ ἐν τέκνοις ἠσθένησε. πολύπαις γὰρ οὖσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πολλοὺς προφήτας καὶ ἁγίους γεγεννηκυῖα, νῦν ἀκαρπίαν νοσεῖ.

Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: * lætata ſum in ſalutari tuo.

* *Vulgata addit* quia

Ἐπλατύνθη στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου· εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου.

ANONYMI. Cepi & ego audaciam dicendi, Non ſum ſterilis, quod ipſi Phenenna eiuſdemque filij exprobrabant. (Ad ipſos enim reſpiciens dixit ea quæ ſequuntur: *Ne gloriamini, neque loquamini ſublimia.*)

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔλαβον κἀγὼ παῤῥησίαν εἰπεῖν, οὐκ εἰμὶ στεῖρα, ἐν ᾧ ὠνείδιζεν ἡ Φενάννα καὶ οἱ αὐτῆς. (πρὸς αὐτοὺς γὰρ ἀποτεινομένη τὰ ἑξῆς φησι· τὸ μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά.)

2. * Quoniam non eſt ſanctus ſicut Dominus: & non eſt iuſtus ſicut Deus noſter, & non eſt ſanctus præter te.

* *Vulgata* Non eſt ſanctus vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς ὁ κύριος· καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σου.

ANONYMI. Vt oſtendat dæmones non eſſe ſanctos, ſed immundos. Nam ad deorum & impurorum ſpirituum multitudinem redarguendam, ſolum Deum dicit eſſe ſanctum, vtpote fontem ſanctitatis.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐχ ἅγιοι δαίμονες, ἀλλ' ἀκάθαρτοι. πρὸς γὰρ ἔλεγχον τῆς πολυθεΐας καὶ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων, μόνον τὸν θεὸν εἶναι ἅγιόν φησι, τὴν πηγὴν τῆς ἁγιότητος.

3. Nolite * gloriari, & nolite loqui ſublimia ad faſtum: neque exeat magniloquentia de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus*, & * Deus præparans adinuentiones ſuas.

* *Vulgata* multiplicare loqui ſublimia gloriantes: recedant vetera
* *addit* eſt
* ipſi præparantur cogitationes.

γ΄. Μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλὰ εἰς ὑπεροχήν· μηδὲ ἐξελθέτω μεγαλοῤῥημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν· ὅτι θεὸς γνώσεων κύριος, καὶ θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.

ANONYMI. Quoniam opprobria recipiebat à Phenenna, Ne glorieris, inquit, Phenenna

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ὠνειδίζετο ὑπὸ Φενάννας, μὴ μεγαλοφρόνει, φησὶ, Φενάννα ἐν

τοῖς

Digitized by Google

τοῖς ἀνθρωπίνοις πλεονεκτήμασι. δέχεται καὶ τὰς δυσπραγίας μεταβολὴ πολλάκις καὶ τὰς κακοπραγίας, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ θεὸς βουληθῇ.

δ΄. Τόξον δυνατῶν ἠσθένησε, καὶ οἱ ἀσθενοῦντες περιεζώσαντο δύναμιν.

ε΄. Πλήρεις ἄρτων ἠλαττώθησαν· καὶ οἱ πεινῶντες παρῆκαν γῆν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάντα ταῦτα τὰ ἀντίθετα εἰς τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν καὶ εἰς τὴν Ἰουδαίων Συναγωγὴν ἐπροφητεύθη, ἀντιστραφείσης τῆς καταστάσεως, καὶ τῆς χάριτος ἐπὶ τὰ ἔθνη μεταβάσης· ἀφ᾽ οὗ εἶπον τοῖς ἀπειθοῦσι Ἰουδαίοις, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη οἱ μαθηταί.

Ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ· καὶ ἡ πολλὴ ἐν τέκνοις ἠσθένησεν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τὰ ἑπτὰ τίθησιν ἀντὶ πολλῶν, καὶ ὅσα τυχὸν εἰς τέλειον ἀριθμὸν καταλογισθείη ἄν. ἐν γὰρ ἑπτὰ ἡμέραις ἅπας ὁ χρόνος ἀνακυκλοῦται. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ πρώτης ἄνεισι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν ἑβδομάδα· εἶτα κλείσας εἰς τέλος ἐκεῖ τὸν τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπανήξει πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἑπτὰ, τουτέστι πολλά. διάφοροι γὰρ αἱ ἀρεταὶ, καὶ οὐ μία μᾶλλον· ἀλλὰ πολλαὶ ὧν εἰσὶ μητέρες αἱ φιλόθεοι ψυχαί.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Οὕτως γὰρ ἡ στεῖρα μὲν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τέτοκεν ἑπτά· ἠσθένησε δὲ ἡ πολλὴ πρότερον ἐν τέκνοις συναγωγὴ, καὶ γέγονε πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν τῆς Ἐκκλησίας προκηρύττει πολυγονίαν. ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς τοῦ πλήθους δηλωτικός· ἐν ἑπτὰ γὰρ ἡμέραις ἅπας ὁ χρόνος ἀνακυκλοῦται, καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ παῖδες τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν. ἡ δὲ πολλὴ ἐν τέκνοις ἠσθένησε. πολύπαις γὰρ οὖσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πολλοὺς προφήτας καὶ διδασκάλους γεγεννηκυῖα, νῦν ἀκαρπίαν νοσεῖ. Ἑπτὰ δὲ τίθησιν ἀντὶ τοῦ πολλά. τοῦτο δὲ προφητείας ἐστὶν ἄντικρυς· γέγονε γὰρ Ἄννα μήτηρ πολλῶν παίδων. Καὶ πάλιν ἑπτὰ, τουτέστι πλεῖστά τε, καὶ ὅσα ἐχρῆν εἶναι πρὸς αὐτάρκειαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὅσον ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἕνα υἱὸν Ἄννα τετόκει τὸν Σαμουήλ· πῶς τοίνυν

in diuitijs humanis. Res prosperæ enim æquè ac aduersæ sæpè vicissitudinem recipiunt, præsertim quando Deus voluerit.

CATENA PATRVM.

4. Arcus * potentium infirmatus est, & infirmi accincti sunt * virtute.

* Vulgata fortium superatus
* robore.

5. Repleti * panibus minorati sunt: & esurientes dimiserunt terram:

* Vulgata prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt:

ANONYMI. Omnia hæc contraria prædicta sunt in Ecclesiam Gentium & Iudæorum Synagogam, conuerso rerum statu, & gratiâ ad Gentes translatâ; ex quo discipuli Iudæis non credentibus dixerunt, *Ecce conuertimur ad Gentes.*

Act. 18.

* Quoniam sterilis peperit * septẽ: & multa in filijs infirmata est.

* Vulgata Donec
* plurimos: & quę multos habebat filios

CYRILLI. *Septem* ponit pro pluribus, & quotquot satis essent ad perfectum numerum complendum. Septem enim diebus omne tempus reuoluitur. Incipiens enim à prima die procedit ad hebdomadam; deinde claudens illic dierum numerum rursus redit ad primam.

EIVSDEM. *Septem*, id est multa. Nam diuersæ sunt virtutes, & non vna tantùm: quarum matres sunt animæ Deo deuotæ.

SEVERI. Sic enim sterilis quidem, hoc est Ecclesia ex Gentibus peperit septem: Synagoga verò, quæ anteà erat copiosa in liberis, infirmata est, & plures filij fuerunt desertæ magis quàm eius quæ habebat virum.

THEODORETI. Prædicit Ecclesiæ fœcunditatem. Siquidem septenarius numerus signum est multitudinis: intra septem enim dies totum tempus includitur, & Ecclesiæ filij terram impleuerunt. Quæ verò multa erat in filijs infirmata est. Iudæa enim cùm multos habuerit liberos, multosque Prophetas ac magistros genuerit, nunc sterilis effecta est. *Septem* autem ponit pro multis. Hoc vtique vaticinationi respondet: siquidem Anna plurimorum filiorum mater effecta est. Et rursus *septem*, id est plurimos, & quotquot satis erant.

DIDYMI. Quantũ ex historia colligere possumus vnum filium Anna peperit Samuëlem: quo-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quomodo igitur ſeptem dicat peperiſſe mente perſcrutemur. Olim quidem Gentium Eccleſia laborabat magnâ ſterilitate, cùm in mundo eſſet ſine Deo, neque ſpem haberet, nec veram opinionem aut pium dogma pareret: quando tamen tranſijt à Libano, & fuit in vltimo Sabbatiſmo Dei, peperit ſeptem intelligentias & actiones virtute ornatas.

6. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

ANONYMI. Non ſolùm his verbis communem prædicit reſurrectionem, ſed etiam Chriſtum excitaturum è mortuis non modò animam Lazari & filiæ Archiſynagogæ, verùm etiam reducturum eſſe ab inferis animas iuſtorum, quando illuc deſcenderit animatus, feceritque vt poſt ipſius à mortuis reſurrectionem ad tempus quoque corpora reſurgerent, & apparerent Hieroſolymæ, vt agnoſcerent viros ſanctos ex animarum carcere eſſe liberatos, & in alia loca tranſlatos, ſcilicet in paradiſum, vel cum Angelis in cælos.

7. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.

8. Suſcitat de * terra egenum, & de ſtercore eleuat pauperem:

* Vulgata puluere

ANONYMI. Futura rurſus prædicit. Deprimitur enim Saül elatus; extollitur autem Dauid, ab ouibus ad hominum præfecturam à Deo vocatus. Huic ſententiæ ac vaticinationi adhærent ſequentia.

Vt * ſedere faciat eum cum potentibus populi, & ſedem gloriæ hereditatem dans ei.

* Vulgata ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.

ANONYMI. Habent nimirum diſcipuli à præceptore promiſſionem glorioſè ſedendi ſupra ſedes duodecim, iudicantes Iudæos. Quin & reliqui fideles lucem emiſſuri ſunt & in requie futuri. quod thronus deſignat.

9. * Dans votum vouenti, & benedixit annos iuſti:

* Vulgata Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent:

ANONYMI. Hoc eſt faciens ad finem peruenire Deo gratas hominum promiſſiones.

* Quoniam non roborabitur vir potens in fortitudine ſua.

* Vulgata Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

ἑπτὰ λέγει τετοκέναι τῇ διανοίᾳ ἴδωμεν. ἡ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία ποτὲ πολλὴν στείρωσιν εἶχεν, ἐλπίδα μὴ ἔχουσα καὶ ἄθεος ἐν τῷ κόσμῳ, οὔτε νόημα ἀληθὲς, οὔτε δόγμα θεοσεβὲς τίκτουσα· ὅτε μέντοι μετῆλθεν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου, καὶ γέγονεν ἐν τῷ ἀπολιμπανομένῳ σαββατισμῷ τοῦ θεοῦ, ἔτεκεν ἑπτὰ τέλεια νοήματα καὶ πράξεις ἀρετῇ κοσμηθείσας.

ϛʹ. Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ, κατάγει εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγει.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μόνον ἐν τούτοις τὴν κοινὴν προαναφωνεῖ ἀνάστασιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς οὐ μόνον τὴν ψυχὴν τοῦ Λαζάρου καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου εἰσαγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ πάσας ἀνάξειν τὰς τῶν δικαίων ψυχὰς ἐξ ᾅδου, ὅτε κατῆλθεν ἐκεῖ ἔμψυχος ὢν, καὶ τὰ σώματα πρὸς καιρὸν ἐποίησεν ἀναστῆναι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ὀφθῆναι τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἵνα γνῶσιν ὅτι ἀπελύθησαν οἱ ἅγιοι ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τῶν ψυχῶν, καὶ εἰς ἑτέρους μετέβησαν τόπους, ἐν παραδείσῳ, ἢ ἐν οὐρανοῖς μετ' ἀγγέλων.

ζʹ. Κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ.

ηʹ. Ἀνιστᾷ ἀπὸ γῆς πένητα, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἐγείρει πτωχόν·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ ἐσόμενα πάλιν προλέγει. ταπεινοῦται μὲν γὰρ ὑψωθεὶς ὁ Σαούλ· ὑψοῦται δὲ ὁ Δαβίδ, ἀπὸ προβάτων εἰς ἐπιστασίαν ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ θεοῦ κληθείς. ταύτης δὲ διανοίας καὶ τῆς προρρήσεως ἔχεται τὰ ἑξῆς.

Τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ δυναστῶν λαοῦ καὶ θρόνον δόξης κατακληρονομῶν αὐτόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔχουσι μὲν ὑπόσχεσιν παρὰ τοῦ διδασκάλου ἐπὶ δώδεκα θρόνοις οἱ μαθηταὶ καθεσθῆναι ἐνδόξως, κατακρίνοντες τοὺς Ἰουδαίους. πλὴν καὶ οἱ λοιποὶ πιστοὶ μέλλουσι λάμπειν καὶ ἐν ἀναπαύσει εἶναι. ὅπερ σημαίνει ὁ θρόνος.

θʹ. Διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ, καὶ εὐλόγησεν ἔτη δικαίου·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ εἰς πέρας ἀγαγεῖν ποιῶν ἐκβῆναι τὰς θεαρέστους τῶν ἀνθρώπων ὑποσχέσεις.

Ὅτι οὐκ ἐνισχύει δυνατὸς ἀνὴρ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.

ΑΝΩ-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰς ταπεινοφροσύνην ὁ λόγος ἕλκει, καὶ ἵνα μὴ ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς πεποιθότες.

ί. Κύριος ἀσθενῆ ποιήσει τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, κύριος ἅγιος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προδηλοῖ τὴν τοῦ διαβόλου κατάλυσιν.

ιά. Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ δυνατὸς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ· καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος ἐν τῷ συνιεῖν καὶ γινώσκειν τὸν κύριον, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὡς ἔχει ἡ ἀκρίβεια τοῦ δόγματος, οὕτως ἐλάλησεν Ἄννα. Οὐ γὰρ εἶπεν· ὅτι ἐν τούτῳ καυχάσθω ἐν τῷ δικαιοπραγεῖν καὶ γινώσκειν τὸν κύριον, ἀλλὰ πρότερον ὡς κρηπῖδα καὶ θεμέλιον τὴν πίστιν τέθεικεν ἐπὶ τὴν πέτραν ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος, καὶ οὕτως ὑπέταξε τὴν ἀρετήν.

Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησεν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν προθεσπίζει, καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὸ μεγαλόφωνον· τουτέστι τὴν ἐνέργειαν ἄνωθεν. καὶ τὸν ἦχον τῆς βροντῆς δέδωκεν ὁ θεὸς ἡνίκα Σαμουὴλ ἐν καιρῷ θερισμοῦ παρὼν ηὔξατο, καὶ φωνὰς διὰ τῶν βροντῶν παρέσχε φοβεράς, ὥστε προφητείας τὰ εἰρημένα. οἷόν ἐστι καὶ τὸ ἑξῆς.

ιβ'. Αὐτὸς κρινεῖ ἄκρα γῆς, δίκαιος ὤν·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὴν δευτέραν ἐπιφάνειαν τοῦ δεσπότου προαγορεύει Χριστοῦ.

Καὶ δώσει ἰσχὺν τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ ὑψώσει κέρας Χριστοῦ αὐτοῦ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Προλέγει αὐτοῦ τοὺς κατὰ σάρκα γεγενημένους προγόνους, οἱ ἀπὸ Δαβὶδ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσαν. οὔπω γὰρ ἦσαν βασιλεῖς τότε. ἐπισημαντέον δὲ ὅτι ὁ ἄρχων μὲν βασιλεὺς λέγεται, ὁ βασιλεὺς δὲ ἄρχων δυσκόλως ὀνομάζεται.

ANONYMI. Ad humilitatem hic sermo nos trahit, & ne simus in nobismetipsis fidentes.

CATENA PATRVM.

10. * Dominus infirmũ faciet aduersarium suum, Dominus sanctus.

* Vulgata Dominum formidabunt aduersarij eius.

ANONYMI. Præsignificat diaboli euersionem.

11. * Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur potens in potentia sua: & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & scire Dominum, & facere iudicium & iustitiam in medio terræ.

* Hæc non habentur in Vulgata.

ANONYMI. Vt veritas doctrinæ se habet, ita locuta est Anna. Non enim dixit: In hoc aliquis glorietur, in rectè agendo ac cognoscendo Dominum, sed primum tamquam sedem & fundamentum fidem posuit supra lapidem qui est Christus Dominus, & sic virtutem subiunxit.

* Dominus ascendit in cælos & tonuit.

* Vulgata Et super ipsos in cælis tonabit.

THEODORETI. Saluatoris nostri adscensionem prædicit, & Spiritus sancti aduentum, & Apostolicorum dogmatum magnisonantiam, hoc est supernam efficacitatem. Etiam sonum tonitrui dedit Deus, quando Samuël messis tempore præsens precatus est, & voces per tonitrua horribiles edidit, quemadmodum prophetiæ dicta declarant. quale est etiam id quod sequitur.

12. * Ipse iudicabit extrema terræ, cùm iustus sit:

* Vulgata Dominus iudicabit fines terræ:

EIVSDEM. Secundum Christi Domini aduentum prænuntiat.

Et dabit * fortitudinem Regibus nostris, & * exaltabit cornu Christi sui.

* Vulgata imperium Regi suo, * sublimabit

EIVSDEM. Prædicit posteros eius secundùm carnem oriundos, qui à Dauide vsque ad captiuitatem perdurarunt. Tunc enim nondum Reges erant. Annotandum autem quòd Dux quidem Rex dicatur, Rex verò non facilè Dux appelletur.

Digitized by Google

ANNO-TATIO-NES COR-DERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

Anna Canticum gratulatorium, inuectiuum & propheticum.

Qvod attinet ad præsens Canticum Annæ matris Samuëlis, constat illud non solùm esse gratulatorium pro accepto beneficio, & inuectiuum in Dei aduersarios, sed etiam propheticum de futuro Ecclesiæ statu. Ita communiter Interpretes à Mendoza nostro in Cantici huius præludio citati.

1. *Confirmatum est cor meum in Domino.*] Ita etiam S. Augustinus lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 4. vbi totum hoc Canticum recitat, & magna ex parte explanat. Græcè est Ἐστερεώθη: pro qua Vulgata reddit *Exultauit:* in Hebræo est verbum עָלַץ *bhalats:* quod in Psalmo 27. Septuaginta verterunt Ἀνέθαλεν, *Refloruit caro* seu cor meum. Sic etiam hîc Anna: Cor meum, inquit, quod priùs mœrore deiectum erat, ac dolore intimo tamquam æstu exaruerat, cùm sterilis diceter, nunc refloruit & exhilaratum est. Similem sententiam B. Virgo ac Mater Dei protulit; *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo*; sanctarum veteris Testamenti feminarum etiam verba, non modò virtutes imitata.

B. Virgo etiam verba sanctarum veteris Testamenti feminarum imitata.
Luc. 1.

Deus est causa & fons omnis sanctitatis.

2. *Quoniam non est sanctus sicut Dominus.*] Primò, quia solus Deus causa & fons est omnis sanctitatis viæ & patriæ, hominum & Angelorum; omnis enim sanctitas ab ipso tamquam infinito fonte puritatis & sanctitatis promanat. Secundò, quia obiectum & mensura est omnis sanctitatis. Cùm enim ipse sit infinita puritas, & infinitè spiritalis, quò quis magis ad illum accedit per cognitionem & amorem, eò sanctior est: ipsum enim cognoscere & amare, eique sincerissimo amore inhærere, vera & formalis sanctitas est. Tertiò, quia non solùm obiectiuè, sed etiam formaliter sanctus est. Cùm enim vera & formalis sanctitas consistat in cognitione & amore ipsius, & ipse seipsum infinitè cognoscat, & amet & fruatur; manifestum est, ipsius sanctitatem esse infinitam, & ipsum infinitè sanctum, imò esse ipsam sanctitatem infinitam, cùm ipse sit cognitio, & amor & fruitio sui infinita. Quartò quia quidquid ad rationem sanctitatis pertinet ipse à seipso habet, idque cum infinita perfectione. Cùm enim duo ad eam requirantur, amor & obiectum seu puritas obiecti, Deus vtrumque à se habet: ipse enim est amor infinitus sui ipsius, & ipse est obiectum infinitæ puritatis, in cuius amore consistit sanctitas formalis: itaque ipse est infinita sanctitas tum formalis tum obiectiua: ipse per essentiam suam est mensura omnis sanctitatis & suæ & omnium Angelorum & hominum: ipse per amorem sui formaliter sanctus est, & ipsa sanctitas, & fons sanctitatis. Ex quibus liquido patet quàm verè canat: *Quoniam non est sanctus sicut Dominus.* Plura de sanctitate Dei vide apud S. Dionysium Areopagitam de Diuinis nominibus cap. 12. & ibidem nostras Annotationes, Scholia S. Maximi & Paraphrasim Georgij Pachymeræ.

Deus est obiectum & mensura omnis sanctitatis.

Deus est sanctitas infinita.

Deus à seipso & in seipso habet omnem sanctitatem.

Ibidem. *Et non est iustus sicut Deus noster.*] Scilicet ob quatuor ferè similes rationes. Primò *eminenter*, vt est fons & causa omnis iustitiæ. Nam omnis iustitia, & rectitudo, & sanctitas Angelorum & hominum ab ipso est, tamquam tenuis adumbratio iustitiæ illius infinitè perfectæ, & infinitè supra omnem iustitiam creatam eleuatæ.

Quomodo nemo sit iustus sicut Deus.

Secundò *formaliter*; quia cùm suprema iustitia consistat in amore Dei (per hunc enim efficimur supremo modo conformes Legi æternæ) & ipse sit sublimissimus & plenissimus amor sui; necesse est ipsum esse formalem iustitiam, sublimissimam & plenissimam, infinitè perfectam, & infinitè supra omnem Beatorum iustitiam eleuatam.

Tertiò *obiectiuè*; quia ipse est obiectum & regula omnis iustitiæ & rectitudinis. Ipsum enim amare suprema iustitia est. Nec obstat, quòd reddere vnicuique quod suum est iustitia vocetur: quia hæc est iustitia humana & politica, quæ infima est. Nos autem hîc de suprema iustitia loquimur, per quam homo absolutè iustus dicitur coram Deo; & à qua etiam Deus iustus dicitur: quæ consistit in amore Dei & conformitate suprema cum Lege æterna, in qua iustitia illa humana eminenter continetur.

Quartò, vt est *supremus Legislator & Iudex*; quia summè amat iustitiam, & infinitè odit iniustitiam, id est opera mala diuinæ legi ac maiestati repugnantia; eamque sub æterna pœna vetat. Denique ordinem iustitiæ à dæmonibus & hominibus decursu totius huius sæculi violatum restituet, & instaurabit, vnicuique secundùm opera & merita sua reddendo. Plura vide de Iustitia Dei apud S. Dionysium lib. de Diuinis nominibus cap. 8. §. 7. & 8.

3. *Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa: non procedat magnuloquentia de ore vestro.*] Græcè est: Μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά· μὴ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. pro quo Vulgata vertit: *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes: recedant vetera de ore vestro.* Id est: Sermo vester sit humilis, ac nullâ superbiæ aut elationis vitiositate notatus. *Sublimia* enim & *vetera* sunt verba superbiæ quibus aliqui bona sua sibi adscribunt, & de rectè factis in semetipsis gloriantur. Hinc sumit exordium secunda huius Cantici pars, quæ est inuectiua. Inuehitur enim in æmulam suam Phenennam, quæ, vt præcedenti capite scriptum est, arguebat Annam, adeò vt illi sterilitatem exprobraret. Quâ occasione simul hîc superbos omnes & arrogantes ac miserorum derisores admonet, vt sibi à maledicentia ac vaniloquentia temperarent.

Cauenda in sermone iactantia.

Ibidem. *Quia Deus scientiarum Dominus.*] Ab illo enim vt vberrimo & copiosissimo fonte omnes artes & reconditæ scientiæ atque arcana & magnifica ingeniorum vis profluxit: ab illo etiam ordo in omnibus, & mirabilium operum pulchritudo, & velut in concentu symphonia, omne artificium & admirationem superans manauit. Itaque S. Paulus *multiformem sapientiam Dei* prædicat. Atque vt relictis creaturis oculos in ipsa Numinis scientia figamus; in primis contuetur, & perfectissimè cognoscit essentiam suam, bonitatem, potentiam, perfectiones denique omnes infinitas; in quibus cogno-

Deus scientiarum Dominus.

Ephes. 3.

Deus omnia in semetipso cognoscit.

Digitized by Google

cognoſcendis immenſus ipſius intellectus copioſiſſimè expletur, & voluptate ſingulari perfunditur. in quo eſt ipſius beatitudo. Eſſentiam enim pro ſpeculo habet lato & ſplendido, in quo ſe videt atque omnia. Eruditè S. Dionyſius lib. de Diuinis nominibus cap. 7. §. 2. Ἑαυτὴν ἡ θεία σοφία γινώσκουσα γνώσεται πάντα: *Seipſam*, inquit, *noſcens diuina Sapientia noſcet omnia*. In ea videt diſtinctiſſimè partes omnes mundi, ſpecies omnes, naturas ſingulares, rerum minutias, vim omnem & varietatem, herbas, ſtirpes, animantes. Quaſi in digitis ſuis numerat in littoribus arenas, in oceano piſciculos, ſtillantes pluuiæ guttas, arborum frondes, momenta temporum, hominum & Angelorum cogitationes, quæ ſunt, quæ fuerunt, & in omnem æternitatem ſunt futuræ. Nec perfectè minùs comprehendit, & numerando percenſet, muſcas in aëre volantes, aut paſſeres humi cadentes, aut capillos in humanis capitibus vibrantes, quàm ſtellas in orbibus cæleſtibus micantes, quas vocat nomine ſuo, & dicunt Adſumus, ait Baruch. In ampliſſima illa ſcientia hoc quoque eſt mirabile, quòd nec tempore augetur, nec obliuione minuitur, ſed attingit à fine vſque ad finem: & prætetita, atque illa, quæ in omnem ſæculorum continuationem futura ſunt, tam clarè & diſtinctè videt, quàm quæ modò in oculis geruntur. Itaque nihil fallere illum poteſt, nihil aciem mentis effugere, nihil inſcientiâ præteriri. *Omnia*, inquit Apoſtolus, *nuda & aperta ſunt oculis eius*. In Græco eſt πετραχηλισμένα: quæ pulcherrima metaphora eſt, ducta à ſacrificijs. Solebat enim, vt Theologi Hebræorum monent, hoſtia primùm excoriari, tum à ceruice vſque ad imam partem diſcindi, adeò vt inteſtina, & quæ priùs abdita fuerant & arcana, tum oculis ſubijcerentur. Victimam autem eâ ratione diſcindere atque aperire τραχηλίζειν dixerunt. Hinc igitur omnia oculis Dei mundum omnem circumſpicientis πετραχηλισμένα, *nuda & aperta ſunt*, vt diloricato pectore, vt intimo cordis ſinu patefacto. Quidquid in fundo Oceani delitеſcit, aut in viſceribus terræ latet, aut inſcrutabili in corde hominum occulitur, aut reponitur in libera voluntate Angelorum, penetrat & peruadit Numinis ſapientia. Vnde ſubdit: *Et Deus præparans adinuentiones*: quod Vulgata vertit, *Et ipſi præparantur cogitationes*: Symmachus, Καὶ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτῷ προφάσεις, *Et non ſunt apud eum prætextus & excuſationes*.

Dei ſcientia diſtinctè omnia nouit.

Baruch 3, 35.

Nihil poteſt Dei ſcientiam effugere.

Hebr. 4, 13.

4. *Arcus potentium infirmatus eſt*.] Græcè, Τόξον δυνατῶν ἠσθένησε: Vulgata legit, *Arcus fortium ſuperatus eſt*, inuerſo ſcilicet ordine: pro eo quod dicendum eſſet, *Fortes arcu ſuperati ſunt*. q. d. Deus fortes eneruat, infirmos corroborat. Quibus verbis oſtendit nemini eſſe de ſuis viribus gloriandum; cùm non pro noſtro, ſed pro diuino arbitrio vel augeantur, vel debilitentur.

Deus fortes eneruat, infirmos roborat.

5. *Pleni panibus minorati ſunt, dimiſerunt terram*.] Pro quo Vulgata reddit, *Repleti priùs, pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt*. Hoc ſimile eſt illi quod B. Virgo dixit in Cantico ſuo: *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes*. Hoc extremæ inopiæ indicium eſt, cùm è diuitibus operarij facti ſunt, ſuoſque labores non pro pecunia, auro vel argento, ſed pro quotidiano victu locauerunt.

Diuites eſuriunt, & famelici ſaturantur.

Lucæ 1.

Anagogicè id exponi poteſt de pane temporalis & æternæ vitæ. Nam qui in præſenti vita temporalibus delicijs ſaturantur, in futura à cæleſtibus ieiunant: & è contra, qui in hoc ſæculo ieiunant & eſuriunt, in futuro ſaturabuntur. Allegoricè de pane ſpiritali in hac vita, ſcilicet pane ſcientiæ, quo paſcitur intellectus; pane virtutis, quo nutritur voluntas; pane Euchariſtiæ, quo tota anima ſaginatur. Hæc vide fuſiùs apud Mendozam noſtrum explicata.

ANNOTATIONES CORDERII.

IBIDEM. *Quoniam ſterilis peperit ſeptem, & multa in filijs infirmata eſt*.] Pro quo Vulgata legit, *Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt*. Propiùs ad ſuam cauſam accedit, & Dei erga ſe prouidentiam deprædicat, quòd nimirum ſe ſterilem atque humilem à ſuperba & fœcunda ludibrio habitam reſpiceret, & liberis ornaret; æmulam verò ſuam liberis orbaret, & deinceps in ſterilitate faceret langueſcere. Numerus autem *ſeptem* à Septuaginta vſurpatur pro numero multitudinis. Varios huius loci ſenſus vide apud Mendozam noſtrum.

Steriles Deus fæcundat.

8. *Suſcitat de terra egenum*, &c.] Vulgatus *de puluere*. Illud nimirum eſt præpotentis Dei artificium, in quo ſibi plurimum complacet, vt ſummos Prælatos ac Principes de puluere ſuſcitet, de cinere humilitatis quaſi phœnices eleuet, purpureis pennis ornet, coronâ decoret, & in alta ſede dignitatis collocet. Sed inquires hîc fortaſſe, cur Anna ſuſcitandi verbo vti voluerit. Ad quod reſponderi poteſt, non incongruè verbum iſtud vſurpari; tum quia dormientes Dominus eleuat ad honores, nempe eos qui palatia non frequentant, dignitates non captant, potentium greſſus non ſequuntur, & prælaturas non perſequuntur: tum etiam, quia ſicut dormientes iacenteſque voce excitantur vt ſurgant; ita humiles, & qui magna non quærunt, dignitates non furantur, & non aſſumunt ſibi honorem, niſi à Deo vocentur, hos Deus ad ſolia vocat, & hos exaltat. Nam, vt Apoſtolus ait, *Vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt*. Nec tutior reperitur via vt aliquem Deus ad honores vocet, quàm vt vocandum ſe non eſſe putet. Ideò enim ad dignitates exaltatio dicitur creatio, quia fit ex nihilo. Et ſicut Dominus omnia creauit verbo, ita quos exaltat verbo exaltat, dicente ad Virginem Angelo: *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*. & Bernardo Hom. 4. ſuper *Miſſus eſt* notante, idcircò non dixiſſe *Omne factum*, ſed *Omne verbum*. *Quia quam facilè poſſunt homines loqui quod volunt, etiam quod nullatenus facere poſſunt; tam facilè, imò incomparabiliter faciliùs, valet Deus opere implere quidquid illi verbo valent exprimere*. Et in hoc Rex, qui Dei eſt ſimulacrum, imitatur Deum. Nam ſicut Deus vocando eleuat homines ad dignitates; ita Rex verbo facit Magnos, facitque Comites, Marchiones, Duces & Principes. Sed regia vox tamquam Echo reſpondet vel meritis, vel auro loquenti, vel precibus importunis: at diuina vocatio mutos erigit, non eloquentes nec loquentes eligit: ſic enim Moyſem vocauit, qui naturâ mutus & arte ineloquens erat. Vbi Oleaſter in Annotatione ad mores ſuper cap. 3. Exodi obſeruat, *Non ſat fuiſſe Domino ineptum caſu eligere, ſed naturâ: vt oſten-*

Humiles Deus exaltat.

Rom. 4, 17.

Deus verbo facit omnia.

Lucæ 1, 37.

Deus ineptos eligendo facit aptos.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ostendat se ex ineptis naturâ aptissimos ad omnia quæ voluerit facere: sic enim ad docendum Euangelium per orbem idiotas elegit. Nec ad dignitates eligit nisi humiles, & eos qui velis ac remis fugiunt dignitates: tales enim vocantur à Deo: de alijs verò protestatur, *Ipsi regnauerunt, & non ex me.* Gentiles enim regnant dignitates quærendo, Christiani autem regnant eas fugiendo.

9. *Dans votum voventi, & benedixit annos iusti.*] Hæc non habentur in Vulgata; sed pro ijs leguntur ista quæ hîc non habentur: *Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Rupertus notat in Hebræo haberi, *Domini sunt afflicti terræ*, id est pauperes spiritu, & humiles corde; super quos Dominus orbem terræ posuit; quia eorum meritis terra stat. Cui consonat Euangelica veritas pauperes spiritu in fundamento beatitudinis collocans, dum octo beatitudines connumeraturus sic incipit: *Beati pauperes spiritu*, &c. Vnde sequitur: *Pedes seruorum suorum seruabit.* Id est, Pauperum & afflictorum (qui cardines terræ sunt) pedes seruabit Dominus, vt videlicet ad solium gloriæ peruenire, & impositum super se orbem stabilius portare possint meritis suis. E contra verò pedes superborum non seruat Dominus, & ita ruunt in interitum. vnde Propheta rogat: *Non veniat mihi pes superbiæ*, &c. subdit: *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Paupertas fundamentum beatitudinis.

Matth. 5, 3.

Psal. 35, 12.

Nota quoque illa quæ sequuntur, *Et non glorietur prudens in prudentia sua*, &c. vsque ad illa verba, *Dominus ascendit cælos, & tonuit*, non haberi in Vulgata, & esse vberiorem dilatationem eorum quæ prædicta sunt.

12. *Ipse iudicabit extrema terræ.*] S. Augustinus Tract. 112. in Ioannem: *Intelliguntur*, inquit, *extrema terræ extrema hominis: quoniam non iudicabuntur quæ in melius vel deterius medio tempore commutantur, sed in quibus extremis inuentus fuerit qui iudicabitur.*

CANTICVM HABACVC PROPHET.

Habac. 3.

1. DOMINE audiui auditionem tuam, & timui.

CYRILLI. Oratio hæc Christi mysterium percurrit in admiratione nos trahens. Ceterùm ait se ipsius Domini auditione audiuisse ac timuisse; & quam auditionem? An quoniã *cùm in forma* Patris esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens?*

Philip. 2, 6.

* Vulgata Dei

Domine * consideraui opera tua & expaui,

* Vulgata opus tuum,

EIVSDEM. Et quæ opera? quæ in aduentu perfecit, quando prædicauit captiuis remissionem & cæcis visum, sanauit contritos corde, & ad ipsas inferni feras descendit, & eduxit ex interitu genus.

Isaiæ 6, 1. Luc. 4, 19.

In medio * duorum animalium cognosceris.

* Vulgata annorum viuifica illud.

EIVSDEM. Duo dicit animalia quæ à Moyse in arca torno elaborata erant, in quorum medio erat propitiatorium; quod cùm Christi figura esset, ab ipsis Cherubinis aspiciebatur. Erat autem propitiatorium textura ex auro, & purpura, & bysso circumuoluta, & coccino glomerata: atque hoc à quatuor columnis firmatum erat & arcæ imminebat. Deinde Cherubim à dextris & à sinistris ex auro elaborati adstabant circa propitiatorium, facies in ipsum intentas.

α. ΚΥΡΙΕ εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Μέτεισιν ὁ λόγος ἐπὶ τὸ θαυμάζειν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. ἀκηκοέναι δέ φησι τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ φοβηθῆναι· καὶ ποίαν ἀκοήν; ἢ ὅτι ἐν μορφῇ ὑπάρχων τοῦ πατρὸς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών;

Κύριε κατενόησα τὰ ἔργα σου καὶ ἐξέστην,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ ποῖα ἔργα; οἷα ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ ἐτέλεσεν; ὅτι ἐκήρυξεν αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἰάσατο τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ εἰς αὐτοὺς καταβέβηκε τοὺς ᾅδου μυχοὺς, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ φθορᾶς τὸ γένος.

Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δύο φησὶ ζῶα τὰ τορευτὰ γενόμενα ὑπὸ Μωϋσέως ἐν τῇ κιβωτῷ, ὧν μέσον ἦν τὸ ἱλαστήριον· τύπος ὢν τοῦ Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν τῶν Χερουβὶμ θεωρούμενον. ἦν δὲ τὸ ἱλαστήριον ὕφασμα ἐκ χρυσίου καὶ πορφύρας καὶ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ κοκκίνου διανενησμένου· καὶ τοῦτο ὑπὸ τεσσάρων αἰρόμενον στύλων ἐπεκρέματο τῇ κιβωτῷ. εἶτα τὰ Χερουβὶμ ἐκ δεξιῶν τε καὶ ἐξ εὐωνύμων ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα παρειστήκει τὸ ἱλαστήριον, τὰ πρόσωπα πρὸς αὐτὸ συντείνοντα.

Digitized by Google

ἴοντα. αἴνιγμα δὲ ἦν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. γέγονε μὲν γὰρ σὰρξ ὁ λόγος, καίτοι θεὸς καὶ κύριος ὤν, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν οὐκ ἀποβέβληκεν ὅπερ ἦν, τουτέστι τὸ εἶναι θεός, ἀλλ' ἔστιν ὡς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ πάλιν αὐτὸν περιεστᾶσιν αἱ ἄνω δυνάμεις, τὰς αὐταῖς συντεταγμένας ἀποπληροῦσαι λειτουργίας. ταύτῃ τοι τὰ Χερουβὶμ περιΐστανται τὸ ἱλαστήριον, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπουσι διαπαντός.

β'. Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Προκεκήρυκται μὲν τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον διά τε νόμου καὶ προφητῶν, ἀποπεπλήρωται γε μὴν ἐπ' ἐσχάτων τοῦ αἰῶνος καιρῶν.

Ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ·

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ. Ἐν ἐσχάταις τοῦ αἰῶνος καιροῖς κατὰ τὴν ὡρισμένην βουλὴν τοῦ Πατρὸς ἐπέφανεν ὁ κύριος τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπεγνώσθη, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπὸ τοῦ Ναθαναήλ.

Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου, ἐν ὀργῇ ἐλέους μνησθήσῃ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὀργήν φησι τὴν ἀπόφασιν τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατὰ τοῦ γένους ἐπὶ τοῦ προπάτορος Ἀδάμ· τὸ γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ἐπὶ ταύτῃ τεταράγμεθα. ὡς δέ φησιν ὁ ψαλμῳδός, Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς, ἐπιδημήσας καὶ τὸν θάνατον ἀνελών.

γ'. Ὁ θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει,

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Θαιμὰν ἑρμηνεύεται Νότος. Σημαίνει δὲ διὰ τοῦ Νότου τὴν Βηθλεέμ, κειμένην ἐν τοῖς Νοτίοις μέρεσι τῆς Ἱερουσαλήμ.

Καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους Φαράν, κατασκίου, δασέως.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φαρὰν πάλιν ἐρημός ἐστι Νότου. Σημαίνει δὲ διὰ τούτου τὴν Ἱερουσαλήμ. ὄρος δὲ κατάσκιον αὐτὴν ὀνομάζει διὰ τὰς γενομένας ἐν αὐτῇ τῶν ἁγίων πατέρων ὑψηλὰς κεφαλάς, καὶ κομώσας ταῖς ἀρεταῖς· οἷοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ κατὰ γενεὰς θεοφιλῶν ἀνδρῶν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα.

dentes. Porrò ænigma illud erat mysterij Christi. Siquidem *Verbum caro factum est*, tametsi Deus & Dominus existeret, secundùm vocem Ioannis nec abiecit quod erat, scilicet esse Dei, sed est tamquam in potestate & gloria quæ Deo congruit. Et rursus circumstant ipsum supernæ Virtutes, quæ ad eadem ministeria obeunda ordinatæ sunt. Hi Cherubim propitiatorio adstabant, & semper in ipsum respiciebant.

CATENA PATRVM.

Ioan. 1.

2. * Dum appropinquant anni cognosceris:

* Vulgata In medio annorum notum facies:

EIVSDEM. Christi mysterium & à lege & à Prophetis quidem prædictum fuit, verùm in nouissimis sæculi temporibus fuit adimpletum.

* Cùm aduenerit tempus demonstraberis:

* Vulgata omittit.

NICOLAI PRESBYTERI. In nouissimis temporibus secundùm prædefinitum Patris consilium apparuit Dominus ijs qui in terra sunt, & cognitus est, & ante omnes alios à Nathanaële.

Cùm * turbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ recordaberis.

* Vulgata iratus fueris,

CYRILLI. Iram vocat sententiam quæ contra genus humanũ in Adamum progenitorem nostrum pronuntiata fuit: * *Terra es, & in terram reuerteris.* Propter hãc turbati sumus. Verùm vt Psalmista dicit, *Non in * finem irascetur, neque secundùm iniquitates nostras fecit nobis, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit*, adueniens & mortem euertens.

Gen. 3, 19.

* Vulgata Puluis

Psal. 102, 9.

* Vulgata perpetuum

3. Deus * à Thæman veniet,

* Vulgata ab Austro

CYRILLI. Thæman Auster interpretatur. Significat autem per Austrum Bethleem, quæ in Australibus Hierosolymæ partibus sita est.

Et sanctus de monte Pharan, * vmbroso, condenso.

* Abest à Vulgata.

ANONYMI. Pharan rursus est solitudo Austri. Per hæc autem Hierosolymam designat. Montem verò vmbrosum vocat propter sublimia sanctorum Patrum capita quæ in ipsa fuerunt, quæq; multis virtutibus frondosa erant; nempe Abraham & posteri eius viri Deo deuoti: ex quibus etiam Christus secundùm carnem oriundus est.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Lucæ 1.

HESYCHII. Montem condensum & vmbrosum vocat Virginem: condensum quidem, vt minimè exaratam à viro; vmbrosum verò, quia Gabriel ad ipsam dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

* Vulgata gloria

Operuit cælos * virtus eius; & laudis eius plena est terra.

Ephes. 1, 21.

CYRILLI. Hoc est, Gloria & dignitas Deo congruens maior est omni dignitate quæ in cælis est: siquidem est *supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Thronum, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur, siue in hoc sæculo siue in futuro.* Atque hoc ex ipsis rebus conspici potest. Siquidem hic in solijs diuinitatis sedet, cùm hereditatem propriam habeat gloriam genitoris. Beati verò Angeli ac virtutes rationales circumstant more ministrantium, quòd munus habeant ministrorum.

EIVSDEM. Etsi, inquit, in serui forma natus sit, attamen etiam vt sic est Deus, & ipsis cælis imperat: quin etiam laude & gloriâ suâ totam terram impleuit. Siquidem homines non ampliùs dæmonibus cultum deferunt.

SEVERI. Omnibus planum est, Verbum humanitatis altum & opulentum, diuinæ sapientiæ varietatem ostendens, illorum supracælestium & immaterialium spirituum mensuram scientiæ, quam priùs habebant, superasse ac transscendisse.

4. Et splendor eius vt lux erit:

Philip. 2.

ANONYMI. Splendorem vocat diuinam doctrinam, vel legem Euangelicam, quæ nostris mentibus lux fuit. Nam hæc particula *vt* redundat, sicut illud, *Habitu inuentus vt homo.* Nam nec ibi particula *vt* quid amplius significat.

Cornua in manibus eius.

CYRILLI. Cornua quidem virtutes vocat; per manus verò potestatem designat. Ceterùm hic est sensus. q. d. Etsi factus sit homo, tamen sub eius imperio est omnis potentia & fortitudo.

* Vulgata Ibi abscondita est fortitudo eius:

* Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ:

EIVSDEM. Desuper subintelligenda est præpositio *per*, vt totus sic se habeat versiculus.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὄρος δασὺ καὶ κατάσκιον τὴν παρθένον λέγει· δασὺ μὲν, ὡς οὐκ ἀροθεῖσαν ἐξ ἀνδρός· κατάσκιον δὲ, ἐπειδὴ πρὸς αὐτὴν ὁ Γαβριὴλ ἔλεγε· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ· καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν, ἡ δόξα καὶ τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα μεῖζόν ἐστι παντὸς ἀξιώματος τοῦ ὄντος ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὑπεράνω γάρ ἐστι πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ θρόνου, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ τοῖς τῆς θεότητος ἐμπρέπει θρόνοις, κλῆρον ἔχων ἴδιον τὴν τοῦ γεννήσαντος δόξαν. οἱ δὲ μακάριοι ἄγγελοι καὶ αἱ λογικαὶ δυνάμεις παρεστήκασι λειτουργικῶς, τὸ οἰκετικὸν ἔχουσαι μέτρον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰ καὶ γέγονέ, φησιν, ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ἀλλ᾽ οὖν καὶ οὕτως ἐστὶ Θεὸς, καὶ αὐτῶν κατεξουσιάζει τῶν οὐρανῶν· ἐνέπλησε δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ αἰνέσεως ἤτοι δοξολογίας πᾶσαν τὴν γῆν. οὐ γὰρ ἔτι δαίμοσιν ἀνατιθέασι τὸ σέβας οἱ ἄνθρωποι.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Παντί τε σαφὲς, ὡς ὑπερηκόντισε καὶ ὑπερήρθη, καὶ ὑπερήλασε τὸ μέτρον τῆς τῶν ὑπερουρανίων καὶ ἀΰλων ἐκείνων πνευμάτων γνώσεως, ἧς εἶχον πρότερον, ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑψηλὸς καὶ πλούσιος λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τὸ πολυποίκιλον ἐνδεικνύμενος.

δ΄. Καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φέγγος φησὶ τὴν θείαν διδασκαλίαν, ἤτοι τὸν Εὐαγγελικὸν νόμον, ὃς καὶ φῶς γέγονε ταῖς ἡμετέραις διανοίαις. τὸ γὰρ ὡς ἐν παρολκῇ κεῖται, ὁποῖόν ἐστι τὸ, ἐν σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. οὐδὲν γὰρ πλέον καὶ ἐκεῖ σημαίνει τὸ ὡς.

Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Κέρατα μὲν τὰς δυνάμεις φησί· χεῖρας δὲ τὴν ἐξουσίαν σημαίνει. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· εἰ καὶ γέγονέ φησιν ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ οὖν ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ ἔσται πᾶσα δύναμις καὶ ἰσχύς.

Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔξωθεν προσληπτέον τὴν διὰ πρόθεσιν, ἵνα ᾖ τὸ ὅλον οὕτως.

Digitized by Google

διὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ὁ πατὴρ (λέγει δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ) ἐνεδείξατο ἣν εἶχε περὶ ἡμᾶς ἰσχυρὰν ἀγάπησιν. ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ· οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν.

έ. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται λόγος.

Κυριλλου. Τουτέστι, φήμη ἔσται καὶ θρύλλος πολὺς ἔμπροσθεν αὐτοῦ. ἄνω γὰρ καὶ κάτω τὸ περὶ αὐτοῦ οἱ ἅγιοι προφῆται μυστήριον προεκήρυττον. ἢ καὶ διὰ τὸ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, ὡς ὁ λόγος φησίν.

Καὶ ἐξελεύσεται εἰς παιδείαν κατὰ πόδας αὐτοῦ.

Νικολαου Πρεσβυτερου. Ἔσται δέ, φησιν, ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ διαβόητος μάγων ἀπὸ ἀνατολῆς ἐρχομένων, καὶ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ αὐτὸν κηρυττόντων, δαιμόνων ἀνακεκραγότων· τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; τῶν παραδόξων θαυμάτων δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μονονουχὶ διαπρύσιον βοώντων θεὸν εἶναι τὸν αὐτῶν τελεστήν.

Κυριλλου. Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· οὐδὲν βραχὺ αὐτῷ, καὶ ἀήνυτον. βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν ἑκάστῳ πράγματι διὰ ψιλῆς τε καὶ λείας ὁδοῦ. ἢ καὶ οὕτως· ἡ πορεία αὐτοῦ, φησιν, εἰς τὴν νοητὴν βαδιεῖται γῆν. λέγει δὲ τὴν εἰς σπόρον ἐπιτηδειοτάτην ψυχήν. γεγόναμεν δὲ γῆ θελητὴ κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν.

ς'. Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἐπέβλεψε, καὶ ἐτάκη ἔθνη.

Του αυτου. Τὸ ἔστη, ἀντὶ τοῦ, τετέλεσται. τί δὲ τετέλεσται; ἢ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὑφ' οὗ καὶ τῆς προτέρας στάσεως σεσάλευται ἡ γῆ. προτέραν δὲ στάσιν αὐτῆς τὸ ἐρηρεισμένον εἰς ἀσέβειάν φησιν. ὅτι δὲ τὸ ἔστη τὸ τετέλεσται ἐστὶ δῆλον ἐκεῖθεν, ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὴν Σεπφώραν· ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου. ἀντὶ τοῦ, τετέλεσται τὸ ἐν τῇ περιτομῇ πρᾶγμα.

Διετρίβη τὰ ὄρη βίᾳ.

Του αυτου. Ὄρη τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις φησί, καὶ συνεθραύσθησαν τὴν παντοδύναμον αὐτοῦ, οὐκ ἐνεγκόντα ἰσχύν.

Ἐτάκησαν βουνοὶ αἰώνιοι.

Ανωνυμου. Βουνοὺς τοὺς κατὰ καιρὸν γεγονότας διδασκάλους τοῦ Ἰσραὴλ φησι διὰ

fortitudinem ipsius Pater (dicit autem per Filium) demonstrauit fortem dilectionem, quam habuit erga nos. Simile est illi quod dictum est: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.*

CATENA PATRVM.

Ioan. 3.

5. Ante faciem eius ibit * verbum.

* Vulgata mors.

Cyrilli. Hoc est, fama erit & rumor multus ante ipsum. Nam sursque deque Prophetæ mysterium ipsius prædixerunt. Vel etiam propter istud, In omnem terram exiuit sonus eius, vt sermo ait.

Et egredietur * in eruditionem iuxta pedes eius.

* Vulgata diabolus ante

Nicolai Presbyteri. Ceterùm, inquit, præsentia Christi celebris erit Magis ab Oriente venientibus, & Regem Israël ipsum prædicantibus, dæmonibus clamantibus: *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti huc ante tempus torquere nos?* inusitatis miraculis per ipsamet opera tantùm non clarâ voce clamantibus ipsum esse Deum qui hæc patrabat.

Matth. 2.

Matth. 8.

Cyrilli. Simile est ac si dicat: Nil ipsi difficile, & quod non possit perficere. Ibit verò sicut in qualibet re per facilem & planam viam. Vel etiam sic: Iter eius, inquit, ad spiritalem terram tendet. Intelligit autem animam ad sementem aptissimam. Ceterùm iuxta Prophetæ vocem terra desiderabilis facti sumus.

6. Stetit, & * mota est terra, aspexit, & * liquefactæ sunt Gentes.

* Vulgata mensus est terram, * dissoluit

Eivsdem. Stetit, id est, Perfectum est. Quid porrò Perfectum est? vtique Christi mysterium, à quo & à pristino statu mota est terra. Pristinum verò statum eius vocat firmitudinem in impietate. Ceterùm quòd *stetit* pro *perfectum est* ibi sumatur, patet ex eo quòd Sephora dicat: Stetit sanguis circumcisionis pueri. id est, Perfectum est negotium in circumcisione.

Contriti sunt montes * violentiâ.

* Vulgata sæculi.

Eivsdem. Montes vocat contrarias virtutes, quæ & simul fractæ sunt, non ferentes eius omnipotentem fortitudinem.

* Tabuerunt colles sempiterni.

* Vulgata Incuruati sunt colles mundi,

Anonymi. Colles vocat præceptores Israëlis qui ad tempus fuerunt propter cel-

situdi-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ſitudinem dignitatis, ſempiternos verò propter cultum qui non ceſſauit. Nam magis myſticè operatur poſtquam figura in veritatem tranſijt. Dicit igitur quomodo vnigeniti aduentus & prauos dæmones deſtruxerit, & ſimul etiam principes gentis Iudæorum.

NICOLAI PRESBYTERI. Non ſolùm virtutes quæ Chriſto aduerſabantur deletæ ſunt, ſed etiam illi qui ex Iudæis æternæ vitæ Chriſtum Deum noſtrum crucifixerunt.

* Vulgata Ab itineribus æternitatis eius.

* Itinera ſempiterna eorum pro laboribus viderunt.

CYRILLI. Cauſam apponit ob quam colles contabuerint: eſt autem hæc, quòd nimirum itinera ipſius Chriſti (intelligit autem diuinas eius doctrinas) per modum oneris & plurimi laboris contemplati ſint. Cùm igitur, inquit, aſpicerent aut contemplarentur populi gentis Iudæorum mandata Domini ſibi grauia & laborioſa eſſe, tametſi leuia exiſterent, (*Iugum enim eius ſuaue & onus eius leue*) [Matth. 11.] idcircò inſtar ceræ liquefacti ſunt.

* Vulgata Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles

7. * Tabernacula Æthiopum pauebunt & tentoria terræ Madian.

CYRILLI. Per Gentes quæ ſemper Iſraëlem oppugnabant aduerſarias virtutes deſignat.

* Vulgata indignatio tua?

8. Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari * impetus tuus?

EIVSDEM. Cùm olim, inquit, Iſraël redemiſſes, flumina in ſanguinem conuertiſti, quin etiam mare diuiſiſti. Atqui Gentes redimens, non hoc modo redimes. Nam iſtud *Numquid in fluminibus* pro Non in fluminibus poſitum eſt. Sed potiùs exiſtet redemptio, cùm ſuper equos tuos aſcenderis. Et qui ſunt equi quos conſcendit, & per quos ſalutem operatus fuit, niſi ſancti eius Apoſtoli & Euangeliſtæ? Ceterùm quomodo Gentes ſeruaturus ſit declarat dicens: Intendens intendes arcum tuum ſuper ſceptra. Sceptra quippe dicit principatus ac poteſtates immundorum dæmonum qui regnabant; arcum verò rurſus ſanctos eius prædicatores, per quos aduerſariorum acies confixit. Arcum verò prædicatores vocari per Zachariam tradit: *Quoniam tetendi te Iuda mihi arcum.* [Zach. 9. 13.]

τὸ ὑψηλὸν ἐν ἀξιώματι, αἰωνίους δὲ διὰ τὸ τῆς λατρείας ἧς οὐ πέπαυται. μυστικώτερον γὰρ ἐνεργεῖται μεταπεφοιτηκότος τοῦ τύπου εἰς ἀλήθειαν. λέγει οὖν ὡς ἐπιδημία τοῦ μονογενοῦς τούς τε πονηροὺς καταλύσει δαίμονας, καὶ μὴν καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ιουδαίων ἔθνους.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ. Οὐ μόνον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις τῷ Χριστῷ διελύθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ιουδαίων οἱ τῆς αἰωνίου ζωῆς Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν σταυρωταί.

Πορείας αἰωνίους αὐτῶν ἀντὶ κόπων εἶδον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τὴν αἰτίαν παρατίθεται δι' ἣν οἱ βουνοὶ ἐτάκησαν· ἔστι δὲ αὕτη, τὸ τὰς πορείας αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ (λέγει δὲ τὰς θείας αὐτοῦ διδασκαλίας) ἐν τάξει βάρους καὶ κόπου πολλοῦ θεάσασθαι. ἐπειδὴ οὖν εἶδον, φησιν, ἤγουν τεθέανται οἱ τοῦ Ιουδαίων ἔθνους λαοὶ τὰς τοῦ κυρίου ἐντολὰς κόπον αὐτοῖς οὔσας καὶ μόχθον, καίτοι ὑπαρχούσας ἐλαφράς (ὁ γὰρ ζυγὸς αὐτοῦ χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον αὐτοῦ ἐλαφρόν) ταύτῃ τοι κηροῦ δίκην ἐτάκησαν.

ζ'. Σκηνώματα Αἰθιόπων πτοηθήσονται καὶ σκηναὶ γῆς Μαδιάμ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Διὰ τῶν ἐθνῶν τῶν πολεμούντων ἀεὶ τὸν Ἰσραὴλ τὰς ἀντικειμένας κατασημαίνει δυνάμεις.

η'. Μὴ ἐν ποταμοῖς ὠργίσθης κύριε; ἢ ἐν ποταμοῖς ὁ θυμός σου, ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὅρμημά σου;

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πάλαι, φησὶ, λυτρούμενος τὸν Ἰσραὴλ, τοὺς ποταμοὺς εἰς αἷμα μετέβαλες, καὶ μὴν κατέδιεῖλες τὴν θάλασσαν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἔθνη λυτρούμενος, οὐ τούτῳ λυτρώσει τῷ τρόπῳ. τὸ γὰρ μὴ ἐν ποταμοῖς ἀντὶ τοῦ Οὐκ ἐν ποταμοῖς κεῖται. ἔσται δὲ μᾶλλον ἡ λύτρωσις, τὸ ἐπιβῆναί σε ἐπὶ τοὺς ἵππους σου. καὶ τίνες οἱ ἵπποι οὓς ἐπέβη, καὶ δι' ἐκείνων τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο, ἢ οἱ ἅγιοι αὐτοῦ Ἀπόστολοι καὶ Εὐαγγελισταί; τίνα δὲ τρόπον σώσει τὰ ἔθνη δηλοῖ λέγων· ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ σκῆπτρα. σκῆπτρα μὲν τὰς τῶν ἀνοσίως βασιλευσάντων δαιμόνων ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας φησὶ· τόξον δὲ πάλιν τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μυσταγωγούς, δι' ὧν κατετόξευσε τῶν ἐναντίων τὰ τάγματα. ὅτι δὲ τόξον ὀνομάζονται οἱ μυσταγωγοὶ διὰ Ζαχαρίου φησὶ· διότι ἐνέτεινά σε Ἰούδα ἐμαυτῷ εἰς τόξον.

Ὅτι

Digitized by Google

Ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία.

θ'. Ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ σκῆπτρα, λέγει κύριος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἔποχος γὰρ ἱππαζόμενος ὁ σωτὴρ διὰ τῶν Ἀποστόλων γεγονὼς διὰ τάχους ἁπανταχοῦ ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον.

ί. Ποταμῶν ῥαγήσεται γῆ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ποταμῶν γῆν καλεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ, παρὰ τὸ πολλοὺς ἐν αὐτῇ γενέσθαι προφήτας ἁγίους, οἵτινες ποταμῶν δίκην ἐπότιζον· ἀλλ' αὐτή, φησι, διαῤῥαγήσεται· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐδέξατο Χριστὸν, ὃς ἦν ὕδωρ ζῶν, τούτου χάριν δίψους ἀπεδείχθη γῆ. ἔθος γὰρ τῇ διψώσῃ γῇ διαῤῥήγνυσθαι.

Ὄψονταί σε, καὶ ὠδινήσουσι λαοί.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Μετὰ τὸ συναχθῆναι τὴν συναγωγὴν (ὡς μὴ δεξαμένην τὸν ποταμὸν τῆς εἰρήνης) τὰ ἔθνη πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ θεασάμενοι τὴν δόξαν αὐτοῦ ὠδίνησαν· καὶ τί ὠδίνησαν; ἢ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν. οἷοι ἦσαν οἱ λέγοντες· διὸ τὸν φόβον σου κύριε ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας.

Σκορπίζων ὕδατα πορείας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ τῆς θείας διδασκαλίας λόγος ὕδωρ ὠνόμασται παρὰ τῆς θείας γραφῆς, ὃς καὶ πανταχοῦ διαδίδοται παρὰ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὡς γάρ φησιν ὁ Εὐαγγελιστὴς· περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν.

Ἔδωκεν ἡ Ἄβυσσος φωνὴν αὐτῆς, ὕψος φαντασίας αὐτῆς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἄβυσσον τῶν πιστευσάντων τὰ πλήθη φησί. καὶ ποίαν ἔδωκε φωνὴν, ἢ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως; τὸ ὕψος φαντασίας τῆς ἀβύσσου τοὺς ἐν τοῖς πιστεύσασιν ἔθνεσιν ἐν ἀξιώματι προὔχοντάς φησιν, οἷον βασιλέας, καὶ τοὺς μετὰ τῶν βασιλέων. καὶ τὸ ὕψος οὖν φησὶ τῆς φαντασίας τῆς ἀβύσσου, τουτέστιν οἱ μεγιστᾶνες τῶν πιστευσάντων ἐθνῶν, φωνὴν ἔδωκαν τὴν προειρημένην, δηλονότι τῆς πίστεως.

ιά. Ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς,

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἥλιος ὁ κύριος ἡμῶν

* Quia aſcendes ſuper equos tuos, & * equitatio tua ſalus.

CATENA PATRVM.

** Vulgata* Qui ** quadrigæ tuæ ſaluatio.*

9. * Intendens intendiſti arcum tuū* ſuper ſceptra, dicit Dominus.

** Suſcitans ſuſcitabis * iuramenta Tribubus quæ locutus es.*

DIDYMI. Nam eques factus Saluator dum per Apoſtolos obequitans vbique Euangelium celerrimè prædicauit.

* Fluuiorum ſcindetur terra.

** Fluuios ſcindes terræ.*

CYRILLI. Fluuiorum terram vocat Hieroſolymam, quòd multi ſancti Prophetæ in ipſa fuerint, qui eam inſtar fluminum irrigabant: verùm ipſa, inquit, diffindetur: cùm enim Chriſtum non ſuſceperit, qui erat aqua viuens, idcircò terra ſiticuloſa reddita eſt. Solet enim terra ſitibunda findi.

* Videbunt te, & parturient populi.

** Vulgata Viderunt te, & doluerunt montes.*

EIVSDEM. Poſtquam collecta fuit Synagoga (vt quæ pacis fluuium non ſuſceperit) Gentes in Chriſtum crediderunt, & videntes gloriam eius parturierunt: & quid parturierunt? niſi ſalutem ſuam. Quales erant qui dicebant: *Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.*

Iſa. 26, 18.

* Diſpergens aquas itineris.

** Vulgata Gurges aquarum tranſijt.*

EIVSDEM. Diuinæ doctrinæ ſermo in diuinis Litteris aqua nuncupatur, quæ & vbique diſtribuitur à Domino ac Saluatore noſtro Ieſu Chriſto. Quemadmodum enim Euangeliſta tradit: *Circuibat Ieſus ciuitates & caſtella, docens in ſynagogis eorum.*

Matth. 9, 35.

Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo * phantaſiæ eius.

** Vulgata manus ſuas leuauit.*

EIVSDEM. Abyſſum vocat credentium multitudinem. Et qualem vocem edidit, niſi confeſſionem fidei in Chriſtum? Altitudinem phantaſiæ abyſſi vocat eos qui dignitate præcellebant inter Gentes quæ credebant, v. g. Reges, & qui poſt Reges ſunt. Altitudo igitur cogitationis abyſſi, id eſt Principes Gentium qui crediderunt, dederunt prædictam vocem, ſcilicet fidei.

11. * Eleuatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo,

** Vulgata Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.*

CYRILLI. Sol in diuina Scriptura

Digitized by Google

CATENA PATRVM. Malach. 4, 2. * Vulgata meum

nominatus est Dominus noster Iesus Christus; iuxta illud, *Orietur vobis timentibus nomen* * *eius Sol iustitiæ*, Quando igitur eleuatus est Sol pretiosam pro nobis crucem ascendens, siue ad Deum Patrem qui in cælis est, tunc vtique etiam Luna, id est Ecclesia, quæ videbatur esse in loco tenebricoso, id est in rerum præsentium confusione, stabit in ordine suo. At quinam est ordo eius, nisi illustrare terram quæ sub cælo est? & hoc est quod ait:

* Vulgata sagittarum tuarum,

In luce * iacula tua, ibunt

EIVSDEM. Iacula dicit esse sanctos Apostolos: siquidem hi sunt arma Dei: induunt verò nos, vt Apostolus ait, galeâ salutis, scuto fidei, gladio spiritus, & reliquâ armaturâ: quæ qui ferunt splendent. Iacula, inquit, id est sancti tui discipuli, armis iustitiæ effulgent, quæ à te data sunt ipsis.

Ephes. 6, 17.

* Vulgata fulgurantis hastæ tuæ.

In splendore * coruscationis armorum tuorum.

CYRILLI. Arma Christi sunt Apostoli, qui defendunt illos qui per ipsos vocati sunt. Quoniam qui assumunt scutum fidei, in ipso possunt omnia tela ignita extinguere.

* Vulgata fremitu conculcabis

12. In * comminatione imminues terram:

EIVSDEM. Illam Iudæorum intelligit: sic enim quamlibet ipsius partem ob propria eorum peccata tradidit deuastandam.

* Vulgata obstupefacies

Et in furore * confringes Gentes.

EIVSDEM. Spiritales nempe dæmonum impurorum.

13. Egressus es in salutem populi tui:

EIVSDEM. Nam hæc fuit causa aduentus vnigeniti, vt hi qui per ipsum vocati erant saluarentur, quos & Spiritus sancti vnctione induit.

* Vulgata In salutem cum Christo tuo.

* Vt saluares Christos tuos.

ANONYMI. Cùm enim Christus principem huius sæculi euertisset, & multorum capitum draconem contriuisset, ac prauas vnà cum ipso virtutes, saluauit Christos suos, id est nos, quos proprio sanguine perunxit, quos etiam diuinæ suæ naturæ

Ἰησοῦς Χριστὸς ὠνόμασαι παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· καὶ τὸ, Ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἥλιος δικαιοσύνης. ὅταν οὖν ἐπαρθῇ ὁ ἥλιος εἰς τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβὰς σταυρὸν, ἢ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεὸν, τότε δὴ τότε καὶ ἡ σελήνη, τουτέστιν ἡ ἐκκλησία, ἡ φαινομένη ἐν τῷ σκοτεινῷ τόπῳ, τουτέστιν ἐν τῇ συγχύσει τῶν παρόντων πραγμάτων, στήσεται ἐν τῇ τάξει αὐτῆς. καὶ τίς ἡ τάξις αὐτῆς, ἢ τὸ φωτίζειν τὴν ὑπουρανόν; καὶ τοῦτό ἐστι τό·

Εἰς φῶς βολίδες σου πορεύσονται

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Βολίδας τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους φησὶν εἶναι· ὅπλα γὰρ εἰσὶ τοῦ θεοῦ· ἀμφιέννυσι δὲ ἡμᾶς, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, καὶ τὰ ἕτερα τῆς ὁπλίσεως· ἅπερ οἱ φοροῦντες ἐκλάμπουσιν. αἱ βολίδες, φησὶ, τουτέστιν οἱ ἅγιοί σου μαθηταὶ, τοῖς τῆς δικαιοσύνης ἐκλάμπουσιν ὅπλοις, τοῖς παρὰ σοῦ δοθεῖσιν αὐτοῖς.

Εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ὅπλα Χριστοῦ οἱ Ἀπόστολοι, τυγχάνουσι τοῖς δι' αὐτῶν καλουμένοις ἐπαμύνοντες. ὅτι οἱ λαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν αὐτῷ δύνανται πάντα τὰ βέλη τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.

ιβ'. Ἐν ἀπειλῇ ὀλιγώσεις γῆν·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὴν τῶν Ἰουδαίων φησίν· οὕτω γὰρ μέρος αὐτῆς ἕκαστον διὰ τὰς οἰκείας αὐτῶν ἁμαρτίας παραδέδωκεν εἰς ἀπώλειαν.

Καὶ ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὰ νοητὰ δηλονότι τὰ τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων.

ιγ'. Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Αὕτη γὰρ γέγονε τῷ μονογενεῖ τῆς ἐπιφανείας, ἡ πρόφασις ὅπως σωθῶσιν οἱ κεκλημένοι δι' αὐτοῦ, οὓς καὶ τῷ χρίσει τοῦ ἁγίου πνεύματος κατημφίασε.

Τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καθελὼν γὰρ ὁ Χριστὸς τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ συντρίψας τὸν πολυκέφαλον δράκοντα, καὶ τὰς σὺν αὐτῷ δυνάμεις πονηρὰς, σέσωκε τοὺς ἑαυτοῦ χριστοὺς, τουτέστιν ἡμᾶς, τῷ ἰδίῳ καταχρίσας πνεύματι, οὓς καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως

ἀπέφηνε

ἀπέφηνε κοινωνούς, καὶ συνῆψε δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί.

Νικολάου Πρεσβυτέρου. Τὴν σωτηριώδη ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου, διὰ τούτων παρεμηνύει δι' ἧς οἱ κεχρισμένοι τῷ ἁγίῳ πνεύματι πιστοὶ διεσώθησαν· οἱ δὲ ἀπειθοῦντες τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, τοῖς δεσμοῖς τῆς ἀπωλείας ἑαυτοὺς περιέβαλον, καὶ εἰς ἀφανισμὸν ἐχώρησαν παντελῆ ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς.

Ἔβαλες εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον·

Κυρίλλου. Δείκνυσιν ἡμῖν ὁ λόγος, ποίῳ λόγῳ σέσωκε τοὺς χριστοὺς αὐτοῦ· πῶς δὲ σέσωκεν, ἢ ἐκ μέσου τοὺς πονηροὺς ποιησάμενος δαίμονας, οἵτινες καὶ ἀνομίας ἦσαν εὑρεταὶ καὶ πατέρες;

Ἐξήγειρας δεσμοὺς ἕως τραχήλου εἰς τέλος.

Τοῦ αὐτοῦ. Τοὺς ἀνόμους περιελθών, φησι, τῆς σῆς ἀγαπήσεως δεσμοῖς, εἰς τὸν σὸν χρηστὸν ζυγὸν ἔδησας οὓς ἐκάλεσας· καὶ τοῦτό ἐστιν ἕως τραχήλου, τὸ ὑποζεῦξαι αὐχένα χρηστῷ ζυγῷ τοῦ Χριστοῦ.

ιδ΄. Διέκοψας ἐν ἐκστάσει κεφαλὰς δυναστῶν, σεισθήσονται ἐν αὐτοῖς.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἔκστασιν φησὶ τὴν τῶν φρενῶν ἀποβολήν, καὶ οἷον ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ αἴσχιστα μεταβολήν, ἣν ὑπομείναντες Ἰουδαῖοι, τὰς κεφαλὰς διακόπησαν· τουτέστιν, ὁλοτρόπως διαλώλασιν. αὕτη δὲ αὐτοῖς ἡ ἔκστασις, φησιν, αἰτία συσσεισμοῦ καὶ ἀπωλείας γεγένηται· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, σεισθήσονται ἐν αὐτοῖς.

Διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν, ὡς ὁ ἐσθίων πτωχὸς λάθρα.

Τοῦ αὐτοῦ. Ὁ νοῦς οὕτως· οἱ πάλαι, φησὶ, λάθρα καὶ ἠρέμα τὸν λόγον τοῖς μυσταγωγουμένοις λαλοῦντες τὸν σὸν διὰ τὸν τῶν Ἰουδαίων φόβον, καὶ οἱονεὶ χαλινὸν ἐπὶ τοῦ στόματος φέροντες· οὗτοι παῤῥησίας πλησθήσονται πολλῆς. ὅτι δὲ τροφὴ τοῖς μυσταγωγοῖς ἡ τῶν παιδαγωγουμένων σωτηρία, ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ εἰπών· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. ὡς δὲ καὶ ἐφοβοῦντο παρὰ τὴν ἀρχὴν τοὺς Ἰουδαίους οἱ ἅγιοι μυσταγωγοὶ, ἐκεῖθεν δῆλον ἐκ τοῦ προσδοκᾶν αὐτοὺς

participes reddidit, & per semetipsum cum Deo & Patre coniunxit.

CATENA PATRVM.

NICOLAI PRESBYTERI. Per hæc indicat salutarem Domini incarnationem, per quam fideles sancto Spiritu peruncti seruati sunt: qui verò verbo veritatis morem minimè gesserunt, vinculis perditionis semetipsos intricarunt, & penitus à pedibus vsque ad caput euanuerunt.

* Misisti in capita iniquorum mortem:

* *Vulgata* Percussisti caput de domo impij.

CYRILLI. Hic sermo nobis ostendit, qua ratione christos suos seruauerit: quomodo autem seruauit, nisi prauis dæmonijs è medio sublatis, qui iniquitatis inuentores ac patres existebant?

* Suscitasti vincula vsque ad collum in finem.

* *Vulgata* Denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

EIVSDEM. Cùm, inquit, iniquos circuiuisses, eos quos vocasti amoris tui vinculis, benigno ipsos iugo tuo colligasti: & hoc est vsque ad collum, scilicet benigno Christi iugo ceruices subijcere.

14. * Abscidisti in stupore capita potentium, commouebuntur in eo.

* *Vulgata* Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me.

EIVSDEM. Stuporem vocat mentis alienationem, & quasi à melioribus ad deteriora mutationem, quam cùm Iudæi subijssent, eorum capita concussa sunt: hoc est, penitus perierunt. Ceterùm hic stupor, inquit, causa seditionis & interitus ipsis extitit: atque hoc est istud, *Commouebuntur in eo.*

*Aperient frena sua, sicut comedens pauper in abscondito.

* *Vulgata* Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem

EIVSDEM. Ita se habet sensus: Qui olim, inquit, clàm & in occulto ijs qui sacris initiabantur verbum tuum loquebantur propter metum Iudæorum, & veluti frenum in ore ferebant; hi multâ fiduciâ replebuntur. Sacrorum autem concionatorum cibum esse illos qui salutari doctrinâ imbuuntur, ipse nos Saluator docuit dicens: *Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Porrò sanctos prædicatores in principio timuisse Iudæos, patet ex eo quòd orent

Ioan. 4.

Digitized by Google

CATENA PATRVM. Act. 4, 29.

orent & dicant: *Da seruis tuis cum fiducia loqui verbum tuum.*

ποιεῖσθαι καὶ λέγειν· δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου.

* Vulgata Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

15. * Et superduxisti in mare equos tuos conturbantes aquas multas.

ιε. Καὶ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου ταράσσοντας ὕδατα πολλά.

CYRILLI. Equos verò appellauit sacros Apostolos, qui diuinum vehiculum fuerunt: super ipsis enim Dominus multa & varia impietatis dogmata deiecit.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἵππους δὲ προσηγόρευσεν τὸ ὄχημα θεῖον γεγενημένους τοὺς ἱεροὺς Ἀποστόλους· ἐπ' αὐτῶν γὰρ ὀχούμενος ὁ δεσπότης τὰ πολλὰ καὶ διάφορα τῆς ἀσεβείας δόγματα διεσκέδασεν.

HESYCHII. Equos Apostolos ob cursum vocans; aquas multas baptismata quæ per totum terrarum orbem ab Ecclesia fiunt.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἵππους τοὺς Ἀποστόλους διὰ τὸν δρόμον καλῶν· ὕδατα πολλὰ τὰ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τελούμενα παρὰ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματα.

* Vulgata Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Vt * accinctū nostrum.

16. * Custodiui, & timuit cor meum à voce orationis labiorum meorum. Et ingressus est tremor in ossa mea, & in me turbata est fortitudo mea. Requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum * peregrinationis meæ.

ιϛʹ. Ἐφυλαξάμην, καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φωνῆς προσευχῆς χειλέων μου. καὶ εἰσῆλθε τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη ἡ ἰσχύς μου. Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τοῦ ἀναβῆναί με εἰς λαὸν παροικίας μου.

CYRILLI. Eam quæ in mente & corde fit spiritus illustrationem, per quam futurorum notitiam acquirebant, Prophetæ solent custodiam appellare. Quoniam igitur, inquit, didici futura quæ secundùm tempora Israëli accident, propter impietatem quam erga Dominum exhibuerunt; propterea, inquit, perculsus & conturbatus fui, metuens ne fortassis meæ vitæ tempus in hoc prorogaretur, vt illa tempora attingerem, & supplicij illorum particeps fierem. Sed quoniam intellexi me ad illud tempus minimè peruenturum, idcircò requieui ab illa cogitatione quæ olim me angebat: noui enim me ascensurum ad populum istum, qui præsentem vitam accolatum esse arbitrantur. Quòd autem sancti omnes semetipsos accolas vocarent, patet cùm ex alijs, tum ex eo quod beatus Dauid ait: *Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.*

Psal. 38, 13.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τὴν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τοῦ πνεύματος ἔκλαμψιν, δι' ἧς τῶν ἐσομένων ἐκλέπτον τὴν γνῶσιν, φυλακὴν ἔθος τοῖς προφήταις ἀποκαλεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν ἔμαθον τὰ ἐσόμενα, φησὶ, κατὰ καιροὺς τῷ Ἰσραὴλ, δι' ἣν ἐπεδείξατο κατὰ τοῦ κυρίου ἀσέβειαν· ταύτητοι κατεπτοήθην, φησὶ, καὶ τετάραγμαι, δεδοικὼς μή πως ἄρα εἰς τοῦτό μου ἐκταθήσεται τῆς ζωῆς ὁ χρόνος, ὡς ἐκείνους αὐτοὺς καταλαβεῖν τοὺς καιροὺς, καὶ συγκοινωνῆσαι τῆς τιμωρίας αὐτοῖς. ἀλλ' ἐπείπερ ἔγνων οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἀφικνούμενον ἐμαυτὸν τὸν καιρὸν, τούτου χάριν διαναπέπαυμαι ἐκ τῆς πάλαι θλιβούσης ἐννοίας· ἔγνων γὰρ ὡς εἰς τὸν λαὸν ἐκεῖνον, τὸν παρόντα παροικίαν ἡγούμενον ἀναβήσομαι. ὅτι δὲ παροίκους ἑαυτοὺς πάντες οἱ ἅγιοι ἐκάλουν, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ τὸν μακάριον ἀποφάσκειν Δαβίδ· Πάροικός εἰμι ἐγὼ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.

* Vulgata Ficus enim non florebit, * erit germen * arua non afferent cibum.

17. * Quia ficus non afferet fructum, & non * erunt germina in vineis.

ιζʹ. Διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει, καὶ οὐκ ἔσται γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις.

Mentietur opus oliuæ, & * campi non facient escam.

Ψεύσεται ἔργον ἐλαίας, καὶ τὰ πεδία οὐ ποιήσει βρῶσιν.

* Abscindetur de ouili pecus,

* Defecerunt ab esca oues,

Ἐξέλιπον ἀπὸ βρώσεως πρόβατα,

Digitized by Google

βαλα, καὶ οὐχ᾽ ὑπάρξουσι βόες ἐπὶ φάτναις.

Κυριλλου. Ὥσπερ τινος τὸν προφήτην ἀνερωτῶντος, ὅτι χάριν τὴν μὲν παροῦσαν παραιτεῖται ζωὴν, εἰς δὲ τὴν μέλλουσαν ἀφικέσθαι εὔχεται, ἀπολογεῖται καί φησι· πολλὴν δὲ κατάρρησιν ποιούμενος τοῦ Ἰσραὴλ παραβολικωτέρῳ κέχρηται λόγῳ, συκῇ, ἀμπέλῳ τε ἐλαίᾳ παρεικάζων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τούτοις ἀκάρποις τε καὶ ἀγόνοις· καὶ μὴν καὶ προβάτοις τε καὶ βουσὶν, ἃ καὶ ταῦτα ὠλιγώθη τῆς νοητῆς στερηθέντα τροφῆς. ὅτι δὲ συκῆ ὁ Ἰσραὴλ δῆλον ἐκ τῆς εἰρημένης τοῦ κυρίου παραβολῆς περὶ τῆς συκῆς· ἔκκοψον αὐτὴν, ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ὅτι δὲ καὶ ἄμπελος, ἐκ τοῦ εἰρηκότος δῆλον· ὁ γὰρ ἀμπελὼν κυρίου οἶκος Ἰσραὴλ ἐστιν. ὅτι δὲ καὶ ἐλαία, πάλιν ἐξ ἑτέρου σαφὲς, ἐκ τοῦ εἰρηκότος· ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου. καὶ μὴν καὶ πρόβατα πανταχοῦ τῆς θείας γραφῆς τὰ τῶν Ἰουδαίων κατωνόμασται πλήθη. βουσί γε μὴν τοὺς ἐκ φυλῆς κατονομάζει τοῦ Λευὶ, οἳ τὴν νομικὴν διδασκαλίαν ἀνέπτυσσον, παραπεθέντες αὐτὴν τῷ λαῷ· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Παῦλον εἰπεῖν· μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι᾽ ἡμᾶς πάντως λέγει. καὶ οὗτοι δὲ βόες, φησὶν, οὐχ᾽ εὑρεθήσονται ἐπὶ φάτναις· τουτέστι, τὰς τῶν λαῶν δέξονται δωροφορίας. ταῦτα δὲ ἅπαντα συμβαίνει, φησὶν, ἐκ τοῦ μὴ δέξασθαι τὴν ἴασιν αὐτῶν· καὶ τίς αὕτη, εἰ μὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλία; αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.

ιή. Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ κυρίῳ ἀγαλλιάσομαι, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

ιθ΄. Κύριος ὁ θεός μου δύναμίς μου, καὶ τάξει τοὺς πόδας μου εἰς συντέλειαν.

Καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβᾷ με, τοῦ νικῆσαί με ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ.

Του αυτου. Αὐτοῦ τοῦ προφήτου ἐπὶ τῇ διὰ Χριστοῦ σωτηρίᾳ τὸ πρόσωπον χαῖρον εἰσφέρεται, ἀγαλλίαμα ποιούμενον αὐτὸν τὸν Χριστὸν καὶ δύναμιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἰσχὺς ἡμῶν. ἀποφαίνεται δὲ σαφῶς τοὺς πόδας αὐτοῦ εἰς συντέλειαν τάξειν, τουτέστιν εἰς ἀσφάλειαν· δι᾽ αὐτοῦ γὰρ ἀναβεβήκαμεν πρὸς τάξιν καὶ εὐσέβειαν, καὶ ἀσάλευτοι μένομεν,

& non * erunt boues in præsepibus.

CATENA PATRVM.

* Vulgata erit armentum

CYRILLI. Ac si quis Prophetam interrogaret, cur præsentem vitam execraretur, & ad futuram vitam pertingere optaret, respondet & ait: magnoperè autem condemnans Israëlem similitudinario sermone vsus est, ficui, viti & oleæ comparans Israëlem, & his sterilibus & fructum non ferentibus; atque etiam ouibus & bobus, iisque diminutis ob defectum cibi spiritalis. Porrò ficum esse Israël patet ex parabola quæ à Domino de ficu dicta est: *Succide illam, vt quid etiam terram occupat?* Quòd verò vitis sit, constat ex eo qui dixit: *Vinea enim Domini domus Israël est.* Quòd autem oliua sit, iterùm ex alio clarum fit, qui dixit: *Oliuam pulchram, benè opacam specie vocauit Dominus nomen tuum.* Quin & oues vbique in Scriptura diuina, nominantur turbæ Iudæorum. Boues verò appellat eos qui erant de Tribu Leui, qui legalem doctrinam exponebant, proponentes eam populo; vti clarum est ex eo quòd Paulus dicat: *Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique dicit.* Ceterùm isti boues, inquit, non inuenientur in præsepibus: id est, accipient munera populorum. Hæc autem, inquit, omnia illis accident, eò quòd noluerint admittere ipsam medicinam: & quæ est hæc, nisi Saluatoris nostri doctrina? ipse enim erat qui sanabat contritos corde.

Lucæ 13, 7.

Isaiæ 5, 7.

Ier. 11, 16

1. Cor. 9, 9.

18. Ego autem in Domino * exultabo, gaudebo super Deo Saluatore meo.

* Vulgata gaudebo, & exultabo in Deo Iesu

19. * Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos * in consummationem.

* Deus Dominus

* quasi ceruorum.

Et super excelsa * ascendere me facit, vt vincam in cantico eius.

* mea deducet me victor in Psalmis canentem.

EIVSDEM. Introducitur persona ipsius Prophetæ ob Christi salutem gaudentis, dum ipsummet Christum facit suam exultationem ac virtutem: ipse enim est fortitudo nostra. Videtur autem perspicuè pedes eius ponere ad consummationem, id est ad securitatem: per ipsum enim assurgimus ad ordinem ac pietatem, atque inconcussi permanemus, quin

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

& exaltamur, & inimicorum phalanges superamus, assiduè ipsi hymnos concinentes. Et hoc est quod dixit, *Vt vincam in cantico eius.*

καὶ μὲν ἐν ὑψώθημεν, καὶ τῶν ἐχθρῶν νικῶμεν τὰς φάλαγγας, τοὺς εἰς αὐτὸν ὕμνους διηνεκῶς ᾄδοντες. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον, τοῦ νικῆσαί με ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

CANTICVM hoc inscribitur à Septuaginta, Προσευχὴ Ἀμβακοὺμ τοῦ προφήτου μετὰ ᾠδῆς, *Oratio Ambacum Propheta cum Cantico:* quia partim hîc est Oratio, & partim Canticum, quo Dei beneficia celebrat. In Hebræo est שִׁגְיֹנוֹת *Sigionoth:* quod S. Hieronymus reddit *Pro ignorantijs*, vti & Aquila & Symmachus, Ἐπὶ ἀγνοημάτων: Theodotion, Ὑπὲρ τῶν ἑκουσιασμῶν, *Pro voluntarijs* vel *spontaneis:* R. Iona, *Cum oblectationibus*. Quia nimirum hîc Propheta se populumque oblectat commemorando futuram eius liberationem. R. Iuda vertit *Pro occupationibus*, puta pro grauibus negotijs, quæ animo versabat, quibusque se occupabat Propheta. Tigutina inscribit, *Colloquium, seu disputatio Habacuc Prophetæ de rebus perplexis.* Verùm omnium optimè Cornelij iudicio ex Hebræo vertitur *Pro ignorantijs*. Semper enim peccato coniuncta est aliqua ignorantia, puta inconsideratio. Si enim consideraret peccator turpitudinem & damna peccati, Deumque vindicem, cuius iram & tormenta æterna prouocat, vtique non peccaret. Chaldæus more suo paraphrasticè sic vertit: *Oratio quam orauit Habacuc, quando reuelatum est ei de longitudine temporis quam dedit Deus impijs: quòd si conuertantur ad legem corde perfecto, remittetur eis, eruntque omnia scelera eorum quæ admiserunt in conspectu eius quasi ignorantia.* S. Hieronymus, Remigius, Albertus & Iansenius, censent Habacuc hîc deprecari veniam suæ ignorantiæ, id est sui peccati, quo ignoranter & temerè ausus fuit cum Deo disputare, imò de eius prouidentiâ conqueri, quâ finit impios pijs dominari. Verùm in toto hoc Cantico nullam huiusce deprecationis veniæ significationem præbet Propheta. Quare cum Cornelio censeo per ignorantias hîc significari peccata populi. q. d. Oro Domine pro peccatis populi, vt illa condones & dissimules, ne propter illa differas opus liberationis nostræ è Babylonia, & multò magis allegoricè opus incarnationis Christi & redemptionis generis humani à te promissum.

1. *Domine audiui auditionem tuam, & timui.*] Quærunt hîc Interpretes quid per *auditionem* intelligat Propheta. Ac nonnulli quidem intelligunt ea quæ per visionem superiùs positam Prophetæ reuelata fuerant. Ita S. Hieronymus: *Audiui*, inquit, *quas Nabuchodonosori & diabolo præparasti, in quibus dixisti ei: Væ qui multiplicat non sua*, &c. Alij paruo ab hac sententia discrimine intelligunt visionem non pridem scripto expressam, sed primitus illi priuatim demonstratam; in qua non modò futura liberatio, sed modus etiam liberationis reuelatus esset: de quo modo ferè per totum Canticum agitur. Alij denique *auditionem* dici putant præcedentium Prophetarum oracula. Quæ sententiæ omnes licet commodæ; media tamen mihi cum Agellio maximè propria videtur, vt nimirum *auditio* sit hîc illa Prophetæ facta reuelatio, in qua vniuersa ratio redemptionis futuræ contineatur; quam etiam Propheta in hoc Cantico describit. Illud autem quod sequitur, *Consideraui opera tua, & expaui*, non habetur in Vulgata: facit tamen ad maiorem venerationis & admirationis significationem. vbi Cyrillus: *Nam si*, inquit, *operum Dei virtutem intueamur*, ἐκπλήξεις ἐστὶ τὸ χρῆμα καὶ θάμβος οὐδέν, *res non nisi merus stupor & admiratio est*. Sensum huius loci allegoricum & tropologicum vide fusiùs apud Cornelium nostrum expositum.

Operum Dei consideratio stuporem excitat & ecstasim.

IBID. *In medio duorũ animalium cognosceris.*] Græcè est, Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. Ita etiam S. Hieronymus legit; & habetur in Officio Romano Feriæ sextæ in Parasceue ad Missam in Tractu primæ Prophetiæ: *In medio duorum animalium innotesceris*. Quæ verba interpretatur Ecclesia de duobus animalibus, inter quæ Christus natus iacuit in præsepio, & à pastoribus est agnitus: sic enim canit in 1. Responsorio 2. Nocturni in Officio Natiuitatis: *O Magnum mysterium, & admirabile sacramentum, vt animalia viderent Dominum natum iacentem in præsepio.* & in Octaua eiusdem Natiuitatis in 3. Responsorio 2. Nocturni ait: *Consideraui opera tua, & expaui, iacebat in præsepio, & fulgebat in cælo.* Eodemque modo explicat S. Augustinus Orat. contra Iudæos 2. alijque plures Doctores, aptantes huic expositioni quod dixerat Isaias: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui*: quasi hæc fuerint animantia, in quorum medio Christus Dominus iacebat: per quæ tamen mysticè designantur duo populi, qui Christum Dominum in præsepio agnouerunt, nempe populus Hebræus & Gentilis: quorum vices pastores & Magi gerebant: illum significabat bos, quia assuetus fuit portare iugum legis Mosaicæ; hunc asinus, quia stultè immersus erat idololatriæ. Ita etiam habet Cyrillus superiùs in Catena. Alij verò libri habent, δύο ζωῶν, *duarum vitarum:* atque ita legendum docet Eusebius lib. 6. Euangelicarum Demonstrationum & Theodoretus in hunc locum. Quod autem sequitur, Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ· ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου ἐν ὀργῇ ἐλέους μνησθήσῃ, *Cùm appropinquauerint anni cognosceris: cùm aduenerit tempus demonstraberis: cùm turbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ recordaberis*, Aquila reddit, Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ζώωσον αὐτὸν, *In appropinquando annos viuifica ipsum:* Theodotion, Ἐν μέσῳ ἐτῶν ζώωσον αὐτὸν, *In medio annorum viuifica ipsum:* Symmachus, Ἐντὸς τῶν ἐνιαυτῶν ἀναζώωσον αὐτὸν, *Intra annos resuscita ipsum.* Hæc autem verba sequentia, *Cùm aduenerit tempus demonstraberis, cùm turbata fuerit anima mea*, S. Hieronymus neque in Hebræo, neque

Christus in medio duorum animalium agnitus in præsepio.

Isaiæ 1, 3.

que apud alios Interpretes haberi dicit. Vulgata versum istum reddit hoc modo, *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud: in medio annorum notum facies: cùm iratus fueris misericordia recordaberis*. Vbi Redemptio generis humani, & eius à captiuitate dæmonis liberatio, *opus* ob suam eximiam magnitudinem vocatur, sicut verè est opus Dei. Cùm autem Deus semper opportuno tempore nos adiuuet, & congruis spatijs omnia ad nos pertinentia disponat; tum vel maximè illud opus præcipuum quo genus humanum redemit, & ex statu inimicitiæ in statum amicitię transtulit iuxta dispositionem æternam prouidentiæ suæ, quam opportunissimo tempore perfecit. Propheta igitur hoc esse Dei ingenium agnoscens, vt numquam congrua suorum operum tempora prætermittat, dum opus optat, tempus iam faciendi operis instare commemorat. Et hoc est quod Paulus ait: *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret*. Et Dauid: *Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam*. Cùm iam homines, inquit, se vniuersis malis dederint, legemque tuam adeò fregerint, vt quasi dissipatam eam reliquerint, tempus aduenisse videtur, in quo assumendo carnem facias quod ipsi destruxerant. In hunc sensum S. Ambrosius ad prædictum Psalmi locum pulchrè ait: *Tempus est faciendi, vt si ingrauescente ægritudine alicuius incommodi curras ad Medicum vt citiùs veniat, ne posteà subuenire non possit. Medicus tunc ampliùs desideratur cùm grauis incubuerit ægritudo languenti. Ergo cùm videat in Spiritu sancto Propheta præuaricationes populi, luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quasi pro nobis interueniat, currit ad Christum, quem solum tantis sciebat subuenire posse peccatis; vrget vt veniat, nec patitur fieri moras. Tempus faciendi, inquit, Domine; hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum vltimum mundus vrgetur, veni vt tollas peccata mundi; veniat vita morientibus, veniat resurrectio iam sepultis. Factum tuum subueniat, quoniam nec præcepta tua prodesse potuerunt*, &c. Hæc ille. Quod autem Dominus in primo opere ac præcipuo obseruauit, vt illud opportunè faceret, idem omnino in reliquis operibus ad nostram salutem & eruditionem pertinentibus custodiuit; vt scilicet occasionem operandi nequaquam perdiderit.

Redemptio generis humani per excellentiam dicitur opus Dei.

Deus facit omnia tempore opportuno.

Galat. 4, 4.

Psal. 118, 126.

Porrò obseruandum obiter pro *Viuifica illud* esse Hebraicè חַיֵּיהוּ *chaiehu*, à radice חָיָה *chaja*, quæ in Cal significat *viuere*, & in Piel *viuificare*: vt sit sensus, vniuersa Dei opera ante incarnationem veluti mortua, posteà verò per incarnationem fuisse viuificata, ad eum ferme sensum, quo prima illa lineamenta, quibus pictor in tabella imaginem designat, mortua sunt, & posteà cùm superinductis coloribus illustrantur, spiritum recipere & viuificari dicuntur: quare illud indicauit Propheta Deum per omnia opera præcedentia quasi quasdam lineas incarnationis descripsisse ad perfectam quamdam imaginem suæ potentiæ & misericordiæ exprimendam, tandemque per incarnationem eam quasi superiniectis coloribus illustrasse. Dicitur etiam idem verbum de reparatione & instauratione ædificiorum, quæ diruta & collapsa fuerant: iuxta quam acceptionem incarnatio quoque fuit veluti quædam instauratio omnium ædificiorum quæ Deus extruxerat: omnia enim per peccatum veluti diruta collapsaque fuerant. Quod etiam non prætermisit Paulus cùm dixit, Deum *in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt*. Illud autem consolationis plenum quod hîc additur, *In ira misericordiæ recordaberis*, innuens sic misericordiæ adnexam atque coniunctam iustitiam suam Deum habere, vt hanc capere, quin illam æquè accipiat, quodammodò nequeat; non secùs ac qui duarum rerum apices coniunxerit, cui altera sine altera adesse non potest.

Opera Dei per incarnationem viuificata & instaurata.

ANNOTATIONES CORDERII.

Ephes. 1, 10.

3. *Deus à Theman veniet, & sanctus de monte Pharan*, &c] Theman (inquit Cornelius noster) filius Eliphaz filij Esau nomen dedit Regum Idumææ, ex qua Eliphaz amicus Iob cognominatus fuit Themanites; quia, vt Chaldæus ibidem vertit, fuit Princeps Themanorum: inde Idumæa vocatur Theman, sicut ab Esau vocatur mons Seir, vel Edom. Iam quia Theman & Idumæa erat Iudææ ad Austrum, sicut Libanus ex aduerso erat eidem ad Aquilonem, hinc Theman significat Austrum seu Australem plagam. Vnde Vulgata hîc vertit, *Deus ab Austro veniet*. Vbi D. Hieronymus, Theophylactus, alijque Doctores per Austrum, qui ventus est Meridionalis, intelligunt regionem Bethlehem, quæ sita est ad Austrum etiam respectu Hierusalem; vnde dicitur Christus venisse, quia ibi primùm apparuit exiens ex vtero Virginis, vbi erat inclusus: quæ vocatur *Mons Pharan*, id est *vmbrosus*: quod Septuaginta disertè significant cùm addunt, ἐξ ὄρους Φαρὰν κατασκίου, δασέος, *de monte Pharan vmbroso, condenso*: vt totum hoc incarnationis mysterium, in quo diuini amoris flamma coruscabat, in nostræ ignorationis vmbra & caligine peractum ostenderetur. Quò allusit Angelus ad B. Virginem: *Virtus*, inquit, *Altissimi obumbrabit tibi*. Vbi Virginem diuini Solis radijs mirabiliter illustratam prędixit nihilominùs Altissimi virtute obumbrandam: *Expressiùs significans* (inquit S. Bernardus Epist. 77.) *modum secretissimum arcani, incomprehensibilis & ineffabilis Sacramenti, quo quasi in vmbra cum sola & in sola Virgine sola Trinitas conceptum fuerat operatura diuinum*. Per *Austrum* quoque & *Pharan* non malè intellexeris æterni Patris sinum, de quo Dei Filius in terram, vt homo fieret, descendit: inde enim venire dicitur vbi anteà latebat; & posteà se manifestat: latebat autem nobis in sinu Patris absconditus; & ideò dicitur venire à monte Pharan, seu vmbroso; id est à monte diuinitatis, in qua est sinus Patris occultissimus nobis, qui lucem habitat inaccessibilem, quem nullus mortalium vidit aut videre potest: vnde & in nebula dicitur habitare. Venit etiam ab Austro, quî cùm Meridionalis ventus sit, & calidus, symbolum est Spiritus sancti, qui conceptionem Christi operatus est. Compara igitur (inquit de Ponte noster lib. 3. in Cant. Exhort. 4. §. 2.) hunc locum, vbi cubat in cælo empyreo, cum eo in quo cubat in præsepio; & dicito cum Propheta: *Domine consideraui opera tua, & expaui*: quia excedunt meum captum, nec ab vlla possunt

Gen. 36, 15

Theman quis.

Iob 4, 1.

Theman idem quod Idumæa, & significat Austrum.

Quomodo Deus dicatur venire ab Austro & à monte Pharan.

Mons vmbrosus est mysterium incarnationis.

Luc. 1, 35.

Mons Pharan designat sinum diuinitatis nobis occultum.

Habac. 3, 2

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

possunt comprehendi creatura. Tu enim, qui es in cælo quasi in medio duarum personarum, origine posterior Patre, & prior Spiritu sancto, qui à te procedit, cubas in medio duorum animalium in præsepio. Tu qui olim te manifestabas inter duos Seraphinos clamantes, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth*; & qui repræsentatis per arcam fœderis, quæ in medio erat duorum Cherubim splendentium velut aurum; tu, inquam, iaces in vilissimo loco inter duo bruta, & ibi te manifestum præbes, vt ab omnibus dignoscaris: quia verissimè ait Propheta, *In medio duorum animalium cognosceris.* Ibi enim cognoscitur tua immensa charitas & misericordia; ibi manifestatur tua infinita sapientia, bonitas & omnipotentia, quæ pro nostra salute opus tam stupendum perficere sciuit, voluit, potuit. Quid sublimius quàm sinus Patris? quid humilius quàm stabulum bruti animalis? Et quæ ardentior charitas quàm ex illo in hoc descendere propter nos? Hic Domine est tuus meridies, in quo cubas, vt nos cubare tecum & ardere facias: nam quantò in te sublimior, & pro nobis humilior, tantò nobis pretiosior es & charior. Ita prorsus piè noster de Ponte.

Isaiæ 6, 6.

3. Reg. 8, 6.

4. *Cornua in manibus eius,* &c.] Hęc verba D. Cyprianus lib. 2. Contra Iudæos cap. 21. & Serm. de passione Domini, Augustinus lib. 12. de Ciuitate Dei cap. 32. Theophylactus in Habacuc cap. 3. & Eusebius lib. 6. de Demonstratione cap. 15. & multi alij de passione Christi in cruce interpretantur. Non ait autem Manus eius in cornibus crucis, sed Cornua crucis in manibus, ad significandum sponte ascendisse in crucem, tantamque habuisse fortitudinem, vt posset ex ea, si vellet, descendere; sed maluit per eam pugnare, & moriendo inimicos vincere, & triumphum agere de morte, & diabolo, ac omnibus ministris eius. Abscondita autem ibi dicitur fortitudo eius, quia latenter & inuisibiliter operabatur. At quoniam triumphus ille ex dilectione oriebatur, & charitas in hoc curru triumphabat, Septuaginta hoc loco habent: *Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ*; quia tam Deus Pater tradendo pro nobis Filium in mortem, quàm Filius ipse tradendo se pro nobis vt cruci affigeretur, ostendit se supra modum homines dilexisse, & omnes amoris neruos contendisse, vt nobis benè faceret, & in sui amorem etiam attraheret. *Nimirum* (inquit D. Hieronymus ad hunc locum) *idcirco Deus Pater operuit cælos gloriâ, & terram repleuit laude, & cornua, id est Regnum, posuit in manu Filij sui, vt faceret dilectum suum ab hominibus diligi, & diligi non leniter, sed vehementer & fortiter.* Itaque iuxta S. Hieronymi sententiam, quæ Deus fecit in cælo, & quæ per Christum gessit in terris, ad vnum amorem referuntur, vt tam multis allecti beneficijs, vnigenitum Dei Filium ipsumque Deum non vulgari, sed vehementi & forti quodam amore diligeremus. Propterea enim dictum est, *Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.* Quod possumus etiam ita interpretari, Patrem in Christo posuisse dilectionem robustam fortitudinis suæ; quia dando Filium suum ostendit se mirum in modum in amorem mortalium exarsisse, & extremum, vt aiunt, potentiæ quodammodò exeruisse ad homines sui amore inflammandos. Varias alias huius loci explicationes vide apud Cornelium nostrum & Agellium.

Christus fortitudinem præcipuè in morte exeruit.

Omnia quæ Deus & Christus fecit ad vnum amorem referuntur.

5. *Ante faciem eius ibit verbum.*] Græcè λόγος: quod S. Hieronymus testatur etiam Theodotionem transtulisse: pro quo Aquila vertit λοιμὸς, *pestis*; Symmachus θάνατος, *mors*: quomodo in Vulgata legitur. Huius lectionis varietatem in punctorum diuersitatem reijciendam esse monet Cornelius: Aquilā enim & Symmachum, & Quintam editionem legisse Hebraicè דֶּבֶר *deber*, id est *pestem* & mortem inde consequentem; Septuaginta verò alijs punctis legisse דָּבָר *dabar*, id est *verbum*: quo scilicet iubebit hostes occidi. Loquitur autem de peste & strage quam Deus immisit Chananæis, quâ eos atriuit, vt venientes Hebræi in Chanaan eam facilè occuparent, iuxta id quod promiserat per Moysem Exodi 23. *Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris,* &c. Porrò illud, *Ante faciem eius ibit verbum*, siue *sermo*, de Ioannis prædicatione sic exponit Hieronymus dicens: *Si autem iuxta Septuaginta legerimus*, Ante faciem eius ibit verbum, & egredietur in campum post pedes eius; hoc significat, *quòd sermo Dei ante visitationem eius, quæ nunc allegoricè facta dicitur, præcedat & præparet corda credentium, vt praua in rectum, & inæqualia sternat in planum, & auditoris anima quasi consertus ager sementem possit recipere spiritualem.* Vbi simul vides cur verbum, siue diuinus sermo, & prædicatio, mors dicatur; quia videlicet prauas animi affectiones extinguit, veteremque hominem in nobis interimens, soli Deo viuentes nos facit: id sic optimè docente Clemente Alexandrino lib. 7. Stromatum: *Iam vt mors est separatio animæ à corpore; ita cognitio est mors rationalis abducens & separans animam à motibus & perturbationibus, & deducens ad vitam beneficentiæ & bonarum operationum, vt tunc Deo dicat liberè: Viuo sicut vis.*

Verbum cur mors dicatur.

IBIDEM. *Et egredietur in campos.*] Græcè est, Καὶ ἐξελεύσεται εἰς πεδία: sic quoque est apud Eusebium & apud S. Cyprianum, qui legit: *Et procedet in campos secundùm gressus suos.* Quæ vltima verba videntur posita pro ijs quæ Græcè sunt κατὰ πόδας αὐτοῦ, & apud S. Hieronymum *post pedes eius*: quæ tamen ipse in communi coniungere videtur & cum antecedentibus & cum consequentibus. Sed idem ferè sensus. Nonnulli libri habent εἰς παιδείαν, *in eruditionem.* Vtramque lectionem explanat Theodoretus his verbis: Τὸ εἰς παιδείαν ἔνια τῶν ἀντιγράφων μετὰ διφθόγγου ἔχει, καὶ δηλοῖ, ὡς καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς λόγοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς εἰς παιδείαν τῶν ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίαν κέχρηται· ἔνια δὲ ἄνευ τοῦ διφθόγγου· καὶ σημαίνει, ὅτι πολλῆς τῆς εὐκολίας ὡς ἐν ἱππηλάτῳ πεδίῳ τρέχει τὰ πράγματα ταῖς προφητείαις ἀκολουθοῦντα: *Illud εἰς παιδείαν nonnulla exemplaria cum diphthongo habent, & declarant, vt Deus vniuersorum & operibus & verbis ad disciplinam hominum & doctrinam vsus fuerit: aliqua verò sine diphthongo; & significant, vt cum multa facilitate tamquam in campo plano ad cursum equorum accommodato res currant vaticinia sectantes.* Vulgata verò habet, *Egredietur diabolus ante pedes eius*: in Hebræo est רֶשֶׁף *reseph*: quod vocabulum

Digitized by Google

Diabolus igne nocentior.

lum Aquila interpretatur *πτηνὸν*, *volatile*, S. Hieronymus *diabolum*. Significat autem illud omne, quod noxio & flammifero quodam impetu citissimè peruolans cladem, pestem, luctum & calamitatem circumfert: qualia sunt fulgura venenata ignitæque sagittæ, quæ subitò visæ subitoque tactæ perniciem adferunt. Talis omnino est satanas, quem propter volaticam malitiam, igneumque impetum, animi decus inflammantem & destruentem, Dei Filius in Euangelio *fulgur de cælo cadens* nominat: mirificâ enim celeritate noxam vbique circumuehit, vim omnem honestatis gratiæque dona adurit, & quantum sæuâ & pertinaci contentione potest labefactat.

Lucæ 10, 18.

Allegoricè Christus suâ cruce ac morte debellauit mortem & diabolum, eosque quasi ante se in triumphum duxit; vti docet Apostolus ad Coloss. 2, 15. præsertim cùm per Apostolos diabolum ex templis & idolis æquè atque è mentibus hominum expulit. Ita Cornelius noster.

6. *Stetit, & commota est terra.*] Græcè, Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ: Vulgata habet sic: *Stetit, & mensus est terram:* quod etiam in quodam Græco Codice Scholiastes ait reperiri, Στὰς διεμέτρησε τὴν γῆν, *Stans dimensus est terram.* Quod autem sequitur, *Aspexit, & liquefacta sunt Gentes: contriti sunt montes violentiâ: tabuerunt colles sempiterni, itineris sempiterni eius*, ita reddit Vulgata: *Aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes sæculi: incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Ex alio quodam Græco Codice hæc affert Scholiastes: Κατανοῶν ἐξέτηξεν τὰ ἔθνη· καὶ τὰ ὄρη θραυσθήσονται· ταπεινωθήσονται αἱ νάπαι αἱ ἐκ τοῦ αἰῶνος, αἱ ὁδοὶ αἱ ἐξ ἀρχῆς: *Aspiciens dissoluit Gentes: & montes quassabuntur: humiliabuntur horti qui à sæculo, viæ quæ à principio.*

Allegoricè S. Augustinus lib. 18. de Ciuitate cap. 32. pulchrè sic exponit versionem Septuaginta, *Stetit, & terra commota est: Quid est, nisi quod stetit ad subueniendum, & terra commota est ad credendum? Respexit, & tabuerunt Gentes: hoc est, misertus est, & fecit populos pœnitentes. Contriti sunt montes violentiâ; hoc est vim facientibus miraculis, elatorum contrita est superbia. Defluxerunt colles æternales; hoc est, humiliati sunt ad tempus, vt erigerentur in æternum. Ingressus æternos eius pro laboribus vidi; hoc est, non sine mercede æternitatis laborem charitatis aspexi.* Quæ autem sint itinera æternitatis vide fusiùs apud Cornelium nostrum.

7. *Tabernacula Æthiopum pauebunt, &c.*] Vulgatus habet, *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: turbabuntur pelles terræ Madian.* Si quæras quinam sint tetri Æthiopes tenebrarum amatores: Hieronymus respondet, *Dæmones intellige*: si quæras quæ sint tabernacula; respondet, *eorum tabernaculum fieri quicumque in hoc sæculo propter honores & diuitias laborarit.* Si petas quid significet tabernacula esse iniquitatis: replicat, *Quòd signanter sub vno verbo iniquitatis ostenditur: omnis enim diues aut iniquus, aut iniqui heres est. Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmonum, & qui templum Dei esse debebant fiunt tabernaculum Æthiopum.* Quòd si vltrà exquiras, quid significetur per verba, *Turbabuntur pelles terræ Madian*; concludit & ipse eosdem intelligi debere tabernacula Æthiopum, & tabernacula terræ Madian: *Postquam enim ditati fuerint, & per fas & nefas ad altissimum gradum conscenderint, tunc conscientiâ peccatorum suorum semper mortem semper iudicium formidabunt, & ad leuem febriculam quasi latrones in carcere, ita de æternis supplicijs suspirabunt. Madian enim significat ex iudicio.* Quid ni de iudicio latrones turbentur? Et latrones verè iniqui auari sunt, qui à mammona, id est ab iniquo diabolo, diuitias acceperunt.

Tabernacula Æthiopum & pelles Madian quid.

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Ascendes super equos tuos.*] Hos equos Cyrillus Alexandrinus doctissimus Interpres, Apostolicos viros esse ait, ad nutum & voluntatem Numinis promptos, viuidos & animosos, qui habeant sessorem Christum; cuius ductu habenisque acti, vbique terrarum gloriam eius circumferant, & incredibili celeritate sanctissimæ Religionis dona distribuant. Talem equum fuisse D. Paulum Doctorem Gentium, de quo est illud cæli Oraculum, electum esse vt portet nomen Dei coram Gentibus. Ad diuinum porrò currum adiunctas esse chiliadas aurigantium Propheta Regius ita cecinit: *Currus Dei decem millibus multiplex.* Nam omni sæculorum continuatione repertos esse magno in numero Religionis antesignanos & duces populorum, qui pari cum Apostolis animo & contentione suas ceruices vltrò mundi Seruatoris iugo subijcerent, magnoque studio volitarent ad spargendam & vehendam ad omnes pietatem. Addit verò Habacuc, *Et equitatio tua salus*; vel, vt Vulgata vertit, *Quadriga tua saluatio.* Neque enim præstantes illi equi diuina mysteria portantes frustrà currunt, aut priuatæ causâ voluptatis ineunt campum, sed vt omnibus salutem ferant, vt apotropæi Castores, indices victoriæ atque triumphi, qui furiosorum dæmonum conatum frangant, vitium ab animis euellant, Ecclesiam fide & virtutibus cumulent: quibus in rebus piorum Antistitum vita & Mystarum aliorum labor insudant, vti pluribus ostendit Cresollius noster Mystagogi lib. 5. cap. 33.

Viri Apostolici sunt spiritales equi.

Psal. 67.

Tropologicè locum hunc peregregiè illustrauit S. Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. vbi animum esse currum ait, equos illius bonos esse virtutes, malos perturbationes. Animæ nimirum pacificæ & Christianis virtutibus ornatæ sunt equi subiecti fidei iugo, astricti vinculis charitatis, iustitiæ frænis, retinaculis sobrietatis, &c. His Pater Deus præsul est, Christus agitator. de quo Habacuc hoc loco ait: *Qui ascendis super equos tuos, & equitatio tua salus.* Atque hi equi boni (vt idem Sanctus Doctor ait) volant, & à terris ad superiora tollunt animum, & ad locum palmæ traducunt; mali autem & strigosi equi inter se dissentientes se collidunt, & in diuersa præcipitia feruntur. Equos porrò quatuor bonos ait esse virtutes Cardinales, Prouidentiam, Temperantiam, Fortitudinem, Iustitiam; eosque felicissimè prouehi, si maximè iugum habeant suaue & onus leue dicentis, *Tollite iugum meum super vos.* Tunc, inquit doctissimus ille Pater, licet intelligibili spectaculo videre vnamquamque animam cum summo certamine ad cælum rapi, festinantes equos, qui priores perueniant ad brauium Christi, &c. Hanc quadrigam & cum-

Virtutes sunt equi boni: passiones sunt equi mali.

Quadriga virtutum Cardinalium.

Matth. 11, 29.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

eumdem currum Diadochus viderat, qui de spirituali profectu cap. 62. loquens de fortissimo Dei seruo, *Ille*, inquit, *semper in equis virtutis certandi studio ardens vehitur, inter medias dæmonum copias quadrigam continentiæ exercens; quam Currum Israel in diuinis paginis appellari videmus*, &c. Hinc aurea illa monitio D Hieronymi Epist. 2. *Habeto Prudentiam, Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem: his cæli plagis includere: hæc te quadriga velut aurigam Christi ad metam concita ferat.* Hæc sanè illustria sunt, & virtutes Cardinales mirabiliùs commendant. Quas vocat & quatuor cæli plagas, & quadrigam Dei, & monile pretiosum, & gemmarum ornamentum; quæ gemmæ vertantur in scuta, hoc est in præsidium & decoramentum. Hæc vide fusiùs apud S. Ambrosium & Cornelium.

10. *Fluuiorum scindetur terra.*] Græcè, Ποταμῶν ῥαγήσεται γῆ: sic etiam Cyrillus legit: Scholion Ποταμοῖς: sic etiam apud Theodoretum & S. Hieronymum habetur, *Fluuijs scindetur terra:* Complutenses habent, Ὁ ποταμὸς σχίζεται τῇ γῇ, *Fluuius scinditur terra:* Vulgata, *Fluuios scindes terræ.* Vbi sanctus Hieronymus existimat Reges ad litteram *fluuios terræ* nominari; vt sit sensus: Reges terræ aduersus populum tuum dimicantes diuides atque disperges. Ratio verò ea est; quia fluuij terras quas abluunt aut opportunis irrigationibus fœcundant, aut intempestiuis inundationibus euertunt. Quam ob causam in sacris Litteris regionum felicitas aut infelicitas ad Regum bonitatem aut malitiam referuntur.

Reges quasi fluuij.

11. *Eleuatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo.*] Hoc allegoricè S. Augustinus lib. 18. de Ciuitate cap. 32. sic de Ascensione Domini interpretatur: *Ascendit Christus in cælum, & ordinata est Ecclesia sub Rege suo.* Eamdem Lunæ similitudinem persequitur D. Gregorius lib. 17. Moralium cap. 10. vbi locum Habacuc citatum eodem modo cum S. Augustino intelligit super illa verba Iob, *Ecce Luna non splendet, & stella non sunt munda in conspectu eius: Quia*, inquit, *nec sancta Ecclesia virtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant: nec singulorum benè viuentium mentes a peccatorum maculis munda sunt, si remotâ pietate iudicentur.* Additque Lunam Ecclesiam appellari, quia pace & persecutionibus crescit atque decrescit, & oppressa tentationum tenebris rursus pristinum lumen assumit, habetque splendorem à Sole iustitiæ. Cùm igitur Ecclesia Luna sit, rectè Christus Soli comparatur, qui eam illuminat, perficit, & pulchram speciosamque reddit.

Christus Soli, Ecclesia Lunæ comparatur.

Iob 25, 5.

IBIDEM. *In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum.*] Vulgata reddit, *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Deum Seruatorem hominum hîc inducit splendidis armis collucentem atque vibrantem. Arma autem hæc fulgentia nihil aliud sunt quàm virtutes, vt exponit B. Cyrillus; dicunturque λαμπρά, καὶ οἷον ἀστράπτοντα, *splendida, & quasi fulgurantia:* quòd nihil, inquit, sit virtute splendidius. Patia dicit in illud Vatis Zachariæ, *Exibit vt fulgur iaculum eius:* vbi monet Ecclesiarum Gubernatores nuncupari *sagittas fulgurantes* δι᾽ ἀρετῆς λαμπρότητα, *ob virtutis splendorem.* Sunt autem Apostolici viri iacula Dei, manu potenti cælestique vibrata; & ipsi tela quoque sua depromunt magni Imperatoris sui exemplo & imitatione. Quæ loci huius verissima est sententia, *In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum.* Hoc est, Magni & præstantes illi viri, qui aris & Religionibus præsident, tuas virtutes, ô mundi Rector parensque omnium Deus, admirantes, & meditantes studiosiùs, à te lucem, vim & robur mutuabuntur, imitatione tuæ vitæ magnificentissimè rutilantis, vt eam deinde iaculentur in populum. Quam etiam rem S. Gregorius Nyssenus expressit, qui cùm Christum iustitiæ pacisque Regem Vatum oraculis nominatum esse diceret, στρατὸς, inquit, τῷ βασιλεῖ πᾶσαι ἀρεταὶ, *huius Regis exercitum virtutes omnes faciunt:* vnde necesse est, vt quilibet bonus Christi miles pro scuto, pilo, galea vibranteque luncho, fulgentibus sit virtutibus armatus. Oportet, vt idem ait Nyssenus, vt vita Christi, virtutum omnium splendore illustris, sit ἐπίσημον τῆς ὅπλων, *armorum insigne*, quo præstabiles atque inclyti eius milites internoscantur. Quòd si Romani scutum Iouis, quod vocabant Ægida, in Capitolio seruabant (vt ait S. Augustinus lib. 1. de Consensu Euangelij cap. 23.) & religiosè adorabant, certè conuenit, vt Ecclesiæ Principes à Seruatore lecti & decuriati, sacra ipsius arma, id est virtutes, in animæ suæ tholo & moribus vt pulcherrimis in templis atque sanctissimis appendant, & venerantes imitentur. Hac pollentes Ægide veri Iouis trophæa pangimus, lauros colligimus, & in Capitolium honoratis quadrigis & aureo in curru deuehimur. Quot virtutes tot vexilla victricia inuolitant: ipse Deus signifer est, labarumque felix circumfert, auspicium victoriæ & triumphi: vti egregiè pluribus describit Cresollius noster Mystagogi lib. 1. cap. 8.

Quàm illustria sint arma Dei, quæ sunt virtutes.

Zach. 9.

13. *Misisti in capita iniquorum mortem.*] Pro quo Vulgata reddit, *Percussisti caput de domo impij.* Vbi S. Hieronymus iuxta lectionem Septuaginta: *Ne putemus*, inquit, *de hac dici morte communi, quâ omnes morimur. Sed mors missa est in iniquos, vt qui priùs viuebant iniquitati, mortui peccato viuerent iustitiæ. Quod quidem & Anna in oratione sua significat, Dominus occidit, & viuificat: occidit enim peccatores, mittens in capita impiorum mortem, vt viuificaret iustitia.* Et statim addit, Christum Dominum ad hanc mortem peccatoribus inferendam in hunc mundum venisse: *Dicam*, inquit, *aliquid audacius, Christus ad hoc venit in mundum, vt in capita iniquorum mitteret mortem: & sicut ipse peccato mortuus est semel; sic & illi morerentur iniquitati; & qui facti fuerant participes mortis huius, vitæ quoq; participes fierent.* Fusiùs & eleganter hanc vitiorum mortem & virtutum vitam explicat S. Ambrosius Serm. 27. de ieiunio: *Occidimur*, inquit, *quodammodò cùm desinimus esse quod fuimus. Nouo enim pietatis genere in vno eodemque homine impius & adulter occiditur, vt misericors renascatur & castus. Interimitur idololatria, vt Religio propagetur. Fornicator & ebriosus extinguitur, vt continens & sobrius procreetur. Sic ergo mortificat Dominus, vt viuificare faciat: sic occidit, vt prosit:* sic

Deus vitiorum occisor, virtutum viuificator.

se verberat, vt emendet. Hæc est igitur circa homines suos tota eius seueritas; vt in his peccata puniantur, anima conseruetur; auferantur detestanda vitia, virtutes optima nutriantur.

IBIDEM. *Suscitasti vincula vsque ad collum.*] Græcè, Ἐξήγειρας δεσμοὺς ἕως τραχήλου: vbi aliqui addunt αὐτοῦ, *eius*; alij εἰς τέλος, *in finem*. Et ita est apud S. Hieronymum, qui ait Septuaginta, quòd soliti essent interpretari *Diapsalma*, nunc dixisse *In finem:* Theodotion, Ἐκόσμησας τὰ θεμέλια ἕως τραχήλου, *Ornasti fundamentum vsque ad collum:* Quinta editio, Ἐγύμνωσας τὰ θεμέλια ἕως τραχήλου, *Denudasti fundamentum vsque ad collum:* quomodo Vulgata vertit, & *eius* adijcit.

14. *Abscidisti in stupore capita potentium; commouebuntur in eo, aperient frena sua sicut comedens pauper in absconso.*] Pro quo Vulgata vertit, *Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.* Hæc ad litteram de Pharaone cum Principibus & exercitu contrito & submerso rectè exponit Cornelius noster: allegoricè autem de Christo Tyrannos, Antichristum ac diabolum ipsum conterente. Pro *Maledixisti sceptris eius* Vatablus vertit, *Perforasti baculis suis caput eius.* & rem explicans subdit: *Peremisti perinde atque si proprijs telis perforasses caput eius.* Quasi diabolus suis sceptris tamquam iaculis confossus coram Christo Domino sterneretur. Quod ipsum præuidens Dauid: *Inimici*, inquit, *defecerunt framea in finem; & ciuitates eorum destruxisti.* Vbi dicuntur *framea*, hoc est arma dæmonis, qui per antonomasiam inimicus appellatur, eiusque omnia præsidia quæ in hoc mundo habebat *in finem*, hoc est in perpetuum defecisse. Cuius interpretationis auctorē alium non requiro quàm ipsum diabolum, qui quamuis pater mendaciorum sit, tamen ad hanc vnam veritatem prædicandam coactus fuit: is enim apparens D. Antonio Archimandritæ, vt refert D. Athanasius in eius Vita, multasque apud eum in querimonias effusus, quòd victus, exarmatus, totoque orbe expulsus, multis maledictis à Christianis proscinderetur: *Nam ego*, inquit, *miserabilis factus sum. Rogo: Nonne legisti; Quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iam habeo locum; nullam possideo ciuitatem; iam mihi nulla sunt arma: per omnes ciuitates cunctasque Prouincias Christi personat nomen: solitudines quoque Monachorum stipantur choris: ipsi se, quæso, tueantur, & me sine causa non lacerent.* Hæc diabolus apud Athanasium: vbi licet more suo falsa veris commisceat, tamen suas miserias verus nuntius confitetur.

Christus diabolum proprijs armis interemit.

Psal. 9, 7.

Diabolus suas palàm miserias lamentatur.

15. *Et superduxisti in mare equos tuos conturbantes aquam multam.*] Vulgata, *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Hoc ad litteram de Israëlitarum traiectu per mare exponit Cornelius; allegoricè autem de Apostolorum prædicatione. Quòd verò Gentiles maris nomine exprimantur, docet S. Hieronymus ad hunc locum. Viam itaque fecit Christus equis, id est prædicatoribus suis in mari, cùm eos ad prædicandum Gentibus misit. Propterea enim Apocalypseos 19. in equo albo sedere describitur verbum Dei, & constipari à magno quodam exercitu in equis albis considente. *Ascendit* (inquit S. Hieronymus) *Christus in Apostolis, & posteà in vno equo candido; quem alium non puto esse nisi Apostolum Paulum; super quem equitans omnem orbem peragrauit. Ascendit autem verbum Dei in equis suis, vt turbarentur aquæ multæ, hoc est populi multi; vt errorem pristinum deserentes, veluti conturbati venientem equitem susciperent.* Translationem Septuaginta in eumdem sensum sic accipit D. Gregorius lib. 31. Moralium cap. 18. *Misit Dominus in mare equos suos turbantes aquas multas. Quieta enim aquæ iacuerunt; quia humanæ mentes diu sub vitiorum suorum torpore sopitæ sunt. Sed equis Dei mare turbatum est, quia missis sanctis prædicatoribus omne cor, quod pestiferâ securitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expauit.* Quoniam verò Vulgata translatio luti mentionem facit, id quoque explicauit D. Gregorius lib. 34. Moralium cap. 8. *Viam*, inquit, *fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. ac si diceret: Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius sæculi, sordida & terrena sapientes. Per lutum enim desiderium sordidæ voluntatis exprimitur; iuxta illud Psalmi, Eripe me de luto, vt non infigar.* D. Ambrosius lib. de Isaac & anima cap. 8. afferens eumdem locum Habacuc, obseruauit idcircò concionatores per equum animal bellicosum & palmis consequendis inseruiens designari: quoniam Christus equos suos, id est Apostolos, non ob aliud quàm ad obtinendam palmam victoriæ ascendit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Apostolus & reliqui prædicatores equi sunt quos Christus ascendit.

Psal. 68, 15.

Cur prædicatores equis assimilentur.

Illud postremò in hunc eumdem locum cum Vega nostro adnotandum, instar miraculi & prodigij commemorari à Propheta, quòd Deus equos suos non super terram, neque super flumina, sed super ipsum profundissimum mare concitauerit; nec tamen aquarum multitudine obrui & submergi potuerint, quin potiùs ipsum mare facili negotio turbauerint; quemadmodum solet equus exiguum aliquem riuulum cùm pertransit pedibus turbare. Sic namque Apostoli cursu suæ prædicationis Gentilitatis mare ingressi, numquam vel Gentium humanâ sapientiâ vel Tyrannorum persecutionibus quasi fluctibus obrui & inuolui potuerunt; quin potiùs ipsi aquas omnes turbauerunt, iisque turbatis, id est fallacibus Gentilium superstitionibus euersis, in ipso mari, quod tamquam prodigium Propheta commemorat, veluti equi discurrentes victoriæ palmam erecto fidei vexillo obtinuerunt. Id quod ad litteram dixit Paulus: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.*

2. Cor. 10, 4.

16. *Custodiui, & timuit cor meum à voce orationis labiorum meorum. Et ingressus est tremor in ossa mea, & in me turbata est fortitudo mea.*] Vulgata, *Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat*, &c. Hîc iterùm Propheta post epinicium reuocat animum ad malorum imminentium considerationem & enarrationem,

quæ

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

quæ horrorem illi incutiebant; & vnicam hanc consolationem capiebat, quòd in tribulationibus istis Deum minimè deserturus, sed in illo gaudium & exultationem percepturus esset. atque hoc est quod ait: *Vt requiescam in die tribulationis.* Vbi nota tribulationem non, vti passim solet, tetris noctis tenebris adumbrari, sed lætis luminibus & coloribus diurnis depingi, idque non sine mysterio. Nam vt tribulatio quidem nox sit, & atra nox, quando in ea lumen non expandunt stellæ gratiarum, patientiæ, charitatis & humilitatis: at quando virtutum Sol radios expandit, tunc tribulatio diem oriri facit, requiem adfert, confert gloriam, elargitur coronam. Talem porrò requiem in die tribulationis, ex humilitatis putredine de mortis consideratione scaturiente exortam, in his Prophetæ verbis agnouit Rupertus in loci huius expositione dicens: *Putredo illa*, id est putredinis illius memoria, quâ postmodum putrescam, *ingrediatur in ossibus meis, & subter me scateat:* id est, Humiliet totum quidquid est in me virtutis aut boni operis, & in radice cordis, in profundo conscientiæ magis ac magis accrescat: taliter enim fiet, *vt requiescam in die tribulationis.* Quod sciens Christus, tunc vbi dixit, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*; statim hoc addidit, *& inuenietis requiem animabus vestris.*

Tribulatio quando diem & requiem adferat.

Math. 11, 29.

19. *Et ponet pedes meos in consummationem.*] Pro quo Vulgatus habet *quasi ceruorum*; ac si dicat, eò diuinum robur ac fortitudinem ire, eoque homines impellere, vt peccatum peccatique occasiones adinstar ceruorum (videlicet non modò fugacissimorum timidissimorumque animalium, sed qui inter omnia alia fugiendi sunt maximè periti; quippe qui, vt ait Plinius lib. 8. cap. 32. *fugiunt latratu canum audito, secundâ semper aurâ, vt vestigia cum eis abeant*) omni celeritate & circumspectione per mare, per saxa, per ignes fugiat; nec alium erga peccatum pedum vsum nisi in fuga censeri.

CANTICVM ISAIÆ PROPHETÆ.

Isaiæ 26, 9.

* Vulgata Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordijs meis de manè vigilabo ad te, cùm feceris iudicia tua in terra, &c.

9. * De nocte manè consurgit spiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua super terram.

Cyrilli. Qui dicunt, Sperauimus in nomine tuo, & in memoria quam desiderat anima nostra, cantica gratiarum offerunt, quasi de nocte & tenebris se manè consurgere dicentes, vtpote spiritali die ipsis illucescente.

Theodoreti. Noctem vocat tempus quod incarnationem Domini præcessit; diluculum verò propheticam prænotionem. Dies enim est diuinæ cognitionis ortus, cùm ipse Dominus lux vera & dies iustitiæ nuncupetur.

Eivsdem. Consentaneùm est vt animæ sic affectæ festinent primâ luce ad gratias agendas pro præteritis. Neque enim nox ad corporum quietem data dormiturienti quietem adferet, nisi eius adsit dispositio. Necessariò igitur istiusmodi anima matutinum tempus præoccupat, vt & pro rebus præteritis gratias agat, & ad subsecuturam diem excipiendam sese excitet. Ceterùm à Dei mandatis piorum hominum mentem illustrari clarum est. Quemadmodum enim omni verbo Dei anima nutritur,

θ΄. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ θεός, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς.

Κυρίλλου. Οἱ λέγοντες, ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἀναφέρουσιν ᾠδὰς τὰς χαριστηρίους, καθάπερ ἐκ νυκτὸς καὶ σκότους ὀρθρίζειν λέγοντες, οἷον διαυγαζούσης ἐν αὐτοῖς τῆς νοητῆς ἡμέρας.

Θεοδωρήτου. Νύκτα καλεῖ τὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸν τοῦ κυρίου· ὄρθρον δὲ τὴν προφητικὴν πρόγνωσιν. ἡμέρα γὰρ ἡ τῆς θεογνωσίας ἀνατολή, καὶ αὐτὸς ὁ κύριος φῶς ἀληθινὸν καὶ ἡμέρα δικαιοσύνης ὠνόμασται.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἀκόλουθον οὕτω διακειμένας ψυχὰς σπεύδειν ἐν τοῖς ὄρθροις ἀποδιδόναι τὰς εὐχαριστίας ὑπὲρ τῶν παρελθόντων. οὐδὲ γὰρ νὺξ εἰς ἀνάπαυσιν τῶν σωμάτων δοθεῖσα ἀναπαῦσαι δυνήσεται τὸν ἐν αὐτῇ ὑπνώττοντα, εἰ μήπου ἐκείνου συνήθημα εἴη. ἀναγκαίως οὖν ἡ τοιαύτη ψυχὴ καὶ τοὺς ὄρθρους προλαμβάνει, ἵνα καὶ περὶ τῶν παρεληλυθότων εὐχαριστήσῃ, καὶ περὶ τῆς μελλούσης αὐτὸν διαδέξασθαι ἡμέρας παρακαλέσῃ. ὑπὸ δὲ τῶν προσταγμάτων τοῦ θεοῦ φωτίζεσθαι τὴν διάνοιαν τῶν εὐσεβῶν εὔδηλον. ὥσπερ γὰρ ἐν παντὶ ῥήματι θεοῦ τρέφεται ἡ ψυχή,

οὕτω

Digitized by Google

οὕτω καὶ ἐν παντὶ προστάγματι καταυγάζεται καὶ φωτίζεται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Φῶς γάρ εἰσι τὰ προστάγματα λύοντα τὸ τῆς ἀγνοίας σκότος.

Δικαιοσύνην μάθετε οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν, ἐπίγνωτε τὸν ἀληθῶς υἱὸν, καὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ κύριον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σπουδὴ τοίνυν ἑκάστῳ ἔστω καὶ μελέτη τὸ δικαιοσύνην μαθεῖν. οὐδὲ γὰρ ὥς ἕν τι τῶν ἐν τῇ φύσει κειμένων καὶ τοῦτο ἡμῖν συμπέφυκεν, ἵν' ἀμελετήτως αὐτὸ ἔχωμεν· ὥσπερ οὖν τὸ βλέπειν ἢ βαδίζειν· ἀλλ' ἑκάστῳ χρεία σπουδῆς πρὸς τὸ ἀποστῆναι μὲν τὴν διάνοιαν ἀδικίας, προσλαβεῖν δὲ δικαιοσύνην. ἰδοὺ γὰρ οἱ ἐν ἀσεβείᾳ ζήσαντες ἐκποδὼν γεγόνασιν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἐστὶν ἀληθείας ἐργάτην εὑρεθῆναι τὸν μὴ δικαιοσύνην μελετήσαντα.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἔοικε τοῦτο τῇ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. ὁ μὲν γὰρ ἐν γράμμασι νόμος πεπαιδαγώγηκε μόνον τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραήλ. ὁ δέ γε κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ τῆς ἡμερότητος ἁπλώσας λίνον ὅλην τὴν οἰκουμένην σεσαγήνευκε τὴν ὑπ' οὐρανόν. εἰκότως οὖν ἄρα καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν συμβουλεύει λέγων, ὅτι χρὴ μανθάνειν αὐτοὺς τὴν δι' αὐτοῦ λαληθεῖσαν δικαιοσύνην, τουτέστι τὴν Εὐαγγελικήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔδει γὰρ τοῖς ἅπαξ ἀπεγνωκόσιν ὅτι φῶς εἰσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ συμφέροντος εἴδησιν ἐνεῖναι. παρ' αὐτοῦ οὖν τοίνυν οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ γῆς μάθετε δικαιοσύνην.

ι. Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβὴς πᾶς· ὃς οὐ μὴ μάθῃ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσει.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οἰχήσεται γάρ, φησιν, εἰς ἀπώλειαν, καὶ οἷον ἀποσβεσθήσεται (τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ πέπαυται δηλοῦν) πᾶς ὅστις μὴ προσδέξεται τῆς δικαιοσύνης τῆς εὐαγγελικῆς τὴν εἴδησιν, καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ τὴν ἀλήθειαν. ἀλήθειαν δὲ πάλιν ἀποκαλεῖ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν καὶ λατρείαν. σκιὰν

sic etiam omni mandato illustratur atque illuminatur.

CATENA PATRVM.

BASILII. Lux enim sunt mandata quæ ignorantiæ tenebras dissoluunt.

Iustitiam *discite qui habitatis super terram.

* Vulgata discent habitatores orbis.

CYRILLI. Id est, Agnoscite verè Filium, & vniuersorum conditorem ac Dominum.

THEODORETI. Cuilibet igitur studium & meditatio sit iustitiam discere. Non enim sicut vnum quid rerum naturalium sic etiam hoc innatum est nobis, vt sine meditatione iustitiam habeamus; sicut v. g. videre aut ambulare; sed cuilibet studio opus est ad mentem ab iniustitia seiungendam, & ad iustitiam acquirendam. Ecce enim qui in impietate viuunt euanuerunt. Nam fieri non potest vt inueniatur virtutis operarius qui non meditatus sit iustitiam.

CYRILLI. Simile est hoc isti voci Dauidis, *Audite hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram.* Lex enim solùm carnalem Israëlem in litteris instruebat. Dominus verò noster Iesus Christus cùm mansuetudinis rete explicasset, vniuersum orbem qui sub cælo est cepit. Meritò igitur omnibus per vniuersam terram dispersis consulit dicens, oportere ipsos discere iustitiam ab ipso dictatam, scilicet Euangelicam.

Psal. ...

EIVSDEM. Oportebat enim ijs qui semel mandata eius in terra lumen esse cognouerant vtilitatis huius notitiam inseri. Ab ipso igitur ô vos qui super terram habitatis iustitiam discite.

10. * Cessauit enim impius omnis: qui non didicerit iustitiam super terram veritatem non faciet.

* Vulgata Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit.

CYRILLI. Abibit enim, inquit, in interitum, & quodammodò extinguetur (hoc namque existimo significare illud *Cessauit*) quisquis Euangelicæ iustitiæ scientiam non susceperit, & qui non fecerit veritatem. Rursus verò veritatem appellat virtutem illam quâ in Christo viuitur, & adorationem atque cultum in spiritu ac veritate. Lex enim

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

enim vmbram habet futurorum bonorum, & non ipsarum imaginem rerum in veritate. Christus verò eiusdemque oracula meritò intelligi possunt iustitia & veritas.

Evsebii. Pro isto autem *Cessauit impius*, Aquila quidem & Theodotion *Misericordiam consecutus est impius* interpretati sunt, Symmachus verò, *Donatum est impio.* Hortatur autem sermo impios festinare ad pœnitentiam. Confidentes etiam eis qui præoccupati fuerint in impietatibus postquam resipuerint, cùm benignus sit, misericordiam largiturum. At si quis prædicationi non obediuerit, neque iustitiam didicerit, neque operatus fuerit veritatem, tolletur è viuis, & non videbit gloriam Domini.

Theodoreti. Nam diaboli tyrannide per Dominicum aduentum euersâ facilior fuit virtutis executio: ille autem nihil inde emolumenti accepit.

* Vulgata Et non videbit

* Tollatur impius vt non videat gloriam Domini.

Cyrilli. Huiusmodi est illud quod à Christo Iudæorum populis dictum est: Ioan. 8, 24. *Amen amen dico vobis, quoniam si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini.* Et iterùm: Ioan. 3, 18. *Qui credit in Filium non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.* Qui autem semel condemnatus, & in proprijs peccatis mortuus est, quomodo videre possit gloriam Domini? Qui enim non fuerit Christo confixus cruci, nullo modo quoque gloriæ eius particeps erit, neque videbit sortem Sanctorum.

Theodoreti. Non cernet enim immarcescibile illud lumen, quod Sanctis præparatum est.

Theodori Heracleotæ. Accipiuntur hæc etiam in diabolum & in ingratos Iudæos, vt qui plurimis affecti beneficijs adhuc mentis oculum claudere pergunt. Nam cùm Dominus noster Iesus Christus aduenisset, & Gentes credidissent, ipsi non modò benefactori suo ingrati extiterunt, verùm etiam malo zelo succensi comburi maluerunt, quàm Gentes videre saluas.

* Vulgata exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur

11. Domine * excelsum est bra-

γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ οὐ κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων ἐν ἀληθείᾳ. Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα νοοῖτ' ἂν εἰκότως δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια.

Ευσεβιου. Ἀντὶ δὲ τοῦ πέπαυται ὁ ἀσεβὴς, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων ἠλεήθη ἀσεβὴς ἡρμήνευσαν, ὁ δὲ Σύμμαχος ἐδωρήθη ἀσεβής. προτρέπει δὲ ὁ λόγος τοὺς ἀσεβεῖς σπεύδειν ἐπὶ μετάνοιαν. θαῤῥοῦντες ὅτι καὶ τοὺς προληφθέντας ἐν ἀσεβείαις μετανοήσαντας, φιλάνθρωπος ὤν, ἐλεήσει. εἰ δὲ μὴ πειθῇ τίς τῷ κηρύγματι, μηδὲ μάθῃ δικαιοσύνην, μηδὲ ἐργάσαιτο ἀλήθειαν, ἀρθήσεται ἐκ ζώντων, καὶ οὐκ ὄψεται τὴν δόξαν κυρίου.

Θεοδωρητου. Τῆς γὰρ τοῦ διαβόλου τυραννίδος διὰ τῆς δεσποτικῆς ἐπιφανείας καταλυθείσης ῥάων γέγονε τῆς ἀρετῆς ἡ κατόρθωσις· ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώνατο.

Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου.

Κυριλλου. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσπεφωνημένον· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. Καὶ πάλιν· Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ ἅπαξ κατακεκριμένος, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐναποθανὼν ἁμαρτίαις, πῶς ἂν ἴδοι τὴν δόξαν κυρίου; οὐ γὰρ συνεσταύρωται Χριστῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης κατ' οὐδένα τρόπον μετεχηκὼς, οὐκ ὄψεται τῶν ἁγίων τὸν κλῆρον.

Θεοδωρητου. Οὐκ ὄψεται γὰρ τὸ ἀκήρατον φῶς, τὸ τοῖς ἁγίοις ηὐτρεπισμένον.

Θεοδωρου Ηρακλειας. Ἐκλαμβάνεται ταῦτα καὶ εἰς τὸν διάβολον καὶ εἰς τοὺς ἀγνώμονας Ἰουδαίους, ὡς πολλῶν μὲν εὐεργεσιῶν τυχόντας ἔτι δὲ τὸ ὄμμα τῆς διανοίας καταμμυκότας. τοῦ γὰρ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημήσαντος, καὶ τῶν ἐθνῶν πιστευσάντων, οὗτοι οὐ μόνον περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμονες γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ ζήλῳ πονηρῷ ἐκκαιόμενοι περικαυστοὶ γενέσθαι ἠβούλοντο, εἴπερ ὁρᾶν τὰ ἔθνη σωζόμενα.

ια΄. Κύριε ὑψηλός σου ὁ βραχίων,

Digitized by Google

χίων, καὶ οὐκ ἤδεισαν· γνόντες δὲ αἰσχυνθήσονται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Βραχίονα δὲ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καλεῖ τὴν ζῶσαν καὶ ἐνυπόστατον αὐτοῦ δύναμιν, τουτέστι τὸν υἱόν· ὃν ἐσταύρωσαν μὲν οἱ Ἰουδαῖοι ὡς ἄνθρωπον ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς· ἐπειδὴ δὲ ἐκ νεκρῶν ἀνεβίω πατήσας, τοῦ θανάτου τὸ κράτος τότε μόλις ἐγνώκασιν ὅτι θεὸς ἦν ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὑψηλὸν γὰρ ὄντα τὸν υἱὸν οὐκ ἐπέγνωσαν Ἰουδαῖοι· ἀλλ' ὁρῶντες ἄνθρωπον οὐ συνῆκαν ὅτι θεὸς ἦν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τῇ μὲν γὰρ ἀξίᾳ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς, καὶ ὡς ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, μέγας καὶ ὑψηλὸς καὶ παναλκής ἐστιν ὁ βραχίων τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ὁ δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε θεὸς λόγος· ἐπειδὴ δὲ ὤφθη μετὰ σαρκὸς ἠγνοήκασιν αὐτοῦ τὴν δόξαν. πλὴν αἰσχυνθεῖεν, φησιν, ὅτι τὸν ζωοποιὸν τοῦ θεοῦ λόγον οὐκ ἔμαθον. τίνα τρόπον; αὐτοὶ γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτόνασι, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἠρνήσαντο. ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ διαρρήξας τριήμερος ἀνεβίω Χριστὸς, καὶ τοῦτον ἐπεγνώκασι, μᾶλλον οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ταπεινοὶ γὰρ ὄντες οἱ ἀσεβεῖς, καὶ μακρὰν ἀφεστηκότες τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, ἐν σκότῳ τῆς ἀγνοίας ἐκαλινδοῦντο· ἀλλὰ τῆς καθόλου γνώσεως ἐπιστάσης θεασάμενοι τὸν ὑψηλὸν βραχίονα, οἱ πάλαι αὐτὸν ὡς μὴ ὄντα βλασφημήσαντες, παύσονται τῆς ἀπονοίας αἰσχύνην καταχεόμενοι.

Ζῆλος λήψεται λαὸν ἀπαίδευτον·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Αἰνίττεται δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς, μὴ παραδεδεγμένους τὴν διὰ Χριστοῦ χάριν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόπεμπτοι μὲν γεγόνασιν αὐτοὶ, καὶ ἐμβέβληνται τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος, καὶ ἀπεδείχθησαν μὲν ἀλλότριοι τῶν ἐπαγγελιῶν· προσελήφθη δὲ τὰ ἔθνη. ταύτητοι καταβρύχονται τῷ ζήλῳ, καὶ οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανώμενοι τοῦ τῆς βασκανίας δηλονότι διατελοῦσι δείλαιοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοὺς Ἰουδαίους αἰνίττεται, διὰ ζῆλον δῆθεν τῷ σταυρῷ τὸν κύριον

chium tuum, & neſcierunt; ſcientes autem confundentur.

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Brachium autem Dei vocat viuentem & ſubſiſtentem eius virtutem, id eſt Filium: quem Iudæi quidem quando ſecundùm nos natus fuit vt hominem crucifixerunt: poſtquam verò è mortuis reuixit, mortis imperio conculcato vel tum vix cognouerunt Deum fuiſſe in carne propter nos.

EIVSDEM. Nam Filium excelſum eſſe minimè cognouerunt Iudæi; ſed cùm hominem viderent non ſciuerunt eſſe Deum in noſtra ſpecie, & ſemetipſum exinaniuiſſe formâ ſerui aſſumptâ.

EIVSDEM. Dignitate enim propriæ excellentiæ, & tamquam in gloria Deo competente, magnum & ſublime & omnipotens eſt Patris brachium, hoc eſt Deus Verbum, per quod omnia facta ſunt: poſtquam autem in carne apparuit gloriam eius ignorarunt. Verumtamen confundantur, inquit, quia viuificum Dei verbum non didicerunt. Quî ſic? Ipſi namque vitæ auctorem interfecerunt, & ſanctum Iſraël negauerunt. Sed poſtquam mortis vincula diſrumpens tertiâ die Chriſtus in vitam redijt, hunc cognouerunt, præſertim Iudæorum præceptores.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Cùm enim impij viles & abiecti eſſent, & longè à Dei cognitione diſtarent, in ignorantiæ ſuæ tenebris volutabantur: ſed cùm vniuerſalis ſcientiæ præſidis altum brachium vidiſſent, qui olim ipſum tamquam non exiſtentem execrabantur, ab hac dementia ceſſabunt rubore ſuffuſi.

* Zelus apprehendet populum ineruditum:

* Vulgata Zelantes populi.

EIVSDEM. Tacitè innuit eos qui ex circumciſione erant, qui per Chriſtum gratiam minimè acceperunt.

CYRILLI. Quandoquidem enim ſcelerati quidem ipſi facti ſunt, & à ſpe in Chriſtum deiecti, à promiſſionibus quoque alieni declarati ſunt; Gentes verò aſſumptæ fuerunt. Ideò miſeri zelo conſumuntur, & veluti ab igne ſcilicet inuidiæ abſumuntur.

THEODORI. Iudæos inſinuat, qui nimirum præ zelo cruci Dominum affixerunt.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Rom. 10, 2.

fixerunt. Hoc etiam diuinus Apostolus ait: *Testimonium enim perhibeo illis quod æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam.*

* Vulgata ignis hostes tuos deuorer.

Et * nunc ignis aduersarios comedet.

Evsebii. Quoniam lucem non admiserunt tradentur igni ac tenebris, vtpote obnoxij sententiæ dicenti: *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.*

* Vulgata dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

12. Domine * Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

Cyrilli. Da igitur nobis Domine vt tecum pacem habeamus, vtque de medio sublato impuro & detestabili peccato spiritaliter tibi vniamur per mediatorem Christum. Istiusmodi est illud quod per Pauli vocem rectè dicitur: *Iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.*

Rom. 5, 1.

Eivsdem. Ipsum nempe Christum petunt: *Ipse enim est pax nostra* secundùm Scripturas, & per ipsum cum Deo & Patre coniuncti sumus, videlicet per familiaritatem spiritalem. Est autem donum verè diuinitus datum, & per cælestem liberalitatem proueniens.

Ephes. 2, 14.

Eivsdem. Si enim, inquit, largiaris nobis pacem, omni bono pleni erimus, & reportabimus à te perfectam gratiarum communicationem.

Evsebii. Nam bona quidem sunt etiam omnia alia quæ à te sunt; sed maximum donum quod à te habemus est pax cum nobis ipsis, vt sine seditione tecum simus, & anima nostra tecum pacata custodiatur. Hoc autem fieri poterit, si dignatus fueris nos tui ipsius propriam possessionem efficere; quoniam & nos neminem alium nouimus, & soli nomini tuo confidimus. Quoniam igitur neminem alium in vita possedimus præter te, iure precamur vt mereamur esse tua pars & hereditas. Hîc retributionem vocat pœnam inflictam pro merito peccatorum. Dum autem, inquit, iustè illorum omnium pœnam pendimus, & tamquam debitum persoluimus, redde nobis Filium tuum vnigenitum. Neque enim alius aliquis erit nostra medicina, nisi

προσειλήφασι. τοῦτο καὶ ὁ θεῖός φησιν Ἀπόστολος· Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

Καὶ νῦν πῦρ τοὺς ὑπεναντίους ἔδεται.

Ευσεβιου. Ἐπειδὴ τὸ φῶς οὐκ ἐδέξαντο παραδοθήσονται τῷ πυρὶ καὶ τῷ σκότει, ὡς ἂν ἀποφάσει ὑποβληθησόμενοι τῇ λεγούσῃ· πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

ιβ'. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν εἰρήνην δὸς ἡμῖν· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν.

Κυριλλου. Δὸς τοίνυν ἡμῖν δέσποτα τὸ εἰρηνεῦσαι πρὸς σέ, καὶ ἐκ μέσου γενομένης τῆς βεβήλου καὶ βδελυρᾶς ἁμαρτίας ἑνωθῆναί σοι πνευματικῶς διὰ μεσίτου Χριστοῦ. τοιοῦτόν ἐστι τὸ διὰ τῆς Παύλου φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον· δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Του αυτου. Καὶ γὰρ αὐτὸν αἰτοῦσι Χριστόν· Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς, καὶ δι' αὐτοῦ συνήφθημεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' οἰκειότητος, δηλονότι πνευματικῆς. ἔστι δὲ τὸ χρίσμα θεόσδοτον ἀληθῶς, καὶ διὰ τῆς ἄνωθεν φιλοτιμίας ἐρχόμενον.

Του αυτου. Εἰ γὰρ χαρίσαιο, φησί, τὴν εἰρήνην ἡμῖν, παντὸς ἐσόμεθα πλήρεις ἀγαθοῦ, καὶ ἀπειλήφαμεν τὴν παρὰ σοῦ χαρισμάτων πλειοτάτην τὴν μέθεξιν.

Ευσεβιου. Καλὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄλλα παρὰ σοῦ πάντα· τὸ δὲ μέγιστον δῶρόν ἐστιν ἡ παρὰ σοῦ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς εἰρήνη τυγχάνει, ἵν' ἀστασίαστοι ὦμεν πρὸς σέ, καὶ εἰρηνεύουσα πρὸς σὲ διαφυλάττοιτο ἡμῶν ἡ ψυχή. τοῦτο δ' ἂν γένοιτο, εἰ καταξιώσειας κτῆμα σ' αὐτοῦ ἴδιον ποιήσασθαι ἡμᾶς· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἄλλον τινὰ οἴδαμεν, καὶ μόνῳ τῷ ὀνόματί σου πεθαρρήκαμεν. ὅτι τοίνυν οὐδένα ἕτερον ἐκτήμεθα ἐν τῷ βίῳ ἢ σέ, εἰκότως ἀντιβολοῦμεν τῆς σῆς καταξιωθῆναι μερίδος καὶ τοῦ σοῦ κλήρου. ἐνταῦθα τὴν ἀνταπόδοσιν λέγει τὴν κατ' ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων ἐπαχθεῖσαν δίκην. ἐκείνων γὰρ πάντων, φησίν, ἡμῖν δικαίως ἀνταποδοθέντων, καὶ ὥσπερ χρέος ἐκτισάντων, ἀπόδος ἡμῖν τὸν μονογενῆ υἱόν σου. οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις ἔσται ἴαμα ἡμῶν, ἢ ὁ μονο-

Digitized by Google

μονογενής σου υἱὸς παραγενόμενος ἐπὶ γῆς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν σὴν ἠσπασάμεθα δεσποτείαν, μὴ ἐκπέσοιμεν σου τῆς προμηθείας· οὐδὲ γὰρ ἄλλον ἴσμεν θεόν. ταῦτα καὶ τὴν Εὐνομίου ἐλέγχει παραπληξίαν. πῶς γὰρ δύνανται λέγειν, ἐκτός σου ἄλλον θεὸν οὐκ οἴδαμεν, κτιστὸν θεὸν τὸν υἱὸν ὀνομάζοντες; ἡμεῖς δὲ μίαν οὐσίαν τῆς τριάδος κηρύττομεν λέγοντες, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν.

ιγ'. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν κτῆσαι ἡμᾶς· κύριε ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Μονοτρόπους γὰρ εἶναι χρὴ καὶ θεῷ μόνῳ κατεζευγμένους, τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ αὐτὸν εἰδέναι μόνον, καὶ ἑτέρου παντελῶς ψευδωνύμου θεοῦ μηδ' ἐπὶ γλώττης τὸ ὄνομα φέρειν· δεῖ γὰρ αὐτὸν ὀνομάζειν μόνον, ὅτι αὐτός ἐστιν ἐφ' ἡμᾶς φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ θεός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Ὅτι μὲν ἡ πάντων δεσποτεία πρόσηκε τῷ θεῷ παντὶ τῷ δῆλον. καὶ οὐκ ἄν τις ὑπονοήσειεν ἐκτὸς τῆς δεσποτείας τοῦ θεοῦ εἶναι τινάς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Τὸ οὖν κτῆσαι ἡμᾶς ἐνταῦθα λέλεκται, ὡς ἂν εἴπῃ· ὅτι διὰ τῆς τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ παρουσίας λυτρωσάμενος ἡμᾶς οἰκείωσας, καὶ περιποίησας νεκρωθέντας ταῖς ἁμαρτίαις. ἡμεῖς μὲν οὖν, φησι, σοί ἐσμεν κύριε, καὶ σὺ τὸ ἡμέτερον ὑπάρχεις κτῆμα. οἱ δὲ ταῖς πρὸς θάνατον ἁμαρτίαις ἑαυτοὺς ἐκδόντες, καὶ διὰ τοῦτο νεκροὶ τὰς ψυχὰς γενόμενοι (ψυχὴ γὰρ ἡ ἁμαρτάνουσα αὕτη ἀποθανεῖται) τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς ἁγίοις αἰώνιον ζωὴν οὐκ ὄψονται· οὐδὲ ἰατροὶ ποθὲν ἐπιστάντες κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν δυνήσονται αὐτοῖς ἐπικουρῆσαι πρὸς σωτηρίαν, οὐδὲ ἀναστῆσαι αὐτῶν τὴν πτῶσιν. οὓς γὰρ σὺ ὁ μέγας καὶ φοβερὸς καὶ δίκαιος κριτὴς παρέδωκας ἀπωλείᾳ, τίς ἰατρῶν διασώσασθαι δυνήσεται;

ιδ'. Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν·

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπειδὴ δὲ δεῖ κατὰ ῥοῦν ἰέναι τὸν λόγον, καὶ τῆς προφητικῆς ἀκριβείας ἀπογυμνοῦν τὸν σκοπὸν, ἐκεῖνο φαμὲν ἀναγκαίως· νεκροί τινές εἰσι, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως κατὰ τὴν σάρκα, νενεκρωμένοι δὲ μᾶλλον ὑπὸ φιληδονίας κοσμικῆς, καὶ ζωὴν οὐκ ἔχοντες τὴν

vnigenitus Filius tuus super terram aduemens.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Tuum imperium amplexati sumus, ne excidamus à tua prouidentia: neminem enim alium agnouimus Deum. Atque hæc Eunomij vesaniam redarguunt. Quomodo enim dicere possint, Præter te alium non agnouimus, cùm Filium creatum Deum nominent? At nos vnam substantiam Trinitatis prædicamus dicentes, Extra te alium non nouimus.

13. Domine Deus noster* posside nos: Domine extra te alium nescimus, nomen tuũ nominamus.

* *Vulgata* possederunt nos domini absque te, tantùm in te recordemur nominis tui.

CYRILLI. Non simplices esse oportet & soli Deo coniunctos, & pacatos cum ipso, vt & ipsum solum cognoscamus, nec aliud omnino falsi Dei nomen vel in ipsa lingua feramus: siquidem ipsum solum oportet nominare, quandoquidem ipse super nos Deus & naturâ & veritate existit.

THEODORI HERACLEOTÆ. Omnium quippe imperium Deo congruere cuilibet planum est. Et nemo suspicari possit extra Dei imperium aliquos existere.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Istud igitur *Posside nos* hîc dictum est, ac si dicat: Quoniam cùm per vnigeniti Filij tui aduentum nos redemisses familiares fecisti, & vendicasti mortuos peccatis. Nos itaque, inquit, tui sumus Domine, & tu nostra possessio es. Qui verò mortalibus peccatis seipsos mancipanunt, & propterea mortui secundùm animam effecti sunt (*Anima enim quæ peccauerit ipsa morietur*) vitam sempiternam Sanctis promissam haudquaquam cernent: neque Medici alicunde adstantes iudicij tempore ad salutem ijs præsidio esse poterunt, neque lapsum eorum erigere. Quos enim tu magne & formidabilis & iuste Iudex ad interitum damnasti, quis Medicorum seruare poterit?

Ezech. 18, 20.

14. * Mortui autem vitam non videbunt:

* *Vulgata* Morientes non viuant:

CYRILLI. Cùm autem oporteat suo fluxu procedere sermonem, & propheticæ accurationis scopum declarare, illud necessariò dicimus: Mortui aliqui sunt, & non penitus secundùm carnem, sed potiùs à mundanis voluptatibus occisi, cùm vitam

vitam

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

vitam in Christo sanctam atque Euangelicam minimè habeant. Verumtamen, inquit, tales extra te minimè participes esse possunt vitæ aut gratiæ viuificantis.

Et iterum. Qui solùm cognoscunt eum qui naturâ & verè Deus est, & nominant nomen eius hoc ipsum dicentes, *Domine extra te alium nescimus*; simul & istud necessariò dicent, *Mortui vitam non videbunt:* hoc est perfidi Iudæi.

Theodoreti. Qui enim per peccata mortui sunt haudquaquam te videbunt. Nam cùm mortuorum alij secundùm naturam mortui sint, alij suaipsorum membra voluptatibus & malas cogitationes secundùm Deum mortificauerint, hoc loco de contrarijs mentionem facit, nimirum de his qui totam vitalem rectè agendi vitam abiecerunt, & semetipsos Deo præ multitudine peccatorum mortuos exhibuerunt; hi non possunt à Medicis curari, neque vbi corpore mortui fuerint resurgere, quòd præ multitudine peccatorum & prauis facinoribus viuificantem iustitiam abiecerint. Quapropter tu benigne Deus bonitate motus contriuisti peccatores.

Eivsdem. Mortuos vocat eos qui bonis operibus mortui sunt. sic enim etiam Dominus ait: *Sine mortuos sepelire mortuos suos.*

Matth. 8.

Severi. Per virtutem eius qui propter nos humanitatem suscepit, & in carne passus est, & à mortuis resurrexit, & huius spei nobis primitias largitus est, quod impossibile erat possibile fiet, & mortui resurgent.

* Neque Medici suscitabunt.

* Vulgata Gigantes non resurgant.

Cyrilli. Rursus autem qui ab animi morbis liberant eos qui in ipsos inciderunt (qui Medici spiritales meritò intelligi possunt) sine te nullum ab infirmitatibus poterunt erigere. Medicos verò spiritales dicimus esse sanctos Prophetas, & Apostolos & Euangelistas, qui per supernam gratiam & per ministerium in spiritu abundantes, verbo quod sanare potest, à peccato & à diaboli sæuitia vulneratos curant.

Eivsdem. Omnia enim nobis à Deo proueniunt, atque ipse iuxta quod scriptum est fecit è terra medicinas.

ἁγίαν τὴν ἐν Χριστῷ τε καὶ Εὐαγγελικήν. ἀλλ' ἐκτός σου, φησὶν, οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἂν μεταλάχοιεν τῆς ζωῆς ἤτοι τῆς ζωοποιούσης χάριτος.

Καὶ πάλιν. Οἱ μόνοι εἰδότες τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν, ὀνομάζοντές τε τὸ ὄνομα αὐτοῦ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες, Κύριε ἐκτός σε ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· συνείρουσιν ἀναγκαίως τὸ, οἱ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσι· τουτέστιν οἱ ἀπιστήσαντες τῶν Ἰουδαίων.

Θεοδωρήτου. Οἱ γὰρ νενεκρωμένοι ταῖς ἁμαρτίαις οὐ μήποτε θεάσονταί σε. νεκρῶν γὰρ ὄντων τῶν κατὰ φύσιν γινομένων νεκρῶν, καὶ νεκρῶν τῶν νεκρωσάντων τὰ ἑαυτῶν μέλη ταῖς ἡδοναῖς καὶ τὰ κακὰ διανοήματα κατὰ θεὸν νεκρωσάντων, ἐνταῦθα τῶν ἐναντίων μέμνηται, τῶν ἀποβαλόντων μὲν πᾶσαν ζωτικὴν δικαιοπραγίας ζωὴν, νεκρωσάντων δὲ ἑαυτοὺς τῷ θεῷ ὑπὸ πλήθους τῶν ἁμαρτιῶν· οὓς οὐκ ἔστιν ἴασιν δέξασθαι παρὰ ἰατρῶν, ἤτοι τῷ σώματι νεκρωθέντας ἀναστῆναι, καὶ ὑπὸ πλήθους ἁμαρτιῶν καὶ κακοπραγίας ἀποβεβληκότας τὴν ζωοποιὸν δικαιοσύνην. διὸ καὶ φειδόμενος ὁ θεὸς καὶ ἀγαθότητι κινούμενος ἐνέκοψας ἁμαρτάνουσιν.

Τοῦ αὐτοῦ. Νεκροὺς καλεῖ τοὺς τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις νενεκρωμένους. οὕτω γὰρ καὶ ὁ κύριος ἔφη· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

Σεβήρου. Τῇ δυνάμει τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, καὶ παθόντος σαρκὶ, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρξαμένου ταύτης τῆς ἐλπίδος ἡμῖν, τὸ ἀδύνατον γενήσεται δυνατὸν, καὶ ἀναστήσονται οἱ νεκροί.

Οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσιν.

Κυρίλλου. Ἐκτός σου δὲ πάλιν οἱ τῶν ψυχικῶν ἀῤῥωστημάτων ἀπαλλαττόμενοι οὔτε τοὺς ἐναλόντας αὐτοῖς (οἱ καὶ ἰατροὶ πνευματικοὶ νοοῖντ' ἂν εἰκότως) οὔτέ τινα τῶν ἀῤῥωστημάτων ἀναστήσειαν. ἰατροὺς δὲ φαμὲν εἶναι πνευματικοὺς τοὺς ἁγίους προφήτας, Ἀποστόλους τε καὶ Εὐαγγελιστὰς, οἱ διὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος καὶ ἐν πνεύματι χορηγίας τὸν ἰάσασθαι δυνάμενον καταπλουτοῦντες, λόγον θεραπεύουσι τοὺς τετραυματισμένους, ὑπό τε ἁμαρτίας καὶ τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος.

Τοῦ αὐτοῦ. Πάντα γὰρ ἡμῖν παρὰ θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν ἐκ τῆς γῆς φάρμακα κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰκὸς δὲ δή τι καὶ ἕτερον τὸν προφητικὸν αἰνίττεσθαι λόγον. ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἰσοσθενῆ καὶ ἰσοκλεᾶ τῷ φύσαντι καταδεικνὺς ἑαυτὸν, ἀνέστη μὲν ἐκ μνημάτων τοὺς νεκροὺς, τοὺς δὲ ἐν ἐσχάταις ὄντας ἰᾶτο νόσοις· ἀλλὰ καίτοι τῶν οὕτω παραδόξων ἀποτελεστὴς γεγονὼς, οὐ τετίμηται παρὰ τῶν θεαμένων, ἐδίωκόν τε καὶ οὕτως αὐτὸν, οἱ τῶν Ἰουδαίων μάλιστα καθηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι. τοίνυν ἐκτός σου, φησὶν, οὐκ ἂν ἴδοιεν ζωὴν οἱ νεκροί· σὺ γὰρ εἶ καὶ μόνος ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος· οὐδ' ἀναστήσειεν ἐκ μνημάτων ἰατρὸς οὓς ἀνέστησας αὐτός. ἠπίστησαν δὲ καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι, καὶ ἀκαθέκτως λελυπήκασιν, οὓς ἦν εἰκὸς καὶ πρὸ γε τῶν ἄλλων ἔσεσθαι πιστούς.

EIVSDEM. Ceterùm verosimile est etiam aliud vaticinationis sermonem nobis innuere. Nam cùm Dominus noster Iesus Christus eiusdem se cum genitore potentiæ & gloriæ ostendisset, mortuos è monumentis suscitauit, & eos qui extremis morbis laborabant sanauit: ceterùm cùm tantorum miraculorum auctor existeret, ab ijs qui ea videbant nequaquam honorabatur, imò tantò magis ipsum persequebantur, præsertim Iudæorũ Doctores ac præceptores. Sine te igitur, inquit, mortui vitam videre minimè valent; quoniam tu solus es qui viuificare potest: neque Medicus è monumentis suscitare posset quos tu ipse resuscitasti. Attamen etiam post hæc adhuc in perfidia perstiterunt, & mœrore affecti sunt vehementer, quos præ ceteris credere par fuerat.

CATENA PATRVM.

Διὰ τοῦτο ἐπήγαγες καὶ ἀπώλεσας,

* Idcircò induxisti & perdidisti,

* Vulgata Propterea visitasti & contriuisti eos.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Σημαίνει ὅτι φειδόμενος αὐτῶν ὁ θεὸς τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς αὐτῶν ὑπετέμετο, ἵνα μὴ εἰς χρόνον μακρὸν παραμένοντες συμπαρεκτείνωνται τῇ κακίᾳ, καὶ αὔξωσιν αὐτῶν τὴν πονηρίαν. διὰ γὰρ ἀγαθότητα ὁ θεὸς καὶ χρόνους ὁρίζει εἰς τιμωρίαν· τοῦτο μὲν μετὰ ἑκατὸν εἴκοσι (ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ) τοῦτο δὲ ἑξήκοντα ἔτη. καὶ δι' αὐτοῦ τούτου τοῦ προφήτου καὶ πρὸ τῆς προθεσμίας εἰσάγει τὴν δίκην, ἐκκόπτων αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ παύων αὐτοὺς τῆς παρανομίας ἀμεταγνώτως νοσοῦντας. διό φησιν ὁ νδ' ψαλμός· Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν. καὶ πάλιν· Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν.

THEODORI HERACLEOTÆ. Significat Deum vt ipsis parceret tempus vitæ ipsorum intercidisse, ne in diuturnum tempus permanentes malitię coëxtenderentur, & prauitatem suam augerent. Deus enim per suam bonitatem etiam tempora præfinit ad pœnam; illud quidem post centum & viginti (vt in diluuio) hoc verò sexaginta annos. Et iuxta hunc Prophetam etiam ante præsignatum tempus supplicium infert, vt eorum peccata elidat, & à delictis cessare faciat eos qui impœnitentiâ laborabant. Idcircò quinquagesimus quartus Psalmus ait: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* & iterùm: *Ne reuoces me in dimidio di⸗rum.*

Psal. 101.

Καὶ ἦρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν.

* Et tulisti omne masculum eorum.

* Vulgata Et perdidisti omnem memoriam eorum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ καὶ ἦρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν ὁ Σύμμαχος, πᾶσαν τὴν μνήμην αὐτῶν· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων πᾶν τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἡρμήνευσαν. ἔδει γὰρ πᾶσαν μνήμην κακίας ἀρθῆναι κατὰ τὸν δηλούμενον τῆς κρίσεως καιρόν. εἰ δὲ λέγοιτο πᾶν ἄρσεν αὐτῶν, πολλὴν εἰσάγει φιλανθρωπίαν ὁ λόγος, ὡς αὐτῶν μὲν τῶν ἡμαρτηκότων μὴ μελλόντων ἀφανίζεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ παντελὲς ἀπόλλυσθαι, τῶν δὲ γεννημάτων αὐτῶν, οὕτω δηλουμένων ὧν ἡ ψυχὴ αὐτῶν γεγέννηκε λογισμῶν πονηρῶν· τούτων γὰρ ἀφανισμὸν γενήσεσθαί φησι.

EIVSDEM. Symmachus autem pro *Et tulisti omne masculum eorum, omnem memoriam eorum*; Aquila verò & Theodotion *omne memoriale eorum* interpretati sunt. Oportet enim manifestato iudicij tempore omnem malitiæ memoriam auferri. Si verò dicatur *Omne masculum eorum,* multam benignitatem hic sermo infert, nempe futurum vt ipsi peccatores minimè euanescant, neque penitus pereant, sed fructus eorum, hoc est prauæ cogitationes quas anima ipsorum peperit; has enim abolendas dicit.

CYRIL-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

CYRILLI. Hoc est præcellentem sexum, præstantissimum ordinem. Nam masculus femina longè præstantior est. Masculos verò fortasse vocat eos qui ex Iudæis validiores erant non corporis robore; sed legalium cognitione mandatorum.

ET POST PAVCA. Punitur igitur meritò masculum, id est, quod excellentiâ præstat, v. g. in fortitudine spiritali; & quod venit in scientia legali: quibus vult vt mala infligantur. Non modò enim exciderunt, verùm etiam calamitatibus traditi sunt, vastatâ eorum regione & penitus euersâ. Quos autem masculos dixerat, eosdem quoque gloriosos nuncupat, quippe veluti alijs præstantiores & excellentiores, eò quòd sacerdotij gloriâ coronati fuerint.

* Vulgatâ Indulsisti Genti Domine, indulsisti Genti: nũquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

15. * Adde eis mala Domine, adde mala gloriosis terræ.

EVSEBII. Mala quidem neque apud alios interpretes neque in Hebraico exemplari inuenimus, sed apud omnes interpretes sic legitur: *Adiecisti genti in qua glorificatus es*. Cùm autem omnes interpretes vnico consensu sic legant, restat nobis cogitandum quid apposuerit Genti. Quod quidem ex verbis Saluatoris nostri intelligemus, qui dixit: *Omni habenti dabitur, & abundabit.* Iis igitur qui res bonas habent adiunxit ea quæ ab ipso conseruata sunt: *Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.* Iis verò qui mala sibi consciuerunt rursus apponet ea quæ operibus eorum respondeant.

Matth. 25, 29.

1. Cor. 2, 9.

THEODORI HERACLEOTÆ. Hoc loco mala dicit non ea dumtaxat quæ in actionibus consistunt, sed etiam quæ ad vitam spectant: sic enim etiam accipe quando audieris *creans mala*. Significat igitur fastum eorum qui gloriosi dicebãtur per afflictiones tollendum esse.

Isaiæ 45, 7.

THEODORETI. In optatiuam appellatiuam loquendi formulam mutauit Propheta, & prædicit interitum eorum qui pios persequuntur.

* Vulgata angustia requisierũt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

16. Domine in * tribulatione recordati sumus tui: in tribulatione parua disciplina tua nobis.

CYRILLI. Cùm ex valdè magno discendi desiderio beatus Propheta contra

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστι τὸ ἡγούμενον τάγμα, ἡγεμονικώτατον τάγμα. ὡς πρὸς γὰρ τὸ θῆλυ τὸ ἄρσεν. ἄῤῥενας δὲ ἴσως καλεῖ τοὺς οἱονεὶ ἰσχυροτέρους τῶν Ἰουδαίων οὐ κατὰ τὴν τοῦ σώματος εὐεξίαν, κατὰ δὲ τὴν γνῶσιν δὲ τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων.

ΚΑΙ ΜΕΤ ΟΛΙΓΑ. Κολάζεται τοίνυν εἰκότως τὸ ἄρσεν, τουτέστι, τὸ ἐν ὑπεροχῇ τίμιον, ὡς ἐν ἀνδρείᾳ τῇ πνευματικῇ· καὶ τὸ ἧκον ἐν εἰδήσει τῇ κατὰ νόμον· οἷς καὶ προστεθῆναι βούλεται κακά. οὐ γὰρ μόνον ἀποπεπτώκασιν, ἀλλὰ καὶ παραδέδονται ταῖς συμφοραῖς, καταδῃωθείσης αὐτῶν τῆς χώρας καὶ ἀνατετραμμένης εἰς ἅπαν. οὓς δὲ εἴρηκεν ἄῤῥενας, τούτους καὶ ἐνδόξους ἀποκαλεῖ, ὡς διαπρέποντας δηλονότι καὶ ὑπερκειμένους τῶν ἄλλων, διά γε τοι τὸ κατεστέφθαι τοῖς τῆς ἱερωσύνης αὐχήμασι.

ιέ. Πρόσθες αὐτοῖς κακὰ κύριε, πρόσθες κακὰ τοῖς ἐνδόξοις τῆς γῆς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὰ μὲν κακὰ οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς οὔτε ἐν τῇ ἑβραϊκῇ ἀναγνώσει εὕρομεν, κατὰ δὲ πάντας τοὺς ἑρμηνευτάς· προσέθηκας τῷ ἔθνει ἐν ᾧ ἐδοξάσθης εἴρηται. συμφώνως δὲ κατὰ πάντων τούτων ἑρμηνευσάντων τὸν νοῦν, ἕπεται νοεῖν ἡμᾶς τί προσέθηκε τῷ ἔθνει. ὅπερ νοήσομεν ἀπὸ τοῦ σωτηρίου λόγου, τοῦ φήσαντος· παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται. τοῖς μὲν οὖν ἀγαθὰ κεκτημένοις προσέθηκε παρ' αὐτοῦ τεταμιευμένα· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. τοῖς δὲ κακὰ θησαυρίσασιν ἑαυτοῖς πάλιν προσθήσει κατάλληλα τοῖς ἔργοις αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Ἐνταῦθα κακὰ λέγει οὐχὶ τὰ ἐν πράξεσι κακὰ μόνον, ἀλλὰ τὰ βιωτικά· οὕτω γὰρ καὶ ὅταν ἀκούσῃς ὁ κτίζων κακὰ ἐκλάμβανε. τὴν τοίνυν ὑπερηφανίαν τῶν λεγομένων ἐνδόξων διὰ τῶν κακῶν καθαιρεθήσεσθαι σημαίνει.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Εἰς εὐκτικὸν τὸ προσαγορευτικὸν ὁ προφήτης μετέβαλε σχῆμα, καὶ προλέγει ὄλεθρον τῶν διωκόντων τοὺς εὐσεβεῖς.

ις'. Κύριε ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου· ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλομαθείας ὁ μακάριος Προφήτης κεκινημένος

κατὰ

Digitized by Google

καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς τολμημάτων εἰρηκώς, πρόσθες κακὰ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τῆς γῆς· οὐ κατοικτείρεσθαι μᾶλλον τοὺς ἡμαρτηκότας, ἀλλ' ἐν θλίψει γενέσθαι φησί. τὸ γὰρ ἐν θλίψει μιμνῆσθαί τινα τοῦ θεοῦ διὰ πολλῶν διδασκόμεθα. συνελαύνει γὰρ ἡ θλίψις εἰς θεὸν, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν φέρει τῶν δυσπλημμελημάτων. ἐν γὰρ θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δείξας τῶν διωκόντων τὴν ταλαιπωρίαν, ἐπιδείκνυσι τῶν διωκομένων τὴν ὠφέλειαν. ἡ γὰρ θλίψις, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸν περὶ τῆς καθόλου κρίσεως τόπον θεωρεῖ ὁ προφήτης, ὡσανεὶ παρὼν τῇ κρίσει καὶ τῷ βήματι τοῦ θεοῦ παριστὰς ἐφ' οἷς ὁρᾷ· ποτὲ μὲν ἐξομολογεῖται, ποτὲ δὲ ἱκετεύει, ποτὲ δὲ εὐχαριστεῖ, ποτὲ δὲ τὰς ἀποδοθησομένας ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀμοιβὰς τοῖς ἀξίοις διέρχεται, ποτὲ δὲ τὰς κατ' αὐτῶν λέγει τιμωρίας. πάντα δὲ ταῦτα διὰ τῆς αὐτῆς γραφῆς καὶ ἡμῖν παραδίδωσιν, ὡς ἂν παιδευοίμεθα διδασκόμενοι πάνθ' ὅσα καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιλάμψεως ἔγνω. καὶ νῦν οὖν φησιν, ὅτι καιρὸς ἦν ὦ κύριε, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἠγωνιζόμεθα· πλὴν καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ θλίψει οὐκ ἦμεν σου ἀμνήμονες, ὑπ' αὐτῆς δὲ τῆς σῆς μνήμης δυναμούμενοι καρτερῶς ὑπεμένομεν, ὥστε λέγειν· θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐ καταλιμπανόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. διὰ ταύτης γοῦν τῆς θλίψεως παιδευόμεθα, εἰδότες, ὅτι ὃν ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει.

ιζ. Καὶ ὡσεὶ ὠδίνουσα ἐγγίζει τοῦ τεκεῖν, καὶ ἐπὶ τῇ ὠδῖνι αὐτῆς ἐκέκραξε·

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διὸ πάντα πόνον ὑπομένοντες ἐοικότες ἦμεν ὠδινούσῃ γυναικὶ καὶ βοὰς ἀφιείσῃ, περὶ αὐτὸ μέλλειν τὸ κατὰ γαστρὸς κυούμενοι εἰς φῶς προάγειν. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐγενήθημεν τῷ σῷ ἀγαπητῷ· τὸν γὰρ μονογενῆ σου λόγον ἔνδον ἔχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ, καὶ τὸν ἐκ σοῦ καταπαρέντα ἡμῖν φόβον τῆς σῆς εὐσεβείας, πάντας πόνους γενναίως φέρομεν, καὶ τὰς ἐπαγομένας ἡμῖν θλίψεις ἀγωνιῶντι μήπως, ἐξαμβλώσω-

Iudaicam insolentiam commotus esset dicens, *Appone mala omnibus gloriosis terra*; nunc precatur ne peccatores misericordiam consequantur, sed in afflictione permaneant. Nam in tribulatione aliquem Dei memorem reddi, plurimis docemur. Afflictio enim agit nos in Deum, & in delictorum nostrorum cognitionem nos ducit. Quoniam *in afflictione parua disciplina tua nobis.*

CATENA PATRUM.

THEODORETI. Cùm ostendisset miserias persequentium, ostendit nunc vtilitatem eorum qui persecutionem patiuntur. Nam, secundùm beatum Paulum, *tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autē non confundit.*

Rom. 5,3.

EVSEBII. Quoniam Propheta præuidet locum vbi generale iudicium futurum est, perinde ac si iudicio & tribunali diuino adesset præsens his rebus quas videt; modò quidem confitetur, modò verò precatur, modò gratias agit, modò narrat remunerationes quæ à Deo dignis reddendæ sint, modò verò enumerat supplicia quæ ipsis imminent. Omnia autem hæc per hanc ipsam scripturam suam nobis tradit, vt instruamur discentes omnia quæ ipse diuino Spiritu afflatus cognouit. Nunc igitur inquit, Quando tempus erat ô Domine, nos euntes per viam angustam & afflictionis plenam pro pietate pugnabamus; verumtamen in afflictione illa non eramus tui immemores, sed ab eadem tua memoria corroborati viriliter sustinebamus, adeò vt diceremus: *Tribulationem patimur, sed non angustiamur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deijcimur, sed non perimus.* Per hanc igitur tribulationē corrigimur, scientes, quoniam *quem diligit Dominus castigat.*

2. Cor. 4,8.

Heb. 12,6.

17. * Et sicut parturiens appropinquat ad pariendum, & ob dolorem suum clamauit:

* *Vulgata* Sicut quæ concipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis:

EVSEBII. Propterea nos omnem laborem perferentes similes fuimus mulieri parturienti & clamores edenti, dum laborat in lucem edere quod in vtero conceptum est. Sic vtique & nos facti sumus tuo dilecto; quandoquidem habentes intus in nostra anima Vnigenitum tuum verbum, timoremque tuæ pietatis à te nobis insitum, omnes labores generosè ferimus, calamitatesque quæ nobis infliguntur fortiter sustinemus, laborantes

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

borantes ne tuum dilectum in nobis conceptum, timoremque diuinum à te in nobis disseminatum per aborsum abijciamus. Etenim viriliter tolerando spe non decidimus, sed spiritum salutis peperimus.

Sic facti sumus * dilecto tuo.

* Vulgata à facie tua Domine.

THEODORI HERACLEOTÆ. Dilectum hîc Saluatorem nostrum vocat. Nam ex quo secundùm prophetiam Virgo dicitur peperisse, vbique opportunè de puero mentionem facit. Quoniam igitur, inquit, nostræ res sic se habent, vt per magna supplicia debitum exoluamus, opus est deinceps nobis gratiâ dilecti tui qui nostras dissoluat calamitates.

18. * Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus,

* Vulgata Concepimus,

CYRILLI. Dicentes nimirum ex amore Dei factos nos dilecto Patris (manifestum quod Filio) quemadmodum mulier parturiens (vt figuræ sermonis mentaliter inhæreamus) parturijsse inquit, quin imò in vtero concepisse, ac peperisse spiritum salutis ijs qui supra terram sunt. Ceterùm, vt dixi, hic sermo conuenire posset Prophetis, & Apostolis, & Euangelistis, qui quidem abundantes gratiâ cælestis doctrinæ, & veluti spiritalia quædam semina recipientes pepererunt terrigenis spiritum salutis, hoc est doctrinam in spiritu: quæ etiam æternæ vitæ conciliatrix existit. Spiritum igitur salutis Euangelicam appellant prædicationem.

EIVSDEM. Verbum Dei fœcundam reddit hominis animam, & carnalium desideriorum motum compescit. Mulieris enim vtero similis est mens humana, quæ quidem si à Deo pietatis semina receperit, parit omnino bonos fructus. Igitur fœcundi sunt qui Christo adhærent: pariunt enim quasi ex vtero & matrice spiritali fructus, vt dixi, bonos.

THEODORI HERACLEOTÆ. Ostendit vtilitatem quæ ex minis Dei percipitur. Nam veluti bonum semen timoré tuum suscipientes, & hunc in vtero gestátes, opportuno tempore saluté reportabimus. Etenim dum adhuc in terra versamur tempus pœnitendi largiris, nequaquam cõdignâ pœnâ nos de medio tollens, sed concedens vt cõuertamur ad salutem.

μεθα τὸν ἐν ἡμῖν κυούμενον ἀγαπητόν σου, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ καταβαλόντα ἡμῖν ἔνθεον φόβον. καὶ δὴ καρτερήσαντες οὐκ ἐσφάλημεν τῆς ἐλπίδος, ἀλλ' ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας.

Οὕτως ἐγεννήθημεν τῷ ἀγαπητῷ σου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Ἀγαπητὸν ἐνταῦθα λέγει τὸν σωτῆρα ἡμῶν. καὶ γὰρ ἀφ' οὗ κατὰ τὴν προφητείαν ἡ παρθένος λέγεται τετοκέναι, ἁπανταχοῦ διαφόρμως μνημονεύει τοῦ παιδίου. ἐπειδὴ τοίνυν τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, φησὶ, γέγονεν, ὡς διὰ μεγάλων τιμωριῶν τὸ χρέος ἐκτίννυσθαι, χρεία τὸ λοιπὸν τοῦ ἀγαπητοῦ σου χάριτι ἡμῖν λύοντος τὰς συμφοράς.

ιη. Διὰ τὸν φόβον σου κύριε ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν,

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οἱ λέγοντες ἐκ φιλοθείας γεγονέναι τῷ ἀγαπητῷ τοῦ πατρὸς (δῆλον δὲ ὅτι τῷ υἱῷ) καθάπερ ὠδίνουσα γυνὴ (τῇ τοῦ λόγου τροπῇ νοητῶς ἐμμένοντες) ὠδινῆσαί τε φασὶ, καὶ μὴν καὶ εἰληφέναι κατὰ γαστρὸς, καὶ τῆς σωτηρίας τὸ πνεῦμα τεκεῖν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. πρέποι δ' ἂν, ὡς ἔφην, ὁ τοιὸς δὲ λόγος προφήταις τε, καὶ Ἀποστόλοις, καὶ Εὐαγγελισταῖς, οἱ τῆς ἄνωθεν μυσταγωγίας καταπλουτοῦντες τὴν χορηγίαν, καὶ οἷόν τινας νοητοὺς δεχόμενοι σπερματισμοὺς ἐκτετόκασι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς πνεῦμα σωτηρίας, τουτέστι τὴν ἐν πνεύματι διδασκαλίαν· ἣ καὶ ζωῆς ἐστι τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενος. πνεῦμα τοίνυν σωτηρίας τὸ Εὐαγγελικὸν ἀποκαλοῦσι κήρυγμα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔγκαρπον ἀποφαίνει τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν κολάζει τὴν κίνησιν. Μήτρᾳ γὰρ ἔοικεν ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, ὃς εἰ λάβοι παρὰ θεοῦ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα, τίκτει πάντως καρποὺς ἀγαθούς. Οὐκοῦν ἔγκαρποι οἱ ἐν Χριστῷ· τίκτουσι γὰρ ὡς ἀπὸ γαστρὸς καὶ μήτρας νοητῆς καρποὺς, ὡς ἔφην, ἀγαθούς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Τὴν ἐκ τῆς ἀπειλῆς ὠφέλειαν ἐμφαίνει. ὥσπερ γὰρ σπέρμα δεξάμενοι ἀγαθὸν τὸν φόβον σου, καὶ τοῦτον κυοφορήσαντες, ἐν καιρῷ τῷ δέοντι σωτηρίαν ἐκαρπωσάμεθα. ἔτι γὰρ ὄντων ἡμῶν ἐπὶ γῆς καιρὸν μετανοίας ἐχαρίσω, μὴ περιαιρῶν τῇ κατ' ἀξίαν δίκῃ, ἀλλ' ἐνδεδωκὼς ἐπιστρέψαντας σωθῆναι.

ΘΕΟ-

Digitized by Google

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ὠδινούσῃ ἑαυτοὺς ἀπείκασαν γυναικί, ἔδειξαν τὸν τῶν ὠδίνων καρπόν. πνεῦμα γάρ, φησι, σωτηρίας ἐτέκομεν, ὃ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς· τουτέστιν, ὃ τῇ γῇ ἐδωρήσω. οὐ γὰρ τὸ πνεῦμα ἐν τῇ γῇ ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ πνεύματος ἐν τῇ γῇ τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο.

Καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου, ὃ ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς·

ΣΕΒΗΡΟΥ. Οὕτω γὰρ ἡ στεῖρα μὲν καὶ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία τέτοκεν ἑπτά· ἠσθένησε δὲ ἡ πολλὴ πρότερον ἐν τέκνοις συναγωγή· καὶ γέγονε πολλὰ τὰ τέκνα μᾶλλον τῆς ἐρήμου ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τέλος γὰρ τῆς κυήσεως τοῦ ἀγαπητοῦ σου καὶ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἡ σωτηρία ἦν τοῦ ἡμετέρου πνεύματος· ὅπερ ἀπογεννήσαντες, φοβερὸν κατεστήσαμεν πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς κατοικοῦσιν ἀνθρώποις, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ μαθόντες ὠφεληθεῖεν διὰ τοῦ ζηλῶσαι κυῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ φόβου, καὶ ἀποτεκεῖν τὸ αὐτὸ πνεῦμα. οἱ γὰρ μὴ τοῦτον λαβόντες τὸν φόβον μηδὲ τεκόντες τὸ πνεῦμα τῆς σωτηρίας, ἄλλως δὲ ἄγονοι καὶ ἄκαρποι γενόμενοι, ἐκπεσοῦνται τῆς παρὰ σοῦ ἐλπίδος. οἱ δέ γε τῆς σῆς μερίδος ὄντες, οἱ διὰ σὲ πᾶσαν θλῖψιν ὑπέμενον, εἰ καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίσαιντο πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, οὐδαμῶς τῆς παρὰ σοῦ ζωῆς ἀποπεσοῦνται.

Οὐ πεσούμεθα, ἀλλὰ πεσοῦνται οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἀξιάγαστος ἀληθῶς τῶν ἁγίων ἡ νῆψις· ἐννοοῦσι γὰρ ἀεί πως τὸ ἀντιτεθῆναι δοκοῦν οἷς ἂν πρὸς ἡμᾶς ποιοῦνται λόγοις· ἐκεῖνο ἐπειδήπερ πνεῦμα σωτηρίας ἀποτεκεῖν ἔφασκον τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κατισχύοντα δὲ καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁρῶσι τὸν θάνατον (οἱονεὶ τινὸς λέγοντος· τίς ἡ ὄνησις τῶν θείων ἡμῖν κηρυγμάτων; ποῦ δὲ τῆς σωτηρίας τὸ πνεῦμα, πίπτουσι γὰρ οἱ ἐπὶ τῆς γῆς;) ἀντιπάγουσιν ἀναγκαίως τὴν ἀπολογίαν, καὶ δὴ καὶ φασίν· Ἀναστήσονται οἱ νεκροί· χάριτι μὲν Θεοῦ, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, πλὴν ἀνεβίω τριήμερος, καὶ γέγονεν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων καὶ οἷον ἀρχὴ τῆς ἀνθρώπων φύσεως, ἀποδυομένης τῆς φθορᾶς.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Cùm enim semetipsos parturienti mulieri compararint, partitudinum quoque fructum declararunt. Spiritum enim, inquit, salutis peperimus, quem fecisti super terram; hoc est, quem ipse terræ largitus es. Non enim spiritum in terra fecit, sed per Spiritum salutem in terra operatus est.

Et* parturiuimus & peperimus spiritum * salutis tuæ, quem fecimus super terram:

* Vulgata addit quasi * salutes non fecimus in terra;

SEVERI. Sic enim sterilis, id est Ecclesia, ex Gentibus conflata peperit septem; Synagoga verò, quæ priùs multos habebat filios, infirmata est; & plures liberi fuerunt desertæ magis quàm eius quæ habebat virum.

EVSEBII. Finis enim conceptionis tui dilecti ac timoris eius salus extitit nostri spiritus: quem quidem cùm peperissemus, terribilem ostendimus omnibus hominibus qui supra terram habitant, vt & ipsi cùm eum didicerint vtilitatem capiant per imitationem concipiendo à timore, eumdemque spiritum pariendo. Qui enim hunc timorem non perceperint non pariunt quoque Spiritum salutis, sed cùm steriles ac sine fructu permanserint, à tua spe decident. Qui verò partis sunt tuæ, quique propter te omnem tribulationem sustinuerunt, licet vsque ad mortem cum peccato decertauerint, nequaquam tamen à vita tua excident.

* Non cademus, sed cadent omnes habitatores terræ.

* Vulgata Ideò non ceciderunt

CYRILLI. Verè admiranda est prudentia sanctorum: cogitant enim semper id quod quodammodò repugnare videtur ijs quæ nobis dixerint: quoniam igitur dixerant se terrigenis spiritum salutis peperisse, interim tamen mors adhuc præualebat ijs qui ipsam in terra vident (ac si quis diceret: Quænam vtilitas nobis est diuinarum prædicationum? Vbinam est iste spiritus salutis, siquidem hi qui in terra sunt cadunt?) necessariò opponunt apologiam, & dicunt: Resurgent mortui; gratiâ quidem Dei, vt ait beatus Paulus, Dominus noster Iesus Christus pro omnibus mortem gustauit, verumtamen reuixit tertiâ die; & fuit primitiæ dormientium & quasi principium humanæ naturæ ab interitu liberatæ.

1. Cor. 15, 55.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ET POST PAVCA. At quisnam rursus sit huiusce rei modus? Ros enim, inquit, tuus existit ipsis medicina. Ceterùm in his rorem videtur vocare viuificam Spiritus operationem atque virtutem.

THEODORI HERACLEOTÆ. Cùm igitur vitalia semina susceperimus, & timorem possederimus, effugiemus omnem pœnam. Qui enim olim peccatis prauisque desiderijs mortui eramus, nunc tamquam à monumentis suscitabimur tuam opem consecuti; ob quam opem exultabimus à prauis operibus quiescentes. Semper enim tuam misericordiam non secùs ac rorem salutarem nobis immittis.

THEODORETI. Qui terrena sapiunt, & rebus fluxis tamquam permanentibus fidunt; nos autem præstolamur mortuorum resurrectionem. vnde subiungit:

19. * Resurgent mortui, & excitabuntur qui in monumentis sunt, & lætabuntur qui sunt in terra.

* Vulgata Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: Ioan.5,28.

EIVSDEM. Hæc etiam Dominus dixit, quoniam audient qui in monumentis sunt vocem Filij hominis, & audientes viuent, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij.

SEVERI. Diuinâ nempe inspiratione euocante ipsos ad vitam, quam propheticus sermo rori comparat. siquidem ait: Ros enim à te stillans medicina ipsis existit.

EVSEBII. *Resurgent* enim *mortui*; vel secundùm Aquilam, *Viuent defuncti tui*; vel secundùm Symmachum & Theodotionem, *Viuent mortui tui*. Ceterùm mortui ipsius quinam alij esse possint quàm sancti Martyres eius: qui quidem alij sunt & diuersi ab illis mortuis, de quibus suprà dictum est: Mortui autem vitam non videbunt, neque Medici eos suscitabunt. Sed illi quidem erant mortui, quia mortaliter peccauerant. Mortui verò Domini sunt, qui propter ipsum afflictiones omnes ad mortem vsque sustinuerunt.

ET PAVLO POST. Illud *excitabuntur* reliqui interpretes tamquam de dormientibus interpretati sunt, non verò tamquam de mortuis; quapropter sanctorum mors somnus nuncupatur. Congruit autẽ dormitioni hæc resurrectio.

ΚΑΙ ΜΕΤ ΟΛΙΓΑ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο τούτου πάλιν ὁ τρόπος; ἡ γὰρ δρόσος, φησὶν, ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστι. δρόσον δὲ ἐν τούτοις ἀποκαλεῖν ἐγνώκασι τὴν ζωοποιὸν τοῦ πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Δεξάμενοι τοίνυν τὰ σπέρματα τὰ ζωοποιὰ, καὶ τὸν φόβον κτησάμενοι, διαφευξόμεθα πᾶσαν τιμωρίαν. οἱ γὰρ ποτὲ νεκροὶ ὄντες τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, νῦν ἐγερθησόμεθα ὡς ἀπὸ μνημείων τῆς παρὰ σοῦ ἀντιλήψεως τυχόντες· ὑφ᾽ ἧς ἀντιλήψει ἀγαλλιασόμεθα ἠρεμοῦντες ἀπὸ τῶν κακῶν ἔργων. ἀεὶ γὰρ τὸ ἔλεός σου οὕτως ἐκπέμπεις ἐφ᾽ ἡμᾶς ὡς δρόσον ἰαματικήν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες, οἱ ὡς μένουσι θαῤῥοῦντες τοῖς ῥέουσιν· ἡμεῖς δὲ προσμένομεν τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιθ. Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἐν τῇ γῇ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταῦτα καὶ ὁ κύριος ἔφη· ὅτι ἀκούσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται, καὶ ἐξελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τῆς θείας ἐμπνεύσεως ἀνακαλουμένης αὐτοὺς πρὸς τὸ ζῆν, ἣν ὁ προφητικὸς λόγος ἀπεικάζει δρόσον. καὶ δὴ καί φησιν· ἡ γὰρ δρόσος παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀναστήσονται γὰρ οἱ νεκροὶ ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ζήσονται οἱ τεθνεῶτές σου· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον καὶ Θεοδοτίωνα, ζήσονται οἱ νεκροί σου. νεκροὶ δὲ αὐτοῦ τίνες εἶεν ἢ οἱ ἅγιοι αὐτοῦ μάρτυρες· ἕτεροι ὄντες παρὰ τοὺς ἄνω λεχθέντας νεκροὺς, περὶ ὧν εἴρητο· οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσιν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ἦσαν νεκροὶ, τὰ πρὸς θάνατον ἡμαρτηκότες. οἱ δὲ νεκροὶ τοῦ κυρίου, δι᾽ αὐτὸν πᾶσαν θλίψιν ἕως θανάτου ὑπομείναντες.

ΚΑΙ ΜΕΤ ΟΛΙΓΑ. Ἀντὶ τοῦ ἐγερθήσονται οἱ λοιποὶ ἡρμήνευσαν ὡς κοιμηθέντων αὐτῶν, οὐχὶ δὲ τεθνεώτων· διὸ ὁ τῶν ἁγίων θάνατος κοίμησις ὀνομάζεται. ἀκολούθως δὲ τῇ κοιμήσει ἡ ἀνάστασις.

ἐξυπνι-

ἐξυπνισθήσονται γὰρ οἱ ἐν τοῖς μνημείοις κατὰ τὸ πρῶτον εἴρηται, κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἀγαλλιάσονται, ἢ αἰνέσουσι κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἢ ἀλαλάξουσι κατὰ τὸν Θεοδοτίωνα.

Ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν.

Κυριλλου. Δρόσον ἐν τούτοις ἀποκαλεῖσθαι ἐγνώκαμεν τὴν ζωοποιὸν τοῦ πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, δι᾽ ἧς ἐγερθήσεσθαι τοὺς νεκροὺς ὁ μακάριος ἔφη Δαβίδ. ψάλλει γάρ που πρὸς θεὸν καὶ φησίν· ἀποστρέψαντος δέ σου τὸ πρόσωπον ταραχθήσονται· καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι καὶ ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Δρόσος οὖν ἄρα ζωοποιὸς τὸ πνεῦμα παρὰ πατρὸς, ὃ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐκ γῆς σώμασιν ἐνίησι τὴν ἀφθαρσίαν.

Και παλιν. Δρόσον οἶμαι λέγειν τὴν ζωοποιὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν, καὶ τὴν τοῦ θανάτου λυτικὴν ἐνέργειαν· ὡς θεοῦ καὶ ζωῆς.

Και παλιν. Δρόσον ἐν τούτοις οὐχ ἕτερόν τι παρὰ τὸ πνεῦμα λέγων, ἤτοι ζωοποιὸν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, ἣ διὰ Χριστοῦ καὶ τοῖς ἤδη κατεφθαρμένοις ἐκχεομένη σώμασι τὴν ὀλέθριον μὲν ἐξελαύνει φθορὰν, ἀντικεῖσθαι δὲ ὥσπερ παρασκευάζει τὴν ζωήν. ὥσπερ γὰρ ἡ δρόσος ἐπὶ γῆς καταπεσοῦσα ἠρέμα καὶ πραέως ἐκτρέφειν καὶ αὔξειν ποιεῖ τὰ ἐναποκείμενα αὐτῇ σπέρματα· τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ παρὰ σοῦ δρόσος ἴαμα καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν παρέξει τοῖς σοῖς νεκροῖς, ὧν τὰ σώματα κατὰ καιρὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἐσπάρη. Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις, αὐτὸν εἶναι λέγων δρόσον τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον· ὃς ἐπιστάξας τὰς ἑαυτοῦ ζωοποιοὺς σταγόνας τοῖς ἑαυτοῦ νεκροῖς ὁμοῦ τε ἴασιν ἁμαρτημάτων, εἴ πού τι αὐτοῖς κατὰ ἄνθρωπον πεπλημμέληται παρέξει· ὁμοῦ τε ἀνάστασιν καὶ σωτηρίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον αὐτοῖς δωρήσεται. ἀλλ᾽ οὐχὶ τὰ τῶν ἀσεβῶν τοιαῦτα.

Θεοδωρητου. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὑετὸς ζωοποιεῖ τὰ καταχωσθέντα καὶ οἱονεὶ ταφέντα σπέρματα· οὕτως ὁ σὸς λόγος οἷόν τις δρόσος ἀνίστησι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν.

Ἡ δὲ γῆ τῶν ἀσεβῶν πεσεῖται.

Του αυτου. Τὸ γήινον αὐτῶν καταλύεται φρόνημα. ταῦτα μὲν οὖν ὁ προφήτης

Quare *expergiſcentur* illi qui in monumentis ſunt iuxta primum dictū, iuxta ſecundum verò *exultabunt*, vel *laudabunt* ſecundùm Aquilam, vel *iubilabunt* iuxta Theodotionem.

CATENA PATRVM.

* Ros enim qui à te ſanatio eis eſt.

* *Vulgata* Quia ros lucis ros tuus:

Cyrilli. Cognouimus in his rorem appellari viuificam Spiritus operationem atque virtutem, per quam mortuos ſuſcitandos eſſe Dauid dixit. ſiquidem alibi ad Deum pſallit & ait: *Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Ros igitur vitalis eſt Spiritus à Patre miſſus, per quem etiam terrenis corporibus impertit immortalitatem.

Pſal. 103, 29.

Et iterum. Rorem puto appellari vitalem virtutem Spiritus ſancti, atque operationem quæ mortem deſtruat; vtpote quæ Dei ſit ac vitæ.

Et rursus. Rorem hoc loco non aliud quàm ſpiritum dicens, vel vitalem Spiritus ſancti operationem, quæ per Chriſtum infuſa etiam corporibus iam pridem corruptis expellit mortalem corruptionem, & pro ea vitam reddit. Quemadmodum enim ros in terram delapſus eſt in cauſa vt ſenſim & leniter ſemina in ipſa recondita augeantur & creſcant: eodem modo ros à te ſtillans medicinam & vitam ac ſalutem præbebit defunctis tuis, quorum corpora ſuper terram pro tempore ſparſa fuerunt. Neutiquam tamen errabis, ſi dixeris ipſum rorem eſſe Vnigenitum Dei Verbum: quod quidem ſuas vitales ſtillas emittens mortuis ſuis ſimul curationem adferet peccatorum, ſi quid ab ipſis ſecundùm hominem peccatum fuerit; atque inſuper à mortuis reſurgendi tribuet facultatem, & ſalutem ac vitam ſempiternam. Ceterùm res impiorum non ſic ſe habent.

Theodoreti. Sicut enim pluuia ſemina defoſſa & quodammodò ſepulta viuificat; ſic Verbum tuum quaſi quidam ros naturam hominum reſuſcitat.

* Terra autem impiorum cadet.

* *Vulgata* Et terram gigantum detrahes in ruinam.

Eiusdem. Terrena ipſorum prudentia deſtruetur. Hæc igitur Propheta dixit vni-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

vniuersorum Deo hymnum contexens. Ceterùm ipse Dominus adhortatur eos qui sibi fideles fuerint, tamquam in quibusdam cellis penuarijs in fide diuinorum sermonum & in spe rerum futurarum delitescant, & hoc pacto effugiant interitum ceteris hominibus imminentem.

CYRILLI. Hæc autem Iudæorum regionem pati contigit: siquidem in Christum & sanctos doctores eius debacchati fuerant, tametsi terrigenis spiritum salutis peperissent.

20. Vade populus meus, * ingredere in cubicula tua, claude * ostium tuum, abscondere paululùm quantulumcumque donec pertranseat ira Domini.

* Vulgata intra

* ostia tua super te, abscondere modicum ad momētum donec pertranseat indignatio.

THEODORETI. His verbis inducitur nobis persona Dei Sanctorum mentem ad molestiarum tolerantiam inungentis. Cùm enim propter Euangelicam prædicationem intolerabiles subituri erant tentationes, idcircò admodum congruenter persuadet illis, vt in istiusmodi rebus viriliter se gerant ac glorientur, dicens: *Vade populus meus, ingredere in cubiculum tuum.* Ingeniosè autem & valdè accommodatè cubicula fortè nuncupat sepulchra quæ in terra sunt. Siquidem generis nostri principi, id est Adamo dictum est: *Terra es, & in terram reuerteris.* Quin & natura hominis ob transgressionem detestabilis facta est: verùm ab hac ira diuina consummationis tempore liberabitur. Absconde te igitur, inquit, popule meus, & sustine parumper, donec mors ex ira Dei irrogata prætereat, & tempus resurrectionis omnium aduenerit. Licet enim, inquit, mortem patiaris, & id quidem sanctis prædicatoribus accidat, attamen omnium Dominus pœnam infliget ijs qui viros sanctos occiderint. Inducit enim à sancto Dominus iram super habitantes terram. Simile hoc est illi: *Et pluit Dominus à Domino super Sodomam ignem & sulphur.* Itaque Filius à sancto Patre inducet iram super habitantes terram; nam vt ipse alicubi ait, *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem.*

Gen. 3.

Gen. 9.

Ioan. 5, 22.

EVSEBII. Post doctrinam de mortuorum resurrectione, cùm spiritus Pro-

εἴρηκεν ὕμνον ὑφαίνων τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι παρεγγυᾷ, ὥσπερ ἔν τισι ταμιείοις τῇ πίστει τῶν κηρυγμάτων καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων καταχρυβῆναι, καὶ διαφυγεῖν τὸν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπιφερόμενον ὄλεθρον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καὶ τοῦτο παθεῖν συνέβη τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ· πεπαρῳνήκασι γὰρ εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς, καίτοι τὸ τῆς σωτηρίας τεκόντας πνεῦμα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς.

κ΄. Βάδιζε λαός μου, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ ὀργὴ κυρίου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον ἐν τούτοις ἡμῖν εἰσκομίζεται τῶν ἁγίων τὸν νοῦν ἐπαλείφοντος εἰς τὸ τληπαθές. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἀφορήτοις περιπεσεῖσθαι πειρασμοῖς διὰ τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν, ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως καταπανιεῖσθαι, φιλεῖν τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀναπείθει, λέγων· Βάδιζε λαός μου, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου. εὐφυέστατα δὲ καὶ ὑφ' ἡμῶν ἄγαν ἀποκαλεῖται ταμιεῖα τάχα που τὰ ἐν τῇ γῇ μνήματα. εἴρηται μὲν γὰρ τῇ τοῦ γένους ἀρχῇ, τουτέστι τῷ Ἀδὰμ· Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. καὶ ἐπάρατος ἦν διὰ τὴν παράβασιν ἡ ἀνθρώπου φύσις· λυθήσεται δὲ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς ἐπενηνεγμένα κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν. Οὐκοῦν ἀποκρύβηθι, φησίν, ὁ λαός μου, καὶ ἀνάσχου βραχύ, ὅσον ἕως ἂν ὁ ἐξ ὀργῆς θάνατος παρέλθῃ, καὶ ὁ τῆς ἁπάντων ἀναστάσεως ἀναδειχθῇ καιρός. εἰ γὰρ καὶ πάθοις, φησί, τὸ τεθνάναι τυχόν, καὶ τοῦτο τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς· ἀλλ' οὖν ἁπάντων δεσπότης ἐποίσει τὴν κόλασιν τοῖς ἀνῃρηκόσι τοὺς ἁγίους. ἐπάγει γὰρ ἀπὸ ἁγίου κύριος τὴν ὀργὴν ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. ὅμοιον τοῦτό ἐστιν ἐκείνῳ· Καὶ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου ἐπὶ Σόδομα πῦρ καὶ θεῖον. Οὐκοῦν ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἐποίσει τὴν ὀργὴν ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς· ὁ γὰρ αὐτός που φησίν, ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν ὡς τιμῶσι τὸν πατέρα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μετὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, ὡς προεισάγεται ἔμπρο-

Digitized by Google

ἔμπροσθεν, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ μετὰ τὴν ἀνάστασιν συνηγμένους, τοὺς ἁγίους τοῦ Θεοῦ θεασάμενον τὸ πνεῦμα τὸ προφητικόν· ἔπειτα τὴν ἐπιοῦσαν τοῖς ἀσεβέσιν ὀργὴν κατανοήσαν, τῷ τάγματι τῶν ἁγίων προσφωνεῖ ἀποχωρεῖν πρὸς βραχὺ, καὶ μακράν που κρύπτεσθαι, ὡς μηδὲ θεωροὺς τῆς τῶν ἀσεβῶν γίνεσθαι ἀπωλείας.

Καὶ μεθ' ἕτερα. Ταμιεῖα δὲ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ τυγχάνουσαι μοναὶ, ἑκάστῳ τάγματι τῶν ἁγίων κατὰ τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἀφωρισμέναι. εἰς ταῦτ' οὖν τὰ σοὶ παρεσκευασμένα ταμιεῖα, φησὶν, ὁ ἐμὸς λαὸς εἴσελθε, καὶ ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου.

Τοῦ αὐτοῦ. Παρελθούσης δὲ αὐτῆς ἀναπετάσας, λοιπὸν τὰς τῶν αὐτῶν ταμιείων πύλας μετὰ πολλῆς ἐξουσίας, καὶ παῤῥησίας πρόελθε τὸν νέον κατοπτεύειν εἰς αἰῶνα, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην σοι βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Θεοδωρήτου. Ταῦτα εὑρίσκομεν τὸν κύριον τοῖς ἱεροῖς Ἀποστόλοις παρεγγυήσαντα· ὅταν γάρ, φησιν, ἴδητε ὑπὸ στρατοπέδων κυκλουμένην τὴν Ἱερουσαλὴμ, γινώσκετε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. Καὶ πάλιν· Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβαινέτω ἆραι τί ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. προλέγει δὲ αὐτοῖς ἵνα διαφύγωσι τὸν ἐπιφερόμενον τοῖς ἀπιστήσασιν ὄλεθρον.

pheticus vidiſſet ſanctos Dei ſeruos veluti coram ſe adſtantes, & poſt reſurrectionem in vnum collectos: deinde cùm ex alia parte conſpexiſſet iram impijs imminentem, ſanctorum cœtum alloquitur vt ſecedant parumper, & à longè abſcondantur, vt ne ſpectatores quidem ſint interitus impiorum.

CATENA PATRVM.

Et post alia. Cubicula verò populi Dei ſunt multæ iſtæ manſiones, quæ apud Patrem ſunt cuilibet ordini Sanctorum ſecundùm iuſtum Dei iudicium deſtinatæ. In hæc igitur, inquit, cubicula ingredere popule meus, & oſtium claude.

Eivsdem. Vbi autem ira Dei tranſierit, patefactis ceterùm cubiculorum ipſorum ianuis cum magna libertate progredere, vt nouum ſæculum & Regnum Dei tibi promiſſum aſpicias.

Theodoreti. Hæc reperimus Dominum ſanctis ſuis Apoſtolis promiſiſſe: *Cùm* enim, inquit, *videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.* Et iterùm: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes: & qui in tecto non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Prædicit autem ipſis vt effugiant mortem quæ imminet his qui non crediderunt.

Lucæ 21, 20.

Matth. 24, 15.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Cantico orat Propheta Deum, vt impios per flagella ad rectam vitam & ſalutem compellat; eò quòd proſperitas ad luxum, flagella ad virtutem & ad Deum homines reducant. Denique ſpe reſurrectionis hortatur iuſtos, vt alacriter mortem & dura omnia ſuſtineant, quaſi ad cælum aſpirantes.

Quantum fuerit Propheta deſiderium videndi Chriſtum.

9. *De nocte manè conſurgit ſpiritus meus ad te Deus.*] Græcè eſt, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει, *De nocte manicat vel diluculat:* pro quo Vulgata vertit, *Anima mea deſiderauit te in nocte; ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te,* ſumptâ metaphorâ ab ijs qui magno deſiderio aduentum diei expectant, vt aliquod opus magnum faciant: ſolent enim illi ſemel iterumque de nocte conſurgere, contemplari ſtellas, ac ſæpiùs verſus Orientem inſpicere, ſi fortè ſignum aliquod aduenientis Solis appareat in cælo. Sic itaque Propheta magno Meſſiæ deſiderio inflammatus, in antiquæ legis nocte conſtitutus aſſiduè Oracula quæ de Chriſto erant contemplabatur: (*Quia,* inquit, *lux præcepta tua ſuper terram:*) quibus inter vmbras illuſtratus, ſpiritu prophetico manè legis Euangelicæ atque myſteria gratiæ præuidens, totis præcordijs ortum Solis, id eſt Chriſti aduentum deſiderabat, cupiens ipſum inter homines conuerſantem conſpicere. S. Thomas in Commentarijs ſuper cap. 13. ad Romanos hunc Iſaiæ locum exponens per *noctem* intelligit vitam præſentem, in qua ſolùm per ſpeculum & ænigma Deum videre licet, aut in nocte, hoc eſt cùm tentationibus opprimimur, & varijs illuſionibus affligimur: tunc enim quaſi in tenebris verſamur, & Dei auxilio magis indigemus. Denique noctis & diluculi mentionem facit, quia iſtiuſmodi tempora orationi & contemplationi magis idonea videntur & opportuna. Hinc collige quanta ſit ſacrarum antiquitas vigiliarum, & quàm celebris ſemper fuerit mediâ nocte ſurgendi ratio ad laudandum Deum. Neque enim eſt hæc humana inuentio nouiter introducta, ſed antiquiſſima religio Spiritu diuino inſtituta, vti ſuperiùs annotauimus ad illa verba Pſalmi 118. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* item ad illud Pſal. 61. *In matutinis meditabor in te.* & rurſus ad illud, *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Vbi conſule noſtras Annotationes.

Quid per noctem myſticè deſignetur.

Nox & diluculum orationi tempus cōmodum.

Pſal. 76.

Ibidem. *Iuſtitiam diſcite qui habitatis ſuper*

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

super terram.] Pro quo Vulgata vertit, *Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.* q. d. Ex zelo, quo desidero vt nomen tuum & memoria, ô Domine, ab omnibus etiam impijs sanctificetur, opto vt subinde iudicium aliquod & vindictam publicam in impios in hac vita exerceas, per quam illi te tuamque iustitiam cognoscant & addiscant: plerique enim ita suis vitijs sunt affixi, vt non nisi per grauia flagella corrigi possint. Ita Cornelius cum S. Thoma, Sanchez & alijs. S. Hieronymus verò refert hæc ad diem iudicij. q. d. Cùm pro qualitate operis vnicuique in die iudicij reddideris quod meretur, tunc iustitia tua cognoscetur in orbe terrarum, quæ priùs apud incredulos videbatur iniusta: sed sera & inutilis erit illa disciplina, nisi eam accipiant ij qui adhuc viuunt ab exemplis eorum qui iam post iudicium particulare in infernum detrusi ibidem torquentur: quomodo Virgilius lib. 6. Æneidos de Phlegya ait:

Supplicia iustitiam Dei manifestant.

> —— *Phlegyasque miserrimus omnes*
> *Admonet, & magna testatur voce per vmbras,*
> *Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.*

10. *Cessauit enim impius.*] Aquila & Theodotion, Ἐλεήθη ἀσεβὴς, *Misericordiam consecutus est impius:* Symmachus, Ἐδωρήθη ἀσεβὴς, *Donatum est impio:* Vulgata, *Misereamur impio, & non discet iustitiam:* significans impium per indulgentiam minimè corrigi, sed in malo magis confirmari. Quod clariùs & fusiùs Septuaginta explicant: *Omnis qui non didicerit iustitiam super terram veritatem non faciet.* q. d. Nisi impium punieris, sic vt re ipsâ iustitiæ flagella sentiat, haudquaquam ad frugem se componet. Talis est eorum indoles hominum suis cupedijs addictorum, ac durorum & obstinatorum, vt lenitate exasperentur, asperitate leniantur & domentur.

Impij sine flagellis vix emendantur.

Ibidem. *Tollatur impius, vt non videat gloriam Domini.*] Hæc prophetia in proditorem Iudam eiusque similes quadrat; de quibus à SS. Patribus exponi solet. Vulgata legit, *In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.* Quod optimè exponit Cornelius per auxesim dictum ad peccatum impij exaggerandum, quòd in terra Sanctorũ id perpetrauerit. Hæc autem terra Sanctorum est Ecclesia, vel Religio. Vnde hæc sententia Tropologicè in eos potissimùm quadrat qui in sancta societate aut Religione dissolutè vel irreligiosè viuunt: grauis enim in eos incumbet diuini iudicij censura, quòd in terra sanctorum, inter sanctos Religiosos, vbi omnis aditus peccatis videbatur exclusus, planaque & facilis ad omnem virtutem & sanctitatem patebat via, laxè & remissè vixerint, atque iniqua gesserint. Vnde S. Bernardus in Declamatione post initium: *In terra Sanctorum,* inquit, *id est in clero existens tamquam in cælo, iniqua gessit: ideò inuenta est iniquitas eius ad odium, nec remittetur.* Hoc enim peccatum est quasi sacrilegium: est enim violatio & infamatio rei sacræ, puta status Ecclesiastici aut religiosi.

Grauiora sunt peccata quæ in Religione committuntur quàm extra illam.

11. *Domine excelsum est brachium tuum, & nescierunt; scientes autem confundentur. Zelus apprehendet populum ineruditum: & nunc ignis aduersarios comedet.*] Pro quo Vulgata legit, *Domine exaltetur manus tua, & non videant: confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret.* q. d. Domine potenti manu tua effice, vt tam impij & indigni non videant gloriam tuam. Deinde per correctionem subdit: Imò verò videant eam eminus & quasi per vmbram in die iudicij, sed ad suam confusionem, zelantes populi, scilicet impij; qui zelo & inuidiâ tabescent, videntes Sanctos ad illam gloriam vocari, se verò ab ea excludi. Ita Cornelius noster exponit.

12. *Domine Deus noster pacem da nobis.*] Vulgata hoc effert in futuro, *Domine dabis pacem nobis.* Consumptis hostibus pacem postulat, id est plenam tranquillitatem & absolutam felicitatem, vt nihil ipsis amplius formidandum sit. Vnde per *pacem* hoc loco nonnulli intelligunt *Christum*, qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum. Alij intelligunt *conscientiæ tranquillitatem*, quam non nisi iustificatos ex fide habere contingit: alij *Spiritum sanctum*, qui nos reddat immunes atque securos ab omnibus dæmonum impugnationibus: alij *gloriam immortalitatis*, quâ cum Deo viuimus in æternum. Quæ omnia ferè eodem recidunt.

Pax à Deo expetenda.

Ephes. 2, 14.

Ibidem. *Omnia enim reddidisti nobis.*] Quasi dicant (vt explicat S. Hieronymus:) Quoniam operibus nostris malis iustas reddidisti pœnas, & sic ea iustè puniuisti & expiasti; da tandem veniam & pacem, quia sat pœnarum dedimus. Vulgata legit: *Omnia enim opera nostra operatus es nobis.* Id est, Quidquid boni fecimus, quidquid passi sumus, & quæcumque mala sustinuimus, opus tuum, virtute tuâ sustinuimus, & tui caussâ perpessi sumus. Nisi tu Domine adiuuisses nos, vtique consumpti fuissemus, &c. tuæ igitur Prouidentiæ adscribimus, & non nostris viribus aut fortitudini, quòd salui facti sumus. Deus enim est, vt Paulus ait, *qui operatur omnia in omnibus.* Et iterùm: *Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere.*

Deus omnia in nobis operatur.

1. Cor. 12, 6.
Philip. 2, 13.

13. *Domine Deus noster posside nos: Domine extra te alium nescimus, nomen tuum nominamus.*] Pro quo Vulgata legit, *Domine Deus noster possederunt nos domini absque te, tantùm in te recordemur nominis tui.* Hæc est vox iustorum, à dura mundi, carnis ac dæmonum seruitute liberatorum, ac sese totos soli Deo consecrantium.

14. *Mortui autem vitam non videbunt, neque Medici suscitabunt.*] Vulgata reddit, *Morientes non viuant, gigantes non resurgant:* Symmachus, *Mortui non viuificabunt, gigantes non suscitabunt:* in Hebræo est vox רְפָאִים *rephaim:* quæ dictio & *Medicos* & *gigantes* significat. Intelligit autem peccatores & superbos non resurrecturos ad vitam, sed ad mortem secundam & æternam, vti passim Interpretes exponunt.

18. *Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram.*] Hæc nonnihil aliter legit Vulgata; omittit enim priora verba, & tantùm habet ista: *Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra.* Agit autem de timore illo initiali, quem Spiritus sanctus solet peccatori incutere, ipsum sic disponendo vt de

Timor Domini initium salutis.

peccatis

Digitized by Google

peccatis doleat, ne grauissimas pœnas paratas reprobis incurrat, & eum hoc modo excitare & præuenire, vt veram pœnitentiam agere proponat, vti tradit Tridentinum Sess. 14. cap. 4. de Sacramento Pœnitentiæ. Vide plura de hoc timore in Annotationibus ad Psal. 110. vers. 9. & alibi. Ceterùm hîc duo sunt obseruanda: Primum, ex Cyrilli & optimorum Interpretum sententia, hæc ad Concionatores & spiritales Patres accommodè referri, qui à facie Domini concipiunt sensus ac verba, quibus spirituales Deo filios gignant atque parturiant, eo modo quo optimus ille, *Communis totius mundi Pater* (vt illum appellat Chrysost. in Commemoratione S. Pauli) & *Mater membrorum Christi* (vt Bernardus Serm. 12. in Cant.) siue *Nutritor Ecclesiæ* (vt Ambrosius Serm. 18.) dicebat: *Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis.* Alterum, non leue Interpretibus negotium facessere lectionem Vulgatæ, dum vna ex parte dicit *Peperimus spiritum*, ex aliâ verò immediatè subijcit, *Salutes non fecimus.* Quis enim is spiritus conceptus & partus sit, quem nulla sequatur salus? Vnde existimo maximè acutam & cohærentem eorum interpretationem esse, qui apud Sanctium nostrum censent *spiritum* significare ventum; ac proinde peperisse spiritum, esse idem ac rem euanidam & nullius momenti produxisse. Cui expositioni tum optimè cohærent quæ sequuntur: *Salutes non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores orbis:* tum etiam adstipulatur S. Hieronymus in Commentario aiens iuxta Hebraicum hoc dici: *Quia nihil dignum tuâ fecimus misericordiâ, propterea impij non corruerunt.* Itaque hic fuerit sensus; ac si Doctores & Concionatores dixerint, se prædicationi Euangelicæ operam nauantes sustinuisse quidem dolores, quos sustinuit puerpera, siue in euoluendis libris, & nouis conceptibus inueniendis, & exquisitis discursibus fabricandis; siue in defatigatione corporis & animi, quæ ad id munus sequi solet; non tamen illud ipsis contigisse leuamen quod parturienti, quæ cùm *peperit filium, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Nam post tot studia & meditatas cogitationes, elaboratas politasque locutiones ac dicendi modos, nullus tandem auditorum extiterit fructus, siue compunctio, & ad Deum conuersio, nec ceciderint habitatores terræ, sed in suis peccatis immoti fixique permanserint.

Concionatores spiritales Patres.

Gal. 4, 19.

Inanes non faciunt fructum.

Ioan. 16, 21.

ANNOTATIONES CORDERII.

19. *Resurgent mortui, & excitabuntur qui in monumentis,* &c.] Aquila, Ζήσονται οἱ τεθνεῶτές σου: Symmachus, Ζήσονται οἱ νεκροί σου, *Viuent mortui:* ita etiam Vulgata legit, & addit, *Interfecti mei resurgent.* Describit hîc Propheta spem iustorum quam habent resurrectionis. Quod autem Isaias ad litteram de Sanctorum resurrectione scripsit, ad animarum liberationem hoc modo applicat noster Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 1. partis 1. cap. 9. Deum cum Ecclesia per modum colloquij sic loquentem introducens. q. d. Viuent, ô Ecclesia, iusti tui, nec diabolus multiplici astutiâ suâ poterit ab eis vitam eripere. An non id credis? Credo, inquit Ecclesia: & interfecti mei, quos aliquando peccato sordentes & mortuos luxi, scio quia ad gratiam & sanctitatem suscitabuntur. Sed quo pacto eos Domine suscitabis? vnde ipsorum viuificationem incipies? Certè à rore tuo, à cognitione propriæ miseriæ, & diuinæ miserationis tuæ, quam illis in meditatione tribues. Ros enim lucis est iste ros tuus. Nam quemadmodum herbæ languentes rore virescunt & pullulant; ita & animæ rore lucis aut meditationis illuminatæ nouam vitam, aut si iam viuunt, nouum feruorem concipiunt. Hoc etiam rore lucis & orationis, quo animas rigas, terram gigantum, id est infernum, habitationem dæmonum superborum detrahes in ruinam: quia cùm illi à fraudibus inchoënt, facile est, detectâ per rorem lucis fraude, eorum impetus tuâ gratiâ superare. Diuinæ enim gratiæ fluxus instar roris lucidi siue crystallinæ aquæ procedens in sublime ascendere facit, & supernatare quos perfundit. Hoc igitur Sancti destbuti è medio mortis puluere impellentur, vt sursum surgant, & ascendant in sublimia, vbi æternùm viuant.

Rore gratiæ perfusi spiritaliter suscitamur.

CANTICVM IONÆ PROPHETÆ.

γ΄. ΕΒΟΗΣΑ ἐν θλίψει μου πρὸς κύριον τὸν θεόν μου, καὶ εἰσήκουσέ μου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ζηλώσωμεν τοῦ προφήτου τὴν ἀρετὴν, καὶ γρηγορήσωμεν, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἀδιακόπως προσκαρτερήσωμεν· εἰ μὴ γὰρ διαπαντὸς ἐκεῖνος προσηύχετο, καὶ τοῦτο μελέτην ἐποιεῖτο, οὐκ ἂν τὸν θεὸν ἐν τῇ γαστρὶ τοῦ κήτους περικεκλεισμένος ἱκέτευε. κτησώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπαινετὴν ταύτην μελέτην, ἵν' ὅταν ὑπὸ πειρασμοῦ τινὸς ὥσπερ ὑπὸ κήτους καταποθῶμεν ἐξεμεθείημεν διὰ τῆς προσευχῆς.

3. CLAMAVI * in tribulatione mea ad Dominũ * Deum meum, & exaudiuit me.

Ionæ 2.
** Vulgata*
de
** abest ab ea.*

ANONYMI. Imitemur virtutem Prophetæ, & euigilemus, atque orationibus incessanter insistamus: nisi enim ipse continuò orasset, atque hanc fecisset meditationem, non vtique in ventre ceti inclusus Deum fuisset deprecatus. Possideamus igitur & nos laudabilem hanc meditationem, vt quando à tentatione aliqua non secùs ac ceto demergimur per orationem emergamus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

De ventre inferi * clamoris mei audisti vocem meam.

Ἐκ κοιλίας ᾅδου κραυγῆς μου ἤκουσας φωνῆς μου.

* Vulgata clamaui, & exaudisti

* Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui

4. * Proiecisti me in profunda cordis maris & flumina quæ circumdederunt: omnes eleuationes tuæ & fluctus tui super me transierunt.

δ΄. Ἀπέῤῥιψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης καὶ ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με· πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπ' ἐμὲ διῆλθον.

NICOLAI PRESBYTERI. Propheta semetipsum videns ex aquis mortem & dentium ceti diuisionem atque in faucibus eius contritionem effugisse, & quasi in loco quodam spatioso mirabiliter cómorari, seruatori suo & precum suarum exauditori gratias agit. Non aliter enim pericula istiusmodi effugi posse considerabat, nisi Deus qui priùs auersus fuerat precibus ipsius inclinatus fuisset: propheticè nimirum cernebat preces suas admissas esse, atque insuper laudis canticum deberi: ostendens circumdantium se malorum magnitudinem enarrat, scilicet vltimam abyssum, procellarum arcuatarum impetum, & per modum fluminis in ipsum ingruentium, in rebus hisce desperationem, sancti templi orbitatem, quæ damnum erat intolerabile.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ. Ὁρῶν ἑαυτὸν ὁ προφήτης τὸν ἐκ τῶν ὑδάτων ἐκπεφευγότα θάνατον καὶ τῶν ὀδόντων τοῦ κήτους τὸν διαμερισμὸν τὸν ἐν τῷ φάρυγγι συντριμμὸν, καὶ ὡς ἐν τόπῳ τινὶ εὐρυχώρῳ παραδόξως διάγοντα, εὐχαριστεῖ τῷ σεσωκότι καὶ τῆς ἑαυτοῦ δεήσεως εἰσακούσαντι. οὐ γὰρ ἑτέρως ἐκείνας τοὺς τοιούτους κινδύνους ἐκφυγεῖν ἐλογίζετο, μὴ τοῦ θεοῦ τοῦ πρότερον ἀποστραφέντος ταῖς αὐτοῦ καταχαμφθέντος ἱκεσίαις· ἤγουν προφητικῶς εἰσδεδεχμένας αὐτοῦ τὰς εὐχὰς ἐθεώρησε, καὶ ὑποφειλόμενον τὸν ὕμνον· δεικνὺς τὸ μέγεθος τῶν κυκλωσάντων αὐτὸν ἐκδιηγεῖται κακῶν, τὴν ἐσχάτην ἄβυσσον, τῶν κυμάτων τὴν ὁρμὴν κυρτουμένων, καὶ ποταμηδὸν κατ' αὐτοῦ φερομένων, τὴν ἐν τούτοις ἀπόγνωσιν, καὶ τοῦ ἁγίου ναοῦ τὴν στέρησιν, ζημίαν οὖσαν οὐ φορητήν.

* Vulgata à conspectu oculorum tuorum.

5. Et ego dixi, Abiectus sum * ex oculis tuis.

έ. Κἀγὼ εἶπον, ἀπῶσμαι ἐξ ὀφθαλμῶν σου.

CYRILLI. Se in maris profundo fuisse dicit, & in confusione aquarum multarum, quæ quasi fluuiatiles latices ipsum circumdederant, & tantis calamitatibus inuoluerant, vt putaretur deinceps omnimodam diuinorum oculorum auersionem subiturus.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης μυχοῖς γεγενῆσθαί φησι, καὶ ἐν συγχύσει πολλῶν ὑδάτων, ἐν ἴσῳ ποταμίοις νάμασιν ἐπικλυζόντων, καὶ συμφορᾶς εἰς τοῦτο καθελκόντων, ὡς ἐννοῆσαι λοιπὸν τῶν θείων ὀμμάτων παντελῆ ὑπομεῖναι τὴν ἀποστροφήν.

* Vulgata Verumtamen rursus videbo

* Putásne addam, vt videam templum sanctum tuum?

Ἄρα προσθήσω, τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου;

EIVSDEM. Vidit quidem se Dei virtute conseruatum, verumtamen quiescit, etsi de ventre ceti edendus sit. Hoc autem ipsi vel maximè in votis est, vt in diuinum templum ingredi possit, atque hanc gratiam consequi precatur, contestans Deum hæc omnia posse perficere.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἶδε μὲν ὅτι δυνάμει θεοῦ τετήρηται, ἐνδιάζει γε μὴν, εἰ καὶ ἐκδοθήσεται ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους. ξιπόθητον δὲ ποιεῖται τὸ, καὶ εἰς αὐτὸν εἰσελάσαι τὸν θεῖον ναὸν, καὶ τῆς τοιᾶσδε χάριτος εὔχεται τυχεῖν, τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν ἐπιμαρτυρῶν θεῷ.

* Vulgata Circumdederunt me aquæ

* omittit.

6. * Circumfusa est mihi aqua vsque ad animam: abyssus vallauit me * nouissima,

ς΄. Περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου· ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐσχάτη,

NICOLAI PRESBYTERI. Propheta adhuc commemorat periculorum quæ ipsi

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ. Ἐπὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ κινδύνων τὸ μέγεθος ὁ

προφήτης

προφήτης ἐκδιηγεῖται, καὶ τὸ παράδοξον τῆς σωτηρίας ἐκπλήττεται. περιέσχον γάρ με, φησὶν, ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. τουτέστιν, ἐνεκρώθην, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τῆς τῶν ὑδάτων περιοχῆς, ὡς μόνην ἐν ἐμοὶ τὴν ψυχὴν περιλιμπάνεσθαι κεκαλυμμένῳ πελάγεσιν ἀπεράντοις.

Κυριλλου. Ὅτι ἐν θαλάσσῃ γέγονε καὶ ἐν χισμαῖς ὀρέων. καταδυομένου γὰρ, κατὰ τὸ εἰκὸς, τοῦ κήτους ἐν πέτραις καὶ τοῖς ἐν θαλάσσῃ σπηλαίοις οὐκ ἠγνόησεν ὁ προφήτης.

Ἔδυ ἡ κεφαλή μου εἰς χισμὰς ὀρέων.

Σευηρου. Ποίων δὲ ὀρέων ἂν εἴποιμεν χισμὰς ἔχειν τὴν γαστέρα τοῦ κήτους; ἢ δῆλον ὡς τὸ ζωοποιὸν τάφον προανεκήρυττε, χισμὰς ὀρέων προσαγορεύσας διὰ τὸ λελατομῆσθαι πέτρα. χισμὰς δὲ ὀρέων φήσαιμι ἔγωγε καὶ τὸ διαρραγῆναι τὴν φάλαγγα καὶ τὸν συνασπισμὸν τῶν πονηρῶν καὶ ὑποχθονίων καὶ ἀμειλίκτων δυνάμεων, αἳ τὰς τῶν παρελθόντων κατεῖχον ψυχάς. ἔθος γὰρ ὄρη τὴν θείαν γραφὴν καὶ τὰς ἀγγελικὰς καὶ τὰς ἐναντίας δυνάμεις ἀποκαλεῖν.

ζ΄. Κατέβην εἰς γῆν, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι·

Κυριλλου. Τουτέστι τὸν ᾅδην. οὐχ ὅτι γέγονεν ἐκεῖσε, ἀλλ' ὅτι τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος οὐδὲν ἀποδεῖ τοῦ τεθνηκέναι δοκεῖν.

Του αυτου. Εἶτα σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ τοῖς ἐκεῖσε διακηρύξας πνεύμασι, καὶ τὰς ἀνικήτους πύλας ἀνεὶς, ἀνεβίω πάλιν. ἀναβεβίωκε γὰρ ἐκ φθορᾶς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

Σευηρου. Ἀλλὰ καὶ τὸ μηδαμῶς καταβῆναι εἰς γῆν ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι τῷ Ἰωνᾷ· ἁρμόσει καὶ μᾶλλον Χριστῷ εἰκότως, τῷ τὰς χαλκᾶς πύλας συντρίψαντι, καὶ τοὺς σιδηροῦς μοχλοὺς κατεάξαντι· πυλωροὶ γὰρ ᾅδου ἰδόντες αὐτὸν ἔπτηξαν· καὶ εἶπε τοῖς ἐν δεσμοῖς ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει ἀνακαλύφθητε.

Καὶ ἀναβήτω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου πρὸς σὲ κύριε ὁ θεός μου.

η΄. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὴν ψυχήν μου τοῦ κυρίου ἐμνήσθην, καὶ ἔλθοι πρὸς σὲ ἡ προσευχή μου πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου.

Σευηρου. Πάλιν ἐφαρμόσιον Χρι-

acciderant magnitudinem, & admirabilem salutis suæ rationem obstupescit. *Circumdederunt* enim, inquit, *me aquæ vsque ad animam meam*: Id est, ac sic dicat, Mortificatus fui à circumfusione aquarum, ita vt sola anima superesset mihi numeroso pelago obtecto.

CATENA PATRVM.

Cyrilli. Quoniam in mari fuit & in scissuris montium. Dum cetus enim, vti par est, in petris & in maris recessibus demergeretur Propheta minimè ignorauit.

*. Intrauit caput meum in scissuras montium.

* Vulgata Pelagus operuit caput meum.

Severi. Qualium porrò montium dicere possimus scissuras habere ventrem ceti? Vtique manifestum quòd viuificum sepulchrum prædixerit, dum scissurarum montium meminit; quoniam petra scissa fuit. Ceterùm scissuras montium ego dixerim etiam conquassationem agminis & præsidij prauarũ & subterrestrium atque immanium virtutum, quæ decedentium animas detinebant. Solet enim Scriptura montes quoque appellare angelicas & aduersarias virtutes.

7.* Descendi in terrã, cuius vectes eius sunt retinacula sempiterna:

* Vulgata Ad extrema montium descendi: terræ vectes concluserunt me in æternum:

Cyrilli. Id est infernum. Non quòd ibi fuerit, sed quòd periculi magnitudo nihil à morte distare videretur.

Eivsdem. Deinde vbi expoliauit infernum, & spiritibus qui ibi sunt prædicauit, & insuperabiles portas deiecit, iterùm reuixit. Resuscitata enim fuit ex interitu vita eius.

Severi. Sed neque in Ionam vllo modo quadrabit descensus in terram cuius vectes eius custodiæ æternales: imò potiùs Christo id meritò conueniet, qui portas æreas confregit, & vectes ferreos disrupit: siquidem inferni custodes videntes ipsum consternati fuerunt: dixitque ijs qui vincti erant Exite, & ijs qui in tenebris versabantur Reuelamini.

* Et ascendat de interitu vita mea ad te Domine Deus meus.

* Vulgata Et subleuabis de corruptione vitam meã

8. Cum * deficeret ex me anima mea Domini recordatus sum, * & veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

* angustiaretur in me anima mea
* vt

Severi. Hoc iterùm accommodandum est Chri-

ANNOTATIONES CORDERII.

Christo, de quo ſcriptum eſt, quod non derelicta ſit anima eius in inferno, neque caro eius viderit corruptionem.

9. Qui cuſtodiũt * vana & mendacia, miſericordiam reliquerunt.

10. Ego autem * cum voce laudis * & confeſſionis immolabo tibi: quæcumque voui reddam * tibi pro ſalute mea Domino.

* Vulgata vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuam derelinquunt.
* in
* omittit.
* pro ſalute Domino.

EIVSDEM. Alij, inquit, cùm te vniuerſorum Dominum ignorarent, exinde vanitatis laqueis irretiti, & falſi nominis dijs cultum exhibentes, non petunt à te miſericordiam, neque talem ſpem habuerunt. Ego verò non facio vt illi; ſed offeram tibi Cantica gratiarum.

σοῦ, περὶ οὗ γέγραπται, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς τὸν ᾅδην, οὔτε ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

θ. Φυλασσόμενοι μάταια καὶ ψευδῆ, ἔλεον αὐτῶν ἐγκατέλιπον.

ι. Ἐγὼ δὲ μετὰ φωνῆς αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως θύσω σοι· ὅσα ηὐξάμην ἀποδώσω σοι εἰς σωτηρίαν μου τῷ κυρίῳ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἕτεροι, φησι, σὲ τὸν ὅλων ἠγνοηκότες δεσπότην, εἶτα τοῖς τῆς ματαιότητος ἐνειλημμένοι βρόχοις, καὶ τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς ἀνατιθέντες τὸ σέβας, οὐκ ἐξαιτοῦσι παρὰ σοῦ τὸν ἔλεον, οὔτε μὴν ἐλπίδος εἴσω γεγόνασι τῆς τοιᾶσδε. ἐγὼ δὲ οὐ κατ' ἐκείνους· ἀναθήσω γάρ σοι τὰς χαριστηρίους ᾠδάς.

ANNOTATIONES CORDERII.

HÆc eſt oratio, ſeu Canticum, quod de ventre ceti ad Deum fudiſſe ſcribitur Ionæ 2.

3. *Clamaui de tribulatione ad Dominum*, &c.] Bis ſe clamaſſe dicit & ſtatim exauditum: Primò, cùm proiectus eſt in vndas maris, deprecans vt à fluctibus eriperetur: moxque exauditus eſt: præparauit enim Deus piſcem grandem qui eum deuoraret: in cuius ventriculo poſitus à procellis tutus eſſet. Sed cùm intra belluæ ventrem valdè anguſtiaretur, & periclitaretur, iterùm clamauit ad Dominum; & ſimiliter exauditus eſt: præcepit enim Dominus piſci vt eum in aridam euomeret. Clamor autem iſte non tam erat voce corporeâ (quæ intra abyſſum aquarum & ventrem piſcis vix efformari poterat) quàm vehementi cordis affectu diuinam implorans miſericordiam. Sed vnde Ionæ tanta fiducia, quòd bis ita feruenter oraret, vt mox Deus exaudiret illum? Fortaſſe quoniam (vt D. Auguſtinus lib. 2. de Mirabilibus S. Scripturæ cap. 17. ex Hebræorum traditione refert) Ionas fuit filius viduæ, quem Elias ſuſcitauerat. Cùm ergo recordaretur Deum Eliæ orationem exaudiſſe, & per eamdem ſe à morte, quæ ipſum iam deuorauerat, ereptum fuiſſe, magnam ſpem concepit fore, vt ſi preces ad Deum funderet, tum è profundo maris, tum à ventre ceti benignitate Numinis eriperetur illæſus. Nec eum ſpes fefellit: *Quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt.* Si ergo Ionam fugientem à facie Domini ne ei obediret ita celeriter Deus exaudiuit, orantem non in templo, ſed in medio maris, non in cubiculo, ſed in ventre piſcis; cur non exaudiet te citò ſi acceſſeris ad illum? Nam qui exaudiuit fugientem magis exaudiet appropinquantem. Etſi autem Ionas triduo manſerit intra cetum, adhuc tamen ſtatim exauditus eſt: quoniam igneus calor ventriculi accenſus ſicut fornax illicò eſt impeditus, ne corpus Prophetæ ſicut alios cibos abſumeret, & in ſe conuerteret: animam verò illo triduo à culpa purgauit, mundauitque, velut fornax purgat aurum & argentum; vt ſcias celerem Dei exauditionem tam corpori quàm animæ opportunum afferre remedium. Nota autem carmen hoc Ionæ valdè affine eſſe verbis & ſententijs Pſalmi 68. ex quo magna ex parte depromptum videtur.

Bis Ionas clamauit, & exauditus eſt.

Clamor Ionæ qualis.

Iudæi tradunt fuiſſe Ionam filium viduæ quem ſuſcitauerat Elias.

Eccli. 2, 11. Si fugientem Deus exaudit, multò magis appropinquantem.

4. *Proieciſti me in profunda cordis maris, & flumina me circumdederunt.*] Quomodo mari obrutus circumdatur flumine? quomodo flumen dulce in mari amaro? In flumine enim agnoſcit D. Hieronymus dulciſſima fluenta; quibus circumdatus Ionas venit in amaritudinem maris, ne poſſent dici amari fluctus obueniſſe Ionæ, quin priùs & immediatiùs illum benedictionis dulcedo inundaſſet: ſic nempe de fontibus Saluatoris ridebat amaritudines maris; licet à mari abſorptus, licet felleis vndis vndequaque ſubmerſus, limoque profundi infixus: tamen eius dulceſcebant labia de fluminis impetu lætificantis Dei ciuitatem. Ita S. Hieronymus: *Cùm, inquit, inter amaras aquas fuerit, non ſenſit amaras aquas, ſed flumine circumdatus fuit: de quo legimus, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Itaque nec in felleis vndis, nec in faucibus belluæ miſerandus eſt, vbi de Saluatoris fontibus lætificans flumen circumdans habuit. Et ſanè ſolemniſſimum hoc diuinæ beneficentiæ, quæ non permittit furere mala, quin priùs electos ſuos protectionis ſuæ conſolatione præuenerit.

Ionas in mari amaro dulci flumine circumdatus.

IBIDEM. *Omnes eleuationes tuæ & fluctus tui ſuper me tranſierunt.*] Vulgata vertit *Omnes gurgites tui:* Pagninus, *Omnes vndæ tuæ:* in Hebræo eſt מִשְׁבָּרֶיךָ *Miſbarecha*, id eſt *Omnes contritiones tuæ:* puta omnes procellas quæ naues conterunt & confringunt. Allegoricè S. Hieronymus ex perſona Chriſti: *Vniuerſa*, inquit, *perſe-*

Digitized by Google

perſecutiones & turbines, quibus genus vexabatur humanum, & cuncta nauicula frangebantur, ſuper meum detonuere caput. Ego ſuſtinui tempeſtates, & fregi turbines ſæuientes, vt cæteri ſecurius nauigent, &c. Ionas enim figura Domini eſt in eo, quòd pro ſalute eorum qui erant in naui voluntate ſuâ in mare miſſus ſit: ſicut Chriſtus pro ſalute eorum ipſorum, à quibus occiſus eſt (qui quaſi naues quædam in mari huius ſæculi iactabantur) potuit mori & crucifigi.

Ionas figura Christi.

6. *Abyſſus vallauit me nouiſſima, intrauit caput meum.*] Vulgata reddit, *Abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum:* vbi pro voce *pelagus* in Hebræo eſt סוף *ſuph:* quod propriè (inquit Cornelius) ſignificat *finem* & *terminum*, atque inde iuncum, caricem, arundinem, algam, quæ in extremitate maris & fluminum naſci ſolet; & quia his abundat Mare rubrum, quod ſimul eſt terminus cùm maris, tum Ægypti & Arabiæ: vnde illud Hebraicè vocatur *Mare ſuph*. Ex triplici hoc ſignificato triplex naſcitur verſio. Prima, *Finis colligatus erat capiti meo.* id eſt, Mors & exitium imminebat capiti meo. Secunda, *Alga alligata erat capiti meo.* ita Pagninus. Vel *careƈtum implicitum erat capiti meo.* ita Tigurina. Vel *iuncetum erat faſcia capitis mei*. ita alij. q.d. Cetus me ſecum implicabat iuncis & calamis, qui in ſummo, & algis, quæ in imo maris naſcuntur. Aut cetus deuorabat algam, quæ deſcendens in eius ſtomachum me caputque meum implicabat. Tertia Rabbinorum vertentium, *Mare rubrum implicauit caput meum.* Vnde cenſent ipſi Ionam, qui in Ioppe deuoratus fuit à ceto, ab eo vectum & eiectum fuiſſe in Mari rubro, ad hoc vt Ionas vicinior eſſet Niniuæ, ad quam à Deo mittebatur. Ludouicus noſter de Ponte lib. 6. in Cant. Exhort. 35. §. 1. credibile putat, quando Ionas proiectus eſt in mare, non ſolùm pelagus aquarum operuiſſe caput eius; nam de hoc iam dictum erat, *Abyſſus vallauit me*; ſed etiam carices & iuncos in modum coronæ cinxiſſe & operuiſſe caput eius; quaſi corpus ex impetu in profundum deiectum caput inter algas & iuncos immitteret, vnde illis quaſi cinctum exiret & coronatum, vt in Iona tota Chriſti paſſio repræſentaretur; quem, vt Pſalmiſta teſtatur, circumdederunt aquæ vſque ad animam, infixus fuit in limo profundi, & non erat ſubſtantia. Sed cùm infixus dicitur in limo profundi, quod etiam caricibus & algis ſolet eſſe permixtum, pelagus operuit caput eius, & iuncorum corona circumdedit illud. Nam ſpinea corona ex iuncis marinis, qui duriores ſunt terreſtribus, dicitur confecta: & tandem deuoratus à ceto, id eſt à morte, in corde terræ, quod eſt limbus, fuit anima eius triduo, ſicut corpus triduo manſit in ſepulchro.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pſal. 68, 1.

8. *Cùm deficeret ex me anima mea*, &c.] Benè monet hîc Ribera noſter, illud magnoperè cutandum eſſe, vt quamuis in cœno peccatorum iaceamus, numquam orationis obliuiſcamur. Multi enim tunc recordantur Domini tantùm, vt timeant gehennam; alij vt ferè in deſperationem decidant; alij vt illi iraſcantur; at electi recordantur vt orent, & veniam petant; vt Ionas dum ait: *Veniat oratio mea in templum ſanctum tuum:* id eſt ad te Deus qui habitas in templo ſancto, quod eſt in Hieruſalem. Non ignorabat Propheta vbique Deum exaudire preces ſupplicum; ſed quia templum illud ſibi conſecrari voluit, vt eſſet domus orationis, cùm ibi orare non poſſet, mente ſaltem ad illud conuerſus orat. Sicut & Daniel oraturus faciem vertebat contra Hieruſalem. Scriptum enim erat: *Quòd ſi peccauerint tibi, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum, & egerint pœnitentiam in corde ſuo, & orauerint te contra viam terræ ſuæ*, &c. *& ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo; exaudies in cælo, in firmamento ſolij tui, orationes eorum & preces eorum*, &c.

In tribulatione confugiendum ad orationem.

Dan. 6.
3. Reg. 8.

CANTIC. EZECHIÆ REG. IVDÆÆ.

10. ΕΓΩ εἶπα, ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ἔμελλε γὰρ τῆς Ἐζεκίου βασιλείας εἰς ὕψος αἴρεσθαι τὰ αὐχήματα.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Συνειδὼς γὰρ ἐμαυτόν, φησι, λοιπὸν ταῖς τοῦ θανάτου πύλαις πλησιάζοντα ἀπέγνων, καὶ ἀπήλπισα ἐμαυτοῦ τὴν ἐν ἀνθρώποις ζωήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Ὕψος ἡμερῶν λέγει τὴν γενομένην τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ ὑψαυχενίαν, ὑφ᾽ ἧς συνεχόμενος ἔμελλε τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ὑποτέμνεσθαι, ταῦτα διανοούμενος· οὐ γὰρ δὴ ἐν γῇ ζώντων ἤλπιζον, φησιν, ὄψεσθαι τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, ἐλεγχθεὶς ἐπὶ τῇ

10. EGO dixi, In * altitudine dierum meorum

Isaiæ 38.
* Vulgata dimidio

EVSEBII CÆSARIENSIS. Gloria enim Regni Ezechiæ in altum efferenda erat.

CYRILLI. Cognoſcens enim, inquit, meipſum deinceps mortis ianuæ propinquum, deſpondi animum, & deſperaui de mea inter homines vita.

THEODORI HERACLEOTÆ. Altitudinem dierum appellat iactantiam quæ ipſius menti inhærebat, à qua detentus vitam ſuam interrupturus erat, cùm hæc ſecum reputaret: neq; enim ſperabam, inquit, in terra viuentium me ſalutare Dei viſurũ eſſe, conuictus peruerſitate

 conſilij

Digitized by Google

consilij quæ me inuaserat. Ceterùm hac me vitâ priuatum iri videbam ad interitum vsque & internecionem, instar illius qui vmbraculum pro tempore contexit, & deinde statim dissoluit. Vitalis enim spiritus meus ita viribus destituebatur, vt stamen mulieris quod iam recidendum est. Quapropter cùm à morbo liberatus sim, non desinam posthac præco tuæ bonitatis esse more auium, hirundinis nempe & columbæ, incessanter tua beneficia decantare. Tu enim es qui & corpori dolores sedas, & animæ medicinam tribuis, mea delicta transscendens.

καταλαβούσῃ με κακοβουλίᾳ. ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ζωῆς στερηθήσεσθαι εἰς ἀπώλειαν καὶ ἀναίρεσίν μου, καταστρέψαντος κατὰ τὸν πηξάμενον σκηνὴν, συστείλαντα δὲ αὐτὴν ταχέως. τὸ γὰρ ζωτικὸν πνεῦμα οὕτως ἀφαιρεῖται τὰς δυνάμεις, ὡς ἱστὸς γυναικὸς ἐκτέμνεσθαι μέλλον. ὅθεν τῆς ἀῤῥωστίας ῥυσθεὶς, οὐ παύσομαι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα κήρυξ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐσόμενος κατὰ τοὺς ὄρνιθας, τήν τε χελιδόνα καὶ περιστερὰν, ἀπαύστως τὰ σὰ μεγαλεῖα ἐξηγούμενος. Σὺ γὰρ εἶ ὁ καὶ τῷ σώματι τὰς ὠδῖνας παύσας, καὶ τῇ ψυχῇ ἴασιν χαρισάμενος, ὑπερβεβηκὼς τὰ πλημμελήματά μου.

Vadam ad portas inferi. * Relinquam annos residuos.

Πορεύσομαι ἐν πύλαις ᾅδου. καταλείψω τὰ ἔτη τὰ ἐπίλοιπα.

11. Dixi: * Nequaquam vltrà videbo salutare Dei in terra viuentium.

ιά. Εἶπα· οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ ἐπὶ γῆς ζώντων.

Theodori. Quando exaltatus sum & illustris factus, tunc vitæ finem accipio.

Anonymi. Cùm mortis, inquit, sententiam à Deo accepissem, de salute desperaui.

Cyrilli. Non ampliùs, inquit, videbo in hac vita miracula à Deo edita propter hominum salutem. Deinde subjungit ea per quæ eueniat in extremum terrorem incidere eos qui graui morbo laborant, nec procul à morte absunt.

Evsebii. Hoc vtique est: Non ampliùs videbo salutem à Deo. Meritò igitur in hoc certamine constitutus, de ijs quæ post vitæ huius commutationem futura sunt Deum ipsius diuinæ suæ pietatis admonet, eumque cum fletu obsecrat, ne à regione viuentium eijciatur.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅτε ὑψώθην καὶ περίβλεπτος ἐγενόμην, τότε δέχομαι τοῦ βίου τὸ πέρας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν τοῦ θανάτου, φησὶ, παρὰ τοῦ θεοῦ δεξάμενος ψῆφον, ἀπέγνων τῆς σωτηρίας.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐκέτι, φησὶν, ὄψομαι κατὰ τόνδε τὸν βίον τὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινομένας θαυματουργίας. εἶτα τούτοις προστίθησι δι' ὧν τοῖς ἐσχάτοις δείμασι συμβαίνει προσομιλεῖν τοὺς ἀῤῥωστίᾳ κατειλημμένους, καὶ οὐ μακρὰν ὁρῶντας τὸν θάνατον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα δέ ἐστιν· οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ. εἰκότως ἐν ἀγῶνι καταστὰς, τῶν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου ὑπομιμνήσκει μετὰ τῆς ἑαυτοῦ θεοσεβείας τὸν θεὸν, διὰ δὲ τοῦ κλαυθμοῦ, μὴ ἐκπεσεῖν τῆς χώρας τῶν ζώντων καταντιβολεῖ.

Non aspiciam hominem vltrà * cum habitantibus.

Οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω ἄνθρωπον μετὰ κατοικούντων.

12. * Defeci ex cognatione mea: dereliqui residuum vitæ meæ,

ιβ´. Ἐξέλιπον ἀπὸ τῆς συγγενείας μου· κατέλιπον τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μου,

Eivsdem. Etiam hoc præter supradicta Ezechiam contristabat, quòd nullum ex suo semine residuum haberet successorem, cùm nullum filium genuisset eo tempore quo hæc dicebat. Quoniam igitur sine liberis moriturus erat nullo relicto successore, ex quo

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐλύπει τὸν Ἐζεκίαν, τὸ μηδένα διάδοχον ἐκ σπέρματος ὑπάρχειν αὐτῷ, μήπω παιδὸς αὐτῷ γενομένου καθ' ὃν χρόνον ταῦτα ἔλεγεν. ἐπειδὴ τοίνυν ἄπαις ἤμελλε τελευτᾷν μηδένα καταλιπὼν διάδοχον, ἐξ οὗ

τὸ

Digitized by Google

τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ ἐν ἀνθρώποις γενησόμενον προσεδόκατο, εἰκότως τῆς τοῦ θεοῦ γεννήσεως τῆς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ στερούμενος ἀπεκλαίετο.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλότριος ἐγενόμην τῶν ζώντων καὶ ξένος τῶν συγγενῶν.

Ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθεν ἀπ᾽ ἐμοῦ ὥσπερ ὁ καταλύων σκηνὴν πήξας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Σκηνὴν καλεῖ τὸ σῶμα, ἔνοικον δὲ τὴν ψυχὴν, ἧς ἀναχωρούσης ἔοικε τὸ σῶμα καταλυομένῃ σκηνῇ. εἶτα καὶ ἑτέραν εἰσάγει παραβολήν.

Ὡς ἱστὸς τὸ πνεῦμά μου παρ᾽ ἐμοὶ ἐγένετο ἐρίθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ἱστὸς ἐρίθου ὕφασμα λοιπὸν ἀποτεμνούσης· οὕτω καὶ τὰ τῆς ἐμῆς ζωῆς καὶ τοῦ βίου παντὸς τὸ ὕφασμα περὶ τέλος ἥλασεν ἀποτεμνόμενον. ἕκαστος γοῦν τῶν ἁγίων στολὴν ὑφαίνει, καὶ κόσμον τῇ αὐτοῦ περιτίθησι ψυχῇ διὰ τῶν ἑαυτοῦ πράξεων.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐῴκειν φησὶν οὐ μόνον σκηνῇ, ἀλλὰ καὶ ὑφάσματι ἐν ἱστῷ μὲν ὄντι, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ διαιρουμένῳ.

ιγ΄. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ παρεδόθην ἕως πρωῒ ὡς λέοντι· οὕτως συνέτριψε πάντα τὰ ὀστᾶ μου·

Ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμέρας ἕως τῆς νυκτὸς παρεδόθην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Παρεδόθην ὥσπερ τινὶ ἀνθρωποβόρῳ λέοντι, ὃς τέως μὲν διὰ τῆς ἐπιτηδείως μοι ἀῤῥωστίας διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας συνέτριψε πάντα τὰ ὀστᾶ μου· μικροῦ δὲ δεῖν καὶ ὅλον αὐτὸν καταπιεῖν με ἔμελλεν. ὅμως δ᾽ οὖν ἐν τούτοις γενόμενος οὐκ ἐξησθένησα, οὐδὲ τοῦ θεοῦ μου ἀνεχώρησα· ἀναλαβὼν δὲ ἐμαυτὸν πίστει καὶ ἀγαθῇ ἐλπίδι, κλαυθμοῖς καὶ γόοις καὶ προσευχῇ παρέδωκα ἐμαυτόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καὶ τίς ὁ λέων ἀλλ᾽ ἢ τῆς ἀῤῥωστίας τὸ ἄχθος, καὶ μονονουχὶ καταφθείρων ἐν εἴδει θηρὸς ὁ θάνατος; συμβαίνει γὰρ φόβος τι ὁμοῦ καὶ δυσθυμία ψυχὴν, καὶ πᾶσαν αὐτῆς συνθρύπτει τὴν δύναμιν.

ιδ΄. Ὡς χελιδὼν οὕτως φωνήσω· καὶ ὡς περιστερὰ οὕτως μελετήσω.

salutare Dei inter homines oriturum expectabar, meritò lugebat priuatus spe Dei ex Dauidis semine nasciturі.

THEODORI. Alienus factus sum à viuentibus & peregrinus à cognatis meis.

* Exiuit & recessit à me sicut tabernaculum soluens qui fixerat.

EIVSDEM. Tabernaculum vocat corpus, habitatorem verò animam, quâ recedente corpus simile est tabernaculo quod destruitur. Deinde etiam aliam addit similitudinem.

* Sicut tela spiritus meus apud me factus est texente appropinquante ad succidendum.

EVSEBII CÆSARIENSIS. Quin imò sicuti est tela texentis reliquam texturam recidentis; sic textura totius vitæ meæ ad finem properat vt abrumpatur. Quilibet igitur vir sanctus stolam texit, & ornamentum suæ animæ apponit per suas actiones.

THEODORETI. Simile esse ait non modò tabernaculo, verùm etiam telæ adhuc quidem in stamine constitutæ, sed iamiam rescindendæ.

13. * In die illa traditus sum vsque manè sicut leoni: sic contriuit omnia ossa mea:

* A die enim vsque ad noctem traditus sum.

EVSEBII. Obiectus sum veluti cuidam leoni hominem deuoranti, qui dies noctesque dum morbo laborarem omnia ossa mea contriuit: parum autem abfuit quin me totum deglutiret. Ceterùm cùm in his versarer malis animo nequaquam concidi, neque à Deo meo recessi; sed cùm meipsum fide & bonâ spe collegissem, luctui, lacrymis ac precibus me totum tradidi.

CYRILLI. Et quisnam leo est nisi pondus infirmitatis, & tantum non feræ in morem interimens mors? Nam metus & pusillanimitas simul animam conficiunt, & omnem eius virtutem conterunt.

14. * Quasi hirundo sic clamabo: * & quasi columba sic meditabor.

EIVS-

CATENA PATRVM.

* Vulgata Et conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum.

* Vulgata Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc orditer succidit me, &c.

* Vulgata Sperabam vsque ad manè, quasi leo

* De manè vsque ad vesperam finies me.

* Vulgata Sicut pullus hirundinis

* meditabor vt columba.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Eivsdem. Cantica pro gratiarum actione promens pollicetur se canoros passeres imitaturum, & sine cessatione laudum cantica oblaturum. Itaque in rebus prosperis quæ nobis à Deo eueniunt à nobis glorificandus est.

Τοῦ αὐτοῦ. Τὰς χαριστηρίους ἀναπέμπων ᾠδὰς τὰ τῶν στρουθίων εὔστομεῖν εἰωθότα μιμεῖσθαι κατεπαγγέλλεται, καὶ ἀκαταλήκτους ποιεῖσθαι τὰς ὑμνῳδίας. Οὐκοῦν ἐν ταῖς εὐπαθείαις αἵπερ ἂν εἰς ἡμᾶς γίνονται παρὰ θεοῦ δοξολογείσθω πρὸς ἡμῶν.

Evsebii. Cùm autem, inquit, Deum assiduè deprecarer, & diuinæ supplicationi incumberem; quia præter spem salutem adeptus sum, hirundinis & columbæ cantilenas imitabor, vitæ largitori hymnos contexens.

Εὐσεβίου. Εὐχομένου δέ μου, φησὶν, ἐπιμελῶς, καὶ ἐγκειμένου τῇ πρὸς θεὸν ἱκετείᾳ· ἐπειδὴ παρ' ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσα, χελιδόνος καὶ περιστερᾶς τὴν ἀδολεσχίαν μιμήσομαι, ὕμνους ὑφαίνων τῷ χορηγῷ τῆς ζωῆς.

* Vulgata Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Domine vim patior, responde pro me.

* Defecerunt enim oculi mei aspiciendo in excelsum cæli ad Dominum, qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ.

Ἐξέλιπον γάρ μου οἱ ὀφθαλμοὶ ἀπὸ τοῦ βλέπειν εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὃς ἐξείλετό με, καὶ ἀφείλετο μου τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς.

Evsebii. Qui mei curam gerit is eripuit me, & abstulit dolorem ab anima mea, tantum non sermonem suum confirmans, quem sanctis suis promisit dicens: *Adhuc loquente te dicam Ecce adsum.* Posthabitâ enim omni humanâ arte *ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis*, tu autem mei misertus es, cùm ab imminente dolore me liberaueris.

Psal. 122, 1.

Εὐσεβίου. Ὅς δὴ μου μελήσας ἐξείλετό με, καὶ ἀφείλετό μου τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς, μονονουχὶ τὸν αὐτὸν λόγον πιστωσάμενος, ὃν ἐπήγγελται τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ εἰπών· Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ ἰδοὺ πάρειμι. πᾶσαν γὰρ ἀνθρωπίνην καταλιπὼν μηχανὴν πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ, σὺ δέ με οἰκτείρας, τῆς ἐπικειμένης ὀδύνης ἀπήλλαξας.

* Vulgata Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

15. * Domine de ipsa enim annuntiatum est tibi.

ιε΄. Κύριε περὶ αὐτῆς γὰρ ἀνηγγέλη σοι.

Theodoreti. Pro hac enim re, inquit, preces tibi obtuli.

Θεοδωρήτου. Περὶ τούτου γάρ, φησι, καὶ τὴν ἱκετείαν προσήνεγκα.

16.* Et suscitasti spiritum meum, & consolationem accipiens vixi.

ιϛ΄. Καὶ ἐξήγειράς μου τὴν πνοὴν, καὶ παρακληθεὶς ἔζησα.

* Vulgata Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

Evsebii. Restituisti enim hunc cùm extinguendus erat.

Εὐσεβίου. Ἐπανήγαγες γὰρ ταύτην μέλλουσαν κατασβέννυσθαι.

17. * Eruisti enim animam meam vt non periret, * & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

ιζ΄. Εἵλου γάρ μου τὴν ψυχὴν ἵνα μὴ ἀπόληται, καὶ ἀπέρριψας ὀπίσω μου πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.

* Vulgata Ecce in pace amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animam

* emittis &

Eivsdem. Non quòd ego his dignus essem (multis enim peccatis inquinatus eram) sed tuâ misericordiâ & benignitate hæc facta sunt. Quando igitur morbo laborabat propriam pietatem Deo exhibuit; & salutem adeptus Dei clementiam celebrat, eò quòd per hanc à morte liberatus sit. Proiecisti enim, inquit, peccata mea, mihique dedisti rursus occa-

Τοῦ αὐτοῦ. Οὐχ' ὅτι τούτων ἄξιος ἤμην ἐγὼ (πολλαῖς γὰρ μεστὸς ἁμαρτιῶν αὐτὸς ὑπῆρχον) ἀλλὰ τῷ σῷ ἐλέῳ καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ ταῦτα παρέστη μοι. ἡνίκα δὲ ἠσθένει τὴν οἰκείαν εὐσέβειαν ὑπέδειξε τῷ θεῷ· καὶ τῆς σωτηρίας τυχὼν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ὑμνεῖ, ὡς τοῦ θανάτου διὰ ταύτης ἀπαλλαγείς. Ἀπέρριψάς μου γάρ, φησι, τὰς ἀνομίας, καὶ ἔδωκάς μοι πάλιν ἀφορμὰ-

Digitized by Google

προφασιν εἰς κτῆσιν δικαιοσύνης. τοῖς γὰρ ἔτι ζῶσι τοῦτο ποιεῖν ῥᾴδιον· οἱ γὰρ τεθνεῶτες ἔξω τῆς ἐμπορείας γεγόνασι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅθεν κἀγὼ αὐτὸς ἰώμενος τὴν σφαλερὰν ἐκείνην ἔννοιαν, σπεύσω καὶ γάμοις ὁμιλῆσαι καὶ παιδοποιήσασθαι, πρὸς τὸ καὶ τοὺς ἐξ ἐμοῦ γενομένους κήρυκας ἀναστῆναι τῆς σῆς δικαιοσύνης.

ιη'. Οὐ γὰρ οἱ ἐν ᾅδου αἰνέσουσί σε κύριε, οὐδὲ οἱ ἀποθανόντες εὐλογήσουσί σε, οὐδὲ ἐλπιοῦσιν οἱ ἐν ᾅδου τὴν ἐλεημοσύνην σου.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τὴν ἴσην ἂν ἔχοι τῆς προκειμένης διανοίας δύναμιν τὰ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς εἰρημένα· τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς, ἢ ἀναγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; οἱ γὰρ ἅπαξ τεθνεῶτες καὶ ταῖς ᾅδου πύλαις γεγονότες κάτοχοι, ἀποπαύσονται [?] καὶ τῆς δοξολογίας· προστιθέασι δ' ἂν παντελῶς οἷς οὐδὲν εἰργάσαντο, μένουσι δὲ μᾶλλον ἐν οἷς κατελείφθησαν, καὶ τῆς καθόλου κρίσεως ἐκδέξονται καιρόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Χωρίον γάρ ἐστιν ἀσεβῶν τοῦτο· διὸ τὴν ψυχὴν ἐλευθερωθεὶς ἐξ αὐτοῦ, χαίρων ἀποδίδωμι τῷ θεῷ τὴν εὐχαριστίαν. ἡ δὲ χώρα τῶν παρὰ τῷ θεῷ ζώντων καὶ τοὺς αἰνοῦντας ἀποδέξεται. ἔνθα καὶ αὐτὸς γενήσεσθαι πιστεύω, τοῦτό μοι τῆς σῆς δωρησαμένης χάριτος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, οὐκ ἐκκόπτων τῆς ἀναστάσεως τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ δηλῶν ὡς εἰς ᾅδην ἀπωλείας ἀπεληλύθει, μὴ παρὰ σοῦ ἀναληφθεὶς, καὶ συγχώρησιν ἁμαρτίας δεξάμενος.

ιθ'. Οἱ ζῶντες εὐλογήσουσί σε ὃν τρόπον κἀγώ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐκοῦν οἱ ζῶντες, φησι, καὶ τοῦ δρᾷν ἔτι τὸ ἀγαθὸν ἔχοντες ἐξουσίαν, ἐπειδὰν εὖ πάθωσιν εὐλογήσουσί σε ὃν τρόπον κἀγώ.

Ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω ἃ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην σου, κύριε τῆς σωτηρίας μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὑπισχνεῖται δὲ παιδία ποιεῖν ἃ ἀναγγελοῦσι τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύ-

fionem iuftitiam obtinendi. Siquidem hoc adhuc viuentibus facile; defuncti verò iam extra forum funt.

CATENA PATRVM.

EIVSDEM. Vnde ego ipfe fallacem illam cogitationem corrigens, ad nuptias & ad procreandos liberos feftinabo, vt gignantur ex me tuæ iuftitiæ præcones.

18. * Non enim qui in inferno funt laudabunt te Domine, neque mortui benedicent te, neque fperabunt qui apud inferos funt mifericordiam tuam.

* Vulgata Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui defcendunt in lacum veritatem tuam.

CYRILLI. Præfenti fententiæ æquiualent ea quæ per vocem Pfalmiftæ dicta funt: *Quæ vtilitas in fanguine meo dum defcendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Nam qui femel mortui & inferorum portis claufi funt, à laudibus diuinis ceffabunt: nihil autem addere poffunt ijs quæ gefferunt, fed potiùs permanent in his in quibus deprehenfi fuerunt, & generalis iudicij tempus excipient.

Pfal. 29, 10.

EVSEBII. Ille enim locus impiorum eft; propterea cùm ex eo animam liberauerim, lætus Deo gratias ago. Regio verò eorum qui apud Deum viuunt etiam laudantes admittet. Ibi, inquit, me futurum confido, tuâ gratiâ id mihi concedente.

THEODORI HERACLEOTÆ. Hoc autem dixit, non quòd fpem refurgendi abieciffet, fed oftendens fe ad infernum perditionis peruenturum fuiffe, nifi à te fuiffet adiutus, & peccatorum veniam impetraffet.

19. * Viuentes benedicent tibi ficut & ego:

* Vulgata Viuens viuens ipfe confitebitur tibi,

CYRILLI. Viuentes igitur, inquit, & adhuc bonum agendi facultatem habentes, vbi quidpiam boni acceperint benedicent tibi quemadmodum & ego.

* Ab hodierno enim die filios faciam qui annuntiabunt iuftitiam tuam, Domine falutis meæ:

* Vulgata Sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam. Domine faluum me fac,

EIVSDEM. Pollicetur fe filios daturum qui Dei iuftitiam prædicent. Ac

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Ac nonnulli dicunt ipsum promittere chori & cantorum fundationem, qui in diuino templo modulentur. Alij verò rebus magis arcanis inhærentes aiunt, Ezechiam sublimia meditantem arbitratum fuisse se Regnum perpetuum vitamque perennem habiturum; quoniam quæ de Christo vtpote Dauidis filio scripta erant, de seipso dicta iactabat. Vnde dicunt Ezechiam cùm per quatuordecim annos regnasset, procreandis liberis nullam operam dedisse. Nam postquam de vitæ suæ fine certior factus erat, de successoribus sollicitus recipit se filijs procreandis vacaturum, additque insuper ipsos iustitiæ Domini præcones extituros. Verùm à veritate sermo eius aberrauit; siquidem natus est illi Manasses, qui scelestus fuit ac impius: sed satis est genitorem eius fuisse pium & diuinæ iustitiæ præconem extitisse.

EIVSDEM. Hoc autem est iam non ampliùs superbiâ laborantis, sed naturæ suæ conscij, & accuratè intelligentis, quoniam nos omnes multis peccatis obnoxij sumus; & nisi Deus per misericordiam suam saluare voluerit, nemo gloriari possit se purum habere cor, neque iactare valeat se mundum esse à peccatis. Itaque quando res prosperæ nobis à Deo conceduntur, ipse à nobis glorificetur, vt qui obliuiscatur errorum nostrorum, ob quos par erat nos iustè puniri. Sapientes enim, inquit, semetipsos agnoscunt.

THEODORETI. Tu semper assistis, & numquam à tuo sanctuario recedis.

EVSEBII. Prædicit autem se patrem filiorum fore, diuinâ nimirum gratiâ ipsi opitulante.

20. * Et non cessabo benedicens tibi cum psalterio omnibus diebus vitæ meæ in conspectu domus Dei mei.

* Vulgata Et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

THEODORI. Ceterùm non cessabo etiam ego ipse per totam vitam hymnos gratiarum actionis offerre vniuersorum Deo vnà cum ijs qui in domum tuam ingrediuntur. Sensibilis autem nobis data est consolatio quæ nos in timore tuo côtineat. Propheta igitur declarauit ex insperato Ezechiæ medicinam adfuturam.

νιαν. καὶ οἱ μὲν φασὶν ὅτι χορεστασίας ἐπαγγέλλεται καὶ ψαλτῳδοὺς, ἐν γε τῷ θείῳ ναῷ καθεστῆσθαι ἀφανοτάτους. ἕτεροι δὲ καὶ τοῖς ἀπορρητοτέροις ἔτι τὸν νοῦν ἐνιέντες λέγουσιν, ὅπερ ὑψηλοφρονήσας Ἐζεκίας ᾠήθη τάχα που καὶ ἀτελεύτητον ἕξειν τὴν βασιλείαν καὶ αὐτὴν ἀκατάληκτον τὴν ζωήν· ὅτι τὰ ἐπὶ Χριστὸν γεγραμμένα ὡς φησὶν υἱοῦ τοῦ Δαβὶδ, εἰς αὐτὸν εἰρῆσθαί τι καὶ βλέπει. ὅθεν φασὶ καίτοι τέσσαρες καὶ δέκατον ἔτος ἐν τῷ βασιλεύειν, ἔχων οὐχ ὁρᾶται πεφροντικὼς τοῦ χρῆναι παιδοποιεῖν. μεμαθηκὼς τοιγαροῦν τὸ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς πέρας, τῶν διαδεξομένων αὐτὸν ποιεῖται φροντίδα καὶ ὅτι παιδία ποιήσει φησὶ, καὶ προστίθησιν ὅτι ἀναγγελοῦσι τὴν τοῦ κυρίου δικαιοσύνην. καὶ τῆς μὲν ἀληθείας διημάρτηκεν ὁ λόγος αὐτῷ· γέγονε γὰρ ὁ Μανασσῆς, δυσσεβής τε καὶ ἀλιτήριος· πλὴν τόγε ἧκον εἰς τὴν τοῦ φύσαντος γνώμην ἦν καὶ αὐτὸς εὐσεβὴς καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης ἀπαγγελεύς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτο δὲ ἐστιν οὐκέτι νοσοῦντος τὴν ἀλαζονείαν, ἀλλ᾽ ἐπεγνωκότος ἤδη τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, καὶ εἰδότος ἀκριβῶς, ὅτι πολλαῖς ἔνοχοι πάντες ἐσμὲν ἁμαρτίαις· καὶ εἰ μὴ βούλοιτο σώζειν ἐλέῳ θεὸς, οὐδεὶς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν παῤῥησιάσαιτο καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν. Οὐκοῦν ἐν ταῖς εὐπαθείαις αἵπερ ἂν εἰς ἡμᾶς γένοιντο παρὰ θεοῦ, δοξολογείσθω πρὸς ἡμῶν, ὡς ἀμνημονήσας, τῶν ἐφ᾽ οἷς ἦν δίκαιον ἡμᾶς κολάζεσθαι. σοφοὶ γὰρ ἐπιγνώμονές, φησιν, ἑαυτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σὺ προσεδρεύων διαπαντὸς, καὶ ἀχώριστος γενόμενος τοῦ ἁγιάσματος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Προλέγει δὲ ὅτι καὶ παιδίων ἔσται πατὴρ, τῆς θείας αὐτῷ δηλονότι χάριτος συνεργούσης.

κ΄. Καὶ οὐ παύσομαι εὐλογῶν σε μετὰ ψαλτηρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου κατέναντι τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ παύσομαι δὲ κἀγὼ αὐτὸς ὕμνους εὐχαριστηρίους ἀναπέμπων παρ᾽ ὅλον τὸν βίον τῷ τῶν ὅλων θεῷ μετὰ τῶν εἰς τὸν οἶκόν σου εἰσιόντων. αἰσθητὴ δὲ δέδοται ἡμῖν παραμυθία συνέχουσα ἡμᾶς εἰς τὸν σὸν φόβον. τὴν ἐκ παραδόξου τοίνυν θεραπείαν ἐσομένην τῷ Ἐζεκίᾳ ἐδήλου ὁ προφήτης.

Digitized by Google

ἐκ γὰρ τῶν ἐναντίων, φησί, καρποῦμαι τὴν ἴασιν· ὁ γὰρ ἐναντιώτατον εἶναι δοκεῖ τοῖς τραύμασι τὸ σῦκον ἐπιθεῖναι· αὐτὸς δὲ ἔσχε τὴν ἴασιν ἐπιθείς. ἐφ' ᾧ ἀγασθεὶς ὁ μακάριος Ἐζεκίας· σήμερον ἔφθασέ με τοῦτο μέγα, τὸ ἐμὲ δυνηθῆναι ἐπιβῆναι τῷ ἐμαυτοῦ ποδὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ οἶκον ἀναβῆναι τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς ἀφιέντα.

Ex rebus enim, inquit, aduersis remedium colligo: siquidem vulneribus maximè contrarium videtur ijs ficum apponere; ipse tamen illam imponendo curatus fuit. Quamobrem admirans beatus Ezechias: Hodie, inquit, hoc maximum mihi contigit, vt possim meo ipsius pede in domum Dei gratias acturus ascendere. *ANNOTATIONES CORDERII.*

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento. Hoc Canticum inscribitur, Προσευχὴ Ἐζεκίου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἡνίκα ἐμαλακίσθη, καὶ ἀνέστη ἐκ τῆς μαλακίας αὐτοῦ: *Oratio Ezechiæ Regis Iudææ, quando languit, & surrexit de infirmitate sua.* Est autem carmen Eucharisticum, quod pius Ezechias per se vel potiùs per Isaiam composuit in gratiarum actionem Deo pro sanitate restituta, quodque scribi, vel in æs incidi publiceque proponi iussit in perpetuum diuinæ clementiæ præconium & monumentum. Commemorat autem maximo se in mœrore fuisse, cùm responsum prǽmaturæ mortis accepisset, rursumque Dei beneficio producto viuendi spatio quodammodò reuixisse; pollicerurque se reliquum vitæ in Dei laudibus exacturum.

10. *Ego dixi, In altitudine dierum*, &c.] Græcè, ἐν τῷ ὕψει: Vulgata reddit, *in dimidio*: quod in Hebræo est בִּדְמִי *bidmi*: pro quo Septuaginta legerunt בְּרוּם *beromi*: id est *in excelso*. Sed sensus eodem redit. Nam in dimidia ætate est ἀκμὴ, id est vigor ætatis; tumque est quasi in summo, in quo statum sumit, permanetque ad aliquot annos; post quos sensim decrescit & deficit. *Media ætas quæ & qualis.* Erat autem tunc Ezechias triginta nouem annorum: quæ ætas quasi dimidia est humanæ vitæ: siquidem integra ætas notatur Psalmo 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus, octoginta anni*, &c. Vbi notandum cum S. Hieronymo, *quòd sancti implent dies suos, qualis fuit Abraham; qui mortuus est in senectute bona, prouectaque ætatis, & plenus dierum: peccatores verò & impij in dimidio suorum dierum moriuntur: de quibus & Psalmista loquitur: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. non enim implent opera virtutum, nec student pœnitentiâ emendare delicta: vnde in medio vitæ cursu & in errorum tenebris ducentur ad tartarum.* Ita Hieronymus ad hunc locum. *Sancti pleni dierum, improbi in dimidio dierum mori dicuntur.* Psal. 54. Vide quæ nos Tom. 2. ad Psal. 54. & Psal. 99. annotauimus.

12. *Defeci ex cognatione mea: dereliqui residuum vitæ meæ. Exiuit & recessit à me sicut tabernaculum soluens qui fixerat.*] Hoc Vulgata reddit hoc modo; *Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernaculum pastorum.* *Corpus nostrũ instar tabernaculi pastorum est.* Sumpta est hæc similitudo à pastoribus, qui quoties locum mutant, & greges transferunt ad alia loca, conuoluunt subitò tabernaculum suum, & illud huc atque illuc secum portant; quoniam non habent fixas sedes, sed prout necessitas exigit loca commutant, & refigunt tabernacula. Sic igitur corpus est velut tabernaculum, quod vbi anima discessit aufertur, & vi quadam quasi amotis paxillis abstrahitur. Ad hanc similitudinem videtur etiam allusisse Petrus Apostolus, cùm loquens de morte sua ait: *Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.* 2. Pet. 1, 14.

IBIDEM. *Sicut tela spiritus meus apud me factus est texente appropinquante ad succidendum.*] Vulgata reddit: *Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.* *Humana vita telæ comparata quæ à texente succiditur.* Comparat vitam humanam telæ instabili, quæ pro voluntate textoris pertexitur aut succiditur. Vitæ nostræ textor est Deus; in cuius manu ac potestate est vita & mors: cùm placet illi filum secat, telam scindit, nec protrahitur ampliùs quàm ipse disponat. Quidam statim post ortum rapiuntur, *de vtero translati ad tumulum*, quidam in pueritia, quidam in adolescentia, quidam in iuuentute, quidam in virili ætate, quidam in senectute: & vnicuique periodum vitæ certam statuit Dominus, ad quam pertinget, & non procedet vlteriùs. Iob 10, 19. Scriptum est enim: *Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Iob 14. Vnde antiqui Philosophi Paganorum, vt S. Augustinus lib. 20. Contra Faustum cap. 9. notauit, ad designandam incertitudinem & volubilitatem humanæ vitæ, *tres Parcas seu tria fata constituebant, in colu, & fuso digitisque filum ex lana torquentes, propter tria tempora: præteritum, quod in fuso iam netitum atque inuolutum est: præsens, quod inter digitos nentis traijcitur: futurum in lana, quæ colo implicata est: quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquam per præsens ad præteritum traijciendum est.* Itaque Ezechias telæ similitudine vtens, dolet quod ante tempus & in flore ætatis suæ succidatur, & dum adhuc orditur. Moraliter locus hic mortales omnes admonet, ne telas aranearum texere audeant, & in incerto vitæ habeant confidentiam, multa & varia in posterum disponentes & mente tractantes; cùm tamen ignorent quid futura pariat dies.

13. *Sicut leoni*, &c.] Vulgatus: *Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.* id est, secundùm Glossam interlinearem: *Quasi leo omnipotens omnia comminuens non solum carnes, sed contriuit omnia ossa mea.* Ex vngue ergo præsentis tribulationis vel afflictionis dum vel digitus flammâ aduritur, vel modicum quid angustiæ sustinetur, colligi potest, qualis sit leo, qui & carnes & ossa in inferno conterit.

 14. *Qua-*

ANNOTATIONES CORDERII.

14. *Quasi hirundo sic clamabo: & quasi columba sic meditabor.*] Cyrillus hæc ad laudem & gratiarum actionem retulit, quòd polliceatur se à morbo recreatum in Dei laudibus perpetuò celebrandis has aues imitaturum. In eamdem sententiam accipiunt Theodorus Heracleotes & Theodoretus: & S. Bernardus eamdem non improbat. Verùm ad litteram patet, has querulas esse afflicti Regis voces & gemitus, non exultantis psalmodiam, aut iubilantis vel gratias agentis hymnum, vti benè Cornelius noster obseruat. Hirundo enim querula, & columba gemebunda est auis, ideoque symbolum querelarum atque gemituum.

Hirundo querelarũ, columba gemituum symbolum est.

IBIDEM. *Ad Dominum qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ.*] Hæc in Vulgata longè aliter habentur, vti & sequentes duo versiculi. Sic enim Vulgata concludit hunc versum, *Domine vim patior, responde pro me.* & subdit versu sequente: *Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?* (sic enim legendum est ex Hebræo, vt legit D. Hieronymus, non *fecerim*.) quem ita D. Hieronymus interpretatur: *Dicebam*, inquit, *ad eum, Plus patior quàm mea poscunt merita: sed etsi quid erraui conuertar ad melius: tu responde pro me. Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Rursumque in se reuertitur: Quid dicam quidve causabor contra factorem meum, aut quid mihi respondebit, qui fecit ipse quod voluit? Sustinenda ergo sunt quæcumque decreuerit.* Iuxta quam expositionem confitetur Ezechias Deum nihil iniustè agere, atque adeò nos non posse cùm punimur quidquam aduersus eum causari, cùm ipse sit qui punit, qui summa iustitia est. Vnde delictorum suorum pœnitudine ductus subdit: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Vbi pro *Recogitabo* S. Hieronymus vertit *Reputabo.* hoc est, Diligenter expendam, & versabo in animo meo, vt quales fuerint probè intelligam. Sed vocem Hebræam דדה *Dada* alij interpretantur *Perambulabo:* Vatablus, *Leniter incedam.* Mercerus ait eo verbo significari mollem & tardiorem incessum instar gradientium pedetentim in pompa: vt intelligamus Ezechiam non cursim & tumultuariè, sed lentè consideratèque omnes anteactæ vitæ suæ gressus relegisse, & vbi à via regia deflexissent accuratiùs annotasse, & errorum ac vitiorum causas diligentiùs inuestigasse: vbique autem videbat immanem Dei contemptum & sanctissimarum legum despicientiam, obliuionem sui, inertiam, temeritatem, ingrati animi dedecus, maculosam conscientiam, animi cæcitatem, voluntatem ferream, quam indulgentissimi patris humanitas mollire & flectere numquam potuisset. Hinc nimirum pudor iustus, & in facie illa animi sui contemplanda, cui sacra Nemesis pœnarum acerbos & cocytum meditabatur, horror timidæ conscientiæ existebat. Nam illa verba Ezechiæ Tigurina editio ex Hebræo in hunc modum vertit, *Mutando caput, conentiendo corpus meditabor*; Agellius autem, *Horrebo & contremiscam.* Quæ præteritorum scelerum detestationem & pauentis animi dolorem significant magnitudine periculi sui exhorrescentis. Ex hoc fonte manabant illæ lacrymæ, indices pœnitentiæ & compunctionis, quibus stratus abiectusque Princeps fœdas animi labes eluere conabatur: addit enim, *in amaritudine animæ meæ:* hoc est in profusione lacrymarum, quæ naturâ suâ salsæ amaræque sunt, ad expiandas proinde sordes accommodatæ: vel in doloris acerbitate, quem ipsa criminum memoria cogitatioque suggerit, atque vt aloës potum inducit.

Ezechias exemplar veri pœnitentis.

15. *Domine de ipsa enim annuntiatum est tibi: & suscitasti spiritum meum: & consolationem accipiens vixi.*] Vulgata hæc etiam aliter legit hoc modo: *Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.* q. d. Si sic vitam insumpturus eram, si in talibus, tam fœdis, tam homine indignis perditurus eram vitam spiritus & animæ meæ, vt quid me oportuit viuere? Et dum hæc dico, & me dolore conficio, & tuam in corde meo reprehensionem sentio, ad vitam ex tua misericordia mihi prærogatam adducor: video profectò, quia in illa pace simulata & noxia, quam cum meis vitijs & peccatis habui, erat abscondita amaritudo mea amarissima. Dum verò, inquit, hoc video, & pro admissis doleo, tu Domine, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad te, *eripuisti animam meam* à statu illo miseto peccati, *vt non periret; & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea:* vel vt Septuaginta vertunt, *& proiecisti post me omnia peccata.* Hos omnes fructus ex recogitatione peccatorum suorum collegit Ezechias; & nos eosdem colligimus quotiescumque cum vera tristitia & dolore nostra peccata discutimus & recogitamus. Vnde pulchrè nos monet B. Bernardus ad Fratres de monte Dei sic scribens: *Disce igitur, ô Frater, tibi præesse, & vitam ordinare, mores componere, temetipsum iudicare, & temetipsum apud temetipsum accusare, sæpè etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia, stet rea & temetipsum accusans conscientia: nemo te plus diligit, nemo fideliùs iudicabit. Manè præterita noctis fac à temetipso exactionem, & ventura diei tu tibi indicito cautionem. Vespere præteritæ diei rationem exige, & superuenientis noctis fac indictionem: sic districto numquam aliunde lasciuire vacabit.* Sic ille. Cùm ergo omnia quæ agimus ex S. Bernardi sententia discutienda sint; & illorum ex misericordia Dei multa sint bona, & ex fragilitate nostra non pauca sint mala; sequitur vt vniuersa tam bona quàm mala coram conscientia apparere debeant, vt nimirum bona ex misericordia Dei facta ab eo quod imperfectionis ex miseria humana contraxerunt purgentur, & mala ex fragilitate nostra patrata per contritionem & debitam pœnam deleantur.

Quomodo discutienda sit conscientia nostra.

18. *Non enim qui in inferno sunt laudabunt te, &c.*] Vulgata, *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.* Alludit ad illud Psalmi, *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum; sed nos qui viuimus benedicimus Domino ex hoc nunc & vsque in sæculum.* item illud: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?* Ad quæ loca vide quid superiùs annotatum sit.

Psal. 113.

Psal. 6.

CAN-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

CANTICVM TRIVM PVERORVM.

κϛʹ. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας·

Ιωαννου. Ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὑπὲρ τῶν παρόντων εὐχαριστοῦσι μόνον, καὶ ὑπὲρ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῶν δεινῶν ἐκείνων τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς παρακαλοῦσι τὸν θεόν· οὐκ εἶπον ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐδὲ μετὰ τὴν κάμινον καὶ τοσαύτην ἀρετὴν ἐνόμισαν ἑαυτοὺς ἀξίους εἶναι τῆς τοιαύτης προσηγορίας, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς πατέρας ἔτι καταφεύγουσιν ὁ θεός φησι τῶν πατέρων ἡμῶν. ὅσῳ γὰρ μεγάλων ἠξιοῦντο, τοσούτῳ μᾶλλον ἐταπείνουν ἑαυτούς.

Ευδοξιου Φιλοσοφου. Ὕμνων γὰρ ἄξιος σύ, φησιν, ὁ διὰ τοὺς πατέρας τὸ ἡμέτερον ἐκλεξάμενος γένος, καὶ δοξάζειν σε δίκαιον· ἐπείπερ οὐδενὶ χρόνῳ γηράσκει σου ἡ δύναμις, εἶ δὲ πρὸ τῆς κτίσεως, καὶ διαμένεις, ὁ αὐτὸς τοῖς ἐπὶ σοὶ πεποιθόσι τῆς αὐτῆς ἐξουσίας παρέχων τὰς ἀποδείξεις.

Ιωαννου. Οὐδεὶς γοῦν, φησιν, ἔχει μέμψασθαι οὐδενὶ τῶν εἰς ἡμᾶς γινομένων, οὐ τῶν εἰς πόλιν, οὐ τῶν εἰς τὸν ναόν· ἐπείπερ φόνων μὲν τὴν πόλιν ἐνεπλήσαμεν, τὸν δὲ ναὸν εἰδώλων· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοὺς τὰ χείριστα διεθήκαμεν.

κζʹ. Ὅτι δίκαιος εἶ ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησας ἡμῖν.

Του αυτου. Ὑπὲρ τῶν παρελθόντων εὐχαριστοῦσιν, ὥσπερ καὶ Ἰώβ.

Αλλως. Δείκνυσι τὰ πράγματα, ὡς ἀξίαν τῶν πλημμελημάτων δίκην ὑπέστημεν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γινόμενοι.

Καὶ πάντα τὰ ἔργα σου ἀληθινά, καὶ εὐθεῖαι αἱ ὁδοί σου,

Ανωνυμου. Ἀληθῆ δὲ ἄρα, φησί, καὶ τὰ πάλαι γεγενημένα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων τά τε κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰ κατὰ τὴν θάλασσαν, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἐπεράχθη. οὐ γὰρ ἂν εἴπερ ἐκεῖνα ἦν ψευδῆ, τοσαύτης κατὰ τὸ παρὸν τῆς παρά σου ἐπικουρίας τετυχήκασι.

26. Benedictvs es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in sæcula: *(Dan. 3.)*

Ioannis. Noli arbitrari quòd pro rebus dumtaxat præsentibus gratias agant, & pro seruitute grauibusque illis quæ ipsis acciderant malis Deum inuocent: neque dixerunt Deus noster; quia non putarunt huiusmodi appellatione se dignos etiam post caminum & post tantam virtutem, sed adhuc ad suos patres confugiunt dicentes *Deus patrum nostrorum*. Quantò enim maioribus rebus ornati erant, tantò se submissiùs gerebant.

Evdoxii Philosophi. Hymnis enim, inquiunt, tu dignus es, qui propter patres nostrum genus elegisti, & par est vt ab omnibus celebreris; quoniam nullo vmquam tempore virtus tua senescit, sed ante mundi creationem es, idemque permanes, præbens potentiæ tuæ argumenta ijs qui in te confidunt.

Ioannis. Nemo igitur, inquit, potest aliquid criminari ex his quæ nobis contigerunt, siue aduersus ciuitatem, siue contra templum; quoniam & nos vrbem cædibus impleuimus, templum verò idolis; nos autem nobis ipsis hæc mala asciuimus.

27. Quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis.

Eivsdem. Pro rebus præteritis gratias agunt, sicut & Iob.

Aliter. Res ipsæ demonstrant, quàm dignam delictorum nostrorum pœnam sustinuerimus in hostium potestatem redacti.

Et vniuersa opera tua vera, & * rectæ viæ tuæ,

* Vulgata viæ tuæ rectæ,

Anonymi. Vera certè sunt, inquiunt, etiam quæ olim patribus nostris euenerunt tam in Ægypto quàm in ipso mari, & quæcumque in terra promissionis facta sunt. Neque enim illa falsa sunt, cùm in præsentiarum tantam abs te opem consecuti simus.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Et omnia iudicia tua vera.

28. * Et iudicia veritatis fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate & * iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

* Vulgata Iudicia enim vera

* addit in

ANONYMI. Quæ contra nos, inquit, facta sunt iustè iudicasti: nam eos qui te offenderunt per calamitates reddidisti modestiores.

29. Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te:

ANONYMI. Nullam enim, inquiunt, veniam meremur, cùm ad extremam malitiam deuenerimus, idque dum haberemus sanctos Vates, & tantam tuam clementiam essemus consecuti.

Et deliquimus in omnibus:

30. Et præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, vt benè nobis esset.

ANONYMI. Hoc est, Magno studio malum perpetrauimus: nam præter beneficia quondam nobis mirabiliter collata mercedem etiam pollicitus legum obseruantiæ, à nobis non es auditus.

31. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti:

ANONYMI. Si quis, inquit, diligenter consideret quæ à nobis patrata sunt, & quæ irrogata sunt nobis, sententiæ tuæ æquitatem admirabitur.

32. Et tradidisti nos in manibus inimicorum * iniquorum, & pessimorum præuaricatorum, & Regi iniusto & pessimo vltra omnem terram.

* Vulgata addit nostrorum

ANONYMI. Iniustum igitur vocauit, vt qui Dei honorem sibi vsurpauerat; pessimum autem, vt qui nouum quemdam sup-

Καὶ πᾶσαι αἱ κρίσεις σου ἀληθεῖς.

κη΄. Καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας κατὰ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν τῶν πατέρων ἡμῶν Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἐν ἀληθείᾳ καὶ κρίσει ἐπήγαγες ταῦτα πάντα ἐφ᾽ ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ εἰς ἡμᾶς, φησι, γεγενημένα δικαίως ἔκρινας· τοὺς γὰρ εἰς σὲ ὑβρίσαντας σωφρονεστέρους ταῖς συμφοραῖς εἰργάσω.

κθ΄. Ὅτι ἡμάρτομεν καὶ ἠνομήσαμεν ἀποστῆναι ἀπὸ σοῦ·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδεμίαν γάρ, φησιν, ἔχομεν, συγγνώμην εἰς ἐσχάτην παρανομίας χωρήσαντες, καὶ τοῦτο προφήτας ἔχοντες, καὶ τοσαύτης παρά σου τυχόντες ἀντιληψίας.

Καὶ ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσι·

λ΄. Καὶ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ συνετηρήσαμεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν, ἵνα εὖ ἡμῖν γένηται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστι, μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας τὸ κακὸν διεπραξάμεθα· πρὸς γὰρ τοῖς ἤδη παραδόξως εἰς ἡμᾶς γεγενημένοις καὶ μισθὸν ὑποσχόμενος τῆς τῶν νόμων εὐπειθείας, παρ᾽ ἡμῶν οὐκ ἠκούσθης.

λα΄. Καὶ πάντα ὅσα ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίησας·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀκριβῶς, φησιν, ἐξετάζων τίς τὰ παρ᾽ ἡμῶν γεγενημένα, καὶ τὰ ἡμῖν ἐπαχθέντα, ἀγασθείη ἂν σε τοῦ ὅρου τῆς ψήφου.

λβ΄. Καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνόμων ἐχθίστων ἀποστατῶν, καὶ βασιλεῖ ἀδίκῳ, καὶ πονηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἄδικον μὲν οὖν ἐκάλεσεν, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ ἁρπάσαντα τιμήν· πονηρότατον δὲ, ὡς καινόν τινα τρόπον

πα τιμωρίας κ̀ τῆς ἰδέαν ἐπιλανθάνοντων ἐφεύρετο.

λγʹ. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστιν, οὐ δυνάμεθα παῤῥησιάσασθαι ἐπὶ τοῖς ἤδη γεγενημένοις θαύμασιν.

Αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου καὶ τοῖς σεβομένοις σε.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ γὰρ συμφορὰ ἀφαιρεῖται τὴν ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις παῤῥησίαν· διὸ καὶ ὀνειδιζόμενοι ἄφωνοι διαμένομεν.

λδʹ. Μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλ' εἰσπραξάμενος ἡμᾶς, φησι, δίκας παράσχου ἔλεον.

Καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου·

ΙΩΑΝΝΟΥ. Οὐκ ἐπειδὴ δίκην ἰδώκαμεν ἱκανήν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου. Ὁρᾷς ὅτι τούτου φείδονται περὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας· οἱ γὰρ εἰς θάνατον ἑαυτοὺς ἐκδόντες, ἀδεῶς ποιοῦσιν ταῦτα λέγοντες.

λεʹ. Καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν διὰ Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπό σου, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου·

λϛʹ. Οἷς ἐλάλησας, πληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτῶν ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μνήσθητι, φησι, τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας· εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ οὐκ ἄξιοι τυχεῖν τῆς παρά σου κηδεμονίας· ἀλλ' οὖν διὰ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν μεταβολὴν παράσχου τῶν κατεχόντων δεινῶν· ἀκριβῶς γὰρ ἐπιστάμενος τὰ μετὰ ταῦτα, ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις καὶ τῇ παραλίῳ ἄμμῳ τοὺς ἐκείνων ἀπογόνους ὑπέσχου ποιήσειν. μὴ παρίδῃς, φησί, τὴν ἐπαγγελίαν κινδυνεύουσαν.

λζʹ. Ὅτι δέσποτα ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, καί ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

plicij modum excogitauerat contra eos qui nil deliquerant.

33. Et nunc non possumus aperire os:

ANONYMI. Hoc est, Non possumus liberè loqui de miraculis quæ olim contigerunt.

Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te.

ANONYMI. Calamitas enim aufert confidentiã quam in præteritis habuimus; quamobrẽ nunc opprobrijs affecti muti permanemus.

34. Ne, quæsumus, tradas nos in * finem propter nomen tuum:

ANONYMI. Ceterùm cùm nobis, inquit, supplicia irrogaueris misericordiam tribue.

Et ne dissipes testamentum tuum:

IOANNIS. Non quòd satis pœnarum dedimus, sed propter nomen tuum. Vides vt huius maiorem quàm propriæ salutis habeant rationem: cùm enim in mortem seipsos tradidissent, intrepidi hæc dicunt.

35. Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum * à te, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum:

36. Quibus locutus es * quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris:

ANONYMI. Memento, inquiunt, promissionis quam patribus fecisti: quamquam enim ipsi digni non sumus vt abs te opem impetremus; ob promissionem tamen nostris patribus factam libera nos à malis quibus detinemur: tu namque rerum futurarum exactè præscius, pollicitus es te illorum posteros multiplicaturum vt astra cæli & arenam littoris marini. Ne despexeris, inquiunt, tuam promissionem iam periclitantem.

37. Quia Domine imminuti sumus plus quàm omnes Gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.

CATENA PATRVM.

* Vulgata perpetuum

* Vulgata tuum,

* Addit pollicitus

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Nunc, inquiunt, ad paucos redacti sumus. Cùm enim omnes vbique terrarum pacati viuant, soli nos graues perferimus calamitates.

38. Et non est in tempore hoc Princeps, & Propheta, & Dux,

ANONYMI. Omnia, inquiunt, nobis contraria euenerunt, & neque Regem habemus secundùm ordinem à te præfinitum: neque Vates diuino Spiritu afflatus nobis est qui futura prædicat; neque Magistratus qui res communes administret; neque Sacerdos qui holocaustis diuinùm imperium agnoscat, quique pro peccatis hostias offerat, vel alijs donis Deum honoret: neque est qui suauem odorem veluti honorem debitum Deo reddat.

EVDOXII PHILOSOPHI. Criminantur Ezechielem, & vituperant Danielem. Neque est, inquiunt, Princeps, neque Vates, neque Dux qui suum munus exequatur, vt possit populum congregare, & hunc in ordinem redigere, & precibus placare: sed vnusquisque in seruitutem est redactus. Neque est aliquis qui iudicijs populi ordinem adhibeat, vt carnes nimirum odoratæ permaneant incorruptæ ad holocausta.

Neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus * offerendi primitias coram te, * & inueniendi misericordiam:

* Vulgata primitiarum
* vt possimus inuenire misericordiam tuam:

IOANNIS. Non solùm, inquiunt, percussi sumus, verùm etiam priuati sumus viâ per quam possimus salutem adipisci.

39. Sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur.

40. Sicut in holocausto arietum & taurorũ, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,

Baruch 3, 1.

EIVSDEM. Quod & Baruch dixit, *Spiritus in angustijs, & in anima anxia clamauit ad te*, ipsam calamitatum magnitudinem pro precibus afferimus, sic suscipiamur, sic exaudiamur.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Νῦν, φησιν, εἰς ὀλιγοστοὺς περιέστημεν. πάντων γὰρ τῶν ἁπανταχοῦ ἐν εἰρήνῃ διαγόντων, αὐτοὶ χαλεπὰς ἀντλοῦμεν τὰς συμφοράς.

λη'. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων, καὶ προφήτης, καὶ ἡγούμενος,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάντα ἡμῖν, φησιν, εἰς τὸ ἐναντίον μεταβέβληται, καὶ οὔτε κατὰ τὴν ὑπό σου ἀφορισθεῖσαν τάξιν ἔχομεν βασιλέα· οὔτε πνευματοφόρος παρ' ἡμῖν τὸ μέλλον λέγων· οὐ τῶν κοινῶν πραγμάτων τὴν διοίκησιν ἔχων· οὐχ ἱερεὺς τοῖς ὁλοκαυτώμασι γνωρίζων τὴν δεσποτείαν, ἀλλ' ὑπὲρ ἁμαρτημάτων προσφέρων θυσίας, οὐ γεραίρων ἑτέροις τισὶ δώροις· οὐ τῇ εὐωδίᾳ τὴν ὀφειλομένην ἀναπέμπων τιμήν.

ΕΥΔΟΞΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Καταψηφίζονται τοῦ Ἰεζεκιὴλ, ἀτιμάζουσι τὸν Δανιήλ. ἀλλ' οὐκ ἔστι, φησὶν, ἄρχων, καὶ προφήτης, καὶ ἡγούμενος τὸ ἑαυτοῦ ποιῶν συναγαγεῖν, τὸ ἔθνος ἰσχύων, καὶ τοῦτο συγκροτεῖν δυνάμενος, καὶ ἐν λιταῖς ἐξευμενίζεσθαι· ἀλλ' ἕκαστος ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲ καὶ οὐκ ἔστι τάξιν ἐπέχων τοῖς τοῦ λαοῦ κρίμασιν, ἵνα δὴ τὰ εὐωδόντα τῶν κρεῶν ἄφθαρτα διαμείνῃ ἐπὶ ὁλοκαυτώσεις.

Οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προσφορὰ, οὐδὲ θυμίαμα, οὐ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος·

ΙΩΑΝΝΟΥ. Οὐ μόνον ἐπλήγημεν, φησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδὸν δι' ἧς δυνάμεθα τῆς σωτηρίας τυχεῖν ἀφῃρήμεθα.

λθ'. Ἀλλ' ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν.

μ'. Ὡς ἐν ὁλοκαυτώμασι κριῶν καὶ ταύρων, καὶ ὡς ἐν μυριάσιν ἀρνῶν πιόνων· οὕτως γενέσθω ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου σήμερον,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅπερ καὶ ὁ Βαρούχ φησι, πνεῦμα ἐν στενοῖς, καὶ ἐν ψυχῇ ἀκηδιώσῃ κέκραγε πρὸς σὲ, αὐτὸ τὸ μέγεθος τῶν συμφορῶν ἀντὶ ἱκετηρίας προβαλλόμεθα, οὕτως δεχθείημεν, οὕτως ἀκουσθείημεν.

KAI

Καὶ πάλιν. Ἀλλ' ἀντὶ τῆς ἐν τῷ ἱερῷ, φησιν, εὐταξίας δέξαι τὴν ἡμετέραν ἐν ταπεινότητι ἱκεσίαν, ἀντίῤῥοπον τῆς ἐν ἀλόγοις καρπώσεως θέμενος τὴν ἡμετέραν σωμάτων τὴν ὁλοκαύτωσιν.

Καὶ ἐκτελέσαι ὄπισθέν σου· ὅτι οὐκ ἔστιν αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπί σε.

Τοῦ αὐτοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; τουτέστι, μετὰ τὸ ὁρμηθῆναι, μετὰ τὸ παρελθεῖν ἡμᾶς, μετὰ τὸ ἀποστραφῆναι ἡμᾶς τοῦτό ἐστιν ὄπισθέν σου. Δὸς δέ, φησι, καὶ διὰ βίου τοῖς σοῖς κατηκόους γενέσθαι.

μα'. Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ φοβούμεθά σε,

Τοῦ αὐτοῦ. Διόπερ ἡμεῖς, παραπλήσιοι τοῖς πολλοῖς, πάσῃ δυνάμει δεδοικότες σου τὸ μεγαλεῖον τὴν παρά σου ἀναμένομεν κηδεμονίαν.

Καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου· μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς·

Εὐδοξίου φιλοσόφου. Ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναδοθέντες ζῶντες, ὡς πυρὶ βαπτισθέντες, ὡς ἀποῤῥιψάμενοι καὶ ῥύπον ἀρνησάμενοι, καὶ πάντα μολυσμὸν εἰδωλολατρείας. Ἐπειδὴ γὰρ κατακολουθεῖν εἶπον, εἰκότως καὶ τοῦ προσώπου μέμνηται. ὁ γὰρ καλῶς κατακολουθήσας, καὶ προσώπου ἀξιοῦται.

μβ'. Ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

Ἀνωνύμου. Εὐθέως γὰρ ἡ θέα τοῦ σοῦ προσώπου εὐφραίνει τὰ πρόσωπα τῶν σῶν θεατῶν, ἀλλ' οὐ καταισχύνει.

μγ'. Ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου κύριε·

Ἀνωνύμου. Τουτέστι, μὴ διαμάρτωμεν τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος, ἀλλὰ συνήθως τῇ σ' αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ τῶν κινδύνων ἐξάρπασον, καὶ παραδόξως ἐλευθέρωσον τῶν κατεχόντων δεινῶν.

μδ'. Καὶ ἐντραπείησαν πάντες ἐνδεικνύμενοι τοῖς δούλοις σου κακά·

Ἀνωνύμου. Ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων τοὺς ἐπιφέροντας ἡμῖν τὰς συμφορὰς διαμαρτεῖν τῆς ἐν ἀνθρώποις παῤῥησίας ποίη-

Et rvrsvs. Ceterùm, inquiunt, pro pulchro illo ordine qui in templo seruatur accipe nostram in humilitate precationem, recipiens nostrorum corporum sacrificium pro hostia quæ de brutis animalibus offertur. CATENA PATRVM.

* Et perficiatur post te: quoniam non est confusio confidentibus in te. * Vulgata Vt placeat tibi:

Eivsdem. Quid est hoc? Id est, Post viam tuam, & postquam nos præterieris, & postquam nos reuersi fuerimus, hoc significat *post te*. Da autem, inquiunt, vt per totam vitam præceptis tuis obedientes simus.

41. Et nunc sequimur * in toto corde, & timemus te, * Vulgata addit te

Eivsdem. Propterea nos, quemadmodum plurimi alij, omni virtute magnificentiam tuam reueriti à te auxilium expectamus.

Et quærimus faciem tuam: ne confundas nos;

Evdoxii Philosophi. Vt qui è morte in vitam restituti sumus, tamquam igne baptizati, tamquam qui omnes sordes abiecimus, & omnem idololatriæ inquinationem abnegauimus. Quoniam verò se sequi dixerant, meritò nunc faciei meminit. Qui enim benè sequitur, Dei facie dignus efficitur.

42. Sed fac nobiscum * secundùm mansuetudinẽ tuam, & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ. * Vulgata iuxta

Anonymi. Aspectus enim faciei tuæ lætificat faciem spectatorum tuorum, sed non confundit.

43. Et erue nos * secundùm mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo Domine: * Vulgata in mirabilibus tuis,

Anonymi. Hoc est, Ne decidamus spe quam in te collocauimus, sed pro benignitatis tuæ consuetudine eripe nos à periculis, & mirabiliter libera nos à malis quæ nos detinent.

44. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala:

Anonymi. E contra verò fac vt ij qui nobis calamitates procurant decidant à præfidentia sua quam in hominibus colloca- runt,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

runt, & vani appareant in potentia quam abs te acceperunt.

σου, καὶ μάταια ἐν τῇ παρὰ σοῦ δυναστείᾳ ὀφθῶσιν.

* Abest à Vulgata. * in omni potentia tua,

* Et confundantur * ab omni potentia, & robur eorum conteratur:

Καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης δυναστείας, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη·

EVDOXII PHILOSOPHI. Quoniam ex hac adeò elati sunt vt cum Deo pugnam ineant. Confundantur igitur ex potentia sua, vt desinant Deum bello lacessere. Non enim fuit mundi firmamentum, sed mundi corruptela.

ΕΥΔΟΞΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Ἐπειδήπερ ἐκ ταύτης ἐπήρθησαν πρὸς θεομαχίαν. καὶ καταισχυνθεῖεν ἐκ τῆς δυναστείας, ἵνα παύσωνται τῆς θεομαχίας. Οὐ γὰρ ἐγένετο ὑποστήριγμα κόσμου, ἀλλὰ καταφθορὰ κόσμου.

* Abest à Vulgata.

45. Et sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super * vniuersum orbem terrarum.

μέ. Καὶ γνώτωσαν ὅτι σὺ εἶ κύριος ὁ θεὸς μόνος, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην.

ANONYMI. Vt omnes ex ipsis rebus discant idolorum cultum stolidum esse. Tu autem es omnium rerum Dominus, omnia vtiliter gerens, & periculis superiores faciens eos qui in te spes suas reponunt.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὥστε ἅπαντας ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων παιδευθῆναι ὡς ἀνόητος μὲν ἡ τῶν εἰδώλων θρησκεία. σὺ δὲ εἶ ὁ τῶν ὅλων κύριος, ἅπαντα κατὰ τὸ λυσιτελὲς διαπραττόμενος, καὶ κρείττους τῶν κινδύνων τοὺς ἐπὶ σὲ πεποιθότας ποιῶν.

ANNOTATIONES CORDERII.

AZARIAS, qui etiam dictus est Abdenago, è medijs flammis suo sociorumque nomine Orationem hanc pronuntiauit, antequam Angelus ei appareret; cuius à Deo opem precatione hac postulauit, sibique ac socijs incolumitatem impetrauit. In Hebræo autem iam non habetur, sed ex Theodotione se eam transtulisse fatetur Hieronymus.

Prou. 18, 17.

Tres pueri non cessant etiam in medijs flammis peccata sua confiteri.

26. *Benedictus es Domine Deus*, &c.] A Dei laude & propriorum peccatorum confessione Orationem auspicatur; iuxta illud Sapientis, *Iustus prior accusator est sui*. Quod pulchrè expendens D. Cyprianus lib. de Lapsis ait: *Tres pueri, quò minus exomologesim facerent Deo, nec inter flammas & camini exæstuantis incendia quieuerunt; & Domino satisfacere nec inter ipsa gloriosa virtutum suarum martyria destiterunt. Loquitur Scriptura: Stans, inquit, Azarias precatus est, & aperuit os suum, & exomologesim faciebat Deo in medio ignis.* Non ieiunia, non vincula, non flammæ potuerunt satisfaciendi pro peccatis famem satiare. Sic qui verè dolent de peccatis nullis sumptis pœnis franguntur, semper & vbique pœnitentiæ faciendæ student. Quas pœnas non pertulerant inclyti illi iuuenes Hebræi, qui in Regis Babylonij palatio seruiebant? quas preces non fuderant Deo suo? quæ ieiunia non exoluerant inter regias dapes contenti leguminibus? quas tyranni iras non sustinuère, quia adorare auream statuam nolunt? Tandem ligantur, & in fornacem ardentem conijciuntur. Ecce vobis in flammarum medio sunt, & in medijs flammis lamentum pro peccatis adhuc sumunt dicentes: *Iudicia veritatis fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem, quia in veritate & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè egimus*, &c. Quod ponderans idem Cyprianus suprà citatus lib. de Lapsis ait: *Benè licet sibi conscij, & Dominum fidei & timoris obsequio sæpè promeriti, humilitatem tamen tenere nec inter ipsa virtutum suarum martyria destiterunt.* Non poterat enim dimitti humilitas, vbi de peccatis sermo erat.

32. *Tradidisti nos in manibus inimicorum iniquorum, & pessimorum*, &c.] Re ipsâ enim (inquit Sanctius noster) experti fuerant captiui durum & intractabile Chaldæorum ingenium; quorum animos neque commouebat misera Iudæorum conditio, neque squalor aut gemitus ad misericordiam inflectebat. Nabuchodonosorem autem vocant Regem pessimum vltra omnem terram: quia licet priùs quoque crudelis fuerit & iniquus; fuit tamen multò magis, cùm debellatis Regnis olim potentissimis Imperij sui fines amplificauit. Habet enim inter alia incommoda potestas, qualem sibi Chaldæus putabat esse summam, vt non tantùm superbum hominem reddat, sed etiam crudelem, & inhumanum, & fatuum; quia cùm à maiore potestate nihil timeat, licere sibi putat facere aut dicere quidquid furor obiecerit aut ambitio. Quod obseruauerat in Nabuchodonosore Azarias interim dum versatus est in aula, & extremis maximè temporibus.

Potentia hominem superbum & crudelem reddit.

35. *Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum*, &c.] Vbi iterùm obserua summam illorum modestiam & humilitatem. Quasi enim nihil vmquam Deo dignum gessissent, nec vllum meritum haberent, propter maiorum suorum merita & promissiones à Deo parentibus suis factas Dei miseri-

Digitized by Google

Abraham dilectus, Isaac seruus, Iacob sanctus, cur.

misericordiam implorant. Notat hîc Cornelius noster Abraham vocari *dilectum Dei*; quia ab eo ex Chaldæa & idololatria electus & eductus, factus est pater Christi & credentium: Isaac verò vocari *seruum* Dei propter obedientiam, quâ se Deo per manus patris victimam tradidit: Iacob verò *sanctum*, primò ob innocentiam; secundò, quia ipse se Deo obtulit, primasque ei vouit decimas; tertiò, quia Spiritu sancto plenus Azarias prædixit futura, & respexit in Christum, qui est Sanctus sanctorum, ex Iacob nasciturum.

Quomodo dicantur defuisse Sacerdotes, Reges & Prophetæ sub Nabuchodonosore.

38. *Et non est in tempore hoc Princeps, & Propheta, & Dux*, &c.] Loquitur, inquit Sanctius, iuxta Scripturæ morem, quæ id dicit abesse quod otiosum est, aut inutile, aut denique sine honore ac dignitate existimatur. Quomodo dicimus, si Rex infans fuerit, aut sine illa prudentia atque consilio, quod arduum Regni pondus exigit, non esse Regem; & sic de alijs. Si Consul, Sacerdos, Propheta vili habeantur loco, aut non audiantur, defuisse dicimus Consulem, Sacerdotem & Prophetam. Quales videri potuêre Sacerdotes tempore Saül, & Prophetæ tempore Manassæ. Et licet cùm hæc diceret Azarias superesset adhuc Sacerdos Magnus Iosedech, aut Iesus eius filius; Rex item Sedecias, aut saltem Iechonias; similiter Prophetæ, Daniel & Ezechiel, Zacharias, Aggæus & Malachias; sed quia illis non habebatur fides aut honor; aut quia certè non ita liberè atque cum dignitate loquebantur, sicut anteà florente Iudæorum Republicâ; meritò respectu prioris status fuisse eo tempore negantur. Eodem modo dicendum de holocausto, sacrificio & oblatione; quia nimirum templo & ciuitate euersâ vix & non nisi rarissimè & exiguâ vel nullâ solemnitate in templi ruinis fiebant.

ANNOTATIONES CORDERII.

Martyrium est sacrificium metaphoricum & mysticum.

40. *Sic fiat sacrificium nostrum*, &c.] Martyrium suum (inquit Cornelius) vocant sacrificium non propriè dictum, sed mysticum. Licet enim Christi martyrium in cruce fuerit sacrificium propriè dictum, idque vnicum Legis nouæ, quod in Eucharistia quotidie repræsentatur, & iteramus; eò quòd ad hoc (puta vt esset sacrificium expiatorium pro peccatis) à Deo fuerit institutum & ordinatum, ideoque omnibus Iudæorum victimis figuratum & adumbratum: tamen martyrium fidelium non est sacrificium propriè dictum; quia ad hoc non est à Deo institutum & ordinatum; sed est metaphoricum & mysticum: quod tamen omnibus veterum victimis, vtpote irrationalibus, est nobilius Deoque gratius. Sensus ergo est. q. d. Instar holocaustorum arietum & multorum agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum holocaustum & pingue pinguedine spiritus & deuotionis, vt placeat tibi, vtque hoc sicut illa suscipias, scilicet sacrificium hocce orationis, confessionis, pœnitentiæ, laudis & martyrij quod tibi in igne hoc offerimus.

ALIVD CANTIC. TRIVM PVEROR.

νβ'. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν,

Ἀνωνύμου. Ὕμνων ἄξιος ὁ μὴ διαφθείρας τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν, ἀλλ' ἐκείνους τε ἐκλεξάμενος καὶ εἰς τοὺς ἐκγόνους τὴν αὐτοῦ παραπέμπων ἐπικουρίαν.

Καὶ ὑπερύμνητος, καὶ ὑπερυψωμένος εἰς τοὺς αἰῶνας·

Ἀνωνύμου. Διδάσκει ἣν περὶ θεοῦ εἶχον γνώμην· καὶ φασίν, ὅτι ἀΐδιον ἔχων τὴν φύσιν, καὶ πρὸς τὸ εὐεργετεῖν ἕτοιμος τυγχάνων ὕμνων ἄξιος.

Καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου

Ἰωάννου. Δόξης ὄνομά ἐστι τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα. εἰ γὰρ ὁ βασιλεὺς δόξης ὄνομά ἐστι, καὶ ὁ ἄρχων καὶ ὅσα τοιαῦτα, πολλῷ μᾶλλον τὸ τοῦ θεοῦ. εὐθέως γὰρ διανίσταται ψυχή, εὐθέως τὸν δημιουργὸν ἐποπτεύει. εἰ δὲ τὸ ὄνομα δόξης, πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; κύριος γὰρ, καὶ παντοκράτωρ, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἀ-

Dan. 3.

52. BENEDICTVS es Domine Deus patrum nostrorum,

ANONYMI. Hymnis dignus es qui promissionem patribus factam non fefellisti, sed eos elegisti tuam opem ad posteros vsque transmittens.

Et laudabilis & gloriosus, & superexaltatus in sæcula:

ANONYMI. Docet quam opinionem de Deo habuerint; & aiunt, Quoniam hymnis dignus es, vt qui sempiternam habes naturam, & ad benefaciendum promptus existis.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ

IOANNIS. Nomen Dei nomen est gloriæ. Si enim Rex & Princeps & cetera huiusmodi nomina sunt gloriæ, multò magis Dei. Statim namque anima eo excitatur, statimque suum Conditorem considerat. Si ergo nomen gloriæ hoc facit, quantò magis eius essentia? nam Dominus, & omnipotens, & benignus, &

CATENA PATRVM.

bonus, & cetera istiusmodi nomina, sunt nomina gloriæ.

Sanctum, & * superlaudabile & superexaltatum in omnibus sæculis.

* Vulgata laudabile

EIVSDEM. Quid autem est *superlaudabile?* Non est laus, non est gloria, inquiunt, digna nomine tuo: nemo enim te satis glorificare poterit.

53. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & * superexaltatus in sæcula.

* Vulgata supergloriosus

ANONYMI. Propterea, inquiunt, cognoscetes magnificentiam tuam, quando Hierosolymis eramus in templo tuo, nunc hymnos tibi conuenientes offerimus, cùm magnam gloriam tunc temporis à te consecuti fuerimus.

EVDOXII. Hoc est, cùm in pretio apud te fuerimus. Si autem oporteat templum mysticè interpretari, cæleste solium Regni tui templum est vbi familiares tui versantur.

54. Benedictus es qui intueris abyssos, * sedes super Cherubim, & * superlaudabilis & superexaltatus in sæcula.

Vulgata hunc versum postponit sequenti. * addit & * laudabilis

ANONYMI. Ceterùm licet tantò rebus humanis superior sis, non tamen nostram humilitatem despicis; sed omnium curam geris. Illud autem, *Qui sedes super Cherubim.* id est, Qui dominaris etiam incorporeis potestatibus, & omnia habes sub cura tua. An non videntur hæc esse mirabilia? sed tamen quidquid dicatur de Deo non est magnum.

55. Benedictus es in throno Regni tui, * superlaudabilis & superexaltatus in sæcula.

* Vulgata addit &

ANONYMI. Thronum Regni nunc cælum dicit, iuxta illud Prophetæ dictum, *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.*

Isaiæ 66,1.

56. Benedictus es in firmamento cæli, & * superlaudabilis & superexaltatus in sæcula.

* Vulgata laudabilis & gloriosus

ANONYMI. Opifex enim es rerum omnium, & cælum hoc quod conspicitur explicasti.

γαθὸς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα, δόξης ὀνόματά ἐστι.

Τὸ ἅγιον, τὸ ὑπερυμνητὸν καὶ ὑπερυψούμενον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τί ἐστι τὸ ὑπερυμνητόν; Οὐκ ἔστιν αἶνος, οὐκ ἔστι δόξα, φησὶν, ἀξία τοῦ ὀνόματός σου· σὲ γὰρ οὐδεὶς δοξάσαι δυνήσεται.

νγʹ. Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς αἰῶνας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διόπερ, φησὶν, ἐπιγνώσκοντές σου τὸ μεγαλεῖον, ἡνίκα ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλήμ ἦμεν κατὰ τὸν ναόν σου, νῦν τοὺς πρέποντάς σοι ἀναπέμπομεν ὕμνους, πολλῆς καὶ τότε τῆς παρά σου ἀπολαύοντες δόξης.

ΕΥΔΟΞΙΟΥ. Τουτέστιν, ἐν τῇ ἀξίᾳ τῇ σῇ. εἰ δὲ δήποτε καὶ ναὸν προσεκτινοεῖν, ὁ οὐράνιος ναὸς ἔδαφος τῆς σῆς βασιλείας ἐν ᾧ οἱ σοὶ προσπόλοι ἐνδιαιτῶνται.

νδʹ. Εὐλογημένος εἶ ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ χερουβεὶμ, ὁ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλ' οὖν τοῖγε τοσοῦτον ὑπερκείμενος τῶν ἀνθρωπίνων, παρορᾷς τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν, ἀλλὰ τὴν κατὰ πάντων ποιῇ προστασίαν. τὸ δὲ, καθήμενος ἐπὶ Χερουβίμ. ἀντὶ τοῦ, διαπόζων καὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, καὶ πάντα τῆς σῆς ἔχων ἐξημμένα κηδεμονίας. ἆρα οὐ δοκεῖ θαυμαστὰ εἶναι ταῦτα; ἀλλ' οὐδὲν μέγα περὶ τοῦ Θεοῦ τὸ λεγόμενον.

νεʹ. Εὐλογημένος εἶ ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας σου, ὁ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Θρόνον βασιλείας νῦν τὸν οὐρανὸν λέγει· κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰρημένον, οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.

νϛʹ. Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὁ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δημιουργὸς γὰρ εἶ τῶν ἁπάντων, καὶ τοῦτον τὸν φαινόμενον οὐρανὸν ἐξήπλωσας.

TER-

Digitized by Google

TERTIVM CANT. TRIVM PVEROR.

νζ. Ευλογειτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ιωαννου. Οὐκ ἀρκεῖ, φησὶ, τὸ ἐμὸν στόμα· ἕκαστον τοίνυν ἔργον ἀναφερέτω δόξαν αὐτῷ.

νή. Εὐλογεῖτε ἄγγελοι κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

νθ'. Εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξ'. Εὐλογεῖτε ὕδατα καὶ πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Του αυτου. Λέγει τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, εἶτα τὰ ἀναίσθητα καὶ ἄψυχα, τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸ ὕδωρ.

ξά. Εὐλογείτω πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξβ'. Εὐλογεῖτε ἥλιος καὶ σελήνη τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξγ'. Εὐλογεῖτε ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξδ'. Εὐλογεῖτε πᾶς ὄμβρος καὶ δρόσος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξέ. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πνεύματα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ξς'. ξζ'. Εὐλογεῖτε πῦρ καὶ καῦμα, νύκτες καὶ ἡμέραι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

57. BENEDICITE omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

Dan. 3. Nota, hunc Hymnum neque apud Hebræos neque apud Syros reperiri, & versiculos alio ordine in Vulgata haberi.

IOANNIS. Meum, inquit, os minimè sufficit: quodlibet igitur opus eius illi gloriam offerat.

58. Benedicite Angeli Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

59. Benedicite cæli Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

60. Benedicite aquæ * & omnia quæ super * cælum sunt Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

* Vulgata omnes
* cælos

EIVSDEM. Dicit Angelicas virtutes, deinde ea quæ sensu & animâ carent, nimirum cælos & aquam.

61. * Benedicat omnis virtus Domini Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

* Vulgata Benedicite omnes virtutes Domini Domino,

62. Benedicite Sol & Luna Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

63. Benedicite stellæ cæli Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

64. Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

65. Benedicite omnes spiritus * Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

* Dei Domino,

66. 67. Benedicite ignis & æstus, noctes & dies Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

 68. 69. Be-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

68. 69. Benedicite lux & tenebræ, frigus & æstus Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

ξή. ξθ΄. Εὐλογεῖτε φῶς καὶ σκότος, ψῦχος καὶ καῦσων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

IOANNIS. Hæc enim non solùm potentiam Dei ostendunt, sed etiam benignitatem & curam: oportet enim vt omnia similiter ipsum laudibus extollant: sic enim omnia pulchra sunt, vt & laudare, & quidem non simplici modo ipsi laudẽ pro ijs referre oporteat.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Ταῦτα γὰρ οὐχὶ τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν κηδεμονίαν· πάντα γὰρ ὁμοίως ὑπερυψοῦν αὐτὸν χρή· οὕτως γὰρ πάντα ἐστὶ καλὰ, ὅτι καὶ αἰνεῖν, καὶ οὐχ ἁπλῶς αἶνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀναπέμπεσθαι χρή.

70. 71. Benedicite glacies & niues, fulgura & nubes Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

ό. οά. Εὐλογεῖτε πάχναι καὶ χιόνες, ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

EIVSDEM. Et quidnam vtilitatis hæc in se habent? Voluit nimirum hoc sermone comprehendere non solùm ea quæ ex se patent ad nostrum beneficium creata esse, sed etiam ea quæ superuacua & noxia videntur; & iubet vt pro illis etiam Deum laudemus, tantum non dicens, quod & illa signa sint tam magnæ prouidentiæ Dei, vt etiam ipsum laudare propter hæc oporteat; quoniam hæc æquè atque res vtiles gratias Deo referunt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τί ἔχει χρήσιμον ταῦτα; διὰ γὰρ τούτου οὐ μόνον τὰ αὐτόθεν δῆλα καὶ γνώριμα πρὸς εὐεργεσίαν ἡμῶν γενόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι περιττὰ καὶ βλαβερὰ περιλαμβάνει τῷ λόγῳ· καί φησιν ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων αἶνον δεῖ ἀναπέμπεσθαι τῷ θεῷ, μονονουχὶ λέγων, ὅτι κἀκεῖνα τοσαύτης ἐστὶ κηδεμονίας τεκμήρια, ὅτι καὶ ὑμνεῖν τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν χρή· ὅτι ὁμοίως τοῖς χρησίμοις καὶ ταῦτα τὴν εὐχαριστίαν παρέχονται.

72.73.74. Benedicite terra, montes & colles, omnia germinantia in terra Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

οβ΄. ογ΄. οδ΄. Εὐλογεῖτε ἡ γῆ, ὄρη καὶ βουνοὶ, πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

75. 76. Benedicite maria & flumina, fontes, cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

οέ. ος΄. Εὐλογεῖτε θάλασσαι, καὶ ποταμοὶ, αἱ πηγαὶ, κήτη, καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

77. 78. Benedicite volucres cæli, bestiæ & omnia pecora Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

οζ΄. οή. Εὐλογεῖτε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

79. 80. Benedicite filij hominum, benedicite Israël Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

οθ΄. π΄. Εὐλογεῖτε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, εὐλογεῖτε Ἰσραὴλ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

81.82. Benedicite Sacerdotes Domini, serui Domini Dominũ, laudate & superexaltate eum in sæcula.

πά. πβ΄. Εὐλογεῖτε ἱερεῖς κυρίου, δοῦλοι κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

πγ΄.

Digitized by Google

πγ΄. πδ΄. Εὐλογεῖτε πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων, ὅσιοι καὶ ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Ἐνταῦθα καὶ δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν· Αἰνέσατε αὐτόν, φησιν, οὐχ᾽ ᾗ ψυχαί εἰσι, ἀλλ᾽ ᾗ δικαίων ψυχαί.

πε΄. πϛ΄. Εὐλογεῖτε Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ τὸν κύριον· εὐλογεῖτε Ἀπόστολοι, Προφῆται καὶ μάρτυρες κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

πζ΄. Εὐλογοῦμεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ. Θαυμάσιαι δέ εἰσιν, ἀγαπητοί, τὰ ὑπὸ τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ λεγόμενα· πῶς οὐδὲν παρέλιπον τῶν κτισμάτων, ἵνα μὴ ὡς ἐλεύθερον αὐτεξούσιον νομισθῇ· ἀλλὰ πάντα συμπεριλαβόντες καὶ ὀνομάσαντες τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ καταχθόνια, πάντα δοῦλα ἔδειξαν εἶναι τοῦ θεοῦ· τοῦ πάντα διὰ τοῦ λόγου κτίσαντος· ἵνα μή τις καυχήσηται ὡς ἀγέννητόν τι ἢ ἄναρχον εἴη τῶν κτισμάτων.

ΙΩΑΝΝΟΥ. Προσήκει νῦν ἅπαντας εἰς ταυτὸν συνελθόντας εὐχαριστηρίους αὐτῷ ἀναπέμπειν ὕμνους, λογιζομένους ὡς οὐδεὶς χρόνος μειοῖ αὐτοῦ τὴν εἰς ἀνθρώπους φιλανθρωπίαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰς διδασκαλίαν τοῦ πλήθους οἱ τρεῖς παῖδες κέχρηνται τοῖς λόγοις. προσήκει γάρ, φησιν, ὑμᾶς (ἐπειδήπερ ἁπάντων κοινὴ τιμὴ) ἀποστῆναι μὲν τῆς πλάνης, ἔχεσθαι δὲ τῆς εὐλαβείας, λογιζομένους τοῦ ὑμετέρου δεσπότου τὴν ἀξίαν, καὶ ὡς ἁπάντων κύριος καθέστηκεν· εἰ καί τινες παρὰ τοῖς ἀλλοτρίοις εἰσὶν ἐνομισμένοι θεοί.

ΕΥΔΟΞΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Τοῦτο οὖν ποιεῖτε ἵνα καὶ οἱ πιστοὶ κατακούσωσιν· ὡς θεὸς ἁγίων ἐστὶ θεός. καὶ οἱ ἄπιστοι κατακούσωσιν· ὡς ἥττηται πολυθεΐα τῇ τοῦ θεοῦ ἐπικρατείᾳ.

83. 84. Benedicite spiritus & animæ iustorum, sancti & humiles corde Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

CATENA PATRVM.

IOANNIS. Hîc etiam ostendit resurrectionem: Laudate, inquit, ipsum non quatenus animæ est, sed quatenus iustorum animæ.

85. 86. Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino: benedicite Apostoli, Prophetæ & Martyres Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

87. Benedicimus Patrem & Filium & sanctum Spiritum Dominum, laudate & superexaltate eum in sæcula.

HIPPOLYTI ESISCOPI ROMANI. Admiranda sunt, ô dilecti, quæ à tribus pueris in camino dicta sunt: quomodo nihil ex rebus creatis prætererunt, vt nempe nihil quasi liberum vel sui iuris esse putaretur; sed cùm omnia comprehendissent ac nominassent tam cælestia quàm terrestria & subterrestria, omnia Deo subiecta esse ostenderunt; vt qui omnia verbo creauerit; ne quis vllam creaturam vel increatam vel sine principio esse gloriaretur.

IOANNIS. Oportet nunc omnes in vnum coactos gratiarum actionis hymnos Deo offerre, cogitantes quomodo nullum tempus eius erga homines beneuolentiam imminuat.

EIVSDEM. Tres pueri ad multitudinis instructionem his verbis vsi sunt. Decet enim vos, inquiunt (cùm is omnium communis sit honor) desistere quidem ab errore, pietati verò adhærere, considerantes Domini vestri dignitatem, vt nimirum omnium sit Dominus constitutus; licet nonnulli apud alienigenas dei habeantur.

EVDOXII PHILOSOPHI. Hoc igitur satagite vt & fideles istud audiant: *Quoniam Deus sanctorum est Deus.* & infideles audiant illud: *Quoniam victa est deorum multitudo Dei imperio.*

ANNO-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ANNOTATIONES CORDERII.

INTERIM dum populus assentator & timidus impij Regis auream effigiem pronus in terram adorabat, & campus totus instrumentis musicis personabat; celebres illi tres pueri, ne statuam adorarent, fornacem ardentissimam constanter ingressi hoccè Hymno è medijs flammis verum Deum collaudabant, & sacrilego clangori tubatum atque symphoniæ pijs vocibus & harmoniâ cælesti obloquebantur.

52. *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum*,&c.] Vbi notanda est sanctorum horum modestia: non sibi veri Dei religionem, sed parentibus suis acceptam referunt; adeò sui obliuiscuntur, vt vel ipsum Deum patrum suorum Deum vocent, quasi nihil suum habeant, quod non acceperint à patribus. Vnde Theodoretus de puero Azaria sic orante fatur: *Mentis præ se fert modestiam cùm etiam patrum prædicat virtutem: laudamus enim te Domine nos, quibus patres illi fuerunt, quorum Deus vocari voluisti.* Quippe modestissimus puer maluit parentum religionem commemorare, quorum educationi tribuebat quidquid ipsi in præsenti fornace præstabant.

Ceterùm cùm in hoc Hymno eædem ferè creaturæ ad Dei laudes celebrandas à pueris hisce inuitentur, quas tribus postremis Psalmis Propheta Regius suprà eamdem ob causam introduxit, nihil hîc vlteriùs annotandum censeo, cùm ibi pro instituto nostro breuiter ea quæ occurrebant notata videre liceat. Hîc tantùm obserua, versiculos compendio, secùs quàm in Vulgata, coniunctos.

CANT. DEI GENITRICIS MARIÆ.

Lucæ 1.

46. MAGNIFICAT anima mea Dominum:

ORIGENIS. Sicut à muliere peccatum cœpit, & posteà ad virum peruenit; sic etiam bona ex mulieribus exorsa sunt, vt admoneantur mulieres depositâ suâ imbecillitate, rebusque muliebribus, beatarum harum vitas imitentur. Ceterùm deinceps videamus virginalem vaticinationem. *Magnificat anima mea Dominum.* Quomodo anima Dominum magnificet considerandum est. Si dignè ad imaginem conditoris nostri vixerimus, & pro viribus exemplari nostro similes per bona opera euaserimus, magnificamus Dominum verbis, operibus & cogitationibus. Minuit autem anima Dominum pro ratione malitiæ quæ ipsi inest. Anima igitur Mariæ magnificabat Dominum; spiritus verò eius exultabat in Deo salutari suo. Primùm anima ipsius magnificauit, deinde spiritus eius exultauit. vnde subiungit:

47. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

EIVSDEM. Deus in corpore meo mirabilia faciet, vti pollicitus est: sed anima, inquit, mea non erit sterilis erga Dominum. Corporis enim fructus non est rectum factum meæ voluntatis, sed Dei, qui mirabiliter & supra naturam in me operatur. Oportet autem me etiam voluntatis meæ fructum

μϛ΄. ΜΕΓΑΛΥΝΕΙ ἡ ψυχή μου τὸν κύριον·

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὥσπερ ἤρξατο ἡ ἁμαρτία ἀπὸ τῆς γυναικός, καὶ μετὰ τοῦτο ἔφθασεν ἐπὶ τὸν ἄνδρα· οὕτω καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἤρξατο, ἵνα παραβάλωσιν αἱ γυναῖκες τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὰ γυναικεῖα ἀποθέμεναι, ζηλώσωσι τοὺς βίους τῶν μακαρίων τούτων. ἴδωμεν δὲ λοιπὸν παρθενικὴν προφητείαν. Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Πῶς μεγαλύνει ψυχὴ τὸν κύριον κατανοητέον, ἐὰν ἀξίως πολιτευώμεθα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς, καὶ ἐξομοιωθῶμεν τῷ πρωτοτύπῳ κατὰ τὸ δυνατὸν δι' ἀγαθῶν ἔργων, μεγαλύνομεν τὸν κύριον λόγοις, ἔργοις, νοήμασι. σμικρύνει δὲ ἡ ψυχὴ τὸν κύριον ἀναλόγως κατὰ τὴν κακίαν τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῇ. τῆς οὖν Μαρίας ἡ ψυχὴ ἐμεγάλυνε τὸν κύριον· τὸ δὲ πνεῦμα αὐτῆς ἠγαλλιάσατο ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι. πρότερον ἐμεγάλυνεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς, εἶτα ἠγαλλιάσατο τὸ πνεῦμα αὐτῆς. ὅθεν ἐπιφέρει·

μζ΄. Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐν τῷ ἐμῷ σώματι θαυμαστὰ ὁ θεός, ἐπαγγειλάμενος ἐνεργήσει· ἀλλά γε μου, φησίν, οὐκ ἔσται ἄκαρπος πρὸς τὸν κύριον. ὁ γὰρ τοῦ σώματος καρπὸς οὐ τῆς ἐμῆς ἐστι προαιρέσεως κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ θαυματουργοῦντος ἐν ἐμοὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν. χρὴ δέ με καὶ προαιρέσεως καρπὸν προσε-

Digitized by Google

προσενέγκαι. ὅσον γὰρ ὑπηρετοῦμαι μεγάλῳ θαύματι καὶ κατορθώματι, τοσοῦτον ὀφείλω δοξάζειν πρώτη τὸν ἐν ἐμοὶ ἐνεργοῦντα· Σωτὴρ γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, σωτηρίαν ἐξ ἐμοῦ τῷ κόσμῳ χαριζόμενος. πνεῦμα δὲ καὶ ψυχὴν τὸ αὐτό φησιν.

μη'. Ὅτι ἐπέβλεψε ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ·

Τοῦ αὐτοῦ. Τίς γάρ εἰμι ἐγὼ πρὸς τοσοῦτον ἔργον; αὐτὸς ἐπέβλεψεν, οὐκ ἐγὼ προσεδόκησα· ταπεινὴ γὰρ ἤμην ἀπερριμμένη, καὶ νῦν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταβαίνω, καὶ εἰς ἄρρητον οἰκονομίαν ἕλκομαι.

Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.

Τοῦ αὐτοῦ. Δηλονότι τῶν πιστευόντων· οὐ σὺ δὲ μόνον ἡ Ἐλισάβετ.

μθ'. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς,

Ἀνωνύμου. Πῶς γὰρ οὐ μεγαλεῖα; ὅτι παρθένος οὖσα συλλαμβάνει, ὑπερβᾶσα βουλήματι Θεοῦ τὴν φύσιν· καὶ καταξιωμένη, ἄνευ ἀνδρὸς οὐχ ἁπλῶς εἶναι μήτηρ, ἀλλὰ καὶ τοῦ μονογενοῦς σωτῆρος. λέγει δὲ ὁ δυνατός. ἵνα ἐάν τις ἀπιστήσειε πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς συλλήψεως, εἴγε παρθένος συλλάβοι, φησὶν, ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός· ἵνα τίς τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναπέμψῃ τὸ κατόρθωμα.

Καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Ἀνεπιγράφου. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἔρχεται μονογενὴς εἰς γυναῖκα, ἤδη παρὰ τοῦτο μιαίνεται· ἅγιον γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ οὐδὲν παραχραίνεται ὁ συλλαμβανόμενος σωτὴρ, ἐν ἐμοὶ τῇ παρθένῳ πλάττων τὸ ἴδιον σῶμα. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπέρχεται, ἵνα ἁγία γενομένη ἡ σύλληψις, ἅγιον παρασκευάσῃ καὶ τὸν τόκον γενέσθαι.

ν'. Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

Βίκτορος. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἐλεῆσαι τὰς γενεὰς τῶν γενεῶν, κἀγὼ συλλαμβάνω, καὶ αὐτὸς ἑνοῦται σώματι ἐψυχωμένῳ, ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ καθ' ὑπόστασιν, καὶ εἰς κόσμον ἔρχεται, καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἀναστρέφεται, καὶ κάτω πολιτεύεται, καὶ πάντα οἰκονομεῖ, τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματευόμενος διὰ μόνην φιλανθρωπίαν.

adferre. Quantò enim maiori miraculo & ministerio subseruio, tantò magis debeo ego omnium prima laudare eum qui in me operatur: Saluator enim meus est Deus, qui ex me salutem mundo largitus est. Spiritum verò & animam pro eodem posuit.

CATENA PATRVM.

48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ:

EIVSDEM. Quæ enim ego sum ad tantum officium? Ipse respexit, non ego expectaui: humilis namque eram & abiecta, & nunc à terra ad cælos transeo, & ad arcanum ministerium trahor.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

EIVSDEM. Nimirum generationes credentium; non autem tu sola ô Elisabet.

49. Quia fecit mihi magna qui potens est,

ANONYMI. Quomodo enim non magna? Cùm ea quæ virgo est concipiat, Dei voluntate naturam transscendens; dignaque effecta, vt sine virili opera sit non simpliciter mater, sed vnigeniti Saluatoris. Dicit autem *qui potens est*. Vt si quis ambigat de opere conceptionis, cùm dicat virginem concepisse, subiungit, *Fecit mihi magna qui potens est*; vt potentiæ operantis hoc præclarum factum adscribatur.

Et sanctum nomen eius.

ANEPIGRAPHI. Non enim propterea mulier contaminatur, quòd in eam vnigenitus veniat: sanctum enim nomen eius. Et nihil contaminat Saluator dum concipitur, dum in me virgine proprium corpus efformat. Propterea etiam Spiritus superuenit, vt cùm conceptio sancta fuerit, sanctum quoque partum efficiat.

50. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

VICTORIS. Eò enim quòd generationes generationum misertus sit, eo quoque concipio, & ipse vnitur cum corpore animato, & anima rationali & intellectuali secundùm hypostasin, & in mundum venit, & cum hominibus versatur, & deorsum descendit, & omnia gubernat, per solam misericordiam procurans salutem nostram.

CATENA PATRVM.

ANEPIGRAPHI. Non enim qui omnino indigni sunt misericordiam consequuntur, sed qui per pœnitentiam ad timorem [Dei] conuertuntur.

51. Fecit potentiam in brachio suo:

ANONYMI. Ipsius enim manus est, non hominum opus.

Dispersit superbos mente cordis sui.

ANONYMI. Hoc est malos & impuros dæmones, & horum principem diabolum, qui ob superbiam decidit. Gentilium sapientes, qui prædicationis [sapientiam] stultitiam ipsis visam non admiserunt, Iudæorum quoque populum designat qui credere noluit. Hæc enim omnia vaticinationi responderunt.

52. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

ANONYMI. Magna enim sapiebant dæmones & diabolus qui dispersi sunt, vti & Gentium sapientes, ac Pharisæi & Scribæ: verùm hos omnes deiecit, & exaltauit illos qui seipsos potenti eius manui submittebant.

53. Esurientes impleuit bonis:

SEVERI. Esuriebat enim genus humanum præter Iudæos.

Et diuites dimisit inanes.

EIVSDEM. Iudæi enim putantes se possidere diuitias Scripturarum quæ diuino Spiritu afflatæ sunt, illis priuati fuerunt, & inanes facti sunt: Gentes verò se submittentes, & esurientes famem sermonum Dei, vti Propheta Amos ait, saturatæ sunt.

ANEPIGRAPHI. Iudæos nimirum qui diuites erant legibus latis & doctrinâ sanctorum Prophetarum atque promissionibus: qui quidem nimiùm superbientes, & ob suam dignitatem vehementer elati, propterea quòd ad eum qui se hominem fecerat submissè accedere noluerunt, inanes dimissi fuerunt, nihil reportantes, neque fidem neque spem bonorum; sed exciderunt etiam à terrena Hierosolyma & à futurâ vita.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΥ. Οὐ γὰρ οἱ πάντῃ ἀνάξιοι ἐλεοῦνται, ἀλλ' οἱ διὰ μετανοίας πρὸς φόβον μεταστρεπόμενοι.

να. Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ·

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αὐτοῦ γὰρ ἡ χεὶρ, οὐκ ἀνθρώπου τὸ ἔργον.

Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τουτέστι τοὺς πονηροὺς καὶ ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα τὸν διάβολον, πεσόντα δι' ἔπαρσιν. τοὺς τῶν ἑλλήνων σοφοὺς, τὴν δοκοῦσαν τοῦ κηρύγματος μωρίαν μὴ προσδεξαμένους, σημαίνει καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων δῆμον πιστεῦσαι μὴ βουληθέντα. ταῦτα γὰρ πάντα ἠκολούθησε τῇ προφητείᾳ.

νβ΄ Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεγάλα γὰρ ἐφρόνουν οἱ σκορπισθέντες δαίμονες καὶ ὁ διάβολος, ἑλλήνων τε σοφοὶ, καὶ Φαρισαῖοι καὶ γραμματεῖς· ἀλλὰ τούτους καθεῖλε, καὶ ὕψωσε τοὺς ταπεινώσαντας ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταιὰν αὐτοῦ χεῖρα.

νγ. Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν·

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἐλίμωττε γὰρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πλὴν Ἰουδαίων.

Καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ γὰρ οἰόμενοι πλουτεῖν Ἰουδαίων τὸν πλοῦτον τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, κενοὶ τούτων κατέστησαν· καὶ τὰ ἔθνη ταπεινωθέντα, καὶ λιμώττοντα λιμὸν λόγων θεοῦ, καθά φησιν ὁ προφήτης Ἀμὼς, ἐνεπλήσθησαν.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΥ. Ἰουδαίους δηλαδὴ πεπλουτηκότας τῇ νομοθεσίᾳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις· οἵτινες ὑπερμαζήσαντες, καὶ λίαν τῷ ἀξιώματι ἐπαρθέντες, διὰ τὸ μὴ ταπεινῶς προσελθεῖν τῷ ἐνανθρωπήσαντι, ἐξαπεστάλησαν κενοὶ, μηδὲν ἐπιφερόμενοι, μήτε πίστιν μήτε ἐλπίδα ἀγαθῶν· ἀλλ' ἐκπεπτώκασι καὶ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

νδ΄. Ἀν-

Digitized by Google

νδʹ. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ μνησθῆναι ἐλέους.

54. Suscepit Israël puerum suum recordatus misericordiæ suæ.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τὸν ἀληθινόν φησιν Ἰσραὴλ, οὐ τοὺς ὀνόματι σεμνυνομένους, ἀλλὰ τὴν πίστιν τετηρηκότας τῆς προσηγορίας.

SEVERI. Verùm dicit Israëlem, non eos qui nomine tantùm Israëlis gloriantur, sed eos qui fidem suæ appellationis retinuerunt.

νεʹ. Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἕως αἰῶνος.

55. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in sæcula.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τελειοῖ τὴν προφητείαν οὐ μόνον τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν προτέρων προφητῶν, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ, μέλλοντος ἐξ αὐτῆς γεννᾶσθαι τοῦ κοινοῦ σωτῆρος Χριστοῦ.

EIVSDEM. Finit Prophetiam non solùm propriam, verùm etiam priorum Prophetarum, secundùm Dei promissionem, cùm ex ipsa oriturus sit Christus communis Saluator.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

CANTICVM hoc B. Virgo Deipara in Elisabethæ cognatæ suæ visitatione Spiritu sancto plena Deo decantabat. Tres autem partes complectitur: ac primâ quidem parte laudat Deum ex beneficijs sibi soli præstitis. In secunda laudat eum ex beneficijs toti populo ante Christi aduentum præstitis; maximè autem alludit ad victoriam contra Pharaonem & Chananæos, & pastum Israël in deserto per manna. In tertia denique laudat Deum ex beneficio Incarnationis promissæ Patriarchis.

B. Virgo Deum continuò magnificabat.

46. *Magnificat anima mea Dominum.*] Quo loco est aduertendum non dixisse Virginem, *Magnifica anima mea Dominum*, quasi excitando animam ad magnificandum Deum; sed dixisse *Magnificat*; vt intelligeremus non opus fuisse animam illam excitari, quæ continuò Deum magnificabat. Nimirum reliqui omnes sancti citharæ quidem fuerunt, quę Dei gloriam concinebant; sed tamen interdum per carnis fragilitatem dissonabant: vnde opus erat, vt subinde ad harmoniam & concentum reducerentur. Quò videtur spectasse Regius Vates cùm diceret, *Benedic anima mea Dominum*; videlicet indicans suam ipsius animam citharam quamdam esse, quæ interdum à Dei gloria concinenda cessabat, atque adeò necesse habebat iterùm ad Deum benedicendum excitari, & quodammodò attemperari. At Virgo beatissima, quoniam perpetuò Deum benedicebat, nihilque non ad eius gloriam referebat, cithara erat Spiritus sancti suauissimam harmoniam & concentum semper retinens: quæ videlicet numquam dissonuit. Quare meritò Virgo non dixit *Magnifica*, sed *Magnificat anima mea Dominum*. Illud etiam obiter obseruandum illum appellari magnificum qui grandia tribuit: quam ob causam humanitas Christi dicitur magnificentia; iuxta illud, *Eleuata est magnificentia tua super cælos*: quia Deus per humanitatem se ostendit summoperè magnificum eximia beneficia hominibus conferendo: quamquam etiam magnificentiæ nomine eo loco ipsa Dei munificentia accipi possit. B. Virgo igitur magnificare Deum dicitur, quia non quibusuis laudibus, sed summis & eximijs Dei prædicat magnitudinem.

Psal. 102, 1.

B. Virgo Spiritus sancti cithara numquam dissona.

Psal. 8, 2. Deus per Christi humanitatem magnificus apparuit.

Duplex modus magnificandi verbis & factis.

Pro maiori autem huius sententiæ declaratione aduerte cum Toleto nostro posse quempiam alterum duobus modis magnificare; verbis videlicet & factis: verbis quidem, quando alterius excellentia prædicatur, siue id fiat verbis aut signis exterioribus siue interioribus cordis. Magna enim sentire aut enuntiare de aliquo est ipsum verbis magnificare: factis autem, quando alicui ea conferuntur quæ eum magnum & commendabilem faciunt; vt idem sit magnificare ac magnum facere. Inuenimus autem Deum magnificari ab homine, & hominem magnificari à Deo, hominem denique magnificari ab homine, cum discrimine tamen: nam Deus magnificat hominem eum magnum faciendo: confert enim homini ea quæ eum magnum & spectabilem & coram ipso Deo & coram ceteris hominibus efficiunt. Sic *magnificauit Dominus Salomonem super omnem Israel, & dedit illi gloriam Regni, qualem nullus habuit ante eum Rex Israel. Quos autem sanctificauit, hos & magnificauit*, ait Apostolus. Homo autem Deum magnificat non quidem eum magnum faciendo (nihil enim homo Deo conferre potest quo maior fiat) sed magnificat laudando, prædicando, magnitudinem quæ in illo est ceterisque hominibus annuntiando & declarando. ad quod Psalmista inuitat dicens: *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* & Paulus: *Magnificate eum omnes populi.* Homo autem hominem vtroque modo magnificat, scilicet laudando & prædicando magnitudinem alterius (vt cùm in Actis dicitur, *Magnificabat eos populus*; & apud Ecclesiasticum, *Noli magnificare virum peccatorem diuitem*) atque etiam magna conferendo. (Sic *misit Demetrius Epistolam verbis pacificis ad Ionatham, vt magnificaret eum.* id est, Contulit ei magnam potestatem.) Hoc igitur in loco B. Virgo cùm priùs à Deo magnificata fuisset magna ab ipso munera accipiendo; (de quibus ipsa dicit; *Quia fecit mihi magna qui potens est*;) posteà vicissim magnificat Dominum prædicando eum auctorem magnitudinis sibi ab eo collatæ.

Quomodo Deus hominem magnificet.

1. Paral. 29, 25.

Rom. 8.

Quomodo homo magnificet Deum.

Psal. 33. Rom. 15.

Act. 5. Eccli. 10, 25.

ANNOTATIONES CORDERII.

Magnificandus Deus corde, voce & opere.

latæ. Magnificatur etiam Deus ab homine corde, ore & opere: corde quidem, quando mente & affectu ipsius immensam magnitudinem, perfectionem & excellentiam contemplamur, recognoscimus & veneramur. Voce, quando verbo aut signo exteriori prædicamus & pronuntiamus. Opere verò, quando studiosis operibus ipsi inseruimus. Bona enim opera nostra voces sunt, quibus alijs declaramus Dei nostri sanctitatem & magnitudinem; iuxta illud, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* (Matth. 5.)

47. *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.*] Græcè est, ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, *in Deo Saluatore meo:* scilicet in Dei Verbo in meis visceribus incarnato, qui meus est Filius. Vbi aduerte B. Virginem imitari Canticum B. Annæ matris Samuelis 1. Regum 2. cuius eadem vox & idem spiritus humilitatis, gratitudinis & deuotionis in Deum: vt ibidem superiùs ad ver. 1. Cantici B. Annæ annotauimus.

Canticum B. Virginis est simile Cantico B. Annæ.

B. Virgo seipsam vilem vocat & abiectam.

48. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.*] Græcè ταπείνωσιν, id est exiguitatem, vilitatem, abiectionem meam: hanc enim opponit magnitudini Dei. Non ergo hîc significat virtutem humilitatis quæ superbiæ opponitur. Primò; quia hæc dicitur ταπεινοφροσύνη, non ταπείνωσις. Secundò; quia eo modo se laudans Virgo humilis non fuisset. Sola enim humilitas inter reliquas virtutes seipsam ignorat. Amat nempe vilis reputari, non humilis prædicari. Hanc expositionem amplectuntur Iansenius in sua Concordia, Vatablus in Scholijs ad hunc locum, ibidemque Caietanus, Isidorus Clarius, Euthymius, Erasmus, imò & D. Bernardus Serm. de B. Virgine super illud Apocalypseos 12. *Signum magnum apparuit in cælo.* Verùm ne vel minimam maledicendi ansam præbeamus hæreticis, qui ex hoc loco perperàm intellecto occasionem acceperunt B. Virginem iniurijs proscindendi, appellando eam abiectam ac vilem ex sua ipsius confessione; aduertendum hoc verbum ταπείνωσις non semper vilitatem, sed interdum etiam ipsam humilitatis virtutem significare; vt patet ex illa S. Iacobi sententia, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* (Iacobi 4, 6.) Vbi pro humilibus est Græcè ταπεινοῖς. Imò & Christus Dominus ait: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* (Matth. 11, 29.) Græcè est ταπεινὸς. Quibus in locis manifestum est sermonem esse de humilitatis virtute. Accedit, quòd hoc etiam loco virtutem humilitatis communior Patrum sententia interpretetur, vti disertis verbis tradunt Origenes Hom. 8. in Lucam, S. Augustinus Serm. 2. in Assumptione B. Virginis, Beda in cap. 1. Lucæ, S. Bernardus Serm. 42. & 45. in Cantica, & Hom. 1. Super *Missus est*, & alibi, Glossa Ordinaria Lucæ 1. & alij quàm plurimi. Nec verò propterea B. Virgo de humilitate sua in se gloriatur, sed in Domino, à quo agnoscit se humilitatis donum recepisse, Deumque humilitatem illam tamquam fundamentum iecisse ad reliquorum donorum fabricam superstruendam: quemadmodum & Paulus absque humilitatis præiudicio gratiam se habere lætabatur & charitatem, à qua certus erat separari non posse. (Rom. 8.)

B. Virginis secura humilitas.

Quare cum Vega nostro in Apoc. cap. 12. concludo, vtramque expositionem [illegible] esse, sed posteriorem communiorem Patrum. Et verò prior expositio multùm etiam commendat humilitatem B. Virginis; quippe quæ cùm posset quatuordecim Reges & eo ampliùs in suo stemmate numerare, & tot præterea ac tantis esset à Deo donis & prærogatiuis locupletata, vilem tamen se & abiectam prædicabat, considerans videlicet se eiusmodi donis non suo merito, sed diuino beneficio cumulatam; imò cùm videret se vndique spiritualibus opibus circumfluentem, recurrit ad naturam, & inde se humiliandi ansam arripuit, quæ est summa humilitatis præstantia; quemadmodum D. Chrysostomus Hom. 23. in posteriorem ad Corinthios Epistolam in Abrahamo obseruauit.

Quæ sint symbola potentiæ Dei.

51. *Fecit potentiam in brachio suo.*] Solet in Scripturis Dei potentia ἀνθρωποπαθῶς significari per manum, digitum, dexteram, sed maximè per brachium. Virorum enim vires in brachijs & lacertis sitas esse patet. Fecit autem hanc potentiam Deus non tantùm in Virgine, sed etiam in præcedentibus sæculis. Hæc enim in præterito vt sonant & amplissimè sunt accipienda. q. d. Deus potenter sæpè virtute suâ vel potentiâ suâ multa est operatus, maximè contra Chananæos, Palæstinos, aliosque hostes Israël; vt patet toto libro Iosue, Iudicum, & Regum. Ita Theophylactus & Gregorius in Catena Sexaginta quinque Patrum in Lucam num. 32. & alij. Alludit autem Virgo ad illud Angeli, *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Mysticè Beda illud *in brachio* exponit in Filio, qui est Dei virtus. Posset etiam dici hoc loco incarnationem appellari per excellentiam non opus potentiæ, sed ipsammet potentiam diuinam, hoc sensu. q. d. *Fecit potentiam*; id est, Operatus fuit incarnationis mysterium: quod tantæ potentiæ est, vt appellari possit ipsamet diuina virtus & potentia. Vbi etiam obseruandum, hanc potentiam, siue hoc potentiæ opus eximium dici factum fuisse in brachio Dei, vt indicetur quodammodò quantum conatum Deus in eo conficiendo adhibuerit, vt more nostro loquamur. Cælos enim manu dumtaxat, imò & summis digitis formare suffecerat; iuxta illud, *Opera manuum tuarum sunt cæli.* (Psal. 101, 26.) item: *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum,* (Psal. 8, 4.) Mirabilia etiam illa quæ in Ægypto patrauit vno digito effecisse memoratur Exodi octauo: *Digitus Dei est hic.* At verò in incarnatione, quod erat opus maioris negotij, integro brachio potentissimo opus fuit; imò ad vltimum vsque suæ potentiæ peruenit Deus. Verùm enim verò etsi omnem suam potentiam exerat, non potest ex genere operis maius opus efficere quàm incarnationis mysterium.

Incarnatio est opus potentiæ Dei.

In incarnatione Deus extremum potentiæ exeruit.

IBIDEM. *Dispersit superbos mente cordis sui.*] Vbi nota illud *sui* non ad cor Dei referri, sed ad cor superborum. Patet ex Græco αὐτῶν. Euthymius ergo proximè refert ad superbos. q. d. Deus dispersit eos qui corde erant superbi. Alij, & significantiùs, referunt ad verbum *dispersit*. q. d. Deus dispersit *superbos mente*, id est per mentem, aut, vt Græcè est, διανοίᾳ, per cogitationem cordis ipsorum; quia scilicet mala consilia in ipsorummet exitium retorquet, vt fecit Pharaoni in Mari rubro.

54. *Suscepit Israël puerum suum.*] Id est, Suc-

Digitized by Google

Succurrit Iſraëli mittendo ei Meſſiam promiſſum patribus. Sic in Pſalmis Chriſtus ſæpè dicitur ſuſceptor, id eſt adiutor. Et hæc eſt tertia pars huius Cantici.

55. *Et ſemini eius in ſæcula.*] Vbi nota illud *in ſæcula* referri poſſe primò ad vocem *ſemini.* q. d. Semini duraturo in ſæcula. Secundò ad verbum *locutus eſt*, id eſt promiſit: vel ad *miſericordia*. Vnde illud *Sicut locutus eſt* Græca Regia vſque ad *ſæcula* excluſiuè intercipiunt parentheſi. q. d. Deus illis promiſit & præſtitit perpetuam miſericordiam mittendo Chriſtum. Sed eòdem ferè ſenſus redit. Porrò ſemen perpetuum Abrahæ hîc non carnale ſed ſpiritale intelligendum.

CATENA PATRVM.

CANTICVM ZACHARIÆ.

ξή. ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ·

Βικτορος Πρεσβυτερου. Ἐπισκοπήσαντος γὰρ τοῦ θεοῦ, καὶ βουλομένου λυτρώσασθαι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

ξθ. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

ό. Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ·

οά. Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς·

Του αυτου. Τὸ δὲ κέρας ἀντὶ βασιλείας, ἢ ἀντὶ δυνάμεως παρείληπται. ἀμφότερα δέ ἐστιν ὁ Χριστός· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων, καὶ ἡ ἀκαταμάχητος δύναμίς τε τοῦ Πατρὸς, καὶ δεξιά· ἡ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν τροπωσαμένη, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν προαγόρευσιν, καὶ ῥυσαμένη ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς, ἐχθρῶν δὲ οὐκ αἰσθητῶν, ἀλλὰ νοητῶν. ἦλθε γὰρ Χριστὸς κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ, καταργῆσαι πάντας τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν.

οβ'. Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ.

Ωριγενους. Ὡς γὰρ οἴομαι καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ὅλος ὁ χορὸς τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν καὶ δικαίων, ἀπήλαυσαν τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ εἰρηνοποίησε διὰ τοῦ αἵματος τοῦ

68. BENEDICTVS Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ:

Luc. 1.

VICTORIS PRESBYTERI. Viſitante enim Deo, & volente redimere populum ſuum.

69. Ex erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui:

70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius:

71. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos:

EIVSDEM. Cornu autem pro Regno vel pro potentia acceptum eſt. Vtrumque autem Chriſto conuenit: ipſe enim eſt Rex regnantium, & Dominus dominantium, & inexpugnabilis eſt potentia Patris, & dextera; quæ quidem omnes hoſtes noſtros in fugam vertit, ſecundùm ſanctorum Prophetarum prædictionem, quæ etiam liberauit nos ab inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos, inimicorum autem non ſenſibilium, ſed ſpiritalium. Venit enim Chriſtus Dominus potens in bello, vt omnes hoſtes noſtros debellaret.

72. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti.

ORIGENIS. Vt enim arbitror etiam patres noſtri Abraham, & Iſaac, & Iacob, & vniuerſus chorus ſanctorum eius Prophetarum & iuſtorum, Chriſti præſentia fruiti ſunt. Si enim, iuxta diuinum Apoſtolum,

Coloſſ. 1.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

stolum, per crucis suæ sanguinem pacauerit ea quæ in terra & quæ in cælis sunt: quid dubitas credere ipsum quoque patres visitasse? & eius ad inferos aduentum hoc effecisse?

73. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:

74. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi;

75. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus * vitæ nostræ.

* Vulgata nostris.

EIVSDEM. Sæpenumerò liberantur aliqui de manu hostium, cum timore autem: nunc verò Christi aduentus fecit vt intrepidè de manu hostium liberemur. Non enim sensimus hostes, sed veluti de repente nos accepit, cùm hostiles insidias non sensissemus. Ceterùm si sic dicendum est, veluti nil sentientes ab illis nos in suam hereditatem ac partem transtulit.

76. Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis:

VICTORIS. Superuacaneum est loqui cum illo qui non audit. Cur igitur tamquam audienti hæc dicit? Num quòd Ioannes ortum admirabilem habuerit, vtpote Archangelo eius natiuitatem prædicante, atque Mariâ postquam Dominum conceperat ad Elisabetham accedente, & ipsi iam nato assistente? quin & ea quæ secuta sunt mirabilia fuêre. Siquidem etiam puer cum gaudio in vtero saltauit, simul atque vox salutationis emissa fuit.

Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

ORIGENIS. Propterea statim præsenti puero vaticinatus est: nouerat quippe pater se paulò pòst non habiturum penes se filium alendum: siquidem puer in desertis versabatur vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël.

77. Ad dandam scientiam salutis plebi eius:

EIVSDEM. Videlicet credentibus in ipsum & Iudæis & Græcis, & his qui

σταυροῦ αὐτοῦ τά τε ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· τί ὀκνεῖς παραδέξασθαι ὅτι καὶ πρὸς τοὺς πατέρας ἡ ἐπισκοπὴ γέγονε; καὶ τοῦτο ἡ εἰς τὸν ᾅδην αὐτοῦ ἄφιξις ἐπραγματεύσατο;

ογ΄. Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν·

οδ΄. Ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας λατρεύειν αὐτῷ·

οε΄. Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πολλάκις ῥύονταί τινες ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, μετὰ φόβου δέ· νυνὶ δὲ ἡμᾶς ἡ Χριστοῦ ἐπιδημία πεποίηκεν ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ῥυσθῆναι. οὐ γὰρ ᾐσθάνθημεν τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ' ὥσπερ αἰφνίδιον ἡμᾶς ἔλαβεν, οὐκ αἰσθανθέντας τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν. ἀλλ' εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ἀναισθητοῦντας μετέστησεν ἀπ' ἐκείνων ἐπὶ τὸν κλῆρον καὶ τὴν μερίδα αὐτοῦ.

ος΄. Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ·

ΒΙΚΤΟΡΟΣ. Περιττόν ἐστι τὸ λέγειν τῷ μὴ ἀκούοντι. τί δήποτ' οὖν ὡς πρὸς ἀκούοντα ταῦτά φησι; μήποτ' οὖν παράδοξον γέννησιν ἀναλαβὼν ὁ Ἰωάννης, ἀπὸ ἀρχαγγέλου κηρύξαντος αὐτοῦ τὴν γέννησιν, καὶ ἀπὸ τῆς Μαρίας μετὰ τὸ συνειληφέναι τὸν κύριον συμπαρούσης τῇ Ἐλισάβετ, καὶ αὐτῷ ἤδη γεννωμένῳ; παράδοξον ἤδη καὶ τὴν παρακολούθησιν ἔχει. καὶ ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ.

Προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ·

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Διὰ τοῦτο τάχιον αὐτῷ παρόντι προεφήτευσεν· ᾔδει γὰρ ὅτι μετ' ὀλίγον οὐ μέλλει ἔχειν τὸν υἱὸν παρ' ἑαυτῷ τρεφόμενον ὁ πατήρ· τὸ γὰρ παιδίον ἐν ταῖς ἐρήμοις ἦν ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ.

οζ΄. Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ·

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δηλονότι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, καὶ λαὸς αὐτοῦ

χρημα-

Digitized by Google

χρηματίζουσι. τούτοις γὰρ τῆς σωτηρίας παρέσχε τὴν γνῶσιν ἐπιγνῶναι θελήσασι.

Ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν ἡμῶν·

οη΄. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν·

Τοῦ αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὰ ἔργα ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς ἡ τοσαύτη ἐφιλοτιμήθη δωρεά, ἀλλὰ διὰ τὸ ἄφατον αὐτοῦ ἔλεος.

Ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους·

οθ΄. Ἐπέφανε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις·

Σεβηρου. Οὐκ ἐξ ἀκρωρείας, καθὰ καὶ πρότερον ἐπὶ τοῦ Σινᾶ, φωνή τις ἦν νομοθετοῦσα, καὶ πυρὸς πρόσοψις ἐκεῖ στᾶσα, καὶ παραδηλοῦσα καὶ ὑποφαίνουσα θείας δόξης φαντασίαν, καὶ ταύτην γνόφῳ συγκαλυπτομένην· ἀλλ' ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἐξ ὕψους τοῦ ἀνωτάτω, καὶ οὗ πέρα μηδὲν ἔστιν ἐννοεῖν. ἀνατολὴ πλατεῖα καὶ περιφανεστάτη, τὸν ἥλιον ἔχουσα τῆς δικαιοσύνης, ἐλθόντα πρὸς τοὺς ἐν σκότει τῷ νοητῷ καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους, καὶ ὅλως ἀκτῖσιν ἄνω μένοντα, καὶ ὅλον ἐπὶ γῆς παρόντα, καὶ ὅλον τοῖς τοῦ ᾅδου μυχοῖς ἐπιλάμψαντα, καὶ μηδαμοῦ τὸ πλῆρες ἀφέντα· μήτε μὴν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίᾳ μερισμὸν ἢ περιγραφὴν ὑπομείναντα. τὸ δὲ πῶς οὔτε νοεῖν ὁ ἀσθενὴς καὶ ἡμέτερος νοῦς, οὔτε ὁ λόγος φράζειν δυνήσεται. πάσης γὰρ κτιστῆς φύσεως ὑπερβαίνει κατάληψιν:

Τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

Ἀνεπιγραφου. Εὐχαριστεῖ ἐπὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σωτῆρος, ἔλεον λέγων θεοῦ καὶ ἐπίσκεψιν, καὶ ἀνατολὴν φωτὸς ἐξ ὕψους γενομένην, ἵν' οἱ ἐν σκότει καθήμενοι τῆς ἀγνωσίας φωτισθῶσι, καὶ οἱ ὑπ' ἐξουσίαν θανάτου κείμενοι ὑπ' ἐξουσίαν γένωνται ζωῆς, καὶ πολέμῳ νοητῷ κατεχόμενοι τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ εἰρήνην εὕρωσιν. αὐτὸς γάρ ἐστι φησὶν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ἐλθὼν μὲν ἐπὶ τὸ φωτίσαι τὸν Ἰσραήλ· οὐ γὰρ ἦλθεν εἰ μὴ πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ, προηγουμένως διὰ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίαν· οὐ δεξαμένων δὲ ἐκείνων, ἐπιφανεστέραν πολὺ τὴν τοῦ φωτὸς ἐπίλαμψιν ἐποιήσατο ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη.

populus eius vocantur. Illis autem salutis notitiam prębuit qui ipsum cognoscere voluerunt.

In remissionem peccatorum * nostrorum:

* Vulgata eorum:

78. Per viscera misericordiæ Dei nostri:

Eivsdem. Non enim propter opera quæ nos fecimus tam largum donum nobis concessum est, sed per ineffabilem eius misericordiam.

In quibus visitauit nos oriens ex alto:

79. Illuminare his qui in tenebris & * vmbra mortis sedent:

* Vulgata addit in

Severi. Non ex vertice, sicut olim in monte Sinai, vox quædam fuit legem statuens, & ignis aspectus qui ibi erat, & demonstrabat atque insinuabat imaginem gloriæ diuinæ, eamque nube opertam; sed visitauit nos ex altitudine suprema, supra quam nihil aliud considerari potest. [Visitauit inquam nos] oriens largus ac lucidissimus, Solem iustitiæ secum habēs, qui venit ad eos qui in tenebris spiritalibus & vmbra mortis sedebāt, attamen cum radijs totaliter manebat sursum, & totus in terra aderat, & totus in inferni latebris emicabat, & nullibi suam plenitudinem relinquebat: neque ob suum ad nos aduentum passus est diuisionem vel circumscriptionem. Quomodo autē hoc contigerit neque mens nostra imbecillis cogitare, neq; sermo explicare poterit. Omnis enim creatæ naturæ captū superat.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Anepigraphi. Gratias agit de aduentu Saluatoris, dicens misericordiam Dei & visitationem, & orientem lucis quæ ex alto facta est, vt ij qui in tenebris ignorantiæ desidebant illustrarentur, & qui sub mortis imperio iacebant in potestatem vitæ deuenirent, & qui mystico bello detinentur viam pacis inueniant. Nam ipse est pax nostra, & venit ad illustrandum Israëlem: non enim venit nisi ad oues quæ perierant domus Israël, idque principaliter propter promissionem quæ patribus eorum facta erat: verùm ipsis eum non recipientibus, multò clariorem sui luminis splendorem ad omnes Gentes transtulit.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

HANC Orationem Zacharias post linguæ vincula resoluta in Dei laudem pronuntiauit, quòd nostræ salutis opem in Christo Dauidis filio constituerit, vt olim Prophetarum omnium vaticinio & iureiurando cum Abraham inito pollicitus fuerat: tum sermone ad natum infantem conuerso præcursoris munus illum impleturum prophetat.

Hoc Canticum incipit vbi Psalmi finiunt.

68. *Benedictus Dominus Deus Israël.*] Hac benedictione, vt benè notat Agellius, Psalmorum sectiones subsignati solent: vbi autem illi desinunt, inde hoc Canticum sumit initium.

69. *Et erexit cornu salutis nobis*, &c.] Vbi nota Primò Zachariam agnouisse spiritu prophetico Christum redemptorem in vtero B. Virginis latentem, sicut eius vxor Elisabeth agnouerat.

Cornu potentiæ & Regni symbolum.

Nota secundò, *cornu* per catachresin significare robur, potentiam gloriam & consequenter Regnum. Omnis enim gloria & robur, inquit Theophylactus, animalium cornutorum est in cornibus. *Cornu salutis* itaque, id est salutiferam potentiam & gloriam Regni Israëlitici, quæ olim hostes subigendo tempore Dauidis floruerat, iam verò conciderat, rursus per Christum filium Dauidis erexit non temporale, sed spirituale. Sic enim Zacharias hoc loco interpretatur prophetias veteres de Regno Christi, non de temporali Regno, vti Iudæi, sed spiritali.

Christus cornu salutis contra inimicos.

71. *Salutem ex inimicis nostris.*] Refer hoc ad verbum *locutus est*. q. d. Sicut locutus est Deus, & promisit saluationem, ita & præstitit, dando etiam cornu salutis contra inimicos, scilicet satanam eiusque ministros.

72. *Ad faciendam misericordiam.*] Quâ scilicet patribus vti Christum promiserat ita iam exhibuit; perque ipsum illos è limbo liberauit, & posteros eorum saluabit. Quod autem subdit, *& memorari*, Græcismus est. id est, Vt memoretur testamenti siue pacti cum patribus initi de eorum salute & Messia.

73. *Iusiurandum quod iurauit*, &c.] Referri hoc potest Primò ad verbum *memorari*; Secundò, ad *misericordiam & testamentum*, quæ sunt hoc iuramentum; Tertiò, & facillimè, *ad faciendum*, aut quid simile; vt sint tres causæ ob quas Deus hoc cornu erexerit: prima, ad faciendam misericordiam; secunda, vt staret pactis; tertia, vt faceret & impleret suum iuramentum. Hebræi enim sæpè subticent verba, & ex circumstantijs relinquunt intelligenda. Sic hîc *iusiurandum*, scilicet vt compleret. Sunt enim verba hominis exultantis & absorpti, qui non verba, sed res ponderat & eructat. Iusiurandum autem hoc est quod iurauit Abrahamo, semen eius fore vt stellas cæli, & in semine eius, id est Christo, benedicendas esse omnes Gentes. Ita Theophylactus.

Gen. 22, 16.

Legis gratiæ præ legis veteris excellentia.

IBIDEM. *Daturum se nobis, vt sine timore*, &c.] Id est, Vt daret nobis libertatis ab hostibus seruire illi sine timore. Ita enim hæc iungenda esse patet ex Græco. Pulchrè autem hîc describitur excellentia gratiæ Christi, & opponitur imperfectioni legis veteris. Prima eius pars est libertas à peccato & ceteris gratiæ impedimentis. Secunda pars est seruitus Dei. Tertia est amor, non timor seruilis. Quarta in sanctitate & iustitia, non autem in cæremonijs externis, vt in lege veteri. Quinta coram Deo. Sexta omnibus diebus nostris, id est perseuerando vsque ad mortem & ad finem mundi.

Quid hic per orientem intelligatur.

78. *Visitauit nos oriens ex alto.*] Quæritur hîc ab Interpretibus quis sit hic *oriens*, & cur ita dictus: pro cuius exactiori intelligentia

Nota primò Græcè esse ἀνατολὴ, id est *ortus*. Nomen oriens igitur hîc est substantiuum & proprium Christi; vnde pro eo apud Zachariam Chaldæus vertit Messiam.

Nota secundò cum S. Hieronymo in Zachariæ cap. 3. & 6. hîc alludi primùm ad Malachiæ cap. 4, 2. Sapientiæ 5, 6. Isaiæ 60, 2. vbi dicitur, *Orietur vobis Sol iustitiæ*, & ad Numerorum cap. 24. *Orietur stella ex Iacob*, Christus scilicet vt stella & Sol nos illuminans, inflammans, omnique gratiâ lætificans, & in cælum deducens: Secundò, & propriè, alludi ad illud Zachariæ, *Adducam seruum meum orientem.* item ad illud, *Et ecce vir Oriens nomen eius.* Nam ibi Septuaginta vertunt ἀνατολὴ: quod ex ijs habet S. Lucas.

Zach. 3, 8. Ibid. 6, & 12.

Nota tertiò, in Zacharia pro *oriens* Hebraicè esse צמח *tsema:* quod propriè significat *germen*; vt cum S. Hieronymo docent omnes Hebræi: & ita alibi vertunt Septuaginta. Sed per metaphoram, quæ subinde apud Hebræos longè peti solet, transfertur ad multa alia: sic ipsi dicunt germinare cornu, iustitiam, salutem, voluntatem, lucernam, pro cornu, salutem aut lucem producere; sicut Latini dicunt pullulare non solùm herbas, sed etiam iubar Solis. Patet hoc ex 2. Reg. 23, 5. Ezechielis 29, 21. & alibi, item ex Lexicis Auennarij, Pagnini, & alijs. Sed & Septuaginta Isaiæ 4. vers. 2. pro *germinabit* vertunt *illucescet*; & hîc pro צמח *tsema* vertunt ἀνατολὴ, id est *ortus:* quod licet in genere de quouis ortu etiam herbarum dici possit, vt docet Suidas; propriè tamen dicitur de ortu Solis & Lunæ.

Christus vnde germen & oriens dictus.

Dicendum igitur Christum vocari Hebraicè צמח *tsema*, id est *germen*, sed solare, cæleste & diuinum. Patet; quia hoc propriè est ἀνατολὴ siue *oriens*. Secundò; quia sequitur, *Oriens ex alto, & Illuminare his qui in tenebris*, &c. quæ non herbæ, sed Solis alicuius aut stellæ ortum apertè indicant. Ita Theophylactus, Euthymius, & Beda hîc; & Cyrillus & Theodoretus in Zachariæ cap. 3. & alij passim. Christus igitur vocatur *germen* tum cæleste, tum terrestre: vtrumque enim significat ἀνατολὴ, id est *oriens:* nam habet duas generationes, scilicet vnam diuinam & cælestem, alteram humanam & terrestrem. Prima germen est Patris; secunda germen est Matris & Dauidis. Et hoc sensu ab Isaia, Zacharia & alijs, Christus germen nuncupatur. Quia nimirum radix Iesse siue Dauidis, quæ videbatur exaruisse, nullo iam Rege aut Duce ex ea ampliùs prodeunte, germinauit Christum, & pullu-

Digitized by Google

pullulauit quasi germen ad regnandum, & ad proferendum fructum gratiæ, salutis omnisque boni, germen inquam priùs natum in cælo, deindein terra. Hoc enim significat *Oriens ex alto:* quippe ortus ad illuminandum eos qui in terra sedent & vmbra mortis, vt sequitur.

Prætereà voce germinis aut Solis germinantis, nascentis aut orientis significatur paruitas & humilitas Christi nascentis, quæ deinde creuit in tantum corpus, vt vmbrâ & luce suâ totum orbem complexa sit, iuxta parabolam grani sinapis Matthæi 13.

Denique significatur Christus quasi alter Melchisedech in quantum homo esse sine Patre, scilicet vt germen terræ ex sola terra, id est sola Virgine matre castissima natus; in quantum Deus verò esse sine matre, scilicet vt radius à Sole, id est Patre æterno genitus. Rursum, vt Sol purissimus suis radijs per vitrum penetrat & prodit, ita Christus vtero matris clauso in lucem editus est. Vnde patet rectè Christo tribui proprietates tam Solis quàm germinis; quia vtrumque significat vox *ἀνατολὴ* siue *oriens*, quæ respondet Hebræo צמח *tsemá*, q. d. *Germen solare oriens*, aut Sol germinans & oriens, siue germen quod primum in cælo cum summa claritate & gloria, deinde ex cælo in terra germinans ortum est. Christus enim arbor est vitæ ex cælesti paradiso transplantata in terra per incarnationem, inde rursus ascendens in cælum & paradisum suam, quæ visione suâ & fruitione dat Sanctis vitam immortalem cum lumine gloriæ, suisque folijs & fructibus omnis voluptatis beatos satiat.

Vmbra mortis quid mysticè & moraliter.

79. *Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent.*] Primò significatur hîc ante Christi aduentum fuisse tristissimam rerum faciem. Nihil enim tristius vmbrosis defunctorum sepulcris: ita vt *vmbra mortis*, tristitiæ & miseriarum, sicut è contra lux felicitatis & lætitiæ symbolum sit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Secundò propriè *vmbra mortis* sunt tenebræ & horror mortis & inferni: illum enim comitantur quasi vmbra; & in hac vmbra Patriarchæ mortui sedebant, & omnibus hominibus ibi sedes parata erat, nisi Christus nos exemisset.

Tertiò, *vmbra mortis* sunt pericula proxima mortis; sicut vmbra est proxima corpori suo. Sic capitur Psalmo 22, 4.

Quartò, *vmbra mortis* est longa obliuio. Vnde D. Gregorius lib. 4. Moralium cap. 30. *Vmbra mortis est à diuini amoris notitia in obliuione latescere. Deus enim cùm lux sit & vita longissimè abest ab vmbra mortis.*

Quintò, *vmbra mortis* est Dei & salutis suæ ignorantia, maximè idololatria.

Peccatum est vmbra mortis.

Sextò, omnibus hisce modis *vmbra* est peccatum mortale. Primò enim est omnis miseriæ fons. Secundò; quia peccatum in vmbra mortis, id est in tenebris mortis, & inferno, quasi in domo sua regia, principatum tenet. Tertiò, vt vmbra corpori, ita peccatum morti, id est damnationi æternæ est proximum. Quartò; quia peccatum à Deo traditur obliuioni. Quintò; quia peccatum est Dei & salutis suæ ignorantia practica. Ita S. Hieronymus in cap. 9. Isaiæ. Ab omni hac mortis vmbra liberauit nos Christus, qui est lucis ac vitæ Dominus.

Iustitia est via pacis.

IBIDEM. *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*] Hæc via pacis est via iustitiæ; quæ sola viam sternit ad veram pacem habendam cum Deo & cum hominibus in hac vita; & postmodum in altera conciliat pacem beatificam, eamque sempiternam.

CANTICVM SIMEONIS.

κθ'. ΝΥΝ ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ·

λ'. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,

λα'. Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν·

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Εἰσεφέρετο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ Χριστὸς βρέφος ὢν ἔτι παχύς τε καὶ ὑπομάζιος· ὁ δέγε μακάριος Συμεὼν προφητικῇ χάριτι τετιμημένος δέχεται μὲν εἰς ἀγκάλας αὐτὸν, θυμηδίας δὲ τῆς ἀνωτάτω πιμπλάμενος εὐλογεῖ τὸν Θεὸν λέγων· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα· ὅτι εἶδον τὸ σωτήριόν σου ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. προητοίμαστο γὰρ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον καὶ πρὸ αὐτῆς τοῦ κόσμου κα-

Lucæ 2.

29. NVNC dimittis seruum tuum Domine secundùm verbum tuum in pace:

30. Quia viderunt oculi mei salutare tuum,

31. Quod parasti ante faciem omnium populorum;

CYRILLI. Introductus quidem in templum Christus cùm esset infans adhuc rudis & lactens: sed beatus Symeon prophetiæ gratiâ ornatus suscipit quidem illum in vlnas, at supernâ plenus delectatione benedicit Deum dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine: quia vidi salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum.* Christi enim mysterium ante ipsius mundi constitutionem præpa-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

præparatum in extremis sæculi temporibus apparuit.

32. Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.

EIVSDEM. Facta autem lux ijs qui in tenebris erant atque errabant, & in diaboli manus inciderant: vocati namque sunt à Deo ac Patre ad cognitionem Filij, qui est lux vera, quin & in gloriam Israël. Tametsi enim nonnulli ex ijs facti sint contumeliosi atque infideles, ac mentem inscitiâ plenam habentes; attamen saluæ factæ sunt reliquiæ eorum, ac per Christum honoratæ. Primitiæ autem omnium fuêre diuini discipuli, quorum inclytus splendor totum orbem perstringit. Aliter verò etiam Christus gloria est Israël, quòd nimirum ex ipsis processerit secundùm carnem, etsi Deus esset super omnia & benedictus in sæcula. Amen.

Ioan. 1.

ταβολῆς πεφανέρωται δὲ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς.

λβʹ. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Γέγονε δὲ φῶς τοῖς ἐν σκότει καὶ πεπλανημένοις, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσοῦσι διαβολικήν· κέκληνται γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ υἱοῦ, ὅς ἐστι φῶς τὸ ἀληθινόν, ἀλλὰ καὶ εἰς δόξαν τοῦ Ἰσραήλ. εἰ γὰρ καὶ γεγόνασί τινες ἐξ αὐτῶν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεων τὴν διάνοιαν ἔχοντες· ἀλλ' οὖν σέσωσται τὸ κατάλειμμα, καὶ δεδόξασται διὰ Χριστοῦ. ἡ ἀπαρχὴ δὲ πάντων οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταί, ὧν ἡ τῆς εὐκλείας φαιδρότης ὅλην περιαστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν. δόξα δὲ καὶ ἑτέρως τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Χριστός, ὅτι προῆλθεν ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα, καίτοι θεὸς ὢν ἐπὶ πάντας καὶ εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Hoc Canticum cecinit B. Simeon, quando Iesu infante in vlnas accepto quod sibi promissum erat impletum contemplans, Deum benedixit, tum propter insigne opus incarnationis; (quia misit Filium suum vt homo fieret;) tum propter eximium & singulare beneficium sibi concessum, vt Dei Filium incarnatum & videret & vlnis gestaret.

29. *Nunc dimittis seruum tuum Domine.*] S. Ambrosius hîc & librô de Bono mortis cap. 2. legit *Dimitte*; & verbum optantis esse affirmat; quasi Simeon optet iam à corpore solui viso Christo: *Quasi necessitate quadam*, inquit, *tenebatur in hac vita, non voluntate; ita dimitti poscit, quasi à vinculis quibusdam ad libertatem festinaret: sunt enim velut vincula quædam huius corporis, & quod est grauius, vincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuitatis adstringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipso videmus quemadmodum anima decedentis paulatim se soluat vinculis carnis, & ore missa euolet tamquam carcereo corporis huius exuta gurgustio.* Hæc Ambrosius. Eamdem ob causam Paulus sic exclamat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Corpus scilicet mortis vocat, quòd sit vehiculum innumerabilium malorum, quæ instar mortis esse videantur. Præterea corpus suum intuebatur vt fomitis diram officinam, vt arcem concupiscentiæ, vt malitiæ castellum, in quo mors regnet & triumphet; vnde cohortes libidinum educit & malarum affectionum ad gratiam, hoc est animæ vitam oppugnandam. Dixerat enim paulò antè sentire se aliam legem in membris suis, hoc est concupiscentiam, repugnantem legi mentis. Addit & *captiuantem*: quæ vox bellica est, vt & Græca quâ vtitur αἰχμαλωτίζειν; & significat in bello captum in seruitutem abducere. Captiuat igitur lex membrorum & concupiscentia, atque in teterrimam seruitutem rapit corpore administro atque lictore; vt non sit mirum, si vocetur corpus mortis, cùm seruitus in ciuili iure morti comparetur. Quod cùm probi & innocentiæ amantes satis intelligant, desiderium suum eò intendunt, vt euolent citissimè ex hoc corpore, quod vallum est interiectum, ne in gloriæ campum atque lucem introëamus. Quam piam & honestam animi cupiditatem augent etiam & acuunt miseriæ quotidianæ, quibus se obnoxios & circumsessos vident. Quàm igitur dulcis & optabilis illa hora est humanæ vitæ, hoc est miseriæ postrema, auspicium æternæ & cumulatæ felicitatis! Hinc mortis pia & immensa cupiditas, quæ propria & perennis semper fuit diuinorum hominum & verè sapientium: quos videmus omnibus retro-sæculis vt auiculas dolo inclusas, è corporis inamœna custodiæ euolare cupientes. Hinc Simeon bonus fortunatusque senex simul atque Messiam erat contuitus, & osculum reuerentis animi diuinis artubus impresserat, iam vitæ satur, oblitusque humanarum voluptatum, cygneâ illud voce concinit, *Nunc dimittis seruum tuum Domine*, &c.

Corpus nostrum carcer est animæ.

Rom. 7, 24. *Corpus mortis quid vocet Apostolus.*

FINIS.

INDEX.

INDEX
LOCORVM S. SCRIPTVRÆ
QVÆ
IN HOC OPERE
CITANTVR VEL EXPLICANTVR.

Loca quæ ex libro Psalmorum in hoc Opere citantur, studio in hoc Indice omittuntur; quia toto Opere Psalmi explicantur.

E VETERI TESTAMENTO.

EX LIBRO GENESIS.

EX LIBRO EXODI.

Digitized by Google

EX LIBRO LEVITICI.

EX LIBRO NVMERORVM.

EX LIBRO DEVTERONOMII.

EX LIBRO IVDICVM.

EX LIBRO I. REGVM.

EX LIBRO II. REGVM.

EX LIBRO III. REGVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EX ISAIA PROPHETA.

Digitized by Google

EX IEREMIA PROPHETA.

EX THRENIS.

EX BARVCH PROPHETA.

EX EZECHIELE PROPHETA.

EX

Digitized by Google

EX DANIELE PROPHETA.

EX PROPHETIA OSEE.

EX PROPHETIA AMOS.

EX PROPHETIA IONÆ.

EX PROPHETIA MICHÆÆ.

EX PROPHETIA HABACVC.

EX PROPHETIA AGGÆI.

EX PROPHETIA ZACHARIÆ.

EX PROPHETIA MALACHIÆ.

EX LIBRO II. MACCHABÆORVM.

EX NOVO TESTAMENTO.

EX EVANGELIO S. MATTHÆI.

Digitized by Google

Digitized by Google

EX EVANGELIO S. MARCI.

EX EVANGELIO S. LVCÆ.

Digitized by Google

EX EPIST. II. AD CORINTHIOS.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Digitized by Google

EX EPIST. AD PHILIPPENSES.

EX EPIST. AD COLOSSENSES.

EX EPIST. I. AD THESSALONICENSES.

EX EPIST. I. AD TIMOTH.

EX EPIST. II. AD TIMOTH.

EX EPIST. AD TITVM.

EX EPIST. AD HEBRÆOS.

Digitized by Google

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

Digitized by Google

C.

Corne-

Digitized by Google

Digitized by Google

F.

G.

H.

Homo

Digitized by Google

Digitized by Google

Maris

Digitized by Google

N.

O.

Ora-

Digitized by Google

Prodi-

Digitized by Google

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
CONCIONATORIVS
IN EVANGELIA TOTIVS ANNI.

DOMINICA I. ADVENTVS.
Luca 21, 25.

DOMINICA II. ADVENTVS.
Matthæi 11, 2.

DOMINICA III. ADVENTVS.
Ioannis 1, 19.

Spiri-

Digitized by Google

DOMINICA IV. ADVENTVS.

Luca 3, 2.

VIGILIA NATIVITATIS.

Matthæi 1, 18.

NATIVITAS DOMINI.

SACRVM NOCTIS ET AVRORÆ.

Luca 2, 1.

Digitized by Google

Spiri-

Digitized by Google

FESTVM S. IOANNIS EVANGELISTÆ.

Ioannis 21, 20.

FESTVM INNOCENTIVM.

Matthæi 2, 13.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Lucæ 2, 33.

Deside-

Digitized by Google

FESTVM CIRCVMCISIONIS.

Luca 2, 21.

EPIPHANIA DOMINI.

Matthæi 2, 1.

DOM. INF. OCTAVAM EPIPHANIÆ.

Luca 2, 42.

DOM. II. POST EPIPHANIAM.

Ioannis 2, 1.

VINVM

Digitized by Google

FERIA IV. POST DOM. III. QVADRAG.
Matthæi 15, 2.

FERIA V. POST DOM. III. QVADRAG.
Lucæ 4, 38.

FERIA VI. POST DOM. III. QVADRAG.
Ioannis 4, 6.

Digitized by Google

SABBATO POST DOM. III. QVADRAG.

Ioannis 8, 3.

ADDVCVNT SCRIBÆ ET PHARISÆI MVLIEREM IN ADVLTERIO DEPREHENSAM, &c.]

DOMINICA IV. QVADRAGESIMÆ.

Ioannis 6, 3.

SVBIIT IN MONTEM IESVS, &c.]

FERIA II. POST DOM. IV. QVADRAG.

Ioannis 2, 14.

Vide Feriam III. *post Dominicam secundam Quadragesimæ, & Dominicam nonam post Pentecosten.*

FERIA III. POST DOM. IV. QVADRAG.

Ioannis 7, 14.

IAM DIE FESTO MEDIANTE.]

QVOMO-

Digitized by Google

FERIA IV. POST DOM. IV. QVADRAG.

Ioannis 9, 1.

FERIA V. POST DOM. IV. QVADRAG.

Idem Euangelium quod Dominica xv. post Pentecosten: vbi illud vide.

FERIA VI. POST DOM. IV. QVADRAG.

Ioannis 11, 3.

Digitized by Google

SABBATO POST DOM. IV. QVADRAG.
Ioannis 8, 12.

EGO SVM LVX MVNDI.]

VOS SECVNDVM CARNEM IVDICATIS, &c.]

DOMINICA PASSIONIS.
Ioannis 8, 46.

QVIS EX VOBIS ARGVET ME DE PECCATO? &c.]

NON QVÆRO GLORIAM MEAM, &c.]

FERIA II. POST DOMIN. PASSIONIS.
Ioannis 7, 33.

VADO AD EVM QVI MISIT ME, &c.]

SI QVIS SITIT, VENIAT AD ME, &c.]

FERIA III. POST DOMIN. PASSIONIS.
Ioannis 7, 2.

ERAT IN PROXIMO DIES FESTVS, &c.]

MEVM TEMPVS NONDVM IMPLETVM EST.]

IVDÆI ERGO QVÆREBANT EVM, &c.]

FERIA IV. POST DOMIN. PASSIONIS.
Ioannis 10, 22.

FACTA SVNT ENCÆNIA IN HIEROSOLYMIS, &c.]

Bene-

Digitized by Google

FERIA V. POST DOMIN. PASSIONIS.
Lucæ 7, 37.

Vide festum B. Mariæ Magdalenæ 22. Iulij.

FERIA VI. POST DOMIN. PASSIONIS.
Ioannis 11, 47.

SABBATO POST DOMIN. PASSIONIS.
Ioannis 12, 10.

Vide plura Feria præcedenti.

ACCEPERVNT RAMOS PALMARVM.]

Vide Euangelium Dominicæ sequentis.

NISI GRANVM FRVMENTI, &c.]
Vide Euangelium in Festo S. Laurentij 10. Augusti.

DOMINICA PALMARVM.
Matthæi 21, 1.

PASCHA DOMINI.
Marci 16, 1.

Digitized by Google

FERIA II. PASCHÆ.

Luca 24, 15.

ET IPSE IESVS APPROPINQVANS IBAT CVM ILLIS,&c.]

QVI SVNT HI SERMONES, &c.]

NONNE HÆC OPORTVIT PATI CHRISTVM, &c.]

FERIA III. PASCHÆ.

Luca 24, 36.

STETIT IESVS IN MEDIO, &c.]

QVID TVRBATI ESTIS, &c.]

DOMINICA IN ALBIS.

Ioannis 20, 19.

ET FORES ESSENT CLAVSÆ, &c.]

NISI VIDERO IN MANIBVS EIVS FIXVRAM, &c.]

INFER DIGITVM TVVM HVC, &c.]

DOMINVS MEVS ET DEVS MEVS.]

Seruus

Digitized by Google

Digitized by Google

ASCENSIO DOMINI.

Marci 16, 14.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Ioannis 15, 26.

FESTVM PENTECOSTES.

Ioannis 14, 23.

Digitized by Google

DOM. III. POST EPIPHANIAM.
Matthæi 8, 2.

De leprosis vide plura in Euangelio Dominicæ XIII. post Pentecosten.

De Centurione vide Feriam quintam post diem Cinerum.

DOM. IV. POST EPIPHANIAM.
Matthæi 8, 24.

DOM. V. POST EPIPHANIAM.
Matthæi 13, 24.

Digitized by Google

DOM. VI. POST EPIPHANIAM.
Matthæi 13, 31.

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.
Matthæi 20, 1.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.
Lucæ 8, 5.

Humi-

Digitized by Google

Digitized by Google

SABBATO ANTE DOM. I. QVADRAG.
Marci 6, 47.

DOMINICA I. QVADRAGESIMÆ.
Matthæi 4, 1.

FERIA II. POST DOM. I. QVADRAG.
Matthæi 25, 31.

Vide Euangelium Dominicæ primæ Aduentus: quòd etiam est de iudicio.

FERIA III. POST DOM. I. QVADRAG.

Matthæi 21, 12.

Vide Euangelium Dominicæ IX. post Pentecosten: vbi etiam agitur de ementibus & vendentibus è templo eiectis.

FERIA IV. POST DOM. I. QVADRAG.

Matthæi 12, 38.

Vide Euangelium Dom. III. Quadrag. vbi agit de immundo spiritu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Spes

Digitized by Google

FERIA VI. POST DOM. II. QVADRAG.

Matthæi 21, 33.

SABBATO POST DOM. II. QVADRAG.

Lucæ 15, 13.

Deus

Digitized by Google

DOMINICA III. QVADRAGESIMÆ.

Lucæ 11, 14.

FERIA II. POST DOM. III. QVADRAG.

Lucæ 4, 23.

FERIA III. POST DOM. III. QVADRAG.

Matthæi 18, 15.

Viri

Digitized by Google

FERIA II. PENTECOSTES.
Ioannis 3, 16.

FERIA III. PENTECOSTES.
Ioannis 10, 1.

FESTVM SS. TRINITATIS.
Matthæi 28, 18.

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.
Lucæ 6, 36.

Digitized by Google

FESTVM CORPORIS CHRISTI.
Ioannis 6, 56.

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.
Lucæ 14, 16.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.
Lucæ 15, 1.

Digitized by Google

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Lucæ 5, 3.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

Matthæi 5, 20.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Marci 8, 1.

Vide Dominicam quartam Quadragesimæ.

DOMINICA VII. POST PENTECOST.

Matthæi 7, 15.

DOMINICA VIII. POST PENTECOST.

Lucæ 16, 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICA XIII. POST PENTECOST,

Luce 17, 12.

DOMINICA XIV. POST PENTECOST.

Matthei 6, 24.

Vide plura in Festo SS. Trinitatis sub voce Deus & Christus.

DOMINICA XV. POST PENTECOST.

Luce 7, 12.

DOMINICA XVI. POST PENTECOST.

Luce 14, 1.

DOMINICA XVII. POST PENTECOST.
Matthaei 22, 35.

DOMINICA XVIII. POST PENTEC.
Matthaei 9, 1.

DOMINICA XIX. POST PENTECOST.
Matthaei 22, 2.

Vide Dominicam secundam post Pentecosten, cum qua conuenit.

DOMINICA XX. POST PENTECOST.
Ioannis 4, 46.

Vide Euangelium Feriæ V. *post Cineres, quod huic congruit.*

DOMINICA XXI. POST PENTECOST.
Matthaei 18, 27.

DOMINICA XXII. POST PENTEC.
Matthaei 22, 16.

Digitized by Google

DOMINICA XXIII. POST PENTEC.
Matthæi 9, 18.

DOMINICA XXIV. POST PENTEC.
Matthæi 24, 15.

Vide Dominicam 1. *Aduentus, cum qua concurrit.*

XXX. NOVEMBRIS.

FESTVM S. ANDREÆ.

Matthæi 4, 18.

VI. DECEMBRIS.

FESTVM S. NICOLAI.

Matthæi 25, 14.

Seruorum

VIII. DECEMBRIS.

CONCEPTIO B. VIRGINIS.

Matthæi 1, 1.

XXI. DECEMBRIS.

FESTVM S. THOMÆ.

Vide Euangelium Dominica in Albis.

XVIII. IANVARII.

CATHEDRA S. PETRI ROMÆ.

Matthæi 16, 16.

XXV. IANVARII.

CONVERSIO S. PAVLI.

Matthæi 19, 27.

Digitized by Google

II. FEBRVARII.

PVRIFICATIO B. VIRGINIS.

Luca 2, 25.

XXIV. FEBRVARII.

FESTVM S. MATHIÆ.

Matthæi 11, 25.

XIX. MARTII.

FESTVM S. IOSEPHI.

Vide Euangelium Vigiliæ Natiuitatis Christi.

XXV. MARTII.

ANNVNTIATIO B. VIRGINIS.

Luca 1, 26.

Digitized by Google

XXV. APRILIS.

FESTVM S. MARCI.

Lucæ 10, 1.

I. MAII.

SS. PHILIPPI ET IACOBI.

Ioannis 14, 1.

Digitized by Google

III. MAII.

INVENTIO S. CRVCIS.

Ioannis 3, 3.

XXIV. IVNII.

FESTVM S. IOANNIS BAPTISTÆ.

Lucæ 1, 57.

XXIX. IVNII.

FESTVM SS. PETRI ET PAVLI.

Vide Euangelium Cathedræ S. Petri 18. Ianuarij.

II. IVLII.

VISITATIO B. MARIÆ VIRGINIS.

Lucæ 1, 39.

Vide hoc Canticum pag. 952. explicatum.

Digitized by Google

XXII. IVLII.

FESTVM S. MARIÆ MAGDALENÆ.

Luca 7, 37.

XXV. IVLII.

S. IACOBI APOSTOLI.

Matthæi 20, 21.

X. AVGVSTI.

S. LAVRENTII MARTYRIS.

Ioannis 12, 24.

Cor

Digitized by Google

XV. AVGVSTI.

ASSVMPTIO B. VIRGINIS.

Lucæ 10, 38.

INTRAVIT IESVS IN QVODDAM CASTELLVM, &c.]

AVDIEBAT VERBVM ILLIVS, &c.]

PORRO VNVM EST NECESSARIVM, &c.]

XXIV. AVGVSTI.

FESTVM S. BARTHOLOMÆI.

Lucæ 6, 12.

EXIIT IESVS IN MONTEM ORARE, &c.]

ET ELEGIT DVODECIM, &c.]

VIII. SEPTEMBRIS.

NATIVITAS B. VIRGINIS.

Vide VIII. *Decembris Festum Conceptionis eiusdem.*

XIV. SEPTEMBRIS.

EXALTATIO S. CRVCIS.

Vide III. *Maij Inuentionem eiusdem.*

XXI. SEPTEMBRIS.

FESTVM S. MATTHÆI.

Matthæi 9, 9.

VIDIT IESVS HOMINEM, &c.]

Digitized by Google

XXIX. SEPTEMBRIS.

FESTVM S. MICHAELIS.

Matthæi 18, 2.

XXVIII. OCTOBRIS.

SS. SIMONIS ET IVDÆ.

Ioannis 15, 17.

I. NOVEMBRIS.

FESTVM OMNIVM SANCTORVM.

Matthæi 5, 3.

Digitized by Google

XI. NOVEMBRIS.

FESTVM S. MARTINI.

Lucæ 11, 33.

XXV. NOVEMBRIS.

FESTVM S. CATHARINÆ.

Matthæi 25, 3.

Digitized by Google

F I N I S.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

FERDINANDI SECVNDI, Diuinâ fauente Clementiâ Electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Diplomate cautum est, nequis intra Romani Imperij & Regnorum ac Dominiorum suorum hereditariorum fines, Societatis IESV Patrum Opera, citra consensum eorumdem Patrum & Auctorum desuper obtentum imprimere, vel recudere, aut alibi recusa inferre aut vendere præsumat. Qui secùs faxit, præter librorum omnium confiscationem, viginti marcharum auri puri pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet ex Diplomate dato Viennæ die IV. Augusti, M. DC. XXVI.

Signat.

FERDINANDVS.

Petrus Henricus à Stralendorff.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium,

Hermannus à Questenbergh.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ SOCIETATIS IESV.

EGO infrascriptus SOC. IESV in Prouinciâ Flandro-Belgica Præpositus Prouincialis, potestate ab Admodum R. Patre nostro Generali Mutio Vitellesco ad hoc mihi factâ, concedo, vt *Expositio Patrum Græcorum in Psalmos, à R. P. Balthasare Corderio, Soc. nostræ Theologo, Latinè interpretata, & Annotationibus illustrata*, quæ à deputatis Censoribus examinata est & approbata, typis diuulgetur, & iuxta Priuilegium Cæsareum SOC. nostræ concessum, ex Auctoris voluntate soli Balthasari Moreto Antuerpiensi Typographo eamdem imprimere vel recudere liceat. In cuius rei testimonium hasce signaui, & sigillo officij muniui. Antuerpiæ XXII. die Iunij anno M. DC. XXXVII.

Fredricus Taßis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS IV. *Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, & Potentiſſimus Belgarum Princeps, Diplomate ſuo ſanxit, nequis* Expoſitionem Græcorum Patrum in Pſalmos, à Balthaſare Corderio, Societatis IESV Theologo, Latinè interpretatam, & Annotationibus illuſtratam, *præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo intra nouennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſam, in Germaniæ Inferioris ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* XX. *Decembris,* M. DC. XLI.

Signat.

Steenhuyſe.

APPROBATIO CENSORIS.

CVM *hæc* Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos, à R. P. Balthaſare Corderio, Societatis IESV Theologo, ex diuerſis antiquiſſimis MSS. Codicibus hactenus numquam editis concinnata, interpretata, & Annotationibus illuſtrata, *omnibus ſacræ Scripturæ ſtudioſis & Concionatoribus cumprimis vtilis futura ſit, omnino dignam cenſeo, quæ bono publico Eccleſiæ lucem aſpiciat, & ab omnibus legatur. Datum Antuerpiæ* XXX. *Maij,* M. DC. XXXIV.

Zegerus van Hontſum Canonicus
& Pœnitentiarius Antuerpienſis,
Librorum Cenſor.

Digitized by Google

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XLVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google